# NOVUM TESTAMENTUM EX TALMUDE ET ANTIQUITATIBUS HEBRAEORUM...

Johann Gerhard Meuschen, Jacob Rhenferd, Balthasar Scheidt, ...





NAZIONALE
55
10 K
14
ROMA
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE

# NOVUM TESTAMENTUM
EX
# TALMUDE
ET
# ANTIQUITATIBUS HEBRÆORUM ILLUSTRATUM

*CURIS CLARISSIMORUM VIRORUM,*

BALTH. SCHEIDII, JO. ANDR. DANZII,

ET JAC. RHENFERDI,

EDITUMQUE UNA CUM


*SUIS PROPRIIS DISSERTATIONIBUS*

DE NASI SEU PRÆSIDE SYNEDRII M. ET DE DIRECTORIBUS SCHOLARUM HEBRÆORUM

A

JOH. GERHARDO MEUSCHEN,

SERENIS. SAXON. COBURG. ET ISENACENS. DUCIBUS A CONSILIIS CONSISTORII ET ECCLES. GENERALI SUPERINTENDENTE, SCHOLARCHA, ET PRIM. PROFESS. THEOL. AC PAST. COBURGENSI, REGIÆQUE BORUSSIACÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ MEMBRO.






*LIPSIÆ,*

APUD HÆR. JOH. FRID. BRAUNII

MDCCXXXVI.

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
# DOMINO
# FRIDERICO
DVCI SAXONIAE,
IVLIACI CLIVIAE AC MONTIVM,
NEC NON
ANGRIAE ET WESTPHALIAE,
LANDGRAFFIO THVRINGIAE, MARCHIONI
MISNIAE,
PRINCIPI COMITI HENNEBERGAE, COMITI
MARCAE ET RAVENSBERG,
DYNASTAE IN RAVENSTEIN ET TONNA;
ET RELIQVA.
PRINCIPI AC DOMINO SVO
CLEMENTISSIMO
GRATIAM PACEM OMNIAQVE FAVSTA HVMILLIME
PRECATVR
IOHANN GERHARD MEVSCHEN.

# SERENISSIME DUX,
## PRINCEPS ET DOMINE CLEMENTISSIME!



Uemadmodum parentes vix enixis ſuis liberis ſtatim patrinos quærunt, qui illos ſuſcipiant, ſuo favore ac tutamine dignentur, imo etiam impoſterum contra quosvis malevolorum inſultus præſidio ſuo tegant; ita quoque viris literatis hactenus moris fuit, ſuo vix in lucem protruſo partui literario etiam proſpicere talibus ſuſceptoribus, qui hunc editum literarium qualemcunque fœtum non ſolum gratioſis exciperent palmis, verum etiam in ſinu ſuo ad majus incrementum foverent, omnesque contra illum ſubornatos lividorum impetus ab eo longe depellerent. Mihi hoc ſo-

lenne ſervaturo, ac talem terrenum Deum tutelarem quoque anhelanti, ſummus cordium ſcrutator animum meum ſtatim deflexit ad TE, SERENISSIME DUX AC CLEMENTISSIME PRINCEPS, ut principem omnium optimum, Mœcenatemque Mœcenatum, cuius deliciæ ſummæ ſunt literati, horumque curæ, & ex his præcipue ſacræ. Quemadmodum enim TUUS divus ac immortalis gloriæ Atavus ERNESTUS PIUS ex his præcipuam ſuam delectationem petiit; ita idem pius animi ardor, cum omnibus aliis avitis & paternis exſplendeſcentibus virtutibus, religioſiſſimum pectus TUUM ita corripuit ac inflammavit, ut ſtudii Biblici dulcedine etiam præ omnibus capiaris. Et hæc prima præcipuaque ratio eſt, cur hoc opus Biblicum, Novum Teſtamentum ex Talmude & Hebræorum abſtruſioribus Antiquitatibus magis explanans, licet ex parte tantum meum, ad TUOS innata gratia ſuffultos pedes ſubmiſſiſſime devolvo, TUÆQUE potentiſſimæ tutelæ trado. Comitatur autem hanc rationem & alia, in eo reſidens, quod maximam hujus libri partem conſtituant eruditiſſimæ curæ ac diſſertationes ſummi Eccleſiæ noſtræ Theologi & Philologi, ne dicam (vera tamen dicerem,) principis literarum totius orientis, D. JO. ANDREÆ DANZII, quas TIBI optimo jure ideo vindicare poteris, quia magnum hoc Orientis lumen non ſolum in TUO gremio ſeu Ducatu, nempe SUNDHUSÆ, non procul a TUA GOTHANA Ducali ſede diſtante, anno 1654. felici omine exortum eſt, verum etiam expreſſiſſimo juſſu magnisque impenſis glorioſiſſimi TUI AVI FRIDERICI, curriculo

Aca-

Academiæ Wittebergæ & Giessæ perfecto, per quatuor annos peragravit Belgii fœderati Magnæque Britanniæ provincias & regna, ut primos ex se amœnissimo lumine iam emicantes orientalis literaturæ radios ad summum splendoris gradum eveheret, & hoc, quod illi quoque annuente benigno fato contigit, ductu celeberrimorum eruditione eo tempore virorum ac philologorum Batavorum Britannorumque, nimirum MARCI MEIBOMII, ANTONII HULSII, STEPHANI LE MOYNE, S. VAN TILL, JACOBI TRIGLANDII, JOHANNIS LEUSDENII, JOHANNIS MEYERI, THEODORI AB ALMELOVEEN, HERMANNI WITSII, MELCHIORIS LEYDECKERI, JACOBI RHENFERDI, PHILIPPO NÆI DE HAUTECOUR, ANTONII VAN DALEN, JOHANNIS BRAUNII, ANGELI DE LA BROSSE, CAMPEGII VITRINGÆ, GUILHELMI VORSTII, EDUARDI POCOCKII, EDMUNDI CASTELLI, RADULPHI CUDWORTHI, JOHANNIS SPENCERI, HENRICI MORI, HUMPHRIDI PRIDEAUX, & ex eruditione claris, Judæis DAVIDIS DE PINA, ISAACI ABENDANÆ, & JOSEPHI ATHIÆ, imo aliorum quam plurimorum, mihi, ut suo esoterico per aliquot annos in Pythagorea sua orientis schola discipulo, quondam a se ipso enarratorum clarissimorum virorum. Quia itaque ex hisce rationibus, & quod insuper magnus hic vir per XLVIII. annos usque ad fatalem illum nobis anno 1728. tollentem seriem, in Jenensi Academia ut Theologiæ & LL. Orientalium Professor maxima cum laude docuit, summosque Ecclesiæ nostræ Theologos formavit, SERENISSIME DUX, DANZIUS TUUS totus est, summæ æquitatis esse duxi, eundem in suis eruditissimis,

mis, & quoad maximam partem rariſſimis, a me magno labore, nec minoribus impenſis, a multis iam retro annis conquiſitis huicque operi inſertis Diſſertationibus biblicis, TIBI reddere, & quidem duobus aliis illuſtribus Philologis, nempe BALTHASARE SCHEIDIO, & JACOBO RHENFERDO, ex utroque latere ſtipatum. Suſcipias itaque, (uti humillime rogo) SERENISSIME DUX, clementiſſimo vultu ac gratioſiſſima manu eruditum hoc trifolium, & ſimul gratiam TUAM pretioſiſſimam inclines in illum, qui, ut cum tota SERENISSIMA DOMO perpetua felicitate floreas, ex toto devotiſſimo animo perpetuo precatur, ut


SERENISSIME DUX
CLEMENTISSIME PRINCEPS ET DOMINE!
CELSITUDINI TUÆ

Scrib. Coburgi ipſis Idibus Septembris
Anno ſalutis clɔIcɔcXXXV.

ſubjectiſſimus ac devotiſſimus ſervus
JOHANN GERHARD MEUSCHEN.

# PRÆFATIO.

## LECTORI BENEVOLO
## SALUTEM EX FONTE SALUTIS PRECATUR
## JOHANN GERHARD MEUSCHEN.



*Ro captu Lectoris habent ſua fata libelli* πολυθρύλλητον eſt, uti communiſſimum, ita etiam veriſſimum; quod in omnes unquam ſcriptos aut imposterum emittendos libros cadit, quodque in ipſas Pandectas ſacras ſe quoque diffudit. Licet enim hæ ipſum Deum auctorem agnoſcant, hocque θεῖον in omnibus fere paginis exhibeant, tamen nihilo minus ut res exigui, imo fere nullius momenti, fœtusque corruptæ phantaſiæ fuere proſcriptæ ab inſana impiaque mente actis hominibus; idque olim a PORPHYRIO, CELSO, & LUCIANO, & noſtris temporibus a B. SPINOSA, hujus interprete LUCA, medico Amſtelodamenſi, KOERBACHIO, VANDER EYNDENIO, LAUVIO, TOLANDO, aliisque ejusdem farinæ irreligioſiſſimis ſcurris. Si itaque improba lividaque cenſoria *flamma haſce divinas cedros corripuit*, *quid fiet*, ut Arabum proverbio utar, *de Hyſſopo?* ſeu de inferioribus humano ſolum ſtudio productis laboribus literariis? Licet hos unus, ob latentem in illis vel ſublimiorem ſapientiam, vel rerum gravitatem extollit, alter tamen e contra eosdem ut immaturos omnique ſapientiæ ſale plane deſtitutos partus iterum deprimit.

Expertæ ſunt fatum hoc, præ aliis ingenii humani curis, Pandectæ Talmudicæ, una cum ſuis interpretibus, qui *Rabbinorum* titulo ſuperbiunt: Sunt etenim qui illos ſummis laudibus ad cœlum evexere: ſunt qui ex adverſa parte easdem ut meras venales nugas, aniles fabulas, flammisque digna deliramenta altiſſimo deſpexere ſupercilio. Ad primam claſſem pertinent omnes Judæi, ita magnifice de Talmude dicentes, ut non vereantur opus hoc ipſi Pen-

tateucho Mosaico æquare, (ne dicam anteferre) idque ideo, quia ex illorum mente opus Mischnicum complectitur omnes leges orales Mosi a Deo in monte Sinai eum in finem revelatas, ut perpetua per omnes ætates traditione ad seros propagarentur posteros; cum in Pentateucho Mosaico, tantum præcipuæ, non autem omnes, divinæ leges locum inveniant, & insuper harum proprius abstrusior sensus illi traditionum oralium corpori, licet frequentissime larvata & quidem interdum ludicra specie, sit insertus. Quamvis vero ex Christianis nemo præjudicatæ huic Judaicæ opinioni assentitur, quia hoc opus, quoad *Mischnam* primum seculo post Christum natum III. & quoad *gemaram* seu ampliorem illius expositionem demum seculo V. congestum est, sicque a jactata divina origine longissime deflectit; tamen eo non obstante multi Christi nomen professi hoc opus ut jucundum, perutile lectuque dignum pronuntiarunt, & hoc quidam ex ipsis Romanis Pontificibus, nempe PIUS IV. & V., GREGORIUS XIII. & XIV. nec non INNOCENTIUS IX. Licet autem hi sedis Romanæ summi Antistites talem æquitate & amore mitigatam de Talmude sententiam tulere; ita e contra eo duriorem in illud strinxere alii Pontifices Romani, interque hos primum GREGORIUS IX. utpote qui, ex relatione SIXTI SENENSIS (Biblioth. S. *Lib. II. pag.* 149. edit. Coloniensis 1626. 4.) Anno Domini MCCXXX. omnes Talmudis libros, horumque commentarios flammis adjudicavit. Audiamus ipsum SIXTUM SENENSEM l. cit. hæc ita referentem: *Sed cum tam ipse* (nempe *Rabbi Meyr*, *R. Asse* filius, qui anno Christi 476. Talmudis Babylonici operi supremam manum imposuit) *quam majores & posteri sui per singulos hujus Talmud libros non solum contumelias & blasphemias multas & execrabiles adversus Christum Deum nostrum collegissent, verum etiam sanctiones, & præcepta plurima conscripsissent contra ipsam, quam profitentur, Mosis legem, & contra omne jus gentium, atque omnem naturæ legem, quam ipsi, utpote homines servare tenentur: visum est summis pontificibus, & aliis Christianis principibus, ut tam nefariæ doctrinæ lectio atque usus omnibus Judæis, qui sub ditione Christianorum vivunt, interdiceretur, & omnes libri Thalmudici toto Christianorum orbe ignibus traderentur. Quod etiam sæpe factum esse, nonnulli fide digni scriptores testantur, inter quos* BERNARDUS LUZENBURGIUS *in Catalogo hæreticorum Lib. II. refert, Gregorium pontificem ejus nominis nonum anno Domini*

*MCCXXX.,*

*MCCXXX., omnia Thalmudica volumina flammis adjudicasse.* Eo usque SENENSIS SIXTUS, de quo sane satis mirari non possum, quod licet in hisce allegatis verbis & pag. 153. 154 155. exhibito compendio errorum Thalmudis *adversus Christum, divinæ majestatis celsitudinem, Sanctos V. T. legem Mosis, leges charitatis & humanitatis &c.* infensissimum erga Thalmud animum externe profiteri videatur, tamen latentem suum in illud affectum nihilo minus exponat, primo amplissima curataque omnium librorum Thalmudicorum loc. cit. facta recensione, & dein pag. 391. sqq. prolato Catalogo celeberrimorum Thalmudistarum seu Rabbinorum, interque illos præcipue R. MOISIS BEN MAIMONIDIS, deque hoc afferat, quod ex ejus *More Nevochim*, seu *Ducis Errantium* opere, tam *divus Thomas*, quam veteres *Theologi Scholastici* varia testimonia ad enarrationem sex dierum produxerint. Ex his sane liquet, Thalmudica ac Rabbinica scripta summum potius in SIXTO SENENSI invenisse protectorem, quam suppressorem, utpote cujus partes ei demandatæ erant a tremendo Romanæ inquisitionis tribunali, uti hæc *pag. cit.* confitetur his verbis: *Pius V. pontifex M. cum ante pontificatum ei divinitus collatum, amplissimo ac sacro totius Christianæ inquisitionis senatui præesset, anno videlicet humanæ salutis MDLIX. misit me Cremonam ad abolendos Thalmudicos Hebræorum libros impiæ ac prodigiosæ doctrinæ, quos Judæi ex omni fere Italia in eam urbem, tanquam in commune Judaicæ nationis asylum convexerant.*

Quamvis vero PIUS V, uti ex jam allegatis Sixti verbis constat, antequam ex Rhadamanteo inquisitionis superiori tribunali ad eminentissimam Romanæ Ecclesiæ curulem eveheretur, adeo infensus Judæis horumque doctoribus ac Thalmudicis libris fuit; attamen propensiore animo illos tulit post laudatam suam ad summum pontificatum ascensionem, aureis, uti ex *MS. epistola* rariore didici, Judæorum alis facilitatam. Equidem jam antea eodem aureo modo per medios satellites eruditi pontificis Innocentii IV. ire curabant Judæi; sed impossibile illis eo tempore fuit saxa perrumpere hæc Capitolina. Innocentius enim, ut alter Jupiter fulminans, ex hac sua elata sede vibravit eo magis in illos tonantia tela, ex quibus unum ad S. LUDOVICUM Francorum Regem, *ex Actis Conciliorum generalium* JOH. HARDUINI horumque *Tomo VII. pag.* 374. 375. lectori B. communicamus, quod ita se habet:

„Impia Judæorum perfidia, de quorum cordibus propter immensitatem suo„rum scelerum Redemptor noster velamen non abstulit; sed ex cœcitate, „quæ contingit ex parte in Israel, adhuc manere permittit, prout convenit, „non attendens, quod ex sola misericordia pietas ipsos Christiana receptet, & „cohabitationem illorum sustineat patienter, illa committit enormia, quæ stu„pori audientibus, & referentibus sunt horrori. Ipsi enim ingrati Domino „Jesu Christo, qui conversionem eorum ex sua longanimitatis affluentia pa„tienter exspectat, nullam prætendentes verecundiam culpæ suæ, nec reve„rentes honorem fidei Christianæ, omissis seu contemptis lege Mosaica & „prophetis, quasdam traditiones seniorum suorum sequuntur. Super qui„bus eos in Evangelio Dominus objurgat dicens: quare vos transgredimini „mandatum Dei, & irritum fecistis, traditiones vestras, hominum doctrinas „& mandata docentes? In hujusmodi namque traditionibus (quæ Thalmud „Hebraice nuncupantur, & magnus liber est apud eos, excedens textum Bi„bliæ in immensum, in quo sunt blasphemiæ in Deum & Christum ejus, & bea„tam virginem manifestæ, intricabiles fabulæ, abusiones erroneæ, ac stultitiæ „inauditæ) filios suos docent ac nutriunt, & a legis & prophetarum doctrina „reddunt ipsos penitus alienos. Verentes, ne veritate, quæ in iisdem lege ac „prophetis est, intellecta, aperte de unigenito Dei filio venturo in carne, testi„monium perhibente convertantur ad fidem & ad Redemptorem suum hu„militer revertantur. Et his non contenti, faciunt Christianas filiorum suo„rum nutrices, in contumeliam fidei Christianæ, cum quibus turpia multa „committunt. Propter quæ fidelibus est verendum, ne divinam indignatio„nem incurrant, dum eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei nostræ con„fusionem inducunt. Et licet dilectus filius Cancellarius Parisiensis, & do„ctores regentes Parisiis in sacra pagina, de mandato felicis recordationis Gre„gorii Papæ prædecessoris nostri, tam prædictum abusionis librum, quam „alios quosdam, cum omnibus glossis suis perlectis in potestate, ac examina„tis, ad confusionem perfidiæ Judæorum, publice coram clero ac populo, in„cendio concremarint, prout in literis illorum prospeximus contineri; „quibus Tu, tanquam Catholicus Rex & princeps Christianissimus impendisti „super hoc auxilium congruum & favorem: pro quo Regalem excellentiam di-

dignis in domino laudibus commendamus, ac prosequimur actionibus gra-"
tiarum. Quia tamen nondum Judæorum ipsorum abusio profana quievit,"
nec adhuc eis dedit vexatio intellectum; celsitudinem Regiam rogamus &"
obsecramus in Domino Jesu Christo, ut qui excessus istiusmodi detestabiles"
& enormes, commissos in contumeliam Creatoris & injuriam nominis Chri-"
stiani pie incœpisti, laudabiliter persequendo, facias debita severitate percel-"
li. Et tam prædictos abusionis libros, reprobatos per doctores eosdem,"
quam generaliter omnes cum glossis suis, qui per ipsos examinati, & repro-"
ti fuerint, mandes per totum regnum tuum, ubicunque reperiri poterunt,"
igne cremari. Firmiter inhibendo, ne de cetero nutrices, seu servientes ha-"
beant Christianos; ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ, sed tanquam servi"
reprobati a Domino, in cujus mortem nequiter conspirarunt, saltem per ef-"
fectum operis, servos se recognoscant illorum, quos Christi mors & istos"
liberos, & illos constituit esse servos: ut proinde sinceritatis tuæ zelum pos-"
simus in domino dignis laudibus commendare. Datum Laterani V. Idus"
Maji 1444. anno primo. Eo usque Bulla INNOCENTII; quæ tantam
vim habuit, ut jussu Regis eodem anno secunda vice in omnibus Galliæ civitatibus, ubi degere Judæis permissum, illorum libri Thalmudici fuerint ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis conquisiti & vulcano consecrati, id quod etiam antecedente seculo XIV. ex decreto *Concilii provincialis Tolosani* A. 1319. habiti, hoc ipso anno Tolosæ factum est, postquam reperti libri tracti prius erant per publicas vias in duabus quadrigis, præeunte Ministro Curiæ Regalis, & alta voce exclamante: *Propter errores & blasphemias contra Dominum Jesum Christum, & ejus sanctissimam genitricem, virginem Mariam, & nomen Christianum,* uti hoc iterum constat ex allegato Tomo VII. Conciliorum, *pag.* 1453. & 1454.

Eodem, quo Tolosanum, odio flagrante Talmudica scripta quoque excepit *Concilium* provinciale *Avenionense* Anno 1594. ductu FRANCISCI MARIÆ TAURUSII, Archi-Episcopi Avenionensis habitum, quando in *Actis cap. VII. §. ult. pag.* 1841. *Tom. X. Concil. Gen.* HARDUINI, dictis codicibus faces subjiciendas, his verbis injungit: *Quia vero pestilentiores illi Codices sunt, qui blasphemiis referti, adversus religionem nostram virulenta dogmata evomunt: idcirco prohibemus, ne quis Thalmudicos libros, & nefaria hujusmodi Rabbinorum scri-*

*pta legere, tenere, emere, vendere aut evulgare audeat, sub pœnis, quæ constitutæ sunt ab Apostolicis constitutionibus. Quare Episcopi in cunctis Synagogis hujusmodi volumina perquirant & comburant.*

Qua simultate etiam initio Seculi XV. contra Talmudica digesta inflammati fuerint *Colonienses Monachi*, horumque præcipue impudens & elatus Antesignanus, JACOBUS HOCHSTRATEN, Inquisitor Germaniæ, excitatus a JOHANNE PFEFFERKORNIO, castra Judaica deserente, pluribus refert JOHANNES SCHLEIDANUS in candido suo *de statu Religionis & Reipublicæ* opere Lib. II. fol. 34. 35. Tom. II. (edit. Lugduni 1556. 8.) ubi simul laudat JOHANNIS CAPNIONIS seu REUCHLINI, primi in Germania Hebraicæ literaturæ restauratoris, masculum animum, quo se Coloniensibus opposuit, & contra illos uti in *aula Cæsarea* ita etiam *Romana* Talmudis causam tanto successu egit, ut triumphando illud omnibus comminatis flammis subduxerit, ac tandem in tuto collocaverit. Factum autem hoc est præcipue gloriosissimi Imperatoris MAXIMILIANI I. in *Reuchlinum* peculiari gratia, & clarissimorum eo tempore in Germania virorum, ULRICHI HUTTENI, HERMANNI BUSCHII, & HELWOLFFI DE LAPIDE, eruditissimorum Equitum, studio, magnaque, qua pollebant, auctoritate; uti hoc LECTORI BENEVOLO pluribus patebit ex meo cum hoc iisdem his nundinis in lucem prodeunte opusculo, inscripto: *Vitæ summorum dignitate & eruditione Virorum ex rarissimis monumentis orbi literato restitutæ*, p. 17. 66. 67. Plura autem de hoc *Reuchliniano* Talmudico bello desideranti ex asse satisfaciet Venerandus, inclytus mihique amicissimus Theologus Hamburgensis JOHANNES CHRISTIANUS WOLFFIUS *Bibliothecæ Hebrææ Part. II. Lib. IV. capite V.* pererudite Fata Talmudis inter Christianos enarrante *pag.* 937. *sqq.*

Ex quo autem post Reuchlinianam deportatam victoriam *Talmudicum Opus* ex Monachalibus persecutionis fluctibus salvum emersit caputque aliquo modo erigere cœpit, exorsi quoque sunt multi eruditi Christiani & quidem certatim illud magis volvere, imo revolvere; idque eum in finem, ut ex eo, tamquam hactenus clauso, licet quoad maximam partem fæculento, mari dissolutas in ejus fundo latentes tabularum conchiliis inclusas mar-

margaritas veritatum Theologicarum ex Antiquitatum Hebraicarum imo ipsorum mysteriorum Scripturæ S. ex ipsa hac voragine in publicam protraherent lucem.

Equidem illud, quod veritates Theologicas, seu dogmata Christianæ fidei tangit, jam antea sec. nempe XIII. & quidem non infelici successu tentaverat RAYMUNDUS MARTINI, Theologus Hispanus, in suo erudito ad Judæos Maurosque suo tempore adhuc Hispaniam fere inundantes, ad Christianam tamen religionem trahendos opere, *quod Pugionem fidei* inscripsit, quodque uti *Lipsiæ* 1687. *fol* cum erudita introductione celeberrimi BENEDICTI CARPZOVII, ita antea *Parisiis* 1651. *fol.* prodiit cura & cum eruditissimis adnotationibus celeberrimi JACOBI DE VOISIN, qui quoque hanc Talmudis cum Theologia harmoniam pluribus prosecutus est in sua pereleganti *Theologia* Judaica Parisiis 1647. 4. edita. Glacie hac per *Raymundum* fracta, ad telam ab illo primum textam attexit dein plura PORCHETTUS Genuensis, a suo gentili illustri stemmate SALVATICUS dictus, in sua, uti liber inscribitur, *victoria de Judæis* ed. *Parisiis* 1520. *fol.* de quo opere hæc habet AUGUSTINUS OLDOINUS in *Theatro Ligustico* Perusiæ 1680. 4. edito *pag.* 478. "PORCHETTUS aliis *Prochettus Salvagus,*" seu *Salvaticus* Genuensis, monachus Carthusianus, nitore morum, ardore pie-" tatis, religionis catholicæ studio præstantissimus, divinarum Hebræarumque" literarum initio Seculi XIV. a Nativitate Christi doctissimus, ad Hebræorum" obstinatum animum superandum, opus elaboravit, quod post ducentos fer-" me annos *Augustinus Justinianus,* Nebiensis Episcopus, ut Auctoris nomen æ-" ternum in terris redderet, formis tradidit, sub titulo: *Victoria Porchetti ad-*" *versus impios Hebræos* Parisiis 1520. Scripsit etiam adversus eosdem librum" alium *de Entibus trinis & unis,* qui asservatur M. S. in Cœnobio Genuensi S. Do-" minico Patriarchæ sacro." Raimundi ac Porchetti vestigia initio Sec. XVI. pressit PETRUS GALATINUS, ex Judæo antea acerrimo Christianæ Religionis persecutore, demum factus devotissimus pœnitentiarius apostolicus, libris XII. *arcanorum catholicæ* veritatis, scriptis jussu & hortatu Imperatoris MAXIMILIANI I. & LEONIS Papæ X. editisque primum in Italia 1518. &, ut post alias editiones optimam mihique ideo familiarem tangam,

Fran-

Francofurti 1612 fol. Egit hic optimus vir ſane ſtrenue cauſam Dei adverſus hujus hoſtes apellas in hoc erudito opere, nec ex meo judicio meretur, tanto plagii atro lapillo notari, quam a multis, alias eruditis, ſed purpuram ad purpuram forſan aut ad manus non habentibus, aut non ſatis ſcrutantibus viris factum eſt. Inventis etiam ſua non plane negligenda haud infeliciter addidit. Et quis eſt ex noſtro ſeculo, qui, quam magnas jactatæ novæ ſcientiæ ideas etiam proferat, nihilo minus tamen profiteri teneatur, ſe haſce licet ut informe ovulum jam antea in hac vel iſta matrice primum inveniſſe, & dein perpetuis maturioribus meditationibus foviſſe, tandemque partui ſatis maturas excluſiſſe. Quo autem plagii crimine quidam *Galatinum* notarunt, hoc revera incurrit *Anonymus* ille ( quisquis etiam ſit ) *Auctor Theologiæ Judæorum*, editæ Pariſiis 1627. 4. utpote quæ mera *Galatini* expilatio eſt. Melioris farinæ eſt JOHANNIS BATTISTÆ ROMANI, ex Judæo Socii Jeſu *Doctrina Chriſtiana* ex *Talmude & Rabbinis comprobata*, impreſſa *Romæ* 1556. 4. qua tantum in ſe Judæorum odium concitavit, ut *Memphis*, ad quam urbem ibique eo tempore ſedem habentem Cophtorum patriarcham, a Papa *Pio IV.* ut hujus Nuntius ablegatus erat, in ſummum vitæ diſcrimen ab illis fuerit abreptus, coactusque clam ſibi celerrima fuga conſulere, referente hoc PHILIPPO ALEGAMBE in *Bibliotheca ſcriptorum Societatis Jeſu, p.* 417. edita *Romæ* 1676. *fol.* poſt hosce idem inſtitutum proſecutus eſt magnus eruditiſſimusque præſul DANIEL HUETIUS, in aureo ſuo *Demonſtrationis Evangelicæ opere*, quinta vice Lipſiæ 1703. 4. excuſo; Nam in hoc, & quidem in ultimis *IV. propoſitionibus*, nempe *VII. VIII. IX. ac X.* Veritatem Religionis Doctrinæque Chriſtianæ ex ipſis Talmudiſtarum teſtimoniis contra eosdem ſolidiſſimis argumentis evicit, atque adeo Judæos proprio gladio, ovando ſane, jugulavit. Et hoc quoque ex *noſtris Theologis* haud infeliciter & ſatis erudite perfecere CHRISTOPHORUS HELVICUS *in Elenchis Judaicis* Gieſſæ 1617. 4. editis; MICHAEL HAVEMANNUS, Ducatus Bremenſis Generalis Superintendens, in *Lucerna via mediis in tenebris Judaicis* germanice ſcripta editaque Jenæ 1663. 8. AUGUSTUS PFEIFFERUS in *Theologia Judaica* edita Lipſiæ 1687. 8. JOHANNES MULLERUS, Theologus Hamburgenſis, *in Judaiſmo*, magno & erudito lingua Teutonica ſcri-

pto,

pto, ultimoque Hamburgi 1707. 4. edito opere; CASPAR. CALVOERIUS in *Gloria Christi & Catechismo Judaico* Lipsiæ 1710. 4. etiam in lingua vernacula emisso; præcipue autem his omnibus palmam præripiens JOHANNES HENRICUS MAJUS, pater in *Synopsi Theologiæ Judaicæ Veteris & Novæ*, edit. Giessæ Hassorum 1698. 4. Conferri hic quoque possunt W. H. F. PERTSCHII amantissimi & in Hebraica Literatura versatissimi mei vener. Collegæ, & Pastoris hujus loci S. Crucis Diaconique S. Mauritii, eruditæ *Notæ*, subjunctæ *Conspectui* suo *Theologiæ Judaicæ* in *R. Joseph Albo* ספר עיקרים seu *de articulis fidei fundamentalibus exhibitæ*, editoque Jenæ 1719. 4.

Ex REFORMATIS eandem operam pererudite exercuit ANTONIUS HULSIUS in *Theologia Judaica*, edita Bredæ 1651. 4. de quo autem opere dolendum, quod non ad finem sit perductum, sed *librum* saltem *primum*, de Messia agentem nobis sistat. JOHANNES HOORNBECKIUS perfectius & insigni apparatu Talmudico Rabbinico instructum opus dedit *Libris VII. de convertendis & convincendis Judæis*, editis Lugduni Batavorum 1655. 4. Verum & hoc eruditum opus longe adhuc superatur a JOHANNIS ANDREÆ EISENMENGERI, Professoris quondam Orientis Linguarum Heidelbergensis, in vasto germano idiomate eruditissime exarato *Judaismo Detecto*, edito tandem, post longam a Judæis machinatam suppressionem, jussu & sub protectione gloriosissimi Borussiæ Regis FRIDERICI I. Regiomonti in Borussia 1711 duobus voluminibus in quarto. Historaim ac fata hujus ex ducentis circum Talmudicis Rabbinicisque scriptis summo judicio ac studio compositi operis recenset JOHANNES JACOBUS SCHUDTIUS in *Memorabilibus Judaicis*, Francofurti 1717. 4. evulgatis *Part. I. Lib. V. Cap. XI. p. 426. sqq.* & Parte IV. Continuatione I. p. 285. *sqq.*

Uti autem hi laudati viri Talmude hujusque Interpretum Judaicorum scriptis, ad statuminandam magis Christianam doctrinam usi sunt; ita ex altera parte alii multi, in nubem quasi condensati, viri eruditi, ex illis veram rectamque formam Antiquitatibus Hebræorum dare annisi sunt, seque invicem in hac re concitatis animis quasi in certamen vocarunt. Nomina horum celeberrimorum in hoc studii genere virorum saltem dabo, initium, unde exordiar, faciens ab illis, qui primum hoc magnificum Antiquitatum Hebraicarum opus ex impolitis Talmudis Rabbinorumque monumentis exstruere cœpere.

Et hoc ex Ecclesiæ Romanæ Theologis peculiari studio primum aggressus est BENEDICTUS ARIAS MONTANUS, Hispalensis Theologus & Philologus incomparabilis. Hic enim a PHILIPPO II. Hispaniarum gloriosissimo ac promovendis sacris literis studiisque deditissimo Rege, ob excellentem in Hebraica literatura peritiam, constitutus magnificum imo augustum illud *Bibliorum Complutensium* opus regiis sumptibus in lucem, uti felicissime hoc emittere publicam, peropus esse censuit, hoc aliquali clave donare, clave nempe *Antiquitatum Hebraicarum, Libris IX.* huic splendidissimo Biblico operi primum præmissarum, deinde autem ob insignem præstantiam sæpius recusarum, ex quibus seorsim reiteratis editionibus optima est quæ prodiit *Lugduni Batav.* 1593. *fol.* quamquam etiam non negligenda est illa, quæ inserta est Tomo VI. *Bibliorum Criticorum* iterum Francofurti 1696. Tomis IX. fol. editorum. Ariam Montanum in excolendo hoc ex Talmudistarum scriptis Antiquitatum Hebraicarum studio, statim plures Ecclesiæ Romanæ insignes Doctores imitati sunt, nempe CAROLUS SIGONIUS, JOHANNES PLANTAVITIUS, FRANCISCUS RIBERA, PAULUS SCHERLOGUS, JOHANNES BAPTISTA, *Villalpandus* in magnifico *Apparatu urbis ac Templi* Hierosolymitani, constituente integrum *Tomum III. Explanationum* in Ezechielem, editarum Romæ 1596. fol. JACOBUS BOLDUCCINUS, ATHANASIUS KIRCHERUS, FORTUNATUS SCHACHUS, JOHANNES MORINUS, JULIUS BARTOLOCCIUS, RICHARDUS SIMONIUS, ALOYSIUS NOVARINUS, PAULUS COLOMESIUS, & novissime BERNHARDUS LAMY in *Apparatu Biblico* ed. Lugduni 13. 1711. 8. nec non in splendido & erudito opere de *Tabernaculo Fœderis, de Civitate Hierusalem & de Templo* ejus, edito Parisiis 1720. fol.

Non minorem autem in eruendis ex Talmude & Rabbinorum scriptis Hebræorum Antiquitatibus operam navarunt *nostræ A. C. Ecclesiæ* celebriores Theologi & Philologi, nimirum CHRISTOPHORUS HELVICUS, JOHANNES CONRADUS DIETERICUS, MARTINUS GEYERUS, AUGUSTUS VARENIUS, JOHANNES QUISTORPIUS, GUILHELMUS SCHICKARDUS, JOSUA & CAROLUS ARNDIUS, JOHANNES HENRICUS URSINUS, JOHANNES MICHAEL DILHERRUS, GEORGIUS GOEZIUS, JOHANNES SAUBERTUS, JOH. ANDREAS QUENSTEDIUS, JOHANNES ACOLUTHUS, JOHANNES WÜLFFERUS, THEODORUS HACKSPANNUS, PAULUS SCHLE-

SCHLEVOGTIUS, ÆGIDIUS STRAUCHIUS, BALTHASAR STOLBERGIUS, JOHANNES REISKIUS, THOMAS BANGIUS, DANIEL WEYMARUS, JOHANNES CONRADUS KESLERUS, JOHANNES GEORGIUS BINDRIM, JOHANNES WILLEMERUS, JO. ERNESTUS GERHARDUS, DAVID CLODIUS, GEORG. FRIDER. MEINHARDUS, EBERHARD. RUDOLPHUS ROHT, MICH. BECKIUS, JOH. HENR. HÆNERUS, CHRISTOPH. SONNTAGIUS, JOH. CHRISTOPH. WAGENSEILIUS, CHRISTOPH. KNORR a ROSENROTH, JOH. FRIDERIC. BREITHAUPTIUS, RUDOLPH. MART. MEELFÜHRERUS, DAN. & JOH. LUNDII, HENR. MUHLIUS, JOH. ANDR. SCHMIDIUS, MICH. LIEBENTANZIUS, BENED. & JOH. BENED. CARPZOVII, JOH. WILH. HILLIGERUS, JOH. JAC. SCHUDTIUS, AUG. PFEIFFERUS, OPITII, HENR. PATER, & JOH. FRIDER. nec non PAUL. FRIDERICUS filii, EZARDI, ESDRAS pater, & GEORG. ELIESER filius, JOH. HENRICI MAJI, pater & filius, HERM. von der Hardt, IOH. FRANCISC. BUDDEUS, HENNING. BERNH. WITTERUS, IOH. GEORG. SCHUPARTUS, IOH. FRIDER. NICOLAI, & qui insuper hodie adhuc florent inque hoc circo magna cum laude bigas quadrigasque agunt ZELTNERI, CARPZOVII, WOLFFII, DAILINGII, LOESCHERI, MARPERGERI, REIMMANNI, RUSSII, MÜNDENII, WICHMANNSHAUSII, TYMPII, aliique celebriores viri.

Quamvis autem *ex Ecclesia nostra A. C.* gremio tam magnus ſurrexit Philologorum numerus, tamen non minori (ſive pertractatas arduas materias, ſive illuſtria nomina reſpicias) gaudet *Ecclesia Reformata*, utpote in qua in hac Talmudis antiquitatumque Hebraicarum cultura, erudita capita extulere CONR. PELLICANUS, SEBAST. MÜNSTERUS, JOSEPH. JUST. SCALIGER, JOH. BUXTORFFII, pater & filius, SAM. BOCHARTUS, VOSSII, GERHARDUS JOH. pater, & ISAACUS fil. PAUL. FAGIUS, PETR. CUNÆUS, THOM. ERPENIUS, JAC. GOLIUS, JOH. DRUSIUS, CONSTANTINUS L'EMPEREUR, SAM. BOCHARTUS, STEPH. LE MOYNE, LUDOVICUS DE DIEU, JOH. HENR. HOTTINGERUS, JOH. COCCEJUS, JOH. STEPH. RITTANGELIUS, MICH. ARNOLDI, JOH. a LENT, JOH. BRAUNIUS, ANT. BYNÆUS, ANT. CREGATUS, GEORG. GENTIUS, SAM. PETITUS, JAC. TRIGLANDIUS, HERM. WITSIUS, NIC. GÜRTLERUS, GUIL. HENR. VORSTIUS, JOH. HENR. HEIDEGGERUS, SAL. VAN TILLIUS, HENR. & JAC. ALTINGII, JO. LEUSDENIUS JO. HENR. OTHO, FRIDER. SPANHEMII, CAMPEGIUS VITRINGA, HENR. HORCHIUS, HENR. HOUTINGIUS, JOH. MEYERUS, Hardero-

vicensis Professor, hujusque collega THEOD. JANSONIUS ab ALMELOVEEN, MELCH. LEIDECKERUS, HADR. RELANDUS, JAC. BASNAGIUS, JOH. JAC. CRAMERUS, GUIL. SURENHUYSIUS, JOH. CLERICUS, CONR. MEELIUS; Exque Magnæ Brittanniæ illustribus viris NIC. FULLERUS, JO. SELDENUS, JOH. SPENCERUS, EDUARD. POCOCKIUS, EDMUND. CASTELLUS, RADULPH. CUDWORTH, THOMAS HYDE, THOM. GODWINUS, CHRISTOPH. CARTWRIGTH. HENR. AINSWORTH, ROB. SCHERINGHAMIUS, HUMPHRIED. PRIDEAUX, JO. MARSHAMUS, LUDOV. de COMPIEGNE de VEIL, & ROBERT. CLAVERINGH. Ne dicam de nostræ ætatis adhuc inclarescentibus Reformatis Philologis MILLIIS, BASHUYSIIS, HOTTINGERIS, BUXTORFFIIS, MELCHIORIBUS, aliisque, quorum omnium nomina & opera (si Deo vitam meam protrahenti placuerit) recensebo *in Bibliotheca Antiquitatum Hebraicarum secundum materias instructa*, quam meditor, & cujus hic Tibi præcipua saltem nomina per nudam πρόληψιν trado.

Vidimus itaque insignem Talmudistarum usum uti in corroborandis fidei dogmatibus, ita etiam in elucidandis antiquitatibus sacris; sed restat alius & quidem adhuc præstantior Talmudis usus, sese extendens ad ipsam Scripturam Sacram ejusque solidiorem explanationem, ex illo petendam, quem usum pluribus deduxere ac demonstrarunt LUDOVICUS de TENA, Theologus Complutensis, in Isagoge in S.Scripturam, edita Barcinonæ 1620. fol. GUILHELMUS SCHICKARDUS in *Bechinat Happeruschim p.* 107. CHRISTOPHORUS CARTWRIGHT in præfatione *Electorum* suorum *Talmudico Rabbinicorum* in *Genesin* ed. Londini 1656. 8. LUDOVIC. CAPELLUS Criticæ S. *Lib.* V. *Cap.* XII. *p.* 372. *sqq.* ed. Parisiis 1650. fol. JOHANNES MICHAEL DILHERRUS in *Lectionis Rabbinorum assertione*, extante *Tom. I. Disputationum Academicarum, p.* 335. THEODORUS HACKSPANNUS in tractatu, de *scriptorum Iudaicorum in Theologia vario & multiplici usu*, quam Diatriben subjunxit R. LIPOMANNI Libro *Nizzachon*, edito Noribergæ 1644. 4. RICHARDUS SIMONIUS in *Histoire Critique de Vieux Testament. Lib. VII. cap. VI. & VII. p.* 375. *sqq.* ed. Roterodami 1685. 4. ISAACUS PEIS in *Allegoriis Talmudico-Rabbinicis*, quibus *viris doctis dijudicandum exponit. Annon etiam credita hacte-*

*nus*

*nus fabulæ Iudaicæ usum habeant* in explicanda Sacra Scriptura ed. Frfti. 1707. 4. *clarissimus* JOHANNES JUSTUS LOSIUS in eleganti Dissertatione qua *Hebræos veteres Christum scripturæ scopum studiose olim quæsivisse ostenditur* §. XIX. p. 49. *sqq.* ed. Halæ Magdeburgicæ 1709. 4. & denique summus Philologus THEODORUS DASSOVIUS in *Rabbinismo S. Philologiæ Ancillante ad Ierem.* XXIII. *p.* 823. *sqq.*

Quod ex Talmudicis Rabbinicisque scriptis in Scripturæ S. majorem illustrationem redundans commodum, hi laudati viri variis exemplis, præceptis ac monitis exposuere, hoc in praxi initio felicissimæ Literarum bonarum restaurationis exhibuit JOHANNES REUCHLINUS in Commentariis in varios Scripturæ Sacræ libros, & præcipue in VII. *Psalmos pœnitentiales*, ed. Tubingæ 1512. 8. quod exemplum dein multi *Ecclesiæ Romanæ* Doctores in suis Commentariis ac expositionibus biblicis imitati sunt, exque his primo AUGUSTINUS STEUCHUS, Eugubinus, in *Recognitione V. Testam.* ad *Hebraicam veritatem*, edita *Venetiis* 1529. fol. in quo libro consensum Judæorum cum S. S. ex illorum adductis testimoniis eodem modo eruere annisus est, uti Consensum gentilium Philosophorum in omnibus fidei Christianæ capitibus incomparabili modo, & stupenda fere eruditione monstravit, in suo numquam satis laudando opere *de perenni Philosophia*, edito Basileæ 1542. 4. Hos duumviros dein secuti sunt FRANCISCUS GEORGIUS VENETUS, *in problematibus in utrumque Testamentum* ed. Venetiis 1536. 4. FRANCISCUS VATABLUS in Notis in Vet. Testam. edit. Salmanticæ 1584. fol. & porro SIXTUS SENENSIS, JOHANNES MERCERUS, SANCTES PAGNINUS, ROBERTUS & HENR. STEPHANUS, CLAUDIUS ESPENCÆUS, AUGUSTINUS MARLORATUS, CASP. SANCTIUS, ANDR. MASIUS, EMANUEL SAA, JOH. MARIANA, JOH. STEPH. MENOCHIUS, JOH. & STEPH. MORINI, HIERONYM. FLORAVANTIUS, DIDACUS DE CELADA, PAUL. SCHERLOGUS, JAC. BOLDUCCIUS, NICOL. ABRAMUS, MARTINUS DEL RIO, ANDR. SCOTTUS, ALPHONSUS SALMERON, NICOLAUS SERRARIUS, PAULUS A S. MARIA, & CORNELIUS A LAPIDE, qui ultimus tamen parum admodum Rabbinos in subsidium vocat, & quidem non ex ipsis fontibus sed aliorum Commentariis. Hoc autem data opera, & quidem magno studio, peregit *Anonymus* Auctor *Commentarii in Esaiam*, qui

*Salmanticæ* 1570. fol. excusus est, utpote in quo Judæorum detorsiones ex ipsis Rabbinorum Talmudicisq; scriptis erudite retulit, quod quoque fecit alius eruditus *Anonymus*, in *Luminibus Reflexis Rabbinicis Sarragossæ* 1562. fol. editis, a quo opere clarissimus PHILIPPUS PICINELLUS, Abbas Canonicusque Lateranensis in suo elegantissimo ex sacra profanaque antiquitate concinnato *Commentario in universam Scripturam S.*, titulum *Luminum Reflexorum* mutuasse videtur, quem AUGUSTINUS EMTH ex Italico idiomate latine redditum edidit Francofurti ad Mœnum 1702. fol.

Eandem quoque Talmudico-Rabbinicam facem multi *nostræ* A. C. *Ecclesiæ* Theologi Scripturæ S. difficilioribus locis ex Antiquitat. Hebræorum magis elucidandis, prætulere; quales sunt: CHRISTOPH. HELVICUS, MATTH. WASMUTHIUS, JOH. GERHARDUS, SALOMO GLASSIUS, AUGUST. VARENIUS, JOH. QUISTORPIUS, DAN. CRAMERUS, ANDR. PRUCKNERUS, CHRISTOPH. NOLDIUS, MART. GEYERUS, JOH. ANDR. QUENSTEDIUS, THEODOR. HACKSPANNUS, ABRAH. CALOVIUS, BERNH. VAN SANDEN, JOH. SAUBERTUS, JOH. MICHAEL DILLHERRUS, SAM. BOHLIUS, MATTHIAS FRIDER. BECKIUS, JOH. TARNOVIUS, DAN. LUNDIUS, WOLFG. FRANZIUS, JOH. FRISCHMUTHIUS, SEBAST. SCHMIDIUS, AUG. PFEIFFERUS, JOH. BENED. CARPZOVIUS, JOH. GEORG. ABICHT, CHRISTOPH. SAM. MARTINI, JOH. HENR. URSINUS, JOHANNES HENRICI MAJI pater & filius, HERMANNUS von der Hardt, JOHANNES & GOTHOFREDUS OLEARIUS, GREG. GREGORI, CHRISTOPH. SONNTAGIUS, JOH. REINARTUS BRECHTIUS, BRANDANUS HENR. GEBHARDUS, ZACH. GRAPIUS, NIC. KOEPPENIUS, CHRIST. NIFANIUS, DAVID. NERRETTERUS, JOACH. LANGIUS, SAL. DAILINGIUS, HENR. BENED. STARCKIUS, JOH. REINH. RUSSIUS, JOH. CONRAD. SCHWARZIUS, JO. CHRITOPH. WOLFFIUS, JO. LAUR. MOSHEIMIUS, JO. JUST. SONNESCHMID, aliique plures venerandi adhuc florentes Theologi & Philologi.

Nec minori quam nostrates studio *Reformatæ Ecclesiæ celebriores Doctores* Scripturam S. ex Talmude & Rabbinorum commentis illustrarunt, ex quibus præcipui sunt: PETR. MARTYR, ANDR. RIVETUS, JOH. DRUSIUS, DAN. HEIN-

SIUS,

SIUS, ARNOLD. BOOTIUS, GUILH. CODDÆUS, GERH. JOH. VOSSIUS, ALEXANDER & HENR. MORUS, THOM. GATACKERUS, SIXTINUS AB AMAMA, JOH. D'OUTREIN, JOH. BOISIUS, JAC. & HENR. ALTINGIUS, LUDOVIC. DE DIEU, ANTON. & PAUL. HULSIUS, EDUARD. LEIGH, EDUARD. POCOCKIUS, JAC. & LUDOV. CAPELLUS, JOH. HENR. HOTTINGERUS, JOH. HENR. HEIDEGGERUS, CHRIST. SCHOTANUS, ANT. BYNÆUS, ARNOLD. MOONEN, FRANCISC. BURMANNUS, JOH. MARCKIUS, JOH. BRAUNIUS, JAC. GUSSETIUS, CAMPEG. VITRINGA, RUARD. ANDALA, PHILIPPON. D'HAUTECOUR, PETR. JURIEU, JACOB. SAURIN, FRANCISC. TAYLERVS, HENR. DEUSINGIVS, NIC. GURTLERUS, JAC. NILOE, JOH. MEYERUS, FRID. ADOLPH. LAMPE, DAV. MILLIUS, JOH. FRID. HOMBERG, HIERONYM. WILH. SCHNABELIUS, HIERONYM. SIMON VAN ALPHEN, HENR. JAC. A BASHUYSEN, CORNEL. ADAMI &c. Exque Remonſtrantibus magni illuſtresque Duum-viri HUGO GROTIUS, & JOHANNES CLERICUS.

Quamquam vero omnes hi jamjam in hanc ſcenam Biblicam producti Auctores in ſuis Commentariis aliisque philologicis tractatibus, vel univerſam Script. S. vel ſaltem hunc vel iſtum divinum S.S. librum aut locum Thalmudico-Rabbinicis cancellis circumſcripſere, attamen alii, ſolum horum ſuorum ſtudiorum aut unicum aut ſaltem præcipuum Terminum conſtituere *Novum Teſtamentum*, idque ideo, quia hoc ex illis, propter varias a Chriſto & Apoſtolis prolatas, eoque tempore uſitatas allegorias, emblemata, ſententias, methodosque allegandi explicandique V. T. præcipue autem antiqui fœderis typos, magnam fœnerari poſſe lucem non ſine rationibus credidere. Ideo hoc opus primum ſpecialiori ſtudio aggreſſus eſt anno 1612. JOHANNES DRUSIUS *libris X. Prateritorum in N.* T. eodem anno *Franequeræ*, 4. prodeuntibus, dein autem *Bibliis Criticis S.* incorporatis, rubricamque hanc gerentibus, quia *Druſius* in illis ea ſolum Judæorum ſcripta allegavit, quæ ab *Eraſmo*, *Theodoro*, aliisque præterita fuiſſe obſervaverat. Hiſce autem *Prateritis* adeo excitatus fuit clar. JAC. CAPELLUS, Theologus Sedanenſis, ut etiam ex *Judaicis*, præcipue autem Talmudicis ſcriptoribus, novas *obſervationes* in N. T. concinnaret, quas tamen demum poſt Auctoris anno 1633. contingentem ex hac vita beatum

tum excessum, edidit ejus non minori, si non majori, orientis Linguarum cognitione instructus frater JAC. CAPELLUS, Salmuriensis Theologus Amstelodami 1657. 4. apud Elzevirios, addita sua propria ejusdem commatis *Nova illustratione nonnullorum locorum* N. T. quam ex modestia *spicilegium post messem* saltem vocavit, licet ob profundiorem eruditionem *maturioris messis* titulum recte mereatur. Utrumque librum exhibent quoque jam, & quidem sæpius, allegata *Biblia Critica.* Vix autem spicilegium hoc ad manus inclyti JOHANNIS LIGTFOOTI pervenerat, cum ille hoc, tamquam acutissimo stimulo, incitatus, statim manum admoveret scriptioni *Horarum* suarum *Hebraico-Talmudicarum* in Quatuor Evangelistas & Acta, sæpius ob summam in illis latentem eruditionem recusarum, & cum suo *Chronico Temporum* constituentium Tomum II. omnium ejus *operum* studio JOHANNIS LEUSDENII secunda vice editorum *Franequeræ* 1699. III. Tomis, quorum ultimus complectitur LIGTFOTII *opera posthuma*, interque hæc *Annotationes quoque Talmudicas* in *Genesin*, *Exodum*, *Numeros*, & *Josuam.* Quanto applausu ab Eruditis hoc pereruditum *Horarum Talmudicarum* opus fuerit exceptum, docetur maximorum eruditorum virorum plurimis testimoniis in *Appendice* vitæ *Ligtfootianæ*, Tomo I. operum laudatorum præmissæ, §. IV. LIGTFOOTIO statim jungi meretur conjunctissimus mihi olim in suavissima Batavia Amicus GUILHELMUS SURENHUYSIUS in suo, omnem Hebræam Biblicam Literaturam, rupto quasi inter adytum & sacrarium velo, pandente ספר המשנה edito Amstelodami 1713. 4. Recensui pluribus hoc incomparabile Amici opus in *Republica Eruditorum*, lingua batava eo tempore (cum Hagæ Comitum Ecclesiæ ibidem *Aug. Confess.* Pastoris P. officio fungebar) a me exarata, & a primis, præteriti, nostrique temporis, Bibliopolis WETTSTENIIS communi eruditorum usui exposita. Qui præclarum hoc opus non per transennam adspiciet, meis Bæthiliis adjiciet, spero, album lapillum. Non minori, quo meum *Surenhusium*, cultu prosequor JOH. HENRICUM MAJUM, filium, Academiæ Giessensis primariam hodie fere Lucernam, qui mihi, cum ac magnum suum venarendum b. patrem anno 1719. visitanti, ex suis doctissimis scriniis quam plurima *Talmudico Rabbinica*, magno sane, quo Deus illum mactavit,

judi-

judicio, *congesta Excerpta* monstravit, mihique hanc limatam operam probanti ejusque publicationem enixius urgenti, spem promulgandi fecit, cui an satisfecerit, me hic commercio literario destitutum negotiorumque publicorum mole quoad animum corpusque fere depressum fugit.

Non ita pridem hoc, quod Majus intenderat, revera præstitit SAMUEL FRIDERICUS BUCHERUS *Antiquitatum Biblicarum ex Novo Testamento selectarum* opere, Wittebergæ in quarta forma Anno M DCC XXIX. emisso, dum gravissimas Antiquitates non solum ex Græciæ Latiique optimis scriptoribus, verum etiam ex Talmude aliisque Rabbinorum scriptis elegantissime elucidavit. Absolvit equidem in hoc opere tantum quatuor Evangelistas, sed speramus, uti vovemus, clarissimum virum etiam reliquos N. Testamenti libros eodem modo ex Antiquitatibus illustratos orbi erudito fore daturum. Magnam quoque gratiam habemus celeberrimo profundiorisque eruditionis viro CHRISTIANO SCHOETTGENIO, quod jam anno 1719. in Novis *Literariis Lipsiensibus pag. 72. sqq.* promissum anxieque præstolatum egregium opus *Horarum Hebraicarum & Talmudicarum in universum Novum Testamentum* Dresdæ 1733. 4. nitidissimis formis exscriptarum nobis dederit muneri, quo dono sane nihil acceptius universæ Reipublicæ Literariæ esse potuit, cl. enim Vir in hoc præstantissimo opere ex optimis Talmudico-Rabbinicis fontibus non solum LIGTFOOTII *Horas* in Historicis N. T. libris supplevit, verum etiam intactas a Ligtfootio *Epistolas Apostolicas* ipsamque *Apocalypsin Johanneam* incredibili studio singularique judicio ita explanavit, ut *Ligtfootium* aliosque longo post se intervallo in hoc scribendi genere reliquerit.

Interim hi jam laudati clarissimi viri nondum universum numerum absolvunt illorum, quibus præsertim curæ voluptatique fuit, N. T. latentes sensus ex intimis Talmudis ac Rabbinorum visceribus eruere. Intenti huic operi inter alios fuere tres illi præstantissimi ac celebratissimi Theologi & Philologi, quorum huc spectantes egregias lucubrationes *Tibi, Benevole Lector*, hisce partim primum trado, partim autem ab interitu vindicatas reddo. Primum ex illis hic occupat locum cl. BALTH. SCHEIDIUS, S. Theol. Doctor, linguarumque orientalium quondam felicissimus Professor Argentoratensis, vir in Græca ac Orientis literatura exercitatissimus, uti hoc demonstrant ejus *Commentarius*

*Philologicus in Herodiani Historias*, *Commentarius Historico-Philologicus in Jonam*, Libri de *Astronomia Biblica*, nec non de *Cabbala Hebraeorum*, variæque *Philologica Disputationes in libros Regum & Psalmos Davidicos*, nec non *Masora Pentateucho ancillans*, quod ultimum tamen opus non ad finem perduxit, quia hoc molientem vita destituit anno 1670. qui erat quinquagesimus sextus suæ ætatis. In hujus autem medio fere cursu sese totum dabat Talmudici operis tam *Gemarici* quam *Mischnici* lectioni, idque eum in finem, ut ex illo omnia ad S. Scripturæ elucidationem collimantia loca, juxta librorum Biblicorum seriem in unum redigeret corpus, hocque tandem perfectum in publicum usum formis mandaret typographicis. Duobus fere ante suam beatam ἀνάλυσιν annis, opus hoc *Talmudico Biblicum* perfecit, idque *Decem*, propria sua manu, in quarta forma, conscriptis *Tomis*; ex quibus *novem* priores, quos titulo *Nuclei Talmudici* ornaverat, universum V. T. in congestis Talmudis sententiis illustrant; *Decimus* ac ultimus vero, solum N. T. tangit, rubroque, ab ipsa B. Auctoris manu addito, gaudet: *Præterita Præteritorum*; hocque in memoriam clar. JOHANNIS DRUSII, jam laudatorum *Præteritorum Novi Testamenti*, quorum curatiori perlustratione *B. Scheidius* inflammatus, novum hoc post illam *Drusianam* messem spicilegium instituit, ac cum illo copulare intendit. Eo autem ipso tempore, cum *Scheidius* noster opus hoc suum terminabat, advolabat ad illum maximæ dein, ex variis eruditis scriptis, famæ Theologus D. JOHANNES FRIDERICUS MEYERUS (splendidissimis Theologicis muneribus in patria, Wittebergæ, Hamburgi, Kiloni, & Gryphiswaldiæ summa cum laude functus) ut telam in Orientis Linguis Lipsiæ jam feliciter cœptam, sub SCHEIDIO nostro absolveret, seque, licet jam Magisteriali Lipsiensi laurea cinctum, ei, ut primariæ tunc temporis statuæ Orientis Mercuriali, ad orientalem literarium cursum perficiendum totum traderet. Vix autem MEYERUS Scheidianam scholam intraverat, cum SCHEIDIUS, ejus insignibus ingenii dotibus, rara humanitate, excitatissimo spiritu, ac profectibus jam magnis studiorum captus, ejus intimiori familiaritate uti inciperet, eaque propter ipsi hoc suum laboriosum Talmudico-Biblicum opus communicaret. Vix exprimi poterit insignis illa lætitia quæ ex hujus operis aspectu Meyero oboriebatur, flagransque simul cupido hujus Thesauri participem fieri universum literatum orbem

orbem per ejusdem publicam impressionem, quam in patria sua procuraturum, sanctissime pollicebatur, hisque promissis tandem a SCHEIDII, mox inexspectata morte correpti, *Hæredibus* attineret, ut suæ fidei integrum hoc αὐτόγραφον opus formis sua cura premendum traderent. Sed promissa MEYERI nunquam apparuere, nec communicati operis spe restitutionem, Hæredes Scheidiani, ad infinitas preces pertinacissimasque monitorias epistolas, a B. MEYERO unquam impetrare potuere, uti mihi hoc B. SCHEIDII illustris eruditissimusque filius, mihique conjunctissimus amicus, nempe D. SCHEIDIUS, Argentoratensis Canonicus & Medicinæ Professor Prim. nec non Beatissimæ ac gloriosissimæ memoriæ Serenissimi Palatini Principis CHRISTIANI *Ducis Birckenfeldensis*, & demum *Bipontini*, itemque celsissimi *Hanoici Comitis* JOHANNIS REINHARDI, Primarii Archiatri, non una vice tam *Argentinæ*, quam *Bouxovillæ* in Alsatia, si mecum huc aulam nostram Hanovicam (in qua per 8. fere annos *Primarii Concionatoris aulici, Consiliarii Eccles.* ac omnium *Hanoicarum tam Lichtenbergensium-Alsaticarum*, quam *Münzenbergensium Wetteraviensium* Ecclesiarum supremi Ephori munus obivi) sequebatur, retulit, addendo; se tamen tandem post D. MEYERI 1712. Stetini existentem ex hac vita beatum excessum, huncque paulo post subsecutam amplissimæ ejus Bibliothecæ translationem ad *Regiam sedem Berolinensem*, voti sui compotem ex clementissimo augustissimi omniumq; justissimi BORUSSIALIS REGIS mandato fuisse factum, cum ab hoc quasi postliminii jure (exhibito prius B. MEYERI cum solennissima *data fide de restituendo*, sibi, ut unico jam superstiti filio relicto chirographo) opus hoc sibi reddendum humillime obsecrasset. Saliva mihi de hoc inspiciendo mihi hactenus incognito opere nimium mota, hanc Argentorati restrinxit humanissima ejusdem exhibitione, cum simul concessa illud describendi potestate. Expetii autem hujus eruditi operis solum ultimum N. T. illustrans Tomum, hunc Hanoviam, ex Alsatia redux, detuli, statimque celeberrimo hodierno *Russiaco Petropolitano* LL. Orientalium Professori GEORGIO JACOBO KEHRIO, eo tempore meo amanuensi, describendum dabam, idque eum in finem, ut ex fide etiam laudato Scheidiano illustri filio data, illud prelo aliquando submitterem. Sed variis hactenus impeditus gravissimis negotiis, aliisque fatis, coactus fui illud usque in hoc, in quo tandem

 com-

comparet, tempus differre. Quid B. SCHEIDIUS in hoc opere præstiterit aliis dijudicandum relinquo, hoc tamen addo, me dolere, quod non originalis Talmudis Textus, erudito *Ligtfootiano* & *Schættgeniano* more sit simul additus, sed nuda tantum appareat latina versio, & quod porro passim præter necessitatem excerpta Thalmudica sint cumulata, imo hinc inde, talia ex his lacunis in medium prolata; quæ ad explicationem locorum SS. parum aut nihil conferunt, & interdum casta pectora lædere videntur, qualia sunt quæ leguntur ad *Matth.* V, 28. *Luc.* I, 7. & 1. *Cor.* VII, 2. 3. quæ ex meo judicio rectius omitti potuissent, ut etiam passim multæ aniles fabulæ, exempli gratia ad *Rom.* VIII, 28. Interim *hæc præterita præteritorum* non omni carebunt fructu, quia nobis ex Talmude ea quoque pandunt, quæ frustra apud omnes antea laude elatos Auctores quæsiveris.

Scheidiano Opusculo adjunxi acutissimi immortalisque memoriæ Theologi & Philologi D. JO. ANDR. DANZII, per XLVIII. annos Orientis Linguas una cum Theologia maxima cum laude in Academia Jenensi professi, ibique an. 1727. qui constituebat gloriosæ suæ vitæ annum LXXIII, non sine maximo Orientalium Musarum luctu denati, exque multis a se evulgatis Philologicis libris inclyti, varias *Dissertationes* & *Programmata*, variis, & quidem difficillimis N. T. locis ex *Talmude* aliisque Antiquitatum Hebraicarum a vulgato usu abeuntibus fontibus maximam lucem affundentes, summoque studio & admirando judicio exaratas, quasque Gröningensis insignis philologus JO. BRAUNIUS, quanta etiam alias alios eruditos innata invidia opprimere solebat, multo auro sibi præstantiores esse mihi confitebatur, cum illum Anno 1706. *Græningæ* conveniebam ac *Danzianorum* scriptorum inter alia mentionem faciebam. Quia per quatuor annos, in fine elapsi & in principio hujus seculi, hujus summi Viri, ut mei veri Gamalielis, pedibus adhæsi exque ejus facundissimo ore, tanquam limpidissimo fonte, Orientales *Hebraicas*, *Chaldaicas*, *Syriacas*, *Arabicasque* aquas, summa cupiditate ac dulcedine hausi, & insuper ab eo ad ipsa *Talmudica* & S. S. *Antiquitatum adyta* admissus fui, non potui non, quin etiam ad testandam simul meam adhuc B. hujus mei fidelissimi Doctoris Manibus gratitudinem, has suas hinc inde palantes & vix quoad minimam partem adhuc obvias adeoque interitui proximas eruditissimas Dissertationes conquirerem, inque unum in hoc opere corpus redigerem. Vix autem exprimere pos-


possum quantam operam impenderim, ut *illas*, quas hic TIBI, BENEVOLE LECTOR, exhibeo, acceperim. Hanc quæ sistit *Uxorem Maritum Repudiantem* numquam (quia non,* nisi quoad primam Tituli plagulam, impressa exstitit) invenissem, si non celeberrimus mihique amicissimus æstumatissimusque Theologus & Philologus JO. BENJ. MARTINI, Ordruffiensis dignissimus Præsul, eandem propria eleganti *Danziana* manu scriptam superiori anno mihi humanissime suppeditasset, simulque ut *Danzianorum Manuscriptorum* a B. Viro proximus consanguinitate hæres constitutus, mihi indicasset, se adhuc prelo parata & a *Danzio* ipso perfecta opera possidere, primo nempe integrum *Commentarium in Matthæum omnia Ebræorum jura ibi occurrentia ex genuinis Talmudistarum fontibus explicantem*; & secundo, *Masoram throno Θεοπνευστίας motam*, a multis jam retro annis publice promissam ab ipso B. Auctore, qui simul brevi ante suam b. ἀνάλυσιν venerando Domino MARTINI hujus editionem serio injunxit, cujus, & dicti *in Matthæum Commentarii*, publicationis mihi quoque spem certissimam fecit, qua ne destituatur Orientalis literaria Respublica, Deum ex toto corde precor.

*Tertio* & tandem in hac Collectione BENEVOLO LECTORI offero pererudita Philologica ex Talmudico-Rabbinico mari Novum Testamentum in variis locis quoque circumfundentia opuscula, celeberrimi *Franequerensis* Philologi & Professoris JAC. RHENFERDI, viri de literatura orientali variis, & quidem eruditissimis imo rarioribus scriptis immortaliter quoque meriti, vitæque finem præmaturum facientis Franequeræ Anno 1712. post expletos octo & quinquaginta vitalis auræ annos. Clarissimus Ultrajectinus Philologus DAV. MILLIUS equidem quasdam, quas hic iterum produco, jam intexuit *Rhenferdi operibus philologicis* Trajecti ad Rhenum Anno 1722. 4. a se promulgatis, quales sunt: *De seculo futuro, de stylo Apocalypseos Cabbalistico*, & quædam *Observationes ad loca Hebræa* N. T.; sed hic restituo, & ab interitu simul vindico, adhuc plures in *Milliana Collectione* præteritas, nempe plures *in loca Nov. Testam. selectas* B. viri *Observationes*, ejus *Mantissam* de *Pharisæis*, Dissertationem *de lepra cutis Hebræorum*, & eruditissimam judiciosissimamque *Comparationem anniversariæ Expiationis Christi cum Pontificis M. Veteris Testamenti*, quas eruditas Disquisitiones B. Vir, ex intima, quæ inter nos

in Batavia conflata erat, familiaritate, in sui memoriam, cum aliis suis scriptis mihi dono dedit, quarumque ultimam subjunxit illustrato a ROBERTO SHERINGHAMIO *Codice Talmudico Joma*, cura sua ob summam præstantiam iterum recuso Franequeræ 1696. 8. Quia cl. RHENFERDO cum celeberrimo HERMANNO WITSIO de *seculo futuro* controversia proprie intercessit, non inutile duxi ut hujus præstantissimi Theologi & Philologi de eadem materia conscriptam Dissertationem, tamquam *purpuram juxta purpuram* adjicerem, quod, ad rectius judicium de hoc erudito philologico certamine ferendum, non inacceptum BENEVOLO LECTORI fore confido.

Et hæc sunt, quæ de hoc meo instituto in limine hujus Operis optimum LECTOREM monere partium mearum esse duxi, me aliquali spe lactans, hos meos qualescunque conatus cum additis in fine operis bigis mearum de *Nasi & Directoribus Scholarum Hebræorum* Meditationum sibi, si non in totum, tamen ex aliquali solum parte, non plane ingratos fore; qua si non totus dejectus fuero exspectatione, curabo, ut Deo longiorem vitam viresque ex infinita sua gratia mihi largiente, nova Collectione istiusmodi rarissimarum in paucissimorum manibus existentium N. T. *ex Talmude & Hebræorum Antiquitatibus* explicantium lucubrationum maximorum Virorum ejus studiis porro inserviam. Scribebam Coburgi d. XVIII. Septembris Anno Salutis MDCC XXXV.

BALTHA-



# BALTHASARIS SCHEIDII PRÆTERITA PRÆTERITORUM.

## Loca Talmudica,

in quibus
JEsu & discipulorum ejus
fit mentio.

IN Tractatu *Schabbath f. 104. 2.* in *Mischna* dicitur: Si quis (die Sabbathi) lineam ducat, seu incisuram faciat super carnem suam, R. Eliescr eum reum censet sacrificii peccati, Sapientes autem absolvunt. Postea in *Gemara*, ad hæc verba notatur: Traditio. Dixit R. Eliescr ad Sapientes: At annon filius סטדא Stadæ (*Glossa:* dicit R. *Tam*, hunc non esse JEsum Nazarenum: quia ecce de filio Stadæ dicimus hic eum fuisse in diebus Paphi filii Judæ, qui erat in diebus R. Akiba: JEsus autem erat in diebus Josuæ filii Parachiæ: qui repulit JEsum ambabus manibus. R. Josua autem erat diu ante R. Akibam.) extulit magicas artes ex Ægypto, in incisura, quæ erat super carne ejus? (*Glossa:* quia non poterat eas efferre, seu educere, scriptas: quia magi diligenter inquirebant in omnes, qui exibant, ne efferrent artes Magicas, ad docendum eas alios homines alibi terrarum habitantes.) Cui respondebant; eum stultum fuisse. (*Glossa:* stultitiam fuisse in eo, ad faciendum id, quod non est mos filiorum hominis faciendi, & tradidit animam suam propter hanc rem.) Non autem afferunt rationem à stultis. Filius Stadæ, filius פנדירא

Pandiræ eſt *Sanhedrin f. 67. 1.* Dixit R. *Chasda:* Maritus ſeu procus matris ejus fuit Stada, iniens Pandiram. (*Gloſſa:* & vocabatur hic filius Stadæ de nomine mariti matris ſuæ, qui vocabatur Stada, ſeu a patre, non à matre ſua; quamvis eſſet ſpurius;) maritus Paphus filius Judæ ipſe eſt, mater ejus Stada, mater ejus מרים Maria, plicatrix capillorum mulierum erat: ſicut dicimus in Pombedita; סטת declinavit hæc à marito ſuo. (*Gloſſa:* Ideo, quia ſcortata hæc erat, vocabatur ita.)

*Sanhedrin f. 67. 1.* Miſchna הַמֵּסִית (de quo Deut. XIII, 6.) ſeductor is eſt idiota, ſeu laicus ſeducens laicum, his verbis: Eſt Deus in iſto loco, cui talis cibus, talis potus præbetur, à quo talia bona, vel mala exſpectantur. Ex omnibus, qui morti adjudicantur in Lege, nulli inſidiæ collocantur, hoc excepto. Nam ſi ad binos ſic loquutus ſit, illique teſtimonium de eo dixerint, in judicium vocatus, lapidatur. &c. Poſtea in *Gemara* notatur: Ex omnibus, qui morti adjudicantur in Lege, nulli inſidiæ collocantur, hoc excepto. Quomodo faciunt id ei? Accendunt ipſi candelam in conclavi interiori, & teſtes collocant in cubiculo exteriori, ut hi ipſum videre, & vocem ejus audire poſſint: ſed ipſe non videt illos. Tum ille, quem antea conatus erat ſeducere, dicit ei; Repete quæſo id, quod antehac dixiſti hic privatim. Tum, ſi id dicat, hic regerit ei; Quomodo relinqueremus Deum noſtrum in cœlis, & ſerviremus idolis? Ad hoc ſi convertatur pœnitentia acta; bene eſt: ſi vero dicat; Hoc eſt officium noſtrum, atque ita omnino decet nos facere; teſtes exterius ipſum audientes, eum ad domum judicii abducunt & lapidant. (Conf. *Schabbath f. 104. 2.*) Sic fecerunt filio Stadæ vel Stadtæ in Lud, & ſuſpenderunt eum in veſpera Paſchatis ſeu pridie diei Paſchatis. Filius Stadæ filius Pandiræ eſt, &c. v. paulo ante, quæ hic repetuntur.

*Nota.* Quod hic dicitur filius Pandiræ, convenit cum eo, quod veteri Traditione Jeſus dicitur filius Panther. *Hug. Grotius* Ann. in N. T. *p. 653.* Eſt & alia vetus traditio, *Epiphanio* memorata: Joſephum maritum Mariæ filium fuiſſe τȣ̃ Ἰακώβ, ἐπίκλην δὲ πάνθηρ καλȣμένȣ, *Jacobi, cognomento autem Panther vocati:* quod omnino ſpernendum non puto. Quippe & Celſus, Mariam, ait, concepiſſe ἀπό τινος πανθήρα τοὔνομα, *ab aliquo, Panthira nomine*, quod a Judæis haud dubie acceperat: nam iidem Jeſum Dominum noſtrum filium Panther appellant, &c.

*Chagiga f. 4. 2.* R. Joſeph quum legendo ſacra Biblia perveniebat ad locum illum Prov. XIII, 23. *Eſt, qui conſumitur abſque judicio.* (*Gloſſa:* Eſt qui conſumitur, nec eſt iniquitas in manu ejus, nec æquum erat, ut conſumeretur.) Dixit: Num autem ſit, qui abierit, vel mortuus ſit abſque tempore ſuo, ſeu ante tempus ſibi præfinitum? Ita ſane. Scilicet ut illud R. ביבי *Bibi*, filii Abai:

Qui

Qui cum esset aliquando apud Angelum mortis, dicebat Angelus mortis ad apostolum seu servum; abi, affer mihi Mariam, à te interficiendam, מגדלה, quæ solet complicare crines mulierum. Abiens ergo ille, occisam Mariam מגדלה, quæ solebat educare seu nutrire pueros, (scil: errore circa personam commisso, & una Maria pro altera interfecta,) afferebat. Dicenti deinde Angelo mortis; Ego illam Mariam, quæ complicare solet crines mulierum, adduci jubebam; respondebat ejus apostolus: si ita est; hanc reducam (vitæ restituam,) illa abducta, (interfecta.) Cui Angelus mortis; postquam hanc attulisti, ait, esto in numero, (mortua maneat.) Sed quomodo prævaluisti ei? (*Glossa:* postquam nondum advenerat tempus ejus præfinitum moriendi?) scilicet, illa, accepto manu sua rutabulo, accendebat, & evertebat furnum; deinde acceptum, pedi suo imponebat ignitum, ut eo combureretur, & sic destructo planeta, seu fato ejus, mortuam eam attuli. Quo audito, quærebat R. Bibi filius Abai, ex Angelo mortis: Licetne vobis facere ita? Cui ille respondebat: Et annon scribitur Prov. XIII, 23. *Est, qui consumitur absque judicio.* Regerenti autem ei R. Bibi: Atqui scribitur, Eccl. I, 4. *Generatio abit, & generatio venit:* reponebat Angelus mortis: quia ego benevolus sum eis, usquedum implentur illis anni in generationem: (*Glossa:* Benevolus sum eis; h. e. non trado eos custodi mortuorum, cui nomen est Duma, sed devolvuntur illi mecum, & discurrunt in mundo, usquedum alicujus anni implentur: idque vocatur *generatio:*) postea autem, quam absoluti seu impleti sunt anni ejus, trado eum custodi mortuorum, cui nomen est Duma. Cum deinde R. Bibi filius Abai pergebat quærere ex eo: Tandem vero, cum altera illa Maria plicatrice capillorum mulierum quid evenit? Respondebat ei: Si est aliquis ex præstantissimis junioribus Rabbinis, qui autor est transgrediendi verba sua, tum addo illum, vitæ exemplum, numero mortuorum, hicque in locum illius mulieris, quam alioqui ordo moriendi tetigisset, facta surrogatione, substituitur. (Cæterum in *Tosephoth* seu additionibus ad hunc locum ita notatur: Hæc historia Mariæ plicatricis capillorum mulierum accidit in domo secunda, seu templo secundo. Fuit enim mater τȣ̃ N. hoc est, Jesu: sicut habetur in Tr. *Schabbath f. 104. 2.*)

*Gittin f. 90. 1.* Reperias hominem, intra cujus calicem si ceciderit musca, qui exemta ea & abjecta, tamen non bibat eum. Tali more præditus erat פפוס Paphus filius Judæ, qui, cum in publicum prodibat, post se claudebat januam obducta sera coram ea, ne ea cum quoquam colloqueretur; Mos autem hic erat, qui non decebat eum: nam mediante eo inter eos orta est discordia, atque ipsa inde cepit occasionem scortandi.

*Chagiga f. 5. 1. 2.* R. Joseph dixit: Manus ejus extensa est super nos, (ut protegat nos:) quia dicitur Es. LI, 16. *Et in umbra manuum mearum texi*

*te.* R. Josua filius Chananiæ stante in domo Cæsaris, indicabat ei (Josuæ) aliquis sectarius (*Glossa:* secundum exemplar Amstelrod. legitur: *aliquis discipulorum Jesu, qui non assentiuntur verbis sapientum.* In *Basileensi* autem editione omissa sunt illa verba, *discipulorum Jesu.* Et tantum legitur; *qui non credunt verbis Rabbinorum benedictæ memoriæ, utpote Sadducæorum aliquis:*) Populus, à quo avertit Dominus ejus faciem suam (scilicet tu R. Josua es, cum tuis contribulibus.) Cui indicabat (R. Josua:) manus ejus (Dei) extensa est super nos. (Sectarius, nutu aversionibus faciei; R. Josua autem, nutu extensionis brachii manusque hæc indicabant.) Dicebat Cæsar ad R. Josuam: Quid indicavit tibi? Respondebat R. Josua (Hac sua faciei aversione, tanquam nutu quodam significare voluit, quod Judæi sint) populus a quo avertit Dominus ejus suam faciem. Ego autem (extensione manus,) indico ei, (quod nos Judæi simus adhuc populus Dei, & adhuc) manus ejus extensa sit super nos. Deinde dicebant ei (Sectario,) quid indicasti ei? Respondebat ille; quod sit populus, a quo averterit Dominus ejus faciem suam. Quid autem indicavit tibi (suo isto nutu?) Respondente autem sectario, se nescire, quid sibi velit iste nutus; dicebat ad eum: Vir, qui nescit, quid indicet ei nutu, indicet coram eo Rex: educite eum, & occidite eum. Quum in eo esset, ut moreretur R. Josua filius Chananiæ, dicebant ad eum Rabbini: quid eventurum nobis est ex sectariis? Quibus ille respondebat: *periit consilium a sapientibus, fœtida facta est sapientia eorum.* Jerem. XLIX, 7. (*Glossa:* De Edom scribitur ibid: *annon est amplius sapientia in Theman? Periit consilium a filiis*, h. e. Israelitis.) Quorum verborum sententia est, quod, cum perierit consilium a filiis, fœtida futura sit sapientia nationum mundi.

In Tractatu *Schabbath f. 116. 1.* Quæsivit R. Joseph filius Chanun ex R. Abhu: Istos libros בית אבידן domus Abedan, seu perditionis, liberantne Judæi, (die Sabbathi,) incendio oborto, ne eo pereant, non obstante præcepto de servando Sabbatho, aut non liberant? Cui ille respondebat modo affirmando, modo negando, & relaxatio fiebat, manu ipsius. רב Rabus non ibat in domum perditionis: multo minus in בית נצרפי domum Nizrephe, seu conflatilium imaginum. Samuel in domum Nizrephe non ibat; in domum Abedan tamen ibat. Dicentibus aliquibus ad רבא Raba; quare non venisti in domum Abedan? Respondebat eis: palma aliqua est in via, & gravis mihi est; (quia radices ejus fiebant colliculi;) Regerentibus illis, eradicandam eam fuisse, respondebat: Et sic gravis mihi fuisset locus ad ambulandum, quia fossa tum ibi facta obstitisset. *Mar* filius Josephi dicebat: Ego ex illis sum, (sunt mihi noti & familiares.) nec metuo ab eis. *R. Meir* vocabat libros מינים hæreticorum און גילון Aven Giljon, h. e. vanitatem revela-

revelatam, vel, librum vanum. (*Glossa:* quia ipsi vocant eos אונגלי׳א Evangelia.) *Rabbi Johannes* vocabat eos עון גליון *Aven giljon*, h. e. iniquitatem libri: vel, revelationem iniquitatis.

*Notæ:* Per domum Abedan seu perditionis Talmud intelligit locum Christianorum, in quo leguntur libri Evangeliorum. *Glossa* notat ad hunc locum, domum Abedan vocari locum, in quo Christiani disputabant cum Judæis ex libris suis: domum Nizrephe autem vocari templum, in quo imagines erant, quas colebant. Quæ hic impie, & in religionem Christianam contumeliose traduntur in Talmud; in editione Basileensi, a *Marco Marino* sunt omissa; sed restituta sunt in Amstelrodamensi ex Veneta & Cracoviensi. Vocant autem blasphemo scommate & allusione contumeliosa, Evangelium, *Aven Giljon:* ex און *Aven*, vanitas, molestia; item idolum. Vel ex עון *Aven*, iniquitas, & גליון margo libri, volumen, vel revelatio: a גלה revelavit: affine etiam est גלל volvit, convolvit: unde מגלה volumen.

In Tr. *Avoda Sara f. 16. 2.* Tradiderunt Rabbini: Quum captus esset R. Eleasar ab hæreticis Romanis (h. e. Christianis,) ut cogerent eum ad Idololatriam, in altiorem *tribunalis* locum judicandi causa, eum adducebant. Tum הגמון h. e dux ille, seu judex, pro tribunali sedens, his verbis eum affabatur: seniorem talem, qualis tu es, studere in rebus tam vanis & inutilibus? Respondente R. Eleasare; fide dignus est per me ille judex; putabat ille ipse dux, eum de ipso hoc dixisse, & æquo jure judicasse, quod studeat in rebus vanis, cum tamen ipse non dixerit hoc, nisi respectu patris sui Cœlestis: quare dicebat ei, quandoquidem fidem habui ei, quod judicasti me, per te, per Deum meum דימוס *Dimos* juro, te absolvi, & libertati restitui. Libertati ergo restitutus R. Eleasar, cum domum redibat, ingressis ad eum discipulis ejus, animo eum consolandi, nolebat admittere in se eorum consolationes. Deinde, dicente ei R. Akiba (qui unus erat discipulorum ejus;) quæso, magister mi, da mihi potestatem dicendi aliquod verbum de eo, quod docuiste me; respondenteque R. Eleasare, dic: dicebat R. Akiba: forte hæresis venit in manum tuam, (vel, passus es te vinci a potestate hæreseos,) & placuit tibi, ejusque causa captus eras. Tum *R. Eleasar.* In memoriam mihi, o Akiba, revocasti, ajebat; me aliquando spatiatum in foro superiori צפורי urbis Ziporiæ, obvium habuisse aliquem ex discipulis ישו הנוצרי Jesu Nazareni, cui nomen erat Jacobi, civis כפר סכניא Caphar, vel vici Saccanja; qui dicebat mihi: in Lege vestra scribitur, Deut. XXIII, 19. *Non afferes mercedem meretricis.* Quid si fieret ex ea latrina in usum summi sacerdotis, quo tempore secedere solet e domo sua, ante diem expiationis, in cameram synedrii, ubi ordinent ei, quibus opus habet? Quo audito, nihil

 pror-

prorſus ei reſpondebam. Illo autem pergente mihi dicere; ſic docuit me Jesus Nazarenus: *Si ex mercede meretricia, meretrix quid colligat, usque ad mercedem meretricis id revertetur*, Mich. I, 7. Ex loco impuro ſi qua venerint, in locum impurum redibunt. Et profuit mihi verbum hoc opera hujus, ut captus ſim ab hæreſi, & transgreſſus ſim id quod ſcribitur in lege Prov. V, 8. *Procul remove ab ipſa viam tuam, & ne accedas ad oſtium domus ejus.* Per, *procul remove ab ipſa viam tuam,* intelligitur hæreſis. Per, *& ne accedas ad oſtium domus ejus,* intelligitur domina poteſtas. &c.

*Nota:* Tradiderunt Rabbini ſemper, ſiniſtra depellente, dextra propius ad ſe rem attrahat; non ut Eliſa, qui depulit Gehaſæum, ambabus manibus ſuis: neque ut Joſua filius פרחיה Parachiæ, qui depulit Nazarenum (Jesum,) ambabus manibus ſuis, Joſua filius Parachiæ, quid illud?

In Tr. *Sanhedrin f. 107. 2. & Sota f. 47. 1.* Quum ינאי Jannai rex interficiebat Rabbinos, fugiebat R. Joſua filius פרחיה Parachiæ, & ישו Jesus, Alexandriam Ægypti. Facta pace miſerat ei Simeon filius Pohetachi, frater uxoris Jannai regis, qui Hieroſolymis manſerat, hæreticum, qui diceret, Hieroſolyma urbs ſancta tibi, *Lightfoot.* hor. Talm. *p. 31.* vertit: מיני A me Hieruſalem, civitate ſancta, tibi, o Alexandria in Ægypto, ſorori meæ, ſalutem, &c. Alexandria Ægypti, ſoror mea (ſalutem.) Maritus meus eſt intra te; ego autem ſedeo deſolata. Surgens ergo ille veniebat eo, & perveniebat ad aliquem hoſpitem: exhibito ſibi honore amplo, dicebat: O quam pulchra eſt hæc hoſpita! Dicebat ei; Mi magiſter, oculi ejus ſunt teretes. Cui ille reſpondebat: Impie, taliane tu curas, & intentus es in uxorem alterius? Productis ergo 400. tubis, Schammati Zabat, ſeu proclamari curabat eum (Jesum) eſſe excommunicatum. Eo aliquoties veniente ad illum, illique dicente; recipe nos: tamen non reſpiciebat in eum, neque curabat eum. Die quodam, quum legebat Lectionem *Audi,* Deut. VI, 4. veniebat ad eum: putabat, ſe receptum iri; indicabat ei R. Joſua filius Parachiæ manu ſua, quod vellet recipere eum. Ipſe putabat, quod repellendo repelleret ſe; abibat ergo, erectaque in altum coma ſua, eam adorabat. Dicebat ei; reſipiſce: cui ille reſpondebat; ſic traditum eſt mihi a te, quod nulli, qui peccavit, & ad peccandum multis fuit autor, facultas agendi pœnitentiam ſuppeditetur. Nam dixerat Mar (Doctor Talmudicus) ישו Jesus ad Magiam ſeduxit, & crimen, ſed nationis, Deut. XIII, 6. & impulſionis, vetitum v. 5. commiſit, & Iſraëlitis ad peccandum autor fuit.

*Notæ:* Atrociſſima eſt hæc in Jesum Servatorem impie ejecta blaſphemia, & putidiſſimum mendacium, cujus vel tandem pudere deberet Judæos, qui tamen illam in poſtrema editione Amſtelrodamenſi denuo recu-

recudi curarunt, utut omissam in Basileensi. Obscure hæc a Talmud referuntur, & videntur ea, quæ de eo, qui tentaverit pudicitiam suæ hospitæ, in ipsum Jesum calumniosissime dicta esse.

Intricata sunt inprimis illa verba: שלח ליה שמעון בן שטח מיני ירושלים עיר הקדוש ליכי אלכסנדריא של מצרים אחותי בעלי שרויב בתוכך: quod vel ita verti potest, ut vertimus: vel: *Misit eum Simeon filius Schetachi: a me Hierosolyma urbe sancta, tibi Alexandria Ægypti soror mea, maritus meus habitat in te.* In Tr. *Sota f.47.1.* ubi eadem leguntur, paulo aliter referuntur & scribuntur, hoc modo: Quum interficiebat Rex Jannai Rabbinos, Simeon filius Schetach abscondebat sororem suam. R. Josua filius Parachiæ abibat & fugiebat Alexandriam Ægypti. Quum facta esset pax, misit eum (videtur ad Jesum referri) Simeon filius Schetach, מכי a me Hierosolyma, urbe sancta, לך ito Alexandriam Ægypti, soror mea, maritus (vel dominus) meus habitat in te: ego autem sedeo desolata. Dixerat: percipio inde, factam esse pacem. Quum venit, pervenit ad aliquem hospitem, stabat coram eis in honore pulchro. Faciebant ei honorem amplum. Sedebat & gloriabatur: quam pulchra &c.

*Ibid. f.103.1.* sensus istorum verborum Psal.XCI, 10. *Non occasio incidet obveniendi tibi malum:* dicitur esse juxta quorundam sententiam, quod non perterrefacient te mala somnia & cogitationes. *Et plaga non appropinquabit ad tentorium tuum:* hoc est, non erit tibi filius, aut discipulus, qui adurat, (vel, nimium saliendo corrumpat) edulium suum publice; (hoc est, qui a recta via deflectat, degeneret, doctrinam corrumpat, & ad hæresin, & ad idololatriam desciscat, eamque disseminet & defendat;) ut, exempli gratia, ישו Jesus Nazarenus.

*Not.* Hæc ultima verba; *ut ex gr. Jesus Nazarenus,* ex Basileensi, tanquam summe impia omissa, a Judæis in Amstelrodamensi pariter repetita leguntur.

*Ibid. f.43. 1.* Mischna. Inventa reæ partis innocentia, reus ille liber dimittitur. Sin minus; exit, ut lapidetur. Præco autem exit ante eum, his verbis proclamans: Vir iste N.N. filius alicujus N.N. exit, ut lapidetur; quia transgressus est talem transgressionem. Cujus rei testes sunt hi N.N. & N.N. Quicunque noverit aliquid de ejus innocentia, veniat, & doceat de eo. Postea in Gemara, ad verba Mischnæ: *præco autem exit ante eum,* &c. notatur. Ante ipsum, nempe immediate, præco exit quidem: ab initio autem totius comitatus lapidandum deducentis ad locum supplicii, non item. Atqui Traditio est: (Nota hæc, quæ sequuntur, ex Basileensi editione a Marco Marino expuncta esse:) Die parasceves sabbathi suspenderunt Jesum,

ſum, & præco exibat ante eum 40. diebus his verbis prolatis proclamans: exit, ut lapidetur: quia magicas artes exercuit, הסית ſeduxit (contra Deut.XIII, 6.) & הדיח impulit (contra v.5.) Iſraëlitas: quicunque ergo noverit aliquid de ejus innocentia, veniat, & doceat de eo. Cum autem nihil de ejus innocentia comprobanda inveniri potuiſſet, ſuſpenderunt eum die Paraſceves Paſchatis. Dixit Ula: Et putetur, quod filius verſorum, ſeu contrariorum innocentiæ ipſe ſeductor eſt; dixit autem Deus Deut.XIII, v.8. *Non parces, neque teges ſuper eo.* Sed reſpondeo; diverſam rationem eſſe Jeſu: quia propinquus regno, ſeu regiæ majeſtati erat. Tradiderunt Rabbini: Quinque diſcipulos habuit Jeſus, quorum unus vocabatur מתאי Matthæus, 2. נקאי Nakæus, 3. נצר Nezer, 4. בוני Boni, & 5. תודה Thoda, ſeu Theudas. Adduxerunt Matthæum, ut ſupplicio afficeretur; quibus ille dicebat: מתי Matthæus interficiatur? Atqui ſcribitur Pſal.XLII,3. מָתַי *Mathai*, h.e. *quando veniam, & comparebo apud faciem Dei?* Dicebant ei: Imo vero Matthæus interficietur: quia ſcribitur Pſal.XLI, 6. מָתַי *Mathai*, h. e. *quando morietur & peribit nomen ejus?* Adduxerunt Nakæum; quibus ille dicebat: נקאי Nakæus interficiatur? Atqui ſcribitur Exod.XXIII,7. Et נָקִי *Naki*, h.e. *innocentem & juſtum ne interficias.* Dicebant ei; imo vero, Nakai interficietur; quia ſcribitur Pſal. X, 8. *In latibulis interficiet* נָקִי *Naki*, h.e. *innocentem!* Adduxerunt Nezer; quibus ille dicebat: נצר *Nezer* interficiatur? Atqui ſcribitur Eſa. XI, 1. Et נֵצֶר *Nezer*, h.e. *ſurculus ex radicibus ejus propullulabit.* Dicebant ei; imo vero Nezer interficietur; quia ſcribitur Eſa. XIV, 19. *Et tu projectus es e ſepulchro tuo,* ut נֵצֶר *Nezer*, h.e. *ſurculus abominabilis.* Adduxerunt Boni: quibus ille dicebat; בוני Boni interficiatur? Atqui ſcribitur Exod.V,22. בְּנִי *Beni*, h.e. *filius meus primogenitus meus Iſraël.* Dicebant ei: Imo vero Boni interficietur: quia ſcribitur v.23. *Ecce ego interficio* בִּנְךָ *Bincha*, h.e. *filium tuum.* Adduxerunt Thoda: quibus ille dicebat; Thoda interficiatur? Atqui ſcribitur Pſal. C, 1. *Pſalmus* לְתוֹדָה *pro Thoda*, h.e. *laude.* Dicebant ei: Imo vero תודה Thoda interficietur; quia ſcribitur Pſal. L, 23. *Mactans* תודה *Thoda*, h.e. *ſacrificium laudis, honorabit me.*

*Avoda Sara f.27.2.* Exemplum eſt de filio דמא Damæ, filio ſororis R.Iſmaelis, quem cum momorderat ſerpens, veneratque Jacob civis Caphar Sachanjæ (*Gloſſa:* aliquis diſcipulorum Jeſu,) ut mederetur ei, nolebat eum admittere R.Iſmael. Cum vero diceret, quæſo R.Iſmael frater mi, permitte, ut curer ab eo, & ego adducam textum ex Lege, licitum hoc eſſe, tamen non conceſſit ei rem hanc perficere, usquedum exiret anima ejus. Eo autem defuncto, exclamabat ſuper eo Iſmael: O beatum te fili Damæ! quia corpus tuum mundum eſt, & exivit anima tua in munditie, neque trans-

transgressus es verba collegarum tuorum, qui dicebant Eccl. X, 8. *Et rumpentem sepem mordebit serpens.* Diversum facit hæresis, quia attrahit. Nam eo tendit, ut attrahat post sese, &c.

De lingua Græca, qua scriptum est Nov. Testamentum, talia leguntur in Talmud. *In Megilla f. 8. 2.* Mischna. Nihil interest inter libros sacros scribendos, quales sunt Lex, Prophetæ & Hagiographa, & inter תפילין Thephillin, seu loca Oratoria, & מזוזות schedas postibus domus inscribendas, nisi quod libri illi sacri scribantur omni lingua: loca autem Oratoria, & schedæ postium non scribantur, nisi אשורית Assyriace (*Glossa:* lingua sancta, seu Hebræa.) Rabban Simeon filius Gamalielis dicit: Etiam circa libros sacros non permiserunt eos scribi, nisi Græce. Postea in Gemara, ad verba Mischnæ, *libri illi sacri scribantur omni lingua,* &c. notatur. Sed objicio: textus Biblicus, qui scribitur Targumice (h.e. Chaldaice.) Et Targum, (h. e. paraphrasis Chaldaica,) quod scribitur Biblice (Scriptura Biblica.) Et scriptura Hebræa non immundas reddit manus, donec scribatur Scriptura Assyriaca (*Glossa:* hoc est, scriptura nostra) super libro, & atramento. Dixit Raba: non esse contradictionem. Alterum, quod traditur in *Mischna fol. 9. 1. in omni lingua,* intelligendum est de charactere nostro; alterum de charactere illorum. Cui respondit Abai: De quo confirmasti illud ipsum? De charactere illorum? Quid docetur illis verbis: textus Biblicus, qui scribitur Targumice; & Targum, quod scribitur Biblice? Si vel etiam sit textus Biblicus, qui scribitur Biblice; & Targum, quod scribitur Targumice, tamen pariter etiam se habere. Nam ecce traditur; tum demum id valere, cum scribitur Assyriace super libro, atramento. Sed non est contradictio: alterum est Rabbinorum: alterum autem Rabban Simeonis filii Gamalielis. Si Rabban Simeon filius Gamalielis, ecce est Græce. Sed non est contradictio. Alterum intelligitur de libris; alterum de locis Oratoriis, & schedis postium. De locis Oratoriis & schedis postium autem quare? Ideo, quia scribitur de illis Deut. VI, 6. *Et erunt.* Per essentiam suam erunt. Quid Targum quod scribitur textus Biblicus, vel Biblice est? Est extra controversiam, verba Legis esse Gen. XXXI, 47. יְגַר שָׂהֲדוּתָא (Quæ verba sunt Chaldaica,) *cumulus testimonii.* Sed hic quid? Targum est. Non est contradictio: alterum intelligitur de Megilla, seu libro Ester; alterum de libris (aliis sacris.) De Megilla quare? Quia scribitur de eo; *juxta scripturam eorum & juxta linguam eorum,* Ester. VIII, 9. Quid Targum, quod scriptum est Biblice, est? Dixit R. Papha; *Et audiatur responsum regis.* Ester. I, 20. R. Nachman filius Isaaci dixit; *Et omnes uxores dent honorem suis maritis.* R. Asche dixit: Ut Traditio hæc ipsa; de reliquis libris. Et R. Juda; illa est. Quia Traditio est; Loca oratoria, & schedæ postium non

ſcribuntur, niſi Aſſyriace. Et Rabbini noſtri permiſerint ea ſcribi Græce? Atqui ſcribitur Deut. VI, 6. *Et erunt.* Sed dicerem: Libri (ſacri,) ſcribuntur omni lingua: & Rabbini noſtri permiſerunt, (ſcribi) Græce. Permiſerunt; præſuppoſito, quod Tannæus primus prohibuerit. Sed dicerem, Rabbinos noſtros non permiſiſſe, ut ſcriberentur, niſi Græce. Et Traditio eſt: dixit R. Juda; etiam quum permiſerunt Rabbini noſtri, Græce (ſcribi;) non permiſerunt, niſi de libro Legis: idque propter factum (ſeu exemplum) תלמי Talmai (Ptolemæi) Regis. Nam Traditio eſt: exemplum eſt de Talmai Rege, quod collegerit 72. ſeniores, quos mimiſerit 72. domibus, nec revelaverit eis, qua de cauſa collegerit eos. Deinde ingreſſus ad ſingulos, dixit eis: Scribite mihi Legem Moſis Magiſtri veſtri. Indiderat autem Deus Opt. Max. cordibus ſingulorum conſilium, ut conſenſerint illi omnes concorditer, & ſcripſerint ei, Gen. I, 1. *Deus creavit, ab initio.* v. 26. *Faciam hominem in imagine & ſimilitudine.* Gen. II, 2. *Et abſolvit die ſexto: & quievit die ſeptimo.* Gen. II, 27. c. V. 2. *Maſculum & fœminam creavit illum.* Non autem ſcripſerunt; *creavit illos.* Item Gen. XI, 7. *Agedum, deſcendam & confundam ibi labium eorum.* Gen. XVIII, 12. *Et riſit Sara in propinquis ſuis.* Gen. XLVI, 6. *Quia in ira ſua occiderunt bovem, & in voluntate ſua exſtirparunt præſepe.* Exod. IV. 20. *Et accepit Moſes uxorem ſuam, & filios ſuos, & vexit eos ſuper ferente filios hominis.* Exod. XII, 40. *Et habitatio filiorum Iſraëlis, qua habitabant in Ægypto, & in reliquis terris, erant 400. anni.* Exod. XXIV, 5. *Et miſit magnates filiorum Iſraël.* Exod. XXIV, 11. *Et in magnates filiorum Iſraël non miſit manum ſuam.* Num. XVI, 15. *Non aſinum unum abſtuli ab illis.* Deut. IV, 19. *Quæ diſtribuit Dominus Deus tuus ad illuminandum omnes populos.* Deut. XVII, 3. *Et ivit & coluit Deos alios, quos non præcepi colere.* Item ſcripſerunt ei: Lev. XI, 6. Deut. XIV. 7. צעירת *parvam pedibus feram.* (Forte pro צְעִירַת רַגְלַיִם *parva pedibus*, rectius legatur שְׂעִירַת רַגְלַיִם *hirſuta pedibus.* Quia in LXX. interpretum verſione legitur, pro λαγὼν, vox δασύποδα, quod *hirſutum pedibus* notat. In *Gloſſa* tamen exponitur, *parva pedibus:* quia armi ejus ſunt breves, & breves pedes ejus. Non autem ſcripſerunt ei, λαγὼς, *lepus;* quia uxor Talmai vocabatur λαγὼς *lepus:* ne diceret, illudunt mihi Judæi, & injecerunt nomen uxoris meæ Legi. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit: Etiam circa libros (ſacros) non permiſerunt ſcribi, niſi Græce. Dixit R. Abhu, dixiſſe R. Johannem: Halacha, ſeu ſententia juris πατρεπαράδοτος obtinet ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis. Et dixit R. Johannes; Quæ ratio Rabban Simeonis filii Gamalielis? Quia dixit textus Gen. IX, 27. יַפְתְּ *dilatet Deus Japhet, & habitare faciat eum in tentoriis Semi.*

*Semi.* Hoc est, verba Japheti erunt in tentoriis Semi. At dicerem, vel objicere possem: Hoc intelligendum esse de reliquis Japheti filiis, utpote Gomere, & Magogo. Ad quod respondit R. Chaia: Hoc ipsum ratio est, de Japheto solo hoc intelligendum esse; quia scribitur יַפְתְּ *Japhth Deus,* Gen. IX, 27. Hoc est יפיתו *jophjatho, pulchritudo* ejus, nempe Japhet erit in tentoriis Semi. (*Glossa:* per pulchritudinem Japheti intelligitur lingua Javanis, hoc est, Græca, quia lingua Javanis pulchrior omnibus linguis filiorum Japheti.)

*Sota f. 49. 2.* Maledictus sit, qui docebit filium suum sapientiam Græcorum, &c. Itane? Atqui dixit Rabus: In terra Israël lingua סורסי Syriaca quorsum? Sed aut lingua Sancta, aut lingua Græca. (*Glossa:* Quia erant propinqui terræ Græcæ, & lingua Græca erat pulchrior Syriaca; & ea loquendum erat, &c.

## MATTHÆI C. I. v. I.

## Liber Generationis JEsu Christi, filii David.

MEssias est præcipuum argumentum totius Novi Testamenti, & vocatur hic *Matth. I, 1. filius Davidis,* usitatissima Novo Testamento, & Talmudicis doctoribus appellatione, & sequentia in Talmud notatu digna leguntur loca.

Quod Messias sit venturus post adventum Eliæ; & in parasceve Sabbathi; v. *Erubin f. 43, 1.*

In Tr. *Avoda Sara f. 5. 1.* Dixit R. *Jose:* Filius David (h. e. Messias,) non venit, donec consummatæ fuerint animæ, quæ sunt in corpore: quia dictum est Esa. LVII, 16. *Quia spiritus ante me impediet & animæ ego feci.* Idem repetitur in *Nidda f. 13. 2,* Ubi *Glossa* notat; per, *in corpore,* significari; in vulva: quia corpus est nomen illius loci, qui singulariter proprius est animabus, quæ adhuc aliquando sunt nasciture. Per, *spiritus ante me,* intelliguntur spiritus, qui sunt ante Deum, quos decreverat nasciturous esse prius. Vox יַעֲטוֹף *impediet,* significat, quod impediet redemtionem a Messia præstandam. Τὸ *animæ,* (quas) *ego feci* impediet rem hanc. Vox יעטוף habet significatum impediendi, ut Gen. XXX, 42. העטופים *sero edita,* seu *impedita.* Iterum repetitur in *Jevammoth f. 63. 2.* Ubi sententia hæc tribuitur R. Ase, ibique notat *Glossa:* Per corpus, in quo sunt omnes animæ, notari פרגוד paragaudam, seu aulæum, quod interest inter Divini-

tatem & Angelos; ibique esse spiritus & animas reconditas, quæ creatio fuit inde a 6. diebus primæ creationis: quæ infundendæ sint aliquando procreandis corporibus. Ex quo testimonio liquet, quod Talmudici statuant, animas non demum creari, cum homo a parentibus suis procreatur; sed jam omnes in prima creatione esse creatas. Deinde, generationem non fieri per traducem, sed per animæ in corpus infusionem. Cæterum vocatur etiam Messias filius Josephi: ut, in *Suca f.52.1.* Rabus dicit: Ideo in templo Salomonæo exstruendo fecerunt maceriam, quæ distingueret viros a mulieribus, ne venirent in potestatem lascivæ levitatis: idemque etiam postea institutum peculiari Rabbinorum ordinatione, ut mulieres a viris seorsim agerent in conventibus sacris: quia ducti erant argutiore sensu illius dicti Zach. XII, 12. *Et planget terra per singulas familias seorsim, domus David seorsim.* (Ad quem locum notat *Glossa:* Prædicitur autem hic de futuro, quod plangent aliquando de Messia filio Josephi, eum esse occisum in bello Gog & Magog. Scribitur autem *familia domus David seorsim: & mulieres eorum seorsim:* quod etiam tempore doloris seu tristitiæ necesse sit, viros a mulieribus distinguere.) Quare ex hoc dicto ita argumentati sunt, inferentes a minori ad majus: Si enim de futuro beato illo Messiæ seculo, cum operam dabunt planctui, ubi tamen non amplius hominibus dominabitur figmentum malum, seu prava concupiscentia; Lex jussit, ut viri seorsim, & mulieres seorsim agant. Quanto ergo magis nunc, in præsenti adhuc seculo, quum student lætitiæ, & ubi adhuc ipsis dominatur figmentum malum, conveniat, ut viri (in templis) seorsim, & mulieres seorsim agant? Ecce planctus iste Zach. XII, 12. descriptus, quorsum facit? Dissentiunt de eo R. Dusa, & Rabbini. Alter dixit: intelligendum eum esse de eo, qui sit propter Messiam, filium Josephi. Alter autem dixit, eum intelligendum esse de figmento malo, quod occisum sit. Extra controversiam est, secundum eum, qui dixit de Messia, filio Josephi, qui occisus sit, hoc ipsum esse, quod dicitur Zach. XII, 10. *Et aspicient in ipsum, quem pupugerunt, & plangent super eo, tanquam planctu super unigenito.* Sed secundum eum, qui dixit, quod occisum sit; hocne planctu prosequendum esset? Imo vero lætitia potius prosequendum fuerit, tantum malum e genere humano sublatum esse? Quare ergo fleverunt? scilicet sicut argute exposuit R. Juda: tempore illius futuri beatioris seculi Deus Opt. Max. adducet figmentum malum, & jugulabit illud in conspectu justorum & impiorum. Justis videbitur illud simile esse monti altissimo, impiis autem videbitur simile esse filo tam tenui quantus est pilus. Eo viso, tam illi, quam hi flebunt: justi (moti nimia admiratione & summa lætitia tam immani mole superata,) flebunt, & dicent: hei, quo-

quomodo potuimus subigere & superare montem tam altum, qualis hic est! Impii autem flebunt, (moti tristi admiratione, sera pœnitentia, indignationeque ob tantam suam temerariam incuriam,) & dicent; hei, quomodo non potuimus subigere, seu superare filum istud tam tenue, quam est pilus! Imo etiam Deus Opt. Max. in admirationem simul cum illis abripietur: quia dicitur Zach. VIII, 6. *Sic dixit Dominus Zebaoth; quia mirabile erit in oculis reliquiarum populi hujus in diebus illis; etiam in oculis meis mirabile erit.* Dixit *R. Ase;* figmentum malum ab initio simile est filo araneæ: tandem autem (ubi assuescendo habitum ejus contraxeris,) simile fit denso funi plaustrali: quia dicitur Esa. V, 18. *Væ trahentibus iniquitatem funibus vanitatis; & funibus densis plaustri; peccatum.*

Tradiderunt Rabbini: Messiam filium Davidis revelandum esse cito in diebus nostris: quia dicitur Psal. II, 7. *enarrabo ad decretum,* &c. Dixit ad eum Deus Opt. Max. *Postula a me aliquid, & dabo tibi:* quia dicitur v. 8. *Postula a me, & dabo tibi gentem, hæreditatem tuam.* Postquam autem vidit Messias filius Josephi, se occidendum esse; dicebat coram eo: Domine mundi, nihil ego a te postulo, nisi vitam. Cui respondebat Dominus: Imo vero vitam (tibi datum iri.) Jam ante, quam hoc dixisti, de te prædixit David, pater tuus: quia dicitur Psal. XXI, 5. *Vitam petiit a te, dedisti ei,* &c.

In Tr. *Avoth. Cap.* 34. Per: *Isti sunt filii olei, qui stant coram Domino totius terræ,* Zach. IV, 14. intelliguntur Aaron & Messias. Nemo autem novit, uter eorum sit charior: quum dicitur Psal. CX, 4. *Juravit Dominus, & non pœnitebit, tu es sacerdos in seculum;* scias inde, regem Messiam multo chariorem esse sacerdote justitiæ. Ecce dicitur Psal. LXXX, 14. *Suffodiet eam sus de sylva.* In voce מִיַּעַר *de sylva.* (Cum litera ע supra lineam suspensa.) *Et suffodiet eam sus* מיאור *de rivo;* scribitur; *Et suffodiet eam sus* מִיַּעַר *de sylva.* Quia in tempore, quo Israëlitæ non faciunt voluntatem Dei, populi mundi similes sunt super illis, ut sus de sylva (h. e. aper.) Sicut aper occidit animas, & lædit bestias; & percutit, seu vulnerat homines: ita etiam omni tempore, quo Israëlitæ non faciunt voluntatem Dei, populi mundi occidunt & percutiunt, & lædunt eos. Omni autem tempore, quo Israelitæ faciunt voluntatem Dei, populi mundi non dominantur eis, instar suis rivi, seu aquatilis. Sicut sus aquatilis non occidit animas, neque lædit creaturas: ita etiam omni tempore, quo Israelitæ faciunt voluntatem DEI, nulla est natio aut lingua, quæ possit occidere eos, vel lædere, vel percutere eos. Ideo scribitur מיאור *de rivo.*

In Tr. *Sanhedrin f. 96. 2. & 97. 1.* Dixit R. Nachman, ad R. Isaacum: numquid fando accepisti, quando venturus sit בר נפלי *Bar Nephele*, hoc est, filius lapsorum (vel abortuum: est unum ex nominibus Messiæ?) Ex quo, illo quærente; quisnam est ille *Bar Nephele?* Respondebat ei; Messias. Eo regerente? Messiasne ille sit? Messiamne filium lapsorum voces? Respondebat ei: Sane quidem; quia scribitur Amos IX, 11. *Eo die erigam tugurium Davidis* הַנֹּפֶלֶת *collabescens.* (*Glossa:* Hoc est regnum Davidis, quod collapsum est: ideo vocavit Messiam, filium lapsorum.) Dixit ei: sic dixit R. Johannes; Ea generatione, qua venturus est Messias, Studiosus sapientiæ paucus erit, & reliquorum oculi consumentur mœrore & gemitu, & angustiæ multæ & decreta dura innovabuntur: nondum prima visitatione (seu calamitate) finita, jam secunda festinabit advenire. Tradiderunt Rabbini: Primo annorum septenario (*Glossa:* intermissionis sacræ,) quo adveniet Messias, implebitur textus hic Amos IV, 7. *Et pluam super urbem unam, & super alteram non pluam.* (*Glossa:* quia parum erit pluviæ, & fames in uno loco, & altero loco saturitas:) Anno secundo sagittæ famis emittentur: (*Glossa:* fames parva, quia non erit saturitas in ullo loco:) Tertio, fames magna erit, & morientur viri & mulieres, & parvuli, sancti, & viri operis, (rebus gestis celebres,) & Lex oblivioni tradetur a discipulis suis, (*Glossa:* quia non habebunt, quo vescantur.) Quarto, erit saturitas (seu annonæ abundantia,) & nemo tamen saturabitur. Quinto, erit ingens saturitas, & edent & bibent, & lætabuntur, & Lex redibit ad discipulos suos. Sexto, קולות tonitrua, vel voces, erunt. (*Glossa:* exibunt tonitrua, significantia filium Davidis venire. *Expositio alia:* Voces a clangore tubæ; quia dicitur Esa. XXVII, 13. *clangetur tuba magna.* Septimo, erunt bella (*Glossa:* quibus inter se confligent populi mundi, & Israëlitæ.) Anno, a septimo proximo, (seu primo, sequentis septenarii annorum,) filius Davidis veniet. Dixit *R. Joseph:* en quot septenarii, annorum hactenus transacti sunt, in quibus res ita evenit; (ut anno primo fuerit fames; secundo saturitas, &c. *Glossa;*) nec tamen Messias venit. Cui objectioni respondit *Abai:* num evenit, ut sexto anno essent tonitrua; septimo, bella? Atque insuper, num ea isto ordine ita evenerunt? Psal. LXXXIX, 51. *Quia conviciis proscindunt inimici tui, Domine, quia conviciis proscindunt vestigia Messiæ tui.* (*Glossa:* non explicatum est, quare textus hic scribatur hoc loco: nam ecce in eo nihil quicquam exponitur.)

Traditio: *R. Juda* dicit; Qua generatione veniet filius Davidis? domus conventus (*Glossa:* locus, quo Studiosi conveniunt ad discendum legem,) erit in lupanar, & Galilæa devastabitur, & הגבלן Haggablan desolabitur, & homines termini (*Glossa:* h. e. terræ Israël. *Alia expositio:* Homines lapides

pides cædui, (seu assessores Synedrii,) circumibunt de urbe in urbem, & non consequentur misericordiam, & sapientia scribarum fœtebit, & timentes peccati spernentur, & facies seculi erit ut facies canis. (*Glossa:* revera caninam habebunt faciem:) *Alia expositio:* erunt tanquam canis: quia impudentes erunt, ut canis; ut alter alterum non erubescat. Atqui dicitur Esa. LIX, 15. *Et veritas* נֶעְדֶּרֶת *gregatim evanescens facta est, & recedens a malo* מִשְׁתּוֹלֵל *insanit.* Dixerunt, qui sunt de domo Ribbi; eo doceri; quod veritas facta sit עֲדָרִים greges, (h. e. gregatim se habens) & magis magisque evanescens, (seu gregatim pergens evanescere & abscedere.) Quid est *& recedens a malo, insanit?* Responderunt: qui sunt de domo, seu scholastici *R. Schilæ;* eo significari, omnem, qui recedit a malo, a creaturis (seu a quibus vis promiscue,) pro insano haberi. (*Glossa:* totum mundum dicere de eo, eum stultum esse. Atque hoc ipsum est משתולל, significatu שטות stultitiæ, ut Hiob. XII, 17. *ducens consiliarios* שׁוֹלָל, *pro stulto.*)

Dixit *Raba* מריש (vel est Epitheton hujus Rabbini, *Marisch.* vel appellat: Ab initio. *Coccejus* in Sanhedr. *p.* 344. vertit initio,) dicebam: nullam veritatem esse in mundo. (*Glossa:* Nemo est, qui veritatem loquatur jugiter.) Reponebat ei (h. e. mihi,) ille seniorum præstantium Rabbinorum, cui nomen erat טבות *Tabuth;* aliqui autem dicunt, R. טביומי *Tabjome,* ei nomen fuisse; quod si dedissent omnia concava mundi, (h. e. quicquid mundi cavitate continetur) non mutassent de sermone ipsius, (h. e. eum non adegissent ad mendacium committendum, seu ad fidem fallendam;) & narrabat mihi hunc in modum, aliquando se venisse in locum aliquem, cui nomen erat אֱמֶת h. e. *veritas,* cujus incolæ sermone suo non fallerent, ubi nemo immatura morte obierit. Ducebam (ajebat ille) ex istis uxorem, ex qua duos filios suscipiebam. Aliquo dierum sedente uxore mea, & mundante caput suum (da sie ihr den Kopff zwagte,) veniebat vicina, pulsataque janua, rogabat, ubi ea esset. Putabam, incivile esse, tum eam admittere, (*Glossa:* dicere, ubi ea esset; quandoquidem caput suum mundabat;) jubebam ergo domesticos meos ei dicere, uxorem meam non esse domi: Quo mendacio commisso, statim ambo mei filii obierunt. Mirati incolæ rei novitatem, conveniebant me, rogantes, quænam rei hujus causa esset: quibus, cum rem, ut gesta erat, exposuissem, dicebant mihi; quæsumus a te, discede de loco nostro, ne mortalitatem in nos inducas.

*Traditio:* R. *Neborai* dicit; Qua generatione veniet filius Davidis, adolescentes pudefacient faciem senum, probro eis affectis, & seniores assurgent adolescentibus, honoris eis habendi causa, & filia insurget contra matrem suam, ut probro eam afficiat, & nurus contra socrum suam, & facies generatio-

rationis instar canis erit, & filius non reverebitur patrem. Conf. Michæ VII, v. 6. Luc. XII, 13.

*Sota f. 49. 2. Traditio:* R. *Nehemias* dicit: Qua generatione veniet filius Davidis, impudentia crescet & gravitas seu honestas pervertetur. (*Glossa:* alter alterum non honorabunt. Vel, honoratissimus quisque erit pessimus;) vitis reddet fructum suum, & nihilominus vinum erit carum, (*Glossa:* quia uvæ vino carebunt. *Alia expositio:* quia omnes sectabuntur vinum, & inebriabuntur, carum erit vinum, licet copiosum sit in mundo;) & convertetur omne regnum in hæresin seu sententiam Sadducæorum, (in Epicureismum degenerabit;) neque erit qui redarguat. Cui dicto auxiliatur sententia *R. Isaaci:* quia dixit R. Isaac; Filius Davidis non veniet, donec convertantur omnia regna in sententiam Sadducæorum. Dixit *Raba:* quo textu probatur? Lev. XIII, 13. *Totus ipse vertit in album, mundus est.* (*Glossa:* Postquam se diffudit lepra, per cutem totam: ita, quum convertentur omnia regna in sententiam Sadducæorum, veniet redemtio.)

Tradiderunt Rabbini: Deut. XXXII, 36. *Quia judicabit Dominus populum suum, quia videbit, quod* אָזְלַת יָד *abiverit manus, & non sit conclusus & derelictus:* (*Glossa:* judicabit Dominus populum suum, ut adducat illis redemtionem: quia videbit, quum abiit manus: quod magis magisque confirmetur manus proditorum, & prospere agant in calumniis suis:) scilicet, Filius Davidis non veniet, donec multiplicentur proditores. *Expositio alia:* Donec pauci fiant discipuli. (*Glossa:* qui obeunt manus Israëlitarum, ut reducant eos in bonum.) *Expositio alia:* Donec deficiat nummus ex loculo. (*Glossa:* Et hoc ipsum est אָזְלַת יָד, quum erit in manibus inanitas.) *Expositio alia:* Donec desperent homines de futura redemtione; quia dicitur, *Et non sit conclusus & derelictus,* perinde ac si fas esset dicere adversus supremum: non esse, qui sustentet, nec qui adjuvet Israëlitas: quia nimis humiliati erunt. Ut, ecce R. *Sira,* quum invenisset Rabbinos, quod studerent in ea re, nempe sciscitantes, quando venturus esset Messias, dixit ad eos: obsecro vos, ne in longinquo adventum ejus ponatis. Nam Traditione accepimus, tria venire ההיסח הדעת, hoc est, mentis agitatione citius, vel inopinato, ut sunt (1) Messias. (conf. Marc. XIII, 36. Luc. XXI, 35.) (2) Res, quæ amissa invenitur, (3) Scorpius pungens hominem subito.

*Traditur* dixisse R. קטינא *Katina:* Sexies mille annos perdurat mundus, uno autem millenario vastatur. (*Glossa:* nam mille annos erit vastatio, præter 6. illos annorum millenarios, qui erit millenarius septimus:) quia dicitur Esa. II, 11. *Atque exaltabitur Dominus solus in die isto.* Abai dixit: Duobus annorum millenariis, mundus devastatur. (*Glossa:* millenario septimo & octavo:) quia dicitur: Hos. VI, 2. *Vivificabit nos a biduo*

*duo, in die tertio resuscitabit nos & vivemus coram illo.* (*Glossa:* dies Dei sunt mille anni, Psal. XC, 4.)

*Traditio* huic similis est, quod dixerit R. *Katina:* sicut septimus annus facit quiescere seu cessare annum unum ex annorum hebdomade: sic mundus facit quiescere, (*Glossa:* & fit devastatus) millenarium annorum ex 7. millenariis annorum: quia dicitur Esa. II, 11. *Et exaltabitur Dominus solus in die isto.* Dicitur autem Psal. XCII, 1. *Psalmus, canticum in die Sabbathi,* scilicet, pro eo die, qui totus quies erit. (*Glossa:* qui mundum facit quiescere, seu cessare.) Et dicitur Psal. XC, 4. *Quia 1000. anni in oculis tuis, ut dies hesternus, quia transibit. Avoda Sara f. 9. 1.* Traditur a domo Eliæ; *sexies mille annos durat mundus:* (*Glossa:* mundus hic præsens sic durando adimpletur:) bis mille annos erat תֹּהוּ vastitas: (*Glossa:* quia nondum tradita erat Lex, & erat mundus, ut Thohu, seu vastitas. Ab Adamo, usque ad Abrahamum quinquagenarium secundum sunt 2000. anni. Ex quo autem absoluti erant, studebat Abraham in Lege: quia dicitur Gen. XII, 5. *Et animam, quam fecerunt in Charan.* h. e. quam Legem docuerunt: ut in Targum exponitur. Et dicimus in Tr. *Avoda Sara f. 9. 1.* eo ipso tempore Abrahamum fuisse natum 52. annos.) *bis mille annos, erat Lex.* (*Glossa:* ab eo tempore, quod dicitur Gen. XII, 5. usque ad annos Messiæ sunt duo millenarii. Scilicet 48. anni, usque dum natus est Isaac: & 60. anni, ex quo genitus, usque dum natus est Jacob: qui faciunt 108. annos. Et 130. anni, quos habuit Jacob, cum veniret in Ægyptum: qui faciunt 238. annos. Et 210. anni, quos egerunt in Ægypto: qui faciunt 448. annos. Et ex quo exiverunt ex Ægypto, usquedum ædificatum est templum, 480. anni: ut scribitur 1. Reg. VI, 1. qui faciunt 928. annos. Et 410. anni, quos duravit templum primum: cujus numeri argumentum exhibet id, quod legimus de numero annorum regum. Et 70. anni exilii Babylonici. Et 420. anni, quos duravit templum secundum: qui faciunt 1828. annos. Unde fiunt duo millenarii, minus 172. annis. Annis autem 172. ante absolutionem 4000. annorum desolatum fuit templum secundum: & sub finem istorum 172. annorum, absoluti sunt duo millenarii Legis. Quia dixit duos millenarios vastitatem duraturam; dixit duos millenarios Legem duraturam: non autem quod Lex deficiet post bis mille annos:) *bis mille annos, erunt dies Messiæ:* at vero propter iniquitates nostras, quæ multæ sunt, exiverunt seu excipiendi erant ex illis, qui exiverunt, (*Glossa:* Quia post 2000. annos Legis, æquum quidem fuisset, ut veniret Messias, & desineret exilium, & cessaret servitus ex Israële. Sed propter iniquitates nostras, quæ multæ sunt, non venit Messias, sub finem 4. millenariorum: & exiverunt illi anni, qui exiverunt; quia adhucdum tardatur venire.) Dixit *Elias* ad R. *Judam* fra-

trem R. כלא *Salæ* Sancti: mundum duraturum esse non minus 85. jubilæis. (h. e. 4250. annis:) in ultimo autem jubilæo venturum esse filium Davidis. Quo audito, quærebat ex eo R. *Juda* frater R. Salæ Sancti; In principio ne istius Jubilæi postremi; an in fine ejus, venturus est Messias? Cui ille respondebat: Nescio. Iterum quærenti ex eo; consummatumne (seu finitumne) est tempus illud Messiæ adventum antecedens; nec ne? Respondebat: Nescio. R. *Asche* dixit: Ita eum respondisse; hucusque (donec absoluta erunt tot jubilæa,) ne expectes Messiæ adventum: hinc, (illis autem absolutis,) & deinceps autem, expectes eum, quod sit venturus.

*Avoda Sara fol. 9. 1. 2. Traditio:* Occasione sententiæ alicujus Doctoris Talmudici, qui rationem numeri temporis alicujus inibat, facta numeri rotundatione, numeratis tantum numeris generalibus, neglectis specialibus: ostenditur simili aliquo exemplo Traditionis domus Eliæ, ubi etiam fiat numeratio rotundatione millenarii numeri, non curatis etiam centenariis annorum. Traditio hæc ita refertur. Traditum est a domo Eliæ: sexies mille annos durat mundus: Bis mille annos Thohu: 2000. annos Lex: 2000. annos dies Messiæ. Propter iniquitates nostras, quæ multæ sunt, exiverunt ex illis, qui exiverunt. (*Glossa:* Et propter iniquitates nostras, quæ multæ sunt, exiverunt ex duobus millenariis postremis id, quod exivit, & Messias non venit.) Bis mille annos Lex: A quo termino initium faciendum hujus numeri? Num dicendum; ab eo tempore, quo data est Lex in Sinai; usque in præsens? (*Glossa:* usquedum absolutus est numerus annorum creationis mundi. Sicut dicimus, non esse 2000. annos?) Atqui ita non quadraret numerus, nec essent 2000. anni, si ab eo termino inciperemus: Nam si considerentur isti bis mille anni, quos duravit Thohu, ante datam Legem, adhuc ultra eos, de millenario tertio, 448. anni, in specie inveniuntur, quos ille durasset. Quare rectius est, si terminum illum secundi duplicis millenarii incipiamus ab eo tempore, quo dicitur Gen. XII, 5. *Et animam, quam fecerunt in Charan.* Traditur autem eo ipso tempore Abraham fuisse 52. annorum. Quot ergo subtrahimus ex eo numero? Ex eo, quod Doctor Talmudicus tradidit, 448. anni essent. Nam si animum eo intendas ab eo tempore, quo dicitur, *Animam, quam fecerunt in Charan*, usque ad datam Legem, sunt anni 448. Dixit R. *Papha:* Si erravit Tannæus (qui e cathedra vel pulpitis est expositor seu Doctor Legis,) seu Doctor Talmudicus, (*Glossa:* qui tradidit; Et propter iniquitates nostras, quæ multæ sunt, exiverunt, seu subtracti sunt ex illis, qui exiverunt: & vult numerare, quot exiverint ex diebus Messiæ, & errat in anno, aut in duobus, aut ultra: quia nescivit specialia super generale seu Summam centenariorum, quot essent: quia homo non errat in centenariis. Idcirco non necesse habebat R. Papha ut

ıt daret ſignum circa errorem generalis,) & neſcivit ſpeciale ejus, quot annorum illud eſſet; quærere debuiſſet, (is, qui numerat regnum Græciæ, quot in ſpecie annorum ſit, ipſe ſcribit ſuper genus ſuum) ſcribam, (ſcriptorem contractuum, aut libellorum repudii, &c. ſeu Notarium publicum,) quot ſcribantur; & ſuperaddere debuiſſet Tannæus de ſpeciali ſuo numero ſuper ſpecialem illum numerum illius Scribæ 48. annos, & inveniſſet gravius ejus. Cujus rei ſigna habes, *48. urbes*, Num. XXXV, 7. Et ſi erravit ſcriba, quærere debuiſſet Tannæum, quot tradiderit, & ſubtrahere de illis 48. & inveniſſet gravius ejus. Cujus rei ſigna habes, quod ſcriba compendioſe computet; Tannæus autem copioſius, ſeu ſcriba minus; Tannæus plus. Dicit *R. Huna* filius R. Joſuæ: Is, qui neſcit, quot hebdomades annorum effluxerint, a deſolatione templi Hieroſolymitani, usque ad id tempus, quo ipſe exiſtit, addat unum annum & ſupputet generale (numeri annorum,) per annos Jubilæos; & ſpeciale, per annorum hebdomadas, auſferatque ex centenis, duos annos, & adjiciat ad ſpeciale, & ſupputet ſpeciale per hebdomadas annorum, & ſciet, quot ſint anni per hebdomadas. Cujus rei ſigna habes, (*Gloſſa:* quod non faciendum ſit tibi ſecundum Rabbinos, ſed ſecundum *R. Judam*, auferendo duos annos ex quolibet annorum centenario, &c.) Gen. XLV, 6. *Quia iſtis duobus annis fames eſt in medio terræ.* Dixit R. *Chanina:* Poſt elapſos quadringentos annos a deſolatione domus, ſeu Templi, ſi dixerit homo tibi; accipe, (eme,) agrum valentem denarios mille, uno denario; ne accipias, vel emas. (*Gloſſa:* quia illud eſt tempus finis redemtionis, & colligeris ſeu reduceris ad montem ſanctum, ad hæreditatem patrum tuorum. Quare ergo perderes denarium tuum? In *Miſchnica Traditione* traditur: Poſt annos 4231. a creatione mundi, ſi dixerit tibi homo; accipe tibi agrum valentem mille denarios, uno denario; ne accipias.

In Tr. *Sota f. 48I.* In calcaneis Meſſiæ (h. e. in fine exilii, ante adventum Meſſiæ, *Gloſſa,*) &c.

*Sanhedrin f. 38. I.* Juda & Hiskia filiis Chajæ aſſidentibus convivio apud Ribbi, & nihil quicquam dicentibus, juſſit pueros ſuos offerre vinum, ut ſi illi biberent, aliquid dicerent. Quare, eo ſumto, quum hilariores facti eſſent, cœperunt dicere: Filius David non venit, priusquam deſecerint duæ familiæ patrum ex Iſraële, ut ſunt, familia æchmalotarchæ, qui eſt in Babylonia, &c.

*Joma f. 10. I.* Dixit R. Juda, dixiſſe *Rabam:* Filius Davidis non venit, usquedum ſe extenderit regnum impium illud (Romanum) in univerſum mundum 9. menſibus: quia dicitur Mich. V, 2. *Idcirco dabit eos usque ad tempus, quo pariens pariet, & reſiduum fratrum ejus redibit ad filios Iſraël.*

*Sanhedrin f. 97.* Misit R. *Chanan* filius R. Tachaliphæ ad R. Josephum, qui dicerent ei: inveni aliquem hominem, qui manu sua tenebat volumen aliquod scriptum Assyriace, (*Glossa:* scriptura nostra Assyriaca, quæ venit ex Assyria, &c.) lingua autem seu dialecto sancta, (Hebræa.) Ex quo cum quærebam; unde librum hunc habes? Respondebat mihi: cum inter exercitus Romæ, (pro quo in *Basileens.* legitur; Persiæ) stipendia merebar, tum inter thesauros Romæ (*Basil.* Persiæ,) inveniebam eum, & scribitur in eo: post annos 4291. a creatione mundi elapsos, mundus consummabitur. Inde ab illis erunt prœlia draconum, (*Glossa:* piscium.) Inde ab illis, prœlia Gogi & Magogi: Reliqui autem dies erunt Messiæ. Et Deus Opt. Max. non renovabit mundum suum, nisi post 7. annorum millia. (*Glossa:* ad creandum novum mundum.) R. *Acha* filius Rabæ dixit: post quinque annorum millia, mundum renovatum iri.

*Traditio:* R. *Nathan* dicit; versus ille Biblicus perforat & descendit usque ad abyssum, Hab. II, 3. (*Glossa:* Sicut abyssus non habet terminum: ita homo non potest stare super termino versus hujus: Et si interpres, *quando?* dicat, si cunctetur, expecta eum: quia non est ei finis.). *Quia adhuc visio ad constitutum tempus, & spirans ad terminum, & non mentietur: Si cunctabitur, expecta eum: quia veniendo veniet, & non tardabitur.* Non secundum Rabbinos nostros. (*Glossa:* Ne expectetis ad illum finem, quem argute exposuerunt Rabbini nostri in eo dicto.) Dan. VII, 25. *Usque ad tempus, ad tempora, & dimidium temporis:* (*Glossa: Tempus:* ut tempus exilii Ægyptiaci, idque 400. annorum est. *Tempora:* saltem duo: hoc est, 800. anni: quibus additi, 400. efficiunt 1200. annos. *Et dimidium temporis,* hoc est, 200. anni. Summa omnium annorum 1400. anni.) Neque secundum R. שמלאי *Schamlai,* qui argute exponebat versum illum Psal. LXXX, 6. *Cibasti eos pane lachrymarum, & propinasti lachrymas trientali.* (*Glossa:* quasi diceret; propinavit illis Deus, inter exilium Ægyptiacum & Babylonicum, triental, seu tertiam partem: scilicet exilium Idumæum, seu Romanum. Quia finis exilii Romani hujus erit sub finem ter 400. annorum, & ter septuaginta annorum, respectu exilii Babylonici: id quod ipsum est sub finem 1410. annorum. Et jam præterierunt, & tamen non fuit ita.) Neque secundum R. *Akibam,* qui argute exponebat versum illum Hagg. II, v. 6. *Adhuc unum pusillum est, & ego commoveo cœlum & terram.* (*Glossa:* Haggæus prophetabat, cum egressi Israelitæ ex Ægypto, ædificaverunt domum Sanctuarii. Atque hoc ipsum est; *unum pusillum est:* scilicet pusillum gloriæ dabo Israëlitis. Ego commoveo cœlum, & terram, & adducam desiderium gentium, Hierosolymam. R. Akiba autem illud exposuit de diebus Messiæ, & post devastationem. Et ita exposuit illud: *adhuc unum pusillum est;*

*est;* scilicet, pusillum honorem dabo Israelitis, & postea iterum non dabo illis omnes dies domus postremæ. Atque sic res etiam evenit: nam regnum primum regum Hasmonæorum duravit 70. annos. Et licet dicamus in *Seder Olam,* seu libro Chronologiæ nostræ, quod regnum domus Hasmonæorum fuerit 103. annorum, & regnum Herodis 103. annorum; tamen præcipuum gloriæ eorum & decoris eorum, quo non dominabatur eis gentilis natio, non durabat tamdiu. Et regnum secundum Herodis, 52. annorum erat. Regnum autem Bar Cozbæ, duorum annorum cum dimidio. Et postea nullus amplius illis erat Rex. *Expositio alia: Adhuc unum pusillum est:* scilicet pusillum regni dabo Israëlitis post devastationem: & post illud regnum ecce ego commoveo cœlum & terram, & veniet Messias. Sed nihil est hæc expositio: nam ecce videmus aliquot regna post devastationem. Et licet ita se res habeat, tamen nondum venit Messias: quia regnum primum, quod habebant Israëlitæ, post devastationem, erit septuaginta annorum, Herodis 52. annorum, & Bar Cozbæ, duorum annorum cum dimidio. Et invenimus in *Seder Olam:* a bello Vespasiani, usque ad bellum Titi esse 12. annos. A bello Titi autem, usque ad bellum Bar Cozbæ, duorum annorum cum dimidio.) Sed regnum primum erat 70. annorum; regnum secundum 52. duorum; regnum autem Bar Cozbæ, duorum annorum cum dimidio. Quid est Hab. II, 3. וְיָפֵחַ *Vejapheach* (Talm. exponit,) *Et flatu rumpatur, ad terminum, & non mentietur?* (*Glossa: Japheach,* hoc est, הפח flatu rumpatur anima supputantis terminum: quia non fuisset ei לְכַזֵּב mentiendum, nec dicendum, postquam fecit advenire, &c.) Respondit R. *Samuel* filius Nachmani, dixisse R. Jonathanem; significari eo, quod flatu rumpi debeat os eorum, seu illi ipsi, qui supputant tempora, scilicet adventus Messiæ: quia dicebant; postquam fecit advenire tempus, & nondum tamen advenit Messias, postea non amplius venturus est. Sed expectat eum: (*Glossa:* Deus ipse expectat & desiderat, ut veniat Messias:) nam dicitur Hab. II, 3. *Si cunctabitur, expecta eum.* Nę forte dixeris, nos quidem expectamus; Deum ipsum autem non expectare adventum ejus: ideo notanter dicendum erat, Esa. XXX, 18. *Propterea expectabit Dominus ad gratificandum nobis, & idcirco exaltabitur ad miserendum vestri.* Et quid? postquam nos expectamus, & ipse Deus expectat, quorsum ergo res ea tamdiu differtur, & quid est, quod adventum illum Messiæ hucusque moratur! scilicet proprietas seu virtus judicii Dei moratur adventum ejus. Quodsi ergo proprietas judicii eum moretur, quare nos expectamus? Ut præmium spei illius accipiamus: quia dicitur Esa. XXX, 18. *Beati omnes, qui expectant* לו *eum.* Dixit *Abai:* non pauciores habet mundus 36. viris probis, qui qualibet generatione faciem Divinitatis recipiunt: (hoc est, præsen-

ſentiam Dei gratioſe cum hominibus habitantis decenti honore & compari-
tione ſua proſequuntur:) quia dicitur; *Beati omnes, qui expectant* לו *eum.* Vocula לו *cum,* in numeris valet 36. Itane? Atqui dixit *Raba* in *Suca f.45.2.* atrium, quod coram Deo Opt. Max. eſt, habet 18000. paraſangas; quia dicitur Ezech XLVIII, 35. *In circuitu 18000.* (*Gloſſa:* De Hieroſolyma ſuperiori, ſeu Cœleſti loquitur textus hic.) Reſpondeo, non eſſe contradictionem. Nam illud, de 36. probis, intelligendum eſt de illis, qui recta aſpiciunt in ſpeculum ſplendidum ſeu illuminans. (*Gloſſa:* In vim ſplendoris Dei non aſpiciunt plures, quam 36.) Hoc vero de atrio 18000. paraſangarum, intelligendum eſt de illis, qui aſpiciunt in ſpeculum, quod non eſt ſplendidum, (*Gloſſa:* in attenuationem ſplendoris ex obliquo, ſeu ad latera, e longinquo, multæ catervæ aſpiciunt.) Et quid num tantus ſit eorum numerus, ut eorum non ſint pauciores, quam 36? Atqui dixit Hiskias, dixiſſe R. Jeremiam, nomine R. Simeonis filii Joachi: Vidi filios cænaculi (cœleſtis,) & ipſi pauci erant numero. Si mille ſint; ego, & filius meus, ex illis ſumus: ſi duo duntaxat ſint; ego & filius meus, illis ſunt. Reſpondeo, non eſſe contradictionem: illud enim, de 36. probis, intelligendum eſt de illis, qui ingrediuntur בבר cum licentia, ſeu privilegio. (*Gloſſa:* qui opus habent, ut accipiant licentiam, quum ingrediuntur, ad aſpiciendum in ſpeculum ſplendidum: hi non ſunt pauciores, quam 36:) *Coccejus* in *Sanhed. p.349. & 351.* putat, rectius hoc בבר verti, *cum filio.* Hoc vero, de valde paucis, & paucioribus, quam 36. intelligendum eſt de illis, qui ingrediuntur ſine licentia. (*Gloſſa:* qui non neceſſe habent impetrare demum licentiam intrandi: ſed per amplitudinem juſtitiæ ſuæ amplam & liberam habent poteſtatem & privilegium intrandi: de illis, inquam, dubitatur, quot ſint numero.)

Dixit *Rabus:* elapſi ſunt omnes termini (hoc eſt: omnes temporum periodi, adventui Meſſiæ præfinitæ) & res non pendet, niſi a reſipiſcentia & bonis operibus. (*Gloſſa:* Si totus Iſraël reſipiſcat, veniet Meſſias: ſin minus; non veniet.) *Samuel* autem dixit: Sufficit lugenti, perſiſtere ſeu perſeverare in luctu ſuo. (*Gloſſa:* Sufficit ei, nempe Deo Opt. Maximo, ſi perſiſtat tot dies, & dextera ejus retrorſum. Quaſi diceret: Sin minus; agant ergo pœnitentiam. Non eſt, qui perſeveret in luctu omnes dies; ſed certum eſt, eſſe finem rei illius. Alia *expoſitio:* ſufficit lugenti, h. e. ſufficit Iſraëlitis dolor exilii, etiamſi non agant pœnitentiam, tamen adventu Meſſiæ aliquando redimendi ſunt, juxta Traditionem R. *Elieſeris,* dicentis: Si Iſraëlitæ agant pœnitentiam; redimendi ſunt: Sin minus; non redimentur. Cui repoſuit *R. Joſua:* Si pœnitentiam non agant; non redimentur. Sed Deus Opt. Max. nolentes volentes ad agendam pœnitentiam pertrahet, (gratia irre-

irresistibili:) nam excitabit illis regem, cujus decreta erunt gravia, instar Hamanis in diebus Ester. (quarum gravium calamitatum occasione adacti) Israëlitæ agent pœnitentiam, & ipse reducet eos ad statum meliorem.

*Traditio alia:* R. *Eliefer* dicit: Si Israëlitæ agant pœnitentiam, redimendi sunt: quia dicitur Jer. III, 23. *Revertimini filii immorigeri, & sanate aversiones vestras.* Cui reposuit R. *Josua:* Annon vero jam dictum erat, Esa. LII, 3. *Gratis venditi estis, & sine argento liberabimini?* scilicet, *gratis venditi estis,* per idolatriam. *Et sine argento liberabimini:* h. e. absque pœnitentia & bonis operibus, (vel, nullo vestro intercedente merito.) Cui regessit R. *Eliefer:* Annon vero jam dictum erat Zach. I, 3. Mal. III, 7. *Revertimini ad me, & ego revertar ad vos!* Cui respondit R. *Josua*: Annon vero, jam dictum erat, Jer. III, 14. *Quia ego dominatus sum vobis, & recipiam vos, unum ex civitate & binos ex familia, atque adducam vos Zijonem?* (*Glossa:* Significat vox בָּעַלְתִּי *dominatus sum:* quod invitos eos redimet, absque pœnitentia. *Unum ex urbe:* eligam justos & adducam eos Zijonem. Etiamsi omnes illi non convertantur. Esa. XLIX, 7. *Sic dixit Dominus,* &c. *Ad spretum anima, ad abominabilem gente.* Illi sunt spernendi, & abominandi per transgressiones; & licet tales sint, tamen sunt redimendi) cui respondit R. *Eliefer:* Annon vero jam dictum erat, Esa. XXX, 15. *Reversione & quiete servabimini.* Regessit R. Josua R. Elieseri: Annon vero jam dictum erat Esa. XLVII, 2. *Sic dixit Dominus, redemtor Israëlis & sanctus ejus, ad spretum anima, ad abominabilem gente, ad servum dominantium: Reges videbunt, & surgent Principes, & adorabunt.* Cui reposuit R. Eliefer: Annon vero jam dictum erat, Jer. IV, 1. *Si reverteris Israël ad me revertere!* Cui regessit R. Josua: Annon vero jam dictum erat, Dan. XII, 7. *Et audivi virum illum indutum lineis, qui super aquas fluminis, & elevata manu sua dextera, & sinistra sua ad cœlum juravit per viventem in æternum, quod ad tempus, & tempora, & dimidium; & secundum consummationem dissipationis manus populi sancti, absolventur omnia ista?* (*Glossa: Ad tempus* &c. Ergo est finis in hac re. *Et secundum consummationem dissipationis manus populi sancti:* h. e. postquam consummabitur resurrectio eorum, & vis manuum eorum: quia erat dissipata huc illuc potentia, & successus sese diffundendi hinc atque illinc; postquam consummabitur potentia eorum: quia erunt humiles valde; deficient & consummabuntur illæ calamitates, & veniet Messias: sicut diximus Deut. XXXII, 16. *quia abiit manus.*) Quo audito, obtinuit R. Eliefer: (h. e. silentio agnovit se victum esse, & os sibi obturatum esse.) vid. *Suca fol. 98. 1.*

Item dixit R. *Abba:* Non habes ullum textum expressiorem, ubi in sacra Scriptura expressius revelatus sit terminus adventus Messiæ, quam hic Ezech.

Ezech. XXXVI, 8. *Et vos montes Israëlis edituri estis ramos vestros, & fructum vestrum laturi estis populo meo Israëli.* (*Glossa:* Quum dabit terra Israël fructus optime & largissime, tunc eveniet finis: neque habes ullum expressiorem versum, quo finis descriptus sit, quam hunc.) R. *Eliéser* dicit: Nec hoc dicto Zachariano facile expressiorem textum, qui terminum illum describat, invenias, Zach. VIII, 10. *Nam ante dies illos merces hominis non exstiterit, & merces jumenti nulla est; & exeunti, & intranti nulla pax est,* præ angustia, vel *ab hoste.* (*Glossa:* Quum videbis, quod nulli hominum merces detur, neque merces jumenti fiat; inde collige, terminum adventus Messiæ adesse. Atque hoc ipsum est, quod diximus; tum adventurum Messiam, cum deficiet nummus ex loculo suo, & nulli nummi præsentes sint in loculo. *Merces jumenti nulla:* hoc est, merces, quæ est pro cultura agri, quæ opera jumentorum fit. *Et exeunti, & intranti, &c.* Tunc, cum talibus nulla erit pax, veniet Messias. Atque hoc ipsum est, per *intranti & exeunti,* intelligi Studiosos Sapientiæ. Nam æquum esset, ut illi inprimis ibi exirent & intrarent in pace; ut scribitur Psal. CXIX, 165. *Pax multa,* &c. Et tamen ne his quidem ulla pax erit. *Præ angustia,* h. e. præ multitudine calamitatum.

*Alia expositio:* nulla pax מִן הַצָּר hoc est a יֵצֶר figmento malo.) Quid, *& exeunti & intranti, præ angustia?* Rabus dixit: per hoc intelligi Studiosos sapientiæ, de quibus scribitur, quod illis pax sit: nam scribitur Psal. CXIX, 165. *Pax multa est diligentibus Legem tuam:* quibus tamen, (sub adventum Messiæ) nulla pax sit futura, præ angustia. Samuel autem dixit: Messiam tunc adventurum esse, quum omnes mensuræ erunt æquales. (*Glossa:* mensuræ frumenti & vini erunt amplæ. Sicut dicimus; quod tempore Messiæ futura sit rerum omnium saturitas, & sufficiens copia. *Alia expositio:* Erunt æquales; quia omnia erunt pretiosa. *Coccejus* in Sanhed. p. 452. exponit: donec omnia pretia æquentur.

Dixit R. *Chanina:* Non veniet Messias, usquedum quæratur pisciculus pro ægroto, & non invenietur: quia dicitur Esa. II, 14. *Tunc faciam sidere aquas illorum & instar olei flumina eorum agam.* (*Glossa:* faciam, ut omnes illæ aquæ condensentur; quibus condensatis nulli pisces reperiantur, hamo capiendi.) Et scribitur postea Cap. XXIX, 21. *Die illo germinare faciam cornu domui Israëlis.* (Quæ verba loquuntur de adventu Messiæ.

Dixit R. *Chama,* filius Chaninæ: Filius Davidis non venit, donec consummetur regnum הזלה vilissimum ex Israële: (*Glossa:* tum, cum nulla plane potentia, seu dominatio erit Israëlitis, ne quidem tenuissima:) quia dicitur, Esa. XVIII, 5. *Et ascendet* הַזַּלְזַלִּים *viles,* falcibus: & נְטִישׁוֹתָיו *propagines ejus.* (*Glossa: propagines ejus,* h. e. parvos ramos: quasi diceret,

ret, principes & judices.) Scribitur autem postea v. 7. *Eo tempore adducetur munus Domino exercituum, populus tractus & tonsus.* (Quæ verba loquuntur de adventu Messiæ.)

Dixit זעירי *Zeiri*, dixisse R. *Chaninam:* Non veniet filius Davidis, donec penitus deficiant superbi ex Israële: quia dicitur Zach. III, 11. *Quia tunc removebo e medio tui exsultabundos fastu tuo.* Scribitur autem v. 12. *Reliquum feci in medio tui populum pauperem & tenuem, & recipient se ad nomen Domini.* (*Glossa:* quasi diceret; quia veniet illis redemtio per Messiam, & se recipient ad umbram Omnipotentis.)

In *Schabbath f. 139. 1.* Dixit R. מלאי *Malai* nomine R. Elieseris, filii R. Simeonis: Non veniet filius Davidis, donec penitus deficiant omnes judices & moderatores ex Israële: quia dicitur Esa. I, 25. *Et reducam manum meam contra te, & purgabo, tanquam smegmate scorias tuas,* &c. v. 26. *Et reducam judices tuos.* Dixit *Ula:* Hierosolyma non redimitur, nisi per eleemosynam: quia dicitur v. 27. *Zijon per judicium redimetur & reduces ejus per* צְדָקָה *justitiam (eleemosynam.)* Dixit R. *Papha:* Si cessent superbi ex Israële; cessabunt Magi. (*Glossa:* Persæ, qui dolore afficiunt Israëlitas.) Si cessent judices, cessabunt prætores. (*Glossa:* judices populorum mundi, percutientes Israëlitas baculis.) Si cessent superbi, cessabunt Magi: quia scribitur v. 25. Et purgabo tanquam smegmate סִיגַיִךְ *scorias tuas, & removebo omnia* בְּדִילָיִךְ *stanna tua.* (*Glossa: scorias tuas:* h. e. grandes & magnos superbia sua, quum purgabo, & amovebo eos a me; tunc aufferam omnia stanna tua; Magos הבדלים qui se separant a timore Dei. Vox autem סִיגַיִךְ est ut רב *grandis*, quod Chaldaice vocamus סגי.) Et si cessent judices, cessabunt prætores: quia scribitur Zephan. III, 15. Removit *Dominus judicia tua, de medio sustulit inimicos tuos.*

Dixit *R. Johannes:* Si videris generationem, quæ subinde magis magisque attenuatur, tunc expecta Messiam: quia dicitur 2. Sam. XXII, 22. Ps. XVIII, v. 28. *Populum pauperem servabis.* &c.

Dixit *R. Johannes:* Si videris generationem, quam inundabunt multæ calamitates instar fluvii, tunc expecta eum: quia dicitur Esa. LIX, 18. *Quum veniet, ut fluvius, angustia, & spiritus Domini* נֹסְסָה *instar blattæ exedet eum:* (*Glossa:* ut Esa. X, 18. כמסוס נוסס *cum exedit exedens instar blattæ.* Ut Esa. LI, 8. *exedet eos* סס σὴς *blatta.* Spiritus Dei perforans & exsiccans eos ab angustiis venturis: quia etiam ille intendit perdere eos.) Conjungitur autem statim cum eo v. 19. *Et veniet redemtor.*

Item dixit *R. Johannes:* Filius David non venit, nisi in generatione, quæ tota plena est justis, aut tota plena est peccatoribus. In generatione, quæ tota plena est justis: quia scribitur Esa. LX, 21. *Et populus tuus omnes*

D *justi,*

*justi, hæredes erunt in seculum terræ.* (*Glossa:* Quæ verba loquuntur de redemtione per Messiam futura.) In generatione, quæ tota plena est peccatoribus: quia scribitur, Esa. LIX, 16. *Et vidit, quod non est vir, & obstupuit, quod nullus intercedens sit.* Scribitur autem Esa. XLVIII, 11. *Propter me faciam.*

Dixit *R. Alexander:* R. Josua filius Levi, duobus inter se collatis locis, contrariis inter se visis, objecit: Scribitur Esa. LX, 22. *Tempore suo.* Et scribitur ibid: *accelerabo illud.* (hoc est; citius rem illam fieri promovebo, quam tempus ejus alioquin esset.) Verum bene sibi hæc concordant: nempe si justitia sua mereantur, accelerabo illud: si non mereantur; in tempore suo, (definito, demum Messiam missurus sum.)

Dixit *R. Alexander:* R. Josua filius Levi, duobus inter se collatis locis, tanquam contrariis visis, objecit: scribitur, Dan. VII, 13. *Et ecce cum nubibus Cœli, velut filius hominis venit.* (*Glossa: Cum nubibus Cœli*, h. e. festinanter & celerrime.) Et scribitur Zach. IX, 9. *Pauper, & insidens asino* (*Glossa:* Sicut pauper veniet, asino suo vectus, h. e. tarde & segniter.) Verum hæc duo loca ita inter se conciliari possunt: nempe si justitia sua mereantur Israelitæ, Messias veniet cum nubibus cœli, seu celerrime. Si autem non mereantur; veniet pauper & vehetur asino, seu tardissime adveniet.

Dixit *Schabur* Rex (Persiæ) ad Samuelem: Vos (Judæi) dicitis, Messiam asino vectum adventurum esse: mittam ei equum בדקא probe comptum, vel exquisitissimum, quem habeo. In Amstel. legitur; בדקא splendidum, seu fulgurantem. *Coccejus Sanhed. p. 355.* vertit, *balio colore.* (*Glossa:* pexum, instructum & elegantem: vel probatum ad currendum.) Cui dicebat Samuel: Habesne equum centum coloribus distinctum? R. Josua filius Levi inveniebat Eliam, (Prophetam vivum in cœlum translatum,) stantem ad januam speluncæ (sepulchralis) R. Simeonis filii Jochai, ex quo quærebat R. Josua filius Levi: Num ego admittor ad seculum futurum? Cui respondebat Elias: Si voluerit Dominus hic. (*Glossa:* Nam divinitas præsens erat cum illis, ut pronomine demonstrativo quasi demonstrari potuerit.) Quo audito; ita secum dicebat R. Josua filius Levi: Duos tantum vidi & tamen vocem trium audivi. (*Glossa:* Nam divinitas præsens erat cum illis.) Deinde quærente eo ex Elia: quando venturus est Messias? Respondebat ei Elias: abi, & ipse Messiam interroga, de suo ipsius adventu. Pergente illo quærere: Ubinam autem ille habitat, seu manet? Respondebat Elias: Ad januam urbis Romæ. (*Glossa:* Visum erat Præceptori meo, hoc non intelligendum esse de janua Romæ revera & proprie; sed significari eo hortum Eden, seu paradisum esse, respectu, vel e regione totius mundi: & dicere

dicere voluisse ei, in eo ipso latere horti Eden, quod est versus januam Romæ, Messiam habitare.) Pergente eo quærere: quonam autem signo ille ibi agnosci potest? Respondebat: Sedet inter pauperes, bajulantes morborum; (*Glossa:* plaga percussos seu vulneratos, & ipse etiam vulnere percussus: quia scribitur, Esa. LIII, 5. *Ipse dolore affectus a peccatis nostris.* Et scribitur v. 4. *Et morbos nostros ipse tulit.*) Omnibus autem illis vulnera sua solventibus, & obligantibus, uno simul tempore, (eo, qui habebat 4. aut 5. vulnera solvente uno tempore simul, & abstersa iterum obligante,) & ipse Messias solvebat unum vulnus, & obligabat illud: & postea solvebat aliud, faciebatque similiter; nec solvebat duo vulnera simul: ea mente, ne, si venire eum necesse sit, ad redimendum Israëlem, in mora sit quicquam. (*Glossa:* ne tantilla quidem mora, quanta sufficit obligandis duobus vulneribus.) Accepto eo mandato ab Elia, R. Josua filius Levi veniebat ad Messiam, his eum verbis affatus: Pax super te, (salve;) Magister mi, & domine mi. Quem resalutans Messias, dicebat: Pax super te, fili Levi. Quærente R. Josua filio Levi ex Messia: Quando tandem venis Domine? Respondebat ei Messias: Hodie. Ea responsione accepta, redux factus R. Josua filius Levi, ad Eliam, Eliaque ex eo quærente, quid ipsi dixisset Messias, respondebat ei: Ita mihi dixit: pax super te, fili Levi. Ad hæc Elias: promisit tibi Messias his verbis, & patri tuo seculum futurum. (*Glossa:* Nam si non essetis justi perfecti, non confirmasset tibi pacem, neque commemorasset nomen patris tui;) Ad quæ R. Josua filius Levi regerebat: Atqui mentiendo mentitus est mihi; quia dixit mihi, se hodie venturum esse, cum tamen non venerit. Cui reponebat Elias: Sic scilicet tibi dicere voluit: *Hodie, si voci meæ obediveritis,* Psal. XCV, 7.

Quærentibus discipulis a præceptore suo *R. Jose* filio קיסמא Kisma: quandonam venit filius Davidis? Respondebat eis: Vehementer metuo, ne forte a me petatis signum. Eis negantibus, se petituros ab eo signum, respondebat: tum veniet Messias, quum corruet hæc porta, (*Glossa:* urbis Romæ: quia Romæ erat ea ipsa porta,) & reædificata, iterum corruet, denuoque ædificata corruet, neque sufficient ædificare eam (quarta vice,) donec veniet filius Davidis. Quibus auditis, postulabant discipuli illi ab hoc suo magistro, ut ederet sibi signum aliquod seu miraculum. Quibus cum ille respondebat: at, nonne promiseratis mihi, vos nullum a me signum postulaturos esse: illis autem instantibus; licet ita sit, tamen ede signum aliquod; respondebat eis: si ita se res habet, & omnino signum a me edi urgetis, en habete hoc signum, & convertantur aquæ speluncæ פמיים Pamias in sanguinem. (*Glossa:* ex qua spelunca emanat Jordanes: sicut dicitur in Tr. *Beracboth.*) Quo dicto, statim aqua illa conversa est in sanguinem.

Quo tempore poſtea ex hoc mundo per montem emigrabat R. Joſe filius Kiſmæ, dicebat ad hos ſuos diſcipulos: facito mihi ſepulchrum in ſolo profundo, quorſum demittatis capulum meum. Nam nulla eſt, palma, palmarum ſingularum, quotquot creſcunt in Babylonia ad quam non ſit alligandus equus Perſarum. (*Gloſſa:* invadent Perſæ & Medi Babyloniam, & capient eam, & implebitur tota terra Babyloniæ exercitibus Perſarum & equis eorum: exinde autem venient in terram Iſraël & capient eam.) Neque ullum futurum eſt capulum, quod eſt in terra Iſraël, ex quo loco præſepii alicujus non ſit comeſurus equus Medorum, & fœnum. (*Gloſſa:* Quæ ex capulis e terra extractis facient præſepia in bellis Gog & Magog.)

Dixit *Rabus:* Filius Davidis non eſt venturus, donec ſe effuderit regnum illud impium ſuper Iſraëlem novem menſibus: quia dicitur, Mich. V, v. 2, *Idcirco dabit eos usque ad tempus, quo parturiens pepererit & reſiduum fratrum ejus revertentur ſuper filios Iſraël.* (*Gloſſa: usque ad tempus, quo parturiens pepererit*, h. e. novem menſibus: *ſuper omnes filios Iſraël;* h. e. ſuper totum mundum, in quo Iſraëlitæ diſperſi ſunt.)

Dixit *Ula:* Veniat Meſſias; at ego opto, ne videam eum. Et ſic dixit Raba: Veniat; ego autem non videam eum. R. Joſeph dixit: Veniat; & merear ego, ut ſedeam in umbra aſini ejus. (*Gloſſa:* Et vel ſaltem tale ego cupio: tale, dummodo eum videam.) Quæſivit *Abai* ex Raba: Quid ſibi vult, quod optaris, ne *videas* Meſſiam? An dicendum, propter dolorem Meſſiæ. (*Gloſſa:* magnitudinem doloris ejus. Et infra quærit, quid ſignificet, poſt dolorem ejus? Scilicet timores & dolores, qui erunt in diebus ejus ab exercitu gentilium?) Atqui Traditio eſt: Diſcipulis R. Elieſeris quærentibus ex eo, quid facere debeat homo, ut liberetur a dolore Meſſiæ? Reſpondebat eis: Studeat in Lege, & in liberalitate exercenda. Cui cum diceretur; doctor, ecce Lex, & ecce liberalitas! (*Gloſſa:* In te autem, o Raba, utrumque hoc reperire liceat: qui ſit ergo, quod metuas tibi a dolore Meſſiæ?) Reſpondebat Raba: ſcilicet metuo, ne forte peccatum in cauſa ſit, quo minus liber ſim a dolore illo Meſſiæ: ſecundum id, quod in *Berachoth. f. 4. 1.* tradidit R. Jacob filius אידי Aidi. Nam R. Jacob filius Aidi, collatis inter ſe duobus Scripturæ locis, tanquam contrariis viſis, ita opponebat; ſcribitur, Gen. XXVIII, 15. *Ecce ego tecum ſum, & cuſtodiam te in omni quo iveris.* Et ſcribitur: Gen. XXXII, 7. *Et timuit Jacob valde:* (*Gloſſa:* forte poſt promiſſionem peccavi. Et ſecundum Traditionem: quia illud in cauſa erit, ne ſervetur promiſſio:) ſcilicet, ne forte in cauſa ſit peccatum: Secundum id, de quo eſt Traditio, Exod. XV, 16. *Donec tranſeat populus tuus, Domine; donec tranſeat populus tuus, quem acquiſiviſti.* Per, *donec tranſeat populus tuus,* intelligitur adventus primus. (*Gloſſa:* quo adve-

advenerunt temporibus Josuæ;) Per, *donec transeat populus tuus; quem acquisivisti*, intelligitur adventus secundus. (*Glossa:* Quum ascenderunt ex exilio Babylonico, tempore Esræ.) Dicitur; Hinc consequi, quod convenisset, ut Israëlitis fieret miraculum tempore Esræ in adventu secundo, ad eum modum, quo factum erat illis tempore Josuæ: sed, quo minus ita fieret, in caussa fuisse peccatum.

Et sic dixit *R. Johannes:* Veniat Messias; sed ne videam eum. Cui dicebat *Resch Lakisch;* Quare hoc optas? (*Glossa:* Quænam ergo calamitas ventura est in diebus Messiæ; ut dicas, te non optare videre eum?) An dicendum? ideo, quia scribitur Amos. V, 19. *Sicut fugiet quis coram leone, & occurret ei ursa: & innititur manus ejus parieti, & mordebit eum serpens.* Veni, & ostendam tibi typum vel exemplar ejus in seculo hoc præsenti: Si homini eunti in agrum obviam fieret mensor limitum; (*Glossa:* qui novit limites agrorum; quousque cujuslibet agri pertingant; & penes ipsum est plus minusve alteri addere, vel demere alteri: & cum occurrit ei mensor, vult metiri agros, & decurtare terminos agrorum;) tunc perinde ei fit, acsi occurreret ei leo. Si ingresso in urbem obviam fieret, exactor vectigalis regii, seu publicanus; perinde ei fit, acsi occurreret ei ursus. Si ingressus in domum suam inveniret filios suos, & filias suas jacere fame correptos; perinde ei fit, acsi morderet ipsum serpens. Quare non tam propter hoc dictum Amosi cap. V, 19. hoc optare visus est R. Johannes; sed propter illud, quod scribitur Jer. XXX, 62. *Quærite quæso & videte, num pariat mas. Quare vidi omnem virum, manus suas tenere super lumbis suis instar mulieris parturientis, & convertuntur omnes facies in pallorem?* Quid est, *vidi omnem virum?* Respondit Raba filius Isaaci, dixisse Rabum; significari eo, *omnem*, cujus omnis potentia est. (*Glossa:* Deum ipsum in se dolere, instar parturientis mulieris, & dicere ea hora, qua finit transire populos coram Israëlitis: quomodo perderem hos, propter istos? &c.) & per, *convertuntur omnes facies in pallorem*, intelligi familiam (Dei) superiorem, (h. e. Angelos,) & familiam inferiorem, (h. e. homines, inprimis Israëlitas.) Ea hora, qua dixit Deus Opt. Max. isti sunt opus manus meæ, & hi sunt opus manus meæ; (h. e. utrosque feci;) quomodo ergo perderem istos propter hoc, (vel unum propter alterum?) Dixit R. *Papha:* Hoc ipsum esse, quod dicitur vulgari adagio: Currit & cadit bos, & it paterfamilias, & substituit equum in præsepium ejus. (*Glossa:* Quum currit bos, & cadit; collocant seu substituunt equum, in locum ejus, in præsepium ejus; id quod voluisset facere ante casum ejus: quia valde dilectus erat, apud eum bos ejus, & longe charior equo. Quum autem sanatur bos hodie aut cras a vulnere ex casu accepto; tum grave est patrisfamilias educere equum suum bovis causa,

postquam semel collocaverat equum eo. Ita etiam Deus postquam vidit casum Israëlitarum, dedit dignitatem seu majestatem eorum nationibus mundi. Quum autem convertuntur acta pœnitentia Israëlitæ, & redimuntur; grave est ei, perdere nationes mundi, Israëlitarum causa.)

Dixit *R. Giddel*, verbis Rabi: futurum est, ut Israëlitæ vescantur annis Messiæ. (*Glossa:* h. e. copia rerum, tempore Messiæ futura, ad Israëlitas pertinebit) Cui respondit R. Joseph: Liquidum id quidem est; at quis vescetur illis? הילך Hillek, & בילך Billek vescentur illis; excepto R. Hillele: (*Glossa:* Sic dicere solebant: Hillek & Billek vescentur, &c. hoc est, quilibet promiscue: ut; si quis diceret, dæmones & dæmonissæ vescentur eis, &c.) Quare autem Hillel excipiatur a consortio istius beatitudinis? Quia dixit: nullum amplius Messiam Israëli expectandum esse: (*Glossa:* Quia Hiskias fuerit Messias, & de ipso dictæ sint prophetiæ Ezech. XXIX, 21. & Mich. V, 3) cum jam abunde absumserint eum. (hoc est: compotiti sint bonis Messiæ, tempore Hiskiæ.) Dixit רב *Rabus:* non creatus est mundus, nisi propter Davidem. (*Glossa:* propter meritum justitiæ Davidis: quia docturus erat tot carmina & hymnos.) Samuel autem dixit: non propter alium, mundum creatum esse, nisi propter Mosen. (*Glossa:* quia recepturus erat Legem) R. *Johannes* dixit: eum creatum esse propter solum Messiam. Quod nomen habet Messias? Qui sunt de domo שילא R. *Schilæ* (seu scholastici ejus.) Dixerunt שילה *Schilo* esse nomen ejus: quia dicitur Gen. XLIX, v. 10. *Usquedum veniet Schilo.* Qui sunt de domo R. ינאי *Jannai*, dixerunt: ינון *Jinnun* esse nomen ejus: quia dicitur Psal. LXXII, 17. *Sit nomen* ejus in seculum, ante solem ינון *Jinnun*, seu *sobolescet*, *nomen ejus* (*Glossa: Ante Solem*, h. e. priusquam Sol crearetur, nomen ejus fuit *Jinnun*. Et hoc ipsum unum ex illis erat, quæ subierunt animum, ut crearentur.) Qui sunt de domo R. חנינה *Chaninæ*, dixerunt: חנינה Chanina, h. e. gratia, vel gratiosus, esse nomen ejus: quia dicitur Jerem. XVI, 13. *Quod non daturus sum vobis* חנינה *Chanina*, h. e. *gratiam*. (*Glossa:* Quisque argute exponens inquirebat id, quod suo nomini simile erat.) Alioqui autem dicunt: *Menachem filius Hiskiæ*, est nomen ejus: quia dicitur Thren. I, v. 16. *Quia longe a me abest* מנחם *Menachem*, h. e. *consolator*, *reficiens animam*. Rabbini autem dixerunt, Messiæ nomen esse חיורא *Chivora*, h. e. *leprosus*, de domo Ribbi: quia dicitur Esa. LIII, 4. *Certe morbos nostros ipse tulit, & dolores nostros bajulavit, & nos reputavimus eum plagis affectum, percussum Dei & afflictum.* Dixit R. Nachman: Messias si ex vivis est, mei similis est: quia dicitur Jerem. XXX, 21. *Et erit magnificus ejus ex ipso, & dominator ejus, e medio ejus prodibit.* Dixit *Rabus:* Si ex vivis est, ut Magister noster Hakkadosch, seu sanctus ille est. (*Glossa:* Si Messias ex illis

illis ipsis est, qui jamjam vivunt, certum est, eum esse Magistrum nostrum Hakkadosch: quia tolerabat morbos & perfectus sanctus erat:) Si ex mortuis est; ut Daniel vir desideriorum, est. (*Glossa:* Si Messias ex illis est, qui jam ante mortui sunt; fuit is Daniel, vir desideriorum? quia judicatus erat per castigationes in fovea leonum, & sanctus perfectus fuerat. Aliter ita exponitur: Ut magister noster Hakkadosch; quasi diceret, si est idea aliqua & exemplar Messiæ inter vivos, illud est Magister noster Hakkadosch. Si autem illud exemplar Messiæ sit mortuorum respectu; tum hic ipse est, ut Daniel vir desideriorum.) Dixit *R. Juda*, dixisse *Rabum:* Deus Opt. Max. excitaturus est Israëlitis Davidem alterum, qui regnaturus est super illos: quia dicitur Jer. XXX, 9. *Et colent Dominum Deum nostrum, & Davidem Regem suum, quem exsuscitabo eis.* Non dicitur in præterito, *quem exsuscitavit eis:* Sed, in futuro; *quem exsuscitabo eis.* (Scilicet, ut significetur, adhuc alium Davidem regem futurum esse.) Dixit R. *Papha* ad *Abai:* Atqui scribitur Ezech. XXXVII, 25. *Et David servus meus, princeps illis in seculum.* (Unde consequi videtur, unum idemque esse Davidem.) Verum respondeo, hoc eodem modo intelligendum esse, ut Cæsar, & qui dimidiati, seu ex parte sunt Cæsar. (*Glossa:* Ut Cæsar, & secundus ab eo: sic David ille novus, rex est. Sicut scribitur Jerem. XXX, 9. *Et Davidem regem suum, quem exsuscitabo.* Ezech. XXXVII, 25. *Et David servus meus,* scilicet secundus ab eo. Sicut scribitur, *princeps illis:* non autem scribitur, *rex.*) Sermonem argutum habuit R. שמלאי *Schamlai:* Quid est, quod scribitur Amos. V, 18. *Væ desiderantibus diem Domini! Quid ad vos attinet dies Domini? Caligo is est, non lux.* Res hæc (cum Judæi æque atque Christiani expectant Messiam,) similis est gallo (qui refert Judaicam gentem,) & vespertilioni, (qui refert Christianorum gentem,) quorum uterque pariter expectabat lucem. Dicebat gallus ad vespertilionem, ego expecto lucem, quia lux ad me proprie & singulariter pertinet. (*Glossa:* Nam ego habeo oculos, quibus videam, & evenit mihi, ut commodum percipiam ex luce. Sic Israëlitæ expectant redemtionem: quia dies Domini erit illis lux. Sed populi, quare expectant eam? (cum tamen illis sit caligo, & non lux?) Tibi autem quid cum luce est negotii? Atque hoc ipsum est, quod dixit aliquis hæreticus ad R. *Abbu:* Quandonam venit Messias? Cui ille respondebat: Tunc, cum operirent tenebræ tui similes. Eo autem regerente; his verbis omnino convitium dicis, & diras imprecaris; Respondebat R. Abbu: textus Scripturæ scribitur, Esa. LX, 2. *Nam ecce tenebræ operient te, & caligo maxima, nationes: at super te exorietur Dominus, & gloria ejus super te apparebit.*

Tradi-

Traditio: est *fol. 99. 1. R. Eliefer* dicit: Dies Messiæ durabunt 40. annos: quia dicitur Psal. XCV, 10. Quadraginta annos, אקוט *assumam in generationem.* (*Glossa:* אקוט significat, *assumam Israëlitas, & regem illis præficiam:* significatus בקטיה acceptionis. Quadraginta annos accipiam in generationem. In generationem parvam 40. annorum, &c.) R. *Eleasar* filius Asariæ dixit: Dies Messiæ durabunt 70. annos: quia dicitur Esa. XXIII, v. 15. *Et erit die illo, & oblivioni tradetur Tyrus 70. annos, secundum dies regis* אחד *unius.* Quisnam est iste rex מיוחד singulariter discretus, seu unicus? Dic, eum esse Messiam. *Ribbi* dixit: dies Messiæ durabunt tres generationes: quia dicitur Psal. LXXII. 5. *Timebunt te cum Sole, & ante Lunam, generatione, generationibus.* (*Glossa:* Quasi diceret; cum Messia, de quo scribitur, *ante Solem Jinnun nomen ejus.* Psal. LXXII, 17. timebunt te Israëlitæ: *& ante Lunam;* hoc est, ante regnum domus Davidis, quod Lunæ comparatur. Sicut scribitur Psal. LXXXIX, 35. *Ut Luna stabilietur perpetuo: ita etiam te timebunt generatione, generationibus.* דור *generatione,* hoc est, una: דורים *generationibus,* hoc est, duabus.) R. *Hillel* dixit: Israëlitas nullum habere, quem expectent, Messiam: (*Glossa:* Sed Deum ipsum per se regnaturum, & redemturum esse eos solum:) quia jam penitus absumserint eum, vivente Hiskia. Quo audito, dixit R. *Joseph:* condona ipsi Domine ipsius (tantum peccatum, quod negaverit adventum Messiæ expectandum adhuc esse!) Hiskias quando vixit? scilicet in domo prima, (stante adhuc templo primo.) At ecce Zacharias vaticinabatur de templo secundo: (*Glossa:* Zacharias nihilominus vaticinatus est de Messia, sub templo secundo: quia scribitur Zach. IX, 9. *Ecce rex tuus veniet tibi* &c. Hic autem non est Zacharias filius Jojadæ sacerdotis, qui vaticinatus est sub templo primo. Sed Zacharias filius Barachiæ, qui vixit sub regno Darii;) & dixit: *Exulta valde Zijon, clange filia Jerusalem. Ecce enim rex tuus veniet tibi justus, & salute præditus, pauper, & equitans super asino, & super pullo, filio asinorum.* Zachar. IX, 9. Traditio alia: R. *Eliefer* dicit: dies Messiæ durabunt 40. Scribitur hic: Deut. VIII, 3. *Et afflixit te, & fecit esurire te, & cibavit te.* Et scribitur ibi Psal. XC, 15. *Exhilara nos secundum dies, quibus afflixisti nos, quibus vidimus malum,* (*Glossa:* hoc est, 40. annis, quot in deserto miseri egimus.) R. *Dosa* dicit: Dies Messiæ durabunt 400. annos. Scribitur hic, Gen. XV, 13. *Et servient illis, & affligent illos 400. annos.* Et scribitur ibi Psal. XC, 15. *Exhilara nos, secundum dies, quibus afflixisti nos.* *Ribbi* dicit: Dies Messiæ durabunt 365. annos, secundum numerum dierum Solis: quia dicitur Esa. LXIII, 4. *Nam dies vindictæ in corde meo: annus redemtorum meorum venit.* Quid est, *dies vindictæ in corde meo?* Dixit R. *Johannes:* Cordi meo revelavi. (*Glossa:* quia non protuli

verbum

verbum ex ore meo; quod membra mea poterant audire: sed in corde meo erat abſconditum verbum anni redemtorum. Ut ſinguli dies, pro ſingulis annis, Num. XIV, 34. Ezech. IV, 6. ita hic, ſinguli anni pro ſingulis diebus.) R. *Simeon* filius Lakiſch dixit: ſenſum eſſe: cordi meo revelavi. Angelis miniſterii non revelavi,

Tradidit אבימי *Abimi* filius אבהו Abhu: dies Meſſiæ durabunt Iſraëlitis 7000. annos: quia dicitur Eſa. LXII, 5. *Secundum gaudium ſponſi ſuper ſponſam: ita gaudebit ſuper te Dominus Deus tuus.* (*Gloſſa:* Secundum gaudium ſponſi: h. e. 7. dies conviviis: ſic gaudebit ſuper te 7. dies. Dies autem Dei ſunt 1000. annorum Pſal. XC.)

Dixit *R. Juda* dixiſſe *Samuelem:* Dies Meſſiæ totidem erunt, quos ipſe durabit, quot effluxerunt inde a die, quo creatus eſt mundus, usque in præſentem: quia dicitur Deut. XI, 21. *Ut dies Cœli ſuper terra.*

R. *Nachman* filius Iſaaci dixit: Tot dies eum duraturum eſſe: quot effluxerunt inde a Noacho, huc usque: quia dicitur Eſa. LIV, 9. *Ut aquæ Noachi iſtud mihi quod juravi.* In *Berachoth f. 34. 2.* idem repetitur.

Dixit R. *Chaia* filius Abæ, dixiſſe R. Johannem: Omnes Prophetæ non ſunt vaticinati bonum Iſraëlitis, niſi de diebus Meſſiæ: Sed de ſeculo futuro, *oculus non vidit, Deus, præter te, faciet præſtolandi ipſum.* Eſa. LXIV, 3. (*Gloſſa: oculus non vidit:* quia rei iſtius nullus eſt finis.) At diſſentit *Samuel*, qui dixit: Nihil intereſt inter ſeculum præſens, & dies Meſſiæ, niſi ſervitus regnorum duntaxat. Et dixit R. *Chaia* filius Abæ, dixiſſe Johannem: Omnes Prophetæ non vaticinati ſunt, niſi de dominis pœnitentiæ (hoc eſt, eis, in quos cadit pœnitentia:) at juſtos perfectos (eos, qui non opus habent agere pœnitentiam,) quod attinet; in eos quadrat illud: *Oculus non vidit, præter te.* Eſa. LXIV, 4. At diſſentit R. *Abbu*, quia dixit: quo loco conſiſtent domini pœnitentiæ, (ſeu in quos cadit pœnitentia,) ibi juſti non poterunt ſtare: (*Gloſſa:* quia creſcit vis eorum, in quos cadit pœnitentia: nam nulla creatura poterit conſiſtere coram illis:) quia dicitur Eſa. LVII, 19. *Pacem, pacem, remoto, & propinquo.* Scilicet, ei, qui ab initio remotus, poſtea autem propinquus eſt. (*Gloſſa:* qui remotus fuit procul a Deo, poſtea autem rediit ad eum per pœnitentiam. Et poſtea, pax propinquo. Ab initio juſtus perfectus: quia magna eſt vis eorum, in quos cadit pœnitentia.) Quid remotus? Remotus qui ab initio. Et quid propinquus? Propinquus, qui nunc eſt. R. *Johannes* autem dixit: *Remoto:* qui eſt remotus a peccato. (*Gloſſa:* omnibus diebus ſuis, ſeu toto vitæ ſuæ tempore: quia eſt juſtus perfectus.) *Propinquo:* qui eſt propinquus a peccato, & procul ſe removit ab eo.

Dixit R. *Chaia:* Prophetæ omnes non vaticinati ſunt, niſi de eo, qui filiam ſuam elocat diſcipulo Sapientis (h. e. Studioſo ſapientiæ, Philoſopho)

& cui commercium intercedit cum Studioso sapientiæ, & qui commoda subministrat Studioso sapientiæ de suis facultatibus. Sed quid ipsis Studiosis sapientiæ sit eventurum, *oculus non vidit, præter te*, Esa. LXIV, 4. Quid est, *oculus non vidit?* Respondit R. *Josua* filius Levi: per hoc intelligi, vinum asservatum in uvis ipsius inde a 6. diebus primæ creationis. Idem repetitum in *Berachoth f. 34. 2. Resch Lakisch* dixit: per illud intelligi *Eden*, quem locum oculus a seculo non viderit. Et si dicas, vel objicias: Ubi ergo habitavit Adam? Respondeo: In horto, Gen. II, 8. Si autem dicas, per hortum illum intelligi Eden: respondeo negando; qua de causa etiam notanter dicendum erat, Gen. II, 10. *Et fluvius exibat ex Eden, ad irrigandum hortum*, (ut significaretur Eden, ab horto illo esse distinguendum.) Quare consequitur: hortum seorsim fuisse, & Eden seorsim.

In Tr. *Sanhedrin f. 91. 2.* R. Chasda collatis inter se duobus locis, in speciem contrariis visis, opposuit: Scribitur Esa. XXIV, 23. *Et opprobrio afficietur Luna & pudefiet Sol:* (*Glossa:* quia Lucem non præbebit.) Et scribitur Esa. XXX, 26. *Et erit lux Lunæ, ut Lux Solis; & Lux Solis septies major, ut Lux 7. dierum.* (*Glossa: septies ut lux 7. dierum.* 49. ut lux 7. dierum. Unde consequitur, quod superet lucem præsentem trecenties quadragies ter.) Respondeo, non esse contradictionem: Ibi, intelligendum est de Seculo futuro. (*Glossa: Et opprobrio afficietur Luna & pudefiet Sol:* quia non erit in hoc seculo, nisi splendor זוהר clarissimæ lucis, & aspectus Divinitatis.) Hic, intelligendum est, de diebus Messiæ; (*Glossa:* diebus Messiæ erit lux Lunæ, ut lux Lunæ.) Secundum *Samuelem* autem, qui dixit: Nihil interesse inter Seculum hoc præsens, & dies Messiæ, nisi servitus regnorum duntaxat, (*Glossa:* R. Samuel dixit: dies Messiæ nihil diversi, habere a diebus præsentis Seculi,) quid est dicendum? Utrum illud intelligendum esse de Seculo futuro: nec tamen esse contradictionem: quia ibi Esa. XXIV, 23. sermo est de castris divinitatis: hic autem Esa. XXX, 26. de castris justorum.

*Sanhedrin f. 93. 1.* Dixit R. Tanchum: Argutum sermonem habuit filius *Kapparæ* in Siporio: Quid est quod scribitur Ruth. III, 17. *Sex hordei illa dedit mihi?* Quid est: Sex hordei? An dicendum, sex hordei revera & proprie (h. e. sex tantum grana hordei) dedisse ei, eo significari? Num moris fuerit Boaso, dare donum sex granorum hordei? Non ita: sed sex sata, seu modii hordei erant. Et quid? Num moris fuerit mulieri tantum onus portare? Non ita: Sed nutu quodam significare voluit ei, quod sex ex ea prodituri essent filii, qui benedicendi essent 6. benedictionibus, ut 1. David. 2. Messias. 3. Daniel. 4. Hananias. 5. Misaël. 6. Asarias. (I.) David: quia scribitur 1. Sam. XVI, 18. *Et respondit unus ex pueris, & dixit: Ecce vidi filium Isai Bethlehemitæ, (1) scientem pulsandi fides, & (2) potentem robore, & (3) virum bellicosum, & (4) prudentem rei, (5) & virum formosum,*

*mosum*, (6) *& Dominus est cum ipso*. &c. (II.) Messias: quia scribitur Esa. II, 2. *Et requiescet super eo Spiritus Domini*, (1) *Spiritus sapientiæ &* (2) *intelligentiæ*, (3) *Spiritus consilii &* (4) *virtutis*, (5) *Spiritus scientiæ &* (6) *timoris Domini*. Et scribitur *versu. 3.* וַהֲרִיחוֹ *& odorari ejus in timore Domini*. Dixit R. Alexander: docere eo voluit, quod oneraverit eum Deus præceptis & castigationibus, instar lapidis molaris ((*Glossa:* ut vox הריחו habeat significatum רֵיחַיִם lapidis molaris.) *Raba* dixit: Quid est וַהֲרִיחוֹ *vabaricho*. Scilicet quod olfaciet hominem & judicat: (*Glossa:* & sciat eum, qui reus est: quia dicitur; *non secundum aspectum oculorum suorum judicabit; neque secundum auditum aurium suarum arguet*.

*Ibid.*

[*Succa f. 52. 2.* Per *4. fabros*, Zach. II, 3. dixit Rabbi Channa filius Biznæ, dixisse R. Simeonem Sanctum, intelligi 1. Messiam filium Davidis. 2. Messiam filium Josephi. 3. Eliam. 4. Cohen Zedek, &c.]

Et vel saltem hoc modo, seu solo odoratu, tamen fiet quod dicitur v. 4. *Et judicabit in justitia pauperes*. Scilicet, opera actus odorandi:) quia scribitur v. 3. *Non secundum aspectum oculorum suorum judicabit*. v. 4. *Et judicabit in justitia pauperes, & arguet in rectitudine mansuetos terræ*. בר כוזיבא Bar Coziba, h. e. filius mendacii, duos annos cum dimidio regnabat. (*Glossa:* ex regibus Herodis erat.) Dixerat ad Rabbinos; Ego sum Messias. Cui illi regerebant: De Messia scribitur, quod odoretur & judicet. Videamus ergo nos, num (Bar Coziba) odoretur & judicet. Cum vidissent, eum non posse odorari & judicare, (h. e. saltem odoratu discernere probos ab improbis,) interfecerunt eum.

*Sanhedrin f. 94. 1.* Esa. IX, 6. לְםַרְבֵּה *amplitudini principatus & paci non est finis*. Dixit R. *Tanchum*, sermonem argutum habuit filius Capparæ in Zipporia: Quare omnis litera Mem, quæ in medio dictionis est, aperta est; hoc autem Mem in voce לְםַרְבֵּה clausum est? (*Glossa:* Mem, quod est in dictione לְםַרְבֵּה, clausit: idcirco clausum est: q. d. clausa sunt verba, quæ ascenderunt in cogitationem, & non factum est. *Alia expositio:* Quia volebat Deus claudere afflictiones Israelitarum: nam volebat eum facere Messiam. Doctor autem meus exposuit: ideo, quia clausum erat os Hiskiæ, & non dixerat canticum?) scilicet, ut significetur eo, quod Deus voluerit Hiskiam facere Messiam; Sanheribum autem, Gogum Magogum. Dicebat proprietas seu virtus judicii coram Deo Opt. Maximo: Domine mundi, si Davidem, regem Israelis, qui dixit tot cantica & hymnos coram te, non fecisti Messiam: Hiskiamne? cui fecisti tot miracula, (*Glossa:* quia liberatus est a Sanheribo, & sanatus est a morbo suo,) nec dixit canticum coram te, faceres Messiam? Propter hoc clausum est Mem. Quo dicto statim cœpit terra dicere coram eo: Domine mundi, ego dicam coram te canticum, pro justo

justo illo, & fac eum Messiam. Incepit ergo dicere terra coram Deo: quia dicitur, Esa. XXIV, 16. *Ex ora terræ cantica audivimus, desiderium justo,* &c. Dicebat princeps mundi, (*Glossa:* Angelus, in cujus potestatem totus mundus datus est; Domine mundi, fac voluntatem illius justi. Exibat *filia vocis*, & dixit Ibid. *Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* (*Glossa:* occulta mea sunt, & ego scio, quare tardem.) Dicebat Propheta, Ibid. *Væ mihi:* scilicet, væ mihi, usque quo? (*Glossa:* Dixit Propheta, Væ, quando tandem veniet Messias?) Exivit *filia vocis*, & dixit: *Prævaricatores prævaricantur, & prævaricatione prævaricatorum prævaricantur.*

Item dixit *Raba*, estque, qui dicit, R. *Isaac:* Messias tum demum veniet, quum veniunt deprædatores, & deprædatores deprædatorum. (*Glossa:* tum demum veniet, quum exspoliati erunt osores Israelitarum, h. e. Israëlitæ odio digni, aliquot vicibus.) Esa. XXI, 11. 12. *Onus* דומה *Duma, ad me clamat ex Seir, custos quid ex nocte? Custos quid ex nocte?* &c. Dixit *R. Johannes;* ille ipse Angelus, qui præfectus est Spiritibus, vocatur Duma. (*Glossa:* Princeps Spirituum, apud quem deponuntur animæ. Et hoc ipsum est, *onus Dumæ.* Sic dixit Duma; ad me clamant Spiritus, super negotiis Seiri Esav, & dicit mihi, custos quid ex nocte? Deus, qui ipse est custos, quid dicit ex exilio, quod est, ut nox?) Congregati erant omnes Spiritus apud Dumam, dicentes ei: *Custos quid ex nocte?* (*Glossa:* Quid rei? Quando tandem est finis redemtionis e nocte ista?) Custos *quid* ex *nocte?* v. 12. *Dicebat custos, venit mane! Et quoque nox; si quæretis, quærite, redite, venite.* (*Glossa: Venit mane?* legendum est per interrogationem. Sunt autem libri, in quibus non scribitur. Et consentaneum est, dixisse eis principem ita; dixit custos, Deus, *venit mane,* redemtio veniet, & quoque nox: sed ab initio erit exilium multum. Postquam redimentur, & ædificabitur Sanctuarium secundum, denuo migrabunt in hoc præsens exilium. *Alia expositio: Et quoque nox;* impiis: Et sic Chaldaica ejus interpretatio arguit, quæ ita habet: Est merces justis; est redemtio justis & est pœna impiis. *Si quæretis*, hoc est, si voletis redimi; *quærite*, h. e. petite seu implorate Dei misericordiam. *Redite*, per pœnitentiam: *& venite*, ad redemtionem.)

*Nidda f. 13. 2.* Tradiderunt Rabbini: Proselyti & ludentes cum pueris impediunt, quo minus citius veniat Messias, &c.

*Pesachim f. 54. 1. Nedarim f. 39. 2.* Traditio. Septem res creatæ sunt prius, quam mundus. (1.) Lex. (2.) Pœnitentia. (3.) Hortus Eden. (4.) Gehenna. (5.) Thronus gloriæ. (6.) Domus Sanctuarii. Et (7.) Nomen Messiæ: quia scribitur, Psal. LXXII, 17. *Erit nomen ejus in seculum: ante Solem* ינון *Jinnun, nomen ejus.*

*Pesa-*

*Pesachim f. 54. 2.* Tradiderunt Rabbini: Septem res latent homines, (1.) Dies mortis, (2.) dies consolationis. (3.) Profunditas judicii. (4.) Quid in corde sit alterius. (5.) Quonam lucrum captetur. (6.) Regnum Davidis (h. e. Messiæ;) quando rediturum sit. Et (7.) regnum Persiæ, quando occasurum sit.

*Matth. I. vers. 3.) Judas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar* &c.

*Nazir f. 23. 1. Per*, Prov. XVIII, 1. & *Desiderium quæret separatus*, intelligitur Loth, Gen. XIII, 11. Per, *Et in omni essentia revelabitur*, intelligitur, quod reveletur ignominia ejus in omnibus Synagogis & Scholis. Quare tradidimus: Ammonita & Moabita prohibentur a communione, prohibitione perpetua. Dixit *Ula:* Thamar (de qua Matth. I, v. 3.) Thamar scortata est: (*Glossa:* ex intentione servandi præcepti Dei hoc fecit, ut conservaret semen, Gen. XXXVIII, 14.) exorti sunt ex ea reges, (David, & ejus posteri,) & Prophetæ, Esaias, Daniel, &c. Zimri scortatus est, (ex intentione peccandi,) Num. XXV, 14. & ceciderunt ejus causa tot myriades ex Israëlitis. Dixit R. Nachman: Longe majoris momenti habendum est peccatum, si quis peccet ex intentione peccandi; quam illa virtus, si quis servet præceptum, id non ex intentione servandi illud, seu ejus ipsius causa.

*Megilla f. 10. 2.* Dixit R. *Levi:* Verbum hoc traditum est in manus nostras, a patribus nostris: Amoz patrem Esaiæ, Esa. I, 1. & Amaziam Regem, fratres fuisse. Et quid significare nobis vult? Ut id, quod dixit R. Samuel filius Nachmani, dixisse R. *Jonathanem:* Quæcunque sponsa verecunda est in domo soceri sui, ea meretur, ut ex ea prodeant reges & prophetæ. Unde nobis hoc probatur? Ex Thamar. Quia scribitur Gen. XXXVIII, 15. *Et vidit eam Juda, & habuit eam pro scorto: quia texerat faciem suam.* Ideone, quia jam demum faciem suam tegebat, illud dicitur, quod habuerit eam pro scorto? Non certe: sed quia jam antea, cum adhuc esset in domo soceri sui, texerat faciem suam: ita ut Judas de facie eam non esset: & ob hanc verecundiam merita est, ut prodierint ex ea Reges & Prophetæ. Reges; ex Davide: Prophetæ; ut Esaias.

*Sota f. 10. 1.* Gen. XXXVIII, 14. *Et sedit in ostio* עֵינַיִם *oculorum.* Dixit R. *Alexander:* doceri eo, quod Thamar iverit, & sederit in janua Abrahami patris nostri: scilicet loco, in quem omnes oculi intuentur, ut eum videant. R. Chanina autem ait, dixisse *Rabum:* Esse locum, cujus nomen fuerit עֵינַיִם *Enajim.* Jos. XV, 34. R. *Samuel* filius Nachmani dixit: Ideo locum illum ita vocari: quia Thamar dederit עֵינַיִם oculos, verbis suis, (*Glossa:* exemplar & januam permissionis dederit seipsam; non futurum esse peccatum, si secum congrederetur.) Quum petebat Judas ab ea, ut

ut ſibi copiam ſui faceret; his verbis eam compellabat: Forte tu gentilis fœmina es? Illa reſpondente; proſelyta ſum, (*Gloſſa:* non colo idola; & digna ſum, cum qua congrediaris:) dicebat Judas; forte uxor alterius es? Illa reſpondente; Cælebs ſum, (adeoque permiſſa cuilibet in matrimonium: pergebat Judas dicere; forte recepit in ſe pater tuus pro te ſponſalia, (te jam alii in ſponſam promiſerat,) teque alii jam deſpondit? Reſpondebat: orphana ſum. Denique dicente Juda: Forte immunda es? Reſpondebat: munda ſum. (*Gloſſa:* Non laboro menſtruo) &c. Paulo poſt *fol.10.2.* Gen. XXXVIII, 25. *Ipſa* מוּצֵאת (Talm. exponit) *inveniebatur.* Pro eo dicendum fuiſſet: Ipſa מתוצאת quod ſignificaret, ipſam invitam eductam fuiſſe: Nunc autem, quia dicitur מוצאת, ſignificare voluit, quod vox ea habeat ſignificationem מציאה inventionis. Dixit R. *Elieſer;* ſignificari ea voce; quod poſtquam inventa eſſent ſigna ejus, (*Gloſſa:* ſigillum, fila & baculus,) venerit סמאל Sammaël, dæmon ita dictus, & procul amoverit ea; (*Gloſſa:* ut Thamar combureretur, ne prodiret ex ea David,) veniſſe autem Angelum Gabrielem, iterumque ea propius admoviſſe. Atque hoc ipſum eſt, quod ſcribitur Pſal. LVI, 1. *Præcentori ſuper columba multa* רחוקים *longinquorum, Davidis aureolum.* (*Gloſſa:* Propter negotium הרחקה remotionis: quia ſigna Thamaris facta erant רחוקים longius remota.) Dixit *R. Johannes:* Voce רְחוֹקִים ſignificari; quod ea hora, qua ſigna Thamaris longius remota erant, facta fuerit ut columba muta. Davidis מִכְתָּם *aureolum:* ea voce ſignificari, quod prodierit ex Thamare David, qui fuerit מָךְ *manſuetus, ſeu humilis,* & תם integer ad omnem rem. *Alia expoſ.* מכתם *Michtam:* quia מכתו vulnus ejus, nempe Davidis, erat תמה integrum, (*Gloſſa:* vulnus ejus, h.e. locus circumciſionis, qui conveniebat vulneri, erat integer & perfectus) quia ipſa ſua nativitate, jam circumciſus editus erat in hanc lucem. *Alia expoſitio: Michtam:* ſicut David in parvo ſeu vili ſtatu ſuo (*Gloſſa:* antequam rex eſſet,) ſeſe humiliaverit, & pro parvo habuerat coram eo, qui ſe major erat: ita etiam talem ſe gerebat in magno, ſeu honoratiſſimo ſtatu ſuo. (*Gloſſa:* poſtquam rex factus eſt. Et ſenſus vocis *Michtam* eſt, quod fuit תמה מכתו integra humilitas ejus, ab initio uſque ad finem ipſius, non defecit modeſtia ejus, neque mutata eſt.) Gen. XXXVIII, 25. *Et ipſa miſit ad ſocerum ſuum, dicendo: Viro, ad quem hæc pertinent, ego gravida ſum,* (*Gloſſa:* ipſa miſit aliquem, qui diceret; *Viro, ad quem iſta pertinent:* non autem miſit ad eum, qui diceret; *& a te ego gravida facta ſum, & ecce ſigna hæc tua.*) Et ſtupor ſeu admiratio erat ei dicendo, (*Gloſſa:* legato, *dic illi, quod ex eo gravida ſum, & iſta ſunt ſigna.* Cavens ſcilicet, ne publice eum in ruborem daret, & ignominiæ exponeret.) Dixit *R. Zutra,* filius Tobiæ, dixiſſe

Rabum,

Rabum, verbis Rabi: Alii autem tribuunt hoc dictum R. *Channæ* filio Biznæ, dixisse R. *Simeonem Sanctum:* Alii etiam dicunt R. *Johannem* id dixisse, nomine R. Simeonis filii Jochai: *præstat homini, ut projiciat seipsum in fornacem igneam, quam ut publice pudore afficiat faciem socii sui.* Unde nobis hoc probatur? Ex exemplo Thamaris Gen. XXXVIII, 25. *Agnosce quæso.* (*Glossa:* Etiamsi educerent eam, ad combustionem, tamen non dicebat illis; cum Juda congressa sum; ex eo gravida facta sum. Et quamvis ipse confessus sit, tamen hoc ipse a seipso confitebatur.) Eadem leguntur in *Berachoth f. 43. 2. Kethuvoth f. 67. 2. Bava Mezia f. 59. 1.* Dixit *R. Chama* filius R. Chaninæ: Per, *agnosce*, nuncius afferebatur Jacobo patri Josephi, rei qua ipse dolore afficiebatur. Per, *agnosce*, annunciabatur Judæ. Prius; quia dicitur Gen. XXXVII, 32. *Agnosce* נָא *quæso, num tunica filii tui sit.* Posterius; quia dicitur, Gen. XXXVIII, 25. *Agnose* נָא *quæso, cujusnam,* &c.? Dictio נא *Na* nihil aliud significat, quam petitionem. Dixit scilicet Thamar ad Judam: quæso te, agnosce faciem Creatoris tui, & ne abscondas oculos tuos a me: v. 26. *Et agnovit Juda, & dixit: Justior est me.* Hoc ipsum est, quod dixit R. Chanina filius Biznæ, dixisse R. Simeonem Sanctum: quia יוֹסֵף Joseph sanctificavit nomen Dei clam, meritus est, ut ei adderetur litera una de nomine Dei Opt. Max. יהוה: quia scribitur Psal. LXXXI, 6. *Testimonium* בִּיהוֹסֵף *in Jehoseph posuit eum.* Quia יְהוּדָה Judas sanctificavit nomen Dei palam, meritus est, ut vocaretur totus de nomine Dei Opt. Max. יהוה, Postquam Judas confessus esset & dixisset Gen. XXXVIII, 26. *Justior est me;* exivit filia vocis, (seu vox cœlitus audita est,) & dixit: Tu liberasti Thamarem & duos filios ejus ex igne. Ut vivis, (per vitam tuam juro;) sancte tibi promitto,* me liberaturum per meritum tuum tres posterorum tuorum ex igne. Quinam illi sunt? Chananias, Misael & Azarias: Dan. III. Unde Judas sciverat, Thamarem a se esse imprægnatam, cum suspicari posset, forte alios etiam cum eo congressos fuisse, ut diceret, Gen. XXXVIII, 26. *Justior est me?* Scilicet egressa filia vocis dixerat, Ex me prodierunt occulta. (*Glossa:* Res secretæ, quæ decretæ sunt coram Deo; quod prodibunt ex ea reges. Impossibile autem erat, ut prodirent ex alio, præter Judam: quia scribitur Gen. XLIX. *Catulus leonis Juda,* &c.) Gen. XXXVIII, 26. *Et non addidit cognoscere eam.* Dixit *Samuel* senex, socer R. Samuelis filii R. Immi, nomine R. Samuelis filii Immi; significari his verbis, quod, cum cognosceret de ea, eam justam esse, & ex intentione glorificandi Dei nomen hoc fecisse, postea non destiterit ab ea. Scribitur hic, *Et non addidit amplius cognoscere eam.* Et scribitur ibi, Deut. V, v. 22. *Vox magna, & non addidit.*

*Matth.*

*Matth I, v. 5.) Salmoe genuit Boos & Rachab, Boos autem genuit Obed ex Ruth* &c.

*Zevachim f. 116. 1.* Meretrix Rahab (de qua Matth. I, 5.) dixit Jos. II, 10. *Quia audivimus, quod Dominus arefecerit aquam maris algosi.* Quid causæ est, quod ibi Jos. V, 1. *Et non stetit amplius Spiritus in viro?* Scilicet significare voluit, quæ si vel etiam arrigere vellent membrum suum virile ad congressum, tamen non riguerit, nec arrigere potuerint. Unde autem illa hoc sciebat? Quia dixit, *Mar*, (Doctor aliquis Talmudicus;) Nullum fuisse, principem & ducem, qui non congressus fuerit cum Rachab meretrice. Dictum perhibetur: 10 annos natam fuisse Rachab meretricem tum, cum exibant Israelitæ ex Ægypto: Scortatam autem fuisse 40. annos, quos exegerunt Israelitæ, in deserto, & proselytam factam fuisse post quinquagesimum annum ætatis. Dixerat ea: Condonet mihi Deus mea peccata, pro mercede funis, fenestræ & lini. (*Glossa:* Traditur: ita eam dixisse; Domine mundi, per tria peccavi; per tria fiat condonatio. Per funem, & linum & fenestram. Nam adulteri ascendebant ad eum funibus, via fenestræ, & descendebant, & quoque abscondebat eos in linis ligni, & per ea ipsa tria, merita est, liberando legatos.)

*Megilla f. 14. 2.* Regessit R. עינא *Ina* senex R. Nachmano: Octo Prophetæ, iique sacerdotes exiverunt, (orti sunt) a Rachab meretrice. Et hi sunt illi. 1. Neria. 2. Baruch. 3. Seraja. 4. Machasja. 5. Jeremias, 6. Hilkia. 7. Chananel. Et 8. Sallura. R. Juda dicit: Etiam Huldam Prophetissam ex nepotibus, seu posteris Rahab meretricis ortam fuisse. Scribitur hic (2. Reg. XXII, 14.) Filii תקוה *Tikva.* Et scribitur ib', (Jos. II, v. 18.) *funiculum* תקות *Tikvath*, h. e. *dibaphi fili.* Cui dixit, Ina senex; aliqui autem dixerunt, urna nigra: (*Glossa*: hoc est, Rabbinus aliquis brevis, crassus & niger:) ex meo, & ex tuo designetur prælectio. (*Glossa:* quasi diceret; per me, & per te clare exprimatur veritas hujus rei; hoc, aut illud fuit.) Quia Josua Rahab meretricem in uxorem duxit: Num autem Josuæ semen fuit? Atqui scribitur 1. Chron. VII, 27. *Nun filius ejus, Josua filius ejus* (*Glossa:* Tribus Ephraimi genealogiam recenset Scriptura, usque ad Josuam: a Josua autem & deinceps, neminem recenset. Respondeo: Josuam quidem nullos habuisse filios, habuisse autem eum filias. Extra controversiam & de Jeremia & Chananele, eos esse Prophetas; de quibus expresse illud enunciatur Jer. XXXII, 7. Item de Baruch (cap. XXXVI, 18.) & Seraja, cap. LI, 59. (*Glossa:* invenimus autem de discipulis Prophetarum, quod fuerint Prophetæ, 2. *Reg. II, 15.*) Sed de Patribus illorum Neria, Machasja, &c. Unde nobis autem constat, eos fuisse Prophetas? scilicet secundum

dum id, quod est Ulæ: quia dixit *Ula;* ubicunque commemoratur nomen alicujus, & nomen Patris ejus, inter Prophetas, certum est, eum esse Prophetam filium Prophetæ. Ubi autem commemoratur nomen alicujus, omisso nomine patris ejus, certum est, eum esse Prophetam, sed non filium Prophetæ. Ubi nomen alicujus, & nomen urbis ejus nominatim exprimitur, certum est, eum ex illa urbe esse oriundum. Ubi autem nomen alicujus exprimitur, omisso nomine urbis ejus, certum est, eum Hierosolymis natum esse. In *Mischnica traditione* traditur: Cujuscunque opera, & opus patris ejus clausa sunt, (vel, non definite expressa) & sigillatim tibi aliquid, de uno illorum Scriptura enunciat, id fit in laudem; ut Zephan. I, 1. *Verbum Domini, quod fuit ad Zephaniam, filium Cuschi, filium Gedaliæ.* Certum est, quod hic sit justus, filius justi. Cujuscunque autem sigillatim tibi mentionem facit Scriptura, de uno illorum, id fit in vituperium: ut Jerem. XLI, 1. *Et fuit in mense septimo, venit Ismaël, filius Nethaniæ, filius Elisamæ.* Certum est, eum esse impium, filium impii. Dixit R. Nachman; Malachias est Mordechai. Quare autem vocatur nomen ejus מלאכי *Maleachi?* Quia fuit secundarius לַמֶּלֶךְ regi, (Secundus a rege.) Ester. X, 3. Regero ego: Baruch filius Neriæ & Seraja filius Maaschiæ, & Daniel, & Modechai, Bilsan & Haggai, Zacharias & Malachias; omnes illi prophetarunt in anno secundo Darii. Responsio: *Traditio* est; Dixit R. Josua filius Korchæ: Malachiam esse Esram, Sapientes autem; Malachiam esse nomen ejus. Dixit R. *Nachman:* Opinio fert, secundum eum, qui dixit; Malachiam esse Esram: quia scribitur in prophetiis Malachiæ, Ester. II, 11. *Prævaricatus est Juda, & abominatio facta est in Israël, & Hierosolyma; quia profanavit Juda Sanctum Domini, quem dilexit, & ambit filiam Dei peregrini.* Quis autem separavit uxores peregrinas? Esra, quia scribitur, Esr. X, 2. *Et respondit Schechanias, filius Jehiel, ex filiis Elam, & dixit ad Esram: nos deliquimus in Deum vestrum, & collocavimus uxores peregrinas.* Tradiderunt *Rabbini:* Quatuor mulieres fuerunt in mundo. 1. Sara. 2. Abigail. 3. Rachab & 4. Ester. Secundum eum autem, qui dixit Esteram sub fulvam fuisse, ille excipit Esteram, & includit Vasti. Tradiderunt *Rabbini:* Rachab, nomine suo audito, ad fornicationem irritavit. (*Glossa:* Si quis commemoret nomen ejus, trahitur libidine scortationis; Jaël, voce sua; Abigail, memoria sui; Michal, aspectu sui.) Dixit *R. Isaac:* Quicunque dicit, Rachab, Rachab, statim pruritum sentit, & afficitur fluxu seminis. Cui dicebat R. Nachman: Ego dico, Rachab, & nihil afficior. Cui ille respondebat: Ego hoc intelligo de eo, qui scit eam, & discrete novit eam.

*Berachoth f.7.2.* Quare vocata est רות Ruth? Respondit R. Johannes? quia merita est, ut ex ea egrederetur David, qui רִוָּהוּ inebriavit Deum Opt. Max. canticis & hymnis.

*Sota f.47.1.* Dixit R. Chanina: Propter 42. oblationes, quas obtulit Balak ex Moab Num. XXIII, 1. &c. absorpti sunt 42. pueri ex Israël, 2. Reg. II, v.24. Itane? Atqui dixit *R. Juda*, dixisse Rabum: Semper studeat homo in Lege, & in rebus præcepto debitis; si maxime id non fiat לשמה, nomine ejus ipsius, (sed alius respectus) causa. Nam mediante eo, quod non fit ejus ipsius causa, devenit tandem eo, ut faciat id ejus ipsius causa. Ex mercede enim 42. oblationum, quas obtulit Balak Rex Moab, meritus est, ut oriretur ex eo Ruth, ex qua ortus est Salomo, de quo scribitur 1. Reg. III, v.4. *Mille holocausta offerebat Salomo.* Et dixit *R. Jose* filius Chuni; Ruth filia Eglonis, filii Balaki fuit.

*Matth. I, v. 11.) Josias genuit Jechoniam & fratres ejus* &c.

Josias dicitur genuisse Jechoniam. De quo scribitur in *Horajoth f. 11. 2.* & *Kerithuth f. 77.* (Basileens. editio, f. 5. 2.) Jehoachazum unxerunt, propter Jehojakimum: quia hic illo erat natu major, adeoque ad regnum dignior videri poterat. Quid autem? Num hic illum ætate antecesserit? Atqui scribitur 1. Chron. III, 15. *Et filii Josiæ, primogenitus Johannes, & secundus Jojakim, & tertius Zedekias, & quartus Sallum.* Dixit autem R. *Johannes:* Sallum hunc, eundem esse cum Zedekia; Johannem, eundem cum Jehoachaso. Omnino ergo Jehojakim est natu maximus eorum. Quare autem Johannem vocavit primogenitum? scilicet, quia regnaverat primus in ordine. Et quid? Num regnent minores natu, ante natu maximum? Atqui scribitur 2. Chron. XXI, 3. *Et regnum dedit Joramo: quia ipse erat primogenitus?* Respondeo; Joramum implevisse locum patrum suorum; (*Glossa:* Nam dum ad huc erat justus, implebat locum patrum suorum, postea autem degeneravit;) Jehojakimum autem non implevisse locum patrum suorum. Quomodo dicere potuit Doctor Talmudicus, Sallum hunc eumdem esse cum Zedekia; Johannem cum Jehoachaso; cum tamen singuli sigillatim enumerentur, & scribatur, *& tertius, & quartus,* v. 15.? Quid *tertius?* Tertius scilicet respectu filiorum seu natu. Quid *quartus?* Quartus scilicet respectu regni, seu quartus in ordine regnavit. Quia ab initio regnavit Jehoachaz, postea autem Johojakim, postea autem Jechonia, postea autem Zedekias. *Schekalim f. 9. 1.* Tradiderunt *Rabbini:* Eundem esse Sallum & Zedekiam. Quare autem vocatum est nomen ejus שַׁלּוּם *Sallum?* Quia erat משולם perfectus in operibus suis. (*Glossa:* quia justus perfectus erat, præditus bonis operibus.) Nam dicunt

Sal-

Sallum vocatum esse: quia שלמו־ perfectum, vel ad finem perductum erat regnum domus Davidis in diebus ejus. Quodnam autem erat nomen ejus? Matthanias erat nomen ejus: quia dicitur 2. Reg. XXIV, 17 *Et regem fecit rex Babyloniæ Matthaniam patruum ejus, pro eo, & convertit nomen ejus in nomen Zedekiæ.* Dixerat Nebucadnezar ad illum יה יַצְדִּיק Dominus justificet super te judicium, si rebellaveris in me: quia dicitur Jer. LII, v. 11. *Et adduxit eum in Babyloniam.* Et scribitur, 2. Chron. XXXVI, 12. *Et etiam in regem Nebucadnezarem rebellavit, qui adjuraverat eum per Deum.*

*Matth. I, v. 12.) Jechonias genuit Sealthielem* &c.

*Sanhedrin f. 37. 2.* Dixit R. *Juda;* exilium tria expiat, scilicet pœnam gladii bellici, famis & pestilentiæ: quia dicitur Jer. XXI, 9. *Sic dixit Dominus, manens in urbe hac, morietur gladio, fame, & pestilentia: & qui exit & deficiet ad Chaldæos, obsidentes vos, vivet, & erit ei anima ipsius in prædam.* R. *Johannes* dicit: Exilium expiat omnia: quia dicitur Jer. XXII, 30. *Scribite virum istum solitarium, virum, cui non succedet prospere in diebus suis: quia non prosperabitur vir ex semine ejus, sedens super throno David, & dominans amplius Judæ.* Postquam autem in exilium ivisset, scribitur, 1. Chron. III, 17. *Et filii* Jechoniæ אַסִּיר *Assir* שְׁאַלְתִּיאֵל *Sealthiel filius ejus.* (In edit. Basileensi scribitur, *Assir filius ejus*, &c. Sed in Amstelod. בְּנוֹ *filius ejus*, omissum est. In utroque exemplari, pro שְׁאַלְתִּיאֵל *Sealthiel*, scribitur שלתיאל *Salathiel.*) Scilicet dictus erat (Sealthiel,) אַסִּיר *Assir:* quia conceperat eum mater ejus in domo האסורין vinctorum (h. e. in carcere.) שלתיאל *Salathiel* autem dictus erat: quia שְׁתָלוֹ אל plantaverat eum *Deus.* Nam non secundum morem eorum qui plantantur (h. e. non ordinario modo nascendi,) perhibent eum natum esse. Traditione enim edoctus sum, quod fœmina non concipiat, si vir stans cum ea stante rem habeat. Mater autem Salathielis dicitur eum concepisse ex marito stante (*Glossa:* Nam carcer, quo ambo erant conclusi, tam angustus, erat, ut spatium cubandi non pateretur.) *Alia expositio:* שלתיאל *Salathiel* dictus erat: quia כשאל rogatus erat אל Deus, propter exsecrationem suam irritam reddendam. (*Glossa:* ut Deus solveret illi decretum, quod juraverat, non fore ei filium, Jerem. XXII, 30. Et solutum seu retractatum fuisse cœlitus juramentum illud.) זְרוּבָבֶל *Zerubbabel,* dictus erat: quia נזרע satus erat in בָּבֶל Babele. Quodnam autem erat nomen ejus? Nehemias filius Chabaliæ erat nomen ejus.

*Matth. I, v. 18.)* *At JEsu Christi generatio hæc erat: desponsata enim matre ejus Maria Joseph* &c.

Maria dicitur hic *desponsata esse Josepho;* & v. 20. vocatur *uxor Josephi.* Ad quæ verba *Drusius* in præteritis varia notat, de sponsalium & matrimonii jure apud Judæos, ex aliis Judæorum libris; quæ tamen omnia derivata sunt ex Talmude; imprimis Tractatu *Kidduschin*, seu de Sponsalibus, in quo statim ab initio in Mischna ita (*fol. 2. 1.*) traditur: Mulier acquiritur suo marito, tribus modis. Ipsa autem acquirit seipsam, ut penes se sit potestas nubendi alteri viro, duabus rationibus. *Illa* acquiritur 1.) argento, seu pecunia. 2.) instrumento matrimoniali scripto. Et 3.) coitu. 1. *Argento;* domus seu Schola *Schammai* dicunt; Mulierem a viro acquiri dato denario, & re, quæ æquivalet denario. Domus autem *Hillelis* dicunt; eam acquiri, data saltem Pruta, seu numo minuto, & eo, quod æquivalet minuto. Quantus autem est minutus nummus? Pars una ex octo partibus assarii Italici. *Ipsa* autem acquirit seipsam (1) libello repudii, a marito accepto. Et (2) morte mariti. Apud Judæos vir mulierque inter se despondebantur actu, qui ab ipsis vocatur קִדּוּשִׁין, quasi dicas, *consecrationes*, vel אֵלוּסִין *Sponsalia*, suntque de futuro aliquando matrimonio; unde interdum hoc fiebat, adhuc utraque parte in juniore, ætate constituta, adeoque diu ante nuptias initas: Talia autem Sponsalia certo modo erant solennia, & publica, coram testibus, data arrha, &c. fieri solito. Qua in parte differebant ab eis Sponsalibus, quæ dicebantur שִׁדּוּכִין, & fiebant privatim, opera proxenetæ, partes inter se matrimonio copulandas conciliantis: paulo ante nuptias initas actus despondendi vocabatur לִקּוּחִין *acceptiones*, item נִשּׂוּאִין *ductiones*, cum quis sponsam suam ducebat uxorem, actu consecrationis nuptiarum inito sub חוּפָּה seu thalamo: quem sequebatur הכנסה introductio uxoris in domum.

## MATTHÆI CAP. II.

*verf. 1.)* *At Jesu nato in Bethlehem Jehudæ in diebus Herodis Regis* &c.

De *Herode* Rege leguntur præ aliis *ἀξιομνημόνευτα*, sequentia.

*Bava Bathra f. 3. 2.* Ad id, quod dicebatur בבא בוטא *Baba Buta* consilium dedisse Herodi de destruenda domo Sanctuarii, postea scribitur: Et Baba Buta quomodo dederit consilium Herodi ad destruendum domum Sanctuarii? Atqui dixit R. *Chasda*, ne destruat vir Synagogam, donec ædificarint Synagogam aliam. Si vis, dicam, ideo id consilium ei dedisse; quia videbat scissuram in ea: Aut, si malis, dicam: regnum, seu regiam potestatem, diversum facere: quia eam non pœnitet sententiæ, regio decreto semel edito

edito. Nam dixit *Samuel;* si dixerit regia potestas, transferam montes; transfert montes, nec pœnitet eum sententiæ, ut eam mutet. Herodes servus domus Hasmonæorum injiciebat oculos suos in aliquam puellam (aulicam.) Die quodam audiebat idem ille vir filiam vocis (seu vocem cœlitus editam) dicere: quicunque servus jam rebellaverit, prosperos habebit successus. Quare surrexit, occisis omnibus herilem potestatem in se habentibus, relicta superstite sola illa puella. Quæ cum vidisset, quod se vellet ducere uxorem, ascendebat in tectum, & edita voce clamabat: Quicunque venit & dixit; e domo Chasmonæorum venio, seu ortum habeo, est servus: quia nemo ex illorum familia superstes est relictus, præter me solam. Deinde puellam illam e tecto in terram delapsam, sumtam Herodes abscondebat 7. annos in melle. Sunt, qui dicunt, eum cum illa congressum esse: probant hoc ex verbis: ecce, *quia abscondebat eam*, quod eum in finem putant ab eo factum esse, ut ea uteretur ad suam libidinem. Qui autem negant, eum cum illa congressum; hic *quod absconderit eam*, ideo factum, putant, ut dicerent: eum filiam regis duxisse uxorem. Dixerat; Quis est, qui argute interpretatur locum illum Deut. XVII, 15. *E medio fratrum tuorum pones super te regem.* (Respondente aliquo:) Rabbinos ita interpretari: surrexit Herodes, & occidit omnes Rabbinos, solo relicto superstite Baba filio Butæ, ut ab eo caperet consilium. Circumdabat oculos ejus corona facta ex setis erinaceis, perforante seu pungente oculos ejus. Die quodam veniens, sedebat coram Baba filio Butæ, hic verbis eum affatus: Doctor, videris mihi malus servus. Quid fecit? Dixit ei, quid faciam ei? Respondente aliquo isti Rabbino: Doctor, maledicamus ei. Regerebat ei Baba filius Butæ: *Etiam in animo tuo ne maledicas regi.* Eccles. X, 20. Altero dicente: at hic non est rex; Respondebat Baba; dummodo sit dives e vulgo. De tali tamen etiam scribitur; *Et in conclavibus cubilis tui ne maledicas diviti.* Et si saltem fuerit princeps, tamen de eo scribitur, *Et principi in populo tuo, ne maledicas.* Exod. XXII, 28. Altero regerente; hoc intelligendum esse de tali principe, qui facit opus populi tui. At iste (Herodes,) non facit opus populi tui: Respondebat ei Baba; Metuo ab eo. Altero regerente: at nemo adest, qui abeat indicatum ei: Nam ego, & tu soli confidemus. Respondebat ei Baba; scribitur, *Quia avis cœli provehet vocem: & præditus alis, indicabit verbum* Eccl. X, 20. Dicebat Herodes ad Babam: Ego ipse, si scivissem, quod Rabbini adeo luceant, non occidissem eos. Nunc (*Glossa:* nihilominus ego & tu Mischnam tractamus hic seu studemus, & nemo audit,) quod remedium est isti viro? (Hoc est quomodo ego Herodes in integrum restitui, seu reparari possum?) Cui ille respondebat: Ille extinxit (h. e. quia tu extinxisti,) lucem mundi: nam scribitur

bitur Prov. VI, 23. *Quia lucerna est præceptum, & lex, lux:* ergo eat & studeat (h.e. tu ergo eas & studeas) in luce mundi: quia scribitur, Esa. II, 2. וְנָהֲרוּ *Et splendebunt apud eum omnes gentes.* Sunt, qui dicunt; sic eum dixisse illi: Ipse excœcavit (h.e. tu excœcasti) oculum mundi: quia scribitur, Num. XV, 24. *Et erit, si ab oculis excæcatus* &c. Ergo eat & studeat, (h.e. ergo eas & studeas) in oculo mundi: h.e. studeas reparare templum Dei:) nam scribitur, *Ecce ego profano Sanctuarium meum, excellentiam fortitudinis vestræ, desiderium oculorum vestrorum.* Ezech. XXIV, 21. Quo audito, Herodes dicebat Butæ: Metuo a regno Romanorum. Cui ille respondebat: mitte legatum ad Romanum Imperatorem, & moretur annum, & redeat annuo spatio. Interea temporis destruebat Herodes domum DEI veterem, & construebat seu ædificabat novam iterum. Ita re gesta mittebant Romani ad Herodem legatum, qui diceret; si non destruxisti eam, ne posthac destruas. Si autem jam destruxisti, cave, ne iterum ædifices. Si autem destruxisti, & iterum ædificasti, malus servus es: postquam servi sumunt sibi potestatem regiam. Si arma tua, quibus te extulisti, & interfecisti vi bellica dominum tuum, apud te sunt, quibus te jactas, scias, librum genealogiæ tuæ hic apud nos esse, e quo constat, te genere servum esse. Nam Herodes non erat רכא h.e. rex, neque rege natus, & seipsum fecit per se ipsum hominem nobili loco habendum, seu ingenuum. Quid significatur voce רכא *Reca?* Regnum, seu rex regno præfectus: quia scribitur 2. Sam. III, 39. *Ego hodie* רַךְ *Rach,* (quod alias significat, *tener:* hic autem Talm. est) *rex, & unctus rex.* Aut, si malis, inde: *Et clamaverunt ante ipsum* אַב רֵךְ *Ab Rech,* h.e. *pater, rex.* Ajunt: is, qui non vidit ædificium Herodis, (templum ab Herode exstructum;) non vidit ædificium pulchrum. Quonam (quanam materia) ædificavit illud? Respondit Rabbah: lapidibus שישא marmoris viridis, & marmoris albi. Sunt, qui dicunt: eum ædificasse illud, adhibitis lapidibus כוחלא h.e. speciem stibii referentibus, & marmoris viridis, & marmoris albi. Educebat africando & adducebat affricando (h. e. lapides probe poliendo, & inter se ultro citroque eductos adductosque bene coaptando,) ut reciperent incrustationem. Putabat, domum ita exstructam incrustandam esse auro. Cui dicebant Rabbini: Omitte illud; quia ita satis pulchra est: nam speciem præ se fert intuentibus fluctuum maris. Baba filius Butæ autem quomodo (salva conscientia) facere potuit ita (ut scilicet consilium daret Herodi, quo sua corrigeret malefacta?) Atqui dixit Rabus; estque, qui dicit, dixisse *R. Josuam* filium Levi: Quare punitus est Daniel? Ideo, quia consilium dedit Nebucadnezari: nam dicitur Dan. IV, 24. *Quapropter rex consilium meum placeat tibi, & peccatum tuum eleemosyna redime, & iniquitatem tuam, gratificando pauperibus:*

*bus: ut ſit prolongatio tranquillitati tuæ*, &c. Scribitur autem v. 25. *Totum venit ſuper Nebucadnezarem.* (*Gloſſa:* totum ſomnium pœnæ ſupervenit ei.) Et ſcribitur v. 26. *Et tranſactis menſibus 12.* &c. (*Gloſſa:* Propter conſilium Danielis ſuſpenderat ei, ſeu diſtulerat pœnam 12. menſes.) Si vis, dicam, alia eſt ratio ſervi, qui tenebatur præceptis ſervandis. Aut, ſi malis, dicam; aliam rationem eſſe Sanctuarii; quia, ſi non conſilium datum fuiſſet, non ædificatum fuiſſet. De Daniele autem, unde probatur, quod punitus ſit? Quia ſcribitur Eſter. IV, 5. *Et vocavit Eſter* חתך *Chatach.* Dixit autem Rabus: Per Chatach iſtum intelligi Danielem.

## MATTHÆI CAP. III.

### *verſ. 2.) Et dicens pœnitemini* &c.

*v. 2.* Johannes hic monet *pœnitentiam agendam eſſe;* idemque Jeſus ipſe cap. IV, 17. eis, qui velint conſortes eſſe regni Cœlorum ſeu redemtionis per Meſſiam præſtitæ: quod ipſum aliqui Rabbinorum etiam ſtatuunt. v. quæ *ſupra p. 20.* &c. ſunt expoſita (ubi allegatur Dan. VII, 25. Usque ad tempus, tempora & dimidium temporis.)

### *verſ. 4.) Eſca autem ejus erant locuſtæ:*

*Cibus Johannis dicuntur fuiſſe locuſtæ;* quarum aliquas in Oriente eſui fuiſſe, conſtat ex Lev. XI, 22. Ad quem locum in *Cholin f. 65. 1.* ita ſcribitur. Tradiderunt Rabbini: Lev. XI, v. 22. *Iſta ex illis comedetis*, אַרְבֶּה *Arbe locuſtam.* &c. Per אַרְבֶּה *Arbe*, intelligitur ea ſpecies, quæ vocatur alias גובאי *Gobai.* Per סָלְעָם *Solam*, ibid. intelligitur ea, quæ dicitur רשין Daſchon. Per חַרְגּוֹל *Chargol*, ibid. intelligitur ea, quæ dicitur כיפול Nippol. Per חגב *Chagab*, ibid. intelligitur, quæ dicitur גדיאן Gedian. Quorſum notanter dicendum erat, *ſecundum ſpeciem ſuam.* Ibid. quater? ſcilicet ad includendum 1) inſectum volatile vinearum (*Gloſſa:* eſt ſpecies locuſtæ, cui non eſt caput calvum,) & 2) יוחנא ירושלמית Juchanam Hieroſolymitanam (*Gloſſa:* eſt ſpecies locuſtæ, ita dictæ,) & 3) הערצוביא Haar Zubjam (*Gloſſa:* eſt ſpecies locuſtæ, Chargol dictæ, quæ habet caudam, in annis autem primis caudam non habet,) & 4) הרז בניתם Haras banitham. (*Gloſſa:* eſt ſpecies ejus, quæ dicitur Chagab, & non eſt ſimilis iſtis, quoad aſpectum.) &c.

## MATTHÆI CAP. IV.

### *verſ. 18.) Mittentes verriculum in mare:*

*Projicientes rete in mare*, nempe Tiberiadis. *Bav. Kama f. 81. 1. & 80 2.*

Tradi-

Tradiderunt Rabbini: Decem conditiones ſtipulatus eſt Joſua in diſtributione terræ, Joſ. XIV, 1. &c. ut quilibet Iſraëlitarum promiſcue ſequentium rerum liberam haberet poteſtatem, (1) paſcere in ſylvis beſtias, domino Sylvæ ea de cauſa, nemini indignante. (2) colligere ligna ex egro alterius, & colligere gramina pro pabulo pecoris, ubique locorum, excepto fœno Græco. (3) Abſcindere ſurculos, ſeu clavolas de arboribus, ad propagandum vel inſerendum, domino arboris non indignante; ubique locorum, exceptis ramis olivæ. (4) De fonte recens foſſo, cives urbis aquas depromere, quantum vellent. (*Gloſſa:* de novo fonte. Ergo multo magis de veteribus fontibus, qui erant inde a temporibus Joſuæ,) (5) מחכין piſcari hamis בימה של טבריה in mari Tiberiadis, (*Gloſſa:* Non obſtante, quod totum illud eſſet ſitum in parte Naphthali;) dummodo aliquis non expandat aulæum & inhibeat curſum navis. (*Gloſſa:* Moris eſt piſcatoribus ſudes figere in aqua, & ſepes ſtruere ex arundinibus, in quibus capiantur piſces: at hoc non permittitur, quia eſt impedimento navibus.) (6.) Ventrem exonerare retro ſepem, & vel etiam in agro, qui plenus eſſet croco. (7) Ambulare vel ultro citroque commeare in ſemitis liberæ poteſtatis, ſeu publicis; usquedum deſcenderit pluvia ſecunda. (8) Subducere ſe, ſeu recedere ad latera viarum, (*Gloſſa:* omni tempore, & vel etiam eo tempore, quo frumentum ſtat in agro, &c.) propter clavos viarum, ſeu glebas duriores (*Gloſſa:* Tempore æſtivo, vel calido exſiccatur lutum, & fit inſtar clavorum, locus quem pedibus conculcant homo & beſtia: quia calcant ibi diebus humidis ſeu pluvialibus, & fiunt ut foveæ.) (9) Errantem inter vineas divellere palmites, qui impediunt eum, quo minus pergere poſſit, & aſcendere atque deſcendere, donec exitum ſibi fecerit ex errore in rectam viam redeundi. Et (10) defunctum præcepti (h. e. qui mortuus eſt, & inſepultus jacet, dignus tamen eſt, qui ibi, ubi jacet, in campo ſepeliatur,) acquirere locum ſuum. (*Gloſſa:* locum, ubi cecidit, tempore, quo mortuus eſt, acquiſivit talis pro ſepulchro ſuo, neque dominus fundi ea de cauſa jure indignatur. Paulo poſt, *fol. 81. 2.* ad verba illa Traditionis hujus, *piſcari hamis in mari Tiberiadis* &c. notatur: Tradiderunt Rabbini; mare Tiberiadis in parte Naphthali ſitum erat. Neque hoc tantum; Sed & licebat (cuilibet Naphthalitæ) accipere plenitudinem retis in plaga meridionali; ad confirmandum ſeu implendum illud, quod dicitur, Deut. XXXIII, 23 *Mare & meridiem pro hæreditate accepit* (*Gloſſa:* Erat illi in meridionali tractu de ſicco ſpatio terræ tantum; quantum requirebatur ad trahendum rete ſuum.)

*Matth.*

## MATTHÆI CAP. V.

*vers. 6.) Beati, qui fame & siti tenentur justitiæ; quia ipsi saturabuntur.*

Convenit cum hac Christi sententia, quod legitur in *Sanhedrin f. 100. 1.* Dixit R. *Tanchum* filius Chanilai: Quicunque seipsum jejunio afficit propter verba Legis in hoc præsenti Seculo; Deus Opt. Max. saturat eum in Seculo futuro: quia dicitur Psal. XXXVI, v. 9. *Inebriabuntur a pinguedine domus tuæ, & torrentem deliciarum tuarum bibendum eis dabis.*

*vers. 14.) Vos estis lux mundi.*

Cum quo confer, quæ supra sunt exposita, ad Cap. I. ubi Rabbini & templum vocantur *lux mundi.*

*vers. 18.) Jota unum non transiverit de Lege.*

In *Sanhedrin f. 107. 1.* Argutum sermonem habuit R. דוסתאי *Dosthai,* דמן ברי (videtur esse Epitheton hujus Rabbini, vel proprie sumendum *Deman Bare;* vel appellative: qui ex *Bare,* vel ex extraneis:) Cui David in Psalmo XIX. similis est? Mercatori Cuthæo, seu Samaritano. (*Glossa:* qui solet merces suas ita convasare, ut quam paucissimæ appareant, quo minori pretio eas ferendas elocare possit.) Dixit coram Deo Opt. Max. *Domine mundi, errores quis intelligit?* Psal. XIX, 13. (*Glossa:* Quis potest sibi cavere ab erroribus?) Respondente Deo; condonantur tibi: pergebat David dicere: *Et ab occultis purifica me,* ibid. (*Glossa:* a clam factis.) Respondente Deo; condonantur tibi: pergebat David dicere; *Etiam a superbis factis cohibe servum tuum,* v. 14. (*Glossa:* a data opera, audacter & palam factis,) ne loquantur de me Magistri in Scholis. Respondente Deo, condonantur tibi: pergebat David dicere; Ne יִמְשְׁלוּ בִי *parabolis utantur de me: tunc integer ero, & purus a prævaricatione multa* (*ibid.*) cum non scribetur peccatum meum: (*Glossa:* Ne יִמְשְׁלוּ hoc est; ne conciones habeant de meo peccato Sapientes generationis. Et tunc integer ero, cum non scribetur peccatum meum: quia expunges illam sectionem ex textu sacro, & oblivioni tradetur res hæc in perpetuum.) Respondente ei Deo: Si litera Jod, quam abstuli a voce שרי *Sarai,* Gen. XVII, 15. stabat & clamabat tot annos, donec veniret Josua, ad cujus nomen eam addidi: quia dicitur, Deut. XXXI, 7. *Et vocavit Moses* הושע *Hoseam filium Nun,* יהושע *Jehosuam:* quanto magis clamaret tota sectio, qua peccatum tuum in sacro Codice describitur, si ex textu Biblico aufferretur?

*Matth. V, verſ. 28.)* *Ego autem dico vobis, quia omnis conſpiciens mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*

*Schabbath f. 64. 1. 2.* Dixit R. *Eleaſar.* Per עגיל *inaurem,* Num. XXXI, v. 50. intelligi, quod typum habet mammarum. Per כומז *cingulam pendulam,* intelligi, quod typum habet vulvæ. Dixit R. *Joſeph:* Si ita eſt; hoc ipſum eſt, quod Chaldaice interpretamur מחוך *cingulam pendulam.* Exod. XXXV, 22. h. e. rem, quæ adducit in poteſtatem גיחוך ſcortationis. Cui dixit Raba: Ex hoc ipſo textu percipio, per כומז *Cumaz,* hoc loco ſignificari, locum libidinis. Num. XXXI, 14. *Et ſuccenſuit Moſes præfectis exercitus.* Dixit R. *Nachman,* dixiſſe Rabbahum filium Aboh: Dixit Moſes Iſraëlitis; fortaſſis rediiſtis ad pravitatem veſtram priorem? (*Gloſſa:* ad opus Sittim; Scortando cum filiabus Moab. Fortaſſis ita feciſtis cum Midianitis; ut tali oblatione opus habeatis. Cui reſpondebant: v. 49. *Non deficit ex nobis ullus.* Quare Moſes dicebat eis: *Si ita eſt;* quorſum ergo offertur vobis talis oblatio? Cui illi reſpondebant: Si e poteſtate transgreſſionis exivimus, (i. e. ſi ſcortationem ipſam evitavimus;) tamen non exivimus e poteſtate laſcivæ cogitationis. Quare ſtatim factum, quod legitur, v. 50. *Et obtulimus oblationem Domini.* Traditio eſt domus R. Iſmaëlis: Quare opus habuerunt Iſraelitæ, qui in ea ipſa generatione erant, propitiatione? Quia זנו (*Gloſſa:* ſignificat מזון *cibum:* quia voluptatem perceperunt ex conſpectu oculi:) paverunt oculos ſuos conſpectu nuditatis, ſeu rei pudendæ. Dixit R. *Scheſchath:* Quare recenſuit Scriptura mundum mulierum externum, cum interno? Quaſi diceret tibi, quod, quicunque oculis conjectis in mulierem attente, intuetur ſolum minimum ejus digitum, perinde faciat, ac ſi intueretur locum pudendum.

*Avoda Sara f. 20 1. & 2.* Deut. VII, 2. Non תחנם h. e. *non dabis eis* חן *gratiam.* Auxiliatur ſecundum Rabum. Quia dicit Rabus: Nefas eſt homini dicere: Quam pulchra eſt hæc gentilis fœmina! Regero ego: Exemplum eſt de Rabban Simeone filio Gamalielis, qui fuit ſuper gradu in monte Domus Dei, & vidit gentilem fœminam aliquam admodum pulchram: dicebat ex Pſal. CIV, 24. *Quam multa ſunt opera tua, Domine!* Et quoque R. *Akiba,* viſa uxore Turni Rufi impii illius, exſpuebat, ridebat & flebat. Exſpuebat, quod orta eſſet ex gutta ſeminis fœtida; Ridebat, quod futurum eſſet, ut fieret proſelyta, eamque ducturus eſſet uxorem: Flebat, quod hanc pulchritudinem attriturus eſſet pulvis ſepulchri. Et Raba fatendo fatetur illud. Quia dicit R. *Mar:* Qui videt creaturas bonas, ſeu pulchras, dicit: Bene-

Benedictus, qui tales creavit in mundo suo. At aspicere eas num licet? Regero ego Deut. XXIII, v. 10. *Et carebis ab omni malo.* Quibus verbis significatur, non debere hominem aspicere mulierem pulchram, ne quidem innuptam; non uxorem alicujus, ne quidem deformem; neque vestes coloratas mulieris; neque asinum, neque asinam, neque porcum, neque porcam, neque aves, eo tempore, quo inter se coëunt. Et si vel etiam plenus oculis sit, ut Angelus mortis, tamen non aspiciat. Dictum perhibetur de isto Angelo mortis, quod totus plenus sit oculis: in hora discessus (mortis,) hominis ægroti stat supra cervicale ejus, manu sua tenens gladium evaginatum, pendetque ab eo gutta venenata. Ægrotus, eo viso, trepidat, & aperit os suum, & tum injicit intra os ejus guttam illam venenatam. Ab illa moritur, ab illa putrescit, ab illa facies ejus fit lurida. Cornu anguli fuit. (*Glossa:* Quum respiciunt ad dextram vel sinistram, ut intrent de introitu ad introitum, & occurrunt alter alteri in cornu anguli: ubi talem mulierem pulchram non videbat procul advenire contra se, ut clauderet oculos suos.) Et non, vestes coloratas mulieris (aspiciat.) Dixit R. *Judas*, dixisse Samuelem: Ne quidem eam quis aspiciat, quam pictores illinunt pictam in pariete. Dixit R. *Papha:* Et de eo, qui discrete agnoscit eas vestes, quæ supra eas sunt. (*Glossa:* mulier, quæ solet eas induere.) Dixit *Raba:* Quia etiam in Mischna tradere voluit: *& non vestes coloratas mulieris:* non autem tradere voluit, *vestes colorum*, percipio inde. Dixit R. *Chasda:* Ista tum valere, si sint veteres; sed si sint novæ; nihil nobis in eo casu metuitur. Nam si non dixeris ita: nos vestem quomodo daremus? Cum ecce aspiciat. Et si tua ratio valeret, ecce, quia dixit R. *Judas:* Si sit species cum specie sua (si coëat pecus, cum pecude suæ speciei,) licitum est homini intromittere manibus membrum maris, ut fibulam seu stylum in calamum. Ecce sane aspicit, sed in opere suo occupatur: (*Glossa:* cor ejus intentum est ad opus suum, & obliviscitur lascivæ cogitationis.) Hic pariter etiam, in opere suo occupatur. &c. Paulo post: Tradiderunt Rabbini: Deut. XXIII, 10. *Et cavebis ab omni re mala.* Ne homo lascive cogitet interdiu, & veniat in potestatem pollutionis noctu. Hinc dixit R. *Pinehas* filius Jair: Lex adducit in potestatem admonitionis; admonitio adducit in potestatem agendæ alacritatis; agenda alacritas adducit in potestatem innocentiæ; innocentia adducit in potestatem abstinentiæ; abstinentia adducit in potestatem puritatis; puritas adducit in potestatem pietatis; pietas adducit in potestatem mansuetudinis; mansuetudo adducit in potestatem timoris, seu fugæ peccati; fugæ peccati adducit in potestatem sanctitatis; sanctitas adducit in potestatem resurrectionis Spiritus Sancti; Spiritus Sanctus adducit in potestatem resurrectionis mortuorum. Pietas autem omnium earum virtutum est maxima: quia dicitur

Psal. LXXXIX, 20. *Tunc dixisti in visione, ad pios tuos.* Dissentit autem R. *Josua*, filius Levi: quia dicit R. Josua filius Levi; Mansuetudinem earum omnium esse maximam: quia dicitur Esa. LXI, 1. *Dominus Deus super me, ideo Dominus unxit me, ad annunciandum mansuetis.* Non dicitur, *piis*, sed *mansuetis.* Ecce hinc colligis discendo, quod mansuetudo omnium earum sit maxima.

*vers. 28.) Qui videt mulierem, ad concupiscendam eam.* &c.

Rabbinicum fuisse commentum cogitationem peccandi, non haberi pro peccato, ex sequenti loco liquet. In *Kidduschin f. 40. 1.* Cogitatio bona habetur pro opere: quia dicitur Mal. III. 16. *Tunc collocuti sunt timentes Domini, alter cum altero; & auscultavit Dominus, & audivit, & scriptus est liber monimenti coram ipso, timentibus Domini, & cogitantibus nomen ejus.* Dixit R. *Ase:* Si vel saltem cogitaverit homo facere rem præcepto debitam, vi autem impeditus fuerit, quo minus efficere eam potuerit; imputat ei textus Scripturæ perinde, ac si fecisset eam. Cogitationem malam Deus Opt. Max. non habet pro opere: quia dicitur Psal LXVI, 18. *Pravitatem si vidi in corde meo, non audiet Dominus.* At vero, quid ego confirmo; *Ecce ego adduco ad populum istum malum, fructum cogitationum ipsorum!* Jer. VI, v. 19. scilicet cogitationem, quæ facit opus, Deus Opt. Max. habet pro opere. Cogitationem autem in qua nullum est opus, Deus Opt. Max. non habet pro opere. At vero huic obstare videtur, quod scribitur Ezech. XIV, 4. *Ut apprehendat Israël in corde suo.* Respondit R. Acha filius Jacobi: Hoc ipsum de Idololatria esse intelligendum, quod scribitur. Quia dixit *Mar* (Doctor aliquis Talmudicus:) Gravius quid est idololatria? Nam omnis qui negat idolum, est, ut qui confitetur Legem universam. *Ula* dixit: Hoc quod scribitur Jer. VI, 19. intelligendum esse de transgrediente & iterante; secundum R. *Hunam:* quia dixit R. *Huna;* postquam homo transgressus est transgressionem, & iterat eam, permittitur ei. Eamne permitti ceu licitam, putesne? Non certe hoc voluit dicere: Sed, quod, si ei aliquoties assuescat, ei talis transgressio perinde fiat familiaris, ac si esset res licita, putetque tandem sibi impune licere peccare. Dixit R. *Abbui*, nomine R. Chaninæ: Præstat homini, ut transgrediatur transgressionem clam, quam ut profanet nomen Dei palam: quia dicitur Ezech. XX, 39. *Et vos domus Israël, sic dixit Dominus: quisque deos suos stercoreos ite, colite: si vos non obeditis mihi. Et nomen sanctum non profanetis.* (*Glossa: profaneris:* nempe palam; quia qui videt, vilipendit gloriam Dei.) Dixit R אילעאי *Ailai:* si videat homo, quod figmentum suum (concupiscentia, seu libido) prævaleat sibi, seu fortius se sit, eat in locum, ubi non cognoscunt ipsum, & induat se lintea-

atra.

amitia nigra, (*Glossa:* ut non videat seipsum: forte enim mollietur cor ejus tali re. Et quoque si peccet, nemo valde curat; quia non magni fit in oculis eorum; idcirco induat nigras vestes,) & tegat se nigris, & faciat potius, sicut cor suum desiderat, quam ut profanet nomen Dei palam. Itane? Atqui Traditio est: Quicunque non parcit gloriæ, Possessoris (Dei) sui, ei convenit, ut non veniat in venturum Seculum. Quid illud? *Rabbah* dicit; per hoc intelligi eum, qui contemplatur iridem sine timore & reverentia. R. *Joseph* dicit; per hoc intelligi eum, qui transgreditur transgressionem clam. Respondeo, non esse contradictionem: alterum enim, intelligendum est de eo, qui potuit inflectere, seu domare suum figmentum: alterum, de eo, qui non potuit inflectere figmentum suum. &c.

In *Nedarim f. 20. 1.* Traditio: Perpetuo ne sis assuetus votis edendis: quia tandem eveniet tibi, ut prævariceris in juramentis. Neque sis assuetus apud populum terræ: quia tandem eveniet tibi, ut faciant te edere de fructibus nondum decimatis. Neque sis assuetus apud sacerdotem, qui est ex populo terræ: quia tandem eveniet tibi, ut faciat te edere de Truma, seu separata oblatione. Neque plurimum confabuleris cum muliere: quia tandem eveniet tibi, ut venias in potestatem adulterii. *R. Acha* filius R. Joliæ dicit: Quicunque aspicit mulieres, tandem evenit ei, ut veniat in potestatem transgressionis. Et quicunque aspicit calcaneum mulieris, erunt ei liberi, qui non sunt decori, vel idonei. Dixit R. *Joseph:* Etiam is, (tales habebit,) qui aspicit mulierem suam, cum laborat menstruo. Dixit *R. Simeon* filius, Lakisch: calcaneum ejus, de quo tradere voluit, eum non esse aspiciendum, de loco immundo intelligere voluit: quia ipse intentus est, versus calcaneum. Traditio: Exod. XX, 20. *Ut sit timor ejus super facie vestra* (per hoc intelligitur, pudor.) *Ne peccetis:* quo docere voluit; pudorem inducere in potestatem timoris peccati. Hinc dixerunt: bonum signum esse in homine, cum ipse est pudibundus. Alii dicunt: Quicunque hominum est pudibundus, non cito peccat. Item; Is qui non habet pudorem faciei, certum est, quod majores ejus non steterint ad montem Sinai. (*Glossa:* quia inde, ut rem hæreditariam, acceperunt pudorem.) Dixit *R. Johannes* filius דהבאי Dahabai: Quatuor res narrarunt mihi Angeli ministerii. 1) Claudi (nati) quare sunt? Quia parentes invertunt mensam suam. (*Glossa:* in congressu conjugali, maritus succumbit, & uxor incumbit, contra modum ejus ordinarium.) 2) Muti quare sunt? Quia osculantur illum ipsum locum (membra genitalia.) 3) Surdi quare sunt? Quia colloquuntur in hora concubitus. 4) Stulti quare sunt? Quia aspiciunt illum ipsum locum, (membra scil. genitalia.) Sed quæro ego: Salutata matre ejus, rogarunt: Quare filii tui supra modum pulchri sunt? Quibus illa respondit:

Psal. LXXXIX, 20. *Tunc dixisti in visione, ad pios tuos.* Dissentit autem R. *Josua*, filius Levi: quia dicit R. Josua filius Levi; Mansuetudinem earum omnium esse maximam: quia dicitur Esa. LXI, 1. *Dominus Deus super me, ideo Dominus unxit me, ad annunciandum mansuetis.* Non dicitur, *piis*, sed *mansuetis.* Ecce hinc colligis discendo, quod mansuetudo omnium earum sit maxima.

*vers. 28.) Qui videt mulierem, ad concupiscendam eam. &c.*

Rabbinicum fuisse commentum cogitationem peccandi, non haberi pro peccato, ex sequenti loco liquet. In *Kidduschin f. 40. 1.* Cogitatio bona habetur pro opere: quia dicitur Mal. III. 16. *Tunc collocuti sunt timentes Domini, alter cum altero; & auscultavit Dominus, & audivit, & scriptus est liber monimenti coram ipso, timentibus Domini, & cogitantibus nomen ejus.* Dixit R. *Ase:* Si vel saltem cogitaverit homo facere rem præcepto debitam, vi autem impeditus fuerit, quo minus efficere eam potuerit; imputat ei textus Scripturæ perinde, ac si fecisset eam. Cogitationem malam Deus Opt. Max. non habet pro opere: quia dicitur Psal. LXVI, 18. *Pravitatem si vidi in corde meo, non audiet Dominus.* At vero, quid ego confirmo; *Ecce ego adduco ad populum istum malum, fructum cogitationum ipsorum!* Jer. VI, v. 19. scilicet cogitationem, quæ facit opus, Deus Opt. Max. habet pro opere. Cogitationem autem in qua nullum est opus, Deus Opt. Max. non habet pro opere. At vero huic obstare videtur, quod scribitur Ezech. XIV, 4. *Ut apprehendat Israël in corde suo.* Respondit R. Acha filius Jacobi: Hoc ipsum de Idololatria esse intelligendum, quod scribitur. . Quia dixit *Mar* (Doctor aliquis Talmudicus:) Gravius quid est idololatria? Nam omnis qui negat idolum, est, ut qui confitetur Legem universam. *Ula* dixit: Hoc quod scribitur Jer. VI, 19. intelligendum esse de transgrediente & iterante; secundum R. *Hunam:* quia dixit R. *Huna;* postquam homo transgressus est transgressionem, & iterat eam, permittitur ei. Eamne permitti ceu licitam, putesne? Non certe hoc voluit dicere: Sed, quod, si ei aliquoties assuescat, ei talis transgressio perinde fiat familiaris, ac si esset res licita, putetque tandem sibi impune licere peccare. Dixit R. *Abhui*, nomine R. Chaninæ: Præstat homini, ut transgrediatur transgressionem clam, quam ut profanet nomen Dei palam: quia dicitur Ezech. XX, 39. *Et vos domus Israël, sic dixit Dominus: quisque deos suos stercoreos ite, colite: si vos non obeditis mihi. Et nomen sanctum non profanetis.* (*Glossa: profanetis:* nempe palam; quia qui videt, vilipendit gloriam Dei.) Dixit R. אילעא *Ilea:* si videat homo, quod figmentum suum (concupiscentia, seu libido) prævaleat sibi, seu fortius se sit, eat in locum, ubi non cognoscunt ipsum, & induat se linte-

amina.

amina nigra, (*Glossa*: ut non videat seipsum: forte enim mollietur cor ejus tali re. Et quoque si peccet, nemo valde curat; quia non magni fit in oculis eorum; idcirco induat nigras vestes,) & tegat se nigris, & faciat potius, sicut cor suum desiderat, quam ut profanet nomen Dei palam. Itane? Atqui Traditio est: Quicunque non parcit gloriæ, Possessoris (Dei) sui, ei convenit, ut non veniat in venturum Seculum. Quid illud? *Rabbah* dicit; per hoc intelligi eum, qui contemplatur iridem sine timore & reverentia. R. *Joseph* dicit; per hoc intelligi eum, qui transgreditur transgressionem clam. Respondeo, non esse contradictionem: alterum enim, intelligendum est de eo, qui potuit inflectere, seu domare suum figmentum: alterum, de eo, qui non potuit inflectere figmentum suum. &c.

In *Nedarim f. 20. 1.* Traditio: Perpetuo ne sis assuetus votis edendis: quia tandem eveniet tibi, ut prævariceris in juramentis. Neque sis assuetus apud populum terræ: quia tandem eveniet tibi, ut faciant te edere de fructibus nondum decimatis. Neque sis assuetus apud sacerdotem, qui est ex populo terræ: quia tandem eveniet tibi, ut faciat te edere de Truma, seu separata oblatione. Neque plurimum confabuleris cum muliere: quia tandem eveniet tibi, ut venias in potestatem adulterii. *R. Acha* filius R. Joliæ dicit: Quicunque aspicit mulieres, tandem evenit ei, ut veniat in potestatem transgressionis. Et quicunque aspicit calcaneum mulieris, erunt ei liberi, qui non sunt decori, vel idonei. Dixit R. *Joseph*: Etiam is, (tales habebit,) qui aspicit mulierem suam, cum laborat menstruo. Dixit *R. Simeon* filius, Rakisch: calcaneum ejus, de quo tradere voluit, eum non esse aspiciendum, de loco immundo intelligere voluit: quia ipse intentus est, versus calcaneum. Traditio: Exod. XX, 20. *Ut sit timor ejus super facie vestra* (per hoc intelligitur, pudor.) *Ne peccetis*: quo docere voluit; pudorem inducere in potestatem timoris peccati. Hinc dixerunt: bonum signum esse in homine, cum ipse est pudibundus. Alii dicunt: Quicunque hominum est pudibundus, non cito peccat. Item; Is qui non habet pudorem faciei, certum est, quod majores ejus non steterint ad montem Sinai. (*Glossa*: quia inde, ut rem hæreditariam, acceperunt pudorem.) Dixit *R. Johannes* filius דהבאי Dahabai: Quatuor res narrarunt mihi Angeli ministerii. 1) Claudi (nati) quare sunt? Quia parentes invertunt mensam suam. (*Glossa*: in congressu conjugali, maritus succumbit, & uxor incumbit, contra modum ejus ordinarium.) 2) Muti quare sunt? Quia osculantur illum ipsum locum (membra genitalia.) 3) Surdi quare sunt? Quia colloquuntur in hora concubitus. 4) Stulti quare sunt? Quia aspiciunt illum ipsum locum, (membra scil. genitalia.) Sed quæro ego: Salutata matre ejus, rogarunt: Quare filii tui supra modum pulchri sunt? Quibus illa respondit:

dit: Quia ipse (maritus meus,) non colloquitur (*Glossa:* concumbit) mecum, neque in principio noctis, neque in fine noctis; Sed in media nocte. Et cum ipse colloquitur (concumbit) revelat palmum (de veste mea,) & obtegit palmum, (*Glossa:* eum ipsum palmum de veste, & sic facit, usquedum congrediatur mecum:) & perinde ei (marito meo) videtur ac si coegisset eum dæmon. (*Glossa:* Quia congreditur cum ea fortiter, & perinde videtur, atque is, quem co git dæmon.) Aliqui autem dicunt, quod obtegat se totum, ut homo, qui metuit sibi a dæmone.) Et dicebam ad eum: quare ita tegeris? Respondebatque mihi maritus ille meus, ideo, ne conjiciam oculos meos in mulierem aliam, & inveniantur filii ejus (mei) subire potestatem status spuriorum. Respondeo: non esse contradictionem: alterum enim intelligendum est de rebus concubitus; alterum de rebus aliis. &c.

*Kidduschin f.39.2.* Traditio: Non est tibi ullum præceptum, qualecunque seu quantulumcunque etiam, quod scribitur in Lege, si juxta se habeat promissum domum mercedis, quin ab eo resurrectio mortuorum dependeat. De reverentia parentibus exhibenda scribitur Deut. V, 16. *Ut prolongent dies tuos, & ut bene sit tibi.* De dimissione nidi scribitur Deut. XXII, 7. *Ut bene sit tibi, & prolonges dies.* Ecce fuit quidam, cui dixit pater ipsius; ascende in palatium & affer mihi pullos. Quare ille, conscenso palatio, dimissaque matre pullorum, allaturus pullos, in reditu decidit, casuque mortuus est? Ubi ergo bonitas dierum ejus est? Quare hæc non ita simpliciter sunt intelligenda: Sed sensus horum verborum, *ut bene sit tibi,* v. 16. est: in Seculo, quod totum bonum est. Horum autem, *ut prolongent dies tuos*, est: in Seculo, quod totum longum est. Forte autem non sic fuit? R. Jacob exemplum vidit. Forte autem filius ille, cui hoc accidit, ea ipsa hora cogitabat de patranda transgressione (tentatione,) & cor ejus non erat intentum ad Deum, & iterabat eam cogitationem, quanquam opere non patrato. Respondeo, Deum Opt. Max. malam cogitationem non habere pro opere.

In Tract. *Beracboth f.61.1.* Tradiderunt Rabbini: Si quis numeret pecuniam mulieri de manu sua in manum ejus, eum in finem, ut eam aspiciat, si vel etiam Lex, & bona opera sint in manu ejus, instar Mosis, qui Legem accepit e monte Sinai, tamen non liberabitur a judicio gehennæ: quia dicitur Prov. XI, 21. *Manus ad manum non insons erit malus:* Scilicet, *non insons*, seu *liber* erit a judicio gehennæ.

In Tract. *Joma f. 74.2.* Dixit R. Zira: Quo textu probatur, epulum interdiu esse comedendum? Eccl. VI, 9. *Melior est aspectus oculorum, quam ire animam.* Dixit *Resch Lakisch:* Meliorem esse aspectum oculorum, quo quis

quis mulierem sibi placentem aspicit, ipse opere concubitus cum ea patrato: quia dicitur, *Melior est aspectus oculorum, quam ire animam.* Prov. XXIII, v. 31. *Quum dabit in poculum, oculum suum, ambulabit in rectitudinibus.* *R. Immi* & *R. Ase* diversimode de hoc loco sentiunt. Unus dixit: Omnis, qui dat (seu conjicit) oculum suum, in poculum suum, amore ebrietatis, ei omnes illiciti concubitus perinde videntur, acsi essent rectum quid. Alter autem dixit: Quicunque dat oculum suum in poculum suum, ei totus mundus, quantus est, videturac si esset rectum quid. (*Glossa:* talis putat, opes aliorum rem sibi licitam esse, quam accipiat.)

In Tract. *Berachoth f. 24. 1.* Dixit R. *Meri* ad R. *Papham:* Si pilus prodeat per vestem alicujus; (*Glossa:* Si quis foramen habeat in veste sua e regione pilorum ingvinum, & prodeat de pilo, per foramen illud,) quid tum statuendum, num hoc pro re pudenda habendum, & potestne Lectio *Audi*, &c. Deut. VI, 4. e regione ejus legi, nec ne? Pilus, pilus est: quid ergo in tali referat? In *Calla;* ab initio. Quicunque aspicit mulierem cum intentione, perinde est, ac si rem habuisset cum ea. Dixit R. *Isaac:* Spatium palmare, in muliere est pudendum quid. Quorsum? An dicendum, ad aspiciendum in eam, si uxor alicujus sit? Atqui dixit R. *Scheschath:* Quare scriptura Num. XXXI, 50. numeravit ornamenta, quæ sunt intus; cum ornamentis, quæ sunt extus (*Glossa:* intus; כּוּמָז erat forma loci vulvæ, quam faciebant filiabus suis, & perforabant latera loci vulvæ ad eum modum, quo perforant aures, & infigebant formam illam, ne mares se cum illis possent copulare concubitu. Extus; אֶצְעָדָה & צָמִיד ipsi afferebant illud propter expiationem cogitationis impudicæ scortandi, cum aspexissent in filias Midianiticas?) Quæ si diceret tibi, quod omnis, qui aspicit in minimum digitum mulieris, perinde habeatur, ac si oculos conjiceret in pudendum. Sed de uxore sua, & de lectione *Audi*, (*Glossa:* si spatium palmare sit revelatum in ea, non legat Lectionem *Audi*, e regione ejus.) Dixit R. *Chasda:* Crus in uxore alicujus, est pudendum aliquod: quia dicitur Esa. XLVII, 2. *Revela crus, transi flumina.* Et scribitur v. 3. *Reveletur pudendum tuum, & quoque videatur opprobrium tuum.* Dixit *Samuel:* Vox in muliere, est pudendum. (h. e. peccatum non revelandæ nuditatis potest committi, ejus respectu;) quia dicitur Cant. II, 14. *Quia vox tua suavis est, & aspectus tuus pulcher.* Dixit R. *Scheschath:* Pilus in muliere est pudendum: quia dicitur Cant. IV, 1. *Pilus tuus, ut grex caprarum.*

*Baba Mezia f. 43. 2.* Mischna: Si quis cogitet mittere manum in depositum, domus Schammai dicunt: eum teneri. Domus Hillelis autem dicunt: eum non teneri, donec immiserit in id manum: quia dicitur

Exod.

Exod. XXII, 11. *Annon miserit manum suam in opus socii sui.* &c. Gemara: Unde hæc probamus? Quia tradiderunt Rabbini: v. 9. *Propter omnem rem prævaricationis.* Domus Schammai dicunt: Doceri eo, quod reus censeatur propter cogitationem æque, ut propter actionem. Domus Hillelis autem dicunt; Non reum esse, donec immiserit in id manum, quia dicitur v. 9. *Annon miserit*, &c.

*Matth. V, vers. 29. 30.) Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum, & projice abs te, confert enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam. Et si dextera tua manus scandalizat te, abscinde eam & projice abs te* &c.

*Nidda f. 13. 1.* Mischna: Omnis manus, quæ identidem pervestigat, num deprehendat sanguinem menstruum; in mulieribus pro laudabili habetur. In viris autem, si qua manus jugiter pervestiget in membro suo virili, num forte ex se casu nocturno, seu fortuito, exiverit semen; ea amputetur. (*Glossa:* quia talis manus pruritum libidinis excitat, & prolicit semen, ut in vanum emittatur.) Postea in Gemara notatur: Dixit R. *Immi:* Quicunque promovet seipsum, ut veniat in potestatem cogitationis impuræ, is non intromittitur intra septum Dei Opt. Max. scribitur hic, Gen. XXXVIII, v. 10. וַיֵּרַע *& displicuit Domino.* Et scribitur ibid. Psal. V, 5. *Non commorabitur tecum* רָע *malus.* Item dixit R. *Elieser:* Quid est, quod scribitur Esa. I, 15. *Manus vestræ sanguinum plenæ sunt?* Per hoc intelliguntur, qui manu membro suo virili applicata stuprum perpetrant, semen inde prolicientes. Traditio est domus R. Ismaëlis: Exod. XX, 14. *Non mœchaberis.* Hoc est: Non erit in te adulterium, seu stuprum; sive manu, sive pede illud perpetretur. &c. Paulo post, ad verba Mischnæ; *In viris autem; ea amputetur;* notatur *fol. 13. 2.* in *Gemara:* Quæsitum est ex illis; num his verbis voluimus tradere manus amputationem, quæ a judice sit perficienda; an tantum sunt verba exsecrationis? seu num optatur talis manus, ut amputetur? Respondetur, significari amputationem a judice perficiendam. Secundum illud *R. Hunæ:* Amputa manum. Aut num verba exsecrationis tradere voluimus? Veni, audi: Quia traditio est: *R. Tarphon* dicit: Si quis manum membro virili applicet, amputetur manus ejus super umbilico ejus. (*Glossa:* putesne, super umbilico ejus, revera & proprie significari, manum ejus esse amputandam? Atqui hac ratione, venter ejus discinderetur, quum amputarent ei ibi manum ejus.) Dixit quidam: Quid si spina infixa sit ventri ejus, annon tollet eam? Respondetur; Non. Instat alter: At nonne venter ipsius finderetur? Respondetur: Præstat, ut findatur venter ejus, quam ut descendat in puteum corruptionis.

In

In *Berachoth f. 20. 1.* Dicitur R. Johannes fediffe prope locum, ubi lavabant fe nudæ fœminæ. Dicentibus autem Rabbinis, num fibi nihil metueret ab oculo malo? Refpondebat: Ego ex femine Jofephi propagatus fum, cui non dominatus eft oculus malus: quia fcribitur Gen. XLIX, 22. *Filius fœcundæ Jofeph* עֲלֵי עָיִן *fuper oculo.* &c. Et *fol. 55. 2.* proponitur fuperftitiofum remedium oculum malum fuperandi. v. Tom. I. p. 964.

*verf. 31.) Pronunciatum eft autem: Quod quicunque dimiferit uxorem fuam det ei repudium.* &c.

*Gittin f. 90. 1.* Mifchna: Domus feu Schola Schammai dicunt: Non expellat feu dimittat (per libellum repudii datum) homo uxorem fuam, nifi fi invenerit in ea pudendum rei (h. e. adulterium, feu concubitum illicitum:) quia dicitur Deut. XXIV, 1. *Quum invenerit in ea pudendum verbi vel rei.* Domus Hillelis autem dicunt: Licere marito uxorem fuam expellere, fi vel faltem ea adufferit pultem ejus: quia dicitur: *Si invenerit in ea pudendum rei.* *R. Akibas* dicit: Si vel faltem invenerit aliam fua pulchriorem; licere ei fuam expellere: quia dicitur, ibid. *Et erit, quum non inveniet gratiam in oculis ejus.* Gemara: Traditio: Dixerunt domus Hillelis ad domum Schammai: Et annon jam dictum erat, דָּבָר *verbum* vel *res?* Quibus refponderunt domus Schammai: Et annon jam dictum erat, עֶרְוַת דָּבָר *pudendum verbi, vel rei?* Quibus regefferunt domus Hillelis: fi dictum effet, *pudendum*, non autem dictum effet, *verbi;* dixiffem, eo fignificari, quod propter pudendum ea debeat exire, vel dimitti; propter דָּבָר verbum autem, vel rem, non debeat exire; idcirco dictum eft, *verbi.* Si autem dictum effet, *verbum*, & non dictum effet, pudendum; dixiffem eo fignificari, quod propter verbum ducenda fit ab alio in uxorem, propter pudendum autem, non ducenda fit ab alio: idcirco dictum eft, *pudendum.* Domus autem Schammai, quid faciunt cum ifto, *verbi?* Dicitur hic: *verbum*, & dicitur ibi Deut. XIX, 15. *Verbum.* Sicut ibi intelligitur verbum probatum per 2. teftes: ita etiam hic, intelligitur verbum probatum per duos teftes. Domus Hillelis autem dicunt; Num fcribitur, *Pudendum in verbo?* Et domus Schammai dicunt: Num fcribitur, *Aut pudendum, aut verbum?* Et domus Hillelis: Idcirco fcribitur; *pudendum verbi*, quod fignificat utroque modo.

*Jevammoth f. 63. 2.* Dixit R. *Chama* filius Chaninæ: Poftquam homo duxit uxorem, omnes iniquitates ejus obturantur; feu obftruuntur: quia dicitur Prov. XVIII, 22. *Invenit uxorem, invenit bonum, & obftruxit benevolentiam a Domino.* In Occidente feu terra Ifraël, quum ducit aliquis

uxorem, dicunt ei ita: invenit, (penultima producta,) aut invenit, (penultima correpta.) Invenit: quia scribitur; *invenit uxorem, invenit bonum, & obstruxit benevolentiam a Domino.* Invenit: quia scribitur Eccl. VII, 27. *Et invenio amaritudinem præ morte, fœminam.* &c. Dixit *Raba:* Uxor mala, res est, ad quam expellendam quis vi præcepti tenetur: quia scribitur, Prov. XXII, 10. *Expelle irrisorem, & cessabit lis & ignominia.*

*vers.* 29. 30. *Nedarim f.* 32. 2. Abraham post circumcisionem a Deo factus est regnare super 248. membra; etiam super oculos, aures, & glandem membri sui virilis; ne scilicet videret, vel audiret quicquam, vel faceret quicquam eis membris, nisi rem præcepto mandatam.

*Matth. V, vers. 34.) Non jurabis neque per Cœlum, quia est thronus Dei* &c.

*Berachoth f.* 55. 2. *Nazir f.* 66. 2. כֵּן הוּא הַשָּׁמַיִם Per Cœlum, res ita se habet. Ad quæ verba notat R. Sal. Jarchi: Esse juramentum, *per Deum:* propter Dan. XII, 7.

*Kerithuth f.* 81. & 25. 1. & *Kethuboth f.* 27. 2. & *Baba Bathra f.* 166. 1. הַמָּעוֹן הַזֶּה Per habitaculum hoc. Ad quæ verba notat *Glossa* eum jurare per domum Sanctuarii.

*Kidduschin f.* 71. 1. *R. Johannes* dicit: היכלא Per templum, in manibus nostris hæc res est. &c. v. infra Matth. XXIII, 6.

*Baba Bathra f.* 11. 1. *Taanith f.* 24. 1. הָעֲבוֹדָה per cultum, scilicet Dei. Itidem formula jurandi.

*vers. 37.) Sit autem sermo vester, est, est; non, non: quos autem abundans hic de malo est.*

*Schebuoth f.* 36. 1. Dixit R. *Eliezer:* Per vocem לאו *non*, intelligitur juramentum: per vocem itidem הן ita, intelligitur juramentum. Ad quæ verba notat *Glossa:* Quum quis finit, & abit, dicens: aut; *Non, non:* bis. Aut; *ita, ita:* bis, ecce hoc est instar juramenti, postquam firmiter tenuit verba sua. Extra controversiam est, voce לאו *non* significari juramentum: quia dicitur Gen. IX, 15. *Et* לא *non erit amplius aqua in diluvium:* scribitur autem Esa. LIV, 9. *Quia aqua Noachi istud est, de qua juravi.* Sed voce הן *ita*, notari juramentum. Opinio hæc colligitur ex eo, quia voce, לאו *non*, significatur juramentum, quod pariter etiam voce הן *ita* juramentum significetur. Dixit Raba: *Eum demum edere juramentum*, qui bis dixit: *Non, non:* Et qui bis dixit, *ita, ita.* Quia scribitur Gen. IX, 11. *Et non exscindetur amplius omnis caro.* &c. v. 15. *Et non erit amplius aqua,* &c. Ex eo, quia vox, *Non*, bis posita est, colligitur edi hic juramentum. Eodem

dem modo, si *ita*, *ita*, bis ponatur; juramentum notari, consentaneum est.

*vers. 38.) Audistis quia pronunciatum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente.* &c.

*Baba Kama f. 83. 2.* Mischna: Qui proximum lædit, tenetur ejus causa propter quinque (1) damni, (2) doloris, (3) sanationis, (4) cessationis, & (5) ignominiæ nomine. In damno, quomodo? Si oculum alicujus excæcavit, manum amputavit, pedem fregit; eum considerant, ac si servus esset in foro vendendus, atque æstimant, quanti antea valuerit, & quanti jam valeat. &c. Gemara: Exod. XXI, 23. *Oculum pro oculo;* dixit Deus. Putasne hoc ita revera & simpliciter intelligendum, & oculum pro oculo dandum esse? Quia Traditio est: Ne quis putet, quod, si excœcaverit quis oculum alterius, excœcandus sit oculus ipsius: si amputaverit manum alterius, amputanda sit manus ipsius: Si fregerit pedem alterius, frangendus sit pes ipsius. Ideo notanter dicendum erat Lev. XXIV, 21. *Cædens hominem;* & *cædens bestiam.* Sicut cædens bestiam tenetur tantum ad compensationem (dati damni, non autem ad similis membri privationem:) ita etiam cædens hominem tenetur tantum ad compensationem, &c. Ubi plura hac de re disputantur in utramque partem; aliis asserentibus, hac phrasi significari compensationem pecuniariam: aliis, privationem eorundem membrorum naturalem.

*vers. 39.) Qui te percusserit super dextram tuam maxillam, verte illi & aliam.*

*Baba Kama f. 90. 1.* Mischna: Impingens socio colaphum, ei siclum pendit *R. Judas* nomine R. *Joses Galilæi* minam statuit. Si ei alapam impegit, ducentas drachmas ipsi pendit. Si id fecit inversa manu; quadringentas drachmas solvit. Si ejus aures vulsit, evulsit ejus capillos, exscreans eum conspuit, pallium ejus detraxit, denudavit mulieris caput palam; quadringentas drachmas rependit. Omnia pro ipsius dignitate. *R. Akibas* statuit, Israëlitarum pauperrimos considerari, ac si essent nobiles, qui bonis suis excidissent: quia sunt Abrahami, Isaaci & Jacobi posteri. &c.

*Sanhedrin f. 58. 2.* Dixit R. *Chanina:* Chutthæus (Gentilis,) qui percussit Israelitam, reus est mortis: quia dicitur Exod. II, 12. *Et respexit huc & illuc, & vidit neminem adesse, & occidit Ægyptium.* Item dixit R. *Chanina:* Si quis palma infligat alapam Israelitæ maxillæ, perinde est, ac si eam ala-

 pam

pam infligeret maxillæ divinæ præsentiæ: quia dicitur Prov. XX, 25. *Laqueus hominis absorbebit Sanctum.*

*Matth. V, verſ. 39.) Ego vero dico vobis; non reſiſtendum eſſe malo.*

Similis ſententia legitur in *Baba Kama fol. 92. 2.* Dixit *Raba* ad Rabbahum filium Meri: Unde probatur illud dictum, quod dicitur Rabbinis: Si ſocius Tuus te vocet aſinum, etiam ſellam, ſeu ephippium aſini ſuper te admove? (Hoc eſt: Hoc convitium patienter fer; ut potius paratus ſis, ad ferendum ſuper te proximum tuum inſtar aſini, quam ut, altero convitio regeſto, eum laceſſas ad majores rixas?) Cui ille reſpondebat: quia ſcribitur Gen. XVI, 8. *Et dixit Angelus Hagari, ancillæ Sarai; unde veniſti & quorſum tendis: Et dixit: Propter Sarai heram meam ego fugio.* (*Gloſſa:* Angelus dixerat; *Ancilla Sarai:* Quod videbatur quaſi convitium eſſe. Ea autem reſpondit: *Sarai hera mea;* non tantum non reddens convitium; ſed & heram ſuam, eam vocans.)

*verſ. 41.) Qui te angariavit milliare unum. &c.*

Talmudici hoc in ſua lingua hac phraſi exprimunt יַעֲשֶׂה בָךְ אַנְגַּרְיָא *ſi fecerit in te angariam.* Loca ipſa citata vide apud *Lightfootum* in Matth. p. 106. 107.

*verſ. 43.) Dictum eſt: Et odio habebis inimicum tuum.*

*Joma f. 22. 2.* Dixit *R. Judas,* dixiſſe Rabum: Quare punitus eſt Saul, (*Gloſſa:* ut ſubiret poteſtatem ejus rei, propter quam ab eo ablatum eſt regnum?) Ideo, quia crimen læſæ ſuæ Majeſtatis condonavit, (vel honorem ſuum violantibus ignovit:) Nam dicitur 1. Sam. X, 27. *Et filii Belial dixerunt: quid ſervaret nos iſte? Et ſpreverunt eum, & non attulerunt ei munus. Et fuit, ut tacens.* Et ſcribitur Cap. XI, 1. *Et aſcendit Nachaſch Ammonita, & obſedit Jabeſch Gilead.* Et dixit R. *Johannes,* nomine R. Simeonis filii Jehozadaki: Omnis Studioſus ſapientiæ, qui non ulciſcitur ultionem ſuam, & ſervat (inimicitiam) in corde ſuo, inſtar נחש *Nachaſch* vel, ſerpentis, non eſt Studioſus Sapientiæ. Atqui ſcribitur Lev. XIX, 18. *Non ulciſceris, & non ſervabis* (iram, vel inimicitiam.) Verum reſpondeo: Hoc ipſum, quod hic ſcribitur, intelligendum eſſe de bonis, quibus utimur ad vitam noſtram ſuſtentandam. Quia *Traditio* eſt: Quænam eſt iſta ultio? Et quænam eſt iſta ſervatio? (Quæ prohibentur Lev. XIX, 18.) Scilicet talis: ut, ſi quis alteri dicat; quæſo commoda mihi falcem tuam: ille autem reſpondeat ei, non commodabo tibi: Poſtridie autem ille, qui rogabatur pridie, roget hunc,

&

& dicat ei: quæso commoda mihi securim tuam; hic autem vicissim respondeat ei: non commodabo eam tibi; quia heri etiam mihi falcem tuam nolebas commodare: istud est ultio. (talis rei ultio ibi Lev. XIX, 8. prohibetur: non autem ultio cujuslibet rei, & præcipue læsæ famæ.) Servatio autem ita se habet, ut, si quis dicat alteri: quæso, commoda mihi securim tuam; ille autem respondeat huic roganti; non commodabo tibi securim meam: postridie deinde hic, qui rogabatur, veniat ad hunc pridie rogantem, eique dicat; quæso commoda mihi indusium tuum; hic autem dicat: En habeas tibi; ego nolo esse tui similis, ut servem ultionem in animo meo, quod pridie mihi nolueris commodare petitam securim. Talis, si in tali casu servaret in animo suo ultionem, peccaret contra hoc interdictum Lev. XIX, v. 18. (*Glossa:* Quia rem servaret in corde suo, neque removeret eam ex animo suo; circa talem rem ad bona pertinentem. Sed alia ratio est, si fama, vel aliud quid majoris momenti a proximo lædatur, ibi enim licet ultionem ulcisci, & servare in animo inimicitiam:)

Unde clarissime apparet; quomodo veteres illi δευτερῶται seu Talmudici Doctores perverterint pravis suis interpretationibus textum Mosaicum, ut merito opus fuerit Christi emendatione & reprehensione.

Simile est huic, quod legitur in *Megilla f. 16. 1.* Postquam Haman totondisset caput Mordechai, induebat ei vestes ejus, his verbis eum affatus: ascende & equita. Respondente Mordechaio; non possum absque scabello conscendere equum, quia emaciatæ sunt vires meæ a diebus jejunii acti. Quare Haman pronum se abjiciebat in terram, ut, insistens corpori ejus, equum conscenderet. Quum ascendebat, calcibus Hamanem petebat. Quare Haman dicebat ad eum: Nonne scribitur Prov. XXIV, 17. *Cum cadit hostis tuus, non lætaberis.* Cui regerebat Mordechai: hæc verba concernunt Israëlitas duntaxat. Sed de vestratibus scribitur Deut. XXXIII, 29. *Et tu super excelsa eorum calcabis.* Plura vid. infra ad 1. Corinth. IV, 12.

*vers. 44.) Benefacite odio habentibus vos.*

*Baba Mezia f. 87. 1.* Dixit R. *Levi:* Eo die, quo Abraham oblactavit filium suum Isaacum, faciebat magnum epulum: Omnibus populis ex indignatione murmurantibus & dicentibus; Vidistisne Senem & vetulam, qui adduxerunt puerum expositititium ex platea in Domum suam, & tamen dicunt, hunc filium suum esse? Neque hoc tantum, sed etiam instituunt convivium magnum, ut confirment verba sua. Quid fecit Abraham pater noster? (Nil curans illa scommata & convitia,) ivit, & invitavit omnes viros magnæ æstimationis, qui tum vivebant. Sara autem mater nostra invitavit

 uxores

uxores eorum. Unaquæque vero secum afferente filium suum, nutricemque non simul secum adducendo, evenit, ut esurirent lactentes. Quare factum est magnum miraculum in matre nostra Sara: Nam apertæ sunt ambæ ejus mammæ, ut duo fontes, & lactavit omnium harum filios: ut constaret sibi dicti illius veritas Gen. XXII, 6. *Lactabit filios Sara.*

*Matth. V, vers. 45.) Et pluviam demittit super justos & injustos.*

*Taanith f. 7. 1.* Dixit R. *Abhu:* Major (seu pluris faciendus) est dies pluviarum, quam resurrectio mortuorum: quia ecce resurrectio mortuorum est (duntaxat) justorum: At ecce pluviæ sunt tam justorum, quam impiorum. Et dissentit R. Joseph: nam dixit R. *Joseph:* Ideo, quia dies pluviarum æqualis æstimatur resurrectioni mortuorum, affixerunt eam in precatione cum resurrectione mortuorum vid. plura in *Beracboth f. 33. 1.*

*Ibid. f. 25. 1. Levi,* existente diu siccitate, indixerat jejunium. Cum autem nulla veniret pluvia, dicebat coram Deo: Domine mundi, ascendisti & consedisti, vel mansisti in alto, & non misereris filiorum tuorum. Quo dicto, venit quidem pluvia; Levi autem ille claudus factus est. Dixit *R. Eleasar:* Nunquam homo ejaculetur verba sursum versus (h. e. non expostulet cum Deo.) Nam aliquando vir quidam magnæ autoritatis ejaculatus est verba sursum versus, & claudus factus est. Quis autem est ille? Levi. Atqui traditur alias, quod in causa fuerit ei hujus claudicationis; quod Levi defigebat duos pollices suos in terram, & incurvabat se, & osculabatur terram coram Ribbi: hocque peccatum causam præbebat ei, ut claudus fieret, actu isto incurvandi. Verum respondeo, utrumque ei causam præbuisse claudicationis. R. *Chaia* filius לוליני Luliani audiverat aliquas nubes, quod dicerent; Veniamus & demittamus aquas in Ammonitarum & Moabitarum regionem. Quo audito, dicebat R. *Chaia* coram Deo: Domine mundi, quum dabas Legem populo tuo Israël, obibas omnes nationes mundi, eisque dabas optionem recipiendi Legem tuam, eamque nolebant recipere: Nunc autem tu das eis pluviam? Quare affatus nubes illas his verbis, dicebat eis: Projicite pluviam, quam intra vos continetis, huc in regionem Israëlitarum. Quo audito; projecerunt eam in regionem Israëlitarum.

## MATTHÆI CAP. VI.

*vers. 1.) Cavete, non facere eleemosynam vestram, ante homines.* &c.

*Moed Katon f. 116. 1.* Aliquando decernebat *Ribbi:* Discipulos non docendos esse Michnam in foro, seu publice. Quo sensu arguto dicti Biblici move-

movebatur? Cant. VII, 2. *Recessus femorum tuorum, ut monilia.* Sicut femur est in abdito: ita etiam verba Legis sunt in abdito. Egressus R. Chaia docebat duos filios fratris sui, Rabbum & Rabbahum barbar Channæ, in foro. Quo audito, Ribbi ira percellebatur. Veniebat R. Chaia, ut apparens coram Ribbi inviseret eum. Cui Ribbi dicebat עייא Aja, (*Glossa:* Sic probri causa R. Chaijam cognominabat,) quis vocat te, ut ad me venias? (*Glossa:* Quasi diceret; apage hinc.) Foris sciebat, quod sumserit rem prudens: solitus erat, uti publica objurgatione pro se 30. diebus; Die trigesimo, mittebat aliquem, qui ei: Veni ad me. Postea mittebat, qui diceret ei; ne veniat. Ab initio, quidem putabat, quod juberet eum ad se venire: Et postea putabat, quod prohiberet eum ad se venire? Ab initio putabat; partem diei esse, ut totum diem: Postea autem putabat; non dicimus, partem diei esse ut totum diem. Postea cum veniebat R. Chaia, dicebat ei Ribbi: quare venisti? Respondebat ei; quia legato misso, accersivisti me, Domine, ut te convenirem. Cui regerebat Ribbi: Atqui mittebam ad te, qui diceret; ne venires. Respondebat ei: hunc vidi; istum (secundum legatum) non vidi. Quo audito; recitabat super eo verba textus illius Prov. XVI, 7. *Quum bene vult Dominus viis viri, etiam inimicos ejus paratos reddit ei.* (*Glossa:* Quia ipse vel invitus venerat.) Quare Dominus fecit ita, & docuit in foro? Cui ille respondebat: Quia scribitur Prov. I, 20. *Sapientiæ in platea clamabunt.* At ille regerebat: Si legisti, non repetiisti; Si repetiisti, non tertia vice repetiisti; & si tertia vice repetiisti, non exposuerunt tibi; *Sapientiæ in platea clamabunt,* secundum id, quod est Rabæ, quia dixit *Raba:* Omnis, qui studet in Lege intus, Lex ejus prædicat de eo extus, seu foris. Atqui scribitur Esa. XLVIII, 16. *Non a principio in occulto locutus sum.* Verum respondeo, hoc ipsum intelligendum esse de die sponsæ. R. Chaiæ autem hoc, *ambitus femorum tuorum,* Cant. VII, 2. quid facit? Refert illud ad eleemosynam & liberalitatem, eam esse exercendam in abdito.

*Baba Bathra f. 10. 1.* Dixit R. *Johannes;* Quid est, quod scribitur Prov. XIX, 17. *Mutuo dat Domino, gratificans pauperi?* (*Glossa:* Quomodo, qui gratificatur pauperi, Deo mutuum dans fiat? cum scribatur Prov. XXII, 7. *Servus est mutuo accipiens, viro mutuo danti?*) Respondeo, nisi textus his scriptus esset, impossibile esset eum dicere. Quasi vero possibile sit ita de Deo loqui, cum scriptum sit Prov. XXII, 7. *Servus est mutuo accipiens, viro mutuo danti.* Dixit R. Chaia filius Abbæ: R. Johannes, collatis inter se duobus locis in speciem contrariis visis, objecit: Scribitur Prov. XI, 4. *Non proderunt opes in die iræ, & eleemosyna liberabit a morte.* Et scribitur Cap. X, v. 2. *Non proderunt thesauri impietatis, & eleemosyna liberabit a morte.* Duæ hæ eleemosynæ quorsum? Una liberabit aliquem a morte singulariter diver-

diverſa, ſeu ſubitanea: Altera autem, quæ liberat aliquem a judicio, Gehenna: Ultra vero ea eſt, quæ liberat aliquem a judicio Gehennæ? (*Gloſſa:* Quaſi diceret: Uter ex illis textibus eſt, qui loquitur de judicio Gehennæ?) Scilicet illa ipſa mors, de qua ſcribitur vox עֶבְרָה *iræ*, Prov. XI, 4. Quia ſcribitur Zephan. I, 15. *Dies* עֶבְרָה *iræ*, *eſt dies iſte.* Ultra autem eſt ea, quæ liberat a morte ſingulariter diverſa? ſcilicet ſi quis det eleemoſynam, & neſciat, cui det eam: Si quis accipiat eam, & neſciat, a quo accipiat eam: Si quis det eam, & neſciat, cui det eam: Ad excipiendum inde, id quod eſt Mar Ukbæ. (*Gloſſa: Mar Ukba* projiciebat pauperi, qui ad portas ipſius erat quotidie 4. drachmas, in canalem oſtii. Ecce, quod pauper neſciebat, a quo accipiebat eam eleemoſynam: Ipſe autem ſciebat, cui eam dabat.) Si quis accipiat eam, & neſciat, a quo accipiat eam; Ad excipiendum inde, quod eſt R. Abbæ. (*Gloſſa:* R. *Abba* ligabat in ſudario ſuo, eoque a tergo demiſſo, ſeſe immiſcebat, præſertim turbæ pauperum, ubi pauper accipiens ex eo ſudario a tergo ſuſpenſo accipiebat eleemoſynam & ſciebat, a quonam accipiebat: Sed R. Abba neſciebat, cui dabat eam.) At vero, quomodo faciendum, ut neutrum vitetur? Scilicet, ſi inferatur eleemoſyna in ſaccum eleemoſynarium. Regero ego: Quid facere debet homo, ut naſcantur ei liberi maſculi? Reſpondit R. *Elieſer:* Si diſpergat numos ſuos pauperibus. *R. Joſua* dicit: Si exhilaret uxorem ſuam, ante concubitum, ad rem præcepto debitam (ſeu concubitum matrimonialem lege præceptum.) R. *Eleaſar* filius Jacobi dicit: Ne det homo obolum in ſaccum eleemoſynarium, niſi hac ratione, ſi præfectus ſit ei, ſicut R. Chananias filius Tardejon.

*Chagiga f. 5. 1.* R. Johannes, cum inter legendum ſacram ſcripturam perveniebat ad illum textum, plorabat: Eccl. XII, 14. *Nam omne Deus adducet in judicium, ſuper omni abſcondito.* (*Gloſſa:* Et ſi etiam ſuper eis, quæ per errorem committuntur, latentque aliquem, adducit eum in judicium. Per, *ſuper omni*, quantumvis parvam rem, ſignificare voluit.) Servone, cui appendit Dominus æquali pondere, per errorem commiſſo, cum data opera patratis criminibus, remedium aliquod ſit! Quid eſt, *ſuper omni abſcondito?* Reſpondit Rabus: Per hoc intelligitur is, qui occidit pediculum in conſpectu proximi ſui, nauſea per hanc rem affecti. Samuel autem dixit: Per hoc intellige eum, qui ſpuit in conſpectu proximi ſui, nauſea per hanc rem affecti. Quid eſt, *ſive bonum, ſive malum,* Ibid. (*Gloſſa*: Quid, *ſive bonum;* quod ſignificat, etiam ſuper bono Deum adducere hominem in judicium?) Dixerunt, qui ſunt de domo *Jannai:* Per hoc intelligi eum, qui pauperi palam dat eleemoſynam. Secundum illud R. Jannai; qui, cum videbat aliquem virum pauperi palam dare eleemoſynam dicebat ei: Præſtitiſſet, ſi non dediſſes ei. Nunc autem, ex quo hanc ei dediſti, & pudore affeciſti eum.

Qui

Qui ſunt de domo R. *Schilæ*, dixerunt: Per hoc intelligi eum, qui dat eleemoſynam mulieri clam: quia per hoc eam adducit in poteſtatem ſuſpicionis ſecretæ conſuetudinis cum ea haberi ſolitæ. &c.

In *Tr. Kethuvoth f. 66. 2.* Tradiderunt Rabbini: Exemplum eſt de Rabban Johanne filio Zachai, quod, cum equitabat ſuper aſino & exibat Hieroſolymis, ſequentibus eum diſcipulis ejus, videns puellam aliquam colligentem grana hordei inter ſtercora jumenti Arabum, quæ, viſo eo, obvelans ſe capillo ſuo, ſtans coram eo, dicensque ei: ale me, Magiſter mi; dicebat ei R. Johannes: Filia mea, quæ tu es? Cui illa reſpondebat: Sum filia נקדימון Nakdimon (Nicodemi) filii Gorion. Dicebat ei Johannes: Filia mea, opes domus patris tui quorſum evaſerunt? Reſpondebat ei: Magiſter mi, & annon ita vulgari adagio dicere ſolebant Hieroſolymis: Sal opum, eſt חסר defectus, vel diminutio. (*Gloſſa:* Si quis velit ſalire opes ſuas: q. d. efficere, ut conſtanter permaneant, diminuat eas per eleemoſynam jugiter, & diminutio hæc conſervabit eas conſtantes.) Aliqui autem dicunt, pro חסר quod ſignificat, defectus; dici ſolere חסד beneficentia, ſeu liberalitas. (*Gloſſa:* Si quis velit ſalire opes ſuas, ſeu conſtantes efficere, faciat eas חסד, h. e. ſuperabundantem liberalitatem, plus dando, quam per Legem teneretur. Domus autem patris mei non erogabat eleemoſynam, ut decebat, & conſumebat opes ſuas ea re.) Deinde quærente eo: opes autem ſoceri tui quorſum evaſerunt? Reſpondebat ei: Venit unum, & perdidit alterum. (*Gloſſa:* Ideo, quia opes illius mixtæ erant cum opibus hujus.) Deinde illa dicente ad eum: Magiſter mi, memorne es eorum, quæ acta ſunt, cum tu pro teſte obſignabas id, quod in teſtamento matrimoniali mihi pro dote promittebatur a ſponſo? Quo audito ille converſus ad diſcipulos ſuos, dicebat: In memoriam mihi revoco, quod, cum hujus inſtrumentum illud matrimoniale obſignabam, phernam ejus ſeu bona in matrimonium a ſponſa allata, legerim, fuiſſe millies millium denariorum aureorum e domo patris ejus, exceptis eis denariis, quos accepit a ſponſo pro dote ex domo ſoceri ſui. Ad cujus rei memoriam flebat R. Johannes filius Zachai, & dicebat: O beatos vos Iſraëlitas eo tempore, quo facitis voluntatem Dei! Tum enim nulla natio dominatur eis. Quo tempore autem non faciunt voluntatem Dei, tradit eos in manum nationis humillimæ, (*Gloſſa:* Arabes vocantur natio humillima, quia habitant in tentoriis, in deſerto;) neque tantum in manum jumenti nationis humillimæ. Nakdimon autem filius Gorion non fecerit eleemoſynam? Atqui Traditio eſt: Dixerunt de Nakdimon filio Gorion, quod, cum prodibat e domo ſua in ſcholam, veſtes melotæ ſeu valde pretioſæ ſubſtratæ fuerint pedibus ejus, ut illis inambularet, venerintque pauperes, easque complicatas poſt ipſum acceperint pro eleemoſyna. Si vis,

dicam, ideo nihil cum his eleemosynis meritum esse: quia eas erogabat in sui honorem. Aut, si malis, dicam: quia non erogaverat eas, eo modo quo decebat eum erogasse, sicut vulgari adagio dici solet: *pro camelo sarcina.* (*Glossa:* Camelo onus imponendum est, prout vires ejus ferendo pares sunt.) *Traditio;* dixit R. Eleasar filius Zadoki: O si non videam consolationem, si mentiar, quod viderim eam colligere hordei grana e loco inter ungulas equorum in Acco. Quo viso, recitabam super ea textum hunc Cantic. I, 8. *Si non sciveris te, o pulcherrima mulierum, egredere tibi in vestigiis gregis, & pasce capellas tuas.* (*Glossa: Si non sciveris.* h. e. si non animum adhibueris, Ecclesia Israëlitica, servandi Legem; tunc egredere tibi, &c. h. e. tandem eveniet tibi, ut egrediaris ad vestigia gregis, & pascas capellas tuas.) Ne legas גְּדִיּוֹתַיִךְ *Gedijothajich*, quod significaret, *capellas tuas:* גְּוִיּוֹתַיִךְ *Gevijothajich*, quod significat, *corpora tua.*

*Bava Bathra f. 9. 2.* Dixit R. *Eleasar:* Major (pluris æstimandus) est, qui erogat eleemosynam in occulto, Mose Magistro nostro: quia, ecce de Mose Magistro nostro scribitur Deut. IX, 19. *Quia timui propter iram & excandescentiam.* Ecce autem de erogante eleemosynam scribitur Prov. XXI, v. 14. *Donum in occulto supprimet iram.* Et dissentit R. Isaac: quia dixit R. Isaac, quod tale donum iram supprimat; excandescentiam non supprimat: quia dicitur ibid: *Et munus in sinu; fortem excandescentiam.* Etiamsi munus est in sinu, tamen excandescentia fortis est!

*Matth. VI, vers. 2.)* ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, *receperunt mercedem suam.* &c.

Talmudici hanc phrasin exprimunt his verbis, *receperunt Seculum suum.* Ut in *Sanhedrin f. 101. 1.* Dixit *Rabbah* bar Channæ: Quum ægrotabat R. Eliezer, ingressi sunt discipuli ejus visitatum eum; Quibus ille dicebat: Fervor iræ divinæ magnus est in mundo (*Glossa:* de se ipso hoc dicebat, quod Deus sibi succenseat, & morbum aggravet.) Tum illi cœperunt flere: Sed R. Akibas ridebat. Ex quo cum quærebant, quare rideret; respondebat: Vos autem quare fletis? Cui cum respondebant: Possetne fieri, ut libro Legis (h. est: tanto Legis doctore) versante in angore, nos non ploremus? Respondebat eis Akibas: Ea ipsa autem de causa ego rideo. Nam quamdiu videbam Magistrum ita in omnibus prospere agere, ut vinum ejus non acesceret, neque linum ejus percuteretur, neque oleum ejus fracesceret, neque mel ejus fermento corrumperetur, dicebam: Forte, quod absit! Magister recepit Seculum suum (*Glossa:* omnem mercedem suam.) Nunc autem

autem cum video Magistrum dolore corripi, (*Glossa:* & mercedem ejus asservari ei in futurum beatius Seculum,) ego lætor. &c.

In *Horajoth f. 10. 2.* Argutum sermonem habuit R. *Nachman* filius R. Chasdæ: Quid est, quod scribitur, Eccl. VIII, 14. *Est vanitas, quæ fit super terra!* O beatos justos, si pertingat ad eos secundum opus impiorum Seculi futuri, in Seculo præsenti! (Quasi diceret: Quum obveniunt eis calamitates in Seculo præsenti, quales obveniunt impiis in Seculo futuro.) O miseros impios, si pertingat ad eos secundum opus justorum Seculi futuri, in Seculo præsenti! &c.

*Erachin f. 16. 2.* Traditur a domo R. *Ismaëlis:* Quemcunque prætericrunt dies 40. sine castigationibus, ille recepit Seculum suum. (*Glossa:* omnem requiem suam, quam in futura vita, pro mercede recepisset.)

*vers. 3.) Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra Tua, quid faciat dextra tua.*

*Schekalim f. 10. 1. Cap. 7. §. 6.* Mischna: Duæ cameræ fuerunt in Sanctuario: una, camera חטאים *peccatorum;* (Buxtorff. Lex. Tal. c. 838. legit חשאים secretorum;) altera autem camera vasorum. In cameram peccatorum, si qui erant timentes peccati, ponebant (munera sua) intra illam clam. In cameram vasorum, quicunque pro spontanea oblatione offerebat vas, eo projiciebat, & semel intra 30. dies quæstores aperiebant. &c. Postea in *Gemara f. 83. 1.* traditur: R. Jacob filius Aidi, & R. Isaac filius R. Nachmanis, erant gubernatores alendis aliis præfecti, & dabant R. Chamæ patri R. Oschaiæ alimenta: dabat autem alia R. Zacharias, gener R. Levi. Reprehendebant illud, & dicebant: eum non habere, ut accipiat, & tamen eum accipere de eo, quod est diei tui. Invenit eum, quod dederit de eo, quod ipsius erat, aliis. R. Channa filius Paphæ dividebat azyma noctu. Cui, cum occurrebat magister spirituum, dicens; non juxta doctrinam Rabbinorum, Deut. XIX, 14. *Non amovebis limitem socii tui.* Respondebat ei: Nec juxta Scripturam, Prov. XXI, 14. *Munus in occulto extinguit iram.* Quare victus fugiebat ab eo. Dixit R. Jonas Psal. XLI, 2. *Beatus, qui intelligit ad pauperem, &c.* Per hunc intelligitur, qui aspicit vel considerat eleemosynam ad erogandum eam. Quomodo faciebat R. Johannes? Quum videbat filium bonorum, seu beneficiorum ad incitas redactum, dicebat ei: ideo, quia audivi de te, quod ceciderit tibi hæreditas ex loco alio, accipe, & solve ei, qui accipiebat. Dixit ei: in donum. Dixit R. Chaia filius Abbæ: illi accipiebant dextra sua: quia is, qui dabat illis a principio anni, & usque ad jejunium magnum, accipiebant: postea autem non accipiebant. &c.

*Matth. VI, verf. 5.) Et cum adores, non eris ficut hypocritæ, qui amant in Synagogis & in angulis platearum ftantes orare.* &c.

*Berachoth f. 6. 2.* Dixit R. Chelbo, dixiffe R. *Hunam:* Quicunque certum locum determinat precibus fuis habendis, Deus Abrahami eft in auxilio ejus. Et cum moritur, dicunt ei: hei manfuetum! hei pium! & unum ex difcipulis Abrahami patris noftri! Unde autem probatur de Abrahamo patre noftro, quod certum (precibus fuis) determinarit locum? Quia fcribitur Gen. XIX, 27. *Et mane ftetit vel furrexit Abraham ad locum, ubi fteterat.* Per actum ftandi nihil aliud intelligitur, nifi precatio: quia dicitur Pfal. CVI, 30. *Et ftetit Pinehas & oravit.*

*verf. 7.) Orantes nolite multum blaterare.* &c.

*Berachoth f. 55. 1.* Dixit R. *Juda:* Tria longiores reddunt dies & annos hominis. (1) Si quis prolixus fit in fuis precibus. (2) Si diutius affideat menfæ fuæ. (*Gloffa:* Quia hac de caufa pauperes poffunt venire, & ab ipfo ali.) Et (3) Si diutius commoretur in latrina. (*Gloffa:* Quia hoc eft medicina ei.) Si quis autem prolixus fit in precibus fuis; id eft, præftans aliquid. Dixit R. Chaia filius Abbæ, dixiffe R. *Johannem:* Quicunque prolixus eft in precibus fuis, & dicit in corde fuo, fe ideo exauditum iri, & petitionem fuam fe confequuturum effe, quia oret cum intentione, tandem venit in poteftatem doloris cordis: quia petitio ejus non fit. Nam dicitur Prov. XIII, 12. תוחלת *Precatio protracta, eft dolor cordis.* (*Gloffa:* vox תוחלת habet fignificatum precationis, ut Exod. XXXII, 11. ויחל *& deprecatus eft Mofes.*) Dixit R. *Ifaac:* Tria in memoriam revocant iniquitates hominis: (*Gloffa:* Quia opera eorum, fcrutantur fuperne, in opera ejus, dicendo: Confidit hic homo meritis juftitiæ fuæ.) Videamus ergo, quænam illa fint. (1) Murus ruinam minans; (*Gloffa:* Locus periculofus.) (2) Attenta confideratio precum: (*Gloffa:* Si quis confideret, fe fuis precibus mereri Dei gratiam & auxilium.) Et (3) Caftigatio judicii fuper proximum fuum, refpectu Dei. (*Gloffa:* Si quis confidat in merita juftitiæ fuæ, quod proximus fuus fui caufa fit puniendus.) Ecce non eft contradictio, (inter hæc duo: quod dicebatur antea prolixas preces effe rem præftantiffimam, & caufam longævæ vitæ: hic autem dicitur; attentam confiderationem, precum, caufam effe recordationis iniquitatum alicujus: quia alterum (pofterius) intelligendum eft de eo, qui attente fuas preces confiderat, & putat fe earum prolixitate aliquid apud Deum mereri: alterum (prius) autem de eo, qui non attente eas ita confiderat.

*Ibid.*

*Ibid f. 61. 1.* Dixit R. Huna, dixisse *Rabum* nomine R. *Meiri:* semper sint verba hominis pauca coram Deo Opt. Max. quia dicitur Eccles. V, 1. *Ne acceleres super ore tuo, & cor tuum ne festinet proferre verbum coram Deo: quia Deus est in Cælis, tu autem in terra. Propterea sint verba tua pauca.*

*Avoth cap. 16.* Dixit R. *Simeon:* Quum precaris, ne facito precationem tuam שׁוּרוּי loquacitatem, sed supplicationem coram Deo Opt. Max. quia dicitur Joel, II, 13. *Quia Deus misericors.*

*vers. 13.)* *Et ne nos inducas in tentationem.* &c.

*Sanhedrin f. 107. 1.* Dixit R. Juda, dixisse *Rabum:* Ne unquam homo seipsum inducat in tentationem. Nam ecce David, rex Israëlis, seipsum induxit in potestatem tentationis, & lapsus est. Dicebat coram Deo: Domine mundi, quare dicunt, Deus Abrahami, Deus Isaaci, & Deus Jacobi, & non dicunt; Deus Davidis? Cui respondebat: Quia illi tentati (probati) mihi sunt: Tu autem, non. Quare dicebat David Psal. XXVI, 2. Proba me, & tenta me. Cui Deus respondebat: Probabo ergo te; & hujus rei te certiorem facio, cujus tamen eos non certiores feceram. Scilicet, me probaturum te esse per negotium illiciti concubitus. Quare statim contigit, quod legitur 2. Sam. XI, 2. *Et factum est tempore vespertino, ut surrexerit David e lecto suo.* Dixit *Rabus:* Significari eo, quod inverterit usum concubitus cum uxoribus, qui noctu solet fieri, in usum ejus diuturnum; (*Glossa:* quod concubuerit cum uxore sua interdiu, ut satur esset a coitu, nec cogitationibus appeteret mulierem toto die:) Latuisse autem eum, istam juris Judaici ore traditi sententiam; quod membrum parvum sit in homine: quod, si satures, esuriat: Si id esurire sinas, saturetur. Atque hoc ipsum est, quod scribitur ibid; *Et ambulabat super tecto domus regiæ, & videbat mulierem se lavantem desuper tecto: mulier autem ista erat aspectu pulchra valde.* Bathseba pectebat caput suum sub alveari mellis; veniebat Satanas similis ei visus instar aviculæ: qua visa David ejaculatus telum, icto alveari, remotoque; nudam mulierem videbat. Quo facto statim contigit, quod legitur v. 3. *Et misit David, & inquisivit mulierem, & dixit: Annon ista est Bathseba, filia Eliam, uxor Uriæ Chittæi*, v. 4. *Et misit David legatos, & accepit eam, eaque venit ad eum, & concubuit cum ea: ea autem sanctificabat se ab immunditie sua, & revertebatur in domum suam.* (*Glossa: Sanctificabat se:* Hoc est, ea ipsa hora erat in dubio statu immunditiei menstruæ, & congressus erat cum ea, quum ipsa esset menstruata.) Atque hoc ipsum est, quod scribitur, Psal. XVII, 3. *Examinasti cor meum, visitasti nocte, explorasti me, nequa-*

*quaquam invenies* (me integrum.) זַמּוֹתִי *capistrassem, ne transgrederetur os meum.* (*Glossa: Visitasti nocte:* Hoc est, super opere, quod noctu exerceri solet, visitasti me, num possim persistere in tentatione rei transgressionis. *Explorasti me:* Hoc est, cogitasti explorare me, & non invenisti me purum. *Capistrassem:* h.e. utinam fuisset in ore meo frenum, ut potuissem impedire verbum meum, ne dixissem; *proba me.*) Scilicet, dicere volebat David: Utinam זממא frenum vel capistrum esset in ore ejus, qui odit me (hoc est, mei ipsius, odio digni!) ne dixissem verbum hujusmodi.

*Matth. VI, vers. 16.) Obscuram reddunt facies suas ut videantur jejunantes.*

*Sota f. 12. 1.* 1. Chron. IV, 5. *Et* לְאַשְׁחוּר *Aschburo, patri Thekoæ, fuerunt duæ uxores, Chelach & Naara.* Per Aschchurum hunc intelligitur Caleb. Quare autem nomen ejus vocatur Aschur? Ideo, quia facies ejus הושחרו atræ factæ erant jejunio. (*Glossa:* Quia sæpius jejunaverat, ut liberaretur a consilio exploratorum.)

*vers. 19.) Ne thesauros congerite in terra* &c.

*Bava Bathra f. 11. 1,* Traditio: Dixerunt de *Benjamine justo*, eum præfectum fuisse arcæ eleemosynariæ: aliquando venisse ad eum in annis sterilitatis mulierem, quæ dixerit ei: Magister mi, ale me. Cui, illo dicente: juro per Deum, si in arca eleemosynaria quicquam amplius superest: illa instabat; Si tu non alis me, ecce ego & 7. filii mei morimur. Quare surgebat, & alebat eam de suo. Post aliquot dies, illo ægrotante, & ad mortem inclinante, dicebant Angeli ministerii coram Deo Opt. Max. Domine mundi, tu dixisti: Omnis, qui conservat unam animam ex Israele, perinde est, ac si conservaret plenum mundum: Et *Benjamin justus*, qui in vita conservavit mulierem & 7. filios ejus, moriatur tam brevi fruens vita? Quo dicto statim lacerarunt ei decretum judicii ejus: (h. e. Fatum ejus immutatum, & terminus vitæ prorogatus fuit.) Traditur; superadditos ei fuisse 22. annos, annis vitæ ejus. Tradiderunt Rabbini exemplum de מונבז *Monbazo* rege: (*Glossa:* filius erat Helenæ reginæ, ex semine Hasmonæorum;) qui erogabat thesauros suos & thesauros patrum suorum. Ad quem junctim collectis fratribus ejus, & familia patris ejus, his verbis eum dehortantibus: Patres tui thesauros recondiderunt, & auxerunt id, quod patrum suorum erat: Tu autem ea erogas. Quibus ille respondebat: patres mei recondiderunt thesauros infra (h. e. in terra:) ego autem recondidi supra. (h. e. in cœlo:) quia dicitur Psal. LXXXV, 12. *Veritas e terra germinabit, & justitia e cœlis prospexit.* Patres mei recondiderunt in loco, ubi manus dominatur; ego autem

tem recondidi, ubi manus non dominatur; quia dicitur Psal. XCVII, 2. *Justitia & judicium habitaculum throni tui.* Patres mei recondiderunt rem, quæ non fert fructus: ego autem recondidi rem, quæ fert fructus: quia dicitur Esa. III, 10. *Dicite* צדיק (לצדיק) *justo, quod bonus: quia fructum operum suorum comedent.* Patres mei recondiderunt pecuniam: ego autem recondidi thesauros animarum, quia dicitur Prov. XI, 30. *Fructus justi, arbor vitæ: et accipiens animam, sapiens.* Patres mei recondiderunt aliis: ego autem recondidi mihi ipsi: quia dicitur Deut. XXIV, 13. *Et tibi erit justitia.* Patres mei recondiderunt in Seculo hoc: ego autem recondidi in Seculo futuro: quia dicitur Esa. LVIII, 8. *Et ibit ante te justitia tua, & gloria Domini colliget te.*

*vers. 26.) Inspicite in volatilia cæli, quia non seminant neque metunt.* &c.

*Kidduschin f. 82 1.* Mischna: Cujuscunque negotium, seu opificium est cum mulieribus, ita, ut pro eis, & in earum usum artem suam exerceat; is non solus versetur cum eis, neque cum pluribus simul; neque doceat filium suum artem inter mulieres exercendam. R. *Meir* dicit: Semper homo doceat filium suum artem mundam & facilem: non dicat; artificium hoc non ditat: sed oret eum, cujus divitiæ & bona sunt sua (h. e. Deum, cujus omnia sunt propria:) quia nulla est ars, in qua non sit egestas & divitiæ. Nam neque est egestas ex arte, neque divitiæ ex arte: sed omne secundum meritum justitiæ alicujus. R. *Simeon* filius Eleasaris dicit: Vidistine unquam dum viveres, feram, vel avem, quæ artem exerceant, & tamen sustentantur absque dolore: & annon, non sunt creata, nisi ut ministrent mihi? At ego creatus sum, ut ministrem Domino meo. Nonne æquum foret, ut sustentarer absque dolore? Sed (ideo in dolore & labore cogor vesci pane meo:) quia male gessi opera mea, & abscidi alimoniam meam. &c. Postea in *Gemara* notatur: Traditio est; R. *Simeon* filius Eleasaris dicit: Per vitam meam nunquam vidi capream, quæ ficus in æstate exsiccaret; neque leonem, qui esset bajulus, & vulpem, quæ esset numularius: & illa sustentantur sine dolore, neque creata sunt, nisi ut ministrent mihi: ego autem creatus sum, ut ministrem Domino meo. Quare ista, quæ non creata sunt, nisi ut ministrent mihi, sustentantur absque dolore; cum ego, qui creatus sum, ut ministrem Domino meo, tanto labore & dolore occuper? Æquum esset, ut ego sustentarer, absque dolore; sed id ideo fit, quia male gessi opera mea, & abscidi alimenta mea: nam dicitur Jerem. V, 25. *Iniquitates vestræ inclinaverunt.*

*Matth.*

*Matth. VI, vers. 30.)* ὀλιγόπιστοι *Parvæ fidei homines.*

*Sota f. 48. 2.* Ad verba Mischnæ: *Et defecerunt viri fidei*, &c. notatur in *Gemara*. Dixit R. Isaac: Per hos intelliguntur, qui non credunt in Deum Opt. Max. (*Glossa:* Viri fidei sunt, qui credunt in Deum, prodige erogando bona sua in decus obeuntis præceptum, & eleemosynas, & impensas Sabbathicas, & dierum festorum.) Quia Traditio est: R. *Eliefer* ille magnus dicit: Quicunque habet panem in corbe suo, & dicit: quid comedam cras? is non est, nisi ex קְטַנֵּי אֲמוּנָה *parvis fidei hominibus.* Et hoc ipsum est, quod dixit R. *Eleasar:* Quid est, quod scribitur Zach. IV, 10. Nam quis בז *prædatur in diem?* Parvæ? Quis causam præbuit justis, ut יתבזבזו prodige profusa, & superflue erogata fuerit mensa eorum, in futurum contingens? (*Glossa:* quia non accipiunt perfectam mercedem. Et hic significat: *Nam quis prædatur in diem*, scilicet venturum, justos?) Parvæ, quæ fuerunt in illis: (*Glossa:* paucitas fidei:) quia non crediderunt in Deum Opt. Max. &c.

*vers. 34.) Crastino cura propria, sufficit diei malum suum.*

*Berachoth f. 9. 2.* Exod. III, 4. *Ero, qui ero.* Dixit Deus Opt. Max. ad Mosen: dic Israëlitis. Ego fui vobiscum in servitute hac: & ego ero vobiscum in servitute regnorum. Dixit (Moses) coram eo: Domine mundi: Sufficit vexatio in loca sua: (Sufficit calamitas, quam jam patiuntur Israëlitæ: nec futura alia est prædicenda.) Cui respondebat Deus Opt. Max. Ito, dic illis: *Ero, misit me ad vos.*

*Sanhedrin f. 100. 2.* Inter sententias *Ben Siræ* recensetur & hæc: Ne angas te ærumna crastini diei: quia nescis, quid hic dies pariturus sit. Forte cras non eris, & sic afflictareris ob tempus, quod ad te nihil attinet.

## MATTHÆI CAP. VII.

*vers. 1.) Ne judicate, ut non judicemini* &c.

*Rosch Haschana f. 16. 2.* Qui tradit judicium super socium suum, facit meminisse peccatorum suorum. Nam dixit R. *Abin:* Quicunque tradit judicium de socio suo; ipse punitur initio: quia dicitur Gen. XVI, 5. *Et dixit Sara ad Abrahamum &c.* Scribitur autem Gen. XXIII, 2. *Et venit Abraham ad plangendum*, &c. v. Tom. I. p. 559.

*vers. 2.) Qua mensura quis metitur*, &c.

*Sota f. 9. 2.* Mischna: Qua mensura homo metitur, alii metiuntur ei: Uxor declinans seipsam ornaverat ad transgressionem (adulterium:) Deus (jure

(jure talionis,) deturpat eam. Ipsa revelaverat seipsam ad transgressionem: Deus revelat super ea. In femore, ubi initium fecerat in transgressione, fit initium; & postea venter: Idcirco vapulet femur initio, & reliquum totum corpus non evadit liberum. Postea in *Gemara* dicitur: Et sic invenimus de uxore declinante, quod, qua mensura mensa est, metiantur ei. Scilicet ipsa steterat ad ostium domus suæ, ut videret procum suum: idcirco sacerdos collocat eam juxta portas Nicanoris, & ostendit ignominiam ejus omnibus &c. vide ibi plura in hanc rem, & in *Sanhedrin f. 100. 1.* Ubi inter alia etiam dicitur: *Traditio* est. *Ribbi* dicebat; Unde probatur, quod ea mensura, qua quis metitur, ei remetiatur? Quia dicitur Esa. XXVII, 8. *In mensuram cum mittis eam, contendes cum ea.* &c.

*Megilla f. 12. 2.* Ester I, 10. *In die septimo, cum lætum esset cor Regis vino.* Ergone hucusque cor ejus non lætum erat vino? Respondit *Raba:* eo significari, quod dies hic septimus, Sabbathum fuerit: quia Israëlitæ edunt & bibunt, initio facto a verbis Legis, & verbis hymnorum. Sed nationes mundi idololatricæ, quia edunt & bibunt, initio facto nonnisi a verbis insulsis. Et sic in isto epulo istius impii, alios dixisse; quod *Mediæ* mulieres, alias pulchritudine vincant: alios regessisse; quod mulieres *Persicæ* pulchriores sint. Quare dixisse eis Ahasverum: instrumentum (uxor,) quo ego utor, neque Medicum est, neque Persicum, sed Chaldaicum: vultisne illud videre? Respondentibus eis: ita sane, dummodo ostendas eam nobis nudam. Nam, qua mensura homo metitur, vicissim metiuntur ei. Quo docere voluit, quod *Vasthi* impia solita fuerit adducere filias Israëliticas, & exuere eas nudas, & facere earum opera opus in Sabbatho &c.

*Sanhedrin f. 100. 1. 2.* Traditio. R. Meir dixit: Qua mensura homo metitur; ea redhostietur ipsi: quia scribitur Esa. XXVII, 8. *In mensura, qua dimitteret eam litigabat cum ea.* Num possibile est dicere, quod filius hominis det plenum pugillum suum pauperi in hoc Seculo, Deus autem det ei plenum pugillum suum in Seculo futuro &c.

*vers. 4.) Sine ejiciam festucam ex oculo tuo.* &c.

*Baba Bathra f. 15. 2.* Dixit R. *Johannes:* Quid est, quod scribitur Ruth. I, 1. *Et factum est in diebus, quibus judicarunt judices?* Scilicet in diebus generationis, quæ judicat suos judices. (Quia judicabant seipsos depravati, & erat audacia ei, qui judicabatur, redarguendi redarguentem se:) Nam dicente censore aliquo, seu judice; tolle festucam ex oculis tuis: (*Glossa:* hoc est, recede & abstine a transgressione parva, quæ penes te est;) tum poterat alter dicere; tolle trabem ex oculo tuo. (*Glossa:* hoc est, abstine

ſtine a transgreſſione gravi, quæ penes te eſt.) Dicente (cenſore) Eſa. I, v. 22. *Argentum tuum factum eſt Scoriæ:* regerebat alter; *Vinum tuum mixtum eſt aqua.*

*Eracbin f. 16. 2.* Tradiderunt Rabbini: Lev. XIX, 17. *Non odio habebis fratrem tuum in corde tuo:* Ne quis putet, forte non cognomine aliquo (probroſo) eum vocabit, propter rem caſtigatione dignam ab eo commiſſam; neque alapam ei impinget, neque probro eum afficiet: ideo notanter dicendum erat, *In corde tuo.* Scilicet de odio, quod eſt in corde, Scriptura loquitur. Unde probatur, quod, ſi quis videat in ſocio ſuo rem turpem, debeat redarguere eum? Quia dicitur v. 17. *Redarguendo redargues.* Si redarguerit eum ſemel, ipſe autem non receperit ſeu admiſerit eam redargutionem; unde probatur, quod debeat redarguere eum? Quia notanter dicendum erat; *redargues.* Nihilominus. Ne quis putet, forte redarguendum eſſe eum, ſi vel mutetur facies ejus, & ipſe erubeſceret, audita publica redargutione: ideo notanter dicendum erat; ibid. *Non feres ſuper eum peccatum.* Traditio eſt: Dixit R. *Tarphon:* Miror, (vel: cum animi admiratione, vehementer dubito;) num ſit in generatione hac, qui recipiat redargutionem ſaltem dicentis ſibi: tolle feſtucam, ex oculis tuis: quin dicat ei; tolle trabem ex oculis tuis, (*Gloſſa:* Quaſi diceret: Si dicat alteri; auffer iniquitatem parvam, quæ eſt in manu tua: tum ille poterit dicere huic; auffer tu iniquitatem magnam. Ergo non poſſunt redarguere ſe invicem: quia omnes ſunt peccatores.) &c.

*Matth. VII, verſ. 6.) Ne date Sanctum canibus, nec projicite margaritas veſtras ante porcos* &c.

*Kidduſchin f. 39. 2. Chilin f. 142. 1.* Dixit R. *Joſeph:* Si Achar expoſuiſſet illud dictum; *Ut bene ſit tibi!* Deut. XXII, 7. de Seculo futuro, ſecundum R. Jacobum filium Barthæ, non peccaſſet: Acharem autem quid movit, ut hoc faceret. Sunt qui dicunt; moviſſe eum opus ſimile viſum. Aliqui autem dicunt; moviſſe eum, viſam linguam Chuzpith interpretis projectam jacentem in ſterquilinio, quam trahebat res alia, (*Gloſſa:* ſus.) Quo viſo; dicebat: Os, quod ejecit (vel evomuit) margaritas, linget pulverem.

*Bechoroth f. 15. 1.* Tradiderunt Rabbini: Deut. XII, 15. non autem vellus. *Carnem:* non autem adipem, *Et edes:* non autem canum tuorum erit. Hinc jubemur; non redimi res ſanctas, ut dent eas in eſcam canibus; Idem traditur in Temura f. 130. 2.

*verſ.*

*vers. 12.) Omnia, quæ vultis, ut faciant vobis homines, facite illis*

*Schabbath f. 31. 1.* Porro est exemplum de gentili quodam, qui veniebat ad *Schammai*, dicens ei: fac me proselytum, ea conditione, ut discam Legem totam, quanta est, dum ego sto super uno pede. Ille repellebat eum mensura cubitali architectonica, decempeda, seu baculo suo, quem manu tenebat. Quare ita repulsam passus, veniebat *ad Hillelem*, qui faciebat eum proselytum, dicens ei: Quod tibi odiosum est, proximo tuo ne facias. Hoc est Lex tota, quanta, quanta est.

*vers. 14.) Porta angusta, & stricta via ducens ad vitam* &c.

*Menachoth f. 29. 2.* R. *Judas* הנשיא princeps, quærebat ex R. Immi: Quid illud est, quod scribitur Esa XXVI, 4. *Sperate in Dominum, usque in æternum:* quia בְּיָהּ *in Jah* יְהוָה *Jehovah, est rupes Seculorum?* Cui respondebat: Quicunque suspendit spem suam (h. e. spe sua unice dependet) a Deo Opt. Max. ille habet fiduciam in Seculo hoc præsenti, & in futuro. Huic subjiciebat ille: Ego hoc habeo, quod opponam; Quid causæ est, quod scripserit בְּיָהּ *Be Jah*, h. e. *in Jah*, & non scripserit יָהּ *Jah*, omisso Beth? Scilicet id ideo factum est, sicut argute hoc exposuit R. Judas filius Aileai: Quia per istud ב *Beth*, quod duo in numeris valet, intelliguntur duo Secula. quæ creavit Deus Opt. Max. Unum per ה *He*, & alterum per י *Jod*, Nescio autem, utrum Seculum futurum, per *Jod;* & Seculum præsens per *He:* an hoc per Jod & illud per He significetur. Secundum id, quod dicitur Gen. II, 4. *Istæ sunt generationes Cælorum* בְּהִבָּרְאָם *cum crearentur illi.* Ne legas: בְּהִבָּרְאָם *Bebibbaream*, quod significaret, *cum crearentur illi:* Sed בְּהֵי בְּרָאָם *Be He Beraam*, quod significat; *per He creavit eos.* Quare autem *Seculum præsens per He* creatum est? Quia simile est לאכסדרה exedræ, vel porticui domus. (*Glossa:* quia litera *He* ה ab infima parte aperta est: unde quisquis vult exire, exit. (*Glossa:* quisquis vult ex eo prolabi in malam indolem, seu, degenerare; ille prolabitur.) Quare autem crus literæ ה He, suspensum seu pendulum est? (Sinistrum crus ejus nullibi adhæret, sed in superiori parte apertum habet spatium. Quia, si quis convertatur per pœnitentiam;. intromittitur. (*Glossa:* per ostium superius inter pedem sinistrum & tectum, interjacens.) Ut autem intromittatur per alterum (ostium infimum, per quod exivit, seu degeneravit,) nullo modo ei præstatur auxilium (*Glossa:* Quia, si velit intrare, opus habet auxilio, propter pravum figmentum: idcirco factum est ei auxilium per ostium su-

perfluum, quod pro auxilio ei suppeditatur.) Requiri autem singulare auxilium, ut homo lapsus iterum convertatur, etiam de sententia *Resch Lakisi* asseritur: quid dixit; Quid est, quod scribitur Prov. III, 34. *Si derisoribus, ipse deridebit: si humilibus, dabit gratiam?* (*Glossa:* quasi diceret: aperit ei, ut fiat derisor?) Scilicet, qui venit, ut mundetur; ei auxilium præstatur: qui venit, ut immundus fiat; ei auxilium præstatur. Quare autem litera ה *He* habet תאגא *coronam*, seu apicem? (*Glossa:* parvum apicem in fine tecti?) Dixit Deus Opt. Max. Si redeat homo per pœnitentiam ad meliorem mentem; ego ligo ei vinculum. Quare autem creatum est Seculum futurum per literam י *Jod?* Quia justi, qui in eo sunt, pauci sunt. (Nam Jod omnium literarum est minima.) Quare autem reflexum est caput ejus? Quia justorum, qui in eo sunt, capita, reflexa sunt, propter opera eorum. Nam alterum alteri dissimile est. (*Glossa:* gloria unius, major est gloria alterius: ideo capita eorum reflexa sunt: nam unus ab altero pudore suffunditur.)

NB. Ex hoc loco clarissime apparet, ex sententia Talmudicorum doctorum; characteres literarum Mosaicarum non fuisse Samaritanos, sed eos ipsos, quibus adhuc hodie utimur.

[De paucitate salvandorum, v. inf. ad Matth. XIX, 14. de duplici via, v. ad Hebr. XII, 9.]

*Matth. VII, vers. 15.) Intus autem sunt lupi rapaces.*

*Joma f. 72. 2.* Studiosus Sapientiæ, cujus intimum non est, sicut exterius, non est Studiosus Sapientiæ.

*vers. 24) Quicunque audit verba mea, & facit, assimilabo illum viro prudenti ædificanti domum suam supra petram* &c.

*vid.* inf. ad *Jacob. I, 22.* *Aboth.* Cap. 24. & *Chagiga f. 15. 1.* *Achar* interrogabat R. *Meirum*, postquam prolapsus ad malam indolem, degenerasset: Quid est, quod scribitur Hiob. XXVIII, 17. *Non adæquabitur ei aurum & vitrum, & permutatio ejus, aurum solidum?* Cui respondebat: Per illa intelliguntur, quæ difficulter acquiruntur, ut vas aureum, & vas ex auro solido: facile autem amittuntur (pereunt fracta oblivione) ut vas vitreum. Cui dicebat *R. Akibas:* Magister tuus non dixit ita: sed: sicut vas aureum & vas vitreum, etiamsi frangantur, tamen reparari possunt; ita etiam Studiosus Sapientiæ, etiamsi peccaverit, tamen potest reparari (pœnitentia.) Ergo etiam tu resipisce. Cui respondebat Achar: jam audivi post velum (h. e. secreto) Jer. III, 14. *Revertimini filii refractarii:* excepto Achare. Tradiderunt

Rab-

Rabbini historiam de *Achare*, quod eum equo vectum in Sabbatho, sequutus sit R. Meir, ut disceret Legem ex ore ejus. Cum pergerent ita in via, dicebat Achar, ad R. Meirum: Meire, redi ad id, quod a tergo tuo est: quia jam mensus sum vestigiis equi mei, hucusque porrigi terminum Sabbathicum. Cui ille regerebat: ergo etiam tu redi ad te, seu resipisce. Cui Achar: non jam dixi tibi, ait, me antea audivisse post velum: Revertimini filii refractarii, excepto Achare. Quare vi correptum eum introduxit in Scholam; dicebat ad puerum: prælege mihi versiculum tibi pro lectione propositum. Prælegebat ergo ei ex Esa. XLVIII, 22. *Non est pax, dixit Dominus, impiis.* Postea introducebat eum in aliam Synagogam: ubi iterum dicebat ad puerum; prælege mihi versiculum tibi pro lectione propositum. Prælegebat ergo ei ista verba Jerem. II, 22. *Quia si lavares te nitro, & multiplicares tibi Smegma; tamen maculosa esset iniquitas tua coram me.* Deinde introducebat eum in Synagogam aliam: ubi dicebat ad puerum: prælege mihi versiculum tibi pro lectione propositum. Prælegebat ergo ei ista verba Jerem. IV, 31. *Et tu, res vastata, quid facies? Quum indues dibaphum, quum ornaberis ornamento auri, quum lacerabis stibio oculos tuos, frustra pulchrum te facies,* &c. Dehinc introducebat eum in Synagogam aliam; & sic deinceps pergendo: donec introduxisset eum in decimam tertiam usque Synagogam: in quibus omnibus pueri prælegebant tales versiculos, qui ejusdem erant Sententiæ. In postrema Synagoga dicebat ad puerum: prælege mihi tuum versiculum, qui tibi pro lectione est propositus. Prælegebat ergo ei ista verba Psal. L, 16. *Et ad impium dixit Deus: quid tibi recensere statutum meum?* &c. Hic puer balbutiebat lingua sua. Auditum erat aliquoties, quod dixerit ei, pro ולרשע *Ulerascha,* hoc est, *& ad impium,* ולאלישע *Uleelischa dixit Deus*, (quia balbutiente & blæsa sua lingua literam Resch non recte poterat pronuntiare.) Sunt, qui dicunt, cultrum ei præsto fuisse, quo accepto, discideri eum, & miserit eum tredecim Synagogis. Alii dicunt, eum dixisse: Si penes me esset culter, discidissem eum. Quum tandem diem suum obiit *Achar,* dicebant in Cœlo: Iste judicando non erit judicandus; neque tamen venturus erit in Seculum futurum. Judicando non erit judicandus ideo, quia studuit in Lege. In Seculum autem futurum non veniet, ideo, quia peccavit. Dixit *R. Meir:* Melius est, ut hic judicetur, & ut veniat in Seculum futurum. Quando moriar, tunc elevabo fumum ex sepulchro ipsius. Deinde cum diem suum obiisset R. Meir, ascendebat fumus ex sepulchro Acharis. Quo viso, dicebat *R. Johannes:* Potentia, ad cremandum magistrum ipsius. Unus erat inter nos, & non possumus liberare eum. (*Glossa:* discipulus unus erat inter nos, & lapsus est, & degeneravit, & nemo est inter nos omnes, qui adducat eum in

in Seculum futurum.) Si accipiam eum manu, quis accipit eum a me? (*Glossa:* Si apprehendam eum manu ejus, ut adducam eum in Seculum futurum: quis accipit eum e manibus meis?) Dicebat ergo; quando moriar, tunc extinguam fumum e sepulchro ejus. Deinde quum obiisset diem suum R. Johannes, desinebat fumus e sepulchro Acharis. Quo viso, exorsus est super eo dicere lamentator: Etiam janitor Gehennæ non resistere tibi potuit, Magister noster, quum venires eo, ad educendum inde Acharem. Filia Acharis deinde veniens ad Ribbi, dicebat ei: Ribbi, quæso fias tutor meus. Cui ille respondebat: Cujusnam tu filia es? Ea respondente: Filia Acharis sum; dicebat ad eam Ribbi: Adhucne aliquid superet ex semine ejus in mundo? Atqui scribitur Hiob. XVIII, 19. *Non est filius ei, neque nepos in populo ejus, neque superstes in habitationibus ejus.* Postea dicente ea ad Ribbi: quæ recordare legis seu doctrinæ ejus, non autem recordare operum ejus. Statim descendebat ignis & accendebat sedile Ribbi. Quo viso, Ribbi flebat, & dicebat: Et si turpitudine affectis per eam ita accidit? quanto magis ergo laude affectis per eam? R. Meir autem didiceritne Legem ex ore Acharis? Atqui dixit *Rabbah bar bar Channæ*, dixisse R. Johannem: Quid est, quod scribitur Mal. II, 7. *Quia labia sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirent ex ore ejus: nam Angelus Domini exercituum est?* Scilicet, si Magister similis sit Angelo Domini exercituum; requirent Legem ex ore ejus. Sin minus; ne requirant Legem ex ore ejus. Respondebat *Resch Lakisch:* R. Meir tantum textum Biblicum invenit & argute exposuit, Prov. XXII, 17. *Declina aurem tuam, & audi verba Sapientum, & cor tuum appone ad scientiam meam.* Non dicitur, *ad scientiam eorum:* (*Glossa:* Ergo hic de impiis agimus: & dixit, *declina aurem tuam:*) Sed, *ad scientiam meam.* *R. Chanina* dixit: exinde id probari Psal. XLV. 11. *Audi filia, & vide, & declina aurem tuam, & obliviscere populi tui, & domus patris tui,* &c. (*Glossa:* declina aurem tuam, & opera eorum obliviscere, & ne discas ea.) Videntur textus hi sibi invicem contradicere: non tamen revera est contradictio. Alterum enim intelligendum est de homine adulto: (*Glossa:* qui novit cavere ab operibus impii doctoris, is potest discere Legem ex ore ejus.) Alterum autem de parvulo, qui, quia nondum sibi cavere novit a pravo exemplo impii, prohibetur discere Legem ex ore impii. Quum veniebat *R. Dimmi,* dicebat: Dixerunt in Occidente (h. e. terra Israël:) R. Meir comedebat dactylum, & abjiciebat lapidosum nucleum ejus foras. Sermonem argutum habuit *Raba:* Quid est, quod scribitur Cant. VI, 10. *In hortum nucis descendi ad videndum virores vallis?* Quare comparantur Studiosi Sapientiæ cum nuce? Scilicet, quasi diceret tibi, quod, sicut nux aliqua, etiamsi conspurcetur luto & stercore, tamen id, quod intra eam est, non rejiciendum reddi-

redditur: ita etiam Studiosus Sapientiæ etiamsi peccet, non tamen Lex, vel doctrina ejus rejicienda est.

## MATTHÆI CAP. VIII.

*vers. 30.) Erat autem longe ab illis grex porcorum multorum pascens &c.*

*Baba Kama f. 79. 2.* In Mischna: Non educant vel alunt porcos in ullo loco. Ad quæ verba postea in *Gemara* notatur *f. 82. 2.* Tradiderunt Rabbini: Quum reges domus Hasmonæorum alter alterum obsidebant, vel impugnabant, Hyrcanus intra Hierosolymam, Aristobulus autem extra eam erat. (*In Sota f. 49. 2. & Menachoth f. 64. 2.* dicitur Hyrcanus extra Hierosolymam fuisse, & Aristobulus intra eam.) Quotidie hi, qui intus erant catenis demittebant in capsa (denarios) illis, qui foris erant, & vicissim hi attollebant eis sursum jugis sacrificii victimas. Erat intra Hierosolymam Senex aliquis, Græcæ sapientiæ peritus, qui vernacula lingua exponebat eis, qui foris erant, seu obsidentibus; is dicebat illis: quandiu in cultu suo occupantur, in manum vestram non traduntur. Postero die ergo demittebant eis denarios in capsa, hique vicissim sursum remittebant porcum. Quum perveniebat ad dimidium muri, ungulas suas in murum figebat: unde, quum commota fuisset terra Israëlitica ad 400. parasangas quaquaversum; ea ipsa hora dicebant: maledictus sit, qui educabit porcos, & maledictus sit, qui docebit suum filium sapientiam Græcorum. Conf. *Menachot f. 64. 2.*

*Taanith. f. 21. 2.* Dixerunt ad *R. Judam:* Pestilentia est inter porcos. Quare decrevit jejunium. Dicamus: R. Judam indixisse hoc jejunium non porcorum causa, sed eum putasse; plagam immissam ex una specie, immittendam esse ex omnibus speciebus.

## MATTHÆI CAP. IX.

*vers. 13.) Misericordiam volo, & non victimam.*

*Suca f. 49. 2.* Dixit R. *Eleasar:* Longe major (pluris æstimandus) est, qui erogat eleemosynam, quam si offerat omnes oblationes: quia dicitur Prov. XXI, 3. *Facere eleemosynam & judicium probatur Deo plus, quam sacrificium.* Dixit R. Eleasar: Pluris facienda est גמילות חסדים liberalitas, (qua quis alteri benefacit citra debitum, liberrimo animo,) quam eleemosyna, (ad quam præstandam quis lege tenetur:) quia dicitur Hos. X, 12. *Seminate vobis in eleemosynam, & metite secundum liberalitatem.* Si homo seminat; dubitat adhuc, sitne inde esurus, nec ne. Si homo metit; certus est, se inde esurum esse. Item dixit R. Eleasar: Non rependitur eleemosyna,

na, nisi secundum liberalitatem, quam in se habet: quia dicitur, *seminate vobis in eleemosynom, & metite secundum liberalitatem.* Tradiderunt Rabbini: Tribus rebus pluris facienda est liberalitas eleemosyna. (1) Eleemosyna fit bonis alicujus; liberalitas autem fit tam corpore alicujus, quam bonis alicujus. (2) Eleemosyna fit pauperibus: liberalitas tam pauperibus, quam divitibus. (3.) Eleemosyna fit vivis; liberalitas fit tam vivis, quam mortuis. Dixit R. Eleasar: Quicunque facit eleemosynam & judicium, perinde facit, ac si plenus esset totus mundus benignitate, seu liberalitate: quia dicitur Psal. XXXIII, 5. *Amans eleemosynam & judicium, benignitate Domini plena est terra.* Ne forte diceres; quicunque venit significatum nutu clausorum labiorum, se velle facere eleemosynam & liberalitatem, is hoc nutu clausorum labiorum significat, (*Glossa:* & suppeditant ei, & præsto exhibent ei homines idoneos, qui talia beneficia accipiant:) ideo notanter dicendum erat Psal. XXXVI, 9. *Quam pretiosa est benignitas tua, Deus.* (*Glossa:* Hoc est; necesse est, ut quis adhibeat animum, & laboret, summoque studio persequatur hanc virtutem: ideo, quia non præsto semper sunt tales, qui idonei sunt, ut quis de illis bene mereatur.) Psal. XXXIII, 5. *Benignitate Domini plena est terra.* Ne quis dicat, forte etiam timens Domini talis est: ideo notanter dicendum erat: Psal. CIII, 17. *Et benignitas Domini a Seculo in Seculum super timentes se.* Dixit *R. Chama* filius Paphæ: Super quocunque homine est gratia, de eo certo constat, quod sit timens Dei: quia dicitur; *Benignitas Domini a Seculo in Seculum, super timentes se.* &c. Dixit *R. Eleasar:* Quid est, quod scribitur Prov. XXXI, 26. *Os suum aperuit in Sapientia, & lex benignitatis est super lingua ejus?* Et quid? Num est lex benignitatis? Et estne etiam Lex, quæ non sit benignitatis? Quare non est hæc horum verborum mens: Sed si Lex sit propter seipsam (non alius respectus & finis causa;) tum ea est Lex benignitatis; Sed si Lex non sit propter seipsam; tum ea est Lex, quæ non est benignitatis. Aliqui ita exponunt, si Lex sit; ut alios quis eam doceat; tum eam esse Legem benignitatis: Si autem sit Lex, ut quis alios eam non doceat; tum eam esse Legem, quæ non est benignitatis.

*Matth. IX, vers. 15.) Numquid filii thalami lugere possunt quamdiu Sponsus cum illis?*

Propter summum eorum gaudium Talmudici eos liberos esse statuunt ab eis rebus, quæ ullo modo gaudium illud impedire possent. Unde in *Suca fol. 25. 2.* Tradiderunt Rabbini: Sponsus, & pronubi, & omnes filii thala-

thalami (h. e. hospites nuptiales,) liberi sunt ab oratione, (*Glossa*: quia ea requirit attentionem,) & a locis Oratoriis sibi applicandis, (*Glossa:* quia vulgo apud eos reperitur ebrietas & protervia.)

*vers. 23.*) *Et videns Tibicines* &c.

*Kethuvoth f. 46. 2.* In *Mischna:* Rabi *Judas* dicit: Si vel etiam pauperrimus Israëlitarum sit; tamen (in funere defunctæ suæ uxoris) non pauciores adhibebit, quam duas tibias & unam lamentatricem.

*Schabbath f. 151. 1.* In *Mischna:* Gentilis si attulerit tibias in Sabbatho, Israëlitæ defuncti causa; ad tibias istas non planget Israëlita, nisi hac ratione, si venerint ex loco propinquo (*Glossa:* intra terminum Sabbathicum.)

*Baba Mezia f. 75. 2.* In *Mischna:* Si quis mercede conduxerit asinarium, aut aurigam, ut afferat ligna (*Glossa:* polita & elegantia, apta ad lectos, & thalamos nuptiales;) & tibias, pro Sponsa, ad exhilarandum Sponsum & Sponsam, Aut pro defuncto; ad lamentandum.

## MATTHÆI CAP. X.

*vers. 8.*) *Gratis accepistis, gratis date.*

*Berachoth f. 29. 1.* Mischna: Si quis accipiat mercedem suam, ad judicandum; judicia ejus sunt vana & inania: Si ad testimonium perhibendum; testimonia ejus sunt inania: Si ad aspergendum aqua lustrali (*Num. XIX, v. 17. 19.*) ad sanctificandum miscendo cinerem expiationis peccati aqua viva in vase, tum aqua ejus est velut aqua lacunæ; & cinis ejus est velut cinis combustionis. &c. *Gemara:* Unde probatur, quod non accipi debeat merces propter demonstrationem sententiæ Legis, & doctrinam Legis, quam docebit? Respondit R. Juda, dixisse *Rabum:* quia dixit textus Deut. IV, 5. *Ecce docui vos*, &c. Scilicet, sicut ego gratis, ita etiam vos gratis. Traditio etiam ita habet: *Sicut præcepit mihi Dominus Deus meus.* Sicut ego gratis: ita etiam vos gratis. Unde autem probatur, quod, si non invenerit, ut gratis discat, discere debeat data mercede? Quia notanter dicendum erat, Prov. XXIII, 23. *Veritatem eme.* Unde autem probatur, quod non dicere debeat: Sicut ego didici eam, data mercede; ita docebo eam accepta mercede? Quia notanter dicendum erat, *veritatem eme, non autem vendes.*

*Matth. X, verf. 25.) Sufficit Servo, ut sit sicut Dominus, &c.*

*Berachoth f. 58. 2.* Quum Ula & Chasda una iter facientes perveniſſent ad januam domus R. חנא Chanæ filii חנילאי Chanilai, ſuſpirio tracto graviter ingemiſcebat R. Chasda; cui dicebat Ula: Quare ingemiſcis, cum tamen gemitus frangat dimidium cordis: quia dicitur Ezech. XXI, 11. *Et tu fili hominis ingemiſce in fractione lumborum, &c.* & dixerit R. Johannes: imo gemitum frangere etiam totum corpus hominis: quia dicitur, v. 12. *Et erit cum dicent ad te; quare tu ingemiſcis? Et dices; ad rumorem, & liquefit totum cor, &c?* Cui ille reſpondebat: Quomodo non ingemiſceret domus, in qua fuerunt 60. coquæ interdiu, & 60. coquæ noctu, & coquebant cuilibet, quo opus habebat, & accipiebat manus ex loculo. Qua putabat, forte veniente paupere bonis viris nato, dum pervenirent ad loculum, pudore affectus, doleret: & porro erant ei 4. januæ, ad 4. plagas mundi, & omnis, qui ingrediebatur jejunus, egrediebatur ut ſatur: & projiciebant ei triticum & hordeum in annis ſterilitatis foras: quia omnis, qui volebat aliquid accipere, interdiu veniebat & accipiebat noctu: nunc vero, cum domus illa corruerit in acervum, non ingemiſcerem? At hic, illi regerebat: Sic dixit R. Johannes; ex quo die deſolata eſt domus Sanctuarii, deciſum eſt decretum ſuper domos juſtorum, eas deſolandas eſſe: quia dicitur Eſa. V, 9. *In auribus Domini exercituum eſt: ſi non domus multæ devaſtationi erunt; magnæ, & bonæ abſque habitatore.* Item dixit R. Johannes; Deus Opt. Max. reducturus eſt eas ad tranquillam habitationem ipſarum: quia dicitur Pſal. CXXV, 1. *Canticum graduum. Sperantes in Dominum, ſunt ſicut mons Zijon.* Deus Opt. Max. reducturus eſt montem Zijon ad inhabitationem ejus tranquillam: ita etiam domus juſtorum Deus Opt. Max. reducturus eſt ad inhabitationem tranquillam earum. Viſo autem, quod ad hæc verba, nihilominus mens ejus non acquieſceret a dolore, dicebat ei: Sufficit ſervo, ſi ſit ſicut Dominus ejus. (*Gloſſa:* Quia ecce domus Sanctuarii devaſtata eſt, quæ eſt domus Dei.)

*verſ. 28.) Et ne timeatis ab occidentibus corpus &c.*

Longe ſanctior eſt hæc Chriſti præceptio, quam illa Talmudicorum in *Sanhedrin f. 47. 1.* Suffragiis initis lata eſt hæc ſententia in cœnaculo domus Netaſæ, in urbe Lydda: De omnibus transgreſſionibus, quæ ſunt in Lege, ſi dicant homini fac; & hoc pacto non morieris; faciat quis eas potius, quam ut mortem ſibi patiatur inferri, excepta idololatria, & illicito concubitu, & homicidio: At idololatria etiam non ſit committenda ad evitandum mortis periculum? Atqui Traditio eſt: Dixit R. Iſmaël; unde probatur, quod

quod, si dixerit quis homini alicui, fac idololatriam; quo pacto non morieris, facere eam debeat potius, quam ut interfici se patiatur? Quia notanter dicendum erat Levit. XVIII, 5. *Et vivat in illis.* Non autem; *ut moriatur in illis* &c.

*vers. 29.) Nonne duo passerculi assario veneunt, nec unus ex illis cadet super terram sine voluntate patris vestri.*

*Cholin f. 142. 1.* Ne accipiat homo matrem (avem passerem,) super pullis ipsius, ne quidem, ut ea purificet leprosum. Hinc autem argumentetur aliquis a minori ad majus, hoc modo: Si de præcepto levissimo, quod vix assario æquivalet Lex dicit: Deut. XXII, 7. *Ut bene sit tibi, & prolonges dies:* quando magis id verum erit de præceptis gravissimis; quæ sunt in Lege?

In *Schabbath: R. Simeon* filio Jochai latente in quadam spelunca, & die quodam sedente ad ostium ejus, videnteque aucupem aves capientem & rete expandentem, filia vocis ab eo audiebatur, quæ, cum dicebat דימוס hoc est: Liberatio; tum evadebat avis. Cum vero filia vocis dicebat ספיקולא spiculatio; tum capiebatur. Quare dicebat oraculum: Avicula sine Cælo (sine Dei voluntate & providentia) non perit, quanto minus homo.

*Ibid: Assario veneunt.*

*Kidduschin f. 12. 1.* Sex מעה *Meæ* argenti faciunt דינר Denarium, sive drachmam (aut quadrantem Sicli.) *Mea* una facit duo פונדיונין *Pondiones.* Pondion unus facit duo איסרין *assaria.* Assarium unum facit duo מוסמיסין *Musmesin.* *Musmes* unum facit duo קונטריקין Kontrinekin. *Kontrineck* unum facit duo פרוטות *Prutas.* Unde consequitur, quod una Pruta sit octova pars Assarii Italici.

*vers. 35.) Veni dividere hominem adversus patrem suum &c.*

Vide, quæ ex *Sanhedrin f. 97. 1.* supra sunt exposita.

*Sota f. 49. 2.* In calcaneis Messiæ, (*Glossa:* in fine exilii, ante adventum Messiæ) impudentia augebitur, & pretium rerum exaltabitur. Vitis dabit fructum suum, & tamen vinum, ob frequentiam bibonum, erit in pretio, & non est castigatio. (*Glossa:* non invenias hominem, qui poterit castigare: quia omnes prolapsi sunt in peccata, & quum castigant, dicit reprehensus reprehendenti: tu es, sicut ego.) Schola erit in lupanar, & Galilæa devastabitur, & הגבלן Haggiblan desolabitur, & viri termini circumibunt ex urbe in urbem, & nullam gratiam consequentur, & sapientia Scribarum

barum putrefcet, & timentes peccatum fpernentur, & veritas erit defiderata. Pueri faciem Senum pudefacient; Senes affurgent coram parvulis; *Filius turpitudine afficit patrem*, &c. Mich. VII, 6. Facies honorati eft ut facies canis; Filius non reveretur patrem fuum. Super quo ergo nobis eft innitendum? Super patre noftro cœlefti.

## MATTHÆI CAP. XI.

*verf. 7.) Spectare Calamum a vento agitatum.*

Cum hac proverbiali loquutione Chrifti convenit adagium Talmudicum, quod legitur in *Sanhedrin f. 82. 2.* Inter calamos & falices Schevilnai (meretrix illa famofiffima, Casbi Num. XXV, 15. alias dicta) quid quærit? (*Gloffa:* Certum eft, quod non quærendorum calamorum & falicum, tanquam rerum viliffimarum caufa, fed fub prætextu mendacii ibi obambulet: Scilicet, non alia de caufa, quærens loca folitaria, quam ut captet occafionem fcortandi.)

## MATTHÆI CAP. XII.

*verf. 3.) Et panes propofitionis comedit, quos non licitum erat edere.*

*Menachoth f. 59. 2.* Ad verba Mifchnæ R. *Judas* dixit: *Quicquid circa duos panes, Lev. XXIII, 17. & panem faciei, feu propofitionis fiebat, factum fuiffe intus in templo:* R. Simeon dicit: In perpetuum efto affuetus dicere; duos panes, & panem faciei, legitima fuiffe in atrio, & legitima in Bethphage, feu tota Hierofolyma. Notatur in *Gemara:* Dixit R. *Abihu* filius Cahanæ: Ambo autem illi, (R. Judas, & R. Simeon) unum textum pro fua fententia argute expofuerunt 1. Sam. XXI, 6. *Et ipfe via profani, quanto magis hodie fanctificabitur vafis.* R. Judas putavit: In die profano, Davidem reperiffe facerdotes, quod coxerint panem: quia dicebat eis; Viane profani coxiftis panem? Quanto magis hodie fanctificabitur vafis; (*Gloffa:* vafis furni;) & illegitimus feu profanus reddetur in craftinum pernoctatione. (Ergo furnus fanctificat & pellit Sabbathum; *Gloffa:*) R. Simeon putavit: In Sabbatho Davidem reperiffe eos, quod coxerint panem, quibus dixerit; non via profani faciendus fuiffet vobis: numquid furnus fanctificat? (*Gloffa:* Num furnus fanctificat recentem panem ipfum, ut non illegitimus reddatur pernoctatione? Et quanto magis hodie fanctificabitur vafis? Quafi diceret; num hodie fanctificabitur furno?) Imo vero, menfa facra in templo, cui panis faciei imponitur, &, quæ fanctificat. Potuiftine autem dicere quod

quod in hora coctionis repererit sacerdotes? Atqui scribitur 1. Sam. XXI, 7. *Et dedit ei sacerdos panem Sanctitatis: quia non erat ibi panis, nisi panes faciei, qui amoti erant coram Domino.* Sed quid, *via profani*, quod dixit eis? sic scilicet dixerunt ei: *Non est panis, nisi panes faciei, qui amoti erant coram Domino.* Quibus respondebat, David: non opus esse (ut pro tali pane, qui sibi sit prohibitus, habeatur.) Ecce, postquam exemtus est, ex actu abusus rei sacræ circa eum: (*Glossa:* nam postquam amotus erat, permissus erat sacerdotibus. Cuicunque rei autem est hora, permissionis sacerdotibus, circa eam non est peccatum abusus rei sacræ. Et non requirebatur hic; quia non remotus erat iste, &c.) via profani ipse sanctificabitur. Sed vel etiam ita; tamen etiam; quia hodie sanctificabitur vase, date mihi eum: quia edendi necessitas me urget, quæ non habet Legem. Nam nisi ederem, de vita periclitarer. (*Glossa:* Nam laborabat David bulimia. Tradidimus autem in *Joma f. 83. 1.* Laborantem bulimia cibant etiam rebus immundis, donec melius habeat, etiam in die expiationis.)

*Joma f. 85. 1.* R. Ismaël, R. Akiba, & R. Eleasar filius Azariæ, una iter faciebant. Levi autem הסדר, (*Glossa:* ait sibi non expositum fuisse, quid hac voce significetur,) & R. Ismaël filius R. Eleasaris filius Azariæ eos sequebantur. Proponebantur tum quæstio hæc coram eis: Unde probamus de פקוח נפש apertione, seu cura animæ, (h. e. cura earum rerum, quæ ad vitæ conservationem pertinent,) quod pellat Sabbathum, (Sicut traditur in Tr. *Schabbath f. 131. 1.*)? Respondebat R. Ismaël, & dicebat: ex eo loco, Exod. XXII, 2. *Si in effossione inveniatur fur.* Nam si huic, de quo dubium est, num venerit opes furandi, an occidendi animo, non obstante effusione sanguinis immundam reddere terram, & occasionem præbere subducendi sese ab Israele; tamen permittitur vitam auferre, ut paterfamilias suam defendat: Quanto magis inde probabitur de apertione animæ; quod ea pellat Sabbathum? Hujus responsionem excipit *R. Akibas* & dixit Exod. XXI, 14. *Et si de industria egerit vir contra proximum suum, &c. ab altari meo auferes eum ad mortem.* Dicitur מעם *a cum altari meo:* non autem; מעל *a super altari meo.* (*Glossa:* Si sacerdos ipse homicida sit, qui venit ad faciendum ministerium suum. Non autem dicitur, *a super altari meo:* scilicet; si incepit ministerium, non cogitur illum abrumpere, ut veniat in manum vindicis sanguinis, & absolvit ministerium suum.) Dixit autem *Rabbah bar bar Channæ:* non discrepant, nisi quod ad interficiendum attinet; vel etiam a super altari auferri poterit: (*Glossa:* ut, cum talis scit docere de innocentia hominis, de quo jam sententia decretoria lata est, supplicii capitalis inferendi.) Si itaque hic, de quo dubium adhuc est, num certi quid subsit, in homicidio, cujus ab altero accusatur, nec ne; ab hoc mini-

 sterio

ſterio ſacerdotali abrumpendus eſt; quod tamen alias tam grave, ut ipſum Sabbathum pellat: quanto magis apertio animæ pellet Sabbathum? Hujus reſponſionem excepit *R. Eleaſar*, qui dicebat: imo vero ego collatione circumciſionis probarem. Nam ſi circumciſio, quæ eſt correctio unius duntaxat membri ex 248. quæ ſunt in homine, tamen pellit Sabbathum: quanto magis apertio animi, quæ totius corporis conſervandi cauſa fit, pellet Sabbathum? *R. Joſe* filius Judæ dicebat: Hoc, inde probari Exod. XXXI, 3. Levit. XIX, 3. *Sabbatha mea obſervabitis.* Ne quis putet, forte hoc intelligendum eſſe quoad omnia, (ne quidem apertione animæ excepta,) ideo addere voluit vocem אך *veruntamen,* Exod. XXXI, 3. Qua voce disjungere voluit. R. *Jonathan*, filius Joſephi dicit: Exinde hoc probari Exod. XXXI, 14. *Quia res ſancta illud eſt vobis:* Quo ſignificatur, illud traditum eſſe in poteſtatem veſtram: Vos autem, non traditos eſſe in poteſtatem illius. *R. Simeon* filius Menaſiæ dicit: Exinde hoc probari Exod. XXXI, 16. *Et obſervabunt filii Iſraël Sabbathum.* (*Gloſſa:* eum in finem, ut faciant Sabbatha alia, cavebunt ſibi in Sabbatho hoc præſenti: quo obſervare poſſint Sabbatha multa futura,) Dixit Scriptura; profanandum eſſe Sabbathum unum; cum in finem, ut obſerventur Sabbatha multa. Dixit *Samuel:* Si interfuiſſem ibi, dixiſſem: Mea probatio præſtantior eſt veſtra, ex Lev. XVIII, 5. *Et vivat in illis:* non autem; *ut moriatur in illis.* Dixit *Raba:* Contra omnes hos aliquid objici poteſt, excepto Samuele, contra quem nihil objici poteſt, &c.

*Joma f. 83. 1.* Miſchna: Si quem die expiationis corripuerit bulimia; cibant eum, & vel etiam rebus immundis, donec illuſtrentur oculi ejus. Si quem momorderit canis rabidus, non cibant eum de reticulo hepatis ejus. (*Gloſſa:* Et quamvis dent Medici pro medicina, tamen hoc non eſt medicina perfecta, ut permittat ei rem prohibitam beſtiæ immundæ, propter tale.) *R. Matthias* autem filius Charaſch permittit. Item porro dixit R. Matthias filius Charaſch: Qui dolet gutture ſuo, injiciunt ei pharmacum, intra os ejus, in Sabbatho: ideo, quia illud eſt ſtatus dubius animarum. Omnis autem ſtatus dubius animarum pellit Sabbathum. Si ceciderit ſuper aliquem ruina ædium, & incertum ſit, an is ibi ſit, nec ne; an vivus ibi ſit, num mortuus; an gentilis ſit num Iſraëlita; tum aperiunt ſuper eo cumulum. Si invenerint eum adhuc vivere, tum pergunt cumulum illum aperire. Si meatu mortuus ſit; non ultra pergunt, ſed eum ita jacere ſinunt.

*Matth. XII. verſ. 11.) Ovem unam ſi inciderit Sabbatho, in foveam, prehenſam extrahet.*

In Tract. *Schabbath f. 128. 2.* Dixit R. Juda, dixiſſe Rabum: Si beſtia cediſſet in foſſam aquarum; tum affert quis pulvinos & pulvinaria, & ſupponit ei, &c.

*verſ.*

*verſ. 20.*) *Calamum contritum non confringet.* &c.

*Sanhedrin f. 105, 2.* Dixit R. Samuel filius Nachmani, dixiſſe R. *Jonathanem*: Quid eſt quod ſcribitur Prov. XXVII, 6. *Fida ſunt vulnera amici, & deprecanda oſcula inimici?* Scilicet melior eſt maledictio, qua maledixit Achias Silonita Iſraelis, quam benedictio, qua benedixit Bileam ille impius. Achias Silonita maledixit Iſraeli per calamum: quia dicitur 1. Reg. XIV. 15. *Et percutiet Iſraelem, ſicut commorabitur calamus in aquis.* Sicuti calamus aliquis ſtans in loco aquoſo, & ſucciſum truncum ſuum reparat, & radices ejus multiplicantur, etſi vel etiam omnes venti, qui ſunt in mundo, veniant, & ſpirent in eum, tamen non amovent eum de loco ſuo: ſed ille cedens illis hinc inde cum illis agitatur dutaxat: nam deinde ſedatis ventis ille ſe recolligit, iterumque erectus ſtat in loco ſuo. Sed Bileam ille impius benedixit illis per cedrum Num. XXIV, 6. Sicut cedrus aliqua non ſtat in loco aquoſo, & radices ejus paucæ ſunt, & truncum ſuum ſucciſum non reparat, etſi vel etiam omnes venti, qui ſunt in mundo, veniant, & ſpirent in eam, tamen non amovent eam de loco ſuo. Sed ſimulac Auſter gravi ſuo flatu ſpirat in eam, confeſtim eam radicitus evellit & invertit collapſam in faciem ſuam. Et non hoc tantum præſtat arundo cedro; verum etiam, quod arundo mereatur, ut ex ea accipiatur calamus, quo conſcribatur liber Legis, Prophetarum & Hagiographorum. In *Tr. Taanith f. 20. 1.* Ubi eadem repetuntur, hæc ſuppinguntur: Semper ſit homo tener, ut arundo: non autem durus, ut cedrus. Venit aliquando R. Eleaſar filius Simeonis, ex turri גדור Gadur, vel obſepta, e domo Magiſtri ſui, vectus aſino, ambulabat ad littus maris, gaudeoque vehementi captus animus ejus ſuperbiebat, quod didiciſſet doctrinam multam. Forte obveniebat ei homo quidam, qui valde erat ſordidus. Is ſalutabat R. Eleaſarem: Sed ille eum non reſalutabat, his verbis eum affatus: Vacue, quam ſordidus es vir: forte omnes cives urbis tuæ tibi ſimiles ſunt. Cui ille reſpondebat: neſcio; ſed i, dic artifici, qui fecit me: quam ſordidum eſt vas hoc, quod feciſti. Eleaſar, cognito intra ſe, quod peccaſſet deſcendebat de aſino, & proſternebat ſe coram eo, dicens ei: humiliter derogo, ut ignoſcas mihi. Cui ille reſpondebat: non ignoſco tibi, donec eas ad artificem qui fecit me, & dicas ei: quam ſordidum hoc vas eſt, quod feciſti. Quare ambulando ſequebatur ejus eum, donec perveniret in urbem ejus: ubi obviam procedentibus civibus ejus & dicentibus: Pax ſuper te { *Rabbi* / *Magiſter mi* } { *Rabbi* / *Magiſter mi* } { *Mori* / *Domine mi* } { *Mori* / *Domine mi*: } quærebat ex eis alter ille ſordidus; quem ita vocarent? Reſpondentibus eis: hunc, qui te ſequitur: dicebat eis; ſi hic eſt Rabbi: utinam non multi ſint talis in Iſraele! Quærentibus ex eo; qui ſic? Reſpondebat: Quia ſic & ſic fecit mihi. Dicebant ei; etiamſi ita ſit, tamen ignoſce ei: quia homo magnæ exiſti-

existimationis est in Lege. Quibus ille respondebat: Vestri causa ecce ego ignosco ei; dummodo non assuescat ita facere. His auditis, statim ingressus *R. Eleasar* ita concionari cœpit: Semper sit homo tener, ut arundo; non autem durus, ut cedrus.

*vers. 39.) Generatio mala Signum quærit.*

Quam temerarii sint Judæi in signo adventus Messiæ petendo, etiam locus ille Talmudis edoceat, *Sanhedrin f. 98, 1,* Quærentibus discipulis a Præceptore suo R. Jose, filio Kismæ, &c. vid. sup. ad Matth. I, 1.

## MATTHÆI CAP. XIII.

*vers. 12.) Habenti dabitur, & abundabit.*

*Berachoth f. 55. 1.* Dixit R. *Johannes:* Nemini Deus Opt. Max. dat sapientiam, nisi ei, qui habet sapientiam: quia dicitur Dan. II, 21, *Dedit sapientiam sapientibus, & scientiam scientibus intelligentiam.* Audivit hoc R. Tachalipha filius Maarabhæ, & dixit coram R. Abhu: Vos unde docetis illud? Nos inde docemus illud: quia scribitur Exod. XXXI, 6. *Et in corde omnis sapientis dedi sapientiam.*

*Ibid. f. 40, 1. & Succa 46, 2.* Dixit R. *Zira*, estque qui dicit, dixisse R. Chinnam filium Paphæ: Veni, & vide, quod non sit talis Dei mos, qualis mortalis hominis. Mos mortalis hominis est, ut vas, si vacuum sit, habeat, seu contineat; si plenum sit, non contineat. Sed Deus Opt. Max. non ita agit. Apud ipsum si plenum sit; continet: si vacuum, non continet: quia dicitur Exod. XV, 26. *Et dixit, si obediendo obedies. Si audiendo* (prima vice;) *audies*, (plus secunda vice.) Alia expositio: *Si audiendo;* de veteri: *audies*, de novo. Et si avertet se cor tuum; postea non audies.

*vers. 30.) Colligite primum Zizania & alligate ea in fasciculos* &c.

*Bava Metzia f. 83, 2.* R. Eleasar filius R. Simeonis, dato consilio, quomodo fures nocturni, interdiu discerni & capi possint; a Cæsare jussus ut ipse, qui consilium daret, auxilium ferret; lictoris officio functus, pergebat fures comprehendere. Mittebat ea de causa ad eum R. Josua filius Korchæ, qui exprobrarent ei functionem hanc ignominiosam, his verbis: acetum si vini, (*Glossa* impie, justo patre nate,) quosque tu prodis populum Dei nostri ad internecionem? Cui remittebat R. Eleasar, qui dicerent ei: Spinas ego consumo, ex vinea. R. Josua contra remittebat ei, qui dicerent: Noli antevertere dominum vineæ (Deum,) qui est dominus vineæ, qui veniet, & consumet spinas ejus.

*vers.*

*vers. 32.) Ex Sinapi fit arbor. &c.*

*Ketbuboth f. 111. 2.* Traditio: Dixit R. *Joseph:* exemplum esse in Schichin (loco terræ Canaan,) de aliquo, quod reliquerit ei pater ejus 3. caules Sinapi, ex quibus avulso uno, inventi erant in eo 9. cabi seu modii Sinapi, & lignis ejus contexebant tabernacula figulorum.

*vers. 43.) Tunc justi splendebunt, sicut Sol.* &c.

*Sanhedrin f. 91, 2. & Pesachim f. 68, 1.* Resch Lakisch duos istos versus sibi invicem, ut contrarios visos, opponebat: Scribitur Jer. XXXI, 8. *Inter eos, cæcum & claudum, gravidam & puerperam simul.* (*Glossa:* Quia resuscitati resurgent cum pristinis suis maculis seu vitiis.) Et scribitur Esa. XXXV, 6. *Tunc subsiliet, ut cervus, claudus, & canet lingua muti: quia eruperunt in deserto aquæ, & fluenta in campestri regione.* (*Glossa:* Quibus verbis significatur: resuscitatos sanatum iri a pristinis vitiis.) Hoc quomodo? Respondeo; resurgent quidem cum vitiis suis; sed sanabuntur. (*Glossa:* resurgunt cum vitiis suis; sed postea ab illis sanantur.) Ula istos versus inter se opponebat: scribitur Esa. XXV, 8. *Absorpsit mortem in æternum.* (*Glossa:* absorbebitur Angelus mortis, ut non amplius dominetur.) Et scribitur Esa. LXV, 21. *Quia puer 100. annorum morietur.* Respondeo, non esse contradictionem: nam illud Esa. XXV, 8. intelligendum est de Israëlitis. Hoc Esa. LXV, 21. de nationibus mundi. At nationes mundi quid ibi volent? (*Glossa:* quorsum eis ibi opus est, vel, quid istic eis rei est?) Quia scribitur Esa. LXI, 5. *Et stabunt alieni, & pascent gregem vestrum, & filii alienigenæ, agricolæ vestri, & vinitores vestri* &c. R. *Chasda* istos versiculos inter se opponebat: scribitur Esa. XXIV, 23. *Et expallescet Luna.* &c. v. supra Paulo post: Raba istos versiculos inter se oppenebat: Scribitur Deut. XXXII, 39. *Ego occidam & vivificabo.* Et scribitur Ibid. *Percussi, & ego sanabo.* Nunc, si vivificando vivifico; nonne multo magis sano? Non est hæc horum verborum mens. Sed dicere voluit Deus Opt. Max. Id quod ego occido, ego vivifico: sicut, quod ego percussi, & ego sanabo. Tradiderunt Rabbini: *Ego occidam & vivificabo:* Ne quis putet, forte mortem esse in uno, & vitam in altero, (*Glossa:* quod ego occidam mortuos, & vivificem alamque vivos), ad eum modum, quo mundus solet observare, (*Glossa:* uno moriente, & altero nato:) ideo notanter dicendum erat: *percussi, & ego sanabo.* Sicut vulnus & sanatio ad unum eundemque pertinent: ita etiam mors & vita ad unum eundemque pertinent. Hinc habemus refutationem eorum, qui dicunt: Resurrectionem non posse probari ex Lege. *Alia expositio:* Initio, id, quod ego occido, vivifico; & postea, id, quod ego percussi, & ego sanabo. (*Glossa:* Quia ad modum, quo sunt mortui,

M claudi,

claudi, cœci, muti: sic ipsi reviviscunt cum vitiis suis. Postea autem sanabuntur: Sicut scribitur Esa. XXXV, 6. *Tunc subsiliet, ut cervus*, &c.)

*Sanhedrin f. 100, 1.* Argutum sermonem habuit *R. Juda* filius R. Simeonis: Quicunque nigram facit faciem suam propter res Legis, in Seculo præsenti; ejus splendorem lucidum efficit in Seculo futuro: quia dicitur Cant. V, 15. *Aspectus ejus, ut Libanus, electus ut cedri.* (*Glossa:* Scribitur autem paulo ante v. 11. *nigra, ut cervus.* Et statim cum eo conjungitur, v. 16. *Palatum ejus dulcedines.*)

*vers. 46.*) De magni pretii margarita, ab aliquo inventa & emta vid. Schabbath. f. 119, 1.

## MATTHÆI CAP. XIV.

*vers. 6.*) γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου. *Cum agerentur natalitia Herodis:*

*Aboda Sara f. 8.* In Mischna: Inter Festa gentilium, in quibus nefas est Judæis cum illis negotiari, refertur etiam יום גנוסיא של מלכים dies *γενέσεως*, seu generationis regum. Ad quæ verba postea in Gemara notatur *f. 10. 1:* Quid est dies גנוסיא *Genosiæ?* Respondit R. Judas: per hunc intelligi diem, quo constituunt, seu creant regem. Atqui Traditio est: Dies Genosja & dies, quo constituunt regem (ergo hæc duo inter se differunt, & dies Genosja, per alterum non potest exponi.) Respondeo; non esse contradictionem. Nam alterum intelligendum est, de eo ipso: alterum de filio ejus. (*Glossa:* Quum constituunt filium regis, vivente patre ejus, ad confirmandum eum in regno, tum lætatus est rex, & facit eum diem festum.

*vers. 25.*) *Quarta vigilia.*

*Berachoth f. 3. 2.* Disputatur inter doctores, tresne an 4. fuerint vigiliæ. vid. Tom. II. p. 111.

*vers. 34.*) *Gennesareth.* vid. Inf. Joh. VI, 1.

## MATTHÆI CAP. XV.

*vers. 2.*) *Quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum? non enim lavant manus, quum panem comedunt.*

*Sota f. 4. 2.* Sermonem argutum habuit R. *Evira*, interdum dixit illud nomine R. Immi: interdum autem dixit illud nomine R. Ases: Quicunque edit panem absque lotione manuum, perinde facit, ac si rem haberet cum muliere

liere meretrice, quia dicitur Prov. VI, 26. *Quia pro muliere meretrice, usque ad tractam panis.* Dixit Raba: Pro hoc, *pro muliere meretrice usque ad tractam panis,* dicendum fuisset; *pro tracta panis, usque ad mulierem meretricem.* Quare: non est hæc mens horum verborum: Sed, dixit Raba, hoc voluit dicere, quod, quicunque rem habet cum muliere meretrice, postea quærat tractam panis. Dixit R. *Zerika*, dixisse R. *Eleasarem:* Quicunque vilipendit lotionem manuum, exstirpatur ex hoc Seculo. Dixit R. *Chaia* filius Asches, dixisse *Rabum:* Si aquas priores adhibeat, debet elevare manus suas sursum: Si aquas posteriores; demittere debet manus suas deorsum. Traditio etiam sic est: Si quis lavet manus suas sursum, ne forte exeant aquæ extra juncturam, & redeant, & immundas reddant manus. Dixit R. *Abbu:* Quicunque edit panem suum sine exsiccatione manuum, perinde facit, ac si ederet panem immundum: quia dicitur Ezech. IV, 13. *Sic edent filii Israël panem suum immundum* &c.

*Schabbath f. 107. 2.* Manus (antequam mane aqua frigida probe abluta fuerit) ori podicis imposita, digna est, quæ abscindatur. Ibidem: Si manus illota oculos tangat, causa est cæcitatis: si aures, surditatis, &c.

*vers. 5.) Donum quodcunque ex me, &c.*

Similiter etiam decreverant de parentibus, quod ob votum, potuerint liberis suis victum denegare. *Baba Kama f. 108. 2. Mischna:* Si quis filio suo dixit: Sancte voveo, te ex meis non esse utilitatem percepturum; ubi obiit, ejus sit hæres filius. Si de vita sua, & morte sua hoc dixit, ubi obiit, ejus hæres non sit filius: Sed illius filiis aut fratribus hæreditatem tradit.

Alii tamen tradunt in *Mischna Nedarim f. 64. 1.* R. Eliesér dicit: Aperiunt (seu occasionem relaxandi vou dant) homini, per honorem patri & matri habendum. &c.

*vers. 9.) Frustra me colunt, docentes doctrinas, sola præcepta hominum.*

*Erubbin f. 21. 2.* Dixit R. *Chasda:* Sermonem argutum habuit Meri filius Mar: Quid est, quod scribitur Jer. XXIV, 1. *Et ecce duo* דּוּדָאֵי *calathi ficuum dispositi coram templo Domini* &c. v. 2. *Calathus unus habebat ficus bonas valde, ut primæ ficus sunt: calathus alter habebat ficus malas valde, quæ non esui erant, præ malitia?* Per, *ficus bonas*, intelliguntur justi perfecti. Ne quis autem dicat: forte periisse spem eorum, & prorsus sublatam esse exspectationem eorum; ideo notanter dicendum erat Cant. VII, v. 14. הַדּוּדָאִים *Calathi dederunt odorem.* Hoc est, Hi & illi, (ambo,

perfecti justi, & perfecti impii;) redditurі sunt odorem. Sermonem argutum habuit Raba: Quid est, quod scribitur Cant. VII, 14. *calathi dederunt odorem?* Per hoc intelliguntur juvenes Israelitarum, qui non gustarunt saporem peccati. *Et super januis nostris omnes* מגדים *Megadim,* h.e. *pretiosi fructus: Ibid.* Per hoc intelliguntur filiæ Israëlitarum, quæ מגידות *Maggidoth*, h.e. indicant januas suas maritis suis. (*Glossa:* Quum uxor alicujus videt sanguinem menstruum, dicit id marito suo, ut ipse se ab ea separet.)

*Alia expositio:* Quæ אוגדות *Ogedoth*, h.e. *vinculo colligant* januam suam, in usum maritorum suorum. (*Glossa:* quia se ab aliis non patiuntur iniri.) *Ibid. Nova, etiam vetera* (h.e. verba Legis.) Dixit Ecclesia Israëlitica coram Deo Opt. Max. *Abscondi tibi:* (*Glossa:* Servavi omnia ista tibi, tui causa:) Domine mundi decrevi ipsa super me plus; quam tu decrevisti super me, & servavi ea. *Dixit *R. Chasda* ad aliquem excellentem Seniorem Rabbinorum, qui ordinabat Aggadas coram ipso: num percipitur tibi, *vetera?* Et, *etiam nova? quid illud?* Cui ille respondebat: Per illa intelliguntur præcepta levia: per hæc intelliguntur præcepta gravia. Huic ille regerebat: Et quid? Num aliis atque aliis vicibus data est Lex, ut hæc sit nova, illa autem vetus! Quare non hæc est horum verborum sententia: Sed illa sunt ex verbis Legis: hæc autem ex verbis Scribarum. (*Nova* quæ innovata sunt in unaquaque generatione ad definiendum terminum & sepem.)

*vers. 27.) Catelli edunt, de micis cadentibus de mensa Dominorum.*

*Schabbath f. 155. 2.* Sermonem argutum habuit R. *Jonas* ad januam domus Principis: Quid est, quod scribitur Prov. XXIX, 7. *Scit justus causam pauperum?* Scilicet, Deus Opt. Max. agnoscit de cane, quod alimenta ejus pauca sint, (*Glossa:* quod homo non utatur clementia erga canem, ut det ei pabulum multum;) propterea effecit, ut cibus ejus moretur in intestinis ejus 3. dies.

## MATTHÆI CAP. XVII.

*vers. 25.) Reges terræ a quibus accipiunt censum? an a filiis suis, an ab alienis?*

*Succa f. 30. 1.* Dixit R. *Johannes* nomine R. Simeonis filii Jochai: Quid est, quod scribitur Esa. LXI, 8. *Quia ego Dominus, diligens judicium, odio habens raptum in holocausto?* Simile est hoc Regi carnis & sanguinis (h.e. mortali,) qui transiens per domum telonii, servis suis dixit: date telonium publi-

publicanis. Dicentibus autem eis; Qui ſic? Cum totum illud telonium tuum ſit. Reſpondebat eis: A meo exemplo diſcant viatores, ſibi non abſtinendum eſſe a dando telonio. Sic etiam Deus Opt. Max. dixit; Ego Dominus odio proſequor raptum in holocauſto. A meo exemplo diſcant filii mei, ut abſtineant ſeipſos a rapto.

## MATTHÆI CAP. XVIII.

*verſ. 8.) Melius eſt tibi, ingredi in vitam, claudum vel mancium* &c.

*Chagiga f. 14. 1.* Hiob. XXII, 16. Qui קמטו *deciſi ſunt absque tempore.* R. Nachman filius Iſaaci dixit: qui deciſi ſunt ad benedictionem; illud eſſe, quod ſcribitur: ut ſunt Studioſi Sapientiæ, qui מקמטין diſcindunt ſeipſos propter verba Legis in hoc præſenti Seculo, quibus Deus Opt. Max. revelat סוד myſterium in Seculo futuro: quia dicitur Hiob. XXII, 16. *Fluvius effuſus* יסודם *fundamentum eorum.*

*verſ. 10.) Videte, ne contemnatis unum horum parvulorum* &c.

*Schabbath f. 119. 2.* Dixit *Reſch Lakiſch* nomine R. Judæ Principis: Mundus non conſiſtit niſi propter halitum oris puerorum domus Rabban (qui in prima pueritia diſcunt ſub præceptore Scholæ legere & ſcribere.) Dixit R. Papha ad Abai: Meus & tuus oris halitus quid efficit? Cui ille reſpondebat: non eſt ſimilis halitus, in quo eſt peccatum, halitui, in quo nullum eſt peccatum. Item dixit Reſch Lakiſch ad R. Judam Principem: Sic traditione edoctus ſum a patribus meis: alii autem dicunt, eum dixiſſe, a patribus tuis: Omnem urbem, in qua non ſunt pueri domus Rabban (h. e. Scholares,) devaſtari. *Rabbina* dixit: eam anathematizari. Item dixit Raba: Hieroſolyma non eſt devaſtata, niſi ideo, quia deſinere faciebat ex ſe præditos fide: quia dicitur Jerem. V, 1. *Diſcurrite per plateas,* &c.

*verſ. 17.) Sit Tibi ut publicanus.*

*Sanhedrin f. 25. 2.* Dixit R. *Juda:* Si quis ſimpliciter ſit publicanus, (nondum convictus, quod plus ſtato exegerit,) legitimus eſt ad teſtimonium dicendum. Pater R. Ziræ egit publicanum 13. annos. Quum venturus erat Princeps loci illius, cujus vectigal fluvii erat, in urbem, ſi quem Rabbinorum videbat pater R. Ziræ, dicebat; *Vade, popule mi, intra penetralia tua.* Eſa. XXVI, 20. (*Gloſſa:* dicebat eis: cavete, ne vos videat princeps urbis: ne, ſi videat, quod multi ſint incolæ urbis, petat multam pecuniam quotannis. Pater R. Ziræ autem levis reddebat eis tributum, & impedie.

pediebat principem urbis, dicendo: paucos esse incolas urbis, & neminem, a quo exigeret.)

*Matth. XVIII, vers. 20.) Ubi duo aut tres congregati in nomine meo*, &c.

*Ibid. f. 39. 1.* Dixit Cæsar ad R. Gamalielem: Dicitis, ubicunque locorum deni colliguntur, ibi divinitatem habitare. Quot ergo erunt divinitates? Vocabat Rabban Gamaliel ministrum Cæsaris. Quum ille venisset, percutiebat R. Gamaliel cervicem ejus. Cui dicente Cæsare; quare eum percutis? Respondebat Gamaliel; quia Sol intravit in Regiam Cæsaris. Dicente ei Cæsare: Sol toti mundo incumbit. Regerebat Gamaliel: Si Sol, qui est unus ex millenis myriadibus ministrorum, qui coram Deo Opt. Max. sunt, incumbit, seu adest toti mundo: quanto ergo magis divinitas DEI Opt. Maximi?

*Berachoth f. 6. 1.* Abba *Benjamin* dicit: Non exauditur Oratio hominis, nisi in Synagoga: quia dicitur 1. Reg. VIII, 28. *Ad audiendum* (רִנָּה) *clamorem, & Orationem.* In loco רִנָּה clamoris, ibi est oratio. (*Glossa:* In Synagoga: quia ibi dicunt cœtus cantica, & hymnos per melodiam vocis suavis.) Dixit *Rabni* filius R. Adæ, dixisse R. *Isaacum:* Unde probatur, quod Deus Opt. Max. frequenter & facile præsens inveniatur in Synagoga? Quia dicitur Psal. LXXXII, 1. *Deus stat in cœtu Dei.* (*Glossa:* In sua domo conventus.) Unde autem probatur de decem, qui orant, quod Deus habitet cum eis? Quia dicitur, *Deus stat in cœtu Dei.* Unde autem probatur de tribus, quod, si sedeant judicii habendi causa, divinitas habitet cum eis? Quia dicitur ibid: *In medio deorum judicabit.* Unde autem probatur de duobus, quod, si sedeant & studeant in Lege, divinitas habitet cum eis? Quia dicitur Mal. III, 16. *Tunc colloquuti sunt timentes Domino alter ad alterum, & auscultabit Dominus*, &c.

*Abboth cap. 8.* Josua filius Perachiæ dixit: Magistrum tibi parato, & socium tibi acquirito, &c. Socium tibi acquirito, quomodo? Docere voluit, quod homo debeat acquirere socium sibi ipsi, qui comedat secum, & in Mischna studeat secum, & dormiat secum, & cui revelet omnia secreta sua, secretum Legis & secretum viæ terræ: quia sedent & student in Lege, & erraverit unus ex illis, est Halacha, aut principium capitis: aut cum dicet, de immundo, mundum: aut de mundo, immundum: vicibus, quibus Socius ejus convertit eum, est illis merces bona in labore eorum: quia dicitur Eccl. IV, 9. *Meliores sunt duo, uno. Est illis merces bona in labore eorum.* Si tres sint, qui sedent & student in Lege, imputat eis Deus Opt. Max. perinde,

inde, ac si אגודה manipulus facti essent coram ipso: quia dicitur Amos. IX, v. 6. *Qui exstruxit in cœlis cœnacula sua, &* אגדתו *manipulum suum super terram*, &c. En colligis hinc, quod, si vel etiam tres sint, qui sedent & student in Lege, imputet eis perinde, ac si manipulus facti essent coram Deo Opt. Maximo: Si duo sedent & student in Lege, merces eorum recipitur in alto: quia dicitur Mal. III, 16. *Tunc collocuti sunt timentes Domini alter cum altero, & auscultavit Dominus.* Per, *timentes Domini*, intelliguntur ii, quibus, quum decernunt decretum, & dicunt: eamus, & solvamus vinctos, & liberemus captivos; suppeditat Deus Opt. Max. in manus eorum, & eunt, & faciunt statim. Per, *& de cogitantibus nomen ejus*, intelliguntur illi, quibus, quum cogitant in corde suo, & dicunt; eamus & solvamus vinctos, & liberemus captivos; non suppeditavit Deus Opt. Max. in manus eorum, & venit Angelus, & prosternit eos in terram. Si unus sedet & studet in Lege, merces ejus recipitur in altitudine: quia dicitur, Thren. III, 28. *Sedet solitarius, & silebit: quia accepit super eo.* Quod per parabolam explicari potest, cui simile sit: Scilicet alicui, qui habebat filium parvulum, quem sinebat exire in plateam: stabat ille, & acceptum volumen deponebat inter femora sua, sedensque meditabatur in eo. Quum filius veniret e platea, dicebat eis pater: Videte filium meum parvulum, quem sciebam exire in plateam, a seipso accepto volumine inter femora sua sedebat, & discebat in eo. Ecce hinc colligis, quod si etiam unus sedeat & studeat in Lege, merces ejus recipiatur in altitudine.

## MATTHÆI CAP. XIX.

*Vers. 3.) Num licet homini uxorem dimittere absque ulla causa?*

Vid. supr. ad *Cap. V. 31.*

*Sanhedrin f. 22. 1.* Dixit R. Jacob, dixisse R. *Johannem*: Abisag (de qua 1. Reg. I, 3.) permissa erat Salomoni, in matrimonium; prohibita autem Adoniæ. Permissa erat Salomoni: quia Rex erat; rex autem utitur sceptro regio. Prohibita autem erat Adoniæ: quia idiota erat. At quid Abisag ducine poterat a Salomone, cum uxor patris ejus fuisse, videatur? Respondeo, quod sic: cum eam David non duxerit in uxorem. Nam scribitur 1. Reg. I, v. 1. *Et Rex David senuerat (provectus erat) ætate*, v. 2. *Et dixerunt ad eum servi ejus; quærant*, &c. Et scribitur v. 3. *Et quæsiverunt puellam formosam*, &c. Et scribitur v. 4. *Et puella erat pulchra supra modum, & erat regi adjutrix, & ministrabat ei.* Illa dixerat ad regem: accipiamus nos invicem. Respondebat ei David: prohibitum mihi est te ducere uxorem; (*Glossa*: quia jam duxi 18. uxores; ultra quem numerum Regi uxores ducere

cere non licet.) Illa contra ei dicebat: Destitue furem; ne habeat furandi occasionem; ipse seipsum componet ad pacem. (*Glossa:* Quum fur destituitur, quia locum furandi non invenit, seipsum conservat per patientiam, ut vir pacis. Quasi diceret: ideo, quia senuisti, & languet virilitas tua, tu dicis, me tibi esse prohibitam.) Quare ut opprobrium hoc David a se averteret, & se adhuc virum esse probaret,) dixit ad adstantes: Vocate mihi Bathsebam. Et scribitur v. 15. *Et venit Bathseba ad regem in penetrale.* Dixit *Rabus:* ea ipsa hora exterserat se Bathseba 13. mappis. (*Glossa:* Quia David tum cum ea congressus erat tredecim congressibus, & post singulos congressus, interim dum ad alium pergebat, ea sese mappa absterserat.) Dixit R. *Schaman* filius Abbæ: Veni & vide, quam gravia sint repudia: nam ecce Davidi regi permittebatur, ut solus cum sola (innupta Abisag) ageret, (quod tamen alias est vetitum;) & tamen non permittebatur ei, ut ullam ex uxoribus repudiaret, (quod tamen alias est licitum.)

*Gittin f. 90. 1.* Ad verba Mischnæ: *R. Akiba dicit: si vel soltem invenerit,* &c. vid. sup. ad Matth. V, 31. notatur in Gemara. De quonam dissentiunt? De eo, quod est Resch Lakisch. Nam dixit *Resch Lakisch:* vocula כִּי *Ki,* usurpatur 4. modis, (1) significat אי *Si.* (2) דלמא *ne forte, forte.* (3) אלא *sed, nisi.* (4) דהא *quia ecce.* Domus Schammai putarunt כִּי *quum inveniet in ea pudendum rei,* Deut. XXIV, 1. כִּי *Ki,* idem esse, quod דהא, *ideo, quia,* vel *quia ecce invenit in ea pudendum verbi,* vel *rei.* R. *Akiba* autem pudavit, כִּי *Ki, si invenit in ea pudendum rei;* significare: *si etiam invenit in ea pudendum rei.* Dixit *R. Papha* ad Rabam: Si non invenerit in ea, neque *pudendum,* neque *verbum,* quid tum? Cui ille respondebat: ex eo, quod revelavit Deus de vi comprimente puellam, Deut. XXII, 29. *Non poterit dimittere eam omnibus diebus suis.* Scilicet eo, *omnibus diebus suis,* ad præceptum standi & reducendi refertur. Ibi illud est, quod revelavit Deus: Sed hic id, quod fecit, fecisse censetur. Dixit *R. Maschreschia* ad Rabam: Si cor ejus sit ad expellendum eam, ipsa autem maneat sub eo, & ministret ei; quid tum? Prædicatur de ea: *Ne moliaris adversus socium tuum malum, & ipse manet secure tecum.* Prov. III, 29. Traditio: Dicebat R. *Meir:* Sicut sunt scientiæ in cibo; (*Glossa:* Scientiæ, vel ingenia hominum dividuntur circa debilitatem, cibi & potus: Est, qui est debilis & nauseabundus circa cibum, propter fastidium parvum. Estque, qui non adeo est debilis;) ita etiam scientiæ sunt in mulieribus. (*Glossa:* ita etiam scientiæ hominum dividuntur circa proterviam. Est, qui suspicax vel sollicitus & propter proterviam. Estque qui non suspicax est adeo. Et est, qui plane non est suspicax.) Reperias hominem, inter cujus calicem si ceciderit musca,

musca, qui projiciat eum, neque bibat eum. Tali more præditus erat *Paphus* filius Judæ, qui, cum in publicum prodibat, post se claudebat januam obducta sera, coram uxore sua. (*Glossa:* Paphus maritus uxoris alicujus erat, is, cum prodibat e domo sua in forum, obserabat januam propter eam, ne ea interim cum quicquam loqueretur. Mos autem hic non erat decorus: quia propter rem hanc, inimicitia inter eos subortа, occasionem uxori dedit scortandi sub illo.) Alium deinde reperias, qui, intra calicem suum cadente musca, ea exempta & abjecta, nihilominus calicem ebibat. Et hic debet esse mos cujuslibet hominis, ut, muliere loquente cum fratre suo, & propinquis suis, maritus hoc ei concedat. Reperias denique hominem, qui, si ceciderit musca intra paropsidem, eam exprimat, & comedat eam. Atque hic est mos hominis culpabilis, qui ferre potest, cum videt uxorem suam prodire in publicum capite nudatam, & nentem in platea, & diffissam ab utroque latere, & lavantem cum hominibus. Cum hominibus, putasne? Atqui sic ratio subesset, quare pro meretrice talis esset habenda. Ergo non est hæc mens horum verborum: Sed, in loco, ubi homines lavant. (*Glossa:* si ipsa ingrediatur balneum, eis videntibus, postquam hi egressi sunt e balneo: quum ipsi induunt vestes suas.) De tali præceptum est ex Lege, ut expellat eam: quia dicitur Deut. XXIV, 1. *Quum inveniet in ea pudendum rei*, v. 2. *Et dimittet eam e domo sua, & ibit, & erit viro alii.* Scriptura vocavit eum *alium:* quasi diceret; quia hic non est filius comparis priori. Hic enim expulit impiam e domo sua; ipse autem (alius, seu posterior,) introduxit impiam intra domum suam. Si meritus fuerit secundus sua justitia; dimisit eam: quia dicitur v. 3. *Et oderit eam vir ille posterior.* Sin minus; ea sepelit eum, quia dicitur, *ibid: Aut cum morietur vir ille posterior.* Sicut par, & justum erat, ipse obnoxius est morti: Quia alter expulerat impietatem e domo sua: hic autem introduxerat impietatem intra domum suam. Mal. II, 16. *Quia odit dimittere.* *R. Judas* hæc verba ita exponit: Si oderis eam; dimitte. R. *Johannes* dicit: Et non dissentiunt: alterum intelligendum est de conjugio primo, (uxore juventutis non dimittenda, & de ea loquitur textus:) alterum de conjugio secundo. Quia dixit *R. Eleasar:* Quicunque expellit uxorem suam primam; ejus causa, & vel etiam altare profundit lachrymas: quia dicitur Mal. II, 13. *Et hoc secundo facietis, tegendo lachrymas apud altare Domini, fletum & gemitum: ut non respiciat ad Mincham, & accipiat benevole e manu vestra.* v. 14. *Et dixistis; quare? Quia Dominus testatus est inter te, & inter uxorem juventutis tuæ, contra quam tu perfide egisti: cum ipsa sit socia tua, & uxor fœderis tui.*

*Matth. XIX, vers. 12.)* *Sunt eunuchi ex utero matris* &c.

*Jevammoth f. 20. 2. & f. 79. 2.* mentio fit castratorum ab homine. Ubi notat *Glossa:* Significari eum, quem castrarunt homines, non autem qui castratur a morbo a seipso. Et in Glossa *Sanhedrin f. 93. 2.* scribitur: solitos esse reges castrare, homines, ut vacarent sævitiæ regis.

*vers. 14.)* *Talium puerorum est regnum Cœlorum*, &c.

*Sanhedrin f. 110. 2.* Traditio. Parvuli nati ex filiis impiorum Israelitarum non venient in Seculum futurum: quia dicitur Mal. III, 19. *Quia ecce hic dies venit, ardens ut fornax: & erit, omnes superbi, & omnes facientes iniquitatem stipula, & inflammabit eos hic dies veniens, dixit Dominus exercituum, qui non reliquit illis radicem & ramum.* (*Glossa:* per, *radicem & ramum*, intelliguntur parvuli filii eorum.) Scilicet, *radicem*, in hoc Seculo: & *ramum*, in Seculo futuro. (*Glossa: radicem in Seculo hoc:* quia morientur per abortum. *Et ramum in Seculo futuro:* quia scilicet patres ipsorum fuerint impii, ipsi tamen non peccarunt.): ut sentit Rabban Gamaliel. R. Akiba dicit: Veniunt ipsi in Seculum futurum: quia dicitur Psal. CXVI, 6. *Custodit* פְּתָיִים *simplices Dominus.* Nam sic (פְּתָיִים) vocant in regionibus maritimis infantes. Et dicitur Dan. IV, 11. XII, 20. *Succidite arborem, & perdite eam, sed stirpem radicum ejus, in terra relinquite.* (*Glossa:* Per, *stirpem radicum ejus, in terra*, intelliguntur parvuli: quia, licet patribus non sit futura reparatio, tamen his erit.) At quid ego confirmo? Mal. III, 19. *Non relinquet illis radicem & ramum.* Quia non relinquet, neque præceptum, neque reliquias præcepti. *Alia expositio:* Per, *radicem*, intelligitur anima: per *ramum*, intelligitur corpus; Sed de parvulis natis ab impiis nationum mundi, communi omnium sententia statuitur, quod non veniant in Seculum futurum. Rabban Gamaliel autem inde infert, ex Esa. XXVI, 14. *Et perdes memoriam illis.* Quæsitum est, ecquando parvulus veniat in Seculum futurum? Respondebat R. *Chaia* & *R. Simeon* filius Ribbi; alter quidem: Ab ea statim hora, qua natus est: Alter autem: Ab ea hora, qua סיפר loqui, vel numerare cœpit. Is, qui dixit, ab ea statim hora, qua natus est, probavit inde: quia dicitur Psal. XXII, 32. *Venient & annunciabunt justitiam ejus populo nato, quia fecit.* Is autem, qui dixit, ab ea hora, qua loqui, vel numerare cœpit, probavit inde: quia scribitur v. 31. *Semen serviet ei* יְסֻפַּר *narrabitur*, vel *numerabitur Domino in generationem.* (*Glossa:* Semen המסופר quod loqui vel numerare fit, serviet ei, Domino, in generationem & generationem redibit ei & vivet.) Dictum est, a Rabinam: Ab ea hora, qua semen, seu proles, seminatur, (*Glossa:* qua fœtus conceptus est in utero mulieris:) etiamsi abortum faciat mater ejus, &

& impediatur, quo minus perfectum edat partum, tamen est ei pars in Seculo futuro: quia scribitur; *Semen serviet ei.* Et sic dicitur in *Ketbuboth cap. ult.* ex Esa XXVI, 19. *cadaver meum surget:* ad includendum abortum, quia dicitur, *semen serviet ei.* R. *Nachman* filius Isaaci, dixit: Ab ea hora, qua circumcisus est infans, it in Seculum futurum: quia scribitur Ps. LXXXVIII, 16. *Pauper ego sum, & exspirans ab excussione, tuli errores tuos, desperabo* (*Glossa:* Etiamsi ego sim pauper, tamen exspiratio mea habetur pro exspiratione, & digna est, de qua dicatur, ut Gen. XLIX, 33. *& exspiravit.* Quasi dicas; quod dignus habeor futuro beato Seculo, ut justi, de quibus dicitur vox exspirandi) A quo autem tempore? Ab eo quo ego, fero terrores tuos, metumque tuum devolutum & manentem super me. Hic ipse autem est circumcisio, quæ est in carne nostra, quam nos observamus ob terrorem Dei. Traditur in *Schabbath. f. 119. 2.* nomine *R. Meir:* Parvulum venire in Seculum futurum ab ea hora, qua dicere potest אמן Amen: quia dicitur Esa. XXVI, 2. *Aperite portas, & introite gens justa, servans* אמונים *fidem.* Ne legas שומר אמונים *Schomer èmunim* quod significaret, *servans fidem;* sed שאומר אמן *Schæomer Amen,* h. e. *qui servat Amen.* Quid est Amen, (*Glossa:* Postquam respondere solet ad omnem benedictionem, Amen: quomodo significat susceptionem timoris Dei?) Respondit *R. Chanina:* Per vocem אמן significari אל *Deus* מלך *rex;* נאמן *fidelis.* (*Glossa:* Per Notaricon innuit talis sua responsione, quod vere credat in Deum.) Esa. V, 14. *Propterea dilatavit infernus animam suam, & diduxit os suum ei qui est sine statuto.* Dixit *Resch Lakisch:* Ei, qui relinquit vel etiam statutum unum. (*Glossa:* ut non servet illud, is adjudicatur Gehennæ.) Dixit *R. Johannes:* Non placet Domino illorum, (*Glossa:* Non vult Deus, ut adeo rigidissime judices Israelitas,) quod dixisti de illis ita: sed etiamsi non didicerit nisi unum tantummodo statutum, tamen veniet in Seculum futurum quia dicitur Zach. XIII, 8. *Et erit in tota terra, dictum Domini, duo trientes exscindentur, exspirabunt, & unus triens superstes erit in ea.* Dixit *Resch Lakisch:* Per hunc intelligi trientem Semi. (*Glossa:* Duo Trientes totius mundi exscindentur. Et triens unus superstes erit in ea. Et quinam est iste triens? Omnes trientes, quos licet in 3. partes dividere, nos dividimus in 3. partes. Quia a Noacho divisus est totus mundus: tres autem ipse habuit filios. Ecce triens filiorum ejus est Sem. Et triens Semi, est Arphachsad: sicut scribitur Gen. X, 23. *Filii Sem, Elam & Assur, & Arphachsad, & Lud* &c.) Cui respondebat R. *Johannes:* Non placet Domino illorum, quod dixisti de illis ita. (*Glossa:* Non placet Deo, quod tu eos adeo diminuis: sed vel etiam triens Noachi servabitur.) Jer. III, 14 enim legitur: *Quia ego conjugio junxi (vos, unum ex urbe, & duos ex familia.* (*Glossa: unum ex urbe:* h. e. propter unum, qui est ex urbe, accepi totam urbem.) Dixit *Resch Lakisch:* Verba hæc accipien-

 cipien-

cipienda esse, uti sonant in Scriptura. Cui respondebat *R. Johannes*: Non placet Domino eorum, quod ita de illis loquutus es. Sed (hæc potius est horum verborum sententia;) quod vel unus ex urbe, totam urbem justificabit; & quod vel duo ex familia, justificabunt totam familiam Sedit R. *Cahana* coram Rabo, seditque & dixit: Verba illa accipienda esse, uti sonant, in Scriptura. Cui respondebat *Rabus*: Non placet Domino illorum, quod ita loquutus es de illis. Sed (hæc potius est horum verborum sententia,) quod vel unus ex illis justificabit totam urbem: & vel duo ex familia, justificabunt totam familiam. Videbat eum, quod fricando laverit caput suum, ascenderitque & sederit coram se: cui proinde dicebat: Hiob. XXVIII, 13. *Non invenieris in terra viventium.* (*Glossa*: in Seculo futuro.) Huic ille respondebat: Tu me exsecraris? Regerebat alter; Verba Scripturæ sunt, quæ dico. Nimirum non invenietur Lex in eo, qui vitæ suæ fovendæ deditus est, propter eam. (*Glossa*: Qui vitam suam potiorem habet, studio Legis. Traditio: R. *Simmai* dicit; dictum est Exod. VI, 7. *Et accipiam vos mihi in populum.* Et dictum est v. 8. *Et introducam vos.* Æquiparat exitum eorum ex Ægypto, ad introitum eorum in terram Canaan. Sicut duo tantum de 600000. introierunt in terram Canaan; Ita etiam duo tantum de Sexcentis millibus exiverunt ex Ægypto. (*Glossa*: quia ex omnibus Sexcentis millibus, qui erant in Ægypto, non reliqui fuerunt, nisi duo tantum, & isti duo istorum Sexcentorum millium ascenderunt: reliqui autem omnes mortui erant tribus illis diebus tenebrarum Exod. X, 21. ne viderent Ægyptii cadavera Israëlitarum.) Dixit *Raba*: Eandem rationem futuram in diebus Messiæ: (*Glossa*: quia non reliqui erunt ex singulis Sexagenis myriadibus plures, quam duo:) quia dicitur Hos. II, 15. *Et humiliabitur ibi, ut diebus adolescentiæ suæ; & ut die, quo ascendit ex terra Ægypti*:

*Matth. XIX, v. 24.) Facilius est Camelum per foramen acus transire, &c.*

*Berachoth f. 55. 2.* Dixit R. *Jonathan*: Non ostenditur (noctu per insomnium) homini, nisi ex eis rebus, quas *ipse* cogitat interdiu: quia dicitur Dan. IX, 29. *Tu rex, cogitationes tuæ super cubili tuo ascendebant* Aut, si malis, dicam, exinde rem hanc probari, v. 30. *Et cogitationes cordis tui scies.* Dixit Raba: Scias, quod non ostendatur homini, vel palma aurea, (h. e. insolita) vel elephas, qui intret per foramen acus.

*Bava Mezia f. 38. 2.* R. *Amram* dicebat R. *Scheschetho*: forte descendere proximos agnatos in bona captivi abducti, eaque vendere; in Mischna tradidimus. Cui regerebat: forte tu es Pombeditanus, qui intromittunt elephantem per foramen acus. (h. e. qui dicunt impossibilia.)

*vers.*

*verſ. 30.)* *Primi erunt ultimi, & ultimi primi.* &c.

*Baba Bathra f. 10. 2.* Dixit R. Abhu: quærentibus aliquibus ex *Salomone*, quisnam ſit filius Seculi futuri? Reſpondebat; Omnis qui eſt ſicut ille, de quibus ſcribitur Eſa. XXIV, 23. *Coram ſenibus ejus gloriæ.* (*Gloſſa:* illi ſunt, quibus attribuunt honorem in Seculo hoc, propter ſapientiam ſenectutis eorum.) Secundum id, quod eſt Joſephi filii R. Joſuæ, qui, cum juxta *Peſachin f. 50. 1.* ægrotabat, in ecſtaſin raptus erat. (*Gloſſa:* exſpirabat, & ſpiritus ejus volitabat.) Quærenti ex eo patri ejus, quid vidiſti? reſpondebat; Seculum ſeu mundum inverſum: ſuperiores, inferius; & inferiores, ſuperius: (*Gloſſa:* illos, qui hic ſunt ſuperiores, propter divitias ſuas, vidi ibi, quod ſint inferius: Pauperes, qui ſunt inter nos humiles, & abjecti, ibi vidi honoratiſſimos.) Quo audito, dicebat ei pater: Seculum electum vidiſti. Nos autem, qui ſumus doctores Legis, eamque ſervamus, quales vidiſti ibi eſſe honores noſtros? Cui reſpondebat: vidi nos, quod, quales reputamur hic, tales reputemur etiam ibi. Et audiebam, quod dicerent: O beatum eum, qui venit huc, & doctrinam ſuam, quam didicit, manu habet. Et audiebam, quod dicerent, in ſepto, ſeu ſeparato loco, ubi degunt qui occiſi ſunt tyrannica poteſtate (h. e. in loco martyrum,) nulla creatura poteſt conſiſtere.

## MATTHÆI CAP. XX.

*verſ. 1. ſeqq.)* *Ad conducendum operarios in vineam ſuam.* &c.

*Baba Mezia f. 110. 2.* *Miſchna:* Mercenarius diei, ſeu, qui conducitur in diem, exigit (mercedem ſuam,) tota nocte. Mercenarius noctis exigit, toto die. Mercenarius horarum, exigit tota nocte & toto die. Mercenarius hebdomadis, mercenarius menſis, mercenarius anni, mercenarius ſeptennii, ſi exiverit in die, exigit in toto die; Si exiverit in nocte, exigit toto die & tota nocte. Poſtea in *Gemara f. 111. 1.* notatur: Mercenarius horarum noctis exigit tota nocte, & toto die. Hinc dixerunt: quicunque per vim detinet mercedem mercenarii, transgreditur quinque ſequentium interdictorum violatorum nomine, & peccat (1.) propter *Ne opprimas ſocium tuum*, Lev. XIX, 13. (2.) Et propter, *Ne rapias*, Lev. XIX, 13. Et propter (3.) *Ne vi opprimas mercedem mercenarii*, Deut. XXIV, 14. Et propter (4.) *Ne ſinas pernoctare* Lev. XIX, 3. Et propter, (5.) *In die ejus dabis dabis mercedem ejus*, Deut. XXIV, 15. Et *Non occidet ſuper eo Sol.* Deut. XXIV, 15. Iſta, quæ ſunt in die, non ſunt in nocte: quæ ſunt in nocte, non ſunt in die.

*Bava Mezia f. 83. 1.* *Miſchna:* Si quis conducat operarios, & dicat illis; ut mane & veſperi intenti ſint operi, ex loco, ubi ſolent ita mane & veſperi operam tractare; non licet ei cogere eos. Eo loco, quo ſolent operariis cibum ſubminiſtrare, ſi conduxerit operarios, ſe cibum

ſuppeditaturum ſuaviter, omnia ſuppeditet, ſecundum conſuetudinem urbis, &c.

*Matth. XX, verſ. 6).* *Exiens circa undecimam horam.* &c.

*Aboda Sara f. 3. 1.* Dicuntur gentes coram Deo in extremo judicio comparituræ, & petituræ, ut Deus de integro ipſis Legem ſervandam præſcribat, quam jam velint ſervare: Quibus Deus ſit reſponſurus; O ſtultiſſimi hominum, qui ſunt in mundo; is, qui die Veneris (*Gloſſa:* h. e. in Seculo præſenti) laboraverit, habebit, quod comedat in Sabbatho. Qui vero non laboraverit die Veneris: unde in Sabbatho comedat? &c. Quomodo ita (de præceptis ibi demum, in Seculo futuro ſervandis) dici potuit? Atqui dixit *R. Joſua* filius Levi; quid eſt, quod ſcribitur Deut. VII, 11, *Quæ ego præcipio tibi bodie?* Scilicet, *bodie ad faciendum ea* (in Seculo præſenti) non autem cras (in Seculo demum futuro) ad faciendum ea. Hodie ad faciendum ea; non autem hodie ad accipiendum mercedem eorum: Reſpondeo; non eſſe hanc horum verborum mentem; ſed eo ſignificavi, quod Deus ſuas creaturas non tractet per modum tyrannidis.

*verſ. 12.)* *Et pares eos nobis feciſti,* &c.

*Berachoth f. 17. 1.* Margarita (vel dicterium, ſ. verbum uſu triſtiſſimum) erat in ore Rabbinorum *Jafnenſium:* Ego, (qui ſtudeo in Lege,) ſum creatura, & ſocius meus (populus terræ, ſeu vulgus hominum) eſt creatura. Me quod attinet; artificium ſeu opificium meum eſt in urbe: & eum, quod attinet; artificium ejus eſt in agro. (h. e. artificium meum facilius eſt artificio ejus.) Ego mane aggredior artificium meum, & is mane aggreditur artificium ſuum. Sicut ipſe non magnifieret per artificium meum, (h. e. ſi aggrederetur meum ſtudium;) ita etiam ego non magnifierem per artificium ejus. Ne autem dicas; (æquum eſſe cum eo, ut non magnifiat per artificium meum, non eſſet ei cor apertum, ad multum efficiendum in Lege, ſicut ego; & parum efficeret, & non eſſet ei merces) ego multum; is autem parum efficit: Reſpondeo; ambos nos eſſe unius ejuſdemque rationis; ſive quis multum efficiat, ſive parvum efficiat: (tamen mercedem æquam accipiat) dummodo recte intendat cor ſuum ad Deum.

*verſ. 26.)* *Qui vult eſſe magnus inter vos, eſto veſter miniſter.*

*Kidduſchin f. 32. 2.* Traditur: Si princeps condonet læſionem honoris ſui, pro rato habetur. Regero ego: Exemplum eſt in R. Elieſere, R. Joſua, & R. Zadok, qui diſcumbebant in domo convivii filii Rabban Gamalielis: Rabban Gamaliel autem ſtabat, & potum præbebat (ſui pincernæ officio fungebatur) eis; porrigebatque poculum R. Elieſeri, quod ille recuſabat accipere. Cui

Cui dicebant R. Eliefer: Quid hic Josua? nobisne sedentibus filius Rabban Gamalielis stet, & potum infundat nobis? Cui ille respondebat: invenimus majorem, qui ministri officio functus est. Abraham maximæ suæ ætatis virorum existimationis erat, & tamen de eo scribitur Genes. XIII, 8. *Et ipse stabat apud eos.* At forte dicerent: id ideo factum esse, quia videbantur ei Angeli ministerii esse. Verum nego tales ei visos esse: Sed ajo eum habuisse illos pro mercatoribus Arabibus: Nos autem quod attinet, Rabban Gamaliel filius Ribbi non stans potum nobis infunderet? Dicebat eis R. Zadok: usquequo relicta gloria Dei studetis gloriæ creaturarum? Deus Opt. Max. agitat ventum suum, & elevat vapores, & dimittit pluviam & facit ut progerminet, & instruit mensam coram unoquoque. Et Gamaliel filius Ribbi non astaret nobis & vinum infunderet?

*vers. 27.) Qui vult esse primus inter vos, esto vester servus.*

*Horajoth f. 10, 1.* Tradiderunt Rabbini Lev. IV, 22. *Qui princeps peccaverit?* Exempto ægrotante. Ideo, quodsi ægrotaverit, depellitur a suo principatu. Dixit R. *Abdimi* filius Chamæ: excepto Principe lepra correpto; quia dicitur 2 Reg. XV, 5. *Et plaga percussit Dominus regem, & fuit leprosus, usque ad diem mortis suæ, & habitavit in domo libertatis.* (*Glossa:* Quia factus erat liber a regno. Nam privatus esse videbatur, neque afferebat hircum pro oblatione &c.) Ex eo, quod dixit, *in domo libertatis*, consequitur, quod usque in præsens servus fuerit. (*Glossa:* nam Principatus servitus erat ei jugum multorum:) Secundum dictum illud: cum enim Rabban Gamaliel & R. Josua una iter facerent navale, penes Rabban Gamalielem erat panis; penes R. Josuam erat panis & farina. Consumto pane Rabban Gamalielis, hic R. Josua se sustentabat farina. Quare R. Gamaliel quærebat ex R. Josua; unde sciebas, nos tantum temporis itineri huic insumturos esse, ut, eum in finem, farinam tecum sumeres. Cui ille respondebat: stella aliqua intra 70. annos ascendit, & seducit naves. Dixeram autem; forte ascendet talis stella & seducet nos. Cui dicebat R. Gamaliel: Tanta tu pollens sapientia, opus tamen habes tui sustentandi causa, tam difficile iter suscipere, & navim conscendere? Respondebat ei Josua: Usque adeone me miraris? Ego potius miror duos discipulos tuos, quos habes in terra, R. Eleasarem Chasmam, & R. Johannem filium Gudgedæ, qui sciunt metiri, quot sint guttæ in mari, nec tamen habent panem, quo vescantur; nec vestem, quo induantur. Quo audito; Gamaliel animo suo proponebat, collocare eos, in locum principatus, ut ex eo loco alerentur. Quare redux, factus ex maritimo itinere in terram accersebat eos ejus recausa, & non veniebant. Iterum ergo ab eo accersiti, veniebant. Quibus ille dicebat: Videmini mihi, quia ad primam vocationem, non comparuistis, putasse,

putasse, me daturum vobis principatum, quem subterfugere voluistis. Ita certe est, dum principatum vobis do, servitutem vobis do: quia dicitur 1. Reg. XII, 7. *Et loquuti sunt ad eum dicendo: Si hodie eris servus populo huic.* Tradiderunt Rabbini, Lev. IV, 22. אשר (*Talmud.* exponit, ut אַשְׁרֵי *bene est, si princeps peccabit.* Dixit R. Johannes: Beata est illa generatio, cujus Princeps affert oblationem suam, propter errorem suum. Si Princeps, quem habet generatio, (qui sibi tamen non est conscius, quod cor suum sit incurvatum,) affert ablationem propter errorem suum; quanto magis privati erit hoc, qui sentit cor suum esse incurvatum? Et si propter errorem suum affert oblationem, tu necesse habes, ut dicas; quid tandem mihi luendum erit, propter data opera patratum crimen?

## MATTHÆI CAP. XXI.

*vers. 2.) Invenietis Asinam ligatam, & pullum cum ea.* &c.

*Baba Bathra f. 78. 2. Mischna.* Si quis vendiderit asinam, vendidit הסיח pullum. Si quis vendiderit vaccam, non etiam vendidit pullum ejus. &c. *Gemara:* Quomodo videtur esse hæc venditio asini, & vaccæ, quod in asina, vendiderit pullum; in vacca autem, non vendiderit pullum ejus: & vel etiam valeat pariter in altero; vacca & pullus ejus. Aut, si, quia non dixerat ei: ipsa, & pullus ejus; & vel etiam si sit asina; pariter non dixit: Dixit *R. Papha:* quia dixit ei; Asina lactans est. Et, vacca lactans est, quam volo tibi vendere Extra controversiam est, si sit vacca, dicendum, lacte ejus ei opus fuisse. Sed quod asinam attinet, quid dicere voluit ei? Percipio inde; ipsa & pullus ejus, voluisse dicere ei. Quare autem pullum vocavit סיח *Siach?* Quia pergit in via eundo post סיחה alloquium blandum. *Glossa:* Sequitur facile, & levi nutu ambulat in locum, quorsum vult homo, cum senex asinus opus habeat stimulo.)

*vers. 5.) Rex tuus venit tibi, mansuetus, & insidens asino.*

Vid. quæ supra ex *Sanhedrin f. 98. 1.* de hoc loco sunt exposita.

*vers. 12.) Mensas collybistarum evertit.*

*Schekalim f. 2. 1.* Primo die (1.) mensis Adar, seu Februarii publico præconio proclamatur de Siclis dandis, &c. Paulo post; die decimo quinto ejusdem mensis, mensæ residebant in regione; die vigesimo quinto, sedebant in Sanctuario. Ex quo sedebant in Sanctuario, ad pignus dandum, eum, qui Siclum pendere non poterat, compellere incipiebant. Quosnam compellebant ad dandum pignus? Levitas, & Israëlitas; Proselytos & Servos manumissos:

missos: Sed non mulieres, & servos, & parvulos. &c. Paulo post: Et isti sunt, qui tenentur dare collybum; Levitæ & Israelitæ, & proselyti, & servi manumissi: Sed non Sacerdotes, & mulieres, & parvuli, &c.

*vers. 19.)* *Et nihil invenit in ea, nisi folia tantum.*

*Erubin f. 54. 1.* dixit R. *Chaia* filius Abbæ, dixisse *R. Johannem:* Quid est, quod scribitur Prov. XXVII, 18. *Servans ficum, comedet fructum ejus?* Quare comparantur verba Legis, cum ficu? Scilicet quod, sicut homo in ficu arbore, omni tempore, quo ea utitur, invenit ficus: ita etiam in verbis Legis, omni tempore, quo homo meditatur, invenit in eis saporem sapientiæ.

*vers. 42.)* *Architecti lapidem reprobantes.* &c.

*In Mikvaoth c. 9. 7.* R. Jose dicit: *Vestes architectorum distinguunt.* Ad quam Traditionem in *Schabbath fol. 114. 1.* ubi repetitur, notatur in *Gemara.* Quid intelligitur per architectos? Dixit R. Johannes: Per eos intelligi discipulos Sapientum, qui student in artificio mundi omnibus diebus suis.

*vers. 43.)* *Aufferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti* &c.

*Sanhedrin f. 98. 2.* Jerem. XXX, 6. *Quærite, quæso, & videte, num pariat mas? Quare vidi omnem virum manus suas tenentem super lumbis suis, instar mulieris parturientis, & convertuntur omnes facies in pallorem?* Quid est, *vidi omnem virum?* Respondit *Raba* filius Isaaci, dixisse *Rabum:* Significari eo *omnem*, cujus omnis potentia est. (*Glossa:* Deum ipsum in se dolere, instar parturientis mulieris, & dicere; ea hora, qua finit transire populos coram Israëlitis; quomodo perderem hos, propter istos? &c. Et per, *convertuntur omnes facies in pallorem*, intelligi familiam superiorem (Angelos,) & familiam inferiorem, (Israëlitas.) Ea hora, qua dixit Deus Opt. Max. Isti sunt opus manus meæ, & hi sunt opus manus meæ. Quomodo ego perderem istas propter hos? Dixit R. *Papha:* hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: *currit, & cadit bos, & it paterfamilias, & substituit equum in ejus præsepium.* (*Glossa:* Quum currit bos, & cadit, collocatur ejus in locum equus, in præsepium ejus, id, quod non fecisset ante casum ejus, quia valde dilectus erat apud eum bos ejus, & longe charior equuo. Quum autem sanatur bos, hodie aut cras, a vulnere ex casu accepto, tum grave est patrisfamilias educere equum suum, propter bovem, postquam semel collocavit equum eo. Ita etiam Deus, postquam vidit casum

Israëlitarum, dedit magnitudinem, seu dignitatem eorum nationibus mundi. Quum autem redeunt per pœnitentiam Israëlitæ; grave est ei, perdere nationes mundi, propter Israëlitas.)

## MATTHÆI CAP. XXII.

*vers. 3.) Et nolebant venire*, &c.

*Drusius* in *Præteritis* ad Matth. XXV, 1. & *Lightfoot* in *Horis Talmud.* ad eundem locum; citant quidem, & exponunt eandem parabolam: verum non ex Fonte, unde hausta; sed ex rivulo, nempe *Kimchio* in Esa. LXV, 13. & 14. sed videantur Fontes.

*Schabbath f. 153. 1.* Dixit R. *Eliеser:* Redi, & resipisce uno die ante mortem tuam. Quo audito, quærebant ex eo discipuli ejus. Et quid? Num homo scire potest, quo die sit moriturus? Quibus ille respondebat: Cum ergo homo nesciat, quo die sit moriturus, quanto magis ei incumbit, ut hodie pœnitentiam agat? Ne forte cras moriatur, & sine pœnitentia acta, pereat. Sic enim invenietur omnes suos dies exegisse in pœnitentia. Et quoque Salomo dixit in Sapientia sua, Eccl. IX, 8. *Omni die sint vestes tuæ albæ*, (h. e. anima tua sit pura, & munda,) &c. Dixit Rabban *Johannes* filius Zachai: Res hæc similis est homini, qui invitavit servos suos ad epulum, eisque non præfixit certum tempus. Prudentiores ergo eorum ornabant seipsos, & manebant ad januam regis, dicentes: num deficiat quid aulæ Regiæ? (*Glossa:* Omne paratum est: forte ergo ideo nullum præfigebatur tempus, quia quantocyus vult, ut veniamus, citius pransurus: nobis autem ingrediendum est ad epulandum ornatis.) Stolidiores illorum interim ibant ad opus suum peragendum, dicentes: ullumne est epulum, quod sine labore, & mora temporis apparetur? Templum adhuc est eo eundi: quia adhuc dum opus habent laborare in aula regis circa apparatum necessariorum epuli. Quare adhuc nobis multum spatium temporis suppetit, quo nos ornare queamus. Subito deinde requirente Rege servos suos, prudentiores illorum ingrediebantur ante ipsum, ut erant ornati: stolidiores autem illorum ingrediebantur ante ipsum, ut erant sordidis vestibus induti. Quare gavisus rex obviam sibi factis prudentioribus; succensus autem obviam sibi factis stolidioribus, dicebat: illi, qui ornarunt seipsos ad epulum, assideant, & comedant, & bibant. Hi, qui non ornarunt seipsos ad epulum, stent & videant. (*Glossa:* Et quoque in Seculo futuro justi sedent & edunt: impii autem stant & vident.) Gener R. Meiri, nomine R. *Meiri* dixit: Si starent ibi impii, etiam viderentur ac si ministrarent. (*Glossa:* Nam R. Meir dicebat: impios non stare ibi & videre: Si enim ita esset, viderentur etiam ac si ex

ex convivis essent, & ministrarent mensæ: quia sic est mos ministrantium mensæ, ut stent; neque hac in re ipsis esset ignominia.) Quare non est hæc horum verborum mens; sed quod illi, & hi (seu ambo) sedeant: verum prudentiores edant; stolidiores autem esuriant. Illi; bibant: hi autem, sitiant: quia dicitur Esa. LXV, 13. *Sic dixit Dominus; ecce servi mei edent; vos autem esurietis: ecce servi mei bibent; vos autem sitietis.* &c.

*vers. 11.) Vidit hominem non indutum veste nuptiali.* &c.

*Sanhedrin f. 109. 2.* Sodomitæ pacti erant inter se, ut, qui alium ad nuptias invitasset, ei pallium detraheretur. Instituebatur aliquando aliquod convivium, ad quod veniebat Eliezer, servus Abrahami, & non dabant ei panem. Quum volebant epulari, veniebat Eliezer, & sedebat ultimo post omnes. Cui cum dicerent; quis te huc invitavit? Ille dicebat ad proxime accumbentem, tu invitasti me: Hic timens, ne, si ea res audita esset, quod ipse adduxisset Eliezerem, pallio suo spoliaretur, correpto pallio suo foras cursu se proripiebat. Sicque omnibus faciebat, usquedum egressis omnibus, ipse solus remanens, epulum comedebat.

*Vid.* etiam infra dicta ad Matth. XXV, 1.

*vers. 29.) Erratis, ignorantes Scripturas,* &c. *Vid. Inf.* 1. Thess. IV, 16.

*Sanhedrin f. 92. 1.* Dixit Raba: Unde probatur resurrectio mortuorum ex Lege? Quia dicitur Deut. XXXIII, 6. *Vivat Ruben, & ne moriatur.* Scilicet, *Vivat Ruben,* in Seculo hoc præsenti. *Et ne moriatur,* in Seculo futuro. *Rabina* dixit: eam hinc probari, Daniel XII, 2. *Et multi ex dormientibus in pulvere terræ evigilabunt, isti ad vitam æternam; illi autem, ad ignominiam æternam.* R. *Asche* dixit: Hinc eam probari; v. 13. *Et tu ito, & quiesces, & surges in sorte tua, in fine dierum.* Dixit R. *Eleasar:* Omnis gubernator, qui gubernat cœtum quiete, seu moderate, meretur, ut gubernet eos in Seculo futuro: quia dicitur Esa. XLIX, 10. *Quia miserans eos ducet eos, & juxta scaturigines aquarum deducet eos.* (*Glossa:* miserans eos in Seculo præsenti, ducet eos in Seculo futuro.)

*Ibid. f. 90. 2.* Dicuntur interrogasse *Sadducæi* Rabban *Gamalielem*, undenam probaret, quod Deus Opt. Max. resuscitet mortuos? Quibus ille respondebat: Probari id (1) *ex Lege*, (2) *ex Prophetis*, & (3) *ex Hagiographis.* (1) *Ex Lege:* quia scribitur Deut. XXXI, 16. *Et dixit Dominus ad Mosen, ecce tu occumbens cum patribus tuis, & surgens.* Cui respondebant:

 forte

forte autem hæc, ita inter sese cohærent. *Et surgens populus iste, & scortabitur.* (2) *Ex Prophetis:* quia scribitur Esa. XXVI, 19. *Vivent mortui tui,* (*Glossa:* quia mortui terræ Israël reviviscent,) *resurgent cadaver meum,* (*Glossa:* quia etiam editi abortus reviviscent,) *evigilate,* &c. Reponebant Sadducæi: At forte id pertinet ad mortuos, quos Ezechiel cap. XXXVII. dicitur *vivificasse;* non vero pertinent ad resurrectionem futuri Seculi. (3) *Ex Hagiographis:* quia scribitur Cant. VII, 10. *Et palatum tuum sicut vinum optimum, manans amico meo in rectitudine* דובב *loqui fecit labia dormientium.* (*Glossa:* quasi dicat; quæ se agitant & commovent, postquam reviviscent.) Reponebant Sadducæi: At forte labia motitando motitabuntur vulgariter. (*Glossa:* agitata parum in sepulchro; sed non revicturos esse eos, & exituros in aerem mundi.) Nam dixit R. Johannes, nomine R. Simeonis filii Jozadaki; *Cujuscunque nomine Halacha, seu juris sententia dicta est in Seculo præsenti, ejus labra* דובבות *movent se in sepulchro,* quia dicitur: *Loqui fecit labia dormientium:* Et non receperunt ab eo, usque dum diceret illis istum textum Deut. XI, 21. *Quam juravit Dominus patribus vestris, se daturum* לָהֶם *illis.* Non dicitur לָכֶם *vobis,* sed לָהֶם *illis.* Hinc constat de resurrectione mortuorum ex Lege. Aliqui autem dicunt, quod eam probaturus, hunc textum illis dixerit, Deut. IV, 4. *Vos autem, qui adhæretis Domino Deo vestro, vivi vos cuncti hoc die.* (*Glossa: Vivi vos cuncti hoc die:* quia τὸ, *hoc die,* est superfluum. Nam potuisset scribere; *vivi omnes vos.* Quorsum ergo notanter dicendum erat; *hoc die?* Ut significaret, sicut hoc die, &c.) Clarum erat per se, quod vivatis vos omnes. Ergo non hæc erat mens horum verborum, sed quod etiam in eo die, quo totus mundus erunt mortui, vos victuri sitis. Scilicet, sicut hoc die vos omnes superstites vivitis: ita etiam in Seculo futuro omnes vos resurrecturi, estis vivi & superstites.

*Sanhedrin f. 90. 2.* Dixit R. *Johannes:* Unde probatur Resurrectio mortuorum ex Lege? Quia scribitur Num. XVIII, 28. *Et dabitis ex eo oblationem Domini, Aaroni sacerdoti?* Et quid? Num sacerdos in perpetuum superstes manet, ut filii Israël ei Trumam, seu separatam oblationem dare possint? Et annon ipse non ingressus est in terram Israël? Quomodo ergo darent ei Trumam? Non hoc ita accipiendum est; sed docere voluit, fore aliquando, ut ipse vivus resurgat, & Israëlitæ ei dent Trumam. Hinc ergo probatur resurrectio mortuorum ex Lege.

*Ibidem:* Traditio est: R. *Simmai* dicit: Unde probatur ex Lege, mortuos esse resurrecturos? Quia dicitur Exod. VI, 4. *Et quoque erexi fædus meum cum illis, ad dandum* לָהֶם *illis terram Canaan.* Non dicitur לָכֶם *vobis:*

*vobis*: sed לָהֶם *illis.* Quare hinc consequitur illos, (quia jam mortui erant,) resurrecturos esse.

*Ibid. f. 90. 2.* Quæsiverunt Romani ex *R. Josua* filio Chananiæ: Unde probatur, quod Deus Opt. Max. in vitam revocet mortuos, & præsciat futurum? Quibus ille respondebat: Ambo ea ex uno eodemque versu probantur: quia dicitur Deut. XXXI, 16. *Et dixit Dominus ad Mosen, ecce tu occumbens cum patribus tuis, & surgens, populus iste, & scortabitur.* At forte illud ita cohæret; *Et surgens populus iste, & scortabitur.* Respondit eis: accipite tamen dimidium in manus vestras, quod præsciat futurum. Fertur quoque dixisse R. *Johannes*, nomine R. Simeonis filii Jochai; Unde probatur, quod Deus Opt. Max. vivificet mortuos, & præsciat futurum? Quia dicitur, Ibid: *occumbens cum patribus tuis, & surgens.*

*Ibid.* Traditio. Dixit R. *Eliefer*, filius R. Joses: in hac re falsationis insimulavi libros Samaritanorum, quod dicerent: non esse resurrectionem mortuorum ex Lege. Dixit ad illos, falsastis Legem vestram, & nihil quicquam produxistis manibus vestris, quia dicitis, non esse resurrectionem mortuorum ex Lege. Ecce ipse dicit, Num. XV, 31. *Excidendo excidetur anima ista; iniquitas ejus in ipsa.* Per, *excidendo excidetur*, intelligitur in hoc Seculo: *Iniquitas ejus in ipsa.* Quando? Nonne in Seculo futuro? Dixit R. *Papha* ad Abai: Et dici potuisset illis; ambo ista posse confici ex geminatione verbi, *excidendo excidetur.* Quia Lex more humano loquuta est. Secundum Tannæos, per *excidendo excidetur*, intelligitur, per *excidendo*, in Seculo hoc: per, *excidetur*, in Seculo futuro, ut sentit R. *Akiba*, Cui dixit R. *Ismaël*: Et annon dictum est v. 30. *Dominum ipse blasphemat, & excidetur.* Et quid? Num tria Secula sunt? Quare non est hæc mens horum verborum? Sed per, *excidetur*, intelligitur in hoc Seculo; Per *excidendo*, in Seculo futuro: Quum autem dixit, *excidendo excidetur*, loquuta est Lex more humano. Quid autem, tam R. Ismaël, quam R. Akiba, faciunt cum isto, *iniquitas ejus in ea?* Referunt ad id, de quo est Traditio: Ne quis putet, forte etiam tum hoc valere, cum quis egerit pœnitentiam; ideo notanter dicendum erat, *iniquitas ejus in ea:* Scilicet, nolo hoc de alio tempore intellectum, nisi de eo, cum iniquitas ejus est in ea.

*Ibid. & fol. 91. 1.* Quæsivit *Cleopatra* Regina ex R. Meiro, his verbis eum affata: Scio, quod mortui sint revicturi: quia scribitur Psal. LXXII, 16. *Et efflorescent ex urbe, sicut gramen terræ.* (*Glossa:* Quia Israëlitæ aliquando efflorescent, & progerminabunt ex urbe Hierosolymitana: Et sicut dicimus, Deus facit cavernas justis, per quas eunt, & ascendunt Hierosolymam.) Verum



rum

rum cum resurgunt, resurguntne nudi, an cum vestibus suis? Cui ille respondebat: argumento a minori ad majus, licet illud colligere, ex tritico. Nam si triticum, quod nudum sepelitur, prodit tot vestibus vestitum: quanto magis justi, qui sepeliuntur induti suis vestibus? Dixit *Cæsar* ad Rabban *Gamalielem*: dicitis mortuos revicturos esse, atqui in pulverem redacti sunt, pulvis autem num reviviscat? Petiit filia Cæsaris a Rabban Gamaliele, ut ipse omisso Cæsare, sibi relinqueret potestatem respondendi. Quare ipse eo misso facto, dabat ei respondendi potestatem, quæ proinde respondebat: duo figuli sunt in urbe nostra, unus fingit vasa ex aqua: alter autem fingit vasa ex luto: Uter eorum præstantior? Cui Cæsar respondebat: is, qui fingit ex aqua. Regerebat ei filia: Si ita se res habeat, Deus ipse, qui ex aqua (gutta seminis humida) format hominem, nonne multo magis eum ex luto efformet? Qui sunt de domo R. Ismaëlis, tradiderunt: rem hanc constare argumento a minori ad majus, ex vitreis vasis. Nam si vasa vitrea, quæ elaborata sunt Spiritu seu flatu hominis mortalis, postquam fracta sunt, reparari possunt: quanto magis reparari poterit caro & sanguis, seu homines mortales, qui Spiritu Dei Opt. Max. sunt conditi? Dixit quidam Sadducæus ad R. *Immi*: Dicitis, mortuos resurrecturos esse. Atqui in pulverem redacti sunt. Pulvis autem num reviviscat? Cui ille respondebat: rem tibi hanc per parabolam explicabo, cui similis sit: Scilicet regi mortali, qui dixit ad servos suos: ite, & ædificate mihi palatium magnum in loco, ubi nec aqua, nec pulvis est. Quibus eo profectis, & palatio exstructo, interjecto aliquo tempore, illud collapsum erat. Quare dicebat ad eos; iterum ædificate illud in loco, ubi est pulvis & aqua. Quibus dicentibus ad eum, se non præstare id posse, succensebat eis, dicens ad illos: in loco, ubi non erat aqua, & pulvis, ædificare poteratis: nunc, in loco, ubi est aqua & pulvis, nonne multo magis ædificare possitis? (*Glossa*: Et sic etiam Deus format hominem ex gutta parva, in qua nihil solidi est. Quanto ergo magis formare eum poterit ex pulvere? Si etiam totum mundum formavit per *Tobu, Vabobu*, seu *Chaos*?) Si tu autem non credis, exi in convallem, & aspice Sciurum, qui hodie dimidia sui parte caro, & dimidia sui parte terra existens, cras fit reptile, quod totum est caro. Si forte dicas: id fieri aliquanto temporis spatio. (*Glossa*: Quia reptile illud non procreatur subito, sed tempore longiori, scilicet septimana, aut aliquot septimanis: & putas Deum non resuscitare mortuos extempore.) Ergo ascende in montem, & vide, quod hodie non sit in eo unus חלזון murex, seu vermis, unde colligitur purpura, (*Glossa*: vermis, qui prodit ex mari post 70. annos, & tingunt sanguine ejus hyacinthum: primitus autem non visus erat in toto monte, nisi unicus talis duntaxat.) Cras autem, descendentibus pluviis, impleatur totus

tus ille muricibus. (*Glossa:* ova muricis primi, abunde & subito tam multos produxerant. Ergo est in ejus potestate vivificare extempore.) Dixit aliquis hæreticus, seu Sadducæus ad גביהה Gabihah (*Glossa:* sic erat nomen ejus, eratque ei gibbus,) filius Pesisæ: Væ vobis scelerati, quia dicitis, mortuos resurrecturos esse: nam viventes moriuntur; quomodo ergo, qui jam mortui sunt, reviviscerent? Cui ille respondebat: Væ vobis scelerati, quia dicitis, mortuos non revicturos esse. Nam, qui nunquam in rerum natura extiterunt, vivunt, (per generationem existere cupiunt;) quomodo ergo, de his qui jam semel in rerum natura exstiterunt, non multo magis verisimile sit, quod iterum existere possint a morte sua?

*Ibid. f. 91. 2.* Traditio: Dixit R. *Meir:* Unde probatur resurrectio mortuorum ex Lege? Quia dicitur Exod. XV, 1. Tunc ישיר *canet Moses & Filii Israël Canticum hoc Domino.* Non dicit שר *cecinit:* sed, *canet;* ut inde constet ex Lege, futuram aliquando mortuorum resurrectionem. Cui affine est, quod legimus Jos. VIII, 30. Tunc יבנה *ædificabit Josua altare Domino.* Non dicitur בָּנָה *ædificavit;* sed ædificabit: ut inde constet ex Lege, de resurrectione mortuorum. Atque hinc sequeretur, quod, quia dicitur 1. Reg. XI, 7. *Tunc ædificabit Salomo excelsum* &c. eodem modo res se habeat. Respondeo: imputat ei Scriptura tantum, perinde ac si ædificasset.

*Ibid:* Dixit R. *Josua* filius Levi: Unde probatur resurrectio mortuorum ex Lege? Quia dicitur Psal. LXXXIV, 5. *Beati, qui manent in domo tua, adhuc laudabunt te, Sela.* Non dicitur, *laudaverunt;* sed *laudabunt te.* Quare hinc probatur resurrectio mortuorum ex Lege. Dixit R. *Josua* filius Levi: Quicunque dicit canticum in Seculo hoc, meretur dicere illud in Seculo futuro: quia dicitur: *Beati, qui manent in domo tua, adhuc laudabunt te, Sela.*

*Ibid.* Dixit R. *Chaia*, filius Abbæ, dixisse R. *Johannem:* Unde probatur resurrectio mortuorum ex Lege? Quia dicitur Esa. LII, 8. *Vox speculatorum tuorum, extulerunt vocem, una canent.* Non dicitur, *cecinerunt;* sed, *canent:* Hinc probatur resurrectio mortuorum ex Lege.

*Ibidem; & Pesachim f. 68. 1.* Raba, duobus locis inter se contrariis visis, opposuit: scribitur Deut. XXXII, 39. *Ego occidam, & vivificabo;* Et scribitur, ibid. *Percussi, & ego sanabo.* Nunc, si vivificando vivifico, nonne multo magis sano? Non est hæc horum verborum mens: Sed dicere voluit Deus Opt. Max. id, quod ego occido, ego vivifico, sicut, quod percussi, & ego sanabo. Tradiderunt Rabbini: *Ego occidam & vivificabo:* Ne quis putet,

putet, forte mortem esse in uno, (me occidere mortuos;) & vitam in altero, (me vivificare alereque vivos,) ad eum modum, quo mundus solet observare; ubi, uno moriente, alter nascitur, ideo notanter dicendum erat, *percussi, & ego sanabo.* Sicut vulnus & sanatio, sunt in uno eodemque, ita etiam mors & vita sunt in uno eodemque. Hinc habemus refutationem eorum, qui dicunt, resurrectionem mortuorum ex Lege probari non posse. *Alia expositio:* Initio id, quod ego occido vivifico: & postea iterum id, quod ego percussi, & ego sanabo. (*Glossa:* quia ad modum, qui sunt mortui, claudi, cæci, muti; sic ipsi reviviscunt cum suis vitiis; postea autem sanantur: sicut scribitur Esa. XXXV, 6. *Tunc saliet, ut cervus, claudus.*

*vers. 30.) In resurrectione neque uxores ducunt.* &c.

*Erachin f. 31. 1.* Res sancta non habet generationes. Ad quam sententiam notatur in *Glossa:* Quia non est fœcundatio & multiplicatio per generationem apud Deum.

*Berachoth f. 17. 1.* Margarita (pretiosissimà, seu tritissima sententia) in ore *Rabi:* In futuro Seculo non est esus & potus, neque fœtificatio & multiplicatio per conjugium, neque emtionis & venditionis commercium, neque invidia, neque odium, neque rixa: sed sedent justi, & capitibus ipsorum incumbunt coronæ, & fruuntur splendore Divinitatis: quia dicitur Exod. XXIV, 11. *Et viderunt Deum, & ederunt, & biberunt.*

## MATTHÆI CAP. XXIII.

*vers. 2.* &c. Ubi de hypocrisi Scribarum & Pharisæorum.

*Joma f. 86. 2.* Manifestant hypocritas ad præcavendam profanationem nominis Dei? quia dicitur Ezech. III, 20. Et quum avertet se justus, &c. vid. *infra* ad Galat. III, 11.

*vers. 12.) Qui se extollit, humiliabitur* &c.

*Aboth cap. II.* R. *Schemaja* dicere solebat; Honorem magistratus odio habeto. Quomodo? Docere hoc voluit, quod homo non debeat imponere coronam a seipso, sed exspectare, dum alii sibi imponant: quia dicitur Prov. XXVII, 2. *Laudat te alius, & non os tuum.* Dixit R. *Akiba:* quicunque exaltat seu extollit seipsum, propter verba Legis, similis est cadaveri jacenti in via; quisquis ultro citroque illud præterit, imponit manum naribus suis, & procul abscedit ab eo, magis magisque pergendo: quia dicitur Prov. XXX, 32. *Si* נבלת *stulte egeris te efferendo, si mala cogitaris, manum ori admove.*

Si

Si מנבל turpem faciat te homo propter verba Legis, & comedat plurimos dactylos, & induat vestes sordidas, & sedeat, & frequentet januam sapientum; tum omnis, qui ultro citroque præterit, dicit: forte hic stultus est. Tandem invenis apud eum totam Legem. R. *Jose* dicebat: descende sursum, & elevare deorsum. (In sublimi statu te humilia: in humili autem, te exalta.) Quicunque seipsum exaltat propter verba Legis, tandem sunt, qui humilient eum: Et quicunque seipsum humiliat, propter verba Legis, tandem sunt, qui exaltent eum.

*Idem* dicere solebat: ne affectes celebrem fieri nomine magistratus. Quomodo? Scilicet docere voluit, quod homo non debeat studere, ut divulgetur nomen suum fama celebritatis, magistratus nomine: Nam periculum subesse, ne, postquam divulgatur nomen ejus, ob magistratum, tandem conjectis in eum oculis, eum occidant, & auferant ab eo omnes opes ejus. Quomodo? Si fuerit socius ejus in foro, & dicat: utinam Deus det huic N.N. hodie, ut exeant e domo ejus 100. boves, 100. oves, & 100. capræ: eoque audito, lictor dicat Principi, qui progressus, circundata tota domo ejus, auferat ab eo omnia bona ejus. De eo Scriptura dicit: Prov. XXVII, 14. *Benedicens socio suo voce magna, mane surgendo, maledictio reputabitur ei.*

*vers. 24.) Qui percolatis culices, deglutientes camelum.*

*Cholin f. 67. 1.* Nemo percolet, fundendo de uno vase in alterum siceram (*Glossa:* humorem dactylorum; inveniantur autem in eo vermiculi,) per qualos, vesperi ad lucernam. (*Glossa:* Nam si cadat vermis super sarmenta istius quali, nec videat eum, unde ceciderit in dolium, postero autem die, quum videbit eum, putare posset, vermiculum istum non prodiisse ex sicera in qualum: vermis autem aquarum permissus est.) Nam forte abscederet ille vermis supra qualum, & postea incideret in poculum, & transgrederetur aliquis interdictum illud Levit. XI, 41. *Reptile, quod reptat super terra.* Si ita; in vase etiam, forte abscederet ad latus vasis, & postea incideret in vas. Respondeo, hoc esse augmentum (inclusionem) ejus, (*Glossa:* Et velut id, quod non abscessit ex aquis, illud est,) & vas est dactylus: Quia Traditio est: Unde probatur, includendas esse cisternas, foveas & speluncas, quod, si quis procumbens, bibat ex illis, non prohibeatur? Quia notanter dicendum erat Lev. XI, 9. *Edetis ex omni, quod est in agris,* & si metus subesset, ne forte abscesserit ad latus, & postea inciderit, dico hoc esse augmentum ejus. Dixit R. *Chasda*, ad R. Hunam: Traditio est, quæ auxiliatur tibi Lev. XI, 41. *Omne reptile, quod reptat super terra.* Ad augendum (includendum) muscas parvas vinarias, quales in cellis vino adhærere

P solent,

solent, quia percolamus: Ratio, quia percolamus; Nam si sit, quam non percolamus, permittitur. &c.

*Matth. XXIII, vers. 25.) Quia mundatis exterius poculi, & patinæ.*

*Mikvaoth c. 10. 1.* Multa habentur de superstitiosa nimisque curiosa lotione vasorum, & inter alia dicitur: Vas, quod emundavit via oris ejus, (h. e. orificio ejus primum in aquam immerso,) perinde est, ac si non lavisset illud: (Quia ob fugam vacui, aqua non poterat intrare.) Si laverit illud secundum consuetudinem ejus sine ansa; (necdum recte lotum est;) donec inclinarit illud in latus. Vas, quod est angustum hinc & illinc, & lotum e medio, non fit mundum (lotione,) donec inclinarit illud in latus ejus. Ampulla, cujus os, seu orificium est profundum, seu susidit, non fit munda; donec perforaverit eam e latere ejus. &c.

*vers. 28.) Extra quidem apparetis justi.* &c.

*Joma f. 72. 2.* Exod. XXV, 11. *Extra & intra obduces arcam auro.* Dixit *Raba:* Omnis Studiosus Sapientiæ, cujus medium (interius,) non est, ut exterius, is non est Studiosus Sapientiæ. Dixit *Abai;* estque qui dicit, Rabbah filius Ulæ: Talis vocatur abominandus; quia dicitur Hiob. XV, 16. *Quanto magis abominabilis & putidus, vir bibens, ut aquam, iniquitatem.*

*vers. 32.) Implete mensuram patrum vestrorum.*

*Erachin f. 15. 1. Sota f. 9. 1.* Non obsignatum fuit decretum judicii super patres nostros in deserto, nisi propter linguam calumniosam, quia dicitur Num. XIV, 22. *Et tentaverunt me decem istis vicibus.* Undenam? Forte, quod adhuc nondum impleta esset mensura eorum: Nam dixit R. *Hammenuna:* Deus Opt. Max. non sumit ultionem ab homine, donec impleta sit mensura ejus; quia dicitur Hiob. XX, 22. *In implendo sufficientiam ejus afflictio erit ei.* Dixit *Resch Lakisch,* dixisse textum Num. XIV, 12. *Et tentaverunt 10. vicibus istis.*

*vers. 35.) Usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ.*

*Sanhedrin f. 96. 2. Gittin fol. 57. 2.* Quum *Nebusar Adan* (de quo 2. Reg. XXV, 8.) versaretur in templo, videbat locum, ubi ebulliebat sanguis Zachariæ, occisi a Joas, 2. Chron. XXIV, 25. Quo viso, quærebat ex Judæis: quid hoc rei est? Cui respondebant, eum esse sanguinem, qui ex victimis mactatis effusus sit. Quare dicebat ad eos: Afferte talem sanguinem, & ten-

tabo

tabo, an similiter ille ebulliat. Sed, postquam, re tentata, reprehendebat, sanguinem illum non similiter se habere, sed terra absorberi, dicebat ad illos; revelate mihi rei hujus causam veram: Sin minus, lacerabo vobis carnem vestram ferreis strigilibus. Dicebant ergo ad eum: hunc (cujus sanguis ibi ita ebulliat) fuisse quondam sacerdotem & prophetam, qui prædixerit Israëlitis devastationem Hierosolymæ, qua de causa eum interfecerint. Quo audito, dicebat *Nebusar Adan*: si res ita se habeat, ego faciam, ut resideat iste sanguis, sistaturque. Adductus ergo Rabbinos super isto loco, ubi sanguis ille ebulliebat, interficiebat: quum nondum sisteretur; adductos pueros Scholæ Magistralis, super eo interficiebat. Quum nondum sisteretur, adductos juvenes sacerdotales super eo interficiebat. Sed ille non sistebatur, donec interfecisset super eo 94. myriadas, h. e. 940000. homines, (*Joh. Lightfoot* hallucinatur, cum vertit in Horis Hebraicis in Matth. nonaginta & quatuor millia.) Eo tamen necdum sese sistente; propius ad eum accedens, dicebat: Zacharia, Zacharia: optimos eorum interfeci; gratumne tibi, ut omnes interficiam? Eo dicto, statim sanguis ille residebat.

*vers. 37.) Congregare filios tuos, uti congregat gallina pullos.*

*Sanhedrin f. 96. 2.* Deus Opt. Max. etiam ex nepotibus impii illius Nebucadnezaris volebat aliquos congregare sub alas divinitatis: Verum dicebant Angeli ministerii coram DEO Opt. Max. Domine mundi, num eum, qui devastavit domum tuam, & combussit templum tuum, congregabis sub alas divinitatis? Hoc ipsum est, quod scribitur Jer. LI, 9. *Curavimus Babylonem, & non curata est.* (*Glossa:* Quia Deus volebat sanare eum, congregando ex posteris ejus, sub alas Divinitatis.)

## MATTHÆI CAP. XXIV.

*vers. 1.) ostendere Structuras templi.* &c.

*Succa, f. 51. 2.* Tradiderunt *Rabbini*: Is, qui non vidit domum Sanctuarii in structura sua, nullam unquam vidit structuram ornatam. (*In Baba Bathra f. 4. 1.* Ubi eadem leguntur, ita scribitur: Ajunt; is, qui non vidit structuram Herodis, non vidit structuram pulchram.) Quonam exstruxit Sanctuarium illud? Respondit Raba: Lapidibus שישא marmoris viridis, & marmoris albi. Sunt, qui dicunt; lapidibus marmoris, כוחלא dictis, h. e. speciem stibii referentibus, & marmoris viridis & marmoris albi series lapidum ingrediebatur, & series exibat, ut reciperet incrustationem. (In *Bathra* sic scribitur: Educebat affricando, & adducebat affricando: h. e. ultro citroque affricando poliebat probe, & inter se coaptabat lapides. In *Bava Bathra* legitur: Series lapidum ingrediebatur, & series exibat; ut reciperet

peret calcem seu incrustationem.) Putabat ædificium illud incrustandum esse auro: Cui dicebant Rabbini: Omitte illud, quia ita satis pulchrum est, nam apparet, ut fluctus maris. (*Glossa:* instar fluctuum maris: quia lapides diversi erant coloribus suis, alter, ab altero: & oculi, qui aspiciebant illos, discurrebant, & apparebant, perinde ac si essent fluctus maris, hinc inde vagantes & fluctuantes.)

*Matth. XXIV; vers. 2.) Non relinquetur lapis super lapidem, qui non dissolvetur.*

*Joma f. 39. 2.* Tradiderunt Rabbini: Quadraginta annis ante desolationem templi (secundi,) non ascendebat sors dextra, neque albescebat particula coccinei, neque ardebat lucerna occidentalis, & valvæ templi aperiebantur a seipsis, (*Glossa:* signum hostibus, ut veniant, & intrent,) donec verbis eas increpans, reprimeret Rabban. Johannes, filius Zachai: dixit illi; hei templum templum! Quare tu ipsum te perterrefacis? Scio ex te, quod finis tuus sit venturus: & jam ante prophetavit de te Zacharias filius Iddo, (*Glossa:* quod apertio hæc sit futura in signum desolationis,) cap. XI, 1. *Aperi Libanon valvas tuas, & comedet ignis cedros tuas.* Dixit R. *Isaac* filius Tablai: Quare vocatum est nomen Templi לבנון *Libanon?* Ideo quia מלבן dealbat iniquitates Israëlitarum.

*vers. 8.) Principium dolorum partus* (ὠδίνων)

*Schabbath f. 118. 1.* Dixit R. *Simeon*, filius פזי Pazi, dixisse R. *Josuam* filium Levi, nomine filii Kapparæ: Quicunque constanter observat, ut die Sabbathi edat 3. epula, is eripitur a tribus pœnis, (1) a חבל *dolore Messiæ.* (*Glossa:* sicut dicimus in *Ketbuboth f. 112. 2.* Generatio, sub qua venturus est filius David, ita erit comparata, ut ventura sit accusatio contra Studiosos Sapientiæ: quia dicitur Esa. VI, 13. *Et adhuc in ea decima.* Vox חבל habet significationem ὠδίνων, dolorum partus.) (2) *a judicio gehennæ.* Et (3) *a bello Gog & Magog.* (1) *a dolore Messiæ* scribitur hic, Exod. XVI, 25. *dies.* Et scribitur ibi, Mal. III, 23. *dies.* (2) A judicio gehennæ, scribitur hic, *dies.* Et scribitur ibi, Esa. XXXVIII, 18. *dies* (3) De doloribus Messiæ. vid. etiam supra ex *Sanhedrin f. 98. 2.*

*vers. 21.) Erit tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi.*

Vide, quæ de diebus Messiæ supra dicta sunt ex Sanhedrin.

*Ketbuboth f. 112. 2.* Dixit R. *Zira* dixisse R. Jeremiam filium Abbæ: Qua generatione filius Davidis veniet, veniet accusatio contra Studiosos Sapientiæ. Quum dicerem illud coram Samuele, dicebat: Conflatio post conflationem: (h. e.

(h. e. calamitas una post alteram: qua conflentur, seu purgentur pii, ut argentum igne Esa. XLVIII, 10. *Erit tempore Messiæ adventus:*) quia dicitur Esa. VI, 13. *Et adhuc in illa decimatio, & erit ascensioni.* (*Glossa:* Quum decimabis partes, erunt 9. pereuntes, & non reliqua erit nisi decima: etiam ipsa redibit, & erit ascensioni.) Tradidit R. *Joseph:* Eo tempore futuros prædones, & deprædatores prædonum.

*vers. 22.*) vid. infra ad 2 Petr. III, 8.

*vers. 26. 27.*) *Sicut fulgur exit* &c.

De subitaneo Messiæ adventu vid. quæ supra dicta sunt ex *Sanhedrin fol. 97. 1.*

*vers. 28.*) *Ibi congregabuntur aquilæ.*

De perspicacissimo visu avis אַיָּה, vel רָאָה, quam & aquilæ speciem interpreteris, scribitur in *Cholin f. 63. 2.* Quare vocatur nomen ejus avis quæ רָאָה Lev. XI, 14. dicebatur, רָאָה Deut. XIV, 13. Quia רואה videt præstantissimo modo. Et sic dicitur Hiob. XXVIII, 17. *Semita, quam non cognovit avis, nec vidit eam oculus* איה. Traditur avem istam tam acute cernere, ut consistens in Babylonia, videat cadaver in terra Israelis.

*vers. 44.*) *Qua hora nescitis* &c. vid. sup. ex *Sanhedrin f. 97. 1.*

## MATTHÆI CAP. XXV.

*vers. 1.* &c.

Vid. similem parabolam supra ex *Sabbath f. 153. 1.* expositam ad *Matth. XXII, 3.*

*Schabbath f. 152. 2.* Tradiderunt *Rabbini:* Eccl. XII, 7. *Et spiritus revertetur ad Deum, qui dedit illum.* Da eum illi, sicut eum dederat tibi; In puritate eum dederat tibi, sic eum tu redde illi in puritate. Res hæc similis est regi mortali, qui distribuit vestes regias servis suis: Si qui eorum erant prudentiores, complicatas eas recondebant in arcam vestiariam, Stolidiores eorum ibant, ex illis induti vacabant operi suo. Post aliquot dies, repetebat rex vestes suas: tum prudentiores eorum restituebant ei, quales erant, nempe adhuc candidas. Stolidiores eorum restituebant ei, quales erant, coinquinatas. Quare lætatus rex occurrens prudentioribus; succensebat occurrens stolidioribus, & de prudentioribus dicebat: ponantur vestes in thesaurum, ipsi autem eant in domum in pace. De stolidioribus dicebat: Vestes dentur ad lotionem, ipsi autem conjiciantur in carcerem. Etiam Deus Opt. Max. de corpore justorum

rum dicit, Esa. LVII, 2. *Veniat in pacem, requiescant super cubilibus suis:* De animabus autem eorum dicitur 1 Sam. XXV, 29. *Et erit anima domini mei colligata in fasciculo viventium.* De corpore autem impiorum dicitur Esa. XLVIII. 22. c. LVII, 21. *Non est pax, dixit Dominus, impiis:* Et de animabus eorum dicitur 1 Sam. XXV, 29. *Et animam hostium tuorum disjiciet per medium manus funda.*

Convenit cum hac ad prudentiam admonitione sententia illa proverbialis, quæ legitur in *Pirke Abboth c. 4.* Præpara te in vestibulo, (h. e. in Seculo hoc;) ut possis ingredi in triclinium. (h. e. in Seculum futurum.)

*Matth. XXV. vers. 36.) Nudus eram, & amicivistis triclinium me.* &c.

*Sota f. 14. 1.* Dixit R. *Chama* filius R. Chaninæ: Quid est, quod scribitur Deut. XIII, 4. *Post Dominum Deum vestrum ibitis?* Et quid? Num possibile est, ut homo eat post (sequatur) divinam Majestatem? Nonne jam dictum erat Deut. IV, 24. *Quia Dominus est ignis consumens?* Quare non hoc, sed illud, præcipere voluit isto mandato, ut sequatur virtutes seu proprietates Dei Opt. Max. sicut ipse induit nudos; quia scribitur Gen. III, 21. *Et fecit Dominus Deus homini & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos:* ita etiam tu indue nudos. Ut Deus Opt. Max, visitat ægrotos; quia scribitur Gen. XVIII, 1. *Et apparuit illi Dominus in quercetis Mamre:* ita etiam tu visita ægrotos. Ut Deus Opt. Max. consolatur lugentes; quia scribitur Gen. XXV, 11. *Et fuit post mortem Abrahami, & benedixit Deus Isaaco filio ejus:* (*Glossa:* h. e. consolatus est eum super patre mortuo, & benedixit ei benedictione, quæ lugentibus dici solet:) ita etiam tu consolare lugentes. Ut Deus Opt. Max. sepelit mortuos; quia scribitur, Deut. XXXIV, 6. *Et sepeliit eum in valle:* ita etiam tu sepeli mortuos.

## MATTHÆI CAP. XXVI.

*vers. 2.) Scitis quia post duos dies pascha fit, & filius hominis traditur crucifigi.*

*Sanhedrin f. 89, 1. Mischna:* Non interficiunt reum capitalis supplicii, neque in domo judicii, quæ est in urbe rei istius, neque in domo judicii, quæ est in urbe Jasne; sed faciunt ascendere eum ad domum judicii magni, quæ est Hierosolymis, & asservant eum in custodia usque ad festum, & interficiunt eum in festo: quia dicitur Deut. XVII, 13. *Et totus populus audient, & timebunt, & non amplius data opera peccabunt.* Ita sentit *R. Akiba.* R. *Judas* autem dicit: non acerbum reddunt judicium ejus, dilatione longiori, sed quamprimum eum occidunt, literasque conscribunt, & nuncios undequaque dimittunt, hac formula: Vir ille N. N. filius illius N. N. ex Senatus sententia supplicio capitis affectus est.

*vers.*

*verſ. 34.)* *Priusquam gallus cantabit, ter abnegabis me.*

*Joma 21. 1.* Traditio eſt ſecundum R. *Schilam:* Si quis ad iter faciendum domo ſolitarius exeat, ante gallicinium; ſanguis ejus in capite ejus, hoc eſt vitæ ſuæ periculo id facit: (*Gloſſa:* propter dæmones noxios, iniquitas mortis ejus capiti ejus incumbit: quia ipſe interfecit ſeipſum.) R. *Jaaſchia* dicit: usque dum ſecunda vice canet. De quonam autem gallo dixerunt? De intermedio gallo. (*Gloſſa:* qui neque citius, neque tardius canit.)

*verſ. 73.)* *Locutio tua te manifeſtum reddit.* &c. (Conf. Mar. XIV, 70.) *Galilæus es.* &c.

*Erubbin f. 53. 1.* Dixit R. Juda, dixiſſe *Rabum:* Filii (cives) Judææ, qui accurati fuerunt in lingua ſua, confirmata eſt lex eorum in manibus eorum. Filii Galilææ, qui non accurati fuerunt in lingua ſua, non confirmata eſt lex eorum in manibus eorum. (*Gloſſa:* Qui accurati fuerunt: h. e. qui ſtudebant loqui lingua nitida ſeu eleganti) Num e diligenti ſolicitudine pendet res? Non ita; ſed: Filii Judææ qui ſubtiliter accurati erant in lingua ſua, & faciebant ſibi certa ſigna: propterea confirmata erat in ipſis lingua eorum. Galilæi, quia non erant ſubtiliter accurati in lingua ſua; & non faciebant ſibi certa ſigna: propterea non confirmata erat lex eorum in manu eorum &c. Et poſtea *f. 53. 2:* Si quis eſt, qui interroget cives Judææ, qui ſubtiliter accurati ſunt circa linguam ſuam, vocem Hebræam quæ habet ע Ajin docetne pronunciandam eſſe ut א Aleph: ex. gr. מאברין, an מעברין pronunciandum? ſciunt illud, &c. Paulo poſt: Cives Galilææ, qui non ſubtiliter acccurati ſunt circa linguam ſuam, quid de illis traditum eſt? Quod Galilæus quidam diceret cuidam Judæo, אמר למאן, אמר למאן? Reſpondebatur ei: Galilæe ſtulte, חמר (aſinus) ad equitandum, aut חמר (vinum) ad bibendum? עמר (lana) ad veſtiendum, aut אימר (agnus) ad abſcondendum ad mactationem? (Quia Galilæus neſciebat inter pronunciandum diſcernere in poteſtates literarum *Aleph, Cheth, & Ajin,* ſed eas inter ſe confundebat.) &c.

## MATTHÆI CAP. XXVII.

*verſ. 9.)* *Tunc impletum eſt effatum per Jeremiam Prophetam, dicentem: & acceperunt triginta aureos* &c.

*Lightfoot*, Horis Talmud, in h. l. putat Jeremiam poni pro toto volumine Prophetarum: quia ſecundum Talmudicos in *Baba Bathra f. 14. 2.* fuerit in codice Biblico primus. Quod poſtremum quidem verum eſt; ſed valde incertum, an tempore Matthæi is fuerit ordo, quod a Jeremia totum Prophetarum Syſtema denominatum ſit. Nam, quod dicit ex Luc. XXIV, 44. a Pſalmis, totum librum Hagiographorum denominatum, in quo primum locum obti-

obtinuerit liber Psalmorum, falsum est: Si standum sit autoritate ejusdem loci Talmudici, ubi contenditur, primum locum inter Hagiographa obtinere librum Ruth, non obstante, quod temporis ratione deberet primus esse liber Hiob; qui ideo primo loco positus non fuerit, quia argumentum pœnæ in se contineat, a quo ordiri non conveniat. Et quanquam liber Ruth etiam contineat argumentum pœnæ; tamen talem eam esse pœnam, cui fuerit tandem consequens sub finem merces, Dixisse enim R. *Johannem:* ideo nomen ejus dictum esse Ruth רות: quia postea ex ea prodierit David, qui רוה *inebriavit* Deum canticis & hymnis.

*Matth. XXVII. vers. 24.) Sumens aquam abluit manus*, &c.

*Gittin f. 56. 1.* Cupit Deus vastare domum suam, & cupit abstergere manus suas. *Glossa:* In signum innocentiæ lavabantur, vel abstergebantur manus.)

*vers. 25.) Sanguis ejus super nos, & super liberos nostros.*

Quæ hic *Drusius* in præteritis p. 57. ex rivulo hausit, audiamus ex fonte ipso, seu Talmud *Sanhedrin f. 37. 1.* In *Mischna.* Ne sitis nescii (dicunt judices ad testes, rei capitalis,) aliter se habere judicia, quæ de pecunia, quam quæ de capite habentur. Nam in illis, pecunia data, peccatum piari potest: In his, si quid deliqueris, sanguis rei, & seminum ejus ad finem usque Seculi tibi imputatur. Ita enim de Caino legimus, quum interfecisset fratrem suum. Gen. IV, 10. *Vox sanguinum fratris tui clamantium.* Non dicit, *sanguinis*, sed *sanguinum fratris tui:* Scilicet, ipsos & seminum ejus. Aliorum sententia est, dici *sangines*, quia sanguis ejus in ligna lapidesque dispersus fuerit. Propterea homo solitarius conditus est, ut docereris, si quis animam ex Israële unam perdat, haberi a Scriptura, quasi integrum mundum destruxisset. Itemque qui unam servet, quasi totum mundum conservasset. &c.

*Joma f. 20. 2.* Tradiderunt Rabbini: Tres voces eunt a fine mundi, usque ad finem ejus: ut sunt (1) *vox rotæ*, seu *sphæra Solis.* (2) *vox turbæ populi Romani.* Et (3) *vox animæ*, ea hora, qua exit e corpore. &c. Paulo post: Et implorarunt Rabbini divinam misericordiam ob animam ea hora, qua exit e corpore, & cessare fecerunt eam. Traditio secundum R. *Schilam:* Si quis solitarius ad iter faciendum domo exeat, ante gallicinium, sanguis ejus est in capite ejus, (iniquitas mortis ejus capiti ejus incumbit, &c. *Glossa.*)

*vers. 30.) Et conspuentes in eum*, &c.

*Erubhin f. 99. 1.* Dixit Resch Lakisch, si quis crassum sputum exscreet coram magistro suo, reus est mortis; quia dicitur Prov. VIII, 36. *Omnes osores*

*res mei, amarunt mortem.* Ne legas לְמְשַׂנְאַי, (quod significaret,) *osores mei:* sed לְמְשַׂנְיאַי, (quod significat) *odio exponentibus me per luctum.*

*vers. 31.*) *Abduxerunt eum ad crucifigendum,* &c.
Vide, quæ supra sunt exposita.

*vers. 34.*) *Dederunt ei acetum cum bile mixtum:*

*Sanhedrin f. 43. 1.* Dixit R. *Chaia* filius R. Asches, dixisse R. *Chasdam:* qui exit, ut capite plectatur, ei datur bibendum granum thuris in poculo vini, ut abripiatur mens eius: quia dicitur Prov. XXXI, 6. *Date siceram pereunti, & vinum amaris animæ.* Traditio autem est: Mulieres honoratiores Hierosolymitanas spontaneo motu animi, allatum obtulisse ei talem potum. Si autem spontaneo motu non darent illæ honoratiores mulieres, ex cujusnam facultatibus potus ille præbebatur? Ecce in confesso est, opinionem esse, quod ex bonis cætus, seu fisco publico sumptus illius potus sumendus esset: postquam scribitur, *Date*, scilicet, ex eo, quod ipsorum (h. e. vestrum) est.

*vers. 45.*) *Tenebræ factæ erant super universam terram.*

*Succa f. 29. 1.* Tradiderunt *Rabbini:* quo tempore Sol patitur eclipsin, signum malum est toti mundo. Res hæc similis est regi mortali, qui apparavit epulum servis suis, & posuit ante eos lucernam. Postea autem eo succensente eis, jussit servum suum, ut aufferret lucernam, ex conspectu ipsorum: qua ablata effecit, ut sederent in tenebris. *Traditio* est: R. *Meir* dicit: quocunque tempore luminaria eclipsin patiuntur, signum malum est osoribus Israëlitarum (h.e. ipsis Israëlitis odio dignis:) quia docentur plagis suis; (*Glossa:* de præcepto. Omnes istæ pœnarum species, quæ superveniunt mundo, magis sollicitos reddunt Israëlitas, ut dicant: non venit signum illud, nisi nostri causa, idque potius, quam reliquorum populorum causa: quia Israëlitæ magis assueti sunt vapulare, quam alii omnes.) Res hæc similis est magistro puerorum, scribere eos docenti, quo veniente in Scholam scriptoriam, & lorum manu tenente, quis metuit sibi a verberibus? Scilicet ille, qui assuetus est vapulare quotidie, sibi metuit a verberibus. Tradiderunt *Rabbini:* Quo tempore Sol eclipsin patitur, est signum malum populis mundi: Quo luna; est signum osoribus Israëlitarum (h. e. Israëlitis ipsis odio dignis:) quia Israëlitæ metiuntur tempus secundum Lunam: populi mundi autem secundum Solem. Si eclipsin patiantur in ortu, signum malum est Orientalibus populis: Si in occasu, signum malum est Occidentalibus: Si in meridie, signum malum est toti mundo. Si facies ejus similis sit sanguini, portendit gladium bellicum, mundo superfuturum: Si sacco, portendit Sagittas famis mundo superventuras: Si utrique, portendit utramque calamitatem mundo superventuram

ram. Si eclipsin patiatur in occasu suo, portendit pœnam tardius venturam: Si in ortu suo, portendit citius venturam. Quidam autem modo contrario dicunt rem se habere: Neque reperias ullum populum, quin, eo vapulante, simul etiam dii ejus cum eo vapulent: quia dicitur Exod. XII, 12. *Et in omnibus diis Ægypti faciam judicia.* Quo autem tempore Israelitæ faciunt voluntatem Dei, non metuunt sibi ab omnibus istis signis: quia dicitur Jerem. X, 2. *Secundum viam gentium non discatis & a signis cæli ne consternemini: quia gentes insternabuntur ab illis.* Tradiderunt Rabbini: Propter 4. res Sol eclipsin patitur, (1) *propter patrem domus judicii, si is mortuus honore luctus non afficiatur*, secundum Halacham seu ritum traditum. (2) *propter puellam desponsatam, quam vi compressam clamantem in urbe nemo servavit.* (3) *Propter concubitum masculorum.* Et (4) *propter duos fratres, quorum sanguis simul effusus est.* Et propter 4. res luminaria deficiunt: (1) *propter scriptores falsorum contractuum.* (2) *propter destificantes falsum testimonium,* (3) *Propter eos, qui educant pecudem parvam in terra Israëlis.* (*Glossa*: quales devastant terram: quia non possunt custodiri, qui pascantur in agro alterius.) Et (4) *propter eos, qui cædunt arbores bonas.*

*Matth. XXVII, vers. 51.) Velum templi fissum est.*

*Tamid f. 29. 2.* Rabban *Simeon* filius Gamalielis dicit nomine R. Simeonis secundarii sacerdotis: Veli (Sancto Sanctorum oppositi) densitas erat palmaris, & super 72. liciis textum erat, & super unoquoque filo erant 24. fila: Longitudo ejus erat 40. cubitorum, & latitudo ejus 20. cubitorum, & ex 820000. filis factum erat, & vicies mille puellæ in eo texendo annum laborabant: Ubi autem immundum factum erat, in eo lavando 300. sacerdotes operam suam adhibebant.

*In Cholin f. 90. 2.* Ubi eadem repetuntur, dicitur: Sapientes hic hyperbolice locutos esse.

[*Joma f. 21. 2.* Dixit R. *Samuel* filius Ingæ: Inter 5. res, quæ in Sanctuario secundo defuerunt, fuit velum.]

De valvis templi apertis 40. annis ante desolationem ipsius, vid. supr. ad Matth. XXIV, 2.

*vers. 58.) Joseph petiit corpus Jesu, &c.*

*Sanhedrin f. 46. 1. Mischna:* Quomodo suspendebant aliquem? Trabs in terram depangitur, ex qua lignum exstet: dein revinctis manibus, suspenditur. R. *Jose* ait: Trabs ad parietem inclinatur, & suspendit eum ad eum modum, quo lanii faciunt, (cum mactatam pecudem suspendunt.) E vestigio autem solvitur. Si pernoctet, interdicti violatio est, quia dicitur Deut. XXI, 23.

*Ne*

*Ne finas pernoctare cadaver ejus in ligno; sed sepeliendo sepelias eum eodem die. Nam exsecratio Dei est suspensus*, &c. Quasi dicas: Quare hic suspensus est? Quia maledixit Deo. Quo pacto nomen Dei profanationi est, cum ab aliis toties in vanum pronunciatur? Dixit R. *Meir*: Ea hora, qua homo dolet; quid lingua fatur? Si ita fas est (de Deo) loqui: caput mihi dolet; brachium mihi dolet. Quum hoc modo, humanitus loquendo, Deus affli-ctet se ob sanguinem improborum, multo magis ob sanguinem justorum? Neque hoc tantum, verum etiam, quicunque sinit cadaver mortui sui pernoctare, interdictum violat; nisi id faciat honoris causa, ut paret ei capulum & involucra. Lapidatus non sepelitur in sepulchris majorum suorum. Duo autem sepulchreta a domo judicii constituta fuerunt; unum lapidatis & ustis; alterum gladio & laqueo interemtis. Quando absumta caro est, ossa coacervata in privata sepulchra inferuntur. Propinqui judices ut & testes salutant, quasi dicerent: Persuasum vobis sit, nos nullo modo vobis succensere, quippe qui recte judicaveritis. Propinquos suos morte affectos non plangunt, sed lugent: quia non est אנינות luctus, nisi cordis.

## MATTHÆI CAP. XXVIII.

*vers. 2.) Angelus revolvit lapidem ab ostio.*

Lapis talis, incumbens sepulchro, Talmudicis vocatur גולל unde scribitur in *Sanhedrin f. 47. 2:* A quonam tempore incipit אבילות luctus? Inde ex quo clauditur sepulchrum imposito operculo, quod גולל dicitur. Et in *Oholoth cap. 2. §. 4.* Refertur הגולל inter ea, quæ immundum reddunt attactu, & in tentorio, non autem immnndum reddunt lotione. Ubi notatur a *Glossa* גולל Golal est operculum, quo obtegendi erant defuncti, sive sit ex lapide, sive ex ligno, aut ex alia præter hanc materia. &c. Vocari autem hoc operculum Golal; ut esset apud illud ex lapide מתגולל devoluto super os seu ostium sepulchri.

## MARCI CAP. III.

*vers. 4.) Licetne in Sabbathis animam servare, vel perdere?*

*Drusius* ad hoc notat in *Præterit. p. 64.* Lex est hominibus, quod aqua piscibus. Cujus sententiæ origo est ex Talmud *Aboda Sara f. 3. 2.* Dixit R. Judas, dixisse Samuelem: Quid est, quod scribitur Hab. I, 14. *Et fecisti hominem ut pisces maris: ut reptile, cui nemo dominatur?* Quare comparati sunt filii hominis cum piscibus maris? Scilicet, quasi diceret tibi, quod,

quod, ut pisces, qui in mari sunt, postquam ascendunt in aridum, seu terram; statim moriuntur: ita etiam filii hominis postquam secedunt a verbis Legis, & a præceptis, statim moriantur.

## MARCI CAP. VII.

*vers. 2.) Illotis manibus edentes panem.*

*Erubbin f. 21. 2.* Raba sermonem argutum habuit: Quid est, quod scribitur Eccl. XII, 12. *Et plus ex illis monitus esto, facere libros multos,* &c. Fili mi, monitus esto per verba Scribarum plus, quam verbis Legis: quia in verbis Legis est præceptum affirmativum & negativum. Verba Scribarum autem quod attinet, omnis, qui transgreditur ea, reus est mortis. Ne forte dicas, si est in illis res vera, quare ergo non scripta sunt? Scilicet, *ibid. facere libros multos, non est finis, &* להג *studium multum, est defatigatio carnis.* Dixit R. *Papha* filius R. Achæ, filii Adæ, nomine R. *Achæ*, filii Ulæ: Docere isto voluit, quod omnis, qui מלעיג subsannat verba Sapientum, judicatur (h. e. punitur) in excremento ferventi. Cui opponebat *Raba*: Num לעג (quod significaret) *subsannationem*, scribitur? Imo vero להג (quod significat) *studium*, scribitur: Quare non est hæc horum verborum mens; sed quod omnis, qui meditatur in illis, gustet saporem carnis. Tradiderunt *Rabbini* exemplum de R. *Akiba*, qui vinctus tenebatur in carcere, cui R. Josua Garsæus ministrabat: Quotidie introducebat ei aquam per mensuram; Quodam die inveniebat eum custos carceris, dicens illi: hodie aquas plures accepisti, fortassis ad perfodiendum carcerem illis opus habes. Quare effuso semisse earum, semissem earum dabat. Postquam veniebat ad R. Akibam, dicebat ei: Josua, tune ignoras, me senem esse, & vitam meam pendere a vita tua? Narrabat ergo Josua omne id, quod sibi acciderat. Deinde dicenti Akibæ, da mihi aquam, ut lavem manus meas, respondebat Josua: ad bibendum non sufficiunt; & sufficerent ad lavandum manus? Reponebat ei Akiba: quid faciam? Condemnatur quis morte, si non lavet manus. Præstat ergo me mori morte voluntaria, quam transgredi sententiam Rabbinorum. Dixerunt: eum nihil quicquam gustasse, donec afferret ei aquam, qua manus suas lavaret. Postquam id audiebant sapientes, dicebant: Si senex, & quidem captivus, tam rigide ea observat; quanto magis decebit juvenes, & quidem liberos. Dixit R. *Judas* dixisse Samuelem: Ea hora, qua ordinavit Salomo mixturas Sabbathicas, & lotionem manuum, egressa filia vocis, dicebat: Prov. XXIII, 15. *Fili mi, si sapiat cor tuum, lætabi-*

*tabitur cor tuum, etiam ego.* Prov. XXVII, 11. *Sapiens esto, fili mi, & exhilora cor meum, & respondebo convitiatori meo verbum.*

*verſ.3.) Niſi crebro lavent manus.* &c.

Vid. Matth. XV, 2. 3. In Tr. Talm. *Jadajim cap.* 2. plura habentur, de lotione manuum, §. 1. Si quis levaverit manui ſuæ uni ex immerſione ſeu ablutione una; tum manus ejus munda eſt. Si duabus manibus ſuis ex immerſione una; tum R. Meir pro immundis habet, donec levaverit ex quartali. Si ceciderit fruſtum Trumæ, ſeu oblationis ſeparatæ (ſuper eas ipſas aquas, quæ ceciderunt de manibus ejus;) pro mundo habetur. R. Meir pro immundo habet. §. 2. Si ſumſerit aquas priores (quibus ante cibum ſumtum manus lavit) in locum unum; & ſi aquas poſteriores (poſt cibum ſumtum;) in locum unum, & ceciderit fruſtum Trumæ ſuper priores, pro immundo habetur: ſi ſuper poſteriores, pro mundo habetur. Si ſumſerit priores & poſteriores in locum unum, & ceciderit fruſtum Trumæ, pro immundo habetur. Si ſumſerit priores, & inveniatur ſuper manibus ejus feſtuca, aut lapillus, tum manus ejus immundæ ſunt, quia aquæ poſteriores non purificant, niſi aquas, quæ ſunt ſuper manum. *R. Simeon* filius Gamalielis dicit: quicquid eſt in creatura aquarum, mundum eſt. §. 3. Manus polluuntur & purificant usque ad articulum. Quomodo? Si ſumſerit priores aquas usque ad articulum, & poſteriores extra articulum, & redierint ad manum; pro munda habetur, &c. Ubi plures tales frivolæ traduntur præceptiones. vid. etiam locum in *Schabbath f. 108. 1. 2.* ubi, quantum noceat omiſſa lotio manuum traditur.

## MARCI CAP. IX.

*verſ. 43.) Abire in gehennam, in ignem inextinguibilem.*

*Peſachim f. 54. 1.* Dictum perhibetur: Cavitatem eſſe (*Gloſſa:* inferni,) quæ creata ſit prius, quam mundus crearetur: Ignem autem ejus creatum eſſe in veſpera Sabbathi, h. e. die Veneris: (primi hexaëmeri.) Huncne vero ignem Gehennæ, creatum eſſe die Veneris? Atqui Traditio eſt: R. Joſe dicit; Ignis, quem Deus Opt. Max. creavit, nullam habet extinctionem in æternum. (*Gloſſa:* quia iſte ignis eſt Gehennæ:) nam dicitur Eſa. LXVI, v. 24. *Et exibunt & videbunt cadavera hominum prævaricantium in me; quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Item dixit R. *Benaa,* filius R. Ulæ: Quare non dicitur Gen. I, 6. 7. (ut de reliquorum dierum operibus;) *quod bonum eſſet,* in ſecundo die primæ hebdomadis? Scilicet, quia in eo creatus erat ignis inferni. Et dixit R. *Eleaſar:* Etiamſi

hic, de eo, non dicatur, quod bonum ſit, tamen poſtea ſub genere etiam opus diei ſecundi complexus eſt, cum diceret, Gen. I, 31. *Et vidit Deus omne, quod fecerat, & ecce bonum valde erat.* Sed de cavitate inferni, antequam crearetur mundus, & de igne ejus in ſecundo die hebdomadis, & de igne eorum creandis cogitatio ſuſcepta erat in die Veneris; non tamen creatus eſt usque ad exitum Sabbathi h. e. primum diem hebdomadis.

## MARCI CAP. XI.

*verſ. 25.)* *Quum ſtabitis ad orandum.* vid. ſupra ad Matth. VI, 5.

## MARCI CAP. XII.

*verſ. 43.)* *Vidua hæc pauper plus dedit in gazophylacium.* &c.

*Menachoth f. 110. 1. Schevuoth f. 14. 2. Miſchna:* Dicitur de holocauſto beſtiæ; *ſacrificium ignitum odoris grati*, Lev. I, 9. 13. Et de holocauſto avis; *ſacrificium ignitum odoris grati.* Et de Mincha; Lev. II, 2. *Sacrificium ignitum odoris grati.* (Quorum primum, magni; reliqua duo, parvi conſtant:) quaſi diceret tibi: unum idemque eſſe, ſive quis multum, ſive parum offerat, dummodo cor ſuum intendat in Deum. *Gemara:* Dixit R. *Zira:* quo textu hoc probatur? Eccl. V, 11. *Dulcis eſt ſomnus operantis, ſive parum, ſive multum ederit.* (*Gloſſa:* operantis opus oblationum, & afferentis ad altare, dulcis eſt ſomnus: quia ipſe dormit & non metuit: ſive multum ederit, ſive donum mercedis ſuæ.) R. *Ada* filius Ahabæ dixit: hinc id probari Eccl. V, 10. *Benedictionibus boni multiplicati ſunt edentes* (*Gloſſa:* ſacerdotes) *ejus, & quanta eſt rectitudo Dominis ejus?* (*Gloſſa:* hoc eſt, Deo ejus; cum vident oculi ejus, hunc intentum eſſe in bonum.) R. *Simeon* filius Ezai dicit: Veni, vide, quid ſcribatur in ſectione oblationum, Lev. I. & ſeqq. quia non eſt dictum in illis, אל *Dei*, neque אלהים *Dei:* ſed יהוה *Domini:* ne daretur occaſio adverſario audacter dicendi, dividendam eſſe Deitatem in plures Deos. (Eis, qui dicere poſſent, potentias ſeu deitates multas eſſe; idque rem arguere: quia hic, cujus nomen eſt tale, eis præcepit ſibi offerri Mincham, cujus autem nomen eſt tale, præcipit ſibi offerri juvencos, alter autem arietes. Idcirco de omnibus iſtis dictum eſt, *ſacrificium ignitum Domino.*) Et dicitur, *de bove*, grandi animali, Lev. I, 9. 13. *Sacrificium ignitum odoris grati, Domino.* Item *de ave*, tenui animali, v. 17. *Sacrificium ignitum odoris grati, Domino.* Et de *Mincha* Lev. II, 2. *Sacrificium odoris grati, Domino.* Quaſi diceret tibi; unum idemque eſſe, ſive quis multum, ſive parum offerat, dummodo cor ſuum inten-

intendat ad Deum. Ne quis autem forte diceret, eum opus habere esu; quare notanter dicendum erat, Psal. L, 12. *Si esuriam, non dicam tibi: quia meus est orbis, & plenitudo ejus.* Et dicitur v. 10. *Nam meum est animal Sylvestre, bestiæ in mille montibus.* v. 11. *Novi omnes aves montium; fera agrestis mecum est.* v. 13. *An edam carnem boum, & sanguinem hircorum bibam? Non dixi vobis sacrificate mihi hoc fine: sed ut dicas, faciam voluntatem ejus.* (*Glossa:* quasi diceret: non ad commodum meum jussi vos mihi offerre: nam ego nolo vos gravare, ut inviti hoc faciatis:) & faciam voluntatem meam. Non autem secundum (vel, ad) voluntatem ejus vos sacrificatis; sed ad voluntatem vestram vos sacrificatis: (*Glossa:* h. e. ad usum & necessitatem vestri ipsorum, ad implendum mandata: ut sit expiatio vobis per tale:) quia dicitur Lev. XIX, 5. *Ad voluntatem vestram sacrificabitis. Alia Expositio: Ad voluntatem vestram sacrificabitis:* h. e. ex animo, & sponte vestra sacrificate.

## MARCI CAP. XIII.

*vers. 32.) De die illo & hora nemo scit.*

Vid. supra ex *Sanhedrin fol. 99.* ubi Deus dicitur notitiam dierum Messiæ sibi soli reservasse, nec Angelis revelasse.

## MARCI CAP. XVI.

*vers. 62.) Videbitis sedentem a dextris potentiæ.*

חֲגְבוּרָה Potentia est unum ex Synonymis Dei.

*Schabbath f. 87. 1.* Quid respondit Moses coram הַגְּבוּרָה potentia, h. e. coram Deo.

## LVCÆ CAP. I.

*vers. 7.) Elisabeth erat στεῖρα, sterilis.*

Incertum, num fuerit ex eo genere sterilium, quas *Talmudici* vocant eximie steriles, & prorsus ad pariendum ineptas. Hebr. אילונית, de qua in *Nidda f. 47. 2.* Si qua nata 20. annos, nondum protulerit 2. pilos in loco pubis, afferat rationem, se esse natam 20. annos: Et ipsa est אילונית *sterilis:* non extrahit calceum, neque ducitur in uxorem jure leviratus. Et in *Jebammoth f. 80. 2.* Quænam est אילונית *Ailonith* sterilis ita dicta? Quæcunque nata 20. annos nondum produxit 2. pilos, & si vel etiam produxerit post hoc tempus; tamen ecce illa est, ut *Ailonith*, secundum omnes

res

res ipsius. Hæc autem sunt signa ejus: (1) quæcunque non habet mammas. (2) quæ difficultatem sentit tempore coitus. R. *Simeon filius Gamalielis* dicit: Quæcunque non habet declivitatem in pube, ad modum mulierum. R. *Simeon filius Eleasaris* dicit: Cujuscunque vox est crassa; & non discerni potest, sitne mas an fœmina.

*vers. 9.) Zacharias Sorte accepit officium suffiendi.*

*Joma f. 22. 1. Mischna:* Quatuor Sortes erant in atrio sacerdotum; quarum *prima* erat de expurgando altari a cineribus (*fol. 25. 1.*) Sors *secunda* erat, quis mactaret, quis spargeret sanguinem, quis portaret membra victimæ ad gradus &c. *fol. 26. 1.* *Tertia* Sors erat: Novi (h. e. ii, qui non antea functi officio suffiendi) ad suffitum veniant & Sortes projiciant. *Quarta* denique Sors: Novi & etiam veteres, quis portabit membra a gradibus ad altare?

*vers. 21.) Mirabantur, cum diutius moraretur in templo.*

Pariter Talmudici tradunt de Summo Sacerdote, quod, cum in die expiationis ingrediebatur in templum, brevem tantum habuerit orationem, ne metum incuteret populo, s. longiorem moram necteret in templo. In *Joma f. 52. 2.*

Cum Summus Sacerdos in die expiationis pertigit ad aream in Sancto Sanctorum, ponebat thuribulum inter duos vectes, congregabat suffitum super prunis, & implebatur tota domus fumo. Exibat, & veniebat via loci ingressus sui, (seu retrorsum incidens,) & precabatur precationem brevem in domo exteriori, neque prolixus erat in precatione sua, ne perterrefaceret Israëlitas.

## LVCÆ CAP. III.

*vers. 13.) Nihil plus, præter constitutum exigite. &c.*

*Baba Kama f. 113. 1. Mischna:* Pecunias non permutant ex arca מוכסין publicanorum &c. *Gemara:* Traditur: Si det ei denarium; dat ei reliquum, *Publicanorum:* Atqui dixit *Samuel:* judicium regni, pro judicio habetur. Dixit R. *Chanina* filius Cahanæ, dixisse Samuelem: hoc intelligendum esse de telonio seu vectigali, cui non est קיצבא exactio determinata, (h. e. διατεταγμένον constitutum quid.) &c.

LVCÆ

## LUCÆ CAP. VI.

*verſ. 1.)* Ψώχοντες, *fricantes.* vid. *Maaſeroth c. 4. §. 5.* Item in Tractatu *Schabbath f. 128. 1.*

*verſ. 36.)* *Eſtote miſericordes,* &c.

*Schabbath f. 133. 2.* Abba Schaul dixit: Voce ואנוהו Exod. XV, 2. ſignificari: eſto ſimilis ei, (quaſi diceretur אני *Ego,* והוא *& ipſe:* invicem ſimiles ſumus.) Qualis ipſe eſt? Gratioſus & miſericors: ita etiam tu ſis gratioſus & miſericors.

*verſ. 38.)* *Date Menſuram bonam,* &c.

*Baba Bathra f. 88. 1.* *Miſchna:* הסיטון Mercator frumentarius (*Gloſſa:* Per hunc intelligitur magnus tabernarius, qui multa ſimul emit, & poſtea iterum vendit minoribus tabernariis,) abſtergit menſuras ſuas, quibus merces ſuas, quas vendit, metitur, ſemel intra 30. dies, (ne, ſi quæ ſordes eis adhærerent, emtoribus fraudi eſſet.) Paterfamilias autem, abſtergit ſuas, intra duodecim menſes. Rabban *Simeon* filius Gamalielis dicit: Rem hanc inverſa vice ſe habere: Tabernarius minor abſtergit menſuras ſuas bis in hebdomade, & abſtergit pondera ſua ſemel in hebdomade, & abſtergit lances libræ, quolibet ponderandi actu. Dixit Rabban Simeon filius Gamalielis: de quibus hæc dicuntur? De re humida: ſed in re ſicca non opus eſt. Tenetur autem (venditor) emtori dare tantum ſuperpondium, ut lanx libræ ſpatio unius palmi deprimatur infra æquilibrium. Si ponderarit ei oculo ad oculum (h. e. juſto æquilibrio,) dat ei ſuperpondium, partem unam, reſpectu denarum, in rebus humidis: & partem unam, reſpectu vicenarum, in rebus aridis. In loco, quo ſolent metiri, menſura parva; non metietur quis magna: ubi magna; non metietur parva. Ubi ſolent abradere hoſtorio menſuram, (da mans pflegt mit der Streich abzuſtreichen;) non accumulabit (darff mans nicht aufhäuffen:) ubi ſolent accumulare menſuram; non abradet.

## LUCÆ CAP. VII.

*verſ. 32.)* *Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis.* &c.

*Sanhedrin f. 103. 1.* Dixit R. *Johannes,* nomine R. Simeonis filii Jochai: Quid eſt, quod ſcribitur Prov. XXIX, 9. *Vir ſapiens diſceptat cum ſtulto, & excandeſcit, & ridet, & non eſt quies?* (*Gloſſa:* Per, *virum ſapientem,* intelligitur Deus. Nam Deus vocatur *Vir,* Exod. XV, 3. Per, *virum ſtultum,*

R intel-

intelliguntur reges, qui continui inter se erant, Achaz & Amazias. Et per, *excandescit, & ridet, & non est quies*, intelligitur; sive Deus irascatur illis (seu iracunde agat cum illis, sive ludat & rideat cum illis; tamen illi non metuunt sibi ab eo, neque pavent, ut ad meliorem mentem redeant.) Dixit Deus Opt. Max. iracunde egi cum Achazo, & dedi eum in manus regum Damasci, & tamen, (nullo Numinis mei metu perculsus,) sacrificavit, & suffitum fecit diis Damasci 2. Chron. XXVIII, 23. *Qui percutiebant eum, & dixit: dii Regum Syriæ ipsi juvant eos,* &c. Risi cum Amazia, & dedi reges Idumææ in manum ejus. At ille adduxit deos eorum & adoravit eos: quia dicitur 2. Chron. XXV, 14. *Et factum est postquam veniret Amazias a clade Idumæorum, tunc adduxit deos filiorum Seir.* &c. Dixit R. *Papha*: Hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: sive fleant ei domino, qui nescit; sive rideant ei domino, qui nescit: væ ei domino, qui nescit discernere inter bonum & malum. Clar. *Coccejus* in *Sanhedrin p. 407.* vertit ita: Ploravi tibi, sed animum non advertisti: risi tibi, sed non curasti. Væ tibi, qui bonum malumque non internoscis. Ubi etiam notat, convenire hoc adagium cum Luc. VII, 32. & male acceptum esse a Drusio in *Adagiis p. 105.* Idem etiam observat *Buxtorff. Lex. Talm. p. 1247.* *Glossa* notat vocem מר *domini*, non acceptam esse absolute, & simpliciter, sed propterea, quia ita vulgo dicere soleant: quum ipse est sapiens; quum ipse vult judicio agere, & disceptare cum illis: sive sit ridens super eis, sive iracunde agens, tamen non metuunt sibi ab eo, neque terrentur, ut redeant ad meliorem mentem.

*vers. 41.) Duo debitores erant, fæneratori cuidam.*

*Aboda Sara f. 4. 1.* Petebant aliqui hæretici a R. Abhu, ut sibi exponeret locum illum Amos. III, 2. *Duntaxat vos novi ex omnibus familiis terræ: propterea visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Cum hoc dictum parum quadrare videatur cum eo, quod is, qui alteri succenset, extollat aliquem apud amicum suum, ut illi audientes ex æmulatione moriantur. Quibus ille respondebat: per parabolam rem vobis explicabo, cui hoc simile sit: Scilicet simile est homini, qui in fœnus credit pecuniam duobus hominibus, uni, amico suo, alteri hosti suo. Ab eo, qui est amicus ipsius, patitur sibi solutionem fieri paulatim: (*Glossa:* Sic ab Israëlitis Deus sumit ultionem iniquitatum eorum, ceu debitorum solutionem, in Seculo hoc, eum in finem, ut justificentur in die judicii. A nationibus autem mundi non sumit ultionem ullo modo: eum in finem ut extrudat eos ex Seculo futuro. Et actus visitandi significat paulatim: sicut homo, qui visitat socium suum singu-

ſingulis matutinis.) Ab eo, autem qui eſt hoſtis ipſius, ſolutionem ſibi fieri vult ſimul una vice.

## LVCÆ CAP. X.

*verſ. 1.) Miſit alios Septuaginta duos.*

*Druſius in præterit. p. 96.* Obſervatum Ebræis, judices Synedrii majoris fuiſſe numeri ſeptuaginta duos. Vellem nominaſſet, quinam illi Hebræi ſint, qui hoc obſervarint. Nam ſententia hæc prorſus contraria eſt traditioni Talmudicæ: quia ſic traditur in *Sanhedrin f. 2. 1.* in Miſchna: Synedrium magnum ſeptuaginta & unum judices habuit. Minus; tres & viginti. Unde conſtat, 71. fuiſſe illius Synedrii judices? Ex eo, quod dicitur Num. XI, 6. *Congrega mihi 70. viros ex Senioribus Iſraëlis.* His Moſes junctus erat: En tibi 71. R. *Judas* ait: 70. fuiſſe. Ad quæ verba poſtea in *Gemara f. 17. 1.* notatur: Quæ ratio Rabbinorum? Quia dixerunt: Et Moſen fuiſſe ſuper illos. Dixit textus: Num. XI, 16. *Et conſiſtant ibi tecum.* Scilicet, *tecum*, & tu cum illis. R. *Judas* autem ait, *tecum:* propter divinitatem. (*Gloſſa:* Tecum ſtabunt extra tentorium, & non venient in tentorium, propter divinitatem,) Rabbini autem ajunt: dixit textus, Num. XI, v. 17. *Et ferent tecum de onere populi.* Scilicet, *tecum*, & tu cum illis. R. Judas autem ait; *tecum;* de ſimilibus tibi. *Rabbini* autem ajunt: ex Exod. XVIII, 22. *Et allevando a te & ferant tecum;* infertur & diſcitur Synedrium magnum ex Synedrio minori. Tradiderunt Rabbini: Num. XI, v. 26. *Et relicti ſunt duo viri in caſtris:* Sunt, qui cenſeant; in Schedis (urnæ) relicta eſſe nomina eorum. Nam ea hora, qua dixerat Deus Opt. Max. v. 16. *Congrega mihi 70. viros ex Senioribus Iſraëlitarum:* dicebat (cogitabat) Moſes: quomodo faciam? Si eligam Senos ex ſingulis tribubus; tum (fient 72) & invenientur duo ſuperflui. Si eligam quinos ex ſingulis tribubus; tum fient 60. & invenientur deficere 10. Si eligam Senos ex hac tribu, & quinos ex tribu altera; tum ecce ero autor excitandæ invidiæ inter tribus. Quid ergo fecit? Elegit Senos ex ſingulis, & adduxit 72. pittacia ſeu Schedulas. Septuagenis inſcripſit vocem זקן Zaken, h. e. *Senior.* Duas autem Schedas reliquit planas, ſeu absque inſcriptione. Deinde Schedulis probe inter ſe agitando mixtis, dixit ad illos: Venite, & accipite Schedulas veſtras. Cuicunque aſcendebat (ex urna,) accepta manu ſua Scheda cum inſcriptione, *Senior*, ei dicebat: jam pridem te deſtinatum ſanctificavit Deus ad hoc officium. Cuicunque aſcendebat Schedula plana; ei dicebat: Deus non delectatur te. Ego quid faciam tibi? &c. Unde apparet, Hebræos non ſentire

tire Synedrii judices fuisse 72. neque a Mose constitutos fuisse, initio consessum illum e 72. viris.

*vers. 7.) In ea ipsa domo manete, edentes & bibentes.* &c.

*Eracbin f. 16. 2.* Usque quo homo non mutabit hospitium suum? Respondit *Rabus*, usque ad percussionem (h. e, donec non vapulet.) Samuel autem dixit: usquedum suspensa erunt instrumenta ipsius retrorsum in humero. (*Glossa:* Donec suspendat paterfamilias instrumenta hospitis post ipsum, seu a tergo ipsius, ad projiciendum eum e domo.) De percussione ejus, (si a patrefamilias hospes percutiatur) totus mundus non dissentiunt, (quod tum debeat mutare suum hospitium.) De suspensione instrumentorum ejus, post ipsum, totus mundus pariter non dissentiunt: Quia dissentiunt de percussione, quæ est domus ipsius. Mar (unus Doctor) putavit, (scilicet Samuel,) quum eum, qui ipsius est, non percutit, seu dolore afficit; quid infertur ei ex eo? Mar autem (alter Doctor, nempe Rabus, putavit; venisse eum, ut molestia afficiatur. Omnia autem hæc, quorsum ei tendunt? (*Glossa:* scilicet ad ferendum hospitem mutantem suum hospitium.) Quia dixit Mar; Hospes rumpit & rumpitur (h. e. lædit & læditur. *Glossa:* rumpit patremfamilias) rumpitur autem ipse a seipso; Quia vulgari adagio dicitur: *Quam difficiles sunt illi, quia non possunt habitare una.*) Dixit R. Judas, dixisse Rabum: Unde probatur ex Lege, quod homo non debeat mutare hospitium suum? Quia dicitur Gen. XIII, 3. *Ad locum, ubi fuit tentorium ejus ab initio.* R. Jose filius Chaninæ dixit: Hinc illud probari; *Et ivit in profectionibus suis. Ibid.* (*Glossa:* In via, qua solitus erat castra metari, de profectione in profectionem: quia non mutavit domum pernoctationis suæ.) Quid interest inter eos? Interest inter eos, scilicet hospitium fortuitum. (In quo quis non fixam sedem collocavit, sed in quod forte fortuna incidit, id facile iterum mutare potest; non autem fixum.

## LVCÆ CAP. XI.

*vers. 8.) Tamen propter impudentiam ejus excitatus dabit ei.* &c.

*Sanbedrin f. 105. 1.* Num. XXII, 8. *Et manserunt principes Moab cum Bileamo.* Principes autem Midian quorsum evaserunt? Scilicet, postquam illis dixisset Bileam, *ibid: Pernoctate hic, hac nocte, & respondebo vobis verbum*, dixerunt, (secum cogitarunt, quid frustra diutius exspectemus?) Numquid uspiam est pater, qui oderit filium suum? (*Glossa:* Quia putaverat Bileam, Deum dicturum esse: exsecrare filium meum: nam dixit; pernoctate hic.) Dixit R. *Nachman:* Impudentia etiam adhibita apud Deum, fru-

fructuosa est. (*Glossa:* Quia profuit Bileamo id, quod impudenter se gesserat apud Deum, jubendo legatos pernoctare, & deinde precibus pertinaciter insistendo, ut sibi concederet cum illis abire:) En! ab initio scribitur v. 12. *Ne eas cum illis:* Postea autem scribitur v. 20. *Surge, ito cum illis.* Dixit *R. Scheschath:* Impudentia est regnum, quod non habet coronam, (*Glossa:* q. d. Magnam ea habet potestatem, & nullo eget, nisi corona. Multum potest, & passim dominatur; sed laude destituitur:) quia scribitur 2. Sam. III, v. 39. *Et ego hodie sum tener, & unctus rex: viri autem illi, filii Zerujæ, duriores sunt me.* (*Glossa:* Ego non sum major illis, nisi honore unctionis ad regnum. Illi plus potestatis, ego plus honoris habeo.) Exemplum impudentis precatoris proponitur in *Taanith f. 19. 1.* In *Mischna:* Propter omnem calamitatem, ut non superveniat cœtui, fracto clangore clangunt, exceptis nimiis pluviis. Exemplum est: Quia dixerunt aliquando ad חוני המעגל Chone Hammaagal (h. e. ducentem circulum,) ut Deum precaretur, pro demittendis cœlitus pluviis. Quibus ille dicebat: exite, & introducite furnos agnorum Paschalium; (*Glossa:* quia ipsi erant in atriis, & quidem testacei: & de loco removebant eos, ne sub dio relicti dissolverentur liquefacti a pluviis;) ea de causa, ne dissolvantur liquefacti a nimiis pluviis. Orabat ergo Deum pro impetrandis pluviis, eæque non descendebant. Quid faciebat? Circulo ducto, consistebat intra eum, & dicebat coram eo: Domine mundi, filii tui, conversa in me facie, fiducia mei, quod sim velut domi tuæ natus; (petierunt a me, ut a te illis pluviam exorarem.) Quare juro per nomen tuum magnum, quod nolim me hinc promovere, donec miserearis filiorum tuorum: Quo dicto, cœperunt pluviæ guttatim decidere. Dicebat ergo: non sic petii; sed pluvias largissimas, quibus impleantur cisternæ, fossæ & speluncæ. Deinde, incipientibus pluviis descendere cum impetu, & nimia vehementia; dicebat: Non sic petii: sed pluvias benevolentiæ, benedictionis, & doni spontanei. Quare descendebant, prout disponebat eas, donec exirent Israelitæ Hierosolymis, in montem domus Dei, pluviarum causa: Post hæc veniebant, & dicebant ei: sicut orasti pro eis, ut descenderent: ita nunc ora, ut desinant, & evanescant. Quibus ille dicebat: Exite, & videte, num madeat lapis הטועים errantium. (*Glossa:* Lapis errantium erat Hierosolymis, & quicunque amiserat rem aliquam amissam, eo se convertebat: & qui invenerat rem amissam, eo se convertebat: alter stabat, & proclamabat, alter autem stabat, & dabat signa, & accipiebat. vid. *Baba Mezia f. 28. 2.* ubi pro הטועים, *errantium*, scribitur הטוענין, *qui arguebat*, vel *refutabat.*) Mittebat ad eum Simeon filius Schetachi aliquem, qui his verbis eum compellaret: Nisi tu Chone esses, decernerem super te excommunicationem. Sed quid faciam

tibi: quia tu impune peccas coram Deo, & facit tibi voluntatem tuam; ſicut filius, qui impune peccat apud patrem ſuum, & cui fecit voluntatem ejus. Et de eo Scriptura dicit Prov. XXIII, 25. *Lætabitur pater tuus, & mater tua, & exultabit genetrix tua.* Poſtea in *Gemara f.* 23. 1. ad hoc notatur: Tradiderunt Rabbini: Aliquando elapſo menſe Adar, ſeu Februario, magna ſui parte, & nullis deſcendentibus pluviis, mittebant ad Chone Hammaagal aliquem, qui diceret ei ipſorum nomine: ora pro nobis: ut deſcendant pluviæ. Orabat ergo ille, & deſcendebant pluviæ; Ducto circulo, conſiſtebat intra illum, ad eum modum, quo fecerat Habacuc Propheta: quia dicitur Hab. II, 1. *Super cuſtodia mea ſtabo, & conſiſtam ſuper munitione,* &c. Dixerat Chone ad Deum: Domine mundi! filii tui converſa in me facie ſua, fiducia mei, quod ſim velut domi tuæ natus, (petierunt a me, ut a de illis pluviam exorarem:) quare juro per nomen tuum magnum, quod nolim me hinc promovere, donec miſerearis filiorum tuorum. Quo dicto cœperunt pluviæ guttatim decidere. Cui dicentibus diſcipulis ejus: Magiſter, videamus te, & non moriamur fame, propter cohibitionem pluviarum, ut perſuaſum nobis erat, non deſcenſuras eſſe pluvias, niſi ad ſolvendum juramentum tuum: dicebat; Non ſic petii, ſed pluvias, quibus impleantur ciſternæ, foſſæ & ſpeluncæ. Deſcendentibus ergo pluviis tanto cum impetu, donec ſingulæ guttæ æquarent plenitudinem orificii dolii; in menſisque Sapientum nullam guttam minorem deſcendiſſe, menſura Logi: dicebant ei diſcipuli ejus: Magiſter videamus te, & non moriamur, ut perſuaſum nobis erat, non deſcenſuras pluvias, niſi ad perdendum mundum. Quare Chone dicente coram Deo: non ſic petii; ſed pluvias benevolentiæ, & ſpontanei doni. Deſcendebat ergo, prout diſponebat eas, donec aſcenderet totus Iſraël in montem domus Dei, pluviarum cauſa. Dicebant ei: Magiſter, ſicut oraſti, ut deſcenderent: ita nunc ora, ut deſinant & evaneſcant. Quibus ille reſpondebat; Sic per Cabbalam, ſeu Traditionem patrum, accepi, quod non ſoleant orare, ad nimium donum avertendum. Hoc tamen non obſtante; afferte mihi juvencum confeſſionis. Quare adducto juvenco confeſſionis, impoſitis ambabus ſuis manibus, dicebat: Domine mundi, populus tuus Iſraël, quem dixiſti ex Ægypto, non poſſunt ferre, neque nimium boni, neque nimium pœnæ. Succenſueras eis (inhibitis pluviis;) non poterant conſiſtere. Nimia abundantia (pluviarum) dediſti eis bonum; nec poſſunt conſiſtere. Quæſo, placeat tibi, ut deſinant pluviæ, & ſit reſpiratio mundo! Quo dicto ſtatim flabat ventus, & diſpergebantur nubes, & Sol lucere incipiebat, facta ſerenitate, exibatque populus in rus, & afferebant ſibi fungos & boletos. (*Gloſſa:* Qui creverant ex humore pluviarum: & ſciverant inde, quod hæ pluviæ benedictionis eſſent.) Mittebat ad hunc Chonen Hammaagal *Simeon* filius Schetachi, aliquem,

aliquem, qui his verbis eum compellaret: nisi tu esses Chone Hammaagal, decernerem super te excommunicationem. (*Glossa:* Quia excommunicant propter honorem Magistri: nam ejaculatus erat verba contra Deum, & dixerat; non ita petii:) qui nisi hi anni essent ut anni Eliæ, (decretum cohibitionis pluviarum, & clavis recludendarum earum erat in manu Eliæ,) quibus claves pluviarum erant in manu Eliæ; non inventum est nomen Dei profanatum: Quia Elias juraverat: *Vivit Dominus, si erit his annis ros, & pluvia, nisi secundum verbum meum.* 1 Reg. XVII, 1; Et tu juras, quod nolis discedere hinc, donec descendant pluviæ, inventum est nomen Dei profanatum, opera tua. (*Glossa:* Quia sive hoc, sive illud fiat; venis in potestatem juramenti falsi:) Sed quid faciam? Quia tu impune peccas, coram Deo, & facit tibi voluntatem tuam: sicut filius, qui impune peccat apud patrem suum, & cui facit voluntatem ejus: & dicebat ei, pater, deduc me, ad lavandum me aquis calidis: intinge me aquæ frigidæ: da mihi nuces, amygdalas, mala Persica, & Punica; & dat illi. Et de te Scriptura dicit Prov. XXIII, 25. *Lætabitur pater tuus, & exultabit genetrix tua.* Tradiderunt *Rabbini:* Quorsum miserunt filii cameræ lapidis cæsi (Senatores Synedri magni) ad Chonen Hammagaal: Hiob. XXII, 28. *Et decernes sermonem, & ratus erat tibi, & super vias tuas splenduit lux?* Scilicet, *& decernes sermonem;* tu decrevisti inferius; Deus Opt. Max. autem, ratum habet sermonem tuum superius. *Et super vias tuas splenduit lux:* generationem, quæ erat caligo, (*Glossa:* præ nimio dolore, quod non descenderint pluviæ,) illuminasti precibus tuis, v. 29. *Quum humiliarunt, & dixisti cultum:* generationem, quæ erat humilis, exaltasti precibus tuis. Ibid. *Et depressum oculis salvabit:* Generationem, quæ deprimebatur, iniquitate sua, salvasti precibus tuis, (*Glossa:* ex morte: quia adduxisti super eam saturitatem, seu annonæ abundantiam.) v. 30. *Eripiet non innocentem:* generationem, quæ non erat innocens, eripuisti precibus tuis. *Et ereptus est puritate manuum tuarum: Ibid.* Eripuisti eam operibus manuum tuarum innocentibus.

*vers. 17.) Omne regnum in se divisum desolatur &c.*

Derech Erez Zota, *c. 5. f. 21. 1.* R. *Eliezer* Hakkaphar dicebat: Res magnifacienda est pax (seu concordia;) & exosum quid est divisio: (seu discordia.) Res magnifacienda est pax: quia si vel etiam sint idololatræ, si fas est ita loqui, divinitas non potest attingere seu lædere eos, qui dicitur Hos. IV, 17. *Consociatus idolorum est Ephraim; Sine illum.* Et si est divisio, vel discordia inter eos; quid dicitur de illis? Hos. X, 2. *Dixit cor eorum, nunc devastabuntur.* Hæc quomodo? domus, in qua est divisio, tandem desolabitur. Et Sapientes dicunt: sit divisio in Synagoga, tandem ea excidetur. Duobus, Studiosis

hic, de eo, non dicatur, quod bonum ſit, tamen poſtea ſub genere etiam opus diei ſecundi complexus eſt, cum diceret, Gen. I, 31. *Et vidit Deus omne, quod fecerat, & ecce bonum valde erat.* Sed de cavitate inferni, antequam crearetur mundus, & de igne ejus in ſecundo die hebdomadis, & de igne eorum creandis cogitatio ſuſcepta erat in die Veneris; non tamen creatus eſt usque ad exitum Sabbathi h. e. primum diem hebdomadis.

## MARCI CAP. XI.

*verſ. 25.) Quum ſtabitis ad orandum.* vid. ſupra ad Matth. VI, 5.

## MARCI CAP. XII.

*verſ. 43.) Vidua hæc pauper plus dedit in gazophylacium.* &c.

*Menachoth f. 110. 1. Schevuoth f. 14. 2. Miſchna:* Dicitur de holocauſto beſtiæ; *ſacrificium ignitum odoris grati*, Lev. I, 9. 13. Et de holocauſto avis; *ſacrificium ignitum odoris grati.* Et de Mincha; Lev. II, 2. *Sacrificium ignitum odoris grati.* (Quorum primum, magni; reliqua duo, parvi conſtant:) quaſi diceret tibi: unum idemque eſſe, ſive quis multum, ſive parum offerat, dummodo cor ſuum intendat in Deum. *Gemara:* Dixit R. *Zira:* quo textu hoc probatur? Eccl. V, 11. *Dulcis eſt ſomnus operantis, ſive parum, ſive multum ederit.* (*Gloſſa:* operantis opus oblationum, & aſferentis ad altare, dulcis eſt ſomnus: quia ipſe dormit & non metuit: ſive multum ederit, ſive donum mercedis ſuæ.) R. *Ada* filius Ahabæ dixit: hinc id probari Eccl. V, 10. *Benedictionibus boni multiplicati ſunt edentes* (*Gloſſa:* ſacerdotes) *ejus, & quanta eſt rectitudo Dominis ejus?* (*Gloſſa:* hoc eſt, Deo ejus; cum vident oculi ejus, hunc intentum eſſe in bonum.) R. *Simeon* filius Ezai dicit: Veni, vide, quid ſcribatur in ſectione oblationum, Lev. I. & ſeqq. quia non eſt dictum in illis, אֵל *Dei*, neque אֱלֹהִים *Dei:* ſed יְהוָה *Domini:* ne daretur occaſio adverſario audacter dicendi, dividendam eſſe Deitatem in plures Deos. (Eis, qui dicere poſſent, potentias ſeu deitates multas eſſe; idque rem arguere: quia hic, cujus nomen eſt tale, eis præcepit ſibi offerri Mincham, cujus autem nomen eſt tale, præcipit ſibi offerri juvencos, alter autem arietes. Idcirco de omnibus iſtis dictum eſt, *ſacrificium ignitum Domino.*) Et dicitur, *de bove*, grandi animali, Lev. I, 9. 13. *Sacrificium ignitum odoris grati, Domino.* Item *de ave*, tenui animali, v. 17. *Sacrificium ignitum odoris grati, Domino.* Et de *Mincha* Lev. II, 2. *Sacrificium odoris grati, Domino.* Quaſi diceret tibi; unum idemque eſſe, ſive quis multum, ſive parum offerat, dummodo cor ſuum inten-

intendat ad Deum. Ne quis autem forte diceret, eum opus habere esu; quare notanter dicendum erat, Psal. L, 12. *Si esuriam, non dicam tibi: quia meus est orbis, & plenitudo ejus.* Et dicitur v. 10. *Nam meum est animal Sylvestre, bestiæ in mille montibus.* v. 11. *Novi omnes aves montium; fera agrestis mecum est.* v. 13. *An edam carnem boum, & sanguinem hircorum bibam? Non dixi vobis sacrificate mihi hoc fine: sed ut dicas, faciam voluntatem ejus.* (*Glossa:* quasi diceret: non ad commodum meum jussi vos mihi offerre: nam ego nolo vos gravare, ut inviti hoc faciatis:) & faciam voluntatem meam. Non autem secundum (vel, ad) voluntatem ejus vos sacrificatis; sed ad voluntatem vestram vos sacrificatis: (*Glossa:* h. e. ad usum & necessitatem vestri ipsorum, ad implendum mandata: ut sit expiatio vobis per tale:) quia dicitur Lev. XIX, 5. *Ad voluntatem vestram sacrificabitis. Alia Expositio: Ad voluntatem vestram sacrificabitis:* h. e. ex animo, & sponte vestra sacrificate.

## MARCI CAP. XIII.

*vers. 32.) De die illo & hora nemo scit.*

Vid. supra ex *Sanhedrin fol. 99.* ubi Deus dicitur notitiam dierum Messiæ sibi soli reservasse, nec Angelis revelasse.

## MARCI CAP. XVI.

*vers. 62.) Videbitis sedentem a dextris potentiæ.*

חֲגְבוּרָה Potentia est unum ex Synonymis Dei.

*Schabbath f. 87. 1.* Quid respondit Moses coram הַגְּבוּרָה potentia, h. e. coram Deo.

## LVCÆ CAP. I.

*vers. 7.) Elisabeth erat στεῖρα, sterilis.*

Incertum, num fuerit ex eo genere sterilium, quas *Talmudici* vocant eximie steriles, & prorsus ad pariendum ineptas. Hebr. אַיְלוֹנִית, de qua in *Nidda f. 47. 2.* Si qua nata 20. annos, nondum protulerit 2. pilos in loco pubis, afferat rationem, se esse natam 20. annos: Et ipsa est אילונית *sterilis:* non extrahit calceum, neque ducitur in uxorem jure leviratus. Et in *Jebammoth f. 80. 2.* Quænam est אילונית *Ailonith* sterilis ita dicta? Quæcunque nata 20. annos nondum produxit 2. pilos, & si vel etiam produxerit post hoc tempus; tamen ecce illa est, ut *Ailonith*, secundum omnes

res

res ipsius. Hæc autem sunt signa ejus: (1) quæcunque non habet mammas. (2) quæ difficultatem sentit tempore coitus. R. *Simeon filius Gamalielis* dicit: Quæcunque non habet declivitatem in pube, ad modum mulierum. R. *Simeon filius Eleasaris* dicit: Cujuscunque vox est crassa; & non discerni potest, sitne mas an fœmina.

*vers. 9.) Zacharias Sorte accepit officium suffiendi.*

*Joma f. 22. 1. Mischna:* Quatuor Sortes erant in atrio sacerdotum; quarum *prima* erat de expurgando altari a cineribus (*fol. 25. 1.*) Sors *secunda* erat, quis mactaret, quis spargeret sanguinem, quis portaret membra victimæ ad gradus &c. *fol. 26. 1. Tertia* Sors erat: Novi (h. e. ii, qui non antea functi officio suffiendi) ad suffitum veniant & Sortes projiciant. *Quarta* denique Sors: Novi & etiam veteres, quis portabit membra a gradibus ad altare?

*vers. 21.) Mirabantur, cum diutius moraretur in templo.*

Pariter Talmudici tradunt de Summo Sacerdote, quod, cum in die, expiationis ingrediebatur in templum, brevem tantum habuerit orationem, ne metum incuteret populo, f. longiorem moram necteret in templo. In *Joma f. 52. 2.*

Cum Summus Sacerdos in die expiationis pertigit ad arcam in Sancto Sanctorum, ponebat thuribulum inter duos vectes, congregabat suffitum super prunis, & implebatur tota domus fumo. Exibat, & veniebat via loci ingressus sui, (seu retrorsum incidens,) & precabatur precationem brevem in domo exteriori, neque prolixus erat in precatione sua, ne perterrefaceret Israëlitas.

## LVCÆ CAP. III.

*vers. 13.) Nihil plus, præter constitutum exigite.* &c.

*Baba Kama f. 113. 1. Mischna:* Pecunias non permutant ex arca מוכסין publicanorum &c. *Gemara:* Traditur: Si det ei denarium; dat ei reliquum, *Publicanorum:* Atqui dixit *Samuel:* judicium regni, pro judicio habetur. Dixit R. *Chanina* filius Cahanæ, dixisse Samuelem: hoc intelligendum esse de telonio seu vectigali, cui non est קיצבא exactio determinata, (h. e. διατεταγμένον constitutum quid.) &c.

## LVCÆ CAP. VI.

*verſ. 1.)* Ψώχοντες, *fricantes.* vid. *Maaſeroth c. 4. §. 5.* Item in Tractatu *Schabbath f. 128. 1.*

*verſ. 36.)* *Eſtote miſericordes,* &c.

*Schabbath f. 133. 2.* Abba Schaul dixit: Voce וְאַנְוֵהוּ Exod. XV, 2. ſignificari: eſto ſimilis ei, (quaſi diceretur אֲנִי *Ego,* וָהוּא & *ipſe:* invicem ſimiles ſumus.) Qualis ipſe eſt? Gratioſus & miſericors: ita etiam tu ſis gratioſus & miſericors.

*verſ. 38.)* *Date Menſuram bonam,* &c.

*Baba Bathra f. 88. 1.* *Miſchna:* הסיטון Mercator frumentarius (*Gloſſa:* Per hunc intelligitur magnus tabernarius, qui multa ſimul emit, & poſtea iterum vendit minoribus tabernariis,) abſtergit menſuras ſuas, quibus merces ſuas, quas vendit, metitur, ſemel intra 30. dies, (ne, ſi quæ ſordes eis adhærerent, emtoribus fraudi eſſet.) Paterfamilias autem, abſtergit ſuas, intra duodecim menſes. Rabban *Simeon* filius Gamalielis dicit: Rem hanc inverſa vice ſe habere: Tabernarius minor abſtergit menſuras ſuas bis in hebdomade, & abſtergit pondera ſua ſemel in hebdomade, & abſtergit lances libræ, quolibet ponderandi actu. Dixit Rabban Simeon filius Gamalielis: de quibus hæc dicuntur? De re humida: ſed in re ſicca non opus eſt. Tenetur autem (venditor) emtori dare tantum ſuperpondium, ut lanx libræ ſpatio unius palmi deprimatur infra æquilibrium. Si ponderarit ei oculo ad oculum (h. e. juſto æquilibrio,) dat ei ſuperpondium, partem unam, reſpectu denarum, in rebus humidis: & partem unam, reſpectu vicenarum, in rebus aridis. In loco, quo ſolent metiri, menſura parva; non metietur quis magna: ubi magna; non metietur parva. Ubi ſolent abradere hoſtorio menſuram, (da mans pflegt mit der Streich abzuſtreichen;) non accumulabit (darff mans nicht aufhäuffen:) ubi ſolent accumulare menſuram; non abradet.

## LVCÆ CAP. VII.

*verſ. 32.)* *Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis.* &c.

*Sanhedrin f. 103. 1.* Dixit R. *Johannes,* nomine R. Simeonis filii Jochai: Quid eſt, quod ſcribitur Prov. XXIX, 9. *Vir ſapiens diſceptat cum ſtulto, & excandeſcit, & ridet, & non eſt quies?* (*Gloſſa:* Per, *virum ſapientem,* intelligitur Deus. Nam Deus vocatur *Vir,* Exod. XV, 3. Per, *virum ſtultum,*

intelliguntur reges, qui continui inter se erant, Achaz & Amazias. Et per, *excandescit, & ridet, & non est quies*, intelligitur; sive Deus irascatur illis (seu iracunde agat cum illis, sive ludat & rideat cum illis; tamen illi non metuunt sibi ab eo, neque pavent, ut ad meliorem mentem redeant.) Dixit Deus Opt. Max. iracunde egi cum Achazo, & dedi eum in manus regum Damasci, & tamen, (nullo Numinis mei metu perculsus,) sacrificavit, & suffitum fecit diis Damasci 2. Chron. XXVIII, 23. *Qui percutiebant eum, & dixit: dii Regum Syriæ ipsi juvant eos*, &c. Risi cum Amazia, & dedi reges Idumææ in manum ejus. At ille adduxit deos eorum & adoravit eos: quia dicitur 2. Chron. XXV, 14. *Et factum est postquam veniret Amazias a clade Idumæorum, tunc adduxit deos filiorum Seir.* &c. Dixit R. *Papha*: Hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: sive fleant ei domino, qui nescit; sive rideant ei domino, qui nescit: væ ei domino, qui nescit discernere inter bonum & malum. Clar. *Coccejus* in *Sanhedrin p. 407.* vertit ita: Ploravi tibi, sed animum non advertisti: risi tibi, sed non curasti. Væ tibi, qui bonum malumque non internoscis. Ubi etiam notat, convenire hoc adagium cum Luc. VII, 32. & male acceptum esse a Drusio in *Adagiis p. 105.* Idem etiam observat *Buxtorff. Lex. Talm. p. 1247. Glossa* notat vocem מר *domini*, non acceptam esse absolute, & simpliciter, sed propterea, quia ita vulgo dicere soleant: quum ipse est sapiens; quum ipse vult judicio agere, & disceptare cum illis: sive sit ridens super eis, sive iracunde agens, tamen non metuunt sibi ab eo, neque terrentur, ut redeant ad meliorem mentem.

*vers. 41.) Duo debitores erant, fæneratori cuidam.*

*Aboda Sara f. 4. 1.* Petebant aliqui hæretici a R. Abhu, ut sibi exponeret locum illum Amos. III, 2. *Duntaxat vos novi ex omnibus familiis terræ: propterea visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Cum hoc dictum parum quadrare videatur cum eo, quod is, qui alteri succenset, extollat aliquem apud amicum suum, ut illi audientes ex æmulatione moriantur. Quibus ille respondebat: per parabolam rem vobis explicabo, cui hoc simile sit: Scilicet simile est homini, qui in fœnus credit pecuniam duobus hominibus, uni, amico suo, alteri hosti suo. Ab eo, qui est amicus ipsius, patitur sibi solutionem fieri paulatim: (*Glossa*: Sic ab Israëlitis Deus sumit ultionem iniquitatum eorum, ceu debitorum solutionem, in Seculo hoc, eum in finem, ut justificentur in die judicii. A nationibus autem mundi non sumit ultionem ullo modo: eum in finem ut extrudat eos ex Seculo futuro. Et actus visitandi significat paulatim: sicut homo, qui visitat socium suum singu-

ſingulis matutinis.) Ab eo, autem qui eſt hoſtis ipſius, ſolutionem ſibi fieri vult ſimul una vice.

## LVCÆ CAP. X.

*verſ.1.) Miſit alios Septuaginta duos.*

*Druſius in præterit. p.96.* Obſervatum Ebræis, judices Synedrii majoris fuiſſe numeri ſeptuaginta duos. Vellem nominaſſet, quinam illi Hebræi ſint, qui hoc obſervarint. Nam ſententia hæc prorſus contraria eſt traditioni Talmudicæ: quia ſic traditur in *Sanhedrin f.2.1.* in Miſchna: Synedrium magnum ſeptuaginta & unum judices habuit. Minus; tres & viginti. Unde conſtat, 71. fuiſſe illius Synedrii judices? Ex eo, quod dicitur Num. XI, 6. *Congrega mihi 70. viros ex Senioribus Iſraëlis.* His Moſes junctus erat: En tibi 71. R. *Judas* ait: 70. fuiſſe. Ad quæ verba poſtea in *Gemara f.17.1.* notatur: Quæ ratio Rabbinorum? Quia dixerunt: Et Moſen fuiſſe ſuper illos. Dixit textus: Num. XI, 16. *Et conſiſtant ibi tecum.* Scilicet, *tecum*, & tu cum illis. R. *Judas* autem ait, *tecum:* propter divinitatem. (*Gloſſa:* Tecum ſtabunt extra tentorium, & non venient in tentorium, propter divinitatem,) Rabbini autem ajunt: dixit textus, Num. XI, v. 17. *Et ferent tecum de onere populi.* Scilicet, *tecum*, & tu cum illis. R. Judas autem ait; *tecum;* de ſimilibus tibi. *Rabbini* autem ajunt: ex Exod. XVIII, 22. *Et allevando a te & ferant tecum;* infertur & diſcitur Synedrium magnum ex Synedrio minori. Tradiderunt Rabbini: Num. XI, v.26. *Et relicti ſunt duo viri in caſtris:* Sunt, qui cenſeant; in Schedis (urnæ) relicta eſſe nomina eorum. Nam ea hora, qua dixerat Deus Opt. Max. v.16. *Congrega mihi 70. viros ex Senioribus Iſraëlitarum:* dicebat (cogitabat) Moſes: quomodo faciam? Si eligam Senos ex ſingulis tribubus; tum (fient 72) & invenientur duo ſuperflui. Si eligam quinos ex ſingulis tribubus; tum fient 60. & invenientur deficere 10. Si eligam Senos ex hac tribu, & quinos ex tribu altera; tum ecce ero autor excitandæ invidiæ inter tribus. Quid ergo fecit? Elegit Senos ex ſingulis, & adduxit 72. pittacia ſeu Schedulas. Septuagenis inſcripſit vocem זקן *Zaken*, h. e. *Senior.* Duas autem Schedas reliquit planas, ſeu absque inſcriptione. Deinde Schedulis probe inter ſe agitando mixtis, dixit ad illos: Venite, & accipite Schedulas veſtras. Cuicunque aſcendebat (ex urna,) accepta manu ſua Scheda cum inſcriptione, *Senior*, ei dicebat: jam pridem te deſtinatum ſanctificavit Deus ad hoc officium. Cuicunque aſcendebat Schedula plana; ei dicebat: Deus non delectatur te. Ego quid faciam tibi? &c. Unde apparet, Hebræos non ſen-

tire Synedrii judices fuisse 72. neque a Mose constitutos fuisse, initio consessum illum e 72. viris.

*vers. 7.) In ea ipsa domo manete, edentes & bibentes.* &c.

*Erachin f. 16. 2.* Usque quo homo non mutabit hospitium suum? Respondit *Rabus*, usque ad percussionem (h. e. donec non vapulet.) Samuel autem dixit: usquedum suspensa erunt instrumenta ipsius retrorsum in humero. (*Glossa:* Donec suspendat paterfamilias instrumenta hospitis post ipsum, seu a tergo ipsius, ad projiciendum eum e domo.) De percussione ejus, (si a patrefamilias hospes percutiatur) totus mundus non dissentiunt, (quod tum debeat mutare suum hospitium.) De suspensione instrumentorum ejus, post ipsum, totus mundus pariter non dissentiunt: Quia dissentiunt de percussione, quæ est domus ipsius. Mar (unus Doctor) putavit, (scilicet Samuel,) quum eum, qui ipsius est, non percutit, seu dolore afficit; quid infertur ei ex eo? Mar autem (alter Doctor, nempe Rabus, putavit; venisse eum, ut molestia afficiatur. Omnia autem hæc, quorsum ei tendunt? (*Glossa:* scilicet ad ferendum hospitem mutantem suum hospitium.) Quia dixit Mar; Hospes rumpit & rumpitur (h. e. lædit & læditur. *Glossa:* rumpit patremfamilias) rumpitur autem ipse a seipso; Quia vulgari adagio dicitur: *Quam difficiles sunt illi, quia non possunt habitare una.*) Dixit R. Judas, dixisse Rabum: Unde probatur ex Lege, quod homo non debeat mutare hospitium suum? Quia dicitur Gen. XIII, 3. *Ad locum, ubi fuit tentorium ejus ab initio.* R. Jose filius Chaninæ dixit: Hinc illud probari; *Et ivit in profectionibus suis. Ibid.* (*Glossa:* In via, qua solitus erat castra metari, de profectione in profectionem: quia non mutavit domum pernoctationis suæ.) Quid interest inter eos? Interest inter eos, scilicet hospitium fortuitum. (In quo quis non fixam sedem collocavit, sed in quod forte fortuna incidit, id facile iterum mutare potest; non autem fixum.

## LVCÆ CAP. XI.

*vers. 8.) Tamen propter impudentiam ejus excitatus dabit ei.* &c.

*Sanhedrin f. 105. 1.* Num. XXII, 8. *Et manserunt principes Moab cum Bileamo.* Principes autem Midian quorsum evaserunt? Scilicet, postquam illis dixisset Bileam, *ibid: Pernoctate hic, hac nocte, & respondebo vobis verbum*, dixerunt, (secum cogitarunt, quid frustra diutius exspectemus?) Numquid uspiam est pater, qui oderit filium suum? (*Glossa:* Quia putaverat Bileam, Deum dicturum esse: exsecrare filium meum: nam dixit; pernoctate hic.) Dixit R. *Nachman:* Impudentia etiam adhibita apud Deum, fru-

fructuosa est. (*Glossa:* Quia profuit Bileamo id, quod impudenter se gesserat apud Deum, jubendo legatos pernoctare, & deinde precibus pertinaciter insistendo, ut sibi concederet cum illis abire:) Ecc! ab initio scribitur v. 12. *Ne eas cum illis:* Postea autem scribitur v. 20. *Surge, ito cum illis.* Dixit R. *Schescbath:* Impudentia est regnum, quod non habet coronam, (*Glossa:* q. d. Magnam ea habet potestatem, & nullo eget, nisi corona. Multum potest, & passim dominatur; sed laude destituitur:) quia scribitur 2. Sam. III, v. 39. *Et ego hodie sum tener, & unctus rex: viri autem illi, filii Zerujæ, duriores sunt me.* (*Glossa:* Ego non sum major illis, nisi honore unctionis ad regnum. Illi plus potestatis, ego plus honoris habeo.) Exemplum impudentis precatoris proponitur in *Taanith f. 19. 1.* In *Mischna:* Propter omnem calamitatem, ut non superveniat cœtui, fracto clangore clangunt, exceptis nimiis pluviis. Exemplum est: Quia dixerunt aliquando ad חוני המעגל Chone Hammaagal (h. e. ducentem circulum,) ut Deum precaretur, pro demittendis cœlitus pluviis. Quibus ille dicebat: exite, & introducite furnos agnorum Paschalium; (*Glossa:* quia ipsi erant in atriis, & quidem testacei: & de loco removebant eos, ne sub dio relicti dissolverentur liquefacti a pluviis;) ea de causa, ne dissolvantur liquefacti a nimiis pluviis. Orabat ergo Deum pro impetrandis pluviis, eæque non descendebant. Quid faciebat? Circulo ducto, consistebat intra eum, & dicebat coram eo: Domine mundi, filii tui, conversa in me facie, fiducia mei, quod sim velut domi tuæ natus; (petierunt a me, ut a te illis pluviam exorarem.) Quare juro per nomen tuum magnum, quod nolim me hinc promovere, donec miserearis filiorum tuorum: Quo dicto, cœperunt pluviæ guttatim decidere. Dicebat ergo: non sic petii; sed pluvias largissimas, quibus impleantur cisternæ, fossæ & speluncæ. Deinde, incipientibus pluviis descendere cum impetu, & nimia vehementia; dicebat: Non sic petii: sed pluvias benevolentiæ, benedictionis, & doni spontanei. Quare descendebant, prout disponebat eas, donec exirent Israelitæ Hierosolymis, in montem domus Dei, pluviarum causa: Post hæc veniebant, & dicebant ei: sicut orasti pro eis, ut descenderent: ita nunc ora, ut desinant, & evanescant. Quibus ille dicebat: Exite, & videte, num madeat lapis הטועים errantium. (*Glossa:* Lapis errantium erat Hierosolymis, & quicunque amiserat rem aliquam amissam, eo se convertebat: & qui invenerat rem amissam, eo se convertebat: alter stabat, & proclamabat, alter autem stabat, & dabat signa, & accipiebat. vid. *Baba Mezia f. 28. 2.* ubi pro הטועים, *errantium*, scribitur הטוען, *qui arguebat*, vel *refutabat.*) Mittebat ad eum Simeon filius Schetachi aliquem, qui his verbis eum compellaret: Nisi tu Chone esses, decernerem super te excommunicationem. Sed quid faciam

 tibi:

aliquem, qui his verbis eum compellaret: nisi tu esses Chone Hammaagal, decernerem super te excommunicationem. (*Glossa:* Quia excommunicant propter honorem Magistri: nam ejaculatus erat verba contra Deum, & dixerat; non ita petii:) qui nisi hi anni essent ut anni Eliæ, (decretum cohibitionis pluviarum, & clavis recludendarum earum erat in manu Eliæ,) quibus claves pluviarum erant in manu Eliæ; non inventum est nomen Dei profanatum: Quia Elias juraverat: *Vivit Dominus, si erit his annis ros, & pluvia, nisi secundum verbum meum.* 1 Reg. XVII, 1; Et tu juras, quod nolis discedere hinc, donec descendant pluviæ, inventum est nomen Dei profanatum, opera tua. (*Glossa:* Quia sive hoc, sive illud fiat; venis in potestatem juramenti falsi:) Sed quid faciam? Quia tu impune peccas, coram Deo, & facit tibi voluntatem tuam: sicut filius, qui impune peccat apud patrem suum, & cui facit voluntatem ejus: & dicebat ei, pater, deduc me, ad lavandum me aquis calidis: intinge me aquæ frigidæ: da mihi nuces, amygdalas, mala Persica, & Punica; & dat illi. Et de te Scriptura dicit Prov. XXIII, 25. *Lætabitur pater tuus, & exultabit genetrix tua.* Tradiderunt *Rabbini:* Quorsum miserunt filii cameræ lapidis cæsi (Senatores Synedri magni) ad Chonen Hammagaal: Hiob. XXII, 28. *Et decernes sermonem, & ratus erat tibi, & super vias tuas splenduit lux?* Scilicet, *& decernes sermonem;* tu decrevisti inferius; Deus Opt. Max. autem, ratum habet sermonem tuum superius. *Et super vias tuas splenduit lux:* generationem, quæ erat caligo, (*Glossa:* præ nimio dolore, quod non descenderint pluviæ,) illuminasti precibus tuis, v. 29. *Quum humiliarunt, & dixisti cultum:* generationem, quæ erat humilis, exaltasti precibus tuis. Ibid. *Et depressum oculis salvabit:* Generationem, quæ deprimebatur, iniquitate sua, salvasti precibus tuis, (*Glossa:* ex morte: quia adduxisti super eam saturitatem, seu annonæ abundantiam.) v. 30. *Eripiet non innocentem:* generationem, quæ non erat innocens, eripuisti precibus tuis. *Et ereptus est puritate manuum tuarum: Ibid.* Eripuisti eam operibus manuum tuarum innocentibus.

*vers. 17.) Omne regnum in se divisum desolatur* &c.

Derech Erez Zota, c. 5. f. 21. 1. R. *Eliezer* Hakkaphar dicebat: Res magnifacienda est pax (seu concordia;) & exosum quid est divisio: (seu discordia.) Res magnificienda est pax: quia si vel etiam sint idololatræ, si fas est ita loqui, divinitas non potest attingere seu lædere eos, qui dicitur Hos. IV, 17. *Consociatus idolorum est Ephraim; Sine illum.* Et si est divisio, vel discordia inter eos, quid dicitur de illis? Hos. X, 2. *Dixit cor eorum, nunc devastabuntur.* Hoc quomodo? domus, in qua est divisio, tandem desolabitur. Et Sapientes dicunt: sit divisio in Synagoga, tandem ea excidetur. Duobus, Studiosis

diosis Sapientiæ habitantibus in una civitate, ipsisque existentibus domibus judiciorum; si sit inter eos divisio; tandem futurum est, ut moriantur. Abba Saul dicit: Domus judicii habeat discordiam; est desolatio mundi.

*Lucæ XI, vers. 28.*) Vid. 2. Timoth. III, 16.

*vers. 42.*) *Qui decimatis, & rutham & omne olus.*

*Succa f. 39. 1.* Traditio: Non tradunt, de pretio fructuum anni septimi intermissionis populo terræ, plus alimento trium epularum. (*Glossa:* Quia Lex dicit, edendos esse illos fructus, non autem vedendos esse, &c.) Si autem tradiderit, (quia oblitus erat, hoc vetitum esse) dicat ei, ecce pecuniæ hæ, quas dedi populo huic terræ, sint profanatæ super fructibus, qui sunt intra domum meam; (*Glossa:* qui non sunt anni septimi, & subeant fructus hi pro sanctificatione pro eis:) & venit, & edit (absumit) eas in sanctificatione anni septimi. (*Glossa:* esu & potu, & unctione, & accensione lucernæ, quæ sunt perceptiones commodi rei licitæ in eis.) De quo res hæ, (quod alimentum trium epularum nihilominus tradant) dicuntur? De emente fructus ex publicato agro: sed de emente, ex agro custodito, seu sepe cincto, si vel tantillum sit, quantum pro dimidio assario emitur, prohibetur. Regero ego: R. *Schescbath* ait: Et de publicato, tres epulæ: & postea non. At quæro ego: (*Scheviith c. 9. ff. 1.*) Ruta, & fatui, asparagi, & portulaca, & coriandrum, quod est in montibus, & apium aquaticum, & eruca, libera sunt a decima de illis danda, & accipiuntur (emuntur) a quovis homine in anno septimo: quia non custoditur, quod est ejus generis.

## LUCÆ CAP. XII.

*vers. 58.*) *Dum adhuc in via es, da operam ab eo liberari.*

*Sonhedrin f. 95. 2.* Dixit R. *Eliesér* filius R. Joses Galilæi: Eo die, quo Deus ultionem volebat sumere a Sanheribo, dicebat ad Gabrielem: falxne tua extensa est? (*Glossa:* num acuta facta est, ad occidendum illos? Gabriel est ille Angelus, qui præfectus est maturationi fructuum?) Cui ille respondebat: Domine mundi extensa est, & perstat jam inde a sex diebus primæ creationis: quia dicitur Esa. XXI, 15. *Propter gladios fuerunt.* &c. R. *Simeon* filius Joachi dicit: Eo ipso articulo temporis maturationem fructuum fuisse Dixerat Deus Opt. Max. ad Gabrielem: quum tu exis ad maturandos fructus, conjungente exercitui Sanheribi, ad occidendum eos: quia dicitur Esa. XXVIII, v. 19. *Ex quo transit, accipiet vos: quia singulis matutinis transibit, die & nocte, & erit, tantummodo commotio faciet intelligere auditionem.* &c. Dixit R. *Papha:* Hoc ipsum esse, quod vulgari adagio dici solet: *dum es in via, obedito inimico tuo.*

LUCÆ

## LVCÆ CAP. XIII.

*verf. 4.)* *Supra quos cecidit Turris in Siloam.*

*Drufius* quærit: שילוח *Siloa*, rivuline fit an fontis nomen? Adducitque autores, qui pro fonte habuerint. שילוח *Siloa*, Talmudicis etiam eft nomen modo fontis, modo rivuli. *Erachin f. 10. 2.* Siloa profundebat aquas, per foramen (orificium,) quod tantæ erat latitudinis, quantæ eft affarium. (*Gloffa:* orificium fontis, ubi fcaturiebat, latum erat, ut affarium.) Quare præcipiebat rex, ut dilatarent illud, quo majori copia aquæ ejus promanarent: Verum, eo facto, pauciores inde profluebant. Iterum ergo eo diminuto foramine, profundebat aquas more priftino, ad implendum id, quod dicitur Jer. IX, 22. *Ne glorietur Sapiens fapientia fua, neque glorietur potens potentia fua.*

*Sanhedrin f. 94. 2.* Efa. VIII, 6. *Quia faftidit populus hic aquas Siloæ, euntes leniter.* Dixit R. *Jofeph:* Nifi effet Chaldaica paraphrafis hujus loci, nefciviffem, quid hic diceretur. Ea autem hunc locum ita expofuit: *ideo, quia defpicatui eft populo huic regnum familiæ Davidis, quæ leniter & fuaviter eos gubernabat; ficut aquæ Siloæ fenfim decurrunt; & acquieverunt in Rezin & filio Remaliæ,* &c.

In *Targum* Ecclefiaftæ cap. II, 5. fcribitur; *ad littus aquarum Siloæ.* Et quod 1 Reg. I, 33. vocatur *Gichon:* ab eodem vertitur *Siloa.*

*verf. 15.)* *Quisque veftrum Sabbatho nonne folvit bovem fuum, aut afinum a præfepio?*

*Schabbath f. 13. 1.* Dixit R. Abba, dixiffe R. *Chainam,* verbis Johannis: Affert homo die Sabbathi funem e medio domus fuæ, & ligat eum in vacca & in præfepio. &c.

*verf. 23.)* *Num pauci, qui fervantur?*

*Succa f. 45. 2.* Dixit Hiskias, dixiffe R. *Jeremiam* nomine R. Simeonis filii Jochai: Poffum ego (*Gloffa:* merito juftitiæ meæ ego porto omnes iniquitates eorum, & libero eos a Judicio) liberare totum; inde ab eo die, quo procreatus fum, hucusque: (h. e. omnes meos coætaneos, qui in toto mundo mecum vixerunt.) Et fi filius meus *Eleafar* fit mecum, poffum liberare omnes homines, quotquot fuerunt in mundo, a quo die ille creatus eft; & hucusque. Et fi fit *Jotham* filius Uziæ nobiscum: poffumus omnes in univerfum homines liberare, quotquot unquam fuerunt, inde a die, quo mundus creatus eft, usque ad finem ejus. (*Gloffa:* Quia rex Jotham juftus erat, &

mansuetior reliquis regibus, & meritus erat per honorem, quem exhibebat patri suo: Et de eo dicitur Mal. I, 6. *Filius honoravit patrem.* Quia toto tempore, quo pater ejus erat leprosus, & ipse judicabit populum terræ, sicut scribitur 2 Reg, XV, 5. 2 Chron. XXVII, 21. *Et Jotham filius ejus judicabat.* &c. Non accipiebat super se coronam regni, patre adhuc vivente: & omnia judicia, quæ judicabat, dicebat ea nomine patris sui.) Item dixit Hiskias, dixisse R. Jeremiam, nomine R. Simeonis filii Jochai: Videbam filios עליה cœnaculi, & nisi pauci facti erant: Si mille sunt, ego, & filius meus ex eorum numero sumus. Si centum sunt; ego & filius meus ex eorum numero sumus. Si duo sunt; ego & filius meus, illi sunt. Num autem usque adeo pauci sint? Atqui dixit Rabba: Decies octies mille fuerunt generatio, quæ coram Deo Opt. Max. erat, quia dicitur Ezech. XLVIII, 35. *Circumquaque* 18000. &c. vid. mox infra, quæ hic sequuntur.

*Sanhedrin f. 97. 2.* Dixit *Abai:* Non pauciores habet mundus 36. viris probis, qui qualibet generatione faciem Divinitatis suscipiunt. (h. e. præsentiam Dei gratiose cum hominibus habitantis debito modo venerantur:) quia dicitur Esa. XXX, 18. *Beati omnes, qui exspectant* לו *eum.* Vocula לו in numeris valet 36. Itane? Atqui dixit Raba: atrium, quod coram Deo Opt. Max. est, habet 18000. parasangas, quia dicitur Ezech. XLVIII, 35 *Circumquaque 18000.* Respondeo; non esse contradictionem. Illud enim (de 36. probis,) intelligendum est de illis, qui aspiciunt in speculum splendidum: Hoc vero, (de atrio, 18000.) de illis, qui aspiciunt in speculum, quod non est splendidum. Et quid? Num tantus sit eorum numerus, ut eorum sint 36. Atqui dixit Hiskias, dixisse R. *Jeremiam,* nomine R. Simeonis filii Jochai: Videbam filios cœnaculi &c. vid. paulo ante, ex *Succa f. 45. 2,* ubi eadem leguntur. Post quæ hic sequitur: Respondeo: non esse contradictionem; illud enim de 36. intelligendum est de illis, qui ingrediuntur בבר *cum licentia:* (*Glossa:* Qui opus habent, ut accipiant licentiam, quum igrediuntur, ad aspiciendum in speculum splendidum: illi non sunt pauciores, quam 36. *Coccejus* in Sanhedr. *p. 349. & 351.* putat rectius hoc בבר verti *cum filio.*) Hoc vero; intelligendum est de illis, qui ingrediuntur sine licentia. (*Glossa:* de illis, qui non necesse habent impetrare demum intrandi licentiam; sed per amplitudinem justitiæ ipsorum liberam habent potestatem atque privilegium pro libitu intrandi de illis, inquam, dubitatur, quod sint numero.) Idem legitur in *Succa f. 45. 2.* De numero Salvandorum vid. etiam supra ad Matth. XIX, 14.

*Lucæ XIII, vers. 33.) Non potest propheta perire extra Hierosolymam.*

Quæ *Drusius* in Præterit. *p. 102.* hic allegat ex libro præceptorum *187, 1.* malo

malo ex ipso fonte Talmudico proferre: *Sanhedrin f. 2.1:* In *Mischna*, & *fol. 81. 2: in Gemara:* Non judicant, neque tribum (ad Idololatriam deficientem,) neque Prophetam falsum, neque Summum Sacerdotem, nisi per domum judicii LXXI. Virorum. Et dixit R. *Ada* filius Ahabæ Exod. XVIII, 22. *Omnem rem* גדול *magnam adducent ad te.* Scilicet verba, (vel res) magni viri.

## LUCÆ CAP. XIV.

*vers. 5.) Cujus vestrum asinus, aut bos in puteum cadet?*

*Joma f. 85. 1:* In *Mischna*. Dixit R. *Matthias* filius Charasch: Qui dolet gutture suo, ei injiciunt pharmacum intra os ipsius, in Sabbatho: quia periclitatur circa vitam. Omne autem periculum animæ pellit Sabbathum. Is, super quo cecidit cumulus glumæ, si dubium est, sitne ipse ibi, nec ne; sitne vivus, an mortuus; sitne gentilis an Israëlita; tamen aperiunt super eo cumulum. Si invenerint eum vivum; aperiunt: sin mortuum; relinquunt eum. Postea in *Gemara* notatur: traditur; Quousque explorant, num adhuc vivat, nec ne? Usque ad nasum ejus. Alii dicunt; usque ad cor ejus. &c.

*vers. 8.) Ne accumbas in primum accubitum.*

*Aboth cap. 25.* Filius *Ezai* dicebat: Descende e loco tuo per 2. aut 3. gradus, & sede: Melius est, ut dicant tibi, ascende: quam ut dicant tibi, descende: quia dicitur Prov. XXV, 7. *Quia melius est tibi, dicere, ascende huc.*

*vers. 11.) Omnis exaltans seipsum, humiliabitur.*

Vid. supr. ad Matth. XXIII, 12.

*Sota f. 51. 1.* Argute disseruit R. *Evira:* vel nomine R. Ases, vel nomine R. Immi: Quicunque habet spiritum fastu elatum, tandem parvus redditur. &c.

*vers. 18.) Cæperunt se excusare omnes una.*

*Joma f. 36. 1.* Tradiderunt *Rabbini:* Paupere & divite, & impio venientibus ad judicium, ut se coram Dei tribunali excusarent, quare non studuerint in Lege; dicebat pauperi Deus: Quare non studuisti in Lege? Eo respondente Pauper eram, & occupatus circa comparanda alimenta mea; regerebatur ei: Num forte pauperior eras Hillele? Dixerunt de Hillele Seniore, quod singulis diebus laborabat, conductus mercede numi dicti טרעפעיק seu dimidii denarii (*Glossa:* moneta urbis, valens dimidium denarium.) Cujus nummi semissem unum dabat custodi Scholæ, alterum autem semissem insu-

mebat in se & domesticos suos alendos. Aliquando accidebat, ut, a nemine conductus nullam mercedem mereretur, nec haberet, quod daret custodi Scholæ: Quare custos Scholæ nolebat ei concedere, Scholam ingredi; Tum is, conscensa domo, suspendens se deorsum, usque ad fenestram (seu catarractam,) sedebat ad orificium illius, ut audiret verba Dei vivi ex ore Schemajæ & Abtalionis. Perhibetur, eo ipse die, diem Veneris, & Solstitium hybernum fuisse, descendisseque super ipsum nivem e Coelo. Ascendente deinde columna auroræ, dicebat Schemaja ad Abtalionem: frater mi Abtalion, qui fit quod, cum quotidie domus illuminetur, hodie tamen caliget? Tum alter respondebat: forte dies nubilosus est. Prospiciebant ergo oculis suis per fenestram, & videbant similitudinem hominis in fenestra hærentis. Ascendebant, & nivem inveniebant, Hilleli incumbere nivem altitudine 3. cubitorum. Quem e nive extractum lavabant, & ungebant, & collocabant e regione rogi, dicentes: dignus hic est, ut profanetur propter eum Sabbathum.

Ad divitem coram Dei tribunali comparentem, negligentiam suam circa studium Legis excusaturum, dicebatur: Quare non studuisti in Lege? Eo respondente; quia dives eram occupatus in bonis meis servandis & augendis. Cui regerebatur: Num forte ditior fuisti R. *Eleasare?* Perhibetur de hoc R. Eleasare filio Charsum, quod reliquerit ei pater ipsius mille urbes in terra, & totidem naves ejusdem valoris cum eis in mari: quotidie tamen ille, accepto utre farinæ, humerisque imposito, ibat de urbe in urbem, & de regione in regionem, ad discendum Legem. Aliquando inventum eum servi ejus, cogebant eum ad operas publicas peragendum. (*Glossa:* ad operas Principi urbis præstandas, quæ operæ pertinebant ad hunc ipsum R. Eleasarem, qui erat urbis istius Dominus: Servi autem illi eum non cognoverant, quod esset dominus ipsorum, & putabant, dum esse ex civibus urbium ejus. Quia ipsis incumbebat procuratio istarum operarum urgendarum.) Quibus ille dicebat: quæso a vobis, finite me ire & discere Legem. Cui illi respondebant: per vitam R. Eleasaris filii Charsum, non sinimus te. Dum autem in vita erat, non ibat, ut inviseret urbes istas, atque naves suas, sed studebat in Lege singulis diebus & noctibus.

Ad impium, qui veniebat ad tribunal Dei, se excusatum ob neglectum studium Legis, dicebatur: Quare non studuisti in Lege? Eo respondente: formosus eram, & occupatus circa figmentum meum (implendam concupiscentiam meam pravam:) Regerebatur ei: num forte formosior eras Josepho? Perhibetur de Josepho justo, quod uxor Potipheræ quotidie eum allexerit verbis & gestibus. Vestes, quas in gratiam ejus mane induerat, vesperi non

induebat: quas vesperi induerat, altero mane ejus gratia, aliis permutabat. Dicebat ad eum: obsecunda mihi (seu concumbe mecum.) Gen. XXXIX, 8. Cui ille respondebat: non facio. Regerente illa; *si non feceris, ego te ligatum carceri mancipabo:* respondebat ei Josephus; *Dominus vinctos solvit.* Psal. CXLVI, 7. Mirante ea, se depressuram, ejus staturam: respondebat ei; *Dominus erigit depressos,* v. 8. Pergente illa comminari: ecce erutis oculis te occœcabo: respondebat ei; *Dominus aperit visum cæcorum;* Ibid. Cum ea offerret illi 1000. talenta argenti, ut obsecundaret sibi, & secum concumberet, tamen hoc recusabat facere, ut concumberet cum ea in hoc Seculo: metuens, ne postea esset cum ea in Seculo futuro. Sic ergo deprehensus est Hillel, condemnare pauperes; R. Eleasar filius Charsum, condemnare divites, Joseph, condemnare impios.

## LVCÆ CAP. XV.

*vers. 10.) Gaudium coram Angelis.*

Contrarium tradunt Talmudici de quibusdam catervis Angelorum, insultantium apostasiæ; in *Sanhedrin f. 38. 2.*

## LVCÆ CAP. XVI.

*vers. 9.) Recipiant vos in æterna tabernalula.* &c.

*Baba Bathra f. 10. 1.* Omnis eleemosyna, quam Israëlitæ faciunt in hoc mundo, sunt pax magna, & advocati maximi inter ipsos & patrem ipsorum Cœlestem.

*vers. 13.) Nemo servus potest duobus Dominis servire.*

*Sanhedrin f. 103. 2:* Rex Amon introduxit idolum in Sanctum Sanctorum: quia dicitur Esa. XXVIII, 20. *Quia brevius est stratum, quam ut redundet, & fusa imago angustior est, quam ut colligatur.* Dixit R. Samuel filius Nachmani, dixisse R. *Jonathanem:* Brevius est stratum istud, (*Glossa:* domus Sanctuarii,) quam ut principatum agunt super eo duo socii simul. (*Glossa:* Divinitas & imago vultus istius.) Quod est: *Et fusa imago* צרה (Talm. exponit:) *æmula est,* להתכנס *ad colligendum se? Ibid.* Dixit R. Samuel filius Nachmani: Cum R. Jonathan inter legendum perveniebat ad hunc textum plorabat: (ita ingemiscens, & dicens:) Ah, quod ei, de quo scribitur Psal. XXXIII, 7. כונס *colligens quasi cumulum aquam maris:* facta sit fusa imago pro צרה æmula! *Glossa:* instar mulieris, quæ facta est æmula sociæ suæ in bigamia,)

*Lucæ XVI, verſ. 22.) Aſportari ab Angelis in ſinum Abrahæ* &c.

*Kidduſchin f. 72. 1.* *Ada* filius Ahabæ erat in loco dicto Akra Agma: hodie ſedet in ſinu Abrahami (*Gloſſa:* Aliqui dicunt per hoc intelligi, hodie mortuus eſt: mihi videtur, per hoc ſignificari; eum ingreſſum eſſe hodie fœdus circumciſionis.)

*verſ. 23.) Exiſtens in tormentis.* &c.

De Gehenna, ejusque igne vid. Inf. ad Jacob. I, 13.

*verſ. 25.) Recordare, quia bona tua accepiſti in hac vita.*

*Aboth cap. 12.* Sicut homo non diſtribuit mercedem ſuam ſocio ſuo in hoc Seculo: ita etiam non diſtribuit mercedem ſuo ſocio in Seculo futuro: quia dicitur Eccl. IV, 1. *Ecce lacrymæ oppreſſorum, & non erat illis conſolator. Et e manu opprimentum eos, vires: & non erat illis conſolator.* Quare bis poſitum eſt; *& non erat illis conſolator?* Per hoc intelliguntur filii hominis, qui edunt & bibunt, & proſperantur per filios & filias in Seculo præſenti: Sed in Seculo futuro non eſt illis conſolator. Nam ſi quid furto ablatum ſit ab homine, aut ſi mortuus ſit ei aliquis defunctus, veniunt filii ejus, & fratres, & conſolantur eum. Ne quis putet, forte etiam in Seculo futuro taliter fiet; ideo notanter dicendum erat, Eccl. IV, 3. *Etiam filius & frater non eſt ei* &c.

Qui hic divites ſunt; ibi dolent: qui hic pauperes ſunt, & dolent; ibi conſolationem percipiunt. vid. ſupr. ad Matth. XIX, 30. ex *Baba Bathra f. 10. 2.* Et *Berachoth f. 61. 2.* Dixit *Raba:* Non creatus eſt mundus, niſi pro impiis perfectis, (*Gloſſa:* pro his creatum eſt Seculum præſens: quia nihil habent de Seculo futuro, & debent accipere mercedem ſuam hic, ut Achab, qui fuit dives valde, 1. Reg. XX, 3.) aut pro juſtis perfectis. (*Gloſſa;* Seculum futurum creatum eſt pro juſtis perfectis: quia nihil habent prorſus de Seculo hoc præſenti: ut R. Chanina filius Duſæ, qui projecerat ſibi in cabum ſiliquas, quibus veſceretur, de uno die Veneris, in alterum.) Dixit Raba: Cognoſcat homo ipſe per ſe, num ſit juſtus perfectus, nec ne. Dixit Rabus: Non creatus eſt mundus, niſi pro Achabo filio Omri, & pro R. Chanina filio Duſæ. Pro Achabo filio Omri, mundus hic præſens: pro R. Chanina, filio Duſæ, autem mundus futurus.

*verſ.*

*verſ.30.) Si quis ex mortuis redierit.*

De *Achar* ex Gehenna liberato *vid.* ſupra ad Matth. VII, 24.

## LVCÆ CAP. XVII.

*verſ. 6.) Si dixeritis Sycamino eradicator & plantator* &c.

*Baba Mezia f.59. 2:* Traditur, die quodam. R. Elieſer pro ſua ſententia confirmanda reſpondiſſe omnes reſponſiones quæ ſunt in mundo, & tamen eas non receptas eſſe ab illis. Quibus tamen reſpondebat: ſi Halacha ſeu juris ſententia obtinet Secundum meam ſententiam, arbor iſta ſiliqua arguat. Quo dicto ſtatim eradicata arbor iſta ſiliqua e loco ſuo, translata eſt alio per 100. cubitos. Illis autem reſpondentibus ei: non ſolere adduci rationem ex arbore ſiliqua: iterum dicebat eis. Si juris ſententia obtinet ſecundum me, foſſa iſta plena aquis fluens arguat. Quo dicto, aqua iſtius foſſæ fluxu contrario retroceſſit. Illis autem iterum replicantibus: non ſolere adduci rationem ex foſſa aquæ: regerebat eis; Si juris ſententia, non eſt ſecundum me, parietes Scholæ arguant: Quo dicto, inclinarunt ſe parietes Scholæ ruinam minitantes.

*verſ. 10.) Quum feceritis omnia præcepta vobis, dicite: Servi inutiles ſumus.* &c.

*Aboth cap. 5.* Antigonus vir סוכו Soco accepit (Legem) a Simeone illo juſto. Ipſe dicebat ad ſuos diſcipulos: Ne ſitis ut ſervi, qui ſerviunt domino eo fine, ut accipiant præmium: ſed eſtote, ut ſervi, qui ſerviunt domino, non eum in finem, ut accipiant præmium; & ſit timor Dei ſuper vobis; ut merces veſtra dupla ſit in futurum contingens. Antigono viro Soco erant duo diſcipuli, qui ſtudebant repetendo verba ejus; quæ repetendo inculcabant diſcipulis, & diſcipuli diſcipulis ſuis. Exſugebant & accurata ſubtilitate inquirebant ea perſequuti, & dicebant: quid movis patres noſtros, ut dicerent; poſſibile eſt, ut faciat operarius opus ſuum toto die, nec tamen tollat mercedem ſuam veſperi. Sed, ſi agnoviſſent patres noſtri, quod ſit Seculum (aliud futurum,) quodque ſit reſurrectio mortuorum, non ita dixiſſent. Quare exſurgebant & exponebant ex Lege, & eruperunt ex illis duæ Sectæ *Sadducæorum*, & *Baithoſæorum.* Quorum illi dicti ſunt Sadducæi, & nomine Autoris ſui *Zadok:* hi autem, Baithoſæi, de nomine Autoris ſui *Baithos:* qui quanquam utebatur toto vitæ ſuæ tempore, vaſis argenteis & aureis, non tamen mens ejus ea de cauſa ſuperbia intumeſcebat: ſed Baithoſæi dicunt: traditione acceptum eſſe, (quaſi Zadok dixerit;) domus,

domus, seu Secta Pharisæorum seipsos dolore afficiunt in Seculo hoc, cum tamen nihil quicquam illis restet in Seculo futuro.

*Succa f.28.1. Baba Bathra f.134.1. Aboth cap.13.;* Tradiderunt Rabbini: Octoginta discipulos habebat *Hillel* Senex: 30. illorum digni erant, ut super eis habitaret Divinitas, ut super Mose Magistro nostro: Et 30. illorum digni erant, ut staret illis Sol, sicut Josuæ filio Nun: Viginti erant intermedii: Maximus omnium illorum erat *Jonathan* filius Uzielis: (autor Targum, seu Chaldaicæ Bibliorum translationis.) Minimus omnium illorum erat *Rabban Johannes* filius Zachai. Dictum perhibetur de isto Rabban Johanne filio Zachai, quod non reliquerit textum Biblicum, & Mischnam, & Gemaram, & Halachas, & Aggadas, subtilitates Legis, & subtilitates Scribarum, argumenta a minori ad majus, argumenta a paribus, revolutiones, *(Glossa:* supputationem motus Solis & Lunæ,) & Gematrias, (h.e. Cabbalisticas textus Sacri explicationes per numeros institui solitas,) confabulationem dæmonum, confabulationem palmarum, *(Glossa:* de his duobus nescimus, quid sit;) parabolas a botris, parabolas a vulpibus desumtas, rem magnam, & rem parvam; rem magnam, scilicet opus currus ab *Ezechiele* descripti *cap. 1.* rem parvam, scilicet omnes essentias Abai & Rabæ (h. e. omnia quæsita & disputata istorum doctorum) ad implendum id, quod dicitur Prov. VIII, 21. *Ut hæreditatem rei essentiæ dem amantibus me, & thesauros eorum impleam.* Et quid? postquam minimus eorum omnium tantus exstitit: maximus ergo illorum omnium quanto magis? Dictum perhibetur de eo *Jonathane* filio Uzielis: quod ea hora, qua sedebat, & studebat in Lege, quælibet avis, quæ volabat super ipsum, statim comburebatur. *(Glossa:* Quia Angeli Ministerii erant circa ipsum, & congregabantur, ad audiendum verba Legis ex ore ejus.) Rabban Johannes filius Zachai dicebat: si fecisti Legem tuam multum, ne præsumas bonum tibi ipsi: (ne ideo tibi nimium arroges,) Nam ad hoc ipsum formatus es: Non enim formatæ sunt creaturæ aliam ob causam, nisi ut studeant in Lege.

*vers. 20.) Regnum Dei non venit cum observatione.*

*Berachoth f.58.1.* Tradiderunt *Rabbini:* Si quis videat Sapientes Israëlitarum, debet dicere: Benedictus qui distribuit de Sapientia sua, timentibus ipsum. Si videat Sapientes nationum mundi, debet dicere: Benedictus, qui dedit de Sapientia sua, carni & sanguini. Si quis videat Reges Israëlitarum, debet dicere: Benedictus, qui distribuit de gloria sua, timentibus ipsum: Si videat reges nationum mundi, debet dicere: Benedictus, qui dedit de gloria carni & sanguini. Dixit R. *Johannes:* Semper homo curam adhibeat, ut currat

currat in occursum regum Israëlis, neque in occursum regum Israëlis, neque in occursum regum Israëlis non tantum; sed vel saltem in occursum regum populorum mundi. Nam si merebitur, (*Glossa:* Seculum futurum, & videbit gloriam regis Messiæ;) discernet examine probe instituto, inter reges Israëlitarum, & reges populorum mundi. (*Glossa:* discernet, quanto plus gloriæ sit accipientium mercedem pro præstitis præceptis, quam erat gloria populorum in hoc mundo.) R. *Scheschath* cœcus erat: toto mundo occurso suo honorantibus faciem regis, surgebat, & ibat cum illis R. Scheschath. Inveniebat eum aliquis hæreticus, qui dicebat ei: Hydriæ (integræ) ad fluvium eunt haustum aquas: vasa fracta quorsum? (*Glossa:* Quasi diceret: quare eunt, & tu quoque: quia tu cœcus es, neque videbis eum, quorsum ibis?) Respondebat ei: Veni, vide: quia novi melius, quam tu. Transeunte ergo turma prima, cum strepitus esset, dicente ei isto hæretico: respondebat ei R. Scheschath: nondum venit. Transeunte turma secunda, cum strepitus esset, dicente ei isto hæretico; nunc venit Rex; respondebat ei R. Scheschath; nondum venit rex. Transeunte turma tertia, cum esset silentium, dicebat ei R. Scheschath: certum est, jam venire regem. Cui dicente hæretico isto: Unde tibi constat hoc? Respondebat ei: Quia regnum terrestre est instar regni Cœlorum, (vel Dei;) de quo scribitur 1 Reg. XIX, 11. *Exi, & stabis in monte coram Domino, & ecce Dominus transit, & Spiritus magnus rumpens montes, & frangens petras, ante Dominum. Non in Spiritu Dominus erat. Et post Spiritum terræ motus. Non in terræ motu Dominus erat. Et post terræ motum ignis: Non in igne Dominus erat. Et post ignem, vox silentii tenuis,* &c.

*vers. 22.) Cum desiderabitis unum dierum filii hominis videre.*

vid. supra ex *Sanhed. f. 89 2.*

## LVCÆ CAP. XIX.

*vers. 8.) Si quid alicui per fraudem rapui,* &c.

*Baba Kama f. 94. 2.* Tradiderunt Rabbini: Raptores & mutuo dantes in usuram, quum restituerunt, non recipiunt ab eis! Et qui recipit ab eis, is animo Sapientum non satisfacit. Dixit R. Johannes: In diebus Rabi tradita est *Mischnica* hæc traditio: Exemplum est de homine aliquo, qui voluit agere pœnitentiam, cui dicebat uxor ipsius: Stulte, si tu agis pœnitentiam, ne quidem balteus tibi proprius manebit. Quare impeditus est, ne ageret pœnitentiam. In ea ipsa hora edixerunt: Raptores & mutuo dantes in usuram,

ram, quum restituerunt, non tamen recipiunt ab eis; & qui recipit ab eis, is animo Sapientum non satisfacit.

## LVCÆ CAP. XXIII.

*vers. 12.) Facti sunt ea die Pilatus & Herodes amici, antea inimici.*

*Sanhedrin f. 105. 1.* Occasione societatis initæ inter Moab & Midian adversus Israelitas, Num. XXII, 7. dicitur esse Traditio: Midianitæ & Moabitæ nunquam inter se pacem coluerunt: (quia dicitur Gen. XXXVI, 35. *Percutiens Midian in agro Moab.*) En habe apologum de duobus canibus pastoralibus, qui erant alter alteri indignabundi. Invadente autem lupo alterum eorum, dicebat alter, nisi eum juvem, hodie occiso eo, cras me invadet. Quare ambo lupum adorti, occiderunt. Dixit R. Papha: Hoc ipsum est, quod vulgari adagio dicitur: mustela & felis, quando faciunt nuptias, augetur infortunium.

*vers. 31.) Si in virido ligno hoc faciunt, quid fiet in arido?*

*Sanhedrin f. 93. 1.* Dicitur *Jesua Summus Sacerdos*, una cum Zedekia (de quo Jerem. XXIX, 21.) & Echab, a Nebucadnezare projectus fuisse in fornacem ignitam, duobus illis combustis, nihil aliud damni passus esse, quam quod vestes ejus adurerentur, quia dicitur Zachar. III, 1. *Et ostendit mihi Jesuam Summum Sacerdotem, stantem coram Angelo Domini*, &c. Et scribitur v. 2. *Et dixit Dominus ad Satanam: increpet te Dominus, o Satan!* &c. *Annon hic est titio?* (*Glossa:* Sicut titio aduritur in superficie tantum: ita etiam hic adurebatur.) Quo facto, quærebat ex eo Nebucadnezar: novi te justum esse: Sed quare parum emolumenti a te lætendo accepit ignis? (*h. e.* quare saltem aliquid damni ignis intulit, læsis vestibus?) Cum tamen ne tantillum quidem emolumenti accipere potuerit ab Hanania, Misaele, & Asaria; quorum ne vestes quidem adustæ sunt? Cui ille respondebat: Scilicet, quia illi tres erant (justi;) ego autem unicus duntaxat eram. Atqui, regerebat Nebucadnezar, Abraham unicus existebat, & tamen salvus & integer evadebat ignem, (in quem a Nimrod idololatra dicitur in Ur Chaldæorum conjectus fuisse.) Ad quod Jesua respondebat: Ibi, cum Abrahamo, non erant impii: (Quales duo mecum erant:) quare igni nulla data erat potestas urendi: Hic autem mecum erant duo impii, quare igni data erat potestas urendi. Atque hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: Duobus titionibus aridis datis, unoque viridi; aridi comburunt viridem.

*vers.*

*verf. 43.) Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Vid. infra 2. Corinth. XII, 4.

*verf. 54.) Et dies erat Paraſceves.*

Vid. ſupra & tractat. *Sanhedr. f. 43. 1.* Traditio eſt: Die Paraſceves Sabbathi.

## LVCÆ CAP. XXIV.

*verf. 13.) Cui nomen Emmaus.*

Forſan hic locus idem cum eo, cujus fit mentio in *Erachin f. 10. 1.* Ex loco dicto עמאום Emaus, Sacerdotes ducebant filias eorum in uxores, ad Sacerdotium?

## JOHANNIS CAP. III.

*verf. 1.) Homo Phariſæus nomine Nicodemus.*

An hic idem ſit, cum נקדימון Nakdimon, ſeu Nicodemo, cujus mentio fit aliquoties in Talmud, non immerito dubitatur. De eo leguntur ſequentia in *Gittin f. 56. 1:* Cum Veſpaſianus Hieroſolymam obſidebat tres annos, erant in ea tres illi divites, (1) Nicodemus filius Gorion, (2) Filius Kalbæ Sabuæ, & (3) filius Zizith Hakkæſeth. *Nakdimon* filius Gorion ita dictus erat: quia נָקדה perforatus ei erat Sol, propter ipſum. (*Gloſſa:* legit נקרה perforatus erat, ſeu ex diſpulſis nubibus ortus erat.) &c. Habebant tres hi divites tantam commeatus copiam, ut unus eorum diceret ad Rabbinos: ego alam eos tritico & hordeo. Alter autem diceret: ego, quæ pertinent ad vinum & oleum, ſuppeditabo. Tertius autem diceret: ego, quæ ad ligna pertinent, ſubminiſtrabo. &c. Habebant 3. illi divites tantam copiam commeatus tritici, hordei, vini, & ligni, ut potuiſſent omnes cives Hieroſolymitanos 21. annos ſuſtentare.

*Taanith f. 19. 2.* Tradiderunt Rabbini: Aliquando aſcendentibus omnibus Iſraëlitis ad Feſtum ſolenne Hieroſolymam, non ſuppetente eis aqua, quam biberent, ibat Nicodemus filius Gorion, ad dominum aliquem, dicens ad eum: Commoda mihi duodecim receptacula aquarum fontanarum pro eis, qui aſcendunt Hieroſolymam, & ego tibi viciſſim dabo totidem fontes plenos aquis. Si autem tibi non dem, ecce ego in me recipio, me daturum tibi duodecim talenta argenti: præfigebatque ei tempus rei præſtandæ. Poſt-

quam advenisset præfixum illud tempus, nec tamen adhuc descendissent pluviæ in tempore orationis matutinæ, mittebat vir ille aliquem ad Nicodemum, qui diceret ei: mitte mihi aut promissas aquas, aut pecuniam, quam mihi ex pacto debes. Remittebat ei Nicodemus aliquem, qui diceret: adhuc mihi tempus est toto die, quem ex pacto præfixi mihi. Circa meridiem iterum vir ille mittebat aliquem ei, qui diceret: mitte mihi aut aquas, aut pecuniam, quam mihi ex pacto debes. Remittebat ei, qui diceret: adhuc mihi est mora in die. Sub tempus Minchæ (circa ineuntem vesperam, hora circiter tertia vel quarta) mittebat denuo, qui diceret ei: mitte mihi aut aquas, aut pecuniam, quam ex pacto debes mihi. Cui ille remittebat, qui diceret: est mihi adhuc mora in die. Quo audito, subridens ille Dominus, dicebat: toto anno non descenderunt pluviæ, & nunc descenderent? Ingressus ergo in balneum cum lætitia, jam quasi de certo obtenta illa pecunia sibi gratulabatur. Eo usque exspectaverat Nicodemus ille, dum cum lætitia sua hic ingressus erat in balneum; tum ipse ingressus in domum Sanctuarii, quum dolens, obvelato capite, stans in oratione coram Deo in hæc verba erupisset: Domine mundi; manifestum & notum est coram te, me hoc non fecisse ad gloriam meam, neque ad gloriam domus paternæ; sed fecisse ad gloriam tuam, ut invenirentur aquæ adscendentibus Hierosolymam ad festa solennia. Quo dicto, statim colligati erant Cœli nubibus, & descendebant pluviæ, usque dum implerentur 12. illi fontes aquarum, & redundarent. Egresso domino illo e balneo, Nicodemus e domo Sanctuarii egressus, alter alteri occurrebat; tum Nicodemus ad dominum illum dicebat: da mihi pretium aquæ superfluæ, quod penes me habeo. Cui ille respondebat: certo scio, Deum Opt. Max. non condemnasse mundum, nimiis pluviis immissis, nisi tui causa: sed nunc habeo fiduciam adversus te, quod velim a te acceptam efferre pecuniam promissam: quia jam occidit Sol; (Quia eum præ nimium spissis nubibus nemo videre poterat,) & pluviæ meis viribus descenderunt. Denuo ergo Nicodemus ingressus in domum Sanctuarii, obvelato capite, stans coram Deo in Oratione, in hæc verba erumpebat: Domine mundi, notum fac, quod habeas dilectos in mundo tuo. Quo dicto, statim, depulsis nubibus, Sol iterum se conspiciendum exhibebat. Ea ipsa hora dicebat ad Nicodemum dominus ille: nisi perforatis nubibus Sol iterum apparuisset, habuissem fiduciam contra te, efferendi e manibus tuis, mihi a te promissam pecuniam.

JOHAN-

## JOHANNIS CAP. IV.

*verſ. 9.) Non commercium habent Judæi cum Samaritanis.*

*Sanhedrin fol. 63. 2.* Ad verba *Miſchnæ:* Idololatra, qui votum concipit in nomine Idoli violat præceptum negativum: notatur in Gemara. Unde hoc probamus? Quia Traditio eſt, Exod. XXIII, 13. *Et nomen Deorum aliorum non commemorabitis.* Quia non dicet homo: cuſtoditur mihi (hoc donum,) per modum Idoli hujus N. N. *Et non audietur ſuper ore tuo,* quia non concipiet votum in nomine ejus, neque autor erit alienigenis, ut votum concipiant in nomine ejus, & id exſolvant in nomine ejus. *Alia Expoſitio: Non audietur ſuper ore tuo:* interdictum hoc eſt datum ſeducenti & impellenti. De ſeducente in confeſſo eſt: ſcribitur Deut. XIII, 11. *Et omnes Iſraëlitæ audiant, & timeant.* Sed quod interdictum ſit datum impellenti, & ne quis autor ſit alienigenis, votum concipere in nomine ejus, idque exſolvere in nomine ejus; juvat eum ita ſentientem, quod pater Samuelis dixit; Vetitum eſt homini ſocietatem inire eum Cutthæo (Samaritano) (ita ſcribitur in exemplari Baſileenſi. Sed in Amſtelodam: cum Gentili, ſeu Chriſtiano,) ne forte obligetur ei ad juramentum, & juret per idolum ſuum, cum tamen Deus dicat, ibid: *Non audietur ſuper ore tuo.*

*Megilla f. 28. 1.* אבוּ Aboh filius איהי Ihi, & מנימין Minjamin filius Ihi: unus dixit; eveniat mihi, ut nunquam aſpiciam Cutthæum: Alter autem dixit; eveniat mihi, ut nunquam ſocietatem ineam cum Cutthæo.

*verſ. 27.) Cum viderent cum muliere Samaritana loquentem,* &c.

*Beracboth f. 43. 2.* Tradiderunt Rabbini: Sex res ſunt dedecori Studioſo Sapientiæ. (1) Ne prodeat in forum, quum ipſe aromatibus conditus eſt. (2) Ne prodeat ſolitarius, noctu. (3) Ne prodeat indutus calceis reſartis. (4) Ne confabuletur cum muliere in foro. (5) Ne accumbat cum Societate populorum terræ. Et (6) Ne ingrediatur poſtremus in Scholam. Aliqui autem dicunt: Etiam ne incedat inceſſu craſſo, ſeu ſuperbo; & ne eat ſtatura erecta.

(1) *Ne prodeat in forum, quum ipſe aromatibus conditus eſt.* Dixit R. Ada filius R. Chaiæ filii Abbæ; dixiſſe R. Johannem: in loco, ubi ſuſpecti ſunt concubitus maſculini. (*Gloſſa:* aromatibus condiunt ſe ipſos, ut concupiſcant ſe) Dixit R. Scheſchath: non dicimus, niſi de veſte ejus: ſed de corpore ejus, ſudorem facit tranſire ei (balſamum.) Dixit R. Papha: & pilus

lus ejus, ut vestis ejus videtur esse. (*Glossa:* in qua non invenitur sudor.) Aliqui autem dicunt; ut corpus ejus videtur esse (*Glossa:* in quo invenitur sudor.)

(2) *Ne prodeat solitarius, noctu.* Propter suspicionem scortationis. Non autem dicimus, nisi de eo, cum non præfixum est alicui tempus a magistro suo, se velle docere eum noctu, sed cum præfixum est ei tempus tale, certo constat, eum venire ad hoc ipsum tempus.

(3) *Ne prodeat indutus calceis resartis.* Auxiliatur ei secundum R. Chaiam filium Abbæ: quia dixit R. Chaia filius Abbæ: dedecorum est Studioso Sapientiæ, si prodeat indutus calceis resartis. Itane? Atqui R. Chaia filius Abbæ, prodiit. Dixit Mar *Zuba* filius R. Nachmanis: ne prodeat indutus calceis, in quibus sunt assumenta super assumentis. Et non dicimus, nisi cum assumentum est in obstragulo: Sed cum assumentum est in solea, nihil id curamus. Et non dicimus, nisi in via (publica:) sed si domi talibus calceis indutus sit, nihil id curamus. Et non dicimus; nisi cum dies sereni sunt. Sed si dies sint pluvii; nihil id curamus.

(4) *Ne confabuletur cum muliere in foro.* Dixit R. *Chasda:* Ne quidem tunc, si ea sit uxor ipsius. Traditio etiam talis est: Ne quidem tunc, cum ea est uxor ejus; & ne quidem tunc, cum ea est soror ejus: quia non omnes sunt periti propinquarum ejus, & facile eum suspectum habent alicujus impudicitiæ.

(5) *Ne accumbat cum societate populorum terræ.* Quæ ratio? Forte evenit, ut trahatur post eas, (ut mores eorum sequatur.)

(6) *Et ne ingrediatur postremus in Scholam.* Ideo, quia vocant eum pigrum. Aliqui autem dicunt: Etiam ne incedat incessu crasso: quia dixit Mar: Incessus crassus aufert partem unam de 500. e lumine oculorum hominis. Quodnam est remedium ejus? Si repetat sanctitatem, quæ est inter Solem. (*Glossa:* Si bibat calicem Sancti in Sabbatho, noctu.) Et ne eat statura erecta: quia dixit Mar: Qui incedit statura erecta, saltem 4. cubitis, perinde est, ac si premeret divinitatem: quia scribitur Esa. VI, 3. *Plena est tota terra gloria ejus.*

*Joh. IV, vers 53.*) Similis historia legitur in *Berachoth f. 32. 2.* de filio Rabban Gamalielis a R. Chanina absente sanato.

JOHAN.

## JOHANNIS CAP. VI.

*verſ. 1.)* *Mare Tiberiadis.*

*Megilla f. 6. 1.* Dixit R. Johannes: quum eſſem puer, dixi rem, quam interrogavi a Senioribus, & res comperta eſt, ſecundum meam ſententiam. Per חַמַּת *Chammath* Joſ. XIX, 35. intelligitur Tiberias: Quare autem vocatum eſt nomen ejus *Chammath*? Propter חמי thermas Tiberiadis. Per רַקַּת *Rakkath*, Ibid. intelligitur Siporium. Quare autem vocatur nomen ejus Rakkath? Quia urbs illa in altum ſuſpenſa eſt, ut רקתא *Rakkatha*, h. e. littus fluminis. *Gloſſa:* quod altius eſt fluvio: ita etiam Siporium ſitum eſt in cacumine montis. Per כִּנֶּרֶת *Cinnereth*, ibid. Intelligitur Geneſareth. Quare autem vocatur nomen ejus *Cinnereth*? Quia dulces ſunt fructus ejus, ut dulcis eſt ſonus כינרי cithararum. Dixit *Raba;* Num eſt ſecundum eum, qui dixit Rakkath non eſſe Siporium? Atqui cum moritur homo magnæ autoritatis hic (in Babylonia,) plangunt ei ibi, Tiberiade, hunc in modum: Magnæ autoritatis eſt ille in ששך Scheſchach (*Gloſſa:* h. e. Babylonia: per permutationem literarum את בש, h. e. Ethbaſch,) & nomen eſt ei in Rakkath. Et quum afferunt capulum eo. (*Gloſſa:* quum avehunt capulum defuncti ex Babylonia, ut ſepeliant eum in Tiberiade; plangunt eum hoc in modum: O qui amatis ſuperſtites ex Iſraëlitis, cives Rakkath, exite, & accipite occiſos profunditatis. (*Gloſſa:* defunctos profundæ Babyloniæ.) Mortuo R. Zira (*Gloſſa:* qui ex Babylonia in terram Iſraël aſcenderat, ibique, Tiberiade, mortuus erat,) ſi exorſus eſt dicere Siticen aliquis ſuper eo: terra Sinear concepit & peperit (defunctum R. Ziram:) terra צבי capreæ (h. e. Iſraëlitica) educavit delicias terræ Sinear. Væ nunc illi, dixit Rakkath: quia amiſit vas ſuum deſideratiſſimum! Sed dixit Raba: Per *Chamath* Joſ. XV, 35. intelligi חמי thermas Geraris. Per *Rakkath* intelligi Tiberiadem. Per *Cinnereth* intelligi Geneſareth. Quare autem vocatur nomen ejus Rakkath? Quia etiam ריקנים inanes (ſeu vacui ſapientia,) qui ſunt in ea, pleni ſunt præceptis, ut malum Punicum. R. Jeremias dicit; Rakkath eſſe nomen ejus. Quare autem vocatur nomen ejus טבריא h. e. umbilico, ſeu medio terræ Iſraëlis. Raba dicit: Rakkath eſt nomen ejus. Quare autem vocatur nomen ejus שבריא Tiberias? Quia טובה ראיתה bonus, ſeu pulcher eſt aſpectus ejus: (Scilicet, propter hortos & pomaria, quæ ibi fuerunt.) In *Bereſchith Rabba Sect. 23.* tamen dicitur: Tiberiadem dictam eſſe a nomine *Tiberii Imperatoris.*

*verſ. 51.)* *Panis, quem ego dabo, eſt caro mea.* &c.

*Sanhedrin f. 59. 2.* R. Juda filius Thimæ dicebat: Homo primus accumbebat in horto Eden, & Angeli miniſterii aſſabant ei carnem, & percolabant ei vinum:

vinum: In quem intuitus vidensque serpens gloriam ejus, invidebat ei ibi carnem cœlitus descendentem. Quid? daturne caro cœlitus descendens? Imo. Ecce enim cum R. *Chilpetha* iter faceret, occurrebant ei aliqui leones, qui rugitu coram ipso edito videbantur devoraturi ipsum. Dicente autem eo Psalm. CIV, 21. *Leones juvenes rugiunt ad rapinam:* descendebant ei duo femora, quorum alterum comedebant leones; alterum relinquebant ei. Quod cum attulisset in Scholam, quærentibus de eo Scholaribus; estne res munda, an immunda? Respondebat: nulla res immunda descendit cœlitus. Quærebat R. Zira ex R. Abhu: Si descenderet ei species asini, quorsum illud? (Nonne palam esset res immunda & prohibita?) Cui respondebat: יארוד נאלא Draco stulte; ecce dictum tibi; nullam rem immundam descendere cœlitus.

*Joh. VI. vers. 22.) Et in Sabbatho circumciditis hominem.*

*Schabbath f. 132. 1.* Ratio R. Elieseris est: quia dixit textus Lev. XIII, 3. *Et in die octava circumciditor caro præputii ejus:* Et vel etiam in Sabbatho. Et scripsisset Deus, in circumcisione, & venissent illa, & confecissent rem exinde: ideo, quia opponi potest; Quid ad circumcisionem? Quia ut sic ita sunt super ea tredecim fœdera. (*Glossa:* tredecim voces ברית fœdus dictæ sunt de Abrahamo in sectione circumcisionis Gen. XVII.) Vel, invito te, non dissentiunt Rabbini super ea, nisi de legitimantibus circumcisionem. Et de communi omnium sententia statuitur, quod pellat Sabbathum: unde nobis probatur? Dixit *Ula:* Esse Halacham (rem constare traditione patrum:) Et sic dixit R. Isaac; esse Halacham. Regero ego: Unde probatur de apertione animæ, (h. e. eis, quæ ad vitæ conservationem pertinent,) quod pellat Sabbathum? R. Elieser filius Asariæ dicit: Si circumcisio, quæ est unum ex membris hominis, pellit Sabbathum; quanto magis id verum erit de apertione animæ, quod pellat Sabbathum? &c.

R. Ismaël dicit: Res magni æstimanda est circumcisio: quia pellit Sabbathum, tam grave præceptum. R. Josua filius Korchæ dicit: Res magni æstimanda est circumcisio: quia non suspensa erat Mosi, justo isti, saltem plenitudine horæ. (*Glossa:* Quia omnia merita Mosis non constiterunt ei ea hora, qua remissum se gesserat in circumcisione dispensanda: quia dicitur Exod. IV, 24. *Et erat in via, in diversorio,* &c.) R. Jeremias dicit: Res magni æstimanda est circumcisio: quia pellit plagas terræ. (*Glossa:* Quia scribitur Lev. XII, 3. *Et in die octavo circumciditor.* Non obstante, si ibi habeat populum albam.) &c. Et paulo post.

*Neda-*

*Nedarim f. 32. 1.* Traditio. Ribbi dicit: Res magni æstimata est circumcisio: quia haud reperias ullum, qui tantam operam dederit observandis præceptis, quantam Abraham pater noster, nec tamen ille vocatus *est integer*, nisi propter circumcisionem: quia dicitur Gen. XVII, 1. *Ambula coram me, & esto integer.* v. 2. *Et dabo fœdus meum inter me & te.* Alia expos. Circumcisio est res magni æstimanda: quia pondere suo æquatur omnibus in universum præceptis. Nam dicitur Exod. XXXIV, 27. *Quia juxta os verborum istorum,* &c. Aliter: Circumcisio est res magni æstimanda, quia, nisi esset circumcisio, non persisterent Cœlum & terra: quia dicitur Jerem. XXXIII, 25. *Si non fœdus meum; die & nocte* &c. Dissentit tamen R. Elieser, qui dicit: Res magni æstimanda est Lex: quia nisi Lex esset, non persisterent Cœlum & Terra: quia dicitur; *Si non fœdus meum die & nocte, statuta Cœli & terræ non possuissem.* Ibid. vid. Inf. ad Rom. III, 1.

## JOHANNIS CAP. VII.

*vers. 37.) Die ultima magna Festi, stabat Jesus & clamabat: Si quis sitit veniat ad me.*

*Succa f. 51. 1. Mischna:* Is, qui non vidit gaudium domus השואבה haustus aquæ (in festo tabernaculorum hauriri solitæ ex Esa. XII, 3.) nullum unquam vidit gaudium. Postridie die primi festi illius solennitatis descendebant in atrium mulierum, & ordinabant ibi ordinem magnum. Candelabra aurea erant ibi, & 4. Simpula aurea in extremitatibus eorum, & 4. Scalæ erant singulis: Et 4. pueri e flore juventutis sacerdotalis, qui manibus tenebant Cados 120. logorum olei, quos ipsi injiciebant cuique simpulo. Ex vetera mentis femoralium sacerdotalium, & ex balteis eorum abrumpebant particulas, ex quibus facerent ellychnia, eisque accendebant lucernas: neque ullum erat atrium Hierosolymis, quod non illuminabatur a lumine domus haustus. (*Glossa:* Quia candelabra erant alta 50. cubitis. Mons autem domus Dei erat altus ut lumen potuerit spargi per totam urbem. &c.) Sancti & viri operis subsiliebant ante eos, lampadibus igneis, quas manibus suis tenebant, & dicebant ante eos verba canticorum & hymnorum. Et Levitæ citharis & nablijs, & cymbalis, & tubis, & instrumentis Musicis innumeris, *super 15. gradibus* descendentibus ex atrio Israëlitarum, in atrium mulierum, respectu 15. graduum, qui sunt in Psalterio (a Psalmo CXX. usque ad Psal. CXXXV.) Quia super illis Levitæ stabant cum Instrumentis Musicis, & dicebant canticum. &c.

*Ibid. f. 50. 1. Mischna:* Tibia, quam interdum quinque, interdum sex diebus inflabant, ea est, quæ est tibia domus haustus, quæ non pellit, neque

V Sab-

Sabbathum, neque diem bonum, seu festum. *Gemara:* Dictum perhibetur *fol. 50. 2. R.* Judam & R. Innam diversimode de hoc sentire. Unum tradidisse, locum illum dictum esse שׁוֹאֵבָה *Schoaba;* (ab hauriendo) Alterum autem tradidisse השׁוּבָה *Chaschuba,* (a magna æstimatione.) Dixit Mar Zutra; is, qui tradidit *Schoaba,* non aberrat; & is, qui tradidit *Chaschuba,* non aberrat. Is, qui dixit *Schoaba,* non aberrat, quia scribitur Esa. XII, 3. וּשְׁאַבְתֶּם *Et haurietis aquas cum gaudio.* Et is, qui tradidit *Chaschuba,* non aberrat. Quia tradidit R. Nachman: præceptum magnæ æstimationis hoc esse & originem suam habere inde a 6. diebus primæ creationis. &c.

*Rosch Hasschana f. 16. 1.* In *Mischna: In festo* (tabernaculorum) *judicium habetur propter aquas.* Postea in *Gemara* notatur: Quare dixit Lex? Fundite aquas in festo. Dixit Deus Opt. Max. Fundite coram me aquas in festo, ut benedicantur vobis pluviæ anni.

*Ibid. f. 48. 1. Mischna.* Fusio aquarum, quomodo fiebat in festo tabernaculorum? Ampullam auream continentem 3. Logos implebat ex Siloa; (*Glossa:* fonte vicino Hierosolymæ.) Si attigissent portam aquarum, tuba canebant clangore fixo edito, & iterum clangore fixo edito, iterumque clangore fracto, & iterum clangore fixo. Si ascenderet (Sacerdos in festo tabernaculorum ad fundendam aquam) in gradum altaris, & respiceret, ad sinistram sui duo Simpula argentea erant ibi. R. Juda dicit: ea ex calce fuisse facta, nisi quod superficies eorum denigrata esset, (ut similia viderentur argento, quod nigrius est calce: *Glossa:*) propter vinum, & perforata erant instar duorum nasorum tenuium. (*Glossa:* nasus unus in Simpulo uno, & foramen unum in naso ejus, & sacerdos effundebat per orificium simpulorum, & libamina effluebant, & descendebant per viam vasorum super altare, & in altari erat foramen, in quod aqua & vinum descendebant ad fundamenta altaris, quæ erant perforata & excavata valde.) Et alterum eorum erat crassius, alterum autem tenuius. (*Glossa:* unum ex foraminibus, crassius, pertinebat ad effundendum vinum, tenuius autem, ad aquas;) idque eum in finem, ut ambo absolverentur, seu totæ effluerent simul. (*Glossa:* Quia aquæ citius exeunt, idcirco foramen earum oportebat tenuius esse.) Occasio ejus est, aquarum; ortus ejus, vini. (*Glossa:* Simpula ponebantur apud cornu, hoc coram illo; conjuncta, unum cum altero, unum ad latus occasus, & alterum ante illud ipsum est ad ortum.) Si effudisset id, quod erat aquarum, intra id quod erat vini; & id, quod erat vini, intra id, quod erat aquarum; satisfecerat suo officio. R. Juda dicit: per mensuram logi libabat omnes dies 8: Et libanti dicebat: exalta manum tuam: (*Glossa:* ut appareat, quod impones aquas Simpulo:

pulo: ideo, quia Sadducaei non concedunt libationem aquarum:) quia aliquando libabat Sadducaeus aliquis aquam super pedes suos, & lapidabant (obruebant) eum totus populus malis suis citreis. Quale est opus ejus in die profano, tale est opus ejus in Sabbatho: nisi quod impleret a die parasceves Sabbathi vas aureum, quod non erat destinatum Sacro cultui altaris, ex aquis Siloae, idque deponebat in cameram. Si effusum esset, aut apertum relictum, implebat illud ex aquis, quae erant in labro. &c.

## JOHANNIS CAP. VIII.

*vers. 39.) Si filii Abrahami essetis, Opera Abrahae faceretis.*

*Beza f. 32. 2.* Schabthai filius Marinos veniebat in Babyloniam, aque divitibus Judaeis petebat, ut sibi quid daret negotiandum, unde viveret, & non dabant ei. Quare petebat ab eis alimenta: & alendo nolebant eum alere. Dicebat ergo ad eos: Vos ex turba miscellanea multa, (de qua Exod. XII, 38.) orti estis: quia scribitur Deut. XIII, 17. *Et dabit tibi miserationes, & miserebitur tui: sicut jurato promisit patribus tuis.* Scilicet, quicunque miseretur creaturarum, certo indicio prodit, se esse ex semine patris nostri Abrahami. Quicunque autem non miseretur creaturarum, certo indicio prodit, se non esse ex semine Abrahami patris nostri.

## JOHANNIS CAP. IX.

*vers. 2.) Quis peccavit, hic aut ejus parentes?*

Vid. supra ad Lucae Cap. XIII, 4.

## JOHANNIS CAP. X.

*vers. 33.) Ob bonum opus non lapidamus Te, sed ob blasphemiam.*

Blasphemum lapidatum fuisse non est dubium ex *Sanhedrin cap. 7. §. 4.* in *Mischna:* Hi lapidantur: Qui rem habet cum matre, uxore patris sui, nuru, mare, jumento: Mulier item quae jumentum admisit, blasphemus, idololatra. &c.

## JOHANNIS CAP. XII.

*vers. 24.) Nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit.*

*Taanith f. 4. 1.* Praestantissimus aliquis juniorum Rabbinorum similis est grano, quod est sub gleba, quod postquam incipit virescere, virescit. (Scilicet. nihil obstante gleba.) Sic Sapientes inclarescunt, nihil obstante invidia malorum,

## JOHANNIS CAP. XVIII.

*verſ. 13.) Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat Summus Sacerdos anni illius.*

Quanta ἀταξία fuerit in templo ſecundo circa conſtituendos Summos Sacerdotes, vid. *Joma f. 18. 1.*

*verſ. 31.) Nobis non licet occidere quenquam.*

*Beracboth f. 58. 1.* R. *Schila* flagellaverat aliquem virum, qui iniverat Syram fœminam: is abiens criminabatur eum in aula regia, his verbis: Eſt aliquis vir inter Judæos, qui exercet judicis poteſtatem, ſine licentia regis. Quare miſſus ab eo apparitor, quum adveniſſet, quærebat ex R. Schila: quare flagellaſti hunc? Cui ille reſpondebat: quia congreſſus erat cum aſina. Dicebant ei: habesne rei hujus teſtes? Reſpondebat eis: imo vero. Veniebat Elias, ſimilis ei videbatur viro, & teſtimonium ei perhibebat. Dicebant ei: Si talis erat, dignus erat morte. Reſpondebat eis: *Ex eo die, quo in exilium migravimus ex terra noſtra, non habemus poteſtatem exercendi Supplicium capitale. Vos, quod vultis, facite cum eo.* &c.

*Sanbedrin f. 41. 1.* Rabban *Johannes*, filius Zachai, num fuit in Synedrio? Atqui Traditio eſt: Omnes anni Rabban Johannis filii Zachai erant 120. Quadraginta primos annos ſtuduit in negotiatione: Quadraginta annos ſequentes didicit: Quadraginta poſtremos annos docuit: Et Traditio eſt: Quadraginta annis ante deſolationem domus (templi,) in exilium migravit Syendrium, & ſedit in חנות *Canuth* (*Gloſſa:* Eſt locus Hieroſolymis, qui ita vocatur.) Et dixit R. Iſaac filius Abodimi: Quaſi diceret; quod non judicarint judicia mulctarum ſeu pœnalia. Judicia mulctarum putasne? Non ita: Sed quod non judicarint judicia capitalia. Atqui tradidimus: Ex quo deſolata eſt domus Sanctuarii, ordinavit Rabban Johannes filius Zachai: Sed filius Zachai vulgaris aliquis eo nomine dictus erat.

*Aboda Sara f. 8. 2. & Scbabbatb f. 19. 1.* Aegrotante R. Iſmaële filio Joſes, mittebant ad eum Rabbini, qui ex ipſo ſciſcitarentur, duas tresve res, quas ipſis nomine patris ſui narraverat. Dixerat eis: centum & octoginta annis ante, quam deſolaretur templum, decreverant immunditiem ſuper regionem populorum, & ſuper vaſa vitrea. Quadraginta annis ante, quam deſolaretur templum, in exilium migravit Synedrium, & ſedit in Canuth (hoſpitio extraordinario montis domus Dei.) Quorſum opus erat hoc præcipi? Reſpondit R. Iſaac filius Abodimi: Quaſi diceret, quod non judicarint judicia mulctarum.

rum. Putasne judicia mulctarum? Atqui dixit R. Juda, dixisse Rabum: Profecto meminit viri istius in bonum, & R. Juda filius Bubæ est nomen ejus. Nam absque eo fuisset, oblivioni tradita fuissent judicia mulctarum ex Israële. Oblita fuissent, ut docerent ea (*Glossa:* non autem, ut scriberent ea: nam ecce non inscribuntur Halachæ:) Cessarunt judicia mulctarum ex Israële: quia decrevit regnum impium (Romanum) persequutionem: Omnis, qui creat Rabbinos, capite, mulctetur. Et omnis, qui creatur Rabbinus, capite mulctetur, &c. Et paulo post: Dixit R. Nachman filius Isaaci: Noli dicere, id intelligendum esse de judiciis mulctarum: sed, quod non judicarint judicia capitalia. Quare? Quum vidissent multiplicari apud se homicidas, quos non poterant judicare, dicebant: Bene est, migremus hinc in alium locum. Quod ea de causa fecerant, ut hac ratione liberi essent a culpa: quia scribitur Deut. XVII, 10. *Et facies secundum verbum, quod indicabunt tibi ex hoc loco.* Quo docetur, quod locus in causa sit.

## JOHANNIS CAP. XIX.

*vers. 31.) Ut non manerent in cruce corpora in Sabbatho.*

*Sanhedrin cap. 6. §. 4. f. 45. 2:* In *Mischna:* Lapidati omnes suspenduntur: ut sentit R. Elieser. Sapientes autem dicunt: non suspenditur nisi blasphemus & idololatra. Mas suspenditur, faciem populo obversus. Mulier, faciem conversa ad lignum, ut sentit R. Eliescr. Sapientes autem dicunt: mas suspenditur, non item mulier. Quibus R. Elieser opponebat: Atqui, annon R. Simeon filius Schetachi mulieres suspendebat Askalone? Quin imo, responsum est ab ipsis, octoginta suspendit vice una: quum tamen ne bini quidem judicentur die uno. Quomodo fiebat suspendium? Trabs in terram depangebatur, ex qua lingnum exstabat: dein revinctis manibus suspendebatur. R. Jose dicit: Trabs ad parietem inclinata statuebatur, tum suspendebatur; consimiliter atque a laniis fieri consuevit. E vestigio autem solvebatur. Si pernoctaret, interdicti violatio esset: quia dicitur Deut. XXI. 23. *Ne sinas pernoctare cadaver ejus in ligno: sed omnino sepelies eum eodem die: nam exsecratio Dei est suspensus.* &c. Quasi diceret: Quare hic suspensus est? Quia maledixit Deo. Quo pacto nomen Dei profanationi est.

## JOHANNIS CAP. XX.

*vers. 29.) Beati, qui non vident, & credunt.*

*Baba Bathra f. 75. 1.* Esa. LIV. 12. *Et ponam* כדכד *pyropum,* שמשתיך *muros tuos.* Dixit R. Samuel filius Nachmani: dissentiunt (*Glossa:* de lapidibus murorum Hierosolymæ, qualesnam lapides olim futuri sint,) duo Angeli in

in firmamento, Gabriel & Michael. Aliqui autem dicunt; duo Gemarici Doctores, in Occidente (h. e. terra Israel.) Quinam autem illi sunt? Judas, & Hiskias, filii R. Chajæ. Unus dixit, lapides murorum Hierosolymæ futuros esse שוהם ex Sardonyche: alter autem dixit, ex Jaspide. Quibus dixit Deus Opt. Max. sit secundum hujus & illius sententiam. (*Glossa:* Et hoc ipsum significatur voce כַּדְכֹּד *Cadcod*, q. d. *quasi*, *quasi*, Ex Sardonyche & Jaspide ædificabitur. Quamvis autem hoc, quod in textu scribitur, longe ante filios R. Chajæ dictum sit, dici tamen potest, quod sic prophetarit Esaias, secundum sententiam omnium interpretum aliquando ædificandum esse ita murum.) *Ibid. Et portas tuas, ex lapidibus* אֶקְדָּח *carbunculi.* Secundum id, quod sedens R. Johannes sermone arguto observavit: Deus Opt. Max. aliquando, adducturus est gemmas & margaritas, quæ sunt tricenorum quadratorum cubitorum, & insculpet de quibus excidit decem, altitudine viginti cubitorum; (*Glossa:* decem latitudinis, in altitudine vicenorum. Atque hoc ipsum est אֶקְדָּח *Ekdàch*, significatu קדח perforandi, vel terebrandi, quia insculpit eis. Et significat etiam gemmam, quæ lumen spargit instar ignis קדחת flagrantis;) & collocaturus est ea in portis Hierosolymæ; Quo audito, salse ridebat super eo aliquis discipulus, in hæc verba erumpens: Nunc, quantum est ovum turturis, talem gemmam non invenimus, & tantæ adeo magnitudinis tum inveniamus? Post aliquot dies, in altum mare progressa navi ejus, videbat Angelos ministerii, quod sederent, & cæderent gemmas & margaritas, quæ erant tricenorum quadratorum cubitorum, & excidebantur ex eis decem, vicenorum altitudine. Quibus ille dicebat: Hæc quorsum? Respondebant ei: quia Deus Opt. Max. collocuturus est ea in portis Hierosolymæ. Postea, quum redux factus esset ad R. Johannem, dicebat ei: Exponebatur tibi nuper recte. Secundum id, quod exponebatur tibi, & dicebas: ita vidi. Cui R. Johannes respondebat: Vacue homo; Nisi vidisses & credidisses. Tunc salse irrides verba sapientum? Quare, cum conjecisset in eum oculos, factus est acervus ossium. (*Glossa:* mortuus est; nam homo mortuus fit acervus ossium.)

Verba R. Johannis, qui optat, ne videat Messiam, vid. sup. p. 29.

## JOHANNIS CAP. XXI.

*vers. 7.*) Τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο: *Amiculum succinxit.*

*Drusius* Præterit: p. 155. putat hoc vestimenti genus idem esse cum Talmudico voce אפונדתא, de quo vehementer dubito. Legitur in *Berachoth. f. 62. 2.* Non intret homo, in montem domus DEI, cum baculo suo, & cum calceo suo, ובאפונדתו & cum indusio suo. Ita legit & exponit Drusius. Verum in ipso Talmud, ejusque textu Mischnico *f. 54. 1.* in exemplari Amstelod.

lod. legitur ita: Non intret homo in montem domus Dei cum baculo suo, & cum calceo suo, & ובפונדתו, & cum funda, seu reticulo suo, & cum pulvere, qui est super pedibus suis, neque faciat eam viæ compendium. &c. Ubi R. Sal. Jarchi in *Glossa* marginali notat per פונדה intelligi cingulum seu Zonam cavam, cui indere soleant pecuniam. Ad hæc verba deinde in *Gemara f. 62. 2.* notatur: Traditio est: Ne intret homo in montem domus Dei; neque cum baculo suo, quem tenet manu sua, neque cum calceo suo, quem habet in pede suo, neque cum pecunia, quam colligatam habet in sudario suo, & in פונדתו reticulo suo suspenso a tergo suo: Item in *Schabbath fol. 92. 1.* In Mischna: Si quis (die Sabbathi) effecerat (quid,) sive manu dextra sua, sive sinistra, in sinu suo, aut super humeris suis, reus est: quia taliter se habebat onus, quod (tempore Mosis, cum arca fœderis portabatur) ferebant filii Kahath. Si quis autem efferat quasi post manum suam, in pede suo, in ore suo, in cervice sua, in aure sua, & in pilo suo, & in פונדתו reticulo suo, & os suum habeat deorsum inter reticulum suum & indusium suum; & (si ferat quid) in labio, seu ora infima indusii sui, in calceo suo, & in solea sua; liber est; liber est: quia non extulit secundum morem eorum, qui quid efferunt. Ex quibus locis apparet; diversam tantum lectionem esse vocis פונדה & אפונדה. Rem autem unam eandemque utraque voce significari. Deinde vocem simplicem non esse אפינדתא, ut legebat Drusius, quo magis quadraret, ad Græcum ἐπενδύτης; sed אפונדה. Potius assentior *Davidi Coben de Lare*, qui in libro, quem vocat עיר דויד *Civitas David*, exponit, funda, follis, reticulum. Ita ut juxta ipsius sententiam cum Latino, *funda*, conveniat.

## ACTORVM CAP. I.

*vers. 7.) Non est vestrum nosse, tempora* &c.

*Schabbath f. 30. 1.* Quod dixit Salomo, Eccles. IX, 4. *Quia, quod canem vivum attinet, ipse melior est, quam leo mortuus.* (*Glossa:* Non dixit hoc respectu negotii majoris æstimationis; Sed respectu negotii Sabbathi & diei festi;) est secundum id, quod est R. Judæ, ex sententia Rabi. Nam dixit R. Judas, dixisse Rabum: Quid est, quod scribitur Psal. XXXIX, 5. *Notum mihi fac, Domine, terminum meum, & mensuram dierum meorum quanta sit, & cognoscam, quando desiturus sim ego?* Scilicet, dixerat David coram Deo Opt. Max. Domine mundi, notum mihi fac terminum meum, (*Glossa:* eventura mihi?) Cui respondebat Deus: decretum est coram me, quod non notum faciam terminum carnis & sanguinis (h. e. mortalis hominis.) Pergente eo petere, *Et mensuram dierum meorum, quanta sit:* (h. e. quot futuri sint dies vitæ meæ; revela mihi.) Respondebat ei Deus: decretum est coram me, quod non

non notam faciam menſuram dierum hominis. Pergente eo petere; *Et cognoſcam, quando deſiturus ſim ego:* (h. e. quonam die ceſſem ego, & deſinam eſſe in mundo.) Reſpondebat ei Deus: die Sabbathi morieris. Quo audito, dicebat David ad Deum: quæſo, primo die hebdomadis moriar. (*Gloſſa:* Hoc ideo petebat, ut eo die plus vacare poſſent ejus funeri.) Cui reſpondebat Deus: jamjam advenit regnum Salomonis filii tui: nullum autem regnum eſt, quod contingat ſocium ſuum, ne quidem tantillo ſpatio, quantum eſt plenitudo fili. Pergente Davide petere: quæſo moriar die Veneris: reſpondebat ei Deus; atqui jamjam coram me, dixeras Pſal. LXXXIV, 11. *Quia melior eſt dies in atrio tuo, quam mille:* Scilicet melior mihi eſt dies unus, quo tu ſedes & ſtudes in Lege, quam mille holocauſta quæ oblaturus eſt Salomo filius tuus coram me in altari. David ergo, hoc ex Dei ore audito, quolibet die Sabbathi totius anni ſedebat & ſtudebat in Lege per totum diem. (*Gloſſa:* ne appropinquaret Angelus mortis ad eum: quia Lex protegit a morte.) Die illo, quo volebat Angelus mortis auferre animam ejus, ſurgebat coram Davide, & non prævalebat ei, quia os ejus non deſiſtebat a lectione Legis. Quare dicebat Angelus mortis: quid faciam ei? Habebat David hortum poſt domum ſuam, quem ingreſſus Angelus mortis, conſcenſis arboribus illas concutiebat, ut ſtrepitum ederent. Quo ſtrepitu audito, David egreſſus, ſpectatum, quid ſibi vellet ſtrepitus ille, conſcenſa per ſcalas arbore, eisque ſub eo fractis, delapſus, conticuit & quievit anima ejus, (h. e. mortuus eſt.) Eo audito Salomo mittebat in Scholam, qui dicerent; pater mortuus eſt, & jacet humi in radiis ſolaribus, canes autem domus paternæ famelici ſunt. Quid faciam? (cum obſtet Sabbathum, quo minus vacemus funeri ejus.) Mittebat illi, qui dicerent Salomoni: incide cadaver beſtiæ alicujus, & depone apud canes. Super patrem autem tuum depone tractam panis, aut puerum, & agita eum. Et non placebat res hæc Salomoni: dixerat enim, Eccl. IX, 4. *Quia quod canem vivum attinet, ipſe melior eſt, quam leo mortuus.*

*Actor. I, verſ. 12.) Itinere Sabbathi.*

Hoc eſt, bis mille cubitis. Tantum enim erat iter, ſeu terminus Sabbathi: Hebræis תְּחוּם הַשַּׁבָּת dictus.

*Erubbin f. 54. 2. Miſchna.* Is, qui exivit (in Sabbatho) cum licentia, & dixerint ei (obvenientes in via;) jam factum eſt opus illud, (cujus perficiendi cauſa exiveras;) habet bis mille cubitos, in omnem ventum (h. e. plagam mundi, h. e. licet ei redire per 4. plagas mundi, ad bis mille cubitos, qui eſt terminus itineris Sabbathici conceſſus,) &c.

*Item,*

*Item, f.* 45. 1. Is, qui dormivit in via, & nescivit tenebras ingruisse; habet bis mille cubitos in omnem plagam mundi: ut sentit R. Johannes filius Nuri. Sapientes autem dicunt: eum non habere nisi 4. cubitos. &c.

*Item f.* 49. 2. Is, qui profectus est in via, & tenebræ ingruerunt ei, & cognoscebat arborem aut maceriam, & dixit; quies mea Sabbathica esto sub ea; nihil quicquam dixit. (Si vero dixerit:) quies mea Sabbathica esto in radice ejus; tum abit a pedum suorum loco, & usque ad radicem ejus, per bis mille cubitos: & a radice ejus, & usque ad domum suam, per bis mille cubitos. Invenitur (consequitur inde) ivisse, ex quo tenebræ obortæ sunt, per quater mille cubitos. Si (iter faciens) non cognoscat discrete (terminum Sabbathicum,) aut non sit exercitatus in Halacha (jure tradito de termino illo,) & dixerit; quies mea Sabbathica esto in loco meo; tum acquisivit sibi jus loci sui ad bis mille cubitos, versus quamlibet mundi plagam: & quidem, rotundos; ut sentit R. Chaninæ filius Antonini. Sapientes autem dicunt; Quadratos, sicut tabula quadrata: cum in finem, ut lucretur angulos.

## ACTORVM CAP. II.

*verſ.* 29.) *Davidis sepulchrum est inter nos.*

*Aboth cap.* 35. Hierosolymis nulla erigunt sepulchra, exceptis sepulchris domus David, & Huldæ, prophetissæ, quæ fuerunt ibi a temporibus priscorum Prophetarum.

## ACTORVM CAP. III.

*verſ.* 2.) Θύραν ὡραίαν: *Portam speciosam,* (scil. Templi.)

*Joma f.* 37. 1. In *Mischna:* Nicanoris valvis facta erant miracula, & commemorabant ei in laudem. Ad quæ verba *f.* 38. 1. in *Gemara* notatur: Tradiderunt Rabbini; quænam miracula facta sunt valvis ejus? Dixerunt; Proficiscente Nicanore, ut afferret valvas Alexandria Ægypti, & redeunte, oboriebatur super eo tempestas, quæ in mari erat, submersura eum. Quare acceptam unam earum, ut navim allevarent, in mare projiciebant. Ad huc autem nondum mari quiescente ab æstu suo, volebant etiam alteram earum projicere. Quare ipse surgens, amplexus eam, dicebat ad eos: Projicite me, cum ea. Quo dicto, statim quiescebat mare ab æstu suo. Quum autem sollicitus esset de recuperanda altera harum, in mare projecta, postquam appulisset ad portum Acco, prorumpebat illa, & prodibat sub lateribus navis.

Aliqui autem dicunt, quod creatura, seu belua aliqua, quæ in mari erat, eam deglutitam, iterum evomitam in terram ejecerit. Et de ea dixit Salomo Cant. I,17. *Tigna domuum nostrarum sunt cedrina, ambulacra nostra* ברותים *abiegna.* Ne legas ברותים *Berothim*, (quod significaret, *abiegna:* Sed בריה ים *Birjath jam*, (quod significat, *creatura maris.* Idcirco omnes portæ, quæ erant in Sanctuario, (quum cives Hierosolymitani ditiores evasissent) mutatæ sunt, ut aureæ fierent, exceptis portis, seu valvis Nicanoris: ideo, quia facta erant per ipsum miracula. Aliqui autem dicunt: quod æs earum coruscarit. R. Eleasar filius Jacobi dicit: æs tersum fuisse, & splendorem emisisse instar aureæ portæ.

*Middoth cap. 2. §. 3.* Ad omnia ostia & portas istius loci quod attinet, cujusque altitudo 20. cubitorum erat, latitudo vero cubitorum 10. excepta porticus porta. Omnibus istius loci ostiis erant fores, præterquam in porticu. Omnibus portis erant limina, excepta porta Teri: ibi erant lapides duo, altero alteri immisso. Omnes portæ, quæ ibi erant, mutatæ fuerunt: præter portam Nicanoris: propterea, quod ibidem editum fuerit miraculum. Alii dicunt, propterea, quod æs ipsius coruscaret ac niteret in modum auri. *Et cap. 4. §. 1.* Portæ templi altitudo erat 20. cubitorum, & latitudo 10. cubitorum: habebatque quaternas valvas, binas intus, & binas foris: quia dicitur Ezech. XLI, 23. *Binæ valvæ templo, & Sanctitati.* Exteriores aperiebantur intra portam, tegendo muri crassitiem. Interiores vero aperiebantur intra ædem, obtegendo, quod a tergo erat valvarum: quia tota ædes erat obducta auro, præterquam a tergo valvarum. R. Judas dicit, intra portam consistebant, erantque similes scamno plicatili spondæ, & retro plicabantur singulæ ad duos cubitos cum dimidio, (præterea hinc inde postes dimidii cubiti:) quia dicitur v. 24. *Binæ valvæ binis foribus, valvæ versatiles.* Unis foribus, duæ valvæ: & duæ valvæ, alteris.

*Tamid Cap. 3. f. 64. 2.* & *Middoth Cap. IV. §. 2.* Duo ostiola erant portæ magnæ, unum in Septentrione, & alterum in Austro. Per illud, quod in Austro erat, nemo ingrediebatur. De eo illud explicate traditur opera Ezech. XLIV, 2. *Et dixit ad me Dominus: porta hæc clausa erit, non aperietur, & nemo intrabit per eam; quia Dominus Deus Israël intrat per eam, & erit clausa.* Accepta clave, aperiebat ostiolum, ingressus in thalamum, & de thalamo in ædem, donec perveniret ad portam magnam. Quum perveniebat ad portam magnam, removebat pessulum & claustra, & aperiebat eam: Non prius mactabat, penes quem erat officium mactandi Sacrificium juge, donec audiret sonum apertæ portæ magnæ. Inde ab Hierichunte audiebatur sonus portæ magnæ, cum aperiebatur. &c.

*vers.*

*verſ. 19.)* *Tempora refrigerii a conſpectu Domini.*

*Pirke Abboth c. 4.* Melior eſt una hora refrigerii animi in Seculo futuro, quam tota vita Seculi præſentis.

## ACTORVM CAP. IV.

*verſ. 1.)* *Et Sadducæi.*

R. Iſaac in *Sanhedrin f. 97. 1.* dicit; Meſſiam non venturum eſſe, donec totus mundus fient Sadducæi.

*verſ. 19.)* *Vos audire magis, quam Deum,* &c.

*Sanhedrin f. 94. 1.* Judex Joabo datus, ut coram ipſo ageret cauſam ſuam, quærebat ex eo: quæ ratio te movit, quod Amaſam occideres? Cui reſpondebat Joab: quia rebellabat adverſus regiam Majeſtatem. Nam ſcribitur 2. Sam. XX, 4. *Et dixit Rex ad Amaſam, clamore edito congrega mihi virum Judæ 3. dies,* v. 5. *Et ivit Amaſa, ad clamore edito congregandum Judam, & moratus eſt.* &c. Cui judex regerebat: enimvero Amaſa obſervavit אכין, hoc eſt, loca illa Biblica, in quibus legitur vocula אך, *veruntamen*; & רקין, hoc eſt, loca illa Biblica, in quibus legitur vocabula רק, *tantummodo.* Scilicet Amaſa invenerat Iſraëlitas occupatos in Studio Talmudico: quare nolebat eos turbare, & ab eo ſtudio arcere. Dicebat igitur (cogitabat;) ſcribitur Joſ. I, 18. *Quicunque rebellis erit ori tuo, & non audiet verba tua, in omni, quod præcipies ei, morte plectitor.* Numquid etiam, quum Legis præcepta exſequitur? Non certe. Quare etiam notanter dicendum erat Joſ. I, 7. רַק *tantummodo eſto fortis, & corroborare.* (*Gloſſa:* Voculæ tales רקין tantummodo ſignificantes, ſunt excluſivæ. Quia, ſi veniat rex ad abolendum res Lege præceptas, non obediunt ei.) &c. Paulo poſt: 2. Sam. III, 27. *Ad loquendum cum ipſo* בַּשֶׁלִי *ſecreto.* Dixit R. Juda. dixiſſe Rabum: Significari eo, quod loquutus fuerit cum ipſo de negotiis שלי *extractioris.* (*Gloſſa:* Significatu שַׁל *extrahe calceum tuum,* Exod. III, 5. Interrogabat eum aſtute: levira manibus carens, quomodo extrahit calceum? Is, hoc audito, incipiebat inclinato verſus humum corpore coram ipſo ei rem illam oſtendere; inquiens, ita illum extrahit, dentibus ſuis. Interim Joab extrahebat gladium ſuum, & occidebat eum, ſicut ſcribitur 1. Reg. II, v. 5. *In cingulo ſuo, quod erat in lumbis ipſius; & in calceo ſuo, qui erat in pedibus ipſius.*) 2. Sam. III, 27. *Et percuſſit eum ibi in quintam coſtam.* Dixit R. Johannes, in quintam coſtam, hoc eſt, in locum, ubi fel & hepar ſuſpenſa ſunt, 1. Reg. II, 32. *Et reddidit Dominus ſanguinem ejus ſuper caput*

 *ipſius,*

*ipsius: quia incurrit in duos viros, se meliores & justiores.* Scilicet *meliores:* quia argute exposuerant pro se voculas אַךְ *veruntamen*, & רַק *tantummodo* (*Glossa:* Quod non sit servandum præceptum regis, ut quis transgrediatur res Lege præceptas;) quas Joab non argute exposuerat. *Justiores* autem: quia, cum ipsi ipso Saulis ore jussi essent interficere sacerdotes, 1. Sam. XXII, 17. tamen noluerant Regi plus obedire, quam Deo; recusato isto mandato. Cum Joab a Davide tantum per epistolam jussus a Davide interficere Uriam, tamen id fecisset, 2. Sam. XI, 15. Regi suo plus obediens, quam Dei mandato.

## ACTORVM CAP. V.

*vers. 17.) Quæ erat Secta Sadducæorum.*

*Joma f. 18. 2.* Mentio fit alicujus Summi Sacerdotis, qui Sadducæus erat, & in die expiationis ingressus in Sanctum Sanctorum, ab Angelo percussus super faciem, & interfectus fuerit.

## ACTORVM CAP. VII.

*vers. 16.) Et translati sunt in Sichem.* &c.

*Sota f. 7. 2. Baba Kama f. 92. 1. Maccoth f. 11. 2.* Quid est, quod scribitur Deut. XXXIII, 6. *Vivet Ruben & non morietur.* v. 7. *Et istud Judæ?* Scilicet, omnibus illis annis, quos exegerunt Israelitæ in deserto, ossa Judæ circumvolvebant se in urna, seu capulo; (*Glossa:* Ossa omnium tribuum secum exportarant Israëlitæ ex Ægypto. Et hoc est, quod dixerat Joseph Gen. L, 25. *Et exportabitis ossa mea hinc.* Scilicet *vos, Ibid.* hoc est; me, *cum ossibus vestris.* Ossa autem omnium tribuum, solide conjuncta permanserant: Sed Juda ossibus suis in partes divisus erat, & ea se circumvolvebant in urna sua: ideo, quia excommunicaverat seipsum fidejussione sua pro Benjamin, his verbis: Gen. XLIII, 8. *Et peccavero tibi omnes dies.* Et vel etiam in Seculo futuro. Hinc autem infertur nobis excommunicatio Sapientis, si vel etiam sub conditione proferatur;) usquedum surgebat Moses & implorabat divinam misericordiam pro eo. Nam dixerat Moses coram eo: Domine mundi, quis causam præbuit Rubeni, ut confessus esset suum crimen? Juda: v. 7. *Est istud Judæ.*

## ACTORVM CAP. VIII.

*vers. 32.)* Περιοχὴ τῆς γραφῆς. *Sectio Legis.*

*Drusius* dubitat *in Præt.* a Hebræis פָּרָשָׁה Sectio, etiam de breviori loco Biblico

Biblico usurpetur extra 5. libros Mosis; Sed si consuluisset codicem Talmudicum, de hac re non dubitasset, utpote in quo sæpius ita accipitur: etiam de uno alterove versu tantum.

## ACTORVM CAP. X.

*vers. 11.*) Fabulam de carne cœlitus descendente munda judicata, vid. supr. ad Joh. VI, 51.

## ACTORVM CAP. XV.

*vers. 4.*) *Deducti comitatu Ecclesiæ.* &c.

*Sota f. 46. 2.* Quicunque comitatur Socium suum per 4. cubitos, per urbem, non læditur. &c. Tradiderunt *Rabbini:* Magister comitatur discipulum suum usque ad transitum urbis: Socius, Socium; usque ad terminum Sabbathicum. Discipulus, Magistrum, sine mensura. &c.

## ACTORVM CAP. XVIII.

*vers. 3.*) *Ars eorum erat conficere Scenas; seu tabernacula.* *vid. supr.* ad Matth. VI, 26.

*Kidduschin f. 82. 1.* In *Mischna* R. Nehorai dixit: Ego relictis omnibus artibus, quæ sunt in mundo, filium meum non aliam doceo artem, nisi Legem: quia homo comedit de lucro ejus in Seculo præsenti, manente interim ei sorte integra in Seculo futuro: cum reliquæ omnes artes ita non sint comparatæ. Quum homo occupatur a vi morbi, vel senectutis, vel aliarum castigationum, ut non possit exercere artem suam, tum ecce moritur fame. Sed Lex non ita comparata est, sed servat sui studiosum ab omni malo, in adolescentia ipsius, & dat ei tandem mercedem & spem in senectute ipsius. In adolescentia ipsius: quia dicitur Esa. XL, 31. *Et exspectantes Dominum permutabunt vires.* In senectute ipsius: quia scribitur Psal. XCII, 15. *Adbuc germinabunt in senectute.* Et sic dicitur de Abrahamo patre nostro, Gen. XXIV, 1. *Et Abraham senuit, & Dominus benedixit Abrahamo in omnibus.* Invenimus, quod Abraham pater noster fecerit totam Legem, antequam adhuc ea data esset: quia dicitur Gen. XXVI, 5. *Ideo, quod obedivit Abraham voci meæ, & servavit observationem meam, præcepta mea, statuta mea, & Legem meam.* *Gemara:* Tradiderunt *Rabbini:* cujuscunque commercium est cum mulieribus, ejus consuetudo mala est: exempli gratia, aurifabrorum, & pectinatorum, & terebratorum, & aromatariorum, & textorum, & tonsorum, & fullonum, & venæ sectorum, & balneato-

neatorum, & coriariorum. Non constituunt ex his regem, neque Summum Sacerdotem. Quæ ratio? Non ea de causa, quod sint illegitimi: Sed ea de causa, quod vilis sit ars eorum. &c. *Paulo post:* Sermonem argutum habuit filius *Kupparæ:* semper doceat homo filium suum artem puram & facilem. Quænam est illa? Respondit R. Judas: acus sulcationis. (*Glossa:* acus subtilis, sartoria, qua suturæ rectæ, instar sulcationis, nentur, **damit man steckt.**) *Traditio:* Ribbi dicit; nullam invenias artem, quæ transeat ex hoc Seculo: beatus ille, qui videt parentes suos in arte honesta. Væ illi, qui videt parentes suos in arte inhonesta. Impossibile est, mundum esse absque aromatario: &, coriario. Beatus est is, cujus ars est aromatarii: Væ illi, cujus ars est coriarii. Impossibile est, mundum esse absque maribus & fœminis: beatus ille, cujus liberi sunt mares. Væ autem illi, cujus liberi sunt fœminæ. R. Meir dicit: semper homo doceat filium suum artem puram & facilem, & imploret misericordiam ab eo, cujus sunt divitiæ & bona propria. (h. e. in Deo.) Quia non est egestas ex arte, neque divitiæ sunt ex arte, sed ab eo, cujus divitiæ sunt propriæ: quia dicitur Hagg. II, v. 8. *Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus.*

## ACTORVM CAP. XXV.

*vers. 13.) Agrippas rex.*

*Sota f. 41. 1.* In *Mischna:* Agrippas rex (*Glossa:* rex Israelitarum erat, ex semine Herodis, cujus tempore desolatum est Sanctuarium;) stabat, (cum Lex publice in Synagoga legebatur,) & accipiebat librum Legis, & legebat: Stabat inter legendum, eoque nomine eum laudabant Sapientes. Quum autem inter legendum pervenisset ad ea verba Deut. XVII, 16. *Non poteris dare super te virum alienigenam;* stillabant oculi ejus lacrymas; (*Glossa:* præ dolore, quod hic textus pro illegitimo ad regnum eum declararet.) Quare dicebant ei: ne timeas, Agrippa; frater noster es, frater noster es. (*Glossa:* Quia mater ejus erat ex Israël.)

## ACTORVM CAP. XXVIII.

*vers. [illegible]*) Vid. simile exemplum de R. Chanina filio Dusa in *Berachoth f. 33. 1.*

## ROMANORVM CAP. II.

*vers. 13.) Non auditores legis sed factores justificabuntur.*

Vid. infra ad *Jacobi* Cap. I, 22.

*vers.*

*vers. 13.) Non auditores Legis justi apud Deum, sed factores.*

*Aboda Sara f. 2. 2.* Dicuntur omnes nationes comparere coram Dei tribunali, ut judicentur secundum opera ipsorum. Primum, Romani: Secundo, Persæ: Deinde alii atque alii populi: Sed nullam mercedem lucrati esse. Additurque: Et quid? Postquam vidissent priores, sese nihil quicquam lucratos esse, quare ergo & hi posteriores ingressi sunt, comparituri coram Deo tribunali ad accipiendum mercedem? Scilicet, quia putaverant; Persas & Romanos ideo nihil mercedis a Deo accepisse, quia servituti subjecerint Israëlitas: sese autem eos nulli servituti eos subjecisse. Quid causæ est, quod isti tam magni reputentur, hi autem non tam magni reputentur? Ideo, quia isti continuabunt sua regna, donec venerit Messias. Dicunt coram eo: Domine mundi, num aliquid dedisti nobis, quod non receperimus? Quid vero? Num ita potuit dici? Atqui scribitur Deut. XXXIII, 2. *Et dixit Dominus: ex Sinai venit, & ortus est ex Seir illis.* Et scribitur Hab. III, 2. *Deus e Themon veniet, & Sanctus de monte Paran.* Quid sibi vult, *in Seir?* Et quid sibi vult, *In Paran?* Respondit R. *Johannes*: Doceri hoc, quod Deus Opt. Max. circumduxerit Legem suam per omnes populos & linguas, nec ab ullo fuisse receptam, donec veniret ad Israëlitas, quare receperint eam. Quare non hæc est istorum verborum mens: Sed ita voluerunt dicere: Domine mundi, num, quia non recepimus eam, non servavimus eam? Et propter hanc responsionem, cessit hoc eis in accusationem sui potius, quam in defensionem, quod non receperint eam. Quare non hæc est illorum verborum mens: sed sic dicere voluerunt coram eo; Domine mundi, num obtexisti nos monte, tanquam cupa, & non recepimus eam? Quia scriptum est Exod. XIX, 17. *Et steterunt sub monte.* Dixit autem R. *Dimmi*, doceri his verbis, quod Deus Opt. Max. Israëlitas obtexerit monte, tanquam cupa, ad illosque dixerit: Si vos recipitis Legem, bene est; sin minus, sub hoc monte, qui capitibus vestris imminet, quem in vos prosternam, erit sepulchrum vestrum. Qua responsione eorum audita, statim dicebat Deus Opt. Max. Priora facient audire nos: quia dicitur Esa. XLIII, 9. *Priora facient audire nos.* Septem præcepta (filiis Noachi data,) quæ recepistis in vos, vos ea servaturos esse; num servastis? Unde autem probamus, quod non servarint ea? Quia tradidit R. Joseph Hab. III, 6. *Stetit, & mensus est terram, vidit, & solvit gentes.* (*Glossa:* visum est in oculis ejus, & placuit solvere eas.) Quid vidit? Vidit 7. præcepta, quæ in se receperant filii Noachi, & non servarunt ea. Postquam non servarunt ea, stetit & solvit eas. Idcirco omnino proselyti facti erant. Si ita est, consequeretur peccatorem lucro affectum esse. Respondit ad hanc objectionem Mar filius Rabinæ:

næ: Quasi diceret; quod etiamsi servarint ea, tamen non recepissent propterea mercedem. (*Glossa:* Solutio hæc non est beneficium eorum, sed quia non inveniuntur servasse ea. Et si maxime servarent, tamen non acciperent mercedem.) Et non accipiant mercedem? Atqui *Traditio* est: R. Meir dicebat: Unde probamus, quod, si vel saltem Gentilis aliquis sit, studeat tamen in Lege, æqualis habeatur Summo Sacerdoti? Quia notanter dicitur Lev. XVIII, 5. *Qui fecerit ea homo, & vivet in illis.* Non dicitur; *Sacerdotes, Levitæ, & Israëlitæ, qui fecerint ea: sed, homo, qui fecerit ea.* Ut inde disceres, quod, si vel Gentilis aliquis sit, studeat tamen in Lege, æqualis habeatur Summo Sacerdoti. Quare non est hæc mens horum verborum: sed quasi diceret tibi, quod non accipiat propter ea mercedem talem, qualem accipit is, cui præceptum datum est, quod & facit: sed talem, qualem accipit is, cui præceptum non est datum, quod tamen facit. Nam dixit R. Chanina: Longe major est is, cui præceptum datum est, quod & facit; eo, cui præceptum non est datum, quod tamen facit.

*Actor. IV, vers. 15.) Opus Legis scriptum in cordibus,* &c.

*Nidda f. 30. 2.* Hiob. XIX, 2. *Quis dabit me, ut menses, antiquitatis? ut dies, quibus Deus me custodiebat?* Qui vero sunt dies isti, in quibus sunt menses, & tamen non sunt in eis anni? Dic, per hos intelligi menses generationis (in utero materno.) Atque tum (in utero materno hærens) docetur totam Legem: quia dicitur Prov. IV, 4. *Et docuit me, & dixit mihi: sustentet verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & vive.* Dicitur Hiob. XXIX, 4. *In arcano Dei, super tentorio meo.* Quare, quod uno dicto probari potuisset, adhuc alio probandum erat? Scilicet; ut, si opponendi animo diceres; eum, qui hic (Prov. IV, 4.) loquitur, prophetam esse, (adeoque de communi omnium hominum generationis conditione id intelligi non posse:) tibi vicissim reponatur; veni, audi (quod in altero Hiob. XXIX, 4. dicitur:) *In arcano Dei, super tentorio meo.* Postquam autem homo natus venit in aërem mundi, adest Angelus, inflictaque ei alapa, facit, ut iterum totius Legis obliviscatur: quia dicitur Gen. IV, 7. *Ad ostium peccatum cubat.* Neque hinc exit & discedit, donec adjurant eum: quia dicitur Esa. XLV, 23. *Quia mihi* (alii legunt, *tibi*) *incurvabitur omne genu.* Per hoc, *incurvabitur,* &c. intelligitur dies mortis: quia dicitur Psal. XXII, 20. *coram eo incurvabuntur;* Per, *jurabit omnis lingua,* Esa. XLV, 23. intelligitur dies nativitatis: quia dicitur Psal. XXIV, 4. *Et non juravit in vanum.* Quodnam autem est juramentum illud, quo eum adjurant? Sis justus potius, quam ut sis impius. Et si vel etiam totus mundus tibi dicant: justus es. Tu tamen tibi in oculis tuis

tuis sis, ut impius: & scias, Deum purum esse, & ministros ejus puros esse, animamque, quam tibi indidit, puram esse. Quam si serves in puritate, bene est, sin minus: ecce eam tollo a te.

*vers. 19.*) *Ducem cæcorum.*

Judæi sibi videntur esse gallis perspicaces; gentiles autem esse vespertiliones. Vid. *supra.*

*vers. 22. &c.* *Docens alium te ipsum non doces,* &c.

*Joma f. 72. 2.* Dixit R. Samuel filius Nachmani, dixisse R. Jonathanem: Quid est, quod scribitur Prov. XVII, 16. *Quorsum pretium in manu stulti, ad emendum sapientiam, cum cor non sit?* Scilicet væ osoribus Studiosorum Sapientiæ (h. e. Studiosis Sapientiæ, odio dignis.) qui student in Lege, cum tamen non habeant timorem Dei. Prædicabat R. *Jannai:* Væ, cui non est atrium, & portam atrio facit. (*Glossa:* Quia Lex nihil aliud est, nisi porta, intrandi per eam in timorem Dei. Idcirco opus habet, ut prius sit alicui timor Dei.) Dixit Raba ad Rabbinos: Quæso a vobis, ne hæredes fiatis duarum Gehennarum. (*Glossa:* dum summo cum labore & molestia studetis in Lege, in hoc Seculo, eamque si non impleatis ipso opere, hæredes fiatis Gehennæ in morte vestra: cum tamen in vita vestra non usi fueritis cum voluptate Seculo vestro.)

## ROMANORVM CAP. III.

*vers. 1.*) *Quæ utilitas circumcisionis?*

*Nedarim f. 31. 2.* *Mischna:* Si quis voveat, se nolle commodum percipere ex præputiatis; permittitur commodum percipere ex Israëlitis, si qui tales essent inter Israëlitas; prohibetur autem commodum percipere ex circumcisis, si qui essent inter nationes mundi. Si voveat, se nolle commodum percipere ex circumcisis; prohibetur commodum percipere ex præputiatis; si qui essent inter Israëlitas; permittitur autem illud percipere ex circumcisis, si qui essent inter Gentiles mundi: quia nullum præputium vocatur, nisi propter gentes: quia dicitur Jer. IX, 25. *Quia omnes gentes præputiatæ sunt, & tota domus Israël præputiati sunt corde.* Et dicitur 1. Sam. XVII, 36. *Et erit Pelistæus iste præputiatus.* Et dicitur 2. Sam. I, 20. *Ne exultent filiæ Palæstinorum, ne gaudeant filiæ præputiatorum.* R. *Eleasar* filius Asariæ dicit: Res contemta est, præputium: quia per illud ignominiose traducuntur, & infamia notantur gentes. Nam dicitur Jer. IX, 25. *Quia omnes gentes præputiatæ.* Res magni æstimata est circumcisio; quia ista

icta sunt super ea 13. fœdera. (Gen. XVII. Vox ברית *fædus:* tredecies legitur.) &c. *Vid. sup.* ad Joh. VI, 22.

Negant Judæi, Legem esse proponendam præputiato seu Gentili. *Chagiga f. 13. 1.* Dixit Rabus: Quare non tradunt verba Legis Gentili, seu Christiano? (in Basileensi in gratiam Christianorum mutatum est, in Cutthæo. Quia dicitur Psal. CXLVII, 20. *Non fecit taliter omni gentili, & judicia ejus nesciunt.*

Judæi seipsos supra omnes populos extollunt. *Baba Kama f. 90. 1. Mischna.* Impingens Socco colaphum, ei Siclum pendit; R. Judas nomine R. Joses Galilæi, minam statuit. Si ei alapam impegit, 200. drachmas ipsi pendit; si id fecit inversa manu, 400. drachmas solvit. Si ejus aures vulsit, evulsit ejus capillos, exscreans eum conspuit, pallium ei detraxit, denudavit mulieris caput palam, 400. drachmas rependit. Omnia pro ipsius dignitate. R. *Akiba* statuit, Israëlitarum pauperrimos considerari ac si essent nobiles, qui bonis suis excidissent: quia sunt Abrahami, Isaaci & Jacobi posteri.

*Sanhedrin f. 58. 2.* Dixit R. *Chanina:* Si Gentilis (Christianus) percutiat Israëlitam, reus est mortis; quia dicitur Exod. II, 12. *Et respexit huc illuc, & vidit neminem esse,* &c. Item dixit R. Chanina: Si quis cædat maxillam Israëlitæ, perinde est, ac si cæderet maxillam Divinitatis: quia dicitur Prov. XX, 25. *Laqueis hominis absorbebit Sanctum.* &c.

*Kerithuth f. 78. 2.* Si quis Sacro oleo unctionis inungat Gentilem, non tenetur isto interdicto Exod. XXX, 32. Quia ibi dicitur; *In corpus hominis non tundetur.* Gentiles autem non sunt homines: quia dicitur Ezech. XXXIV, 31. *Vos grex meus, & grex pascuorum meorum, homo vos estis.* Scilicet, *vos Israëlitæ vocamini homo. Gentiles autem non vocantur homo.*

## ROMANORUM CAP. VI.

*vers. 7.) Qui mortuus est, justificatus est a peccato.*

*Schabbath f. 151. 2. Traditio.* Rabban Simeon filius Gamalielis dicit: Si infans filius diei sui (diem unum natus,) superstes vivat, profanatur ejus causa Sabbathum. Si autem moriatur, vel David etiam, ex Israëlitis; tamen ejus causa non profanatur Sabbathum. Si infans filius diei sui superstes vivatur, profanatur ejus causa Sabbathum: dixit Lex: profana ejus causa Sabbathum unum, ut servet Sabbatha quam multa. Si autem moriatur, vel David etiam, ex Israëlis; tamen ejus causa non profanatur Sabbathum: post-

postquam mortuus est homo, cessat a præceptis (servandis.) Atque hoc ipsum est, quod dixit R. Johannes Psal. LXXXVIII, 6. *In mortuis liber.* Postquam mortuus est homo, liber factus est a præceptis. Vid. plura in *Nidda fol. 61. 2.*

*Schabbath f. 30. 1.* Quæsiverunt quæstionem hanc coram R. Tanchum, qui ex hoc dicto Nevi: Quid de eo casu statuendum, extinguenda ne est lucerna ignis coram ægrotante, in Schabbath? Exorsus est dicere: tu Salomo, quorsum evasit Sapientia tua? Ubi intelligentia tua? Non sufficit tibi, quod verba tua repugnent verbis Davidis patris tui, sed & verba tua repugnant ipsa inter se. Pater tuus dixit Psal. CXV, 16. *Mortui non laudabunt Dominum.* Tu autem dixisti Eccl. IV, 2. *Et laudabam ego mortuos, qui jam mortui erant.* Et postea dixisti cap. IX, 4. *Quia quod canem vivum attinet, ipse melior est leone mortuo.* Respondeo, non esse contradictionem: Nempe hoc, quod dixit David, *mortui non laudabunt Dominum;* sic dicere voluit: semper studeat homo in Lege, & in Præceptis antequam moriatur. Quia postquam mortuus est, cessat a Lege, & a præceptis, neque amplius Deum Opt. Max. laudat per illud. Atque hoc ipsum est, quod dixit R. Johannes: Quid est, quod scribitur Psal. LXXXVIII, 6. *In mortuis est liber?* Postquam mortuus est homo, liber est factus a Lege & a Præceptis. At illud, quod dixit Salomo Eccl. IV, 2. *Et laudabam ego mortuos,* &c. intelligendum est, ut id, quod legitur Exod. XXXII, 13. Nam cum peccassent Israëlitæ, *stabat Moses coram Deo Opt. Max.* & dicebat aliquot Orationes, & Supplicationes coram ipso, & non exauditus erat. Simul ac autem dicebat; *Memento Abrahami, Isaaci & Israëlis servorum tuorum;* ilico exauditus erat. Quare pulchre dixit Salomo: *Et laudabam ego mortuos*, qui *jam mortui erant. Alia expositio:* Consuetudo mundi est: Si rex mortalis decernat decretum, dubium est, num servent illud, nec ne. Et si servent illud, id fit tantum, eo vivente adhuc: post mortem autem ejus, non amplius servant illud. Et licet cum illis ita sit comparatum, tamen res aliter se habet cum Mose Magistro nostro. Quot enim ille decreta decrevit, quotque ordinationes ordinavit, quæ tamen servantur in Seculum & Secula Seculorum. Et non recte dixerit Salomo, *Et laudabam ego mortuos?* &c.

## ROMANORVM CAP. VIII.

*vers. 28.) Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*

Incredibilem sive historiam, sive fabulam commemorant Talmudici, de viro quodam *Nachum*, qui quia omnes suos casus in bonum eventuros credi-

credidit, & ad omnia dicere solitus erat גם זו *Etiam hoc cedet in bonum* *Gam Zu* cognominabatur. Verba ita sonant: *Schekalim f. 8.* Nachum, viro Gam Zu, deducenti donum in domum soceri sui, occurrebat ulcerosus aliquis, qui dicebat ei: opera misericordiæ mihi exhibito, bene merere de me. Cui ille respondebat: exspecta, dum redeam. Cum redibat, inveniebat eum, quod interim mortuus esset. Quare surgebat, ut eum querula voce lamentaretur, in hæc verba erumpens: oculi, qui non viderunt te, excæcentur: manus, quæ non extensæ sunt, ut darent tibi stipem, mutilentur: pedes, qui non accurrerunt, ad erogandum tibi, frangantur. Quæ omnia deinde ei, ut optaverat, obtigerunt. Ascendebat R. *Akiba*, ut eum ita misere affectum inviseret, dicens ei: Væ mihi, quod videam te taliter affectum! Cui ille respondebat: Væ autem mihi, quod te non videam, similiter affectum? Regerente autem R. Akiba: Et qui fit, quod tu mihi maledicas? Respondebat Nachum: quare tu recalcitras adversus castigationes.

*Taanith f. 21. 1.* Dixerunt de Nachum viro Gam Zu, quod esset cœcus ex ambobus oculis suis, & mancus ex ambabus manibus suis, & mutilus ex ambobus pedibus suis, totoque corpore suo plenus ulcere; quodque jaceret in domo ruinosa, pedesque spondæ ejus insisterent pelvibus aquæ, ne formicæ ad eum adscendere possent. Aliquando, cum, metu ruinæ domus imminentis, discipuli ejus eam cum lecto inde efferre vellent, & postea demum vasa exportare, dicebat eis: filii mei, efferte prius vasa, & postea demum efferte lectum meum: quia certam spem facio vobis, quod, quamdiu ego sum in domo, domus non sit ruinam passura. Quare exportatis inde prius vasis, postea demum efferebant lectum ejus. Quo facto corruebat domus. Quærentibus deinde ex eo discipulis ejus: Magister, & quid? Postquam justus perfectus es, quare evenit tibi ita? Quibus ille respondebat: Filii mei, ego ipse mihi in causa fui. Nam aliquando iter faciebam in domum soceri mei, & erat mecum opus 3. asinorum, quorum unus ferebat cibum, alter potum, tertius autem species מדנים h. e. rerum pretiosarum: veniebat pauper aliquis & resistebat mihi in via, & dicebat mihi: ale me. Cui dicebam: exspecta, donec aufferam quid abstractum de asini colligata sarcina. Non suppetebat mihi tantum temporis, aufferendi quid de illa sarcina ex asini dorso, antequam exiret anima ejus. Quare ibam & cadebam in faciem ejus, & dicebam: Oculi mei, qui non pepercerunt tuis, excæcentur: manus meæ, quæ non pepercerunt manibus tuis, mancæ evadant: pedes mei, qui non pepercerunt pedibus tuis, mutilentur. Neque requiem habebat animus meus, usque dum dicerem: & totum corpus meum plenum fiat ulceribus. Dicentibus deinde illis ad eum: *Væ nobis, qui videmus te taliter affectum?* Respondebat eis Nachum: *Væ mihi, nisi me videretis taliter*

*taliter*

*taliter affectum.* Quare autem vocabant eum, Nachum virum *Gam Zu?* Quia, quæcunque tandem res ei accidebat, dicere solitus erat גם זו *Gam Zu*, etiam istud, in bonum (cedet.) Quodam tempore, cum vellent mittere munus ad domum Cæsaris, dicebant: Quis eo ibit? Et visum erat, ut eo iret Nachum vir Gam Zu, qui edoctus erat edere miracula. Mittebant ergo manu ejus arculam plenam gemmarum & margaritarum. Profecto eo & pernoctante in quodam diversorio, nocte illa surgebant incolarum ejus loci aliqui, ablatisque ex illa arcula gemmis & margaritis, implebant eam pulvere. Postero die, re illa visa, dicebat Nachum Gam Zu, גם זו, h. e. *etiam istud in bonum* (mihi cedet.) Quum veniebat ad Cæsarem, volebat rex eum, cum omnibus Judæis interficere, dicens: profecto Judæi mihi illudunt. Veniebat Elias, similis ei apparens uni ex ipsis, dicens ei: Forte hic est pulvis, de pulvere Abrahami patris vestri. Nam cum ille in bello contra 4. reges gesto Gen. XIV. pulverem projiciebat, ex eo facti erant gladii; cum stipulas, ex eis facta erant jacula: quia scribitur Esa XLI, 2. *Dabit ut pulverem, gladium suum, ut stipulam impulsam, arcum suum.* Erat tum aliqua civitas, quam expugnare non poterant. Re a Cæsarianis explorata, compertaque, ut Gam Zu dixerat, fore, ut ex pulvere isto projecto gladii fiant; expugnataque ita ista urbe, ibant in gazophylacium, & implebant arculam ejus gemmis & margaritis, dimisso eo, magno honore affecto: Quum veniebat pernoctatum in eo ipso diversorio, quærebant ex eo; quid attulisti tecum, quod exhibuerint tibi tantum honorem? Quibus ille respondebat: Id obtuli, quod attuli ex hoc loco. Quo audito, illi, destructis suis habitaculis, pulverem illorum inde corrosum advehebant in domum Cæsaris, dicentes ad eum: En hic est pulvis, quem attulerat ille Gam Zu, de nostro huc. Re autem explorata, quum eventus promissioni eorum non responderet, interfecerunt incolas istos. Iisdem fere verbis idem refertur in *Sanhedrin f. 108. 2. & 109. 1.*

Similis fere historia refertur de *R. Akiba* in *Beracboth fol. 60. 2.* sub finem.

## ROMANORVM CAP. IX.

*verf. 11.) Nondum natis, neque agentibus quid bonum aut malum, secundum electionem propositum Dei manet.*

*Sanhedrin f. 22. 1.* Dixit Rabbah bar bar Channæ, dixisse R. *Johannem:* Tam *difficile est coram Deo copulare eos;* (*Glossa:* in *Sota f. 2. 1.* ubi eadem leguntur, exponit: maritum & uxorem per omnia, similes inter se, quoad

 opera-

opera. *Coccejus* autem in *Sanhedrin p. 190.* exponit: fletum ob defunctam uxorem, & cantus ob novas nuptias;) *quam mare rubrum descendere:* (*Glossa:* ubi tamen immutati erant ordines primæ creationis:) quia dicitur, Psal. LXVIII, 7. *Qui habitare facit unicos in domo, educit* אֲסִירִים *vinctos* בַּכּוֹשָׁרוֹת *catenis.* Ne legas מוֹצִיא אֲסִירִים *Mozi asirim*, (quod significaret, *educit vinctos:*) sed כְּמוֹצִיא *Kemozi*, (quod significat, *ut educens vinctos.*) Ne legas בַּכּוֹשָׁרוֹת *Baccoscharoth*, quod significaret, *catenis:*) sed בְּכִי וְשִׁירוֹת *Bechi veschiroth*, quod significat; *fletum & cantica.* (*Glossa: qui habitare facit vinctos*, hoc est: hominem unum, & mulierem unam, & ipse copulat eos una, & habitabilem facit per eos domum. *Educit vinctos*, &c. h. e. educit Israëlitas ex Ægypto in mense כשר recto, seu idoneo, quo neque æstus, neque frigus erat. Æquiparat copulam conjugalem unicorum ad exitum ex Ægypto: Itane? (*Glossa:* Num copulatio conjugum est secundum impietatem & justitiæ meritum? Atqui prior tamen ea est, & decreto antecedit formationem eorum: quo tempore nondum scitur impietas vel meritum justitiæ alicujus. Nam jam ante formationem hominis in curia Cœlesti proclamatur, præconio edito, matrimonium alicujus futurum. Si autem dicas; omnia patere coram Deo: respondeo, omnia coram eo patere, excepto timore Dei, quis pius scilicet, vel impius futurus sit: quod ab eo non præscitur: Atqui dixit R. Judas, dixisse Rabum: Quadraginta diebus ante formationem pueri in utero, filia vocis exit, & dicit: filia hujus N. N. nubet masculo illi N. N. Respondeo: Hæc sibi invicem non contradicere. Posterius enim intelligendum est de matrimonio primo; quod facto divino ita alicui obveniat. Prius autem, de Secundo; quod secundum opera alicujus ei obveniat.

*Nidda f. 16. 2. Resch Lakisch*, quid in isto textu Hiob. III, 2. *Pereat dies, quo nascebar, & nox, quæ dixit: conceptus est vir;* observavit? Refertur ei ad id, quod argute exposuit R. Chanina filius Paphæ: Ille ipse Angelus, qui præfectus est conceptioni, vocatur לַיְלָה *Laila*, h. e. *Nox*, & accipit guttam (seminis, formationi hominis destinatam,) & collocat eam coram Deo Opt. Max & dicit coram eo: Domine mundi; ex gutta ista quid fiet? Fortisne homo, an invalidus? Sapiensne an insipiens? Divesne, an pauper? Ista autem verba; Impiusne an justus? non dixit: Idque secundum R. Chaninam: nam dixit R. *Chanina:* (In *Berachoth f. 33. 2.*) Omnia sunt per manum Dei: (*Glossa:* omne, quod accidit homini, per manum Dei est, & ex decreto Dei regio dependet: ex. gr. ut quis sit procerus, brevis, pauper, dives, sapiens, stultus, albus, niger: omnia per manum Dei sunt. Sed justum & impium esse, non accidit per manus Dei: Scilicet hoc tradidit in manum, seu potestatem hominis, & proposuit ei duas vias, & ipse eligere sibi

ſibi debet timorem Dei:) excepto timore Dei: quia Deut. X, 12. *Et nunc Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit a te, niſi timorem?* Ergone timor Dei res adeo parva ſit? Atqui dixit R. Chanina, nomine R. Simeonis filii Jochai: Nil habet Deus Opt. Max. reconditum in gazis ſuis niſi theſaurum timoris ſui: quia dicitur Eſa. XXXIII, 6. *Timor Domini eſt theſaurus ejus.* Ita eſt: Scilicet apud Moſen res parva erat. Dixit R. Chanina: res hæc ſimilis eſt homini, a quo petitur vas magnum. Quod, ſi habeat, videtur ei, ac ſi eſſet vas parvum Petentibus autem vas parvum, ſi tale non habeat, videtur ei, tanquam vas magnum.

## ROMANORVM CAP. XI.

*verſ. 33. Quam inperſcrutabiles viæ ejus?*

*Berochoth f. 7. 1.* Moſes petiit a Deo, ut ſibi notas redderet vias ſuas. Quo impetrato; quia dicitur Eſa. XXXIII, 13. *Notas fac mihi nunc vias tuas;* dixit coram eo: Domine mundi, quare alicui juſto, bene; alteri autem male eſt: alicui impio bene; alteri autem, male eſt? Cui reſpondebat: Moſe, juſtus ille, cui bene eſt, eſt juſtus juſto patre natus. Juſtus ille, cui male eſt, eſt juſtus impio patre natus. Impius ille, cui bene eſt, eſt impius juſto patre natus. Impius ille, cui male eſt, eſt impius impio patre natus. Itane? Atqui ſcribitur Exod. XX, 5. c. XXXIV, 7. *Viſitans iniquitatem patrum ſuper filios.* Scribitur autem Deut. XXIV, 16. *Et filii non interficientur propter patres.* Et inter ſe invicem opponimus textus & docemus, non eſſe contradictionem. Alterum enim intelligendum eſt, quum apprehendunt opus patrum ſuorum manibus ſuis. Alterum, quum non apprehendunt opus patrum ſuorum manibus ſuis. Imo vero hæc eſt verborum Dei ſententia: juſtus ille, cui bene eſt, perfecte juſtus eſt. Juſtus ille, cui male eſt, imperfecte juſtus eſt. Impius ille, cui bene eſt, imperfecte impius eſt. Impius ille, cui male eſt; perfecte impius eſt.

## ROMANORVM CAP. XII.

*verſ. 18.) Pacem colentes cum omnibus hominibus.*

*Berachoth f. 17. 1.* Margarita in ore Abai: In perpetuum (ſemper) homo ſit aſtutus in timore, (*Gloſſa:* ut aſtutum ſe gerat in omnibus ſpeciebus aſtutiæ, ad timendum creatorem ſuum.) Prov. XV, 1. *Reſponſum tenerum avertet iram:* & multam pacem colat, (vel frequens ſit in ſalutandis illis) cum fratre ſuo, & cum propinquis ſuis, & cum omni homine, & vel etiam cum alienigena in foro: ut ſit dilectus ſuperne, & deſideratus inferne, & acceptus creaturis. Perhibent de Rabban *Johanne* filio Zachai, quod nunquam eum antevertit ullus homo ſalutatione, & ne quidem alienigena in foro.

ROM-

## ROMANORVM CAP. XV.

*verſ. 16.)* *Miniſtrum in gentibus ſacrificantem.* &c.

*Aboth c.* 4. Si ſapiens ſedeat, & argute exponat Legem in Eccleſia, imputat hoc ei Scriptura perinde, ac ſi obtuliſſet adipem, & ſanguinem ſuper altari.

## I. CORINTH. CAP. I.

*verſ. 26)* *Non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.*

*Nedarim f. 81. 1.* Admonemini circa ſocietatem: (*Gloſſa:* ne diſcatis Legem, niſi in ſocietate: quia homo non diſputat, niſi mediante doctrina ſocii ſui.) Admonemini circa filios pauperum: (*Gloſſa:* ne deſpecti ſint in oculis veſtris, ad docendum eos Legem:) quia ex illis exibit Lex. Nam dicitur Num. XXIV, 7. *Fundet aquam* מִדָּלְיָו (quod Talmud exponit) *e pauperibus ſuis*, ſcilicet, quia ex illis exibat Lex. Quare autem non inveniuntur Studioſi Sapientiæ, ut e medio eorum exeant Studioſi Sapientiæ? Reſpondit R. *Joſeph:* ne dicant homines; Legem eſſe hæreditatem illis propriam; nos autem non obligamur ad diſcendum Legem. R. *Scheſchath* filius R. Aidi dicit: Id ideo fieri, ne ſi efferant ſupra cœtum Eccleſiæ. Mar *Zuba* dicit: Id ideo fieri, quia tales ſoleant nimiam potentiam ſibi arrogare ſupra cœtum Eccleſiæ. R. *Aſche* dicit: id ideo fieri; quia tales ſoleant alios vocare aſinos. *Rabina* dixit, id ideo fieri; quia non precentur in docenda Lege initio: Nam dixit R. Judas dixiſſe Rabum: Quid eſt, quod ſcribitur Jer. IX, 11. *Quis vir ſapiens, & intelliget iſtud,* &c. נִצְּתָה כַמִּדְבָּר *incenſa eſt, ut deſertum, abſque tranſeunte?* (*Gloſſa:* נִצְּתָה ſignificat, conceſſum Studioſorum ſapientiæ eſſe, ut deſertum abſque incola?) Res illa quæſita eſt a Sapientibus & Prophetis, (*Gloſſa:* a Sapientibus, quia dicitur, *Quis vir ſapiens*, &c. *A Prophetis:* quia dicitur: *& ad quem loquutum eſt os Domini.* Ibid.) & non expoſuerunt eam: donec expoſuit eam Deus Opt. Max. ipſe per ſe: quia ſcribitur v. 12. *Ideo quia relinquunt Legem meam.* &c. Scilicet hoc ipſum eſt; *non obediverunt voci meæ:* *Ibid.* Hoc ipſum eſt; *non iverunt in ea.* *Ibid.* Dixit R. Judas; dixiſſe Rabum: Hoc ideo fieri, quia non precentur, quum tales docent alios doctrinam Sapientiæ, & ſunt Studioſi Sapientiæ nati a Studioſis Sapientiæ, tum, quia promti, & expediti ſunt in tractando Legem, non ſunt promti ad orandum divinam gratiam, cum exordiuntur verba facere.

*Non multi potentes.* &c.

Contrarium dicitur in *Nedarim f. 38. 1:* Dixit R. *Johannes:* Deus non habitare ſinit ſuam divinitatem, niſi ſuper viro forti, divite, ſapiente, & manſue-

to: quæ omnia clara sunt ex Mose, (1) *fortis* erat. Exod. XL, 19. (2) *dives* Exod. XXXIV, 1. (3) *Sapiens*, Psf. VIII, 6. (4) *Mansuetus*, Num. XII, 3.

## 1 CORINTH. CAP. III.

*vers. 9.) Ut sapiens architectus fundamentum posui.*

*Schabbath f. 114. 1.* Quid בנאין architecti? Dixit R. Johannes: per hos intelligi Studiosos s. discipulos Sapientiæ, qui student in ædificio mundi, omnibus diebus suis.

## 1 CORINTH. CAP. IV.

*vers. 5.) Et occulta cordium manifestabit.*

*Sota f. 3. 1.* R. *Meir* dicebat: Homo transgreditur transgressionem clam; sed Deus prædicat eam palam. Quia dicitur Num. V, 14. Et עָבַר *transiverit super eo*, &c. *Per* עבירה *actum transeundi*, nihil aliud intelligitur, nisi prædicatio: quia dicitur Exod. XXXVI, 6. וַיַּעֲבִירוּ & *transire fecerunt*, &c. Tom. II. p. 1311.

*vers. 12.) Convitiis lacessiti, benedicimus.*

*Schabbath f. 88. 2. Joma f. 23. 1. Gittin fol. 36. 2.* Tradiderunt *Rabbini:* Si qui injuria affecti, vicissim non inferant; Si qui audientes convitium sibi dici, vicissim non reddant; Si qui faciant præcepta Dei ex amore, & lætentur in castigationibus, de illis Scriptura dicit Jud. V, 31. *Et diligentes eum sunt sicut cum oritur Sol in virtute sua.*

*Bava Kama f. 93. 1.* Dixit R. *Abbu:* semper malit homo esse ex iis, qui persequutionem patiuntur; quam qui inferunt: quia non facile reperias inter aves aliquam, quæ plus persequutionis patiatur, quam turtures & columbæ; & tamen Scriptura eas adeo dignata est, ut legitimas, seu idoneas eas censuerit ad altare.

*Sanhedrin f. 49. 1.* Cum David mala imprecabatur Joabo, 2 *Sam. III, v. 29.* ea ipsa recidebant in ejus posteritatem. Nam erant inter ejus posteros. (1) *fluxu laborans*, Rehabeam. 1 Reg. XII, 18. collato loco Lev. XV, 9. (2) *Leprosus*, ex gr. Usia, 2. Chron. XXVI, 16. (3) *Podagricus* 1 Reg. XV, 23. (4) *Cadens gladio.* 2 Chron. XXXV, 23. Et (5) *egens pane;* ex Jechonia: quia scribitur 2 Reg. XXV, 30. *Et victus ejus, victus jugi datus est ei.* Dixit R. Juda, dixisse Rabum: hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: *Satius est diris devoveri, quam devovere.*

## I CORINTH. CAP. V.

*verſ. 7.) Expurgate Vetus fermentum.*

*Berachoth f. 17. 1.* R. Alexander finita ſua oratione, dicebat ita: Sit voluntas, ab eo, quod coram te eſt, prodiens, ut ſtatuas nos in cornu, ſeu angulo lucis, & non ſtatuas nos in angulo tenebrarum, & ne dolore langueat cor noſtrum, & ne caligent oculi noſtri. Sunt qui dicunt, hac formula orandi uſum eſſe R. Hammenunam: R. Alexandrum autem finita oratione ſua, ita dixiſſe: Domine Seculorum, manifeſtum & notum eſt coram te, quod voluntas noſtra ſit faciendi voluntatem tuam. Quis autem impedit, quo minus faciamus voluntatem tuam? Fermentumq́, quod eſt in maſſa, (*Gloſſa:* figmentum eſt malum, quod in corde noſtro, quod fermentat nos,) & ſervitus, quia cogimur ſervire regnis. Sit voluntas tua ab eo, quod coram te, ut humilies ea ante nos, & poſt nos, & revertamur facere ſtatuta voluntatis tuæ, corde integro.

De accuratiſſima fermenti veteris inquiſitione & expurgatione olim ante Paſcha Judaicum fieri ſolita, ex profeſſo agitur in *Peſachim f. 2. 1. & ſq. Miſchna:* Luce decimi quarti diei (menſis Niſan,) diligentiſſime perſcrutantur fermentum ad lucem lucernæ. In nullo loco, quorſum nullum introducere ſolent fermentum, opus eſt inquiſitionem illam inſtituere. Quoties autem? Dixerunt: duplici Serie, in cella & loco, quorſum introducunt fermentum. Domus *Schammai* ajunt: duplici Serie, per ſuperficiem totius cellæ. Domus *Hillelis* autem dicunt: duplici Serie exteriori, quæ ſunt ſuperiores. Poſtea in *Gemara* prolixe hac de re diſſeritur, & inter alia *f. 7. 2.* ad verba Miſchnæ, diligentiſſime perſcrutantur fermentum ad lumen lucernæ: notatur in *Gemara:* Unde hæc probantur? Reſpondit R. Chasda: Rem hanc conficimus, colligentes inventionem unam ex collatione cum inventione altera, Exod. XII, 19. cum Gen. XLIV, 12. Et inventionem ex inquiſitione; ex hoc ipſo textu. Inquiſitionem autem ex lucernis, Zephan. I, 12. Et lucernas, Prov. XX. 12. &c.

## I CORINTH. CAP. VI.

*verſ. 1.) Judicari apud iniquos, non apud ſanctos.*

*Jebammoth f. 102. 1.* Dixit Raba: Proſelytum judicare alterum proſelytum, (*Gloſſa:* etiam quod cauſas capitales, non tantum pecuniarias,) eſt ſententia Legis: quia dicitur Deut. XVII, 15. *Ponendo pones ſuper te regem, quem elegit Dominus Deus tuus, e medio fratrum tuorum pones ſuper te regem.* Scilicet, ſi *ſuper te* eſt ponendus, tum talem requirimus, qui ſit, *e medio fratrum tuorum.* Sed ſi proſelytus debeat judicare alterum proſelytum; hoc ei eſt conceſſum: & ſi mater ejus ſit ex Iſraële, tum vel etiam Iſraëlitam judicat.

Git-

*Gittin f. 81. 2.* Traditio: R. *Tarphon* dicebat: Quocunque loco tu invenis collegia alienigenarum, etiam si judicia eorum sint ut judicia Israëlitarum, tamen tibi non licet, ut te cum illis conjungas. Quia dicitur Exod. XXI. v. 1. *Ad faciem eorum* scilicet, *eorum*, non autem alienigenarum.

## 1 CORINTH. CAP. VII.

*vers. 2.) Propter fornicationes unusquisque suam uxorem habeat, & quælibet uxor proprium Virum.*

*Kidduschin f. 29. 2.* Pater tenetur filio suo dare uxorem. Paulo post dicitur aliquis dixisse: Si quis natus 20. annos, non duxerit uxorem, tum omnes dies suos transigit in transgressione (h. e. Scortatione.) In transgressione putasne eum dicere voluisse simpliciter? Non hæc est mens illorum verborum: Sed dicam; quod omnes dies suos transigat cogitatione impudica transgressionis. Dixit Raba: & sic traditum est a domo R. *Ismaëlis;* usque ad vigesimum annum sedet Deus Opt. Max. & exspectat hominem, quando ducturus sit uxorem: postquam advenit annus vigesimus, necdum ille duxerit; dicit: inflétur quodvis ossium ejus. Dixit R. *Chaida:* In hoc præstantior sum socio meo, quod duxerim uxorem in anno decimo sexto. Et si duxissem eam in anno decimo quarto, dixissem ad Satanam: jaculum in oculis tuis. (*Glossa:* q. d. se cum eo certaturum, jaculis eum petendo. Per Satanam autem intelligitur figmentum malum. Vult dicere, se non timere, ne sibi autor sit peccandi.) Dixit *Raba*, ad R. Nathanem filium Immi: Dum manus tua est super collo filii tui, da ei uxorem. (*Glossa:* dum adhuc manus tua valida est super filium tuum, antequam fiat adultior, & non recipiat redargutionem tuam: da ei uxorem;) ab anno decimo sexto ætatis ejus, usque ad annum vigesimum secundum. Et dixit ei: ab anno 18. usque ad annum 24. secundum Tannæos. Et paulo post *f. 30. 2.* Quod pater teneatur filio suo dare uxorem probatur inde, quia scribitur *Jer. XXIX, 6. Accipite uxores & gignite filios & filias, & accipite filiis vestris uxores, & filias vestras elocate viris.* In pace, seu extra controversiam, est, quod pater filiis suis possit accipere uxores: quin in potestate ipsius sunt: sed filiæ ejus num sunt in potestate ejus? (*Glossa:* Num potest ei assuefacere viros, quia eam ducant: cum dixerit textus: *& filias vestras elocate viris?*) Quare non est hæc horum verborum sententia: sed sic scilicet dicere voluit eis: Det ei aliquid, & vestibus atque tegumentis eam instruat, eum in finem, ut citius promtiusque accurrant annuantque viri, qui ducant eam uxorem.

*Jevammoth f. 61. 2.* In *Mischna:* Non cesset homo ab actu crescendi & multiplicandi, præcepto *Gen. I, 28.* nisi habeat liberos. Domus *Schammai* dicunt. Saltem duos habeat, eosque masculos (si velit cessare.) Domus autum *Hillelis* volunt, ut habeat masculum & fœminam: quia dicitur Gen. V, 2. *Masculum & fæminam creavit eos.* Postea in *Gemara* notatur: Si quis habeat liberos, cessat (cessare potest) ab actu crescendi & multiplicandi; ab uxore tamen non cessat. R. Nachmani auxiliatur, quod dixit Samuel: Etiamsi homo habeat aliquot liberos, non tamen maneat absque uxore: quia dicitur Gen. II, v. 18. *Non est bonum, hominem esse solum.* Et sunt, qui dicunt: ecce si sint ei liberi, cessat ab actu crescendi & multiplicandi; & cessat etiam ab uxore. Dicere debuisset: sit objectio R. Nachmanis: dixit Samuel; Non, si non sint ei liberi (vel filii) ducit uxorem, præditam liberis: Si sint ei liberi; ducit uxorem, quæ non est prædita (vel apta pariendis) liberis. Infertur inde *fol. 62. 2.* quod quis vendere debeat librum Legis, liberorum causa. &c. Postea: *Traditio* est: R. *Josua* dicit: Si duxerit homo uxorem in juventute sua, ducat uxorem in senectute sua: quia dicitur: Eccl. XI, 6. *Mane sere semen tuum, & vesperi ne sinas esse remissas manus tuas: quia nescis, utrum eorum rectum fuerit; hoc ne, an illud, num ambo illa simul bona sint.* &c. Paulo post: Dixit R. *Tanchum*, dixisse R. *Chanilai: Omnis Judæus, qui non habet uxorem,* (1) *habitat absque lætitia*, (2) *absque benedictione*, & (3) *absque* bono. Primum: quia scribitur. Deut. XIV, 26. *& lætaberis tu, & domus tua.* Secundum: quia scribitur Ezech. XLIV, 30. *Ad relinquendum benedictionem apud domum tuam.* Tertium: quia Gen. II, 17. *Non est bonum, hominem esse solum.* In Occidente (h. e. terra Israël) dixerunt: talem esse (1) *sine lege*, (2) *sine muro.* Prius: quia dicitur Hiob. VI, 13. *An si non auxilium meum in me, & essentia expulsa est a me.* (*Glossa:* auxilium, h. e. uxor: ex Gen. II, 18. *Essentia*, h. e. Lex.) Posterius: quia dicitur Jer. XXXI, 22. *Fœmina circumdabit virum.* R. *Ula* dixit: Talem esse sine pace: quia scribitur Hiob. V, 24. *Et cognosces, quod pax, tentorium tuum.* (*Glossa:* h. e. uxor tua: ex Deut. V, 30.) *Et visitabis habitaculum tuum, & non peccabis.* Dixit R. *Eleasar:* Omnis Judæus, qui non habet uxorem, non est homo: quia dicitur Gen. V, 2. *Masculum & fæminam creavit eos, & vocavit nomen eorum homo.* &c. Paulo post: Item dixit R. Eleasar: Quid est illud, quod scribitur Gen. II, 18. *Faciam ei adjutorium* כְּנֶגְדּוֹ *e regione ipsius?* (*Glossa:* h. e. divisam, seu dissentientem ab ipso repugnantem verbis ejus?) Scilicet, si meritus sit; tum ea est adjutorium ejus: Si non meritus sit; tum est כְּנֶגְדּוֹ ut quæ est ex adverso ejus, vel contraria ei. Sunt etiam, qui dicunt: R. Eleasarem contendisse: Scribitur כְּנֶגְדּוֹ *Chenegdo* (quod significat:) *ex adverso ejus:* & legimus כְּנִיגְדּוֹ *Chenigdo*, (quod significat) *ut flagellationem ejus.* Scilicet, si meritus sit, tum ea est

est כִּנְגְדוֹ, ut talis, quæ est coram eo, vel juxta eum. Si non meritus sit; tum est, ut talis, quæ est מְנַגְּדוֹ *flagellatrix* ejus. R. Jose invenit Eliam, cui dixit: scribitur Gen. I, 18. *Faciam illi adjutorium.* In quonam fœmina homini est adjutorium? Cui respondebat Elias: Homo adducit triticum: triticumne comedit? (Non certe, sed ope fœminæ molitum pinsitur, & coquitur panis.) Homo adducit linum: linumne induit? (Non certe, sed ope fœminæ conficitur, netur, & inde fit pannus.) Nonne ea obtingit homini, quæ oculos ejus illuminat, & erigit eum in pedes ejus? &c. Paulo post: Dixit R. *Papha;* Pro siti, eme fundum (h. e. cito eme fundum, quem colas, ne alius occupet illum & prior te emat:) cunctare, duc uxorem. (*Glossa:* hoc est, exspecta, donec diligenter in eam inquisiveris, quæ sint opera ejus: ne sit mala & rixosa.) Descende per scalam ducturus uxorem: (*Glossa:* ne ducas uxorem te præstantiorem, ne forte non acceptus sis ei:) Ascende per scalam, electurus amicum bonum.) (*Glossa:* elige tibi hominem præstantem & honoratum, quem sequaris ei adhærendo.) &c. Paulo post. Rabus decessurus a R. Chaia, dicebat ei: Utinam te Deus liberet ab aliquo, quod gravius sit ipsa morte? Egressus, re diligenter inquisita, deprehendebat locum illum Eccl. VII, 27. *Et invenio ego rem acerbiorem morte, mulierem,* &c. Rabum dolore afficiebat uxor ejus: eo dicente ad eam; para mihi lentes, illa parabat ei cicera. Eo dicente; para mihi cicera: parabat ei lentes. Adulto facto filio ejus Chaja, invertebat matri suæ jussa paterna. (*Glossa:* dicente patre, ad filium suum; dic matri tuæ, ut paret mihi lentes; ipse dicebat, ad eam; para patri cicera: tum illa parabat lentes.) Quare pater dicebat ad filium suum? mater tua te potiorem habet me. Cui ille respondebat: Ego scilicet jussum tuum illi invertebam. Quo audito, dicebat ei: Hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: *Quod egreditur de te, rationem docet te.* (*Glossa:* Interdum fit, ut filius sapientem reddat patrem suum. Mihi faciendum fuisset ita: sed tibi hoc est res falsa.) Tu non debuisses facere ita: quia dicitur Jerem. IX, 4. *Docuerunt linguam suam loqui falsum, perverse agere.* R. Chaiam dolore afficiebat uxor ipsius: Quum ipse inveniebat rem, quæ conveniebat uxori suæ, ligatam in sudario suo, afferebat ei. Cui dicente Rabo (vel, Magistro:) qui ita facis, cum tamen te dolore afficiat? Respondebat ei: Sufficit nobis, quod educent liberos nostros, & liberent nos a peccato. (*Glossa:* a cogitatione Scortationis.) R. Judas jubebat R. Isaacum filium suum legere locum illum Ecclesf. VII, 27. *Invenio rem morte acerbiorem, mulierem,* quæ *est instar laquei & retis:* Cum autem filius ejus ex eo quærebat, qualisnam illa esset? Respondebat ei: si sit talis, qualis est mater tua. Atqui R. Judas docebat filium suum R. Isaacum: Homo non invenit refrigerium animæ suæ nisi in uxore sua prima: quia dicitur, Prov. V, 18. *Esto fons tuus benedictus, & oblectare cum conjuge adolescentiæ tuæ.*

Rogabat patrem filius, cujusmodi uxorem indigitaret: cui ille respondebat; talem, quæ est matri tuæ similis: quæ facile quidem exardescebat, & verbis se opponebat marito; sed in proposito non erat pertinax. Quomodo videtur mulier mala? Respondit Abai: Adornans marito suo mensam, adornans ei os. (*Glossa:* ad maledicendum & ad convitiandum, usque ad tempus epuli, ut vexet eum.) Raba dixit: adornans ei mensam & obvertens ei tergum (*Glossa:* nolens edere cum eo.)

## I CORINTH. CAP. VII.

*vers. 3.) Uxori vir debitam benevolentiam reddat.* &c.

*Jevammoth f. 62. 2.* Dixit R. *Josua* locum Hiob. V, 24. *Et cognosces, quod pax,* &c. intelligendum esse de omni, qui cognoscit uxorem suam. Nam hoc est timor Domini. Et qui non visitat eum (*Glossa:* congreditur cum ea debito tempore,) vocatur peccator. Dixit R. Josua: Tenetur homo visitare uxorem suam & hora, qua vult peregre proficisci, quia dicitur Hiob V, 24. *Et cognosces,* &c. Hocne hinc colligitur? Imo ex Genes. III, 16. *Et ad maritum tuum appetitus tuus,* colligitur. Quo docere voluit; uxore appetere maritum suum ea hora, qua peregre iturus est. Dixit R. *Joseph:* Non opus habet (congressu mariti,) nisi appropinquante tempore menstrui. Quoties autem? Dixit Raba: Tempore congressui, destinato. Ista autem pertinent ad id, quod attinet negotium præcepti, in eo observando adhibent assiduam operam.

*Erubin f. 100. 2.* Dixit Remi filius Chamæ, dixisse R. *Asen:* Vetitum est homini cogere uxorem suam ad rem præcepti (*Glossa:* ad concubitum:) quia dicitur Prov. XIX, 2. *Et urgens pedibus, peccat.* (*Glossa: Pedes,* significant congressum conjugalem: quia scribitur Jud. V, 27. *Inter pedes ejus.*) Nam dixit R. *Josua* filius Levi: Quicunque cogit uxorem suam ad rem præcepti, ei erunt filii minus idonei. Dixit R. *Ikka* filius Chinnæ: quo textu hoc probatur? Prov. XIX, 2. *Etiam sine scientia, animo non est bona.* (*Glossa:* hoc est, filii, qui procreantur absque scientia uxoris, seu ea invita; non sunt boni: quia maritus ejus אץ urgebat, seu cogebat pedibus suis.) *Traditio* etiam sic est: per, *Etiam sine scientia, animo non est bona,* intelligitur is, qui cogit uxorem suam ad rem præcepti. Per *Et urgens pedibus, peccat;* intelligitur is, qui congreditur cum uxore, & iterat, ea invita. Itane? Atqui dixit Raba: Si quis velit procreare omnes suos liberos, masculos; congrediatur cum sua uxore, & iteret. Respondeo: non esse contradictionem. Alterum enim intelligendum est de eo, si fiat conscia uxore; alterum si fiat ea invita (*Glossa:* Quia si conscia uxore congrediatur, & iteret, propter congressum priorem, illa concupiscentiam contrahit, & induit desiderio. Et quum venit con-

congressus posterior; ipsa emittens semen initio, concipit marem. Nam dixit R. *Samuel* filius Nachmani, verbis R. Johannis: Quæcunque uxor exigit a marito suo rem præcepti, (usum conjugalem vi præcepti Dei, *rescite & multiplicamini*, mandatum,) ei erunt filii tales, ut etiam in generatione Mosis non fuerint eis similes: quia de illis, qui in generatione Mosis vixerunt, dicitur: Deut. I, 13. *Date nobis viros sapientes, &* נבונים *intelligentes, & celebres in tribubus vestris.* (*intelligentes*, scilicet rem ex re.) Et scribitur v. 15. *Et accepi capita tribuum vestrarum, viros sapientes & celebres.* Viros autem istos intelligentes, non invenio repeti. Quæ est istius rei causa? Scilicet, quia isti sunt, de quibus scribitur circa partum Leæ Gen. XXX, 16. *Et exivit Lea in occursum ejus, & dixit: mecum congrederis: quia* שכר *conducendo conduxi te.* Scribitur autem 1 Chron. XII, 32. *Et filiis* יששכר *Isaschar, scientes* בינה *intelligentiæ, secundum tempora, ad sciendum, quid facturus sit Israel, capita eorum 200. Et omnes fratres eorum ad os eorum.* Itane? (Hocne laudabile fit in Lea, quod ore poposcerit hoc?) Atqui inter 10. maledictiones, quibus obnoxia facta est Eva, ejusque posteri, una est hæc, quod uxor poscat corde (debitum conjugale;) maritus autem ore. &c. Ad quod paulo post respondetur: Ex alia Traditione haberi; quod hæc potius laudi sint mulieri, quam vituperio, vel pœnæ.

*Kethuboth f. 46. 2.* In *Mischna.* Maritus tenetur ad alimenta uxoris suæ, & ad redemtionem ejus (*Glossa*; si captiva abducta fuerit,) & ad sepulturam ejus. Postea in *Gemara f. 47. 1.* notatur ad hæc verba: Dixit Raba: Hic Tannæus, vel Doctor Mischnicus putavit alimenta ex eo, quod Legis est. Nam Traditio est: Per שארה *carnem ejus*, Exod. XXI, 10. intelliguntur alimenta *ejus.* Et sic dicitur Mich. III, 3. *Et quod comederunt* שאר *carnem populi mei.* Vox כסותה *tegumentum ejus* significat id, quod litera sonat. Per עונתה *Onathah* intelligitur עונה, hoc est, tempus determinatum congressui matrimoniali, quod in Lege dicitur. Et sic dicitur Gen. XXXI, 50. *Si* תענה *affixeris filias meas.* R. Eliefer dicit: per שארה intelligi tempus congressus cum sua uxore. Et sic dicitur Lev. XVIII, 6. *Quisque ad quodlibet* שאר *propinquum carnis suæ, ne accedito.* Per כסותה significari, quod litera sonat: Per עונתה intelligi, alimenta. Et sic dici Deut. VIII, 3. ויענך *& affixit te, & fecit esurire te.* R. Eliefer filius Jacobi dicit: שארה *caro ejus:* כסותה *tegumentum ejus*, h. e. pro ratione carnis ejus, da tegumentum ejus. Ne det ei; neque puellæ, vestem congruentem vetulæ, neque vetulæ, vestem congruentem puellæ. Tegumentum ejus, & עונתה, h. e. pro ratione temporis ejus sive calidi sive frigidi: secundum tempus statutum ejus da tegumentum ejus. Scilicet, ne det nova, diebus Serenis, & ob radios Solis calidis; neque detrita diebus pluviosis & frigidis.

*Gittin*

*Gittin f. 84. 2.* Omnis maritus, qui paciſcitur (cum ducenda uxore in inſtrumento matrimoniali,) ſe non daturum eſſe ei id, quod ſcribitur in Lege, ejus pactum pro irrito habetur: ut Exod. XXI, 10. *Carnem ejus, tegumentum ejus*, & tempus congrediendi cum ea.

*Nedarim f. 14. 2.* *Miſchna:* Si quis dicat ad uxorem ſuam: voveo, me abſtenturum ab uſu conjugali: ecce in hoc caſu tenetur iſto interdicto; *nequaquam profanabit verbum ſuum* Num. XXX, 3. Poſtea in *Gemara f. 15. 2.* notatur ad hæc verba: Atqui obligatus eſt maritus uxori ſuæ, ad præſtandam ei conjugalem conſuetudinem, vi Legis Exod. XXI, 10. *Carnem ejus, tegumentum ejus, & tempus congrediendi cum ea, non detrahet.* Reſpondeo hoc intelligendum de eo, qui dicit; commodum concubitus tui ſuper me eſto. (*Gloſſa:* q. d. commodum, quod provenit mihi, ex concubito tuo; ab eo voveo me abſtenturum. Atqui non placet ei concubitus. Quia dixit R. Chana: ſi quæ uxor dicat, ad maritum: Voveo me abſtenturam eſſe a concubitu meo; tum cogunt eam, & ea concumbit cum marito ſuo: quia obligando obligata eſt ei. Si quæ autem dicat: voveo, me obſtenturam a commodo concubitis tui, tecum; tum is prohibetur: quia non edendam dant homini rem prohibitam ei.

*Ketbuboth f. 61. 2.* *Miſchna.* Si quis faciat vovere uxorem ſuam, abſtinere a concubitu matrimoniali, (*Gloſſa:* ex. gr. ſi dixerit: nefas mihi ſit perceptio commodi ex concubitu tuo: Sed, ſi dixerit; perceptio commodi concubitus mei eſto ſuper te; tum ea prohibetur: quia ecce neceſſitate Legis obligatus eſt ei: nam ſcribitur Exod. XXI, 10. *tempus congrediendi cum ea;*) Domus *Schammaj* dicunt: Si duas ſeptimanas ab eo abſtinere, fecerit eam vovere; quod eo in caſu uxori liceat differre tamdiu: Sin diutius uxor velllet abſtinere, & marito conjugale debitum denegare; quod eo in caſu poſſit eam expellere, data tamen dote in inſtrumento matrimonii ſcripto promiſſa. Domus *Hillelis* reſtringunt hoc tantum ad unam ſeptimanam. Diſcipuli exeunt ad diſcendum legem, alio profecti, cum poteſtate, 30. dies: Operarii; ſeptimanam. (cum uxoribus non conſueſcentes.) Tempus debiti conjugalis exhibendi, quod dicitur in Lege Exod. XXI, 10. ita ſe habet. *Otioſi*, ſingulis diebus id perſolvunt: Operarii, bis in ſeptimana: Agaſones, (*Gloſſa:* qui exeunt in pagos ad afferendum commeatum, quem vendant in foro,) ſemel in ſeptimana. Camelarii, (*Gloſſa:* qui mercaturam exercent, faſciculis mercium, quos camelorum dorſo inpoſitos procul hinc advehunt,) ſemel intra trecenos dies. Nautæ, (*Gloſſa:* qui proficiſcuntur per mare magnum, ad fines terræ,) ſemel intra 6. menſes; ut ſentit R. Elieſer. *Gemara:* Quæ ratio domus Schammai: Confecerunt rem hanc, colligentes ex ea, quæ parit fœminam.

nam. Domus Hillelis autem conficiunt colligentes eam ex ea quæ parit masculum. Et domus Hillelis etiam colligere debuisset ex pariente fœminam &c. Paulo post: *Discipuli exeunt ad discendum Legem*, &c. In potestate quanta? Scilicet, quantam requirit via rei (*Glossa:* h. e. mos terræ; ut non ferat in se peccatum. Et vel etiam ipse potest persuadere suæ uxori, ut det sibi potestatem, seu licentiam.) Quanta ea est? Dixit Rabus: Si maneat mensem hic (apud Magistrum,) & mensem domi: quia dicitur 1. Chron. XXVII, 1. *Ad omnem rem distributionum, venientem & exeuntem, de mense in mensem, secundum omnes menses anni.* R. Johannes autem dicit: Si maneat mensem hic, & duos menses domi: quia dicitur 1. Reg. V, 14. *Mensem erant in Libano, duos menses, domi suæ.* Rabus autem, quare non etiam dixit, ex eo ipso textu rem hanc consequi? Quia putabat, ibi diversum facere ædificium domus Sanctuarii, quod potuit etiam fieri opera aliorum. R. Johannes autem, quare non etiam dixit, ex eo ipso textu? Quia putavit; ibi diversum facere: quia est ei respiratio. (*Glossa:* Quia commodum percipiebat ex domo regia, estque respiratio domus: ideo uxor recipit super se, ut sit maritus ipsius in domo regis, uno ex duobus mensibus. Nam postquam maritus inde lucratur mercedem, inde illa habet alimenta & ornamenta. Sed, si discat Legem; tum res hæc est, quam vi præcepti agere tenetur.

*vers. 18.)* *Circumcisus ne attrahatur.* &c.

*Jevammoth f. 72. 1.* dixit R. Huna, sententiam esse Legis: משוך attractus (*Glossa:* circumcisus, cujus attractum est præputium, ut iterum tegat glandem,) comedit de Truma seu oblatione honoraria / separata. At ex Rabbinorum sententia vetuerunt illud, ideo, quia talis similis est præputiato. Regero ego: attractus opus habet, ut denuo circumcidatur; ex Rabbinorum sententia. Et qui hoc nobis objicit, quare objicit illud? Ecce, necesse est, tradere voluit, absciderunt postea. R. Judas dicit: Non circumcidatur talis. Ideo, quia id ei periculosum est, (ne faciat eum exsectum mentula.) Cui respondebant: At annon multi tales denuo circumcisi sunt tempore filii *Cozibæ*, qui postea genuerunt filios & filias? (*Glossa:* Tempore Cozibæ, alienigenæ etraxerant præputium Judæis invitis, per vim, in urbe Bitther; prævalente autem manu filii Cozibæ, & prœlio hostes Judæorum vincente, & regnante super eos 2½. annos, illi denuo circumcidebantur?) Nam dicitur Gen. XVII, 13. *Circumcidendo circumciditor.* Et vel centies etiam. Et dicitur, v. 14. *Fœdus meum irritum fecit.* Ad includendum attractum. (Qui

ipse sibi attrahit præputium, perinde habetur, ac si fœdus DEI de circumcisione irritum redderet, ac profanaret.) Quid cum uno textu id probari posset, duobus opus erat? Quodsi autem dicas, illud, *circumcidendo circumciditor,* eo pertinere, ut significetur,* includendas esse etiam ציצין pinnas impedientes circumcisionem: veni, audi; *Fœdus meum irritum fecit;* ad includendum attractum. *Sanhedrin f. 38. 2.* R. Isaac dixit, Adamum sibi attraxisse præputium.

*1 Cor. VII, vers. 34.) Mulier innupta curat quæ sunt Dei.* &c.

*Sota f. 20. 1.* In Mischna, Pius fatuus, & impius astutus, & mulier Pharisæa, seu abstinens, & vulnera Pharisæorum, (*Glossa:* qui seipsos vulnerant in parietibus, ut videantur mansueti & pudici;) ecce isti Senium inducunt mundo. Postea in *Gemara f. 22. 1.* ad hæc verba notatur: Tradiderunt *Rabbini;* Virgo צליינית assidue precatrix, & vidua sæpius vicinas visitans, & parvulus, cui non sunt completi menses ipsius; ecce ista מבלי Senium inducunt mundo. (*Glossa:* hæ mulieres consenescere faciunt mundum: quia nil sunt nisi adulteræ, & sagæ, & præ se ferunt, quasi essent justæ: quia non diligenter in eas inquiritur) *Scaliger* Elencho Trihær. *c. 25.* legit מבלות & exponit Græce καταναλίσκονται, *consumuntur. Lightfoot* Hor. Talm. in Matthæum *p. 5, 2:* exponit; corrumpunt mundum. Itane? Atqui dixit R. Johannes: didicimus fugam peccati a voragine, & acceptionem mercedis a vidua. (*Glossa:* Quæ defatigabat seipsam plus quam opus erat, ut acciperet mercedem: ex ea didicimus, quod homo defatigare seipsum debeat in præcepto, ad accipiendum plus mercedis.) Fugam peccati a virgine: quia R. Johannes audiverat aliquam virginem cadentem in faciem suam, & dicentem: Domine mundi, creasti hortum Eden (Paradisum,) & creasti Gehennam: creasti justos, ut hæredes essent Paradisi: creasti impios, ut hæredes essent Gehennæ. Sit voluntas coram te (quæso,) ne labantur per me homines (*Glossa:* ne mei causa jacturam faciant suæ portionis, quam habent ad Paradisum, & hæredes fiant Gehennæ.) Acceptionem mercedis a vidua: quia aliqua vidua in viciniam, cujus erat Synagoga, quotidie veniebat & orabat in domo Midrasch, seu Schola: ad quam dicente R. Johanne, filia mea, nonne est tibi Synagoga in vicinia tua; illa respondebat ei: Magister mi; Et (si Synagogam mihi vicinam frequentarem,) non esset mihi merces gressuum.

*vers. 36.) ὑπέρακμος, superadulta.*

*Pesachim f. 113. 1.* Dixit Ribbi: Tria dixit R. Josua filius Levi, nomine civium

civium Hierosolymæ: (1) Ne multiplices turpitudinem, seu ignominiam, propter factum, quod fuit, (2) Si filia tua בגרה pubes facta fuerit, manumitte servum tuum, & da eum illi in maritum. (Scilicet, ut omnes occasiones promiscuarum libidinum in tempore præcidantur.) (3) Et esto cautus circa uxorem tuam de sponso ejus primo. Quare? R. Ohasda dixit: propter pudendum (seu illicitum concubitum.) R. Cahana dixit: Propter pecuniam, seu opes. Hoc & illud sunt.

*Ketbuboth f. 29. 1.* Traditio est: Parvulæ, seu minorenni, a filia diei unius, &; usque dum produxerit duos pilos (in pube, exactis 12. annis & 6. mensibus;) est venditio, (h. e. potest eam pater vendere in servam;) Non autem est ei mulcta, (h. e. Si quis talem minorennem compresserit; tum stuprator non tenetur patri mulctam 50. florenorum dare.) Ex quo autem ea produxerit 2. pilos, & usque dum pubes, vel adulta (post 12. annos & 6. menses completos) facta fuerit, (h. e. tempore 6. mensium intermedio, inter statum נערות pueritiæ, & בגרות pubertatis adultæ,) est ei mulcta, & non est ei venditio: ut sentit R. Meir. &c.

*Jebammoth f. 12, 2: f. 39. 1. f. 100, 2. Ketbuboth f. 39, 1; Nidda f. 45, 1:* Tradidit R. *Bibi* coram R. Nachman: Tres mulieres (cum rem habent cum suis maritis) utuntur linteo molli, quo obstruunt matricem, ne possint concipere ex congressu. 1) Parvula, 2) Gravida, 3) Lactans. 1) Parvula, ne forte gravida facta, in partu postea moriatur. 2) Gravida; ne forte fœtus ejus fiat mola instar Sandalii, (*Glossa:* comprimens priorem fœtum, & minuens ejus formam per abortum.) 3) Lactans, ne forte ablactet filium suum & moriatur. Quænam autem est parvula? (A filia 11. annorum, & diei unius, usque ad filiam 12. annorum & diei unius. Quæ vel major vel minor natu est, ea concumbit secundum ordinarium suum modum, & pergit: (*Glossa:* Nam si minor sit natu; non concipit: si major, facta conceptione, non moritur ex partu:) ut sentit R. Meir. Sapientes autem dicunt: tam hanc, quam illam concumbere secundum ordinarium suum modum, & pergere, cœlitus ei succurrere Dei misericordiam: quia dicitur Psal. CXVI, v. 6. *Custodit simplices Dominus.* Et si dicas, quod gravida facta sit, cum ipsa esset puella; & pepererit cum ipsa esset puella. At intra 6. menses num ea pepererit? Atqui dixit Samuel: nihil interest inter pueritiam, & adultam pubertatem, nisi spatium 6. mensium. &c.

## 1 CORINTH. CAP. VIII.

*vers. 4.) Scimus quod Idolum nihil est in mundo.*

*Sanhedrin f. 63. 2.* Dixit R. Judas, dixisse Rabum; 2. Reg. XVII, 30. *Ci-*

*ves Babyloniæ fecerunt Syccoth Benoth.* Quid autem illi fecerunt? Gallinam (*Glossa:* fecerunt sibi idolum, gallinam, ad similitudinem gallinæ colebant, & in lingua ipsorum vocabant gallinam, *Syccath Benoth.*) *Cives Cuthæ fecerunt Nergol. Ibid:* Et quid illi fecerunt? Gallum. *Cives Hemath fecerunt Asima. Ibid:* Et quid illi? Hircum calvum. v.31. *Avvæi fecerunt Nibchan & Tharthaæ.* Et quid illi? Canem & asinum. *Et Sepharvajim comburebant filios suos & filias suas igne Adramelecho & Anamelecho diis Sepharvajim. Ibid:* Et quid illi? Mulum & equum. Scilicet (mulus) ideo אַדְרַמֶּלֶךְ *Adrammelech* dicebatur; quia domino suo (מֶלֶךְ Melech, h. e. rex, dicto,) אדר *Adar*, h. e. portat onus. (*Glossa:* facit incedere dominum suum, & honorat eum. Nam projicit super ipsum onus suum, quod oportebat portare super collo suo, h. e. מהדר *Mehadder* honorat מלכו *Malco*, regem suum. q. d. dominum suum.) Et עֲנַמֶּלֶךְ *Anammelech* ideo dicebatur, quia ענֵי *Ani*, h. e. exaudit dominum (regem) suum in prælio. Etiam Hiskiæ regi Judæ volebat pater ipsius facere ita; (2. Reg. XVI, 3. comburere eum igne, ut Sepharvajim faciebant filiis suis:) sed frustra id tentabat, nihil in eo efficiente igne: quia mater ejus inunxerat eum sanguine Salamandræ. (*Glossa:* Salamandra est parvum animal, quod exit ex furno, in quo arsit ignis 7. annos. Et si quis ungatur sanguine ejus, ei ignis non dominatur. De Achas autem invenimus scriptum 2. Reg. XVI, 3. *Etiam filium suum traduxit per ignem.* Neque reperimus de eo, quod alium habuerit filium, præter Hiskiam.) Dixit R. Judas, dixisse *Rabum:* Sciebant Israëlitæ de idolo, quod non esset in eo ממש quicquam solidi, vel rei veritatis, (h.e. quod nihil esset,) & non colebant idolum, sed (ideo talia idola faciebant,) *ut sibi indulgerent lege vetitos concubitus palam.* (*Glossa:* Quia malum figmentum eorum urgebat eos ad illicitos concubitus: ideo dicebant; *abrumpamus omne jugum Legis a nobis,* & ne redarguant nos propter illicitos concubitus. Sed ad idololatriam non valde urgebat eos malum figmentum.) Regerit R. *Maschreschja* Jer. XVII, 2: *Sicut quis recordatur filiorum suorum: ita sunt altaria ipsorum.* (*Glossa:* Significat, quod non aliter habebant oblectationes de illis, quam homo, qui habet oblectationes de filio suo, & cum recordatur ejus mortui, ingemiscit, &c.) Dixit R. *Eleasar:* Sensum hujus dicti esse, summopere eos delectatos altaribus idololatricis, non secus ut homo, qui habet oblectationes de filio suo. Respondeo; tum demum, idolo delectati sunt valde, postquam cum eo conjuncti sunt, eique adhæserunt a seipsis. (*Glossa:* tum demum vehementer eos ursit amor eorum super idololatria.) Veni, audi: Lev. XXVI, 30. *Et imponam cadavera vestra, cadaveribus stercoreorum Deorum vestrorum.* Dictum perhibetur, quod Elias ille justus obiverit inflatos a fame, qui erant Hierosolymis: Aliquando

quando inveniebat puerum, qui inflatus jacebat in sterquilinio: ex quo Elias quærebat: ex quanam familia tu es? Cui ille respondebat: Sum ex familia N. N. Quærenti iterum Eliæ: aliquisne adhuc superest de illa familia? Respondebat puer; nemo præter me. Iterum quærenti Eliæ: Si ego docerem te aliquid, per quod convalesceres, disceresne illud? Respondebat puer: Omnino. Quare jubebat eum quotidie dicere: *Audi, Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est.* Deut. VI, 4. Cui puer respondebat: Tace. Nam non est commemorandum Numen, quod non docuit aliquem pater suus aut mater sua. Statimque producto a sinu suo idolo, quod reverebatur, amplexatus, osculabatur illud, donec disrupto ventre ejus, idolum ejus, quod reverebatur, caderet in terram & ipse pronus caderet super illud: ad implendum illud, quod dicitur Levit. XXVI, 30. *Et imponam cadavera,* &c.

## 1 CORINTH. CAP. IX.

*vers. 9.)* *Non obturabis os bovi trituranti:*
*Num boves curæ sint DEO?*

*Baba Mezia f. 87. 1. 2.* *Mischna:* Et isti edunt ex eo fructu, in quo occupati sunt, de sententia Legis: Si quis laboret in eo, quod conjunctum adhuc est cum terra, tum edit inde ea hora, qua perfecit opus (conjunctum avellendo.) Si autem occupetur in eo fructu, qui jam de terra avulsus est, tum edit inde, antequam perfectum sit opus ejus. Item ex ea re, quæ incrementum capit ex terra. Isti autem sunt, qui non edunt ex eo fructu, in quo occupantur: Si quis laboret in eo, quod conjunctum adhuc est cum terra; tum ea hora, qua opus nondum perfecit (ex. gr: si quis avellat cepas de terra,) nondum edit: & si occupetur in avulso de terra, (*Glossa:* ex. gr: si alicujus orbes panis dispersi essent;) tum perfecto jam opere suo, non licet ei edere inde: Item ex eo, quod suum incrementum non capit ex terra: (*Glossa:* ex. gr. si quis mulgeat bestias alicujus, vel caseos faciat.) Postea in *Gemara* prolixe hac de re differitur, & loca, unde hæc probantur; adducuntur, & inter alia adducitur Deut. XXXIII, 25. *Secundum animam tuam.* Ad quod notatur *in Baba Mezia f. 88. 2.* Quorsum hoc tendit? Ad id, de quo est Traditio: *Secundum animam tuam.* Sicut est anima tua, si obturasti os (*Glossa:* pactus es pretium, quod non ad edendum, aut præsumtionem;) liber es, (*Glossa:* ab interdicto, *non obturabis,* Deut. XXII, 4 &c.) ita etiam operarius, si obturasti; liber est, &c. Paulo post: Regerit *Mar Zutra,* filius R. Nachmanis: Area alicujus, respectu decimæ, fecit eum reum: cujus causa? fructus non decimati, inde ab eo tempore, quo perfectum erit opus eorum. (fructuum.) Quænam autem est illa perfectio operis eorum?

Opus introductionis eorum: (in horreum, seu cellam.) Quare non introductio eorum, vel etiam in agrum? Quia hoc non est introductio eorum in domum; hæc enim pro perfectione operis habetur. Et si vis, dicam: Quia dicere voluit Jannai, de olivis & uvis, quæ non apta subjecta areæ sunt. Sed de tritici & hordei area manifeste scribitur. Invenimus, (quod probandum susceperamus) de homine, circa fructum conjunctum cum terra, & de bove (triturante non capistrando,) circa fructum de terra avulsum. De homine, circa fructum avulsum de terra; unde probatur nobis? Argumento a minori ad majus, ex bove, *Deut. XXV, 4.* Nam si bos, qui non comedit de conjuncto, comedit autem de avulso: nonne æquiori jure colligitur, quod homo, qui comedit de conjuncto, comedat de avulso? Quid ad bovem? De quo, ut sic, præceptum tibi est super obturatione oris ejus? Quid dices de homine, de quo non præceptum tibi est, super oris ejus obturatione? Et erit homini præceptum datum de obturatione oris ejus? Argumento a minori ad majus, ex bove. Nam si de bove, de quo non præceptum tibi datum est in vita conservando, præceptum tibi datum super obturatione oris ejus; nonne æquiori jure colligitur, quod de homine, de quo in vita conservando præceptum tibi datum est, super obturatione oris ejus præceptum tibi datum sit? Dixit textus, Deut. XXIII, 25. *Secundum animam tuam.* Scilicet *secundum animam tuam*, nempe operarii. &c.

## 1 CORINTH. CAP. XI.

*vers. 5.) Omnis mulier orans non velato capite, deturpat caput suum.*

*Kethuboth f. 72. 1. Mischna:* Istæ sunt uxores, quæ expulsæ a maritis suis exeunt sine dote; si qua transgreditur jus Mosis & יהודית Judaicum. (*Glossa:* quod usu exercent Israëlitæ, etiamsi nullibi scriptum sit.) &c. Quodnam autem est jus Judaicum? Si qua exit capite suo denudata, & fila ducens in platea, & verba faciens cum quolibet homine. &c. Postea in *Gemara* notatur: Si caput ejus nudatum sit: tum res Legis est, (seu aliquid, quod ipsa lege scripta vetitum est:) quia scribitur Num. V, 18. *Et denudabit caput mulieris.* Traditur autem a domo R. *Ismaëlis:* Hoc dehortationem esse pro filiabus Israëliticis, ne exeant nudato capite.

*Aboth*

*Aboth. c. 35.* Mater *Ismaelis* filii Kimchi, vidit filium suum & fratrem ejus uno die Summos Sacerdotes; dignitatem hanc merita, quod nunquam trabes domus ejus eam viderint nudam capite.

*vers. 6.) Turpe, mulierem tonderi.*

*Erubin f. 100. 2.* Mulier obvelatur peplo instar lugentis. &c. Prolixas alit crines, ut Lilith. &c.

*vers. 10.) Mulier debet habere potestatem supra caput.*

*Aboth c. 16.* Dicitur R. *Eliezer* a filia sororis suæ abstulisse רשות potestatem, sibique eam despondisse, & cum ea congressum esse.

## 1 CORINTH. CAP. XIII.

*vers. 2.) Si omnem habuero fidem ad montes transferendos.*

*Beracoth f. 64. 1.* Dixit R. *Abin* Levita: Quicunque arcte premit horam seu tempus, (*Glossa:* ex. gr. Absalom, qui quæsivit regnare, vi;) hora arcte premit eum: & quicunque pellitur a facie horæ, seu temporis, hora pellitur a facie ipsius: Quod ex eo patet, quod contigit circa *Rabbahum* & R. *Josephum.* Nam R. *Joseph*, vocabatur, *Sinai:* (*Glossa:* quia erat exercitatus & peritus multarum externarum Traditionum.) *Rabbah* autem; transferens montes, vocabatur. (*Glossa:* Quia erat longe acutior in disputatione.) Necesse erat illis hora: (*Glossa:* ut fieret unus illorum, Rector Academiæ.) Miserunt eo aliquem, qui diceret: *Sinai*, & *Transferens montes*, uter eorum prior? Miserunt aliquem, qui diceret, seu responderet: Sinai prior est; quia omnes opus habent domino tritici. (*Glossa:* eo, qui colligit frumentum, ad vendendum. q. d. eo, qui collegit lectiones, quas alios doceat. Hoc est, viro sapiente omnes opus habent, qui pura & solida doctrina & cognitione rerum divinarum est instructus. Hic apud omnes, semper, & ubique utiliter adhiberi potest. Ut frumenti usus semper, & omnibus est necessarius: ita quoque ejusmodi virorum copia.

*vers. 12.) Videmus per speculum in ænigmate.*

*Jevammoth f. 49. 2.* Traditio est: Omnes Prophetæ aspexerunt in speculum (Deum videntes,) quod non illuminabat. Moses autem Magister noster aspiciebat in speculum, quod illuminabat.

## I CORINTH. CAP. XIV.

*vers. 16.)* *Idiota quomodo dicet, Amen, super Tua gratiarum actione?* vid. supr. ad Matth. XIX, 14.

*Schabbath f. 119, 2.* Dixit R. *Josua* filius Levi: Quicunque (post recitatas preces, vel benedictionem,) respondet; *Amen, sit nomen ejus* (Dei) *magnum, benedictum, omnibus viribus suis, ei laceratur decretum judicii ejus,* (h. e. aboletur pœna divinitus ei immittenda) quia dicitur Jud. V, 2. *In abolendo ultiones in Israël, cum liberalem se exhibebat populus, benedicite Domino.* Quare, in abolendo ultiones (seu cessarunt pœnæ?) Ideo, quia benedixerunt Domino. R. *Chaia* filius Abbæ dixit, verbis R. *Johannis:* Si vel sit nihili (qui hoc modo dicit, *Amen,* post benedictionem, vel preces,) pauxillum idololatriæ tamen condonatur ei. Scribitur hic Jud. V, 2. בִּפְרֹעַ *in abolendo ultiones.* Et scribitur ibi Exod. XXXII, 25. Quia פָּרֻעַ *abolitus* vel *cessans erat* (*Glossa:* Targum exponit, בטיל cessans, seu otiosus.) *Resch Lakisch* dixit: Omni, qui respondet *Amen,* omnibus viribus suis, aperitur porta horti Eden: quia dicitur Esa XXVI, 2. *Aperite portas.* &c. *vid. supr.* ad *Matth. XIX, 14.*

*Nazir f. 66. 1.* Dixit *Rabus* ad Chaiam filium suum: corripe calicem benedictionis (*Glossa:* celer esto ad benedicendum, ut sis alacer, & mercede afficiaris.) Sicque dicebat *R. Huna* ad Rabbahum filium suum; corripe calicem benedictionis, recita formulam benedictionis. Quasi diceret: benedicentem præstantiorem esse. Atqui *Traditio* est; *R. Jose* dicit: Longe majoris æstimandus est is, qui respondet *Amen,* post eum, qui recitat formulam benedictionis, quam qui recitat ipsam benedictionis formulam. Et dicebat ei *Neborai:* Per Deum, ita se res habet, & majoris æstimandus est is, qui respondet, *Amen,* quam qui benedicit. Scias nempe, quod ecce velites quidem confligant in prœlio, potentiores autem victoriam obtineant. (*Glossa:* Scias, rem ita se habere. Nam ecce velites infirmiores confligunt in prœlio initio: postea autem potentiores veniunt & vincunt. Ita etiam hic, qui respondet, recitata voce, *Amen,* venit post eum, qui benedicit, & vincit. Quasi diceret, quod, qui respondet, dicto verbo *Amen,* laudatior sit eo, qui benedicit) *Tannæorum* illud est; Quod qui est secundum eum, qui dixit, sit laudatior eo, qui benedicit: Et est, qui dicit, quod is, qui benedicit, sit laudatior. Tam is, qui respondet, recitata voce *Amen*; quam qui benedicit: continetur sub sensu illius textus, quo dicitur Psal. XXXIV, 4. *Magnificate Dominum mecum:* est benedictio. *Et exaltemus nomen ejus una:*

Ibid.

Ibid: est Amen. Quia Traditio est: Tam is, qui benedicit: quam qui respondet, recitato verbo *Amen*, sub sensu continetur: sed quod festinent benedicere initio.

*Beracboth f. 47. 1.* Rabbah in Synagoga, operam impendebat filio suo in domo R. Samuelis filii R. Katinæ: prior sedebat, & docebat filium: Qui (in epulo) discindit panem, non habet potestatem discindendi, donec absolvatur *Amen* ex ore respondentium. R. Chasda dixit, ex ore maximæ partis respondentium. Cui dixit Remi filius Chamæ: Quid diversi facit, si sit maxima pars? (vel quid causæ est, quod maxima pars?) Cum adhuc non absoluta sit benedictio? Si minor pars sit, etiam pariter nondum est absoluta benedictio. Cui respondebat: Diversum facit, dicens: omnis, qui respondet *Amen* plus, quam satis, vel par est, nonnisi errat. Tradiderunt *Rabbini:* non respondent, neque *Amen acceleratum* (quod accelerate & festinanter effertur, quasi cum א brevissimo, & accentu in ultima: vel, quod ante absolutam orationem præmature respondetur,) *neque Amen amputatum*, (a quo ultima litera Nun in pronunciatione quasi succisa, & amputata est; quasi diceretur, *Ame*,) *neque Amen pupillare*, (quod præcedente benedictione, ceu patre, caret; quando scilicet quis inconsiderate, & animo aberrante respondet Amen, non ad præviam Sacerdotis benedictionem vel orationem, sed ad murmura populi,) & ne ejiciat benedictionem ex ore suo. Filius Ezai dicit: Omnis, qui respondet *Amen pupillare*, seu orphanicum, erunt filii ejus orphani: *qui acceleratum;* accelerabuntur dies ejus: qui *amputatum;* amputabuntur dies ejus. *Et omnis, qui longe producit vocem Amen, longe producuntur ei dies ejus, & anni ejus.*

*vers. 34.) Mulieres in Ecclesiis taceant.*

*Megilla f. 23. 1.* Tradiderunt Rabbini: Omnes ascendunt (vel computantur) in numerum 7. (personarum, coram quibus, & non paucioribus legendum est volumen Ester,) si vel etiam sit parvulus, & vel etiam mulier. Sed Sapientes dixerunt: *Mulier non legat in Lege, propter honorem cætus.*

## 1 CORINTH. CAP. XV.

*vers. 19.) Miserrimi omnium hominum sumus.* Vid. supr. ad Rom. II, 21.

*vers. 37.) Et quod seminas.* &c. Vid. supra ad Matth. XXII, 26.

*vers. 51.) Omnes mutabimur.*

*Schabbath f. 152. 2.* Disputatur, an etiam justorum corpora in pulverem redigantur: alio affirmante, ex *Eccles. XII, 7. & Prov. XIV, 30.* Alio negante. Vid. infra ad Apoc. XX, 5.

## 2 CORINTH. CAP. II.

*verf. 16.) His quidem odor mortis in mortem.*

*Joma f. 72. 2.* Dixit *R. Jofua* filius Levi: Quid eft, quod fcribitur Deut. IV, 44. *Et ifta eft* Lex, quam שָׂם *pofuit Mofes?* Si quis jufte meritus fit, Lex facta eft illi סַם *pharmacum vitæ:* Si non jufte meritus fit, facta eft illi *pharmacum mortis.* Et hoc eft, quod dixit Raba: Qui eft אומן opifex, vel nutritius Legi, eft ei pharmacum vitæ: qui non eft ei opifex; huic eft pharmacum fortis.

*Schabbath f. 88. 2.* Dixit R. *Chananel* filius Paphæ: Quid eft, quod fcribitur, Prov. VIII, 6. *Audite: quia principes eloquar?* Quare comparata funt verba Legis cum Principe? Quafi diceret tibi, quod, ficut princeps aliquis habet poteftatem occidendi & vivificandi. Hoc ipfum eft, quod dixit *Raba*: Dextre agentibus in ea eft pharmacum vitæ, finiftre agentibus, pharmacum in ea mortis. Tom. II. p. 448.

*Kidduſchin f. 30.* Tradiderunt Rabbini: Deut. XI, 18. וְשַׂמְתֶּם *Et ponetis.* Scilicet תַּם סַם *aroma,* vel *pharmacum perfectum.* Comparatur Lex pharmaco vitæ. Res hæc fimilis eft homini, qui percuffit filium fuum plaga magna, & impofuit ei emplaftrum fuper vulnus ejus, & dixit ei: Fili, toto tempore, quo emplaftrum hoc eft fuper vulnere tuo, comede omne id, quod gratum eft animo tuo (*Gloffa:* Si vel etiam fit mel, & omnes fpecies dulcedinis, quæ graves, feu adverfæ funt vulneri,) & bibe id, quod gratum eft palato tuo, & lava te tam calida, quam frigida, neque ab ullo tibi metuas. Si autem illud emplaftrum removeas, tum ecce vulnus illud producit nomas, feu cancrum. Sic Deus Opt. Max. dicit ad Ifraëlitas: filiis meis creavi figmentum malum: fed creavi ei Legem pro condimento, vel pharmaco. Et fi vos ftudetis in Lege, non tradimini in manum ejus: quia dicitur Gen. IV, 7. *Annon fi bene egeris,* שְׂאֵת *elevatio.* (*Gloffa:* elevaberis fuper figmentum tuum:) Si autem non ftudetis in Lege; tradimini in manum ejus: quia dicitur, *Ad manum peccatum excubat,* Ibid: Et hoc non tantum, fed & quod omne commercium ejus eft tecum. *Et ad te appetitus ejus.* Et fi velis; tu dominaberis ei: quia dicitur, *Et tu dominaberis ei.*

*Taanith f. 7. 1.* Traditio: R. *Benaa* dicebat: Quicunque ftudet in Lege, ipfius, & non alius refpectus caufa, doctrina ejus fit illi aroma vitæ: quia dicitur Prov. III, 18. *Arbor vitæ ipfa eft eis, qui tenaciter apprehendunt eam.* Et dicitur Cap. VIII, 36. *Quia inveniens me, invenit vitam.* Quicunque autem ftudet in Lege, non ipfius, fed alius refpectus caufa; fit illi aroma mor-

mortis: quia dicitur Deut. XXXII, 2. יַעֲרֹף *decidet cervicem, ut pluvia doctrina mea.* Per עריפה *aripha* (actum verbi יַעֲרֹף) nihil aliud significatur, nisi interfectio, quæ gladio fit: quia dicitur Deut. XXI, 4. וְעָרְפוּ *& decollabunt ibi juvencam in valle.*

## 2 CORINTH. CAP. V.

*vers. 10.) Ut quilibet reportet propria corporis,* &c.

*Sanhedrin f. 91. 1. Antoninus* (Cæsar) dicebat ad *Ribbi:* Corpus & anima possunt defensioni suæ innocentiæ proposita sese (aliquando, si ratio ab illis exigeretur,) liberare a judicio. Quomodo? Corpus dicit: (Ego non peccavi; sed) anima peccavit. Nam ex quo illa discedit a me, ecce ego jaceo in sepulchro instar lapidis, nihilque agere possum, nisi ejus opera. Anima autem dicit: (Ego non peccavi, sed) corpus peccavit. Nam ex quo ego discedo ex eo (per mortem soluta a corpore,) ecce ego volito per aërem, instar aviculæ. Cui respondebat *Ribbi:* Per parabolam tibi rem hanc explicabo, cui hoc Simile sit: nempe regi mortali, qui habebat hortum amoenum, in quo erant optimorum fructuum maturæ primitiæ; in quem collatis duobus custodibus, uno claudo, & altero cæco; claudus dicebat ad cœcum: maturas primitias optimorum fructuum ego video in horto, age ergo, & humeris susceptum me deduceo, ut acceptis & allatis iis vescamur. Insidebat igitur claudus humeris cæci, & afferebant eas, & comedebant eas. Aliquanto post tempore, veniens dominus horti, dicebat ad illos: maturæ illæ primitiæ optimorum fructuum quorsum evaserunt? Cui claudus respondebat: Num pedes habeo, quibus incedam? Item cæcus dicebat: num oculos habeo, ut videam? Quid fecit rex ille? Jussit insidere claudum dorso cæci, & judicavit (condemnavit) illos ita conjunctos simul. Sic etiam Deus Opt. Max. adducta anima, & iterum injecta corpori, judicat ea simul: quia dicitur Psal. L, 4. *Vocabit Cælum desuper & terram, ad judicandum populum suum.* (*Glossa:* quasi diceret: Vocabit Deus animam venientem intra corpus hominis a Cœlo desuper, & quoque corpus, quod venit ex terra.) Per *Vocabit Cælum desuper*, intelligitur anima. Et per *vocabit terram ad judicandum populum suum*, intelligitur corpus.

## 2 CORINTH. CAP. VI.

*vers. 10.) Ut pauperes, multos autem ditantes.*

*Nedarim f. 40. 2.* Dixit R. Immi, dixisse *Rabum:* Quid est, quod scribitur Ezech. XII, 3. *Et tu fili hominis fac tibi vasa exilii?* Per hæc intelliguntur, lucerna, & scutella, & expansum quid (*Glossa:* pellis, ad edendum

ſuper ea,) Deut. XXVIII, 57. *In penuria omnium.* Dixit R. Immi, dixiſſe Rabum; Per hoc intelligi; ſine lucerna, & ſine menſa. R. *Chasda* dixit; ſine uxore. R. *Scheſchath* dixit; ſine miniſtro. R. Nachman dixit; ſine ſcientia. Traditur, eo ſignificari; ſine ſale & ſine adipe. Dixit *Abai:* Recipimus, non eſſe pauperem, niſi in ſcientia. In Occidente (ſeu terra Iſrael) dixerunt: In quo ſcientia eſt, is eſt, ut ille, in quo omnia ſunt. (*Gloſſa:* qui nulla re indiget.) In quo illa deeſt, quid eſt in eo? Is qui poſſidet ſcientiam, quo eget? Qui eam non poſſidet; quid poſſidet?

*verſ. 10.) Ut nihil habentes, & omnia continentes.*

*Berachoth f. 17. 2.* Rabus & Samuel; ſuntque, qui dicunt, R. *Johannes* & R. *Eleaſar*, diverſimode de loco Eſa. XLVI, 11. *audite me, robuſti corde, longinqui a juſtitia;* explicando, ſentiunt. Unus dixit, Alios omnes, qui ſunt in toto mundo, ali Dei eleemoſyna, non proprio juſtitiæ merito; iſtos autem robuſtos corde ali ſuo brachio, ſeu propria ſua virtute. Alter autem dixit; alios omnes, qui ſunt in toto mundo, ali virtute juſtitiæ illorum robuſtorum corde: ipſos autem (juſtos) ne quidem ſua ipſorum ali juſtitia: cum non ſuppetat illis, quantum ſatis ſit neceſſitatibus ipſorum, ſeſeque ſuſtentent ægerrime. Secundum R. Judam, verbi Rabi: Nam dixit R. Juda, dixiſſe *Rabum:* Quotidie filia vocis (vox edita Cœlo) exit ex monte Horeb, & dicit: Omnes, quotquot ſunt in toto mundo, aluntur propter Chaninam filium meum: Chaninæ autem filio meo ſufficit, ſi habet cabum (ſeu parvam menſuram) fructuum arboris ſiliquæ in ſingulas ſeptimanas.

## 2. CORINTH. CAP. IX.

*verſ. 7.) Hilarem datorem amat Deus.*

*Aboth cap. 13. Schammai* dicebat: Eſto recipiens (vel excipiens) quemvis hominem cum aſpectu vultus ſereni. Quomodo? Docet, quod ſi dediſſet homo proximo ſuo omnia dona, quæ ſunt in mundo, & vultus ejus ſit indignabundus, in terram deſpiciens, imputet ei Scriptura, perinde ac ſi non dediſſet ei. Sed ſi quis recipit, (vel excipit) proximum ſuum cum aſpectu vultus ſereni, ſi vel ei dederit nihil quicquam, tamen imputat ei Scriptura perinde, ac ſi dediſſet ei omnia dona bona.

## 2 CORINTH. CAP. XI.

*verſ. 24.) A Judæis quinquies quadragenas, una minus, accepi.*

De flagellatione prolixe agitur in *Maccoth*, *cap. 3.* ubi diſſeritur; quinam vapulent, & quomodo. Ubi inter alia *fol. 22. 1 2.* in *Miſchna* ita ſcribitur: Quot ictibus flagellant ſontem? Quadraginta, uno minus, Quia dicitur Deut.

Deut. XXV, 2. *Per numerum.* v. 3. *Quadraginta* scilicet, numero, qui vicinus est quadragenario. R. *Judas* dicit: *Quadraginta* significare integritatem numeri: qud totis 40. ictibus flagelletur ipse. Ubi ergo ictum accipit abundantem? Inter scapulas suas. Non conjecturam faciunt, seu æstimant eum, nisi per ictus convenientes, ut ternario numero numerentur: Si æstimarint eum, quod ferre possit 40. & parte tolerata videatur reliquos ictus sustinere non posse, liber dimittitur. Si æstimarint eum, quod 18. tantum ictus perferre valeat, & ex quo totidem vapulavit, conjecturam fecerunt, quod ipse adhuc posset reliquos ictos sustinere, donec essent 40. his reliquis omissis, liber dimittitur. *Gemara:* Quæ ratio? Si scriptum esset; *quadraginta per numerum;* dixissem, significari quadraginta, numero. Nunc vero, quia scribitur: *per numerum, quadraginta;* intelligo numerum, qui ipse numerat quadragenarium. Dixit *Raba:* Quam stulti sunt reliqui homines, qui honoris causa assurgunt coram libro Legis, & non assurgunt coram viro magnæ autoritatis. Nam quamvis in libro Legis scriptum sit, *quadraginta:* Tamen venerunt Rabbini, & subtraxerunt unum.

*Ibid. f. 22. 2. Mischna:* Quomodo flagellant eum? Alligat quis duas manus ejus columnæ huc illucque, & æditituus apprehendit vestes ejus: si lacerentur, lacerentur, si dissuantur, dissuantur: (h. e. nil curat, si lacerentur, vel dissuantur:) usque dum revelat pectus ejus. Et lapis positus est a tergo ipsius, cui æditituus insistit, & manu sua tenet lorum vitulinum duplicatum, simplex ex duobus, & ex duobus quadruplex: duo autem lora asinina ascendebant & descendebant in eo. Manubrium ejus, palmi longitudinem habebat: latitudo ejus etiam palmaris: extremitasque ejus lori pertingebat usque ad os ventris (h. e. umbilicum) ejus. Et verberat eum triente inflicto ab anteriore ejus parte; besse autem, a posteriore ejus parte. Non autem verberat eum vel stantem, vel sedentem, sed inclinatum: quia scribitur Deut. XXV. 2: *Et prosternet eum judex.* Et qui verberat, verberat una manu sua omnibus viribus suis: & præco clamat, ex Deut. XXVIII, 58. *Si non observaveris, ut facias,* &c. v. 59. *Mirificabit Dominus verbera tua, & verbera,* &c. Et redit ad initium illius textus *cap XXIX, 9. Et observabitis verba fœderis hujus,* &c. Et obsignat (seu claudit his verbis,) Psal. LXXVIII, 38. *Et ipse est misericors, excipiat iniquitatem:* Et redit ad initium illius textus. Si moriatur reus sub manu flagellantis; flagellans liber est a pœna homicidii (*Glossa:* quia apparitor domus judicii est.) Si, qui cædit, adhuc unum lorum superaddiderit, & inde moriatur cæsus, tum ecce talis cædens (ut homicida involuntarius) exulare tenetur: Si depravetur cæsus, fimo, sive aqua; cædens liber est: non obstante, quod scriptum sit, Deut. XXV, 3. *Et depravetur.* R. *Judas* dicit: Vir, si fimo depravetur, fœmina autem, si aqua.

## 2 CORINTH. CAP. XII.

*vers. 2.) Raptum usque ad tertium cœlum.*

*Pesachin f. 50. 1.* R. *Jonathan* dixit: Per, Zach. XIV, 6. *Et erit in die isto, non erit lux* יְקָרוֹת *pretiosarum*, & קִפָּאוֹן *concretio*; intelligi plagas & ejulatus, quæ יקרין pretiosa sunt in Seculo hoc, & vilia sunt in Seculo futuro. R. *Josua* filius Levi dixit: per illa intelliguntur homines, qui pretiosi sunt in Seculo hoc; (*Glossa:* qui divites sunt & æstimati, non autem boni sunt Deo;) & viles sunt in Seculo futuro. Secundum illud R. *Josephi* filii R. Josuæ filii Levi: quo ægrotante & in ecstasin rapto, cum ille ad se rediret, dicebat ei pater ejus: quid vidisti, quod tot suspiria emittas? Cui ille respondebat: Quia Seculum seu mundum inversum vidi, &c. vid. sup. ad Matth. IX, 30.

*vers. 4.) Raptus in Paradisum, & audivit arcana verba.*

*Chagiga f. 14. 2. & f. 15. 1.* Tradiderunt *Rabbini:* Quatuor viri ingressi sunt in Paradisum. (*Glossa:* ascenderunt in Firmamentum, adjuti manu Dei: non tamen ascenderunt revera, sed perinde ipsis visum erat, ac si eo ascendissent.) ut sunt (1) *Filius Ezai*, (2) *Filius Zumæ*, (3) *Achar*. (4) R. *Akiba*. Dixit ad illos R. Akiba: quum pervenitis vos ad lapides marmoris puri, (*Glossa:* splendentis instar aquæ limpidæ,) ne dicatis: aqua, aqua, ideo, quia dicitur Psal. CI, 7. *Loquens mendacia non consistet coram oculis meis.* Filius Ezai prospexit (h. e. curiosius intuitus & scrutatus est divinam majestatem,) & mortuus est, super eo Scriptura dicit: Psal. CXVI, 15 *Pretiosa est in oculis Domini mors Sanctorum ejus.* Filius Zumæ prospexit, & mente captus. Et super eo Scriptura dicit, Prov. XXV, 16. *Mel invenisti, comede, quod satis est tibi: ne satieris eo, & evomas illud.* Postquam abscidit plantationes, R. Akiba egressus est in pace & illæsus rediit.

## GALAT. CAP. III.

*vers. 11.) Justus ex fide vivet.*

*Maccoth f. 23. 2:* Initio tradita erant a Deo præcepta perquam multa per Mosen, nempe 613, secundum numerum dierum anni, 365, & secundum numerum membrorum corporis humani, 248. Quæ deinde ab aliis magis magisque contracta sunt, & ad minorem numerum redacta: Ut, a Davide ad undecim, Psalm. XV. Ab Esaia ad Sex, Cap. XXXIII, 15.

Venit deinde Michas, & redegit ea ad tria: quia scribitur Mich. VII, 8. *Indicavit tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus postulet a te, nempe facere*

*cere judicium, & amorem misericordiæ, & verecunde ambulare coram Domino Deo tuo.* Per, *facere judicium,* intelligitur judicium forense. Per, *amorem misericordiæ*, intelligitur libertas. Per, *verecunde ambulare,* intelligitur elatio seu eductio funeris ad locum sepulturæ, & introductio sponsæ in locum thalami. (*Glossa:* Quia scribitur de utroque, actus ambulandi, Eccles. VII, 2. Et annon hæc constant argumento a minori ad majus. Nam si de rebus, quas non solemus facere cum verecundia, Lex dicit: *& verecunde ambulare:* quanto magis id intelligendum erit de illis, quos non solemus nisi cum verecundia peragere? Iterum venit Esaias, & ad duo, ea contraxit: (*Glossa:* quolibet tempore, generationes posteriores, magis magisque numerum præceptorum diminuebant:) quia dicitur Esa. LVI, 1. *Sic dixit Dominus: Servate judicium, & facite justitiam.* Venit Amos, & redegit ea omnia ad unum: quia dicitur Amos: V, 6. *Sic dixit Dominus domui Israël: quærite me, & vivite.* Cui opponebat R. *Nachman* filius Isaaci: dicerem; per, *quærite me:* intelligi, quod in tota Lege hoc sit faciendum; Quare potius dicendum fuerit, quod venerit Habacuc, & redegerit ea ad unum; quia dicitur Hab. II, 4. *Et justus per fidem suam vivet.*

## GALAT. CAP. IV.

*verſ. 25.)* *Hierosolyma, quæ nunc est,* &c.

*Taanith f. 5. 1.* Dixit R. *Nachman* ad R. Isaacum: Quid est, quod scribitur Hos. XI, 9. *In medio tui Sanctus, & non veniam in urbem?* Ideo, quia in medio tui Sanctus est; (*Glossa:* quia tu benefacis opera tua, non veniet Deus in urbem Hierosolymæ, &c;) dixit ei. (*Glossa:* sic dicere voluit; usque dum erit in medio tui Sanctus inferne, quod ipsum est Hierosolyma: non veniam in urbem superne, seu supremam.) Sic dixit R. *Johannes,* dixisse Deum Opt. Max. Non veniam in supernam Hierosolymam, usque dum veniam in Hierosolymam infernam. Num autem est Hierosolyma superna? Ita sane: nam scribitur Psal. CXXII, 2. *Hierosolyma, quæ ædificatur ut urbs, cui socia facta est alia simul.* (*Glossa:* Hierosolyma, quæ infra est, erit ædificata, ut urbs, cui sociatur ea, quæ est ejus generis, socia ejus, & typus ejus: præsupposito, dari Hierosolymam aliam. Illa autem ubi est, si non est superne?)

*Baba Bathra f. 75. 2.* Quid est Esa. IV, 5. *Et super* מִקְרָאֶיהָ *convocationes ejus?* Respondit Raba, dixisse R. *Johannem:* Non ut Hierosolyma Seculi præsentis, est Hierosolyma Seculi futuri. In Hierosolymam Seculi præsentis, quilibet, qui vult ascendere, ascendit: In Hierosolymam Seculi futuri nulli ascendunt, nisi המזומנים qui præparantur (seu invitantur) ad eam, quia dicitur Esa. XLIII, 7. *Omnis vocatus de nomine meo, ad honorem meum creavi eum,*

*eum, finxi eum, etiam feci eum.* Et dixit *R. Samuel* filius Nachmani, dixiſſe R. *Johannem:* Tres vocati ſunt de nomine Dei Opt. Max. quorum cognomen erit יהוה Jehova, (1) Juſti, (2) Meſſias, (3) Hieroſolyma.

(1) Juſti: quod ipſum ex hoc loco, quem diximus modo, probatur. (2) Meſſias: quia ſcribitur Jerem. XXIII, 6. *Et iſtud eſt nomen ejus, quo vocabunt eum,* יְהֹוָה *Jehova, juſtitia noſtra.* (3) Hieroſolyma: quia ſcribitur Ezech. XLVIII, 35. *Circumquaque 18000. & nomen urbis a die,* יְהֹוָה *Jehova* שָׁמָּה *ibi.* Ne legas שָׁמָּה *ibi;* ſed שְׁמָהּ *nomen ejus eſt.* Dixit R. *Eleaſar:* Dicturi ſunt aliquando Angeli coram juſtis, τὸ, *Sanctus,* ad eum modum, quo dicebant coram Deo Opt. Max. Eſa. VI, 4. Quia dicitur Eſa. IV, 3. *Et erit reliquus in Zijon & ſuperſtes Hieroſolymis, Sanctus, dicetur ei.* Item dixit Rabbah, dixiſſe R. *Johannem:* exaltaturus eſt Deus Opt. Max. aliquando Hieroſolymam 3. paraſanguis ſurſum verſus: quia dicitur Zach. XIV, 10. *Et alta erit, & habitabit ſub ea,* ſcilicet ut ſub ea. (h. e. tam alte elevata, quanta erat ſubea, ſeu inferior Hieroſolyma.) Unde autem probatur, quod hoc, *ſub ea*, ſignificet eam tribus paraſangis fore exaltatam? Reſpondit *Rabbah:* dixit mihi Senex aliquis; ſecundum meam ſententiam videbatur mihi prima Hieroſolyma, & trium paraſangarum erat: Ne autem forte diceres, moleſtum & cum dolore conjunctum futurum eſſe, ſi tam alte ſita ſit, ad eam aſcendere: ideo notanter dicendum erat Eſa. LX, 8. *Qui iſti? Ut nubes volabunt, & ut columbæ ad catarractas ſuas.* Dixit R. *Papha:* Percipio ex eo (*Gloſſa:* quod comparatur nubes cum exaltatione Hieroſolymæ,) quod nubes illa tribus paraſangis ſit exaltata. Dixit R. *Chanina* filius Paphæ: Volebat Deus Opt. Max. dare Hieſolymam in menſuram, (*Gloſſa:* facere eam parvam:) quia dicitur Zach. II, v. 6. *Et dixi, quorſum abis? Et dixit ad me, ut metiar Hieroſolymam: ut videam, quanta ſit latitudo ejus, & quanta ſit longitudo ejus.* Dicebant Angeli miniſterii coram Deo Opt. Max, Domine mundi, multas nubes creaſti in mundo, quas inhabitant nationes mundi, & non dediſti menſuram longitudinis earum, nec menſuram latitudinis earum. In Hieroſolyma, intra quam tamen eſt nomen tuum, & Sanctuarium tuum, & juſti; tu dares menſuram? (Parvam eam faceres?). Quo dicto ſtatim accidebat, quod legitur v. 8. *Et dixi ad eum: loquere ad puerum iſtum, dicendo: per pagos habitabitur Hieroſolyma, præ multitudine hominis & beſtiæ intra eam.* (*Gloſſa:* Sicut pagis aliquibus nulla eſt menſura, in ſtructura habitationis eorum: Sed quantum usque volunt, ædificant: ita etiam Hieroſolyma erit.) Dixit *Reſch Lakiſch:* aucturus eſt aliquando Deus Opt. Max. Hieroſolymam mille hortis טפף æqualibus, mille קפל columnis turrium, mille וליצוי בירגיות (*Gloſſa:* legit ליצוי, & exponit eſſe vocem Gematriæ, vel rationis numeri) ſtructuris *Vlizurim* dictis magnorum palatinorum, & mille & duobus שילה (*Gloſſa:* duæ & mille vices

ces in Gematria, seu ratione numeri, est שילדין) *Schila* palatinorum parvorum, & singula sunt, ut urbs Zipporiæ in tranquillitate (seu pace) sua. Traditio: dixit R. *Jose:* ego vidi Zipporiam in tranquillitate sua, & erant in ea centum octoginta millia fororum, ubi vendebant condimenta ollæ. Ezech. XLI, v. 6.] *Et substructiones, substructio ad substructionem 3. & 30. vicibus. Quid est 33. vicibus?* Dixit R. *Levi*, dixisse R. Paphe, nomine R. Josuæ, Sichnæi: Significari eo, quod, si tres Hierosolymæ sunt, in unaquaque sint 30. habitationes superne: Si autem 30. Hierosolyma; in unaquaque sint 30. habitationes superne.

## EPHESIORUM CAP. V.

*vers. 4.)* Μωρολογία. de נִבְלוּת פֶּה turpiloquio, vid. *Schabbath fol. 33. 1.*

*vers. 28.) Debent diligere uxores suas, ut corpus suum.*

*Sanhedrin f. 76. 1.* Opponit R. *Jacob* frater R. Achæ filii Jacobi: Hoc, Lev. XIX, 29. *Ne profanes filiam tuam, ut facias eam Scortari:* quorsum tendit? Scilicet, requiritur, vel refertur, ad id, de quo est Traditio: *Ne profanes filiam tuam, ut facias eam Scortari.* Ne quis putet, forte de Sacerdote elocante filiam suam Levitæ, aut Israëlitæ, Scripturam loqui: ideo notanter dicendum erat, v. 29: *Ut facias eam Scortari.* De profanatione, quæ est per Scortationem, Scriptura loquitur: de eo, qui tradit alicui filiam suam, ad congressus Scortationis, non eos, qui fiunt nomine matrimonii. Si sic; dixisset textus תָּחֵל *profanes.* Quare ergo dixit, Ibid: Ne תְּחַלֵּל (*Glossa:* quod duos actus profanandi significat,) quasi diceret, *facias profanare se?* scilicet, percipio inde duo. Abaio autem & *Rabæ*, hoc, *Ne profanes filiam tuam, ut facias eam Scortari;* quid facit eis? Respondit R. *Meni:* per hoc intelligi eum, qui elocat filiam suum Seni. (*Glossa:* quæ, quia non libenter ei nubit, deinde ejus causa scortatur.) *Ne profanes filiam tuam, ut facias eam Scortari* R. *Elieser* dicit; per hoc intelligi eum, qui elocat filiam suam Seni. R. *Akiba* dicit: per hoc intelligi eum, qui domi detinet (nec nubere sinit in tempore) filiam suam puberem. (*Glossa:* Quia hac ratione ea concupiscit coitus scortatorios, qui non sunt nomine matrimonii.) Dixit R. *Cabana* nomine R. Akibæ: Nemo est tibi pauper in Israële, nisi impius callidus, & qui domi detinet filiam suam puberem (sive nubilem,) nec eam sinit nubere. Ergone qui detinet domi filiam suam nubilem, non sit impius callidus? Dixit *Abai:* sic dicere voluit; Quis est ille pauper callidus? Scilicet is, qui domi detinet filiam suam nubilem: (nempe, laboris sibi præstandi causa, ex avaritia.) Item dixit R. *Cabana*, nomine R. Akibæ: Cave tibi ab eo, qui tibi consilium dat, secundum viam suam (h. e. ut sibi sit usui, & ex suo usu, *Glossa.*) Dixit R. Judas, dixisse Rabum:

Qui elocat filiam suam Seni; & qui uxorem (grandævam) dat filio suo parvulo, de eo dicit Scriptura Deut. XXIX, 19. *Ideo ut conjungat ebriam cum sitiente.* v. 20. *Non volet Dominus condonare ei.* (*Glossa:* Saturam in re, cum sitiente rem: Senem cum adolescentula: eodemque modo se habet grandæva mulier ad marem natu minorem.) Qui diligit uxorem suam, ut corpus suum, & qui honorat eam pulchris ornamentis, plus quam corpus suum, & qui curat, ut filii sui & filiæ suæ ambulent in via recta, & qui promovet eos, easque ad matrimonium, dum adhuc sunt prope florem ætatis; (*Glossa:* dum adhuc sunt parvuli;) de eo Scriptura dicit Hiob. V, v. 24. *Et scies, quod pax tentorio tuo, & visitabis habitaculum tuum, & non peccabis.* Respondeo: prope florem ætatis eorum, diversum facit. (Hoc est, posterius effatum, priori non est contrarium: quia vult, ut ad matrimonium promoveantur tum, cum nec nimis sunt parvæ, nec nimis adultæ ætatis.)

## EPHES. CAP. VI.

*vers. 4.) Educate liberos in disciplina & correptione Domini.*

*Kidduschin f. 29. 1.* Tradiderunt *Rabbini:* Pater tenetur filio suo, ut eum curet circumcidi, & ut (si sit primogenitus) redimat eum (quinque Siclis,) &, ut eum doceat Legem, & det ei uxorem, & curet eum doceri artem. Aliqui autem dicunt; doceat eum natare in aqua (*Glossa:* ne, si forte navi proficiscatur, ea faciente naufragium, aqua pereat, si nesciat natare.) R. *Judas* dicit: quicunque non docet filium suum artem aliquam, docet eum latrocinium. Putasne eum latrocinium sensisse? Non ea est mens ejus: Sed quod perinde faciat, ac si doceret eum latrocinium. Postea *f. 29, 21.* notatur ad hæc verba: Unde probatur, quod pater teneatur filium suum docere Legem? Quia dicitur Deut. XI, 19. *Et docebitis ea filios vestros.* Ubi autem pater alicujus non docuerit eum, tum ipse tenetur docere se, quia scribitur, *Et docebitis.* Ipsa autem (mater,) quod non teneatur docere filium suum, unde nobis probatur? Quia scribitur (in masculino) *Et docebitis: Ibid:* Item: Deut. V, 1. *Et discetis.* Quicunque jubetur discere, jubetur docere: Quicunque autem non jubetur discere, non jubetur docere. De illa autem, quod non teneatur docere seipsam, unde nobis probatur? Deut. XI, 19. *Et docebitis.* Cap. V, 1. *Et discetis.* (In mascul:) Quemcunque jubentur alii docere, is jubetur docere seipsum: Quemcunque autem non jubentur docere, is non jubetur docere seipsum. Unde autem nobis probatur, quod alii non jubeantur docere eam? Quia dixit textus, *Et docebitis ea filios vestros:* non autem; *filias vestras.* Tradiderunt *Rabbini:*

Si

Si pater discere, filius autem docere deberet; pater haberet priores partes filio suo. R. *Judas* dicit: Si filius ejus sit promtus, seu solers, (*Glossa:* & pater ejus videat filium suum citius & felicius se profecturum esse in studio, neque suppeterent ei sufficientes opes, si ambo ipsi discerent; tum discat filius ejus, pater autem ejus laboret circa victum acquirendum, ut sufficere possit, filio suo,) & sale (acris ingenii) conditus, doctrinaque ejus, quam discit, sit durabilis, & constans in manu ejus; tum filius priores partes habet patre suo. &c. *Paulo post:* Tradiderunt *Rabbini:* Pater tenetur curare ut filius discat Legem, & ducat uxorem: Si autem ipsi sit impossibile esse absque uxore, ducat uxorem, & postea discat Legem. R. *Johannes* dixit: Et si quis lapidem molarem suspensum habeat in collo suo, tamen operam det Legi discendæ: (h.e. si quis in tenui re constitutus uxorem duxerit, neque mediis commodis ad vitam sustentandam instructus fuerit, adeo, ut uxor ei non minori sit oneri, quam si molarem lapidem de collo suspensum haberet, tamen operam det Legi.) Et non dissentiunt inter se hi duo. Alterum enim intelligendum est de nobis, (*Glossa:* Babyloniis Judæis, qui ibant & discebant Mischnas Tannæorum in terra Israëlis, & ea de causa, quod discerent extra locum suum, ideo cura sustentandæ familiæ, non injiciebatur eis.) Alterum, de illis, (in terra Israëlis habitantibus, qui discebant Legem in loco suo: talis si ducat uxorem, curæ sustentandæ familiæ ei debent esse impositæ, quæ faciant cessare eum.) &c. *Paulo post:* Prov. XXII, 6. *Initiato puerum super ore viæ ejus.* R. *Judas* & R. *Nehemias* diversimode sentiunt de hoc loco. Alter dixit, ab anno decimo sexto, usque ad annum vigesimum secundum. Alter autem dixit, ab anno decimo octavo, usque ad annum vigesimum quartum. Quamdiu tenetur quis filium suum docere Legem? Dixit R. Judas, dixisse *Rabum:* Tamdiu, ut Zebulonem filium Dan, (*Glossa:* discipulus aliquis erat, qui vivebat tempore eorum,) quem docuit avus suus textum Biblicum, & Mischnam, & Gemaram, & Aggadoth. Regero ego: tenetur quidem docere eum textum Biblicum, non autem tenetur docere eum Mischnam, (*Glossa:* Non incumbit ei debitum filii sui, nisi in textu Biblico: hinc, & deinceps ipse doceat seipsum.) Et dixit *Raba*: per textum Biblicum intelligi Legem (non autem Prophetas & Hagiographa.) Ut Zebulonem filium Dan. Et non ut Zebulonem filium Dan. Ut Zebulonem filium Dan, quem docuit avus paternus. Et non ut Zebulonem filium Dan: quia sit ibi; tum sunt textus Biblicus, Mischna & Gemara, Halachæ & Aggadæ. Si autem hic; tum est textus Biblicus duntaxat. Avus autem quomodo tenetur? Atqui Traditio est: Deut. XI, 19. *Et docebitis ea filios vestros:* Non autem nepotes vestros. Et quid ego confirmo, Deut. IV, 9. *Et nota facies ea filiis tuis, & filiis filiorum tuorum, seu nepotibus tuis.* q. d.

Quod omni, qui docet filium suum, perinde imputet Scriptura, ac si doceret eum, & filium ejus, & filium ejus, & filium filii ejus, usque ad finem omnium generationum. Ipsum, quod dixit, simile est isti Doctori Talmudico. Quia *Traditio* est: *Et docebitis ea filios vestros:* per hoc non intelligerem, nisi filios vestros. De filiis filiorum (seu nepotibus) vestrorum unde probatur? Quia notanter dicendum erat Deut. IV, 9. *Et nota facies ea filiis tuis, & filiis filiorum tuorum.* Si sic; quorsum ergo notanter dicendum erat, Deut. XI, v. 9. *Filios vestros?* Scilicet, ut significaretur, docendum esse filios vestros, non autem filias vestras. Dixit R. *Josua* filius Levi: Quicunque docet filium filii sui Legem, ei perinde hoc imputat Scriptura, atque si accepisset eum e monte Horeb: quia dicitur Deut. IV, 9. *Et nota facies ea filiis tuis, & filiis filiorum tuorum.* Et scribitur statim postea, v. 10. *Die, quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb.* R. *Chaia* filius Abbæ invenit R. Josuam filium Levi, quod injecerit capiti ejus Sindonem (*Glossa:* quia non conveniebat obvelationi capitis, nisi tegumentum vulgare; imponebat capiti ejus, ne iret aperto suo capite, & non sufficiebat, ut obvelaret eum Sudario ipsius) & curabat ut accederet puer in Synagogam. Cui dicebatur: Quid tantopere? (*Glossa:* quia festinaverat exire absque obvelatione convenienti ei?) Respondebat ei: Num parvum est id, quod scribitur Deut. IV, 9. *Et nota facies ea filiis tuis. Et statim conjungitur cum eo,* v. 10. *Die, quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb.* Hinc, & deinceps R. Chaia filius Abbæ non gustabat mane partem carnis parum assatæ, usquedum curabat legere puerum lectionem textus Hebraici, quem pridie docuerat, superaddita nova lectione. Rabbah bar bar Channæ, mane non gustabat partem carnis, parum assatæ, donec adduceret puerum in Scholam. Dixit R. *Saphra*, nomine R Josuæ filii Chananiæ: Quid est, quod scribitur, Deut. VI, 7. וְשִׁנַּנְתָּם *Et exacues ea filiis tuis?* Ne legas וְשִׁנַּנְתָּם Veschinnantham (quod significaret, *& exacues ea:*) Sed וְשִׁלַּשְׁתָּם *veschillaschtam* (quod significat,) *& in tria divides ea.* Scilicet perpetuo homo in tria dividat annos suos. Unum trientem tribuat legendo textu Biblico: alterum, Gemaræ: tertium Mischnæ. Quis novit, quanta sit vita? (ars longa, vita brevis.) Non opus habet diebus hebdomadis. (*Glossa:* q. d. bini dies deputentur textui Biblico; bini, Mischnæ; & bini Gemaræ: & sic singulis hebdomadibus.) Idcirco vocati sunt prisci illi סופרים *numerantes* 1. Chron. II, 55. quia numerabant omnes literas, quæ sunt in Lege. Nam dicebant Vav majusculum in voce גָּחוֹן Lev. XI, 42. esse mediam literam omnium literarum libri Legis: Voces דָּרֹשׁ דָּרַשׁ *quærendo quæsivit*, Lev. X. esse medias ejus voces. Versiculum 13. Lev. XIII. וְהִתְגַּלָּח *& abradet se:* esse medium omnium

omnium versuum Legis. Literam ע in voce מִיָּעַר *de sylva*, Psal. LXXX, v. 14. esse mediam literam in Psalmis. Versum 38. Psal. LXXVIII. *Et ipse misericors propitiabitur*, &c. esse medium versum in Psalmis. Tradiderunt *Rabbini*: Deut. VI, 7. *Et exacues ea*: Scilicet, ut sint verba Legis acuta, & cuspidem habentia in ore tuo: ita, ut si interrogaverit homo rem, non balbutias, dum dicis ei: sed dicas ei statim: quia dicitur Prov. VII, 4. *Dic sapientiæ, soror mea es*, &c. Et dicitur cap. VII, 9. *Alliga ea digitis tuis, inscribe ea tabulæ cordis tui*. Et dicitur Psal. CXXVII, 4. *Sicut Sagittæ in manu potentis: Ita filii juventutis*. (*Glossa*: Quia ut Sagittis aliquis pugnat cum hostibus suis: ita filii juventutis, h.e. discipuli alicujus, &c.) Et dicitur, Psal. CXX, 6. *Sagittæ potentis acutæ*. Et dicitur Psal. XLV, 6. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent*. Et dicitur Psal. CXXVII, 5. *Beatus vir, qui implevit pharetram suam illis, non pudefient, quum loqueretur cum inimicis in porta*. Quid est, *cum inimicis in porta?* Respondit R. *Chaia* filius Abbæ: Si vel etiam pater & filius ejus; Magister & discipulus ejus, qui student in Lege, in porta una (h. e. folio libri uno,) fiant inimici, (*Glossa*: quia alteri alter opponunt, & hic non recipit verba alterius, tamen non discedunt inde, donec fiant iterum amici alter cum altero: quia dicitur Num. XXI, 14. Et Hebr. בְּסוּפָה *besupha*. Ne legas בְּסוּפָה *besupha*: quod significaret, *in Supha*: Sed בְּסוֹפוֹ *besupho*, quod significat, *in fine ejus*. (*Glossa*: Ita exposuit argute illud *Ibid*: *fol. 30. 2. librum bellorum*, scilicet, bellum, quod fit opera libri Legis; amor est in fine ejus. h. e. bellum illud tandem desinit in amicitiam, quod geritur inter duos, propter res libri Biblici.) Tradiderunt Rabbini Deut. XI, 8. וְשַׂמְתֶּם *& ponetis*. &c. vid. supr. ad 2. Cor. II, 16.

Verba: *Ne ad iram concitate* notant motam æmulationem inter filios, interdictam in *Schabbath f. 10. 2.*

## PHILIPPENSIUM CAP. II.

*verf. 9.*) *Donavit ei nomen super nomen*.

*Sanhedrin f. 38. 2.* Traditur, *Melahon* Angelus idem habere cum Deo nomen.

## PHILIPPENSIUM CAP. IV.

*verf. 4.*) *Gaudete in Domino semper*.

Hebræorum dicterium est: *Divina præsentia non quiescit super homines tristes & melancholicos, sed super lætos & alacres*. Unde in *Avoth c. 30.* dicitur;

dicitur; Spiritum Sanctum, qui ob mœstitiam se subduxerat a Jacobo, iterum venisse, & mansisse super eo, Gen. XLV, 26. *cum renuntiabant ei, Josephum adbuc vivere*, eaque de causa dici, v. 27. *Et revixit Spiritus*, &c.

## COLOSSENSIVM CAP. II.

*vers. 22.*) *Quæ sunt omnia ad corruptionem usu.* &c.

*Baba Kama f. 91. 2.* Dixit R. *Eliezer Hakkaphar* filius Ribbi: Quorsum notanter dicendum erat Num. VI, 11. *Et expiabit super eo, a quo peccavit*, &c.? Et quid? In quamnam animam iste peccavit? (Non hic est sensus:) Sed ideo hoc dicitur, quia seipsum afflixit abstinentia vini. Et si iste, qui non afflixit seipsum nisi abstinentia vini duntaxat, peccator vocatur: quanto magis is, qui affligit seipsum abstinentia omnis rei? Tom. I. p. 386.

## COLOSSENSIVM CAP. III.

*vers. 19.*) *Viri ne sitis amari adversus uxores.*

Quæ *Drusius* in Præterit. *p. 298.* ex libro Musar citat, malo ex ipso fonte haurire; nempe *Baba Mezia f. 59. 1.* Dixit R. *Chanina* filius R. Aidi: Quid est, quod scribitur Lev. XXV, 17. *Non defraudabitis vir* עמיתו *proximum suum*: Hoc est עם *populum*, שאתך *qui tecum est*, in Lege, & in præceptis, ne defraudes eum. Dixit *Rabus*: Semper homo caveat sibi, a defraudatione uxoris suæ: (h. e. ne eam defraudet, vel ei injurius sit. (*Glossa*: A defraudatione, quæ fit verbis, ne contumelia & dolore afficiat eam:) quia ideo quod lacryma ejus invenitur (præsto est;) is sibi accelerat pœnam inferendam ob defraudationem, qua ipsam affecerat. *Buxtorffius Lex. Talm. col. 125.* plane in alium sensum detorquet hoc dictum; hoc modo: *Semper sit homo cautus de fraude uxoris. Quando enim lacrymæ ejus prodeunt, tunc fraus ejus proxima est.* Quasi de fraude uxoris activa, quam marito infert; non passiva, quæ ei a marito infertur, ageretur. Dixit R. *Eleasar*: Ex quo die desolata est domus Sanctuarii, obseratæ sunt portæ precationis: quia dicitur Thren. III, 8. *Etiam cum clamabo & vociferabor, obstruxit precationem meam.* Quamvis autem portæ precationis obseratæ sint, tamen portæ lacrymarum non sunt obseratæ: quia dicitur Psal. XXXIX, 12. *Audi precationem meam, Domine, & clamorem meum auribus percipe, & ad lacrymas meas ne sile.* Idem repetitur in *Berachoth f. 322.* & dixit *Rabus*: Quicunque ambulat in consilio uxoris suæ, (qui consilio ejus paret,) cadit in Gehennam: quia dicitur 1. Reg. XXI, 25. *Sed non fuit, ut Achab*, &c. *quem pellexit*

*lexit Isabel uxor ejus.* Cui dixit R. *Papha:* Atqui dicere solent vulgari adagio; *si uxor tua sit brevis staturæ, incurva te, & mussita cum ea.* (h. e. clam & submisse ejus consilio in rebus domesticis utere, habita cum illa secreto colloquio. Vel, ut *Buxtorffius* Lex. Talm. *col. 406.* exponit: Hoc Proverbio monuerunt maritum, ut infirmitati uxoris se accommodet, ejusque defectus patienter ferat. Idem docuit Apostolus 1. Petr. III, 7. Respondeo: hæc sibi invicem non sunt contraria. Alterum enim intelligendum est de rebus in mundo (seu communibus & vulgaribus;) alterum de rebus domus, seu privatis. *Expositio alia:* Alterum intelligendum est de rebus divinis: alterum de rebus mundanis.

*Pesachim f. 49. 2.* Traditio, R. *Meiri:* Quicunque collocat filiam suam in uxorem populo terræ (rudi, & plebejo viro,) perinde facit, ac si alligaret eam, & relinqueret apud leonem. Sicut leo dilacerat, & edit, absque pudore: ita etiam populus terræ verberat (suam uxorem;) & congreditur cum ea absque pudore. Traditio R. *Chaiæ:* Quicunque studet in Lege coram populo terræ, perinde facit, ac si iniret puellam desponsatam alicujus, in conspectu ejus, (*Glossa:* quia pudore & ignominia afficit ipsum: quia dicitur Deut. XXXIII, 4. *Legem præcepit Moses* מוֹרָשָׁה *hæreditatem.* Ne legas מוֹרָשָׁה *Morascha*, (quod significaret *hæreditatem:* Sed מְאוֹרָסָה *Meorasa*, quod significat *desponsatam.*) Majus est odium, quo populus terræ prosequitur. Studiosos Sapientiæ; quam odium, quo prosequuntur Idololatræ Israëlitas; uxores autem illorum, plus quam illos.

## 1. THESSALONICENSIUM CAP. II.

*verf. 16.*) *Probibentium nos gentibus loqui*, &c.

*Sanhedrin f. 59. 1.* Dixit R. *Johannes:* Si quis gentilis studeat in Lege, reus est mortis: quia dicitur Deut. XXXIII, 4. *Legem præcepit Moses nobis hæreditatem:* Scilicet, *nobis hæreditatem*, non autem illis. Illum autem reputandum esse juxta 7. præcepta Noachidis data.

*Chagiga f. 13. 1.* Dixit *Rabus:* Quare non docemus gentilem, Legem? Quia dicitur, Psal. CXLVII, 20. *Non fecit taliter ulli gentili.* &c.

## 1 THESSAL. CAP. IV.

*verf. 16.*) *Quia ipse Dominus veniet in celeusmate.* &c.

*Berachoth f. 15. 2; Sanhedrin f. 92. 1.* Dixit R. *Tabe*, dixisse R. *Joschiam:* Quid est quod scribitur Prov. XXX, 16. *Tria illa non saturabuntur.*

v. 17.

v. 17. *Infernus, & occlusio uteri.* &c. Et quid? Num aliquid negotii est inferno cum utero? Non est hoc horum verborum mens; sed quasi diceret tibi, quod? sicut uterus intromittit (semen,) & emittit (natam prolem;) ita etiam infernus intromittat (mortuum,) & emittat (redivivum.) Et annon res illæ constant argumento a minori ad majus. Nam si ex utero, in quem tamen intromittunt (semen) tacite; emittunt (prolem,) per voces vocum, (magnis & multis vocibus parturientis, & vagitu infantis:) quanto magis ex inferno, in quod intromittunt (defunctum) per voces vocum; (*Glossa:* vocibus fletus & planctus) emittent (redivivum) per voces vocum: (*Glossa:* Quia dicitur Esa. XXVII, 13. *Clangetur buccina magna.*) Hinc prostat argumentum, quo refutatur sententia eorum, qui negant, resurrectionem mortuorum ex Lege probari posse.

*vers. 17.) Simul rapiemur cum illis,* &c.

Vid. supr. ad Gal. IV, 25. & infr. ad Apoc. XX, 5.

## 2 THESSALON. CAP. III.

*vers. 10.) Si quis non vult operari, nec manducet.*

vid. Inf. ad 2. Tim. III, 16.

*Aboth cap. 11.* Schemaja dixit: Dilige opificium, seu laborem. &c. Quomodo? Docere voluit, quod homo debeat diligere laborem, & illum odio non prosequi. Sicut Lex data est in fœdere: ita etiam labor datus est in fœdere: quia dicitur Exod. XX, 9. *Sex dies operaberis, & facies omne opus tuum. Et dies septimus est quies Domino Deo tuo.* R. *Akiba* dicit: Interdum homo faciens laborem, reus fit mortis a Deo inferendæ. Quomodo? Si sedeat homo tota hebdomade, & nihil laboris faciat, & die Veneris nihil habeat, quo vescatur, habeat autem pecuniam consecratam intra domum suam, & accipiat de illa, quo cibum sibi comparet, tum hac ratione reus fit mortis a Deo inferendæ. Sed si laborasset, & perrexisset, in ædificatione domus Sanctuarii, si vel etiam data fuisset ei pecunia consecrata pro mercede laboris impensi ab eo, eamque accepisset, & ex ea sibi comparasset cibos, & edisset; tamen liber fuisset a supplicio mortis. R. *Dothai* dicit: Unde probatur, quod, si quis non faciat laborem totos 6. dies hebdomadis, facturus sit eum totos 7. dies. Cujus rei exemplum perhibetur in aliquo, qui sedebat omnes dies hebdomadis otiosus, nec faciebat laborem. Die Veneris autem, cum nihil haberet, quo vesceretur, abibat, & incidebat in manus peregrinorum, qui captum tenebant collari, ubi cogebatur etiam laborem facere

facere in Sabbatho. Quod omne ei eveniebat, quia nil fecerat totis sex diebus. R. Simeon filius Eleasaris dicit: ne quidem hominem primum (in Paradiso,) quicquam gustaturum fuisse, non præstito aliquo opere: quia dicitur Gen. II, 15. *Et posuit eum in hortum.* Et postea v. 16. *Ab omni arbore horti edes.* Imo R. *Tarphon* dixit: Deus Opt. Max. non sinit suam Divinitatem manere super Israëlitis, donec fecerint opus: quia dicitur Exod. XXV, v. 8. *Et facient mihi Sanctuarium.* R. *Juda* filius Bathiræ dicit: Is, qui non habet opificium, in quo occupetur, habet autem magnam villam, & magnum agrum; abeat, & occupetur in illis: quia dicitur Exod. XX, 9. *Sex dies operaberis, & facies opus tuum.* Quare autem notanter dicendum erat; *Et facies opus tuum?* Scilicet, ut includat eum, qui habet villas, aut agros, ut eat, & occupetur in illis. Dixit *R. Jose:* Homo non moritur, nisi propter otium: quia dicitur Gen. XXV, 8. *Et exspiravit, & collectus est ad populos suos.* Iste, qui incurvatus cecidit super artificem suum & mortuus est; ecce hic non est mortuus, nisi propter otium. Nam sic audimus de viris & fœminis: quia dicitur Exod. XXXVI, 6. *Vir aut mulier, ne faciant opus ullum in oblationem Sanctuarii.* De accessoriis unde probatur? Quia dicitur, Ibid: *Et fuit populus cohibitus ab adducendo.* Dixit R. *Nathan:* ea hora, qua occupatus fuit Moses in opere tabernaculi, noluit consilium capi a principibus Israëlis: principes autem Israëlis sedebant & tacebant: & (postea) dicebant; nunc opera nostra indiget Moses. Audientibus autem eis, proclamari per castra, quod dicitur v. 7. *Et opus fuit sufficiens,* dicebant: Væ nobis, quod nulla nobis fuerit societas in opere tabernaculi. Quare surgentes addebant rem magnam a seipsis: quia dicitur Exod. XXXV, 25. *Principes vero attulerunt lapides Sardonychas.*

## 1 TIMOTHEVM CAP. I.

*vers. 9.) Justo Lex non est posita.*

In Tr. *Nedarim f. 22. 2.* Dixit R. *Ada* filius R. Chaninæ: Nisi peccassent Israëlitæ, non datum fuisset illis aliud præter Pentateuchum & librum Josuæ: quia ordo terræ est: neque tot legum præceptis onerati fuissent. Quæ ratio? Eccl. I, 18. *Quia in multitudine sapientiæ est multitudo iræ.*

## 1 TIMOTHEVM CAP. II.

*vers. 2.) Orationes pro regibus, &c.*

*Aboda Sara f. 4. 1.* Hab. I, 14. *Et fecisti hominem, ut pisces maris. &c.* Sicut cum piscipus, qui sunt in mari, comparatum est, ut quilibet major altero,

 tero,

tero, deglutiat alterum: ita etiam cum filiis hominis comparatum est, ut, nisi metus esset regiæ potestatis, quilibet major altero, deglutiret alterum. Atque hoc ipsum est, quod tradidimus: R. *Chanina* Secundarius princeps Sacerdotum dicit; precare pro salute regiæ potestatis: Nam nisi metus esset regiæ potestatis; alter alterum deglutiret.

*vers.11.) Mulierem nec discere, nec docere debere Legem.*

Vid. supr. ad *Eph. VI, 4.*

*vers.12.) Neque autoritatem usurpare in virum.*

Vid. supr. ad *1. Cor. VII, 2.* & *Col. III, 19.*

## 1 TIMOTHEUM CAP. IV.

*vers. 4.) Quæ Deus creavit ad usum cum gratiarum actione.*

Vid. supr. ad 1. Cor. XIV, 16.

*Berachoth f. 35. 2. Sanhedrin f. 102. 1.* Dixit R. *Chinna* filius Paphæ: Quicunque commodum, seu voluptatem percipit in hoc mundo, absque benedictione, (nullis Deo actis gratiis,) perinde facit, ac si deprædaretur Deum & Ecclesiam Israëliticam: quia dicitur Prov. XXVIII, 24. *Deprædans patrem suum & matrem suam, & dicens, non esse prævaricationem, Socius est viro corrumpenti.* Et per *Patrem* nemo intelligitur, nisi Deus Opt. Max. Quia dicitur Deut. XXXII, 6. *Annon est pater tuus, qui acquisivit te? Per matrem suam* autem nemo intelligitur, nisi Ecclesia Israëlitica: quia scribitur Prov. I, v. 8. *Audi, fili mi disciplinam patris tui, & ne deseras Legem matris tuæ.* Quid est; *Socius est viro corrumpenti?* Respondit R. *Chanina* filius Paphæ: Socium eum esse Jeroboami filii Nebat, qui corrupit Israëlitas Patri ipsorum Cœlesti, 2. Reg. XVII, 21.

*vers. 8.) Pietas promissionem habet hujus & futuræ vitæ.*

*Schabbath f. 127. 1.* Sex res sunt, quarum fructus homo comedit in Seculo s. mundo hoc, & Sors capitalis stabilis manet ipsi in futuro Seculo: ut sunt,

(1) *susceptio peregrinantium,*
(2) *visitatio ægrotorum,*
(3) *attentio in precibus,*
(4) *matutina frequentatio Scholæ.*

(5) Edu-

(5) *Educatio liberorum ad studium Legis Divinæ*, &
(6) *judicans proximum suum æquo animo.*

Et in *Kiddușchin f. 40. 1.* hoc ad 4. restringitur, ut sunt

(1) *Honoratio parentum*, Deut. XXV, 16.
(2) *Beneficentia*, Prov. XXI, 21.
(3) *Conciliatio pacis inter discordes*, Psal. XXXIV, 15. Et
(4) *Studium Legis æquipollens omnibus*, Deut. XXXII, 47.

*Menachoth f. 44. 1.* Dixit R. *Nathan:* Nullum invenias præceptum, vel omnium Legis præceptorum etiam levissimum in Lege, in quo non sit donum mercedis accipiendæ, si id servetur, & in hoc, & in futuro Seculo. &c. ubi exemplum refertur alicujus, qui observantia præcepti Zizith meritus est matrimonium ditissimæ alicujus meretricis conversæ. Subjungiturque: Atque hoc est donum mercedis ejus in Seculo hoc. Quanta autem sit ejus merces futura in Seculo futuro, superat meam scientiam.

## 1 TIMOTHEVM CAP. V.

*vers. 6.) Voluptuosa Viva mortua est.*

*Berachoth f. 18. 2.* Dicebat aliquis: Mortuos nil scire eorum, quæ ipsis fiunt: alio negante. Quia autem obstare videbatur locus Eccl. IX, 5. *Et mortui nihil quicquam sciunt:* Respondebat: Per hos intelligi impios, qui in vita sua vocantur mortui. Quia dicitur Ezech. XXI, 30. *Et tu confosse impietate, princeps Israël.* Aut, si malis, dicam; hinc probari; quod impii, dum vivunt, mortui vocentur: nempe, ex Deut. XVII, 6. *Super ore duorum testium, aut super ore trium testium, interficitor mortuus.*

*vers. 13.) Circumeuntes domos* &c.

Talem viduam Hebræi vocant in Talmud. *Sota f. 22. 2.* שובבירת frequenter vicinas visitantem, seu circumvagam.

*vers. 23.) Ne amplius aquam bibe, sed modico vino utere.*

*Nazir f. 22. 1.* Qui excruciat seipsum propter vinum, peccator vocatur; Quia scribitur Num. VI, 11. *eo quod peccavit in animam suam.* Hoc est, si voverit abstinentiam a vino, & propterea in morbum inciderit; vocatur talis peccator.

*Berachoth f. 35. 2.* Dixit *Mar Zuba:* Ratio, quare singularis aliqua benedictionis formula super vinum recitetur, est, quia vinum alit: &c. Vel: quia

quia vinum confortat. Vinum autem num confortet? Atqui *Raba* bibebat vinum omnibus diebus parasceves Paschatis, eum in finem, ut attraheret cor ejus (vel: appetitum stimularet) edendi plurimos azymos panes. Respondeo; Vinum plurimum stimulare, parum autem confortare. Et quid? Num ullo modo confortet? Atqui scribitur, Psal. CIV, 15. *Et vinum lætificat cor hominis, & panis cor hominis confortet:* Scilicet panis illud est, quod confortat; vinum non confortat. Sed, respondeo, ideo diversam rationem esse vini circa benedictionem: quia sunt in eo duo, nempe, confortat & lætificat. Panis confortando confortat; sed lætificando non lætificat.

## 1 TIMOTHEVM CAP. VI.

*vers. 14.) Servare præceptum immaculatum.*

*Kidduschin f. 39. 2.* Istæ sunt res, quarum usumfructum homo comedit in Seculo præsenti; Sorte capitali perdurante in Seculum futurum: ut sunt, reverentia parentibus exhibita, liberalitas, hospitalitas, reconciliatio amicorum: doctrina autem Legis par pondere est omnibus illis.

*vers. 16.) Deum nemo videre potest, & inhabitat lumen inaccessibile.*

*Cholin f. 59. 2.* Dixit Cæsar ad R. *Josuam* filium Chananiæ: vellem videre Deum vestrum. Cui ille respondebat: non posses videre eum: Tum ille; profecto, ait, percupio eum videre. Quare abiens R. Josua sistebat eum versus Solem in solstitio æstivo, dicens ei: Respice in eum. Dicente Cæsare; non possum: respondebat; Indiem (Solem clarum,) qui est unus ex ministris Dei Opt. Max. coram ipso existentibus, dixisti, non possum respicere, quanto ergo minus in ipsam Divinitatem intuereris?

*Megilla f. 19. 2.* Dxit R. *Chaia* filius Abbæ, verbis Johannis: nisi in spelunca, in qua stetit Moses & Elias (videntes Dominum) relictum fuisset saltem tantum spatium, quantum est foraminis acus sartoriæ, non potuissent consistere propter lumen: quia dicitur Exod. XXXIII, 20. *Quia non videbit me homo, & vivet.*

*vers. 19.)* Vid. supr. *ad Matth. VI, 19.*

## 2 TIMOTHEVM CAP. III.

*vers. 8.) Jannes & Jambres restiterunt Mosi.*

*Menachoth f. 85. 1.* Dixerunt יוחנא Jochana (Jannes,) & ממרא Mamre

Mamre (Mambres) ad Mosen: Stramen tu infers in עפרים Aphrajim? Quibus ille respondebat: Vulgari adagio dicere solent homines: In urbem olerum, olera inferto. (*Glossa:* Jochana & Mamre; princeps magorum Ægypti, sic dicebant ad Mosen Magistrum nostrum; quum incipiebat facere Signa coram Pharaone. Quia putabant, quod ea faceret opera artis magicæ. Locus Aphrajim dictus abundabat stramine: in talem locum tu deportas stramen, qui feracissimus est frumenti, ut illud vendas? Sic Ægyptus, quæ erat plena artibus Magicis, est: tune venis eo, ut ibi exerceas artes Magicas? Quibus ille respondebat; In urbem, in qua crescit olus multum, affer olus tuum, quod vendas: ideo, quia congregantur ibi omnes, qui emunt ea. Ipsi dicebant ei verba scoptica: ipse autem respondebat eis ex re seu materia proposita.)

*vers.16.) Omnis Scriptura a Deo inspirata.*

*Sanhedrin f.90.1.* In *Mischna:* Expers Seculi futuri est, qui negat Legem esse e Cœlo. Ad quæ verba postea in *Gemara f.99.1.* notatur: Tradiderunt *Rabbini,* Num. XV, 31. *Quia verbum Domini sprevit, & præcepta ejus irrita fecit, exscindendo exscindetur.* Hoc de illo intelligitur, qui negat Legem esse e Cœlo. *Alia expositio: Quia verbum ejus sprevit:* per hoc intelligitur, qui revelat faciem in Lege. (h. e. qui proterve, & impudenter agit, & insurgit contra eam.) Per, *& præcepta ejus irrita fecit,* intelligitur, qui irritum facit fœdus carnis. (h. e. circumcisionem.) Per, *exscindendo,* intelligitur in Seculo præsenti: per, *exscindetur,* intelligitur, in Seculo futuro. Hinc dixit R. *Eleasar* Modaæus: Qui Sacra profanat, qui spernit festivitates (*Glossa:* profanos dies festi, h. e. inter diem primum & ultimum interjacentes,) qui irritum facit fœdus Abrahami, patris nostri, (h. e. circumcisionem,) qui revelat faciem in Lege, qui pudore suffundit socium suum publice; etiamsi penes se habeat Legem & bona opera, tamen expers est Seculi futuri. *Traditio* alia: Per, *Quia verbum Domini sprevit,* intelligitur, qui negat Legem esse e Cœlo: Et quamvis totam Legem (reliquam) concedat, e Cœlo esse, excipiat autem unum duntaxat versiculum, quem contendit, eum non dixisse Deum Opt. Max. sed Mosen de suo addidisse, nihilominus verbis illis comprehenditur: *Quia verbum Domini sprevit.* Et quamvis concedat, totam Legem esse e Cœlo, excipiat autem subtilem discursum (h. e. διάνοιαν, seu quod per bonam consequentiam inde infertur,) item collationem, quæ fit a minori ad majus, item eam, quæ fit a paribus; tamen comprehenditur his verbis: *Quia verbum Domini sprevit.* Traditio: R. *Meir* dicebat; Qui discit Legem, sed non docet eam, is est, de quo dicitur; *Verbum Domini sprevit.* R. *Nathan* dicit: Per hunc significari omnem, qui

qui non curat Mischnam. R. *Nehorai* ait; Omnem, qui, cum posset studere in Lege, in ea tamen non studet. R. *Ismaël* ait: Eum, qui colit Idola. Quid est, quod illum hujus rei admoneat? Quia traditur a domo R. Ismaëlis: *quia verbum Domini sprevit.* Per hunc intelligitur is, qui spernit Decalogum, qui dictus est Mosi e Sinai. Exod. XX, 2. *Ego sum Dominus Deus tuus.*&c. R. *Josua* filius Korchæ dicit: Quicunque discit Legem, & non diligenter eam repetit, similis est homini, qui seminat quidem, sed nil metit. R. Josua dicit: Quicunque discit quidem Legem, sed eam iterum obliviscitur; similis est mulieri, quæ parit quidem, sed mox iterum sepelit, quem peperit: R. *Akiba* dicit: Psalle omni die; (*Glossa:* ordinato doctrinam tuam, quam discis, etiam si sit ordinata in ore tuo, ut psalmodia. Et hoc causam tibi præbebit, ut in Seculo futuro versaturus sis cum lætitia & canticis;) psalle, (h. e. ita psalles,) omni die. (*Glossa:* q. d. Qui studet in Musica & modulationibus jugi & continuo studio, tandem Musicus evadit: ita, qui repetit Legem, fit ei tandem ordinata in ore ejus.) Dixit R. *Isaac* filius Abdimi: Quo textu hoc probatur? Quia dicitur Prov. XVI, 26. *Anima laboriosi laborat ipsi:* (*Glossa:* Ideo, quia laboravit in Lege, Lex laborat ipsi:) quia אכף incurvavit super eo os suum. (*Glossa:* Ideo, quia ipse ponit verba ejus jugiter in ore suo כאוכף instar clitellarum, quæ sunt super asino.) Ipse (Studiosus Legis,) laboravit loco hujus: & Lex ejus laboravit ipsi, loco alterius. (*Glossa:* Quia obit eum, & petit ab eo, qui possidet se, h. e. Deo, ut tradat ei rationes Legis, & ordines. Et quare usque adeo? Ideo, quia אכף, hoc est, כפה coëgit os suum ad verba Legis.) Dixit R. *Eleasar:* Homo ad laborem creatus est: quia dicitur Hiob. V, 7. *Homo ad laborem nascetur.* Nescio, utrum ad laborem oris creatus sit homo, an ad laborem opificii (qui fit manibus.) Quum autem dicitur Prov. XVI, 26. *Nam* אָכַף *curvavit se illi os suum;* dic, hinc intelligi, ad laborem oris creatum esse hominem. Sed nondum tamen certo scio, ad qualem laborem oris homo creatus sit, utrum ad laborem Legis (ore vel discendæ, vel docendæ,) an ad laborem confabulationis (ore perficiendæ.) Quum vero dicitur Jos. I, 8. *Non recedet liber Legis hujus ex ore tuo;* dic, hinc perspici ad Laborem Legis creatum esse hominem. Atque hoc ipsum est, quod dixit *Raba: Cum omnia corpora sint* דרופתקי *thecæ*, (*Glossa:* cum sint laboriosa & ærumnosa: beatus ille est, qui meretur, ut labor ejus & defatigatio sit in Lege. *Alia expositio:* דרדופתקי significat thecam longam, in quam reponuntur nummi: hoc sensu, omnia corpora sunt thecæ ad recipiendum & ad proferendum verba: beatus autem ille est, qui meretur, ut fiat theca Legis:) *beatum illud corpus est, quod meretur, ut sit theca Legis;* Prov. VI, 32. *Qui mæchatur cum muliere, caret corde. Resch Lakisch* hoc exposuit de eo, qui discit

discit Legem לפרקים secundum partes. h. e. interrupte, per intervalla. (*Glossa:* qui non discit jugiter & continuato studio: ut is, qui nullam habet uxorem, & modo hanc, modo illam init:) quia dicitur Proverbior. XXII, v. 18. *Quia suave est, quum servabis ea in ventre tuo: prompta & firma erunt in labiis tuis.* Tradiderunt *Rabbini:* Num. XV, 30. *Anima quæ faciet manu elata.* Per hunc intelligitur Rex Manasses filius Hiskiæ, qui sedebat, & studiose inquirebat in Haggadas, seu historias narrationi criminationis obnoxias. Scilicet, animo scoptico dicebant: Hui, num nihil aliud scribere poterat Moses, quam res istas non necessarias: ut, Gen. XXXVI, 31. *Soror Lothanis Thimna,* Item v. 12. *Thimna fuit concubina Eliphazi.* Item. Gen. XXX, v. 14. *Et ivit Ruben in diebus messis tritici & invenit Dudaim in agro.* Quare, (hac subsannatione impia ab eo dicta) egressa filia vocis, dicebat ad illum ex Psal. L, v. 20. *Sedes, de fratre tuo loqueris, de fratre matris tuæ edis obtrectationem: ista facis, & siles, & putas, me futurum omnino tibi similem? Arguam te, & proponam oculis tuis.* Et de eo exponitur per Cabbalam locus Esa. V, 18. *Hei, qui trahunt scelus funibus vanitatis, & instar restium plaustri, peccatum!* (*Glossa:* Gratis, & absque ullo emolumento, ex mera animi libidine & petulantia Manasses peccaverat.)

## HEBRÆORVM CAP. III.

*vers. 13.*) vid. supr. ad Matth. XXII, 3.

## HEBRÆORVM CAP. IV.

*vers. 3.*) vid. supr. ad Matth. XX, 6.

## HEBRÆORVM CAP. IX.

*vers. 5.*) *Cherubbim obumbrantia propitiatorium.*

*Sanhedrin f. 54. 1.* Dixit R. *Katina:* ea hora, qua Israelitæ ascendebant ad festum solenne, revoluto velo ostendebant eis Cherubhim, quod adhærerent alter alteri; & dicebant eis: Videte dilectionem vestram coram Deo, qualis est dilectio maris & fœminæ! Regerit R. *Chasda:* (Contrarium liquere ex) Num. IV, 20. *Et non venient ad videndum, quum absorbent Sanctum.* Respondit autem R. Juda, dixisse *Rabum:* Hoc intelligendum est de ea hora, qua introducta sunt vasa in thecam suam. Dixit R. *Nachman:* Simile hoc esse sponsæ, quæ toto tempore, quo ipsa est in domo patris sui, erubescit procum suum. Postquam autem venit in domum soceri sui, tunc non amplius erubescit, procum (maritum) suum, quin congrediatur cum eo.

vers.

*Hebr. IX. verf. 22.)* *Absque fanguinis effufione non fit remiffio.*

*Zebachim f. 6. 1.* Veni, audi; Lev. I, 4. *Et imponet manum, & acceptum erit ei.* Et quid? Num manuum impofitio expiat? Et annon, per nihil aliud expiatio fit, quam per fanguinem: quia dicitur Lev. XVII, 11. *Quia fanguis ipfe pro anima expiabit?* Idem repetitur in *Joma f. 5. 1.*

## HEBRÆORUM. CAP. XI.

*verf. 9.)* *Fide peregre habitavit Abraham.* &c.

*Sanhedrin f. 111. 1.* Traditio: Dixit R. *Eliefer* filius Jofes: Aliquando ingreffus Alexandriam Ægypti, inveniebam Senem aliquem, qui dicebat ad me: Veni, & oftendam tibi, quid fecerint patres mei, patribus tuis. Quosdam illorum mari fubmerferunt: quosdam gladio interfecerunt: quosdam conftructis anguftis ædificiis compreflerunt. (Sie haben fie lebendig eingemauret.) Atque ob hanc rem punitus eft Mofes Magifter nofter: (*Gloffa:* Cum enim videret, quod ita fieret Ifraëlitis, cœpit obmurmurare & anxie cogitare coram Deo: Exod. V, 23.) quia dicitur Exod. V, 23. *Et ex tunc veni ad Pharaonem, ad loquendum in nomine tuo, malefecit populo huic.* Dixit Deus Opt. Max. Væ, periiffe, & non amplius inveniri fimiles prifcis illis patribus: (*Gloffa:* Merito dolendum eft de magnis illis viris, qui perierunt, & quorum fimilem amplius invenire non poffum. Tu enim non es ut Abraham, Ifaac & Jacob, qui non curiofe & infideliter cogitantes fcrutati funt proprietates meas.) Ecce toties manifeftatus fum Abrahamo, Ifaaco & Jacobo in Deo Omnipotente & tamen non הרהרו curiofe & fcrupulofe fcrutati funt proprietatem meam, neque dixerunt ad me, (ut tu,) Exod. III, 13. *Quod nomen eft tibi?* (*Gloffa:* Nam dixi illi, Gen. XXXVIII, 11. *Ego Deus omnipotens, crefce,* &c. Et promifi ei, fore, ut tota ifta terra ipfius, & feminis ejus fit futura. Ubi autem non dixerunt: quod nomen eft tibi? ut tu fecifti ab initio? Et nunc curiofe fcrutatus es proprietates meas dicendo: Exod. V, 23. *liberando non liberafti.*) Et dixi ad Abrahamum Gen. XIII, 17. *Surge, ambula in terra, fecundum longitudinem & latitudinem ejus: quia tibi dabo eam.* Quærebat locum, ubi fepeliret Saram, & non inveniebat, donec emeret 400. Siclis argenti: attamen non curiofe fcrutabatur proprietates meas. Dixi ad Ifaacum, Gen. XXVI, 3. *Peregrinare in terra hac, & ero tecum, & benedicam tibi.* Quærebant Servi ejus aquam, quam biberent, & non inveniebant, donec jurgium faceret, quia dicitur Gen. XXVI, 20. *Et jurgati funt,* &c. Nec tamen curiofe fcrutatus eft proprietates meas. Dixi ad Jacobum Gen. XXVIII, 13. *Terram, in qua cubas, tibi dabo.* Quærebat locum, ubi figeret tentorium fuum, & non inveniebat, donec emeret 100. nummis, Gen. XXXIX, 19. Nec tamen curiofe fcrutatus eft proprietates meas. Et non dixerunt ad me: Quodnam eft nomen tuum? &c.

*verf.*

*verſ. 26.)* *Majores divitias arbitratus*, &c.

Simile exemplum legitur de Thimna filia Lotan, in *Sanhedrin fol. 99. 2.* Thimna filia regia erat: quia ſcribitur Gen. XXX, 39. אַלּוּף *Princeps Lotan;* Jam autem omnis vox אַלּוּף *allupb* ſignificat regnum, quod non habet coronam. (*Gloſſa:* Significat Principem magnum, ſed qui non eſt coronatus. Poſtquam autem Thimna erat ſoror regis, certum eſt, fuiſſe filiam regis.) Volebat ea proſelyta fieri; veniebat ergo ad Abrahamum, Iſaacum & Jacobum. Sed cum eam nollent admittere, abibat & fiebat pellex Eliphazi, filii Eſavi. Dicebat, (cogitabat apud ſe,) melius eſt, ut ſim ancilla populi iſtius (*Gloſſa:* filiorum Abrahami, Iſaaci & Jacobi, qui ſunt timentes Dei,) quam ut ſim domina populi alterius. Ex hac ortus eſt Amalek, qui dolore affecit Iſraëlitas. Quare? (Sera illa vindicta ſupervenit inde Iſraëlitis?) Quia (Patres eorum) non debuiſſent illam a ſe repellere, (*Gloſſa:* quo minus ſe ſubderet alis divinitatis. Nam debuiſſent eam facere proſelytam.)

## HEBRÆORVM CAP. XII

*verſ. 7.)* *Quis eſt filius, quem non corripit pater*, &c.

*Eracbin f. 16. 2.* Usque quo determinandus eſt terminus caſtigationum, quibus Deus ſolet ſuos caſtigare? Reſpondebat R. *Eleaſar:* Cuicunque texitur veſtis, quam induat, ſi non quadret ad corpus ejus, ut inde doleat; tum hoc jam pro caſtigatione aliqua habendum eſſe. Cui opponebat *Raba:* Si quæ veſtis minor eſſet juſto; tum rem ita ſe habere. Eſtque qui dicit; R. Samuel filius Nachmani: Si qua major eſſet juſto. Dixerunt: Si vel ſaltem intenti ſint ad miſcendum poculum vini, aqua calida, & miſcuerint ei frigida: ſi frigida, & miſcuerint ei calida; hoc pro caſtigatione habendum eſſe. Et tu dixiſti usque adeo? Imo vero, Mar Zuha filius Rabinæ dixit: Si ſaltem alicui invertatur induſium ſuum: (*Gloſſa:* Quia non induit illud ſecundum ordinem, & neceſſe habet invertere illud, & exuere illud;) hoc pro caſtigatione habendum eſſe. Raba, eſtque, qui dicit, R. Chasda, eſtque, qui dicit, R. Iſaac, ſuntque qui dicunt in Miſchna tradere Tannæum; Si ſaltem quis extendat manum ſuam in marſupium, aut accipiat tria, & aſcenderent duo tantum in manu ipſius, moleſtiam eſſe, repetere extenſionem manus, ad accipiendum tertium, hocque pro aliqua caſtigatione habendum eſſe. Scilicet præciſe tria, & aſcenderint duo in manu ejus. Sed ſi duo; & aſcenderint tria in manu ejus; non item. Quia non eſt moleſtia, projicere ea iterum in marſupium. Sed omnia iſta quorſum attinuit tradi, & tam tenui modo caſtigationem determinare? Quia Traditio eſt domus R. Iſmaëlis: Cuicunque præterierunt 40. dies ſine caſtigationibus, ille recepit Seculum ſuum. (*Gloſſa:* Omnem requiem ſuam,

 quam

quam in futura vita,pro mercede recepisset.) In Occidente (h. e. Terra Israël) dicunt: Pœnam tali præparari, si quem præterierint 40. dies, quibus nullam castigationem passus est. Traditio: R. *Eleasar* magnus dicit: Nisi venisset Deus Opt. Max. cum Abrahamo, Isaaco, Jacobo in judicium, non possent consistere propter redargutionem: (*Glossa:* Quia redarguebat eis opera eorum:) quia dicitur 1 Sam. XII, 7. *Nunc sistite vos, & disceptabo vobiscum coram Domino, ob omnes justitias Domini, quas fecit vobiscum & cum patribus vestris.*

*Chagiga f. 9. 2.* Dixit Elias ad filium Hihi, & dixit R. Eleasari: Quid est, quod scribitur Esa. XLVIII. 10. *Ecce conflavi te, & non argento, probavi te in catino afflictionis?* Scilicet, docere eo voluit, quod Deus Opt. Max. obitis omnibus suis proprietatibus bonis, quas Israelitis exhiberet, nullam meliorem invenire potuerit, afflictione. Dixit Samuel estque qui dicit, R. *Joseph:* Hoc ipsum est, quod vulgari adagio dici solet: *Pulchra est afflictio Judæo, ut lorum rubrum, equo albo.*

*Hebr. XII, vers. 29.) Deus noster est ignis consumens.*

*Aboth cap. 25.* Ea hora, qua per mortem ex hac vita migraturus erat Rabban Johannes filius Zachai, clara voce exclamabat, & flebat. Cui dicentibus discipulis ejus: Væh Magister, columna alta, lucerna mundi, mallee fortis; quare tu ita fles? Quibus ille respondebat: Quid? Num ego eo compariturus coram facie regis alicujus mortalis, qui, si succenseret mihi, iram tantum haberet hoc Seculo terminandam; & si juberet me vinciri, vincirer tantum in hoc Seculo; Si interfici, mors mea non esset nisi duntaxat in hoc Seculo: Adde, quod fieri posset, ut ego eum verbis placarem, vel data pecunia demererer. Jam autem ego hinc discedo, compariturus nonnisi apud faciem regis, sub quo sunt Reges regum, scilicet coram Deo illo Opt. Max. qui cum succensebit mihi, iram habet duraturam non tantum in hoc, sed & in futuro Seculo. Accedit, quod nequaquam eum vel verbis placare, vel pecunia data demereri queam. Adhæc duas mihi vias propositas habeo: Unam, ducentem ad hortum Eden (Paradisum:) alteram, ad Gehennam. Ego autem nescio, num me depressurus sit in Gehennam, an introducturus in hortum Eden, &c.

## HEBRÆORVM CAP. XIII.

*vers. 2.) Latuit eos, quod hospitio exceperunt Angelos.*

Vid. supr. ad Matth. XX, 26.

## JACOBI CAP I.

*verſ. 13.)* *Deus non eſt tentator ad mala.*

*Menachoth f. 99. 2.* Dixit Hiskias: Quid eſt, quod ſcribitur Hiob. XXXVI, v. 16. Etiam הֲסִיתְךָ *ſeduxit*, vel *pellexit te ab ore anguſtiæ, latitudo non arctatur ſub eo?* Veni, & vide; non eſſe morem Dei Opt. Max. qualis eſt mos mortalis alicujus hominis. (*Gloſſa:* Seductio mortalis hominis non eſt niſi ad malum, ut Deut. XIII, 6.) Scilicet mos mortalis hominis eſt, ut ſeducat ſocium ſuum a viis vitæ, ad vias mortis: Deus Opt. Max. autem ſeducit hominem, a viis mortis ad vias vitæ: quia dicitur, *Et etiam ſeduxit te ab ore anguſtiæ.* (*Gloſſa:* Deus ſeduxit te, ad diſcendum Legem, ut liberareris a Gehenna:) hoc eſt, a Gehenna, cujus os eſt anguſtum: eum in finem, ut fumus ejus coacervetur intra eam cumulatim. (*Gloſſa:* ne fumus poſſit prodire foras: ut impii judicentur non tantum igne, ſed & fumo.) Ne autem forte diceres, quod, ſicut os ejus anguſtum, ita etiam tota ſit anguſta: ideo notanter dicendum erat Eſa. XXX, 33. *Profundum fecit, dilatavit.* (*Gloſſa:* Ubi venit Gehenna ad profunditatem, ſtatim ea ſe dilatat.) Ne autem forte diceres: regi non præparatam eſſe: (*Gloſſa:* h. e. Diſcipulo, qui ſecedit a Lege, non præparatam eſſe Gehennam: nec eum illa judicandum eſſe: Diſcipulum, ſeu Studioſum Sapientiæ vocavit regem, quia ſcribitur Prov. VIII. *per me reges regnant.*) ideo notanter dicendum erat, Eſa. XXX, 33. *Regi præparata eſt.* Ne autem forte diceres: non eſſe in ea ligna; ideo notanter dicendum erat, Ibid: *Rogus ejus ignis & ligna.* Ne autem forte diceres, hanc eſſe mercedem Legis ſervatæ, quod liberet a Gehenna, prætereaque nullam: ideo notanter dicendum erat Hiob. XXXVI, v. 16. *Et quis menſæ tuæ plena eſt pinguedine.*

*verſ. 19.)* *Tardus ad loquendum.*

*Aboth Cap. 1.* Filius Ezai dixit: Eſto cautus in verbis tuis, ne quicquam temere & otioſe loquaris. Item: facite Sepem Legi; & fac Sepem verbis tuis, ſicut (1) Deus Opt. Max. (2) Adam, (3) Lex, (4) Moſes, (5) Hiob, (6) Prophetæ & (7) omnes Sapientes, Sepem fecerunt verbis ſuis. (1) *Deus*, Deut. XXIX, 2?. (2) *Adam*, Gen. II, 26. (3) *Lex*, Lev. XVIII, 19. (4) *Moſes*, Exod. XIX, 10. 15. (5) *Hiob.* c. I, 1. (6) *Prophetæ*, Eſa. XLII, 13. Amos: III, 8. Ezech. XLIII, 2. (7) *Hagiographa:* Prov. V, 8.

*Aboth c. 22.* R. *Simeon* filius Gamalielis dicit: Toto vitæ meæ tempore crevi inter Sapientes, & non inveni corpori melius quid ſilentio. Si ſapientes decet ſilentium: quanto ergo magis ſtolidos? Non exiſtente Sapientia, affert quis verba: non autem exiſtentibus verbis, affert quis Sapientiam. Quicunque multiplicat verba, affert peccatum: quia dicitur Prov. X, 19. *In multitudine verborum*, &c. Et dicitur c. XVII, 18. *Etiam ſtultus ſilens, Sapiens reputabitur.*

*Aboth cap. 1.* Dixerunt viri Synagogæ magnæ: Tardi sitis in judicio ferendo: Quomodo? Docere voluerunt ea sententia, quod homo debeat tardus esse in verbis suis proferendis potius, quam ut nimis præceps sit in verbis suis proferendis: quia qui nimis præceps est in proferendis suis verbis, is facile inducit ipse sibi oblivionem suorum verborum. &c.

*Jac. I, vers. 22.) Estote factores verbi.* &c.

*Kidduschin f. 40. 2.* Discumbebant R. *Tarphon* & Seniores in cœnaculo domus Nithzæ, in urbe Lydda: ubi quærebatur quæstio illa coram illis: Doctrina (quæ discitur) magnine sit facienda, an opus? (Præstetne theoria an praxis?) Respondebat, habita deliberatione, R. Tarphon, & dicebat: Opus magnum faciendum esse cupis. Sermonem excipiens R. Akiba, dicebat: Doctrinam magni faciendam esse. Respondebant deinde omnes; doctrinam magnifaciendam esse: quia doctrina adducit in manus operis, (causam præbet faciendo operi.) Traditio R *Jose* dicit: Doctrina magnifacienda est; quia est ante Challam, seu placentam (h. e. præceptum de illa datum, Num. XV, 18.) 40. annis: ante Trumas & decimas (ante præceptum, de illis datum, Deut, XIV, v. 22.) 54. annis: ante annos intermissionis septenos, 61. annis: ante Jubilæa, 103. annis. Imo vero 104. fuerint; Scilicet putabat, Jubilæum a principio sui dimissum esse. Et sicut doctrina est ante opus: ità etiam judicium ejus est ante opus. Secundum id, quod est R. Hammænunæ. Quia dixit R. *Hammenuna*: Non est principium judicii de homine habendi; de alia re, nisi Lege præcepta: (*Glossa:* tempore judicii aliquando habendi, exigetur initio ratio ab homine de eo; quare non studuisti in Lege?) Quia dicitur Prov. XVII, 14. *Solvens aquam, principium litis.* (*Glossa:* Qui abrumpit jugum Legis, principium litis illud est, h. e. initium judiicii de habendi. Per *aquam* autem nihil aliud intelligitur, nisi *Lex*, Esa. LV, 1.) Sicut autem pœnale judicium, circa neglectum studii Legis, de eo habendum, est ante pœnale judicium circa omissum opus: ita etiam merces studii Legis, erit ante mercedem operis facti: quia dicitur Psal. CV, 44. *Dabit illis terras gentium.* &c.

*Aboth cap. 22.* R. *Chananias* filius Dusæ dixit: Cujuscunque fuga peccati prior est Sapientia ipsius, ejus Sapientia stabilis est: quia dicitur Prov. IX, v. 10. *Initium Sapientiæ, timor Domini.* Idem dicebat: Cujuscunque opera (praxis) plura sunt, quam studium (Theoreticum) Sapientiæ, ejus Sapientia stabilis est: quia dicitur Exod. XXIV, 7. *Faciemus & audiemus.* Dixerunt coram R. Johanne filio Zachai: Si quis sit sapiens, & timens (fugiens) peccatum; quid tum sentiendum de tali? Quibus ille respondebat: ecce hic artifex, & instrumenta artificii ejus sunt in manu ejus. Sed, si quis sapiens, non autem timens

timens peccatum, quid de illo ſentiendum? Quibus ille reſpondebat: ecce hic artifex, nulla autem inſtrumenta artificii ejus, ſunt in manu ejus. Si autem quis ſit timens peccatum, non autem Sapiens; quid de iſto ſentiendum? Quibus ille reſpondebat: Hic non eſt artifex, quanquam inſtrumenta artis ejus ſint in manu ejus.

Dixit R. *Eleaſar* filius Aſariæ: Homo, in quo (pauca) ſunt opera (bona,) & doctrina Legis multa, cuinam ſimilis eſt? Arbori, quæ ſtat juxta aquam, cujus rami pauci ſunt, ſed radices multæ, ſi vel *maxime 4. venti* mundi veniant, & ſpirent in eam, tamen non dimoverent eam de loco ſuo: quia dicitur Pſal. I, 3. *Et erit ſimilis,* &c. Homo autem, in quo nulla ſunt bona opera, ſed tamen doctrina Legis, cui ſimilis eſt? Arbori, quæ ſtat in arido loco, cujus rami ſunt multi, ſed radices paucæ: in quam cum ſpirat ventus, ſtatim eam exſtirpat, ſurſum deorſum vertet eam: quia dicitur Jerem. XVII, 6. *Et erit ſicut myrica.* &c. ad 2 Tim. III, 16.

## JACOBI CAP. II.

*verſ. 2.) In Veſte candida.* &c.

*Schebuoth f. 30. 2.* Unde probatur de duobus, qui venerunt in forum, litigandi cauſa, quorum alter indutus eſt veteramentis, alter autem ſtola valente 100. minas, quod huic non dicant: indue te, ſicut ille; aut cura alterum indui, ſicut tu indutus es? (*Gloſſa:* ne nobis cauſam præbens perſonam reſpiciendi, aut ſupprimendi, quæ contra te ſunt, propter autoritatem tuam, nec alter dicat; quomodo credent mihi judices, contra hominem tantæ autoritatis?) Quia notanter dicendum erat Exod. XXIII, 7. *A re falſa procul ſis.* Quum aliqui veniſſent ad Rabam filium Hunæ, jubebat eos extrahere ſuos soccos pretioſos, & tum demum deſcendere in judicium.

*verſ. 10) Qui totam legem ſervabit, impinget (ſ. offendet) vero in uno, factus eſt omnium reus.*

*Chagiga f. 9. 2.* Dixit filius Hihi ad Hillelem: quid eſt, quod ſcribitur Malach. III, 18. *Et redibitis & videbitis inter juſtum & impium; inter colentem Deum, & eum, qui non colit eum.* Idem eſt juſtus cum eo, qui non coluit Deum. Cui ille reſpondebat: *coluerunt & non coluerunt.* Ambo illi juſti perfecti ſunt? Et non ſimilis videtur diſcens lectionem ſuam centies, diſcenti lectionem ſuam centies & ſemel? Regerebat ei: & propter unam vicem dicetur de eo; *non coluit eum?* Reſpondebat ei; omnino. Exi, & diſcerem ita ſe habere ex foro aſinariorum: decem paraſangæ pro drachma; undecim paraſangæ, pro duabus drachmis.

*verſ. 14.) Si quis dicat fidem habere, opera autem non habeat.*

*Aboth cap. 13. Schammai* dixit: Dic parum, & fac multum. Quomodo? Scilicet, quia juſti ſolent dicere parum & facere multum; Impii autem, dicere multum, & ne quidem parum facere. Unde autem probatur, quod juſti dicant parum, & faciant multum? Nam ita in Abrahamo patre noſtro invenimus, quod dixerit ad Angelos: Fruſtum panis vos mecum prandebitis hodie: quia dicitur Gen. XVIII, 5. *Et accipiam fruſtum panis:* ſed poſtmodum vide, quid fecerit Abraham Angelis minitterii. Nam abiit, & paravit eis 3. boves & 9. ſata farinæ. Unde autem probatur, quod fecerit illis 9. ſata? Quia dicitur Gen. XVIII, 6. *Cito parato tria ſata farinæ ſimilagineæ:* Per, *tria*, tot intelliguntur, ut litera ſonat. Per, *farinæ*, intelliguntur, alia tria, ut fiant ſex. Per, *ſimilagineæ*, iterum alia tria, ut fiant in Summa, novem. Unde autem probatur, quod fecerit illis 3. boves? Quia dicitur Gen. XVIII, v. 7. *Ad bovem cucurrit Abraham.* Per, *bovem*, intelligitur unus. Per, *filium bovis*, intelligitur iterum unus, qui cum priori facit duos. Per *tenerum*, iterum unus, ut fiant in Summa tres. Imo aliqui dicunt: Per, *bonum* (adhuc unum ſignificari, ut fiant) quatuor. Gen. XVIII, 7. *Et dedit puero, & juſſit, ut eum faceret.* Nempe dedit in manus Iſmaëlis filii ſui, ut eum initiaret præceptis. Quin & ipſe Deus Opt. Max. dixit parum, & fecit multum: quia dicitur Gen. XV, 13. *Et dixit Dominus ad Abrabamum, ſciendo ſcias, quod peregre aget ſemen tuum in terra non ſua, & ſervient eis, & affligent eos 400. annos.* v. 16. *Et etiam populi, cui ſervient, judico ego. Et poſtea exibant cum ſubſtantia multa.* Non uſus eſt, cum hæc diceret ad illum, pluribus, quam 54. literis: (Tot enim in Hebræo ſunt literæ, utriusque verſus.) Sed tandem, cum ſumebat Deus Opt. Max. ultionem ab oſoribus Iſraëlitarum, non ſumebat eam, niſi per 72. literas: quia dicitur Deut. IV, 34. *Aut unquam tentavit Deus venire, ad accipiendum ſibi gentem, e medio gentis, per tentationes magnas, & per prodigia, & per terribilia magna?* Ecce diſcis, quod, cum ultionem ſumit ab oſoribus Iſraëlitarum, non ſumat eam, niſi per 72. literas. Unde autem probatur, quod impii dicant multum, & ne parum quidem faciant? Quia ſic invenimus de Ephron, qui dixit ad Abrahamum Gen. XXIII. 15. *Terra eſt 400. Siclorum argentorum.* Poſtea autem, quum pependit ei argentum, v. 16. *Et auſcultavit Abraham Ephron, & pependit ei argentum.*

## JOCOBI CAP V.

*verſ. 14.) Ægrotans advocet Presbyteros Eccleſiæ.*

*Baba Bathra f. 116. 1.* Sermonem argutum habuit R. *Pinehas* filius Chamæ: Quicunque habet ægrotum intra domum ſuam, eat ad Sapientem, & petat,

petat, ut pro ipso imploret Dei misericordiam: quia dicitur Prov. XVI, v. 14. *Ira regis est nuntius mortis, vir autem sapiens expiabit eam.*

*vers. 16.) Confitemini aliis transgressiones.*

Quomodo læthaliter ægrotans debeat peccata sua confiteri vid. *Schabbath f. 32. 1.*

## 1 PETRI CAP. III.

*vers. 15.) Parati semper ad defensionem.* &c.

*Pirke Aboth cap. 2.* Esto assiduus ad discendam legem Dei, ut habeas, quod respondeas Epicureo.

## 1 PETRI CAP. IV.

*vers. 17.) Incipere judicium a domo Dei.*

*Baba Kama f. 60. 1.* Dixit R. *Samuel* filius Nachmani, verbis R. Jonathanis: Pœna non venit in mundum, nisi quo tempore impii sunt in mundo: neque ea initio incipit aliunde, quam a justis. Prius probatur, quia dicitur Exod. XXII, 6. *Quum exibit ignis, & invenit spinas.* Quandonam ignis exit? Scilicet quo tempore inveniuntur ei spinæ. Posterius autem probatur: quia dicitur ibid: וְנֶאֱכַל *& consumta est meta.* Non dicitur וְאָכַל *& consumsit,* sed, *Et consumta est:* quia jam consumta erat meta antea. Tradidit R. *Joseph:* Quid est, quod scribitur Exod. XII, 22. *Et vos non exibitis vir ex ostio domus suæ, usque ad mane?* Scilicet postquam tradita est potestas perdenti, ille non discernit inter justos & impios. (Quare præmonendi erant, ne promiscue perirent a perdente, si domo exirent.) Neque hoc tantum; sed etiam incipit a justis initio: quia dicitur Ezech. XXI, 8. *Et exscindam ex te justum & impium.* R. Joseph cum inter legendum ad hunc versum perveniret, plorabat, ita ingemiscens: Usque adeone etiam pro nihilo reputentur justi (*Glossa:* adeo pro vano habeantur, ut etiam primi sint, ad pœnam?) Cui respondebat *Abai:* Imo vero beneficii loco hoc ipsi habendum est. (*Glossa:* quia prius, quam videant malum quod proxime eventurum est, aufferuntur &c.) quia scribitur Esa. LVII, 1. *Quia ante malum colligitur justus.*

## 2 PETRI CAP. II.

*vers. 22.) Canis reversus ad vomitum.*

*Jomo f. 53. 2.* Dixit R. *Josua* filius Levi: Si quis oret, debet retro ferre incessum suum 3. gradibus, & postea dicere, salve. Cui dicebat R. *Mardechai:* Post-

Poſtquam proceſſit 3. gradibus (ſ. greſſibus) retro ſe, ibi fuiſſet ei conſiſtendum, (*Gloſſa:* in loco, quo greſſus abſolvuntur, & non redire ſtatim,) Et ſi non fecerit ita, ſimilis videtur ei, qui non accipit poteſtatem diſcendi, & conveniſſet ei potius, ut non adveniſſet orandi cauſa. Et nomine *Schemajæ* dixerunt: Simile hoc eſt diſcipulo, qui diſcedit a magiſtro ſuo: Si redeat ſtatim, ſimilis eſt cani, qui redit ad vomitum ſuum.

## 2 PETRI CAP. III.

*verſ. 8.) Unus dies apud Dominum, ſicut mille anni.*

*Gittin fol. 88. 1.* Dixit R. *Chasda*, dixiſſe Mar Ukbam; ſuntque qui dicunt, dixiſſe R. Chasdam: Sermonem argutum habuit Meri Mar: Quid eſt, quod ſcribitur Dan. IX, 14. *Et ſedulus ſeu feſtinus fuit Dominus ſuper malum & adduxit illud ſuper nos: quia juſtus eſt Dominus Deus veſter?* Ideone quia juſtus eſt Dominus Deus noſter; etiam ſedulus fuit ſuper malum, & adduxit illud ſuper nos? Non ita: ſed ſignificare voluit, juſtitiam (ſeu eleemoſynam) Deum Opt. Max. feciſſe cum Iſraele, quod citius adduxerunt captivitatem Zedekiæ, & adhuc durante exilio Jechoniæ: quia ſcribitur de eo in exilio Jechoniæ 2 Reg. XXIV, 16. חָרָשׁ *Fabros*, & הַמַּסְגֵּר *ferarios mille.* Scilicet חָרָשׁ *Fabros*, quia in hora, qua aperiunt loqui ex Lege, facti erant omnes, ut חרשוֹם *ſurdi;* מסגר *ferarios*, poſtquam סוֹגְרִים *claudunt* (*Gloſſa:* Halacham, in qua ipſi clauduntur: quia neſciunt reſpondere, ſuis opponentibus,) ſeu irreſolubilem judicant quaeſtionem; nemo poſtea aperire, ſeu ſolvere, eam tentat. Et quot erant? Mille. *Ula* dicit: Hanc ipſam fuiſſe juſtitiam (ſeu eleemoſynam,) quod anticipaverit duobus annis, (*Gloſſa:* quod citius adduxerit malum,) reſpectu ejus, quod dicitur Deut. IV, 25 וְנוֹשַׁנְתֶּם & *inveterati fueritis.* Quod in numeris valet 852. Cum ultimum exilium inciderit in annum 850. adeoque duobus annis citius. Dixit R. *Acha* filius Jacobi: Percipio hinc, τὸ מְהֵרָה *cito* Domini mundi eſſe annorum 852. Idem legitur in *Sanhedrin f. 38. 1.*

*verſ. 13.) Novos Cælos. &c.*

Vid. infra ad Apocal. XX, 5.

## 1 JOHANNIS CAP. I.

*verſ. 8.) Peccatum non habemus*

*Baba Bathra f. 134. 2.* Tres transgreſſiones ſunt, a quibus homo nullo die liberatur, (1) *Cogitationes peccati*, (2) *Contemplatio orationis*, Et (3) *Lingua mala.*

JUDÆ

## JUDÆ EPISTOLA.

### *verſ. 9.) Michaël diſceptans de corpore Moſis.*

*Sota f. 13. 2.* Ubi Moſes ſepultus eſt? In agro attributo Gado: quia ſcribitur Deut. XXXIII, 21. *Et vidi principium ipſi:* &c. Ab agro autem Rubenis, usque ad agrum Gadi, quantum ſpatium erat? 4000. paſſuum. Per ſpatium illud 4000. paſſuum quis deportavit eum? Docere voluit, quod Moſes jacuerit in alis Divinitatis. (*Gloſſa:* in ala veſtimenti gloriæ Dei,) & Angeli miniſterii dixerint; (pro parentali ſermone,) *Juſtitiam Domini fecit, & judicia ejus cum Iſraël. Ibid:* Deus Opt. Max. autem ipſe dicebat ex Pſal. XCIV, 16. *Quis ſtabit mihi cum maleficis? Et quis conſiſtet mihi cum operantibus iniquitatis?* (*Gloſſa:* ad coarguendum eos, nomine meo.) R. *Samuel* autem dixit, (Deum ex hoc loco verba feciſſe) Eccleſ. VIII, 1. *Quis ut ille Sapiens, & quis ſcit interpretationem rei?* (*Gloſſa:* ut faciat interpretationem inter me & filios meos?) R. *Johannes* autem dixit: Ex hoc loco Deum verba feciſſe: Hiob. XXVIII, 12. *Sapientia unde invenietur?* R. *Nachman* autem: Ex hoc loco; Deut. XXXIV, 5. *Et mortuus eſt Moſes,* &c. *Samaljon* (*Gloſſa:* nomen eſt alicujus Sapientis,) dixit: hanc vocem ibi a Deo eſſe editam; *Et mortuus eſt ibi Moſes, Scriba magnus.* Traditio eſt: Duodecim millibus paſſuum in longitudinem & latitudinem patuiſſe caſtra Iſraëlitarum, & ubique locorum editam a Deo filiam vocis exaudire potuiſſe, quæ dicebat: *Et mortuus eſt Moſes, Scriba magnus Iſraëlis.* Aliqui autem dicunt, Moſen non eſſe mortuum. Scribitur hic Deut. XXXIV, v. 5. *Et mortuus eſt Moſes;* Et ſcribitur ibi: Exod. XXXIV, 28. *Et fuit ibi cum Domino.* Sicut ibi ſignificatur fuiſſe ſtans & miniſtrans: ita etiam hic ſignificatur fuiſſe ſtans & miniſtrans, Deut. XXXIV, 6. *Et ſepeliit eum in valle, in terra Moab, e regione domus Peor.* R. *Barachias:* Eſſe hoc ſignum in medio ſigni. (*Gloſſa:* q. d. ſigna multa in hoc facto concurrere, unde res poſſet cognoſci: ut, (1) terra Moab, (2) in valle, (3) e regione domus Peor. Hoc tamen non obſtante, neminem locum ſepulchri ejus ſcire: & vel ita, (hoc tamen non obſtante,) tamen verum eſt, quod dicitur: *Et nemo ſcivit locum ſepulchri ejus. Ibid:* Et quum aliquando miſiſſet regnum Græciæ, ad præfectum domus Peor, legatos, qui dicerent: quæſo, oſtende nobis, ubinam Moſes ſepultus ſit; tum, cum ejus rei periculum facere vellet, eisque oſtendere, ſi ſtabant illi ſupra; apparebat illis infra: ſi ſtabant infra, apparebat illis ſupra. Cum diviſi in duas claſſes, altera eorum ſtaret ſupra, altera autem infra; tum illi, qui ſupra ſtabat, apparebat infra; illi autem, quæ infra ſtabat, apparebat ſupra, (uno eodemque ſimul tempore:) ut confirma-

ſirmaretur id, quod dicitur: *Et nemo ſcivit ſepulchrum ejus.* R. *Chama* filius Chaninæ dixit; Etiam Moſes Magiſter noſter neſciebat, quorſum ſepeliretur. Scribitur hic: *Et nemo ſcivit ſepulchrum ejus.* Et ſcribitur ibi, Deut. XXXIII, 1. *Et iſta eſt benedictio, qua benedixit Moſes, vir Dei.*

## APOCALYPS. CAP. I.

*verſ. 18.) Habeo claves inferni & mortis.*

*Sanhedrin f. 113.* Tres claves legato a Deo ſunt numquam traditæ, (1) parturientis, (2) pluviarum, (3) reſuſcitationis mortuorum, &c.

## APOCALYPS. CAP. VI.

*verſ. 19.) Vidi ſub altari animas interfectorum.* &c.

*Aboth cap. 26.* R. *Akiba* dicebat: Quicunque ſepelitur in reliquis terris, perinde eſt, ac ſi ſepeliretur in Babylonia: Quicunque ſepelitur in Babylonia, perinde eſt, ac ſi ſepeliretur in terra Iſraël. Quicunque ſepelitur in terra Iſraël, perinde eſt, ac ſi ſepeliretur ſub altari: quia toti terræ Iſraël conveniret, ut eſſet locus altaris. Quicunque autem ſepelitur ſub altari, perinde eſt, ac ſi ſepeliretur ſub throno gloriæ: quia dicitur Jerem. XVII, 2. *Thronus gloriæ altitudo, a primo, locus Sanctuarii noſtri.*

## APOCALYPS. CAP. XI.

*verſ. 5.) Ignis exit ex ore eorum, & devorat inimicos.* &c.

*Cholin f. 137. 2.* R. *Johannes* invento Aiſi filio Hini, quærebat: Quis eſt caput ſeu princeps Orilines h. e. Academiæ in Babylonia? Cui reſpondebat: Abba *Aricha* h. e. Pater longus. Dicebat ei: Abba Aricha vocaſti eum (*Gloſſa:* & non dixiſti; Magiſter noſter, voce honorifica:) memini, quum eſſet hic, antequam deſcenderet in Babyloniam, quod eſſet honoratior me, quia ſedebat ante Ribbi: eo autem ſedebam 17. lineis, vel ordinibus poſt Rabum, ante Ribbi, & egrediebantur ſcintillæ igneæ ex ore Rabi, in os Ribbi: & ex ore Ribbi, in os Rabi; & ego neſciebam, quid eſſent. (*Gloſſa:* Scintillæ: h. e. commercium mutuum habebant inter ſe conferentes de Halacha.)

## APOCALYPS. CAP. XIV.

*verſ. 14.) Falcem acutam in manu habens.*

Vid. ſupra ad Luc. XII, 58.

APOCA-

## APOCALYPS. CAP. XIX.

*verf. 20.) Demiffi funt in locum ignis ardentem fulphure.*

*Chagiga f. 13. 2.* Scriptura una dicit, Dan. VII, 10. *Millies milleni miniftrabant ei, & decies millia myriadum coram ipfo ftabant.* Altera autem Scriptura dicit, Hiob. XXV, 3. *An eft numerus turmarum ejus?* Refpondeo, non effe contradictionem. Alterum enim intelligendum eft de tempore, quo domus Sanctuarii adhuc durabat; alterum autem, de tempore, quo domus Sanctuarii non amplius fuperftes erat. Ac fi fas, feu poffibile fit, de rebus divinis ita loqui, quafi diminuta fit familia fuperna, feu Cœleftis. Traditio eft: *Ribbi* dicit, nomine Abbæ Jofes filii Dofai, Dan. VII, 10. *Millies milleni miniftrabant ei.* Eft numerus turmæ ejus, fed non numerus turmarum ejus. Et R. *Jeremias* filius Abbæ dicit: *Millies milleni miniftrabant ei,* ad fluvium די נור Di Nur: quia dicitur Dan. VII, 10. *Fluvius* די נור *Dinur,* h. e. *ignis trahebat fe, & exibat ex confpectu ejus; millies milleni miniftrabant ei, & decies millia myriadum coram ipfo ftabant.* Unde oritur fluvius ille? Ex fudore animalium, quorum *Ezech. I, 6. 7.* fit mentio. Quorfum autem effunditur? Refpondet R. *Zuba* filius Tobiæ, dixiffe *Rabum:* eum effundi fuper caput impiorum in Gehennam: quia dicitur Jer. XXIII, v. 19. *Ecce turbo Domini, excandefcentia exivit, & turbo permanens fuper capite impiorum permanebat.* R. *Acha,* filius Jacobi autem dixit: eum effundi fuper eos, qui קֻמְּטוּ excifi, vel decifi funt: quia dicitur Hiob. XXII, 16. Qui קֻמְּטוּ *decifi funt, absque tempore, fluvius effufus, fundamentum eorum.* Traditio eft: Dixit R. *Simeon Sanctus:* Per hos intelliguntur 974. generationes, quæ prædeftinatæ, feu prædecifæ, erant, ut crearentur, antequam mundus creatus effet; (*Gloffa:* antequam decretum erat, ut crearentur, ante donum Legis: ad implendum id, quod dicitur 1. Cor. XVI, 14. *Rem præcepit 1000. generationibus.* Conveniens fuiffet, ut Lex daretur fub finem 1000. generationum: quum autem vidiffet, quod non perfifteret mundus absque Lege, ftabat & urgebat, ut daretur ea. Quare data eft fub finem 26. generationum, ab Adamo primo, usque ad Mofen magiftrum noftrum;) & non creatæ funt. Stabat Deus Opt. Max. & accipiebat eas in unaquaque generatione. & per iftas intelliguntur fortes facie, (feu impudentes,) qui funt in generatione, (h. e. omnium impudentiffimi iftius generationis.) R. *Nachman* filius Ifaaci autem dixit: Qui קֻמְּטוּ decifi funt ad benedictionem; illud effe, quod fcribitur: ut funt ftudiofi Sapientiæ, qui מקמטים corrugant (conftringunt vel difcindunt) feipfos, propter verba Legis in hoc Seculo, quibus Deus Opt. Max. revelat סוד arcanum in Seculo futuro: quia dicitur Hiob. XXII, 16. *Fluvius effufus* יְסוֹדָם *fundamentum eorum.* Dixit

*Samuel* ad Chajam filium Rabi filium Arjæ: Veni, dicam tibi rem aliquam, ex istis rebus præstantissimis, quas dicere solebat pater tuus: Singulis diebus creantur Angeli ministerii ex fluvio Dinur, & dicunt Canticum & cessant: quia dicitur Thren. III, 23. *Nova, singulis matutinis, magna est fides tua.*

## APOCALYPS. CAP. XX.

*verf. 2.) Et ligavit Draconem mille annos.* &c.

*In Gittin f. 68. 1.* Prolixa, & ridicula fabula refertur de vermiculo *Schamir*, cujus opera Rex Salomo, durissimos lapides sine ullo ferro polivit ad structuram templi, quomodo illum, ab Asmodæo, rege dæmonum repetierit. Rabbinis a Salomone consultis, quomodo vermiculum illum adipisceretur, respondebant: cura adduci (occasione Eccl. II, 8. שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת quod Talmud exponit, dæmonem & dæmonissas.) שידה ושידתין dæmonem, & dæmonissam, quos una vinctos, adige, adhibitis tormentis, donec tibi dicant, ubi vermiculus ille reperiatur. Fieri potest, ut sciant, ubi ille sit, & revelent tibi. Adductos ergo ille constringebat una arctissime colligatos & compressos. Verum illi respondebant: nos nescimus, ubi ille sit: forte Asmodæus, rex dæmonum, illud noverit. Quærebat ergo Salomo ex eis: quomodo adducam eum, ut vinctum adigam ad rem hanc mihi revelandam? Cui respondebant: Cura eum adduci per montem N. N. Foderat enim Asmodæus ille sibi puteum, eumque aquis impleto, lapideque obtecto, & sigillo suo obsignato, quotidie ascendebat in firmamentum, & docebat Academiam firmamenti: deinde descendebat in terram, & docebat Academiam terræ, veniebatque ad inspiciendum sigillum, quo lapis putei ori incumbens obsignatus erat, ne quis illud adigisset, resignatumque puteum revelasset. Ipse autem, eo revelato, bibebat, iterumque obtegebat, eumque obsignabat. Quo audito Salomo abiens mittebat Benajam filium Jojadæ, cui dabat catenam, quæ insculptum habebat nomen יהוה Jehova, & floccos lanæ, & utres vini. Profecto ergo Benaja, fodiebat in radice montis infra puteum Asmodæi, curabatque, ut foveæ illi influerent aquæ putei, & obstruebat floccis lanæ secum sumtis aquas, ne refluerent in puteum pristinum. Deinde fodiebat supra puteum, & infundebat vinum, quod secum in utribus sumserat, & obstruebat. Quo facto, conscensa arbore, ibi sedebat, eventum rei exspectaturus. Quum veniret Asmodæus ad puteum suum, inspecto sigillo, eoque integro deprehenso, revelabat puteum, sigillo resignato, remotoque lapide. Cum gustaret potum, deprehendens eum vinum esse, dicebat ex Prov. XX, 1. *Irrisor vinum; tumultuans sicera: omnis*

*errans*

*errans in eo, non erit sapiens.* Item scribitur Hos. IV, 11. *Scortatio, & mustum, & vinum auferet cor.* Ratione ergo horum dictorum habita, nolebat illud bibere: mox tamen vini deliciis captus, non poterat se continere, quin illud biberet. Quo largius hausto, somno sopitus jacebat. Hoc viso ex arbore Benaja, descendebat, injectaque ei catena, caput astringebat, ne illud eximere posset. Asmodæus expergefactus, furore & amentia capiebatur, & laborabat, si qua ratione disrupta catena, liber evaderet, dicens: forte quia Dominus tuus (Deus) super te! forte, quia Dominus tuus super te est! ita constrictus teneor, ut liber evadere nequeam. &c.

*vers. 5.) Hæc est resurrectio prima.*

*Sanhedrin f. 92 1.* Traditur a domo Eliæ: justi, quos Deus temporibus Eliæ in vitam revocabit, postquam reviviscent, non amplius in pulverem suum redigentur. (*Glossa:* intermedio tempore, quod intercedet inter Messiam, & inter Seculum futurum. Sed caro illorum perdurabit incorrupta super eis, usque dum denuo reviviscent victuri in Seculo futuro:) quia dicitur Esa. IV, 3. *Et erit, ut, qui residuus fuerit in Zijon, & superstes Hierosolymis, Sanctus dicatur, omnis, qui scribitur ad vitam* (vel *ad vivos.*) *Hierosolymis.* Sicut Sanctus in æternum superest: ita etiam illi in æternum supersunt (seu durant.) Si autem quæras: Quid justi facturi sunt annis illis quibus Deus Opt. Max. mundum suum renovaturus est, (*Glossa:* quibus mundus hic præsens vastatus erit 1000. annos:) quia dicitur Esa. II, 11. *Quo tempore solus Dominus exaltabitur?* (*Glossa:* Justi illi ubinam sunt, cum non sint sepulti in terra?) Respondeo: Deus Opt. Max. facit illis alas, ut volent, vel natent in superficie aquarum: quia dicitur Psal. XLVI, 3. *Propterea non timebimus, quum mutabit terram, quum mutabunt montes in corde aquarum.* (*Glossa:* Quum mutat Deus terram, non timebimus: ideo quia nos sumus in corde marium.) Ne autem forte dicas, esse illis dolorem: ideo notanter dicendum erat, Esa. XL, 31. *Exspectantes Dominum, permutabunt vires, ascendent ala, ut aquilæ, current, & non delassabuntur.* Et colligendo discendum fuisset ex defunctis, quos resuscitavit *Ezechiel* cap. XXXVII. (*Glossa:* Quod, sicut illi iterum mortui sunt: Sic etiam justi, quos in vitam revocabit, iterum redigendi sint in pulverem suum.) Verum respondeo, eum putasse, secundum eum, qui dixit; Certum est, parabolam illud esse, (non, veram historiam,) quod dixit Ezechiel. (*Glossa:* Quæ nutu quodam significabat populo exilium, instar hominis mortui, qui revixit: Sic Israelitas reversuros esse ex exilio. Quia Traditio est: Defuncti illi, quos Ezechiel cap. XXXVII. resuscitavit, resurrexerunt super pedes suos, & dicto cantico, iterum mortui sunt. Quodnam autem canticum dixerunt? Scili-

cet illud: *Dominus mortificat in justitia, & vivificat in misericordia.* R. *Josua* dicit: eos, hoc canticum dixisse: 1. Sam. II, 6. *Dominus mortificat & vivificat: detrudit in infernum, & iterum educit sursum.* R. *Judas* dicit: Veritatem parabolæ fuisse (visionem Ezechielis.) Cui dicebat R. *Nehemias:* Si veritas (res vere gesta) fuit; quare parabola? Si autem parabola; quare veritas est? Scilicet, non ita voluit dicere; Sed, in veritate (seu vere) parabolam fuisse. R. *Eliezer* filius R. Joses Galilæi dicit: Defuncti, quos resuscitavit Ezechiel, ascenderunt in terram Israël, & ductis uxoribus, genuerunt liberos. Consurgebat R. *Judas* filius Bathiræ in pedes suos, & dicebat: Ego sum ex posteris eorum: & hæc ipsa sunt Thephillin, seu lora illa oratoria, quæ reliquit mihi avus, ex illis residua, quæ illorum defunctorum resuscitatorum erant. Quinam autem sunt illi defuncti, quos resuscitavit Ezechiel? Respondit *Rabus:* Hos esse filios Ephraim, qui numerato fine annorum exilii Ægyptiaci (Gen. XV, 13, definiti) in numero illo errarunt: quia dicitur 1. Chron. VII, 20. *Et filii Ephraim Schuthelach, & Bered filius ejus, & Tachath filius ejus, & Elada filius ejus, & Tachath filius ejus.* v. 21. *Et Zabad filius ejus, & Schuthelach filius ejus, & Eser, &* אֶלְעָד *Elad* (Talmud legit אל עזר *Eleser*) *filius ejus: & interfecerunt eos filii Gath, qui nati erant in terra.* &c. Et scribitur v. 22. *Et luxit Ephraim pater eorum dies multos, & venerunt fratres ejus ad consolandum eum.* R. *Samuel* dixit: Per defunctos illos ab Ezechiele resuscitatos intelligi homines, qui negarunt resurrectionem mortuorum: quia dicitur Ezech. XXXVII, 11. *Et dixit ad me, fili hominis; per ossa illa intelligitur tota domus Israël: ecce dicunt, exaruerunt ossa nostra, periit exspectatio nostra; excisi sumus.* R. *Jeremias* filius Abbæ dicit: Per hos (resuscitatos) intelligi homines, qui nullum humorem præcepti habent: quia dicitur v. 4. *Ossa arida, audite verbum Domini.* R. *Isaac Faber* dixit: per hos (resuscitatos) intelligi homines, qui obduxerunt totum templum rebus abominandis & reptilibus: (*Glossa:* Qui efformabant imagines parietibus templi inscriptas:) quin scribitur, Ezech. VIII, v. 10. *Et veni, & vidi, & ecce omnis imago reptilis, & bestiæ abominabilis, & omnes dii stercorei domus Israël, insculpta erant muro* סָבִיב *circumquaque.* Et scribitur Cap. XXXVII, 2. *Et traduxit me super eos* סָבִיב סָבִיב *circumcirca.* (*Glossa:* Quasi diceret, super illos ipsos viros, de quibus scribitur סָבִיב *circumquaque, cap. VIII, 10.* transivit Ezechiel, ut resuscitaret eos.) R. *Johannes* dixit: Per hos (resuscitatos,) intelligi defunctos, qui erant in convalle Dura. (*Glossa:* Quos interfecerat Nebucadnezar rex Babyloniæ, propterea, quod essent pulchri, ut infra dicitur.) Et dixit R. Johannes: a flu-

a fluvio Aſchel, usque ad Rabbath (*Gloſſa:* loca ſunt; ſita in convalle Duræ,) eſt convallis Dura. Nam ea hora, qua Nebucadnezar ille impius in exilium tranſportavit Iſraëlitas, erant inter eos (tam pulchri,) ut turpem redderent Solem ſua pulchritudine, & Chaldææ mulieres videntes eos, abunde effunderent fluxum ſeminis fœmineum, præ nimia concupiſcentia & pruritu libidinis. Quam rem cum referrent ad ſuos maritos, hique ad Regem; Rex præcipiebat, ut eos interficerent. Quibus interfectis, cum adhuc dum illi tam pulchri apparerent, ut mulieres illæ aſpectu illorum accenderentur, ad tantam libidinem, ut iterum abunde talem fluxum profunderent; juſſu regis, conculcabant eos pedibus. Tradiderunt *Rabbini:* Ea hora, qua Nebucadnezar projecit Chananiam, Miſaëlem & Aſariam in fornacem igneam, dicebat Deus Opt. Max. ad Ezechielem; abi, & reſuſcita defunctos in convalle Duræ. Quibus reſuſcitatis, veniebant oſſa ſeu Sceleta ex convalle, & percutiebant Nebucadnezarem in faciem ejus, & abibant. (*Gloſſa:* Et ſunt, qui dicunt, quod Nebucadnezar habuerit ex illis ipſis oſſibus vaſa, & quum adveniebat hora, qua revixerant, percutiebant eum in faciem ejus, quum volebat bibere ex eis.) Quo facto, dicebat Nebucadnezar: Quæ natura eſt & ratio horum vaſorum, quod me ita percutiant? Reſponſum ei erat: Hoc ideo fieri, quia Socius illorum (Ezechiel) reſuſcitat mortuos in convalle Duræ. (*Gloſſa:* De Ezechiele dicebant, qui erat Socius Chananiæ, Miſaëlis & Aſariæ: & Nebucadnezar ſciebat, quod Deus reſuſcitavit eos.) Quo audito, Nebucadnezar cœpit dicere ad Deum, Dan. III. *Signa ejus quam multiplicata ſunt*, &c.

## APOCALYPS. CAP. XXI.

*verſ. 2.)* Vid. ſupr. ad Gal. IV, 25.

*verſ. 3.)* *Ecce σκηνὴ tabernaculum* &c.

Hoc eſt שְׁכִינָה divina præſentia. De qua multa apud Talmudicos: vid. *Buxtorffii* Lexic. Talmud. *Col. 2395.* &c.

## APOCALYPS. CAP. XXII.

*verſ. 11.)* *Juſtus juſtificetur adhuc.*


*Joma f. 39. 1.* Tradiderunt Rabbini: Lev. XI, 43. *Ne pollutos vos redda-*

*reddatis per illa*, *ne polluamini per illa.* Si homo polluat se parum, polluunt eum multum; Si infernes polluunt eum superne; Si in Seculo præsenti, polluunt eum in Seculo futuro. Tradiderunt *Rabbini:* Lev. XI, 44. *Et sanctificabitis vos, & eritis Sancti.* Si homo Sanctificet seipsum parum, Sanctificant eum multum; Si inferne, Sanctificant eum superne; Si in Seculo præsenti, Sanctificant eum in Seculo futuro.

EXPLICIVNT

PRÆTERITA PRÆTERITORVM

BALTHASARIS SCHEIDII.



J. A. DANZII.

# JOH. ANDR. DANZII

# BAPTISMVS PROSELYTORVM JVDAICVS

## ad illustrandum Baptismum Johannis

### MATTH. III, 5. 6.

DE *Baptismo Initiationis*, DEO propitio, pauca commentaturus, leviter tango, illius Originem e Græcia repetendàm. Ubi *βαπτισμὸς*, *βάπτισμα* vel *βάπτισις mersionem* denotat, vel *intinctionem;* item *lotionem* vel *lavacrum*. Josepho (a) Johannes dicitur, cum pietatis & justitiæ studio, commendasse Judæis *βαπτισμῷ συμιέναι· ὅτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι*. Can. L. Apost. dicuntur *τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως* (b). Ad quem Zonaras (c): *τρία βαπτίσματα ἐνταῦθα τὰς τρεῖς καταδύσεις φησὶν ὁ κανὼν ἐν μιᾷ μυήσει ἤτοι ἐν ἑνὶ βαπτίσματι.*

2. Mera est allusio, eaque haud parum dura, quam Anastasius Sinaita monachus affert, *βάπτισμα* dictum asserens, quasi *βάπταισμα, ἐν ᾧ βάλλεται ἤγουν πίπτει πᾶν πταῖσμα* (d); utut in hoc Phavorinum habeat sibi assentientem. Planum est ejus Etymon, quod *ἀπὸ τοῦ βαπτίζειν* derivat. Id quod cum Tertulliano (e), & Hieronymo (f) non incommode *mergito* vertas: cum tota ista pars, quæ dicitur *βαπτίζεσθαι* undiquaque aqua vel liquo-


re

(a) Antiq. l. 18. c. 7. f. 626. G. *baptismo attendere; ita enim acceptam demum fore mersionem* &c. (b) unius mysterii *mersiones* tres. (c) p. 50. *Tria* BAPTISMATA *Canon h. l. vocat tres* IMMERSIONES *in una initiatione, i. e. in uno Baptismo.* Eadem habet Balsamon ad l. c. p. 259. & Aristinus in Synops. Can. Ap. Can. 46. p. 676. Bibl. Jur. Can. (d) *abjectionem lapsus, in quo abjiciatur seu cadat omne peccatum.* Vid. Etymolog. M. B. Gerhard de S. Baptism. §. 2. Suicer. Thes. p. 623. (e) lib. de Coron. Militis c. 3. p. 289. (f) adversus Luci-

re alio immergitur. In quem ſenſum apud Veterem iſtum (g): *βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν te ipſum mari immergita.* Et paſſim alibi (h).

§. 3. Nequaquam tamen cum *Salmaſio* (k) facimus, Bellarmino, aliisque, contendentibus, *Baptiſmum* in ſuo ambitu non æque *aſperſionem* includere, quam *immerſionem.* Verba quibus iſte ſuam declarat mentem, hæc ſunt: *Non id βαπτισμὸς eſt, quo hodie infantes initiant, non merſio, non tinctio, non lavacrum; nec λȣτρον, ut etiam Græci vocant, & vox baptiſmi græca ſignificat: ſed ῥαντισμὸς aſperſio, vel infuſio.*

§. 4. Cum modernam *Aſperſionem* non minus *tinctionem* recte dici poſſe neget, quam *baptiſmum;* quaſi utrinque id quod *tingi* dicitur, vel *baptizari* totum liquore circumfundatur: dubium, an ſatis valide contra hunc concludant, qui βαπτίζειν non minus bene *tingendi* notionem ſuſtinere contendunt, quam *mergendi.* Id enim non negabit Salmaſius, imprimis de primitivo βάπτειν; tot convictus locis e ſacra pariter Scriptura, atque profanis. Luc. XVI, 24. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τȣ δακτύλȣ αὐτȣ ὕδατος. Homerus (l) ἐν ὕδατι ψυχρῷ βάπτῃ. Hinc Gloſſæ antiquæ: βάπτω, *tinguo.* βαπτὸς, *tinctus.* Aliæ: *tinguit*, βάπτει. Vetus Onomaſticon: *tingo* βάπτω (m). Et Tertullianus eodem ſenſu, quo ſupra *mergito* uſurparat, alibi *tingere* adhibet (n), nonnunquam & ejus compoſitum *intingere.* Cyprianus quoque Præceptorem ſecutus, verba Matthæi citaturus, *Tingentes eos* inquit, *in*

---

ſerian. (g) Plutarchus de Superſtit. Tom. II. Op. p. 166. A. (h) v. g. 2. Reg. V. v. 14. *καὶ κατέβη Ναιμὰν καὶ ἐβαπτίσατο ἐν τῷ ἰορδάνῃ ἑπτάκις κατὰ τὸ ῥῆμα Ἐλισαιέ.* Eliſa enim v. 10. lotionem jubebat prout in populo erat recepta. Hic vero totum mergitabat corpus nulla prorſus parte relicta. *Maimonides* hilc. מקואות cap. 1. §. 7. ex Cod. *Erubhin* f. 4. b. l. 7. ſeqq. *Succa* f. 6. a. l. 13. ſeqq. כל הטובל צריך שיטבול כל גופו כשהוא ערום בבת אחת ואם היה בעל שער יטביל כל שער ראשו והרי הוא כגופו דין תורת i. e. *Omnis baptizandus neceſſe habet, totum immergat corpus, cum denudatum eſt, vice una: & ſi piloſus fuerit, omnem capitis comam immergat ſimul, quæ ſtylo Scripturæ perinde ſe habet ac corpus ipſum* (k) In Apparatu ad lib. de Primatu Papæ p. m. 292. (l) Od. 1. v. 392. (m) Vid *Voſſius* de Baptiſ. Diſputat. 1. Th. 1. pag. 15. (n) Contra Praxeam: non ſemel ſed ter, ad ſingula nomina, in

*in nomine Patris* (o) &c. Quæ omnia lubens admittet. Id vero negabit, quod *tinctio* proprie dicatur, quæ sola fit *aspersione*. Certe βάπτειν ὑδρίαν dicitur, qui aquam haurit e puteo vel flumine: quod fieri non potest, nisi tota sub aquam mergatur situla. *Vestis quoque* quæ Ciceroni *sanguine tincta dicitur*, ea parte qua tincta vocatur, liquore tota circumfunditur.

§. 5. Nec ad vasorum provocarem ablution[illegible] mine *Baptismi*. Hanc quippe sola aspersio non conficiebat. Tota, necesse erat, mergerentur æquæ (p). Ea propter aquis haustis non poterat peragi (q), nec ex vase alio (r). Idem locus aquarumque mensura illis legitime abluendis requirebatur, qui mergendo corpori (s). Si Scaturi-

 go

personas singulas, *tingimur*. (o) Epistola ad Cœcilium. (p) *Maim.* hilc. *Mikvaoth*. c. 3. §. 1. כל הטמאים בין אדם בין כלים בין שנטמאו טומאת של תורה בין שנטמאו בטומאה של דבריהם אין להם טהרה אלא בטבילה במים הנקוין בקרקע i. e. *Polluta omnia, sive homo fuerit sive vasa, perinde est, sive polluta facta sint pollutione graviori lege expressa, sive pollutionem contraxerint e statutis Majorum; non purificantur, nisi facta in aquam immersione collectam in fundo.* De homine Vid. supra ad lit. i. De Utensilibus simul *Jore Dea* nr. 201. 202. (q) *Jore Dea* seu Part. II. *Arba Turim* n. 201. p. m. 35. c. 1. init. ואילו מ' סאין צריכים שיהיו נקווים ועומדים במקום אחד וגם לא יהיו שאובים אלא שיתקבצו מי גשמים בגומא אחת אבל אם נשאבו או אפילו לא נשאבו ואינו עמדין במקום אחר אלא זוחלין על הארץ בסול i. e. *quadraginta illa Sata, necesse est, confluxerint, constituta in loco uno. Neque sint hausta, sed congregentur aquæ pluviales in foveam unam. Verum si hausta fuerint, aut non hausta quidem, nec tamen stent loco uno, sed super terram adhuc decurrant, inepta sunt.* Vid. ibid. seqq. pluribus *Maim.* hilc. *Mikv.* cap. 4. §. 2. (r) *Arba Turim* in *Jore Dea* nr. 201. p. m. 35. col. 1. l. 18. אין טובלין בכלים *non mergunt in vasibus aliis* &c. Plura Vid. l. c. in seqq. it. *Maim.* hilc. *Mikv.* cap. 6. §. 1. sqq. (s) *Maim.* l. c. c. 9. §. 5. מקות שיש בו ארבעים סאה מים שאינם שאובים טובל בו כל אדם טמא חוץ מן הזב הזכר ובו מטבילין את כל הכלים הטמאים ואת הידים שמטבילין לקדש i. e. *In conceptaculo, quadraginta Sata aquæ comprehendente non haustæ, quo omnis ho-*

go (t) non adfuerit, vel fluvius (u), conceptaculum exigebatur aquarum in fundo confluentium, comprehendens Sata ad minimum quadraginta (x). Utensilia nonnulla eam structuram habent, ut aqua nullo modo parti pollutæ aspergi possit: sed totis sub aquam mersis demum purgentur (y). Constan

---

*mo pollutus baptizare se potest, excepto mare seminifluo, mergunt omnia vasa polluta, manusque quas ad sanctum comedendum mergunt.* *R. Moses* Comment. ad Cod. *Mikvaoth*. cap. 1. thes. 7. hunc ex mente *Tosiphtæ* adducit Canonem universalem: כל מקום שאדם טובל ידים וכלים טובלים אין אדם טובל אין ידים וכלים טובלין i. e. *Quocunque loco homo immergitur, mergat etiam manus ac utensilia. Sed ubi homo corpus non mergere solet, ibi nec manus lavat, nec utensilia.* (t) ordinem aquarum enarratum Vid. Cod. *Mikvaoth*. c. 1. tot. item *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 9. toto. Ibi §. 7. 8. hic § 6. seqq. fontium dignitas tanta deprædicatur, ut non modo ad universas pollutiones abstergendas conducat, cujusmodi etiam seminiflui, ac leprosi: sed & nullam certam requirat mensuram, effectum producens quantumcunque ejus adfuerit. Quod *Rubbenu Jacob* in *Arba Turim* l. c. limitat: אף על גב דמעיין מטהר בכל שהוא היינו דוקא לכלים וכו׳ i. e. *quamvis scaturigo purificet, quantulumcunque ejus fuerit; id tamen præcise intelligendum est de utensilibus* &c. (u) *R. Moses* Comment. ad Cod. *Mikvaoth* cap. 5. th. 5. verba הזוחלין כמעיין *fluenta sunt instar fontium* hæc annotat: אמר שהמימות הזוחלים מן המעיין בנהיות הגדולים והנחלים משפטן ומשפט המעיין אחד i. e. *innuit hoc ipso, aquas fluentes e fontibus in flumina magna ac torrentes eundem habere valorem cum fontibus ipsis.* Vid. infra §. 32. 33. & Conf. Cod. *Schaab.* fol. 65. a. b. *Nidda* f. 67. a. l. 2. *Nedarim* fol. 40. a. *Biccuroth* fol. 55. b. coll. ubique Glossa marg. Quæ *R. Jacob* observat in hanc rem, habentur *Arba Turim* Part. II. nr. 201. p. m. 34. cap. 4. fin. *Maim.* hilc. *Mikvaoth* cap. 9. §. 13. (x) *Maim.* l. c. c 4. §. 1. שיעור זה הוא מחזיק ארבעים סאה מים *mensura hac quadraginta Sata aquarum comprehendit.* Vid. *Jore Dea* l. c. Cod. *Mikvaoth*. c. 1. th. 7. *Avoda Sara* f. 75. b. l. 15. sqq. *Chagiga* fol. 11. a. l. 27. sqq. *Erubin* f. 4. b. l. 7. sqq. (y) *Maim.* hilc. *Mikvaoth*. cap. 3. §. 12. sqq. כלי שהפך פיו למטה הטבילו כאילו לא טבל מפני שאין המים נכנסין בכולו היה בו מקום שאין המים נכנסין בו עד שיטנו על צדו לא עלתה לו טבילה עד שיטנו על צדו· כלי שהוא צר מכאן ומכאן ורחב באמצע

stan illime quoque Ebræi de illis usurpant טבל טבילה &c. quæ cum *aspergere* vel *aspersione* neutiquam reciprocantur. Subindeque dicunt, aquis eadem ingerere, inducere (z) &c. Ipsa Scriptura quoque † vult *vas inferri aquis*, non *aquam ad illud aspergi*.

§. 6. Verum quis Lucæ * verba ὅτι ἐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τῦ ἀρίστε paulo attentius consideraverit, vix poterit, quo minus a nostris stet partibus, aversus Salmasio. Non agitur h. l. de immersione corporis totius, cum nulla præcesserit immunditia, quæ istam requisivisset (a). Pharisæorum sectæ non erat addictus Salvator, ut a turba confertim confluente (vers. 29.) forte fortuna tactus, pollutionem contraxisse crediderit (b). Nec probabile, eum a Pharisæo invitatum fuisse, si hic ipsum credidisset pollutum metus, ne ab illo &



אינו טהור עד שיטבל על צדו/ צלוחית שפיה שוקע אינה טהורה עד שיטנה על צדה וכו׳ i. e. *Si quod vas, cujus orificium deorsum inclinarant, merserint, perinde est, ac si non lotum fuerit; eo quod aqua totum illud non pertransierit. Si quis locus in eo fuerit, quem aqua non pertranseat, donec in alterum inclinetur latus, nil efficit immersio, donec in latus illud inclinaverit. Si quod vas utrinque angustum fuerit, ac in medio spatiosum; non habetur pro puro, nisi inclinatum fuerit in latera. Ampulla depressi orificii non habetur pro pura, nisi in latus inclinata.* Eadem fere R. *Jacob* in *Arba Turim* Part. II. nr. 202. ubi circa finem: ובכל כלי שפיו צר צריך לחשהותו במים עד שיתמלא i. e. *quodcunque vas orificium habet angustius, necesse est, aquis tamdiu illud detinere, donec impleatur* &c. (z) *Jore Dea* l. c. כלי שהטבילו דרך פיו פי׳ שכפהו פיו למטה והכניסו כך למים וכו׳ *Si quis vas per orificium suum merserit, i. e. orificium deorsum inverterit, atque ita illud aqua ingesserit, seu in aquam introire fecerit* &c. † Lev. XI, v. 32. * Cap. XI. vers. 38. (a) Vid. Cod. *Kelim* cap. 1. th. 1. 2. 3. *Raschi* citatum ad §. 12. x. (b) Cod. *Chagiga* c. 2. th. 7. בגדי עם הארץ מדרס לפרושין i. e, *Vestes plebejorum Pharisæis sunt calcatio.* i. e. ut Raschi explicat: אב הטומאה לטמא אדם וכלים במדרס הזב שמטמא אדם וכלים כדכתיב וכל אשר יגע במשכבו יכבס בגדיו *pollutio principalis, ad polluendum hominem ac vasa, haud secus ac calcatio seminiflui, qui hominem pariter ac vasa polluit: prout scriptum est* Lev. XV, 5. *quicunque tetigerit sedile ejus, lavet vestes suas* *Maim.* ad l. c. inquit: פרושים הם אוכלי חולין בטהרה ונזהרין מן הטומאות כולן תמיד וכמו כן שומרין

& ipſe contaminaretur, haud dubie eum ab hoc avocaſſet propoſito (c). Præterea nec locus ubi conſtituti erant, merſionem patiebatur, nec aliorum præſentia. Non ad fontem erant, nec ad fluvium; imo ne ad conceptaculum quidem in fundo congregatum, ubi corporis immerſio recte potuerit peragi (d): ſed in triclinio, ubi nulla aqua vel apta vel ſufficiens ne quidem poteſt concipi. Turpe quoque fuiſſet, aliis præſentibus, veſtes exuere, nudatumque corpus aquæ immergere. Imo crinibus ſimul, pro more gentis, tinctis (e), id ipſum neutiquam tam facile fuiſſet exſiccatum; ut cibo jam præparato, &, ut præcedentia ſuadent, menſa dudum ſtructa, brevi frui potuiſſet.

§. 7.

---

מאכליהן כדי שיהיו טהורין׳ וענין למדרס לפרושים כי הם כשהיו נתעים בבגדיהם נטמאו כאילו נגעו במדרס הזב וצריכין טבילה i.e. *Phariſæi comedunt etiam cibum communem cum cura mundiciei, ac cavent ſibi continuo ab omnibus immunditiæ ſpeciebus. Atque ita curioſe obſervant cibum ac potum ſuum, ut ſi purus. Et ſenſus CALCATIO PHARISÆIS eſt, quod iſtorum veſtes forte fortuna tangentes, pollutos ſe exiſtiment, haud ſecus ac ſi tetigiſſent calcationem ſeminiflui; & neceſſe habent, ut lavent ſe immergendo.* Vid. eund. *Maim.* hilc. *Metammee Miſchcab Vmoſchab* c. 10. §. 1. (c) Cod. Schabb. f. 13. a. l. 5. ſqq. ר׳ שמעון בן אלעזר אומר בוא ולאה עד היכן פרצה טהרה בישראל שלא שנינו לא יאכל הטהור עם הטמאה אלא לא יאכל הזב עם הזבה מפני הרגל עבירה כיוצא בו לא יאכל זב פרוש עם זב עם הארץ וכו i. e. *R. Simeon filius Eleaſar inquit; veni ac vide, quouſque excreverit puritas Iſraëlitæ: quod non doceamus, mundum non capere debere cibum cum polluta:* quod nemo hac doctrina, ut Raſchi explicat, indigeret; unoquoque ipſorum cibum etiam communem in puritate comedente. Cum nemo ipſorum comederet cum uxoribus impuris. *Sed ne ſeminifluus quidem comedat cum muliere fluxum patiente, ob conſuetudinem transgreſſionis. quemadmodum nec Phariſæus ſeminifluus cibum ſumit cum ſeminifluo plebejo.* Vid. Lightfoot ad Matth. V, 8. (d) Vid. ſupra ad i) & p). (e) Cod. *Erubbin.* f. 4. b. l. 14. 15. רנינא ורחץ את כל בשרו את הטפל לבשרו לרבות את שערו *communis circumfertur doctrina, ut lavet omnem carnem ſuam, h. e. ſimul id quod carni adhæret,*

§. 7. Relinquitur ergo de ſola manuum lotione ibi ſermonem fore. Et erat hæc quidem inter Judæos gemina. Alia, quæ immerſione fiebat, aſperſione vel affuſione altera (f). Varietatem hanc exigebat varius, quem ſumturi erant, cibus. Ad communem, quin & Decimas lavabant, aqua manibus vel affuſa vel aſperſa; ſed ad ſanctum, manibus ad juncturam usque brachialem aquæ immerſis (g). Et licet hæc priori multis modis antecellere credatur (h), ut, qui ſanctiores reliquis videri volebant, eam adhibuerint,

---

*ut una ejus includat capillum.* Vid. ſupra §. 2. (f) illa Ebraice טבילה vocatur, hæc נטילה. *Maim.* Præf. ad Cod. *Jadaim* נטילת ידים אינה טבילה i. e. *lotio manuum non ita ſeſe habet ac merſio.* (g) Cod *Chagiga* cap. 2. th. 5. fol. 18. b. l. 1. ſqq. נוטלין לידים לחולין ולמעשר ולתרומה ולקידש מטבילין ולחטאת אם נטמאו ידיו נטמא גופו i. e. *lavant manus aqua illis affuſa ad cibum communem, ad decimas, & ad Trumam; ſed ad Sanctum immergunt. Ad aquas luſtrales vero manibus pollutis, totum corpus cenſetur pollutum.* *Maim.* Præfat. Comment. ad Cod. *Jadaim* וההפרש בין הטבילה והנטילה כי נטילת ידים תהיה במים שאובים וזכן מתנאיה הוא שישפכו מכלי על כל פנים על הידים אבל אם היו מים שאובים שנתקבצו במקוה לא יותר נטילת ידים בהם וצריך שלא יהיה מראה המים משונה ותהיה רביעית או יותר לכל אחד ואמנם טבילת ידים אינה ראויה במים שאובים אלא במי מקוי משאר המקוה והוא שיהיה בהם ארבעים סאה וטבילת ידים ונטילת ידים בין לחולין בין לתרומה עד הפרק i. e. *Intercedit aliqua inter merſionem ac lotionem differentia. Lotio quippe manuum peragitur aquis hauſtis, at ex* neceſſariis ejus *requiſitis eſt, ut ex vaſe aliquo omnino affundatur ſuper manus. Sed aquis e confluento, ubi congregatæ fuerant, hauſtis, non permittitur illis manuum lotio. Et opus omnino eſt, ut aſpectus aquarum ſit adhuc integer* ſeu limpidus, *quartaque exiſtat aut amplius unicuique. Verum merſio manuum legitime non peragitur aquis hauſtis, ſed aquis in aliquo conceptaculo confluentibus, quod quadraginta contineat Sata. Utraque tamen & lotio manuum & earum merſio, ſive ad cibum communem ſive Trumam, fit ad juncturam usque brachialem.* Vid. idem *Maim.* hilc. *Mikvaoth.* c. 11. §. 1. & Conf. Cod. *Chüllin* f. 106. a. l. pen. ſqq. *Maim.* hilc. *Berach.* c. 6. §. 4. *Orach Chajim.* nr. 155. ſqq. (h) Gloſſa interior Cod. *Chüllin* fol. 106. a. l. 13

rint, ubi ſola affuſione res potuit confici: cujusmodi quid de Johanne quodam Gudgediade Talmudiſtarum afferunt Padectæ (i); paſſim inculcantes, eum; qui ſola manuum lotione indigebat, ſi aquæ eas immerſerit, ac cibum legitime ſumendum, nil opus habuiſſe amplius (k). Ea tamen hic neutiquam poteſt concipi.

§. 8. Siquidem in triclinio conſtitutus erat Salvator, uti dictum, ubi nullus conceptaculo locus, in quod manus immergendæ fuiſſent (l). Prandium ad quod vocatus comparuit, cibum continebat communem, qui ſolam lotionem requirebat (m). Plures alii erant præſentes, eodem procul dubio ritu cibum ſumturi; quibus aqua ad immergendas decenter manus non ſuppetiiſſet, per anteceſſorem quemque jam inquinata (n). Nec dubium, quin eadem obſervanda expectarit h. l. Hoſpes, quæ alibi in Judæorum conviviis, & in hoc ipſo probabiliter etiam a reliquis, obſervari conſueverant. Ut nimirum vocati, triclinium ingreſſi, non illico menſæ aſſideant, quemadmodum hic a Salvatore factum, conjecturam præbent verba v. 37. εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν: ſed in ſubſelliis reliquos expectent, alteram interea manum loti, qua calicem vini appetentiam creaturi apprehendunt. Donec ſingu-

---

טבילה עולה לידים יותר מן הנטילה כדאמרינן בחגיגה נוטלין לידים להולין ולמעשר ולקדש מטבילין אלמא טבילת ידים עדיפא i. e. *merſio manibus magis conducit, quam lotio, ſicut in Chagiga* (c. 2. §. 5.) *dicimus, lavant manus, aquas illis affundentes, ad cibum communem, & decimas: ſed ad ſanctum immergunt. Ergo merſio manuum præſtantior.* Vid. *Lebuſch* Part. 1. num. 159. §. 14. (i) Cod. *Chagiga* c. 2. §. 7. fol. 18. b. l. 11. (k) *Maim:* hilc. *Berach.* c. 6. §. 5. כל הצריך נ״י והטביל ידיו במי מקוה אינו צריך דבר אחר i. e. *Si quis ad lotionem manuum obligatus, eas immerſerit aquis conceptaculi, non indiget re nulla alia.* Vid. Cod. *Chüllin.* f. 106. a. *Jadaim* c. 1. *Chagiga* l. c. (l) *Maim.* hilc. *Berach.* c. 6. §. 5. אם הטבילן במים שאין בהם שיעור מקוה או במים שאובין שבקרקע לא עשה כלום שאין המים שאובין מטהרין את הידים אלא בנטילה i. e. *Si quis manus immerſerit aquis, menſuram conceptaculi legitimam non comprehendentibus, aut aquis hauſtis in fundo extantibus, nil fecit quicquam; quia aquæ hauſtæ non purificant manus, niſi in lotione.* (m) Vid. §. 7. lit. g. Cod. *Chagiga* c. 2. §. 5. (n) Cod. *Chagiga* f. 19. a. l. 29. ſeqq. *Mikvaoth* c. 7. § 6. f. 132. a. *Gittin* fol. 16. a. l. 4. ſeqq. מקוה שנמדד ויש בו ארבעים

ſingulis jam congregatis, antequam menſæ accumbant, aqua porrigatur (o) a miniſtro, unicuique affundente manum utramque purgaturo. Quæ omnia ne conjecturam quidem faciunt immerſionis, quam penitus reſpuit ſolicita illa Judæorum cura, utrum aquæ de manu decidentes vaſe aliquo ſint excipiendæ; an v. permittendum, ut in fundum profluant (p). Neque ea Talmudis loca tolerant, quæ ſuſpicionem faciunt, aquam convivis non fuiſſe traditam, niſi jam in ſede ſua accumbentibus (q).



סאת מכוונות וירדו שנים וטבלו זה אחר זה הראשון טהור והשני טמא i. e. *Si in conceptaculnm menſuram quadraginta Satornm circumſcriptam continens, duo deſcenderint ſucceſſive, & ſe immerſerint, primus purificatur, poſterior manet pollutus.* Confer. Cod. *Mikvaoth* c. 1. coll. *R. Moſe* ad id ipſum. *Maim.* hilc. *Berachoth* c. 6. §. 7. ex Cod. *Jadaim* c. 1. §. 3. *aquæ quibus aliquid jam factum eſt, habentur pro effuſis, & ad lotionem manuum ſunt ineptæ.* (o) Cod. *Berach.* fol. 43. a. l. 9. ſeqq. כיצר סדר הסבה אורחין נכנסין יושבין ע"ג ספסלין ועל גבי קתדראות על שיכנסו כולם הביאו להם מים כל אחד ואחד נוטל ידו אחת בא להם יין כל אחד ואחד מברך לעצמו עלו והסבו ובא להם מים אף על פי שכל אחד ואחד נטל ידו אחת חוזר ונוטל שתי ידיו וכו' i. e. *Quis accumbendi ordo? convivæ ingreſſi ſedent in ſubſelliis aut cathedris, donec intromiſſi ſint omnes, allata ipſis aqua. quilibet iſtorum alteram lavat manum, vino oblato, ſinguli ſeorſim benedictionem recitant. Surgentibus illis, ut accumberent, affertur aqua; & quamvis ſinguli ipſorum alteram manum laverint, quilibet tamen denuo lavat utramque* &c. Vid. fol. 46. b. l. 22. ſeqq. (p) Cod. *Chüllin* f. 105. a l. 36. ראשונים נוטלין בין בכלי בין על גבי קרקע אחרונים אין נוטלין אלא בכלי i. e. *Aquis prioribus manus lavant vel in vas aliquod, vel in fundum; poſterioribus non niſi in vas ſubſtratum.* (q) Cod. *Berach.* l. c. l. 12. עלו והסבו ובא להם מים *aſſurgunt in lectos ac accumbunt, tunc venit illis aqua.* fol. 46. b. l. 22. ſeqq. מים ראשונים מהיכן מתחילין אמר ליה מן הגדול וישב גדול וישמור ידיו עד שנוטלין כולן אמר ליה לאלתר מיתו תכא קמיר מים אחרונים מהיכן מתחילין אמר ליה מן הקטן וגדול יתב וידיו מזוהמות עד שנוטלין כולן אמר ליה לא מסלקי תכא מקמיה עד דנמטי' מיא לגביה i. e. *Aquas priores undenam incboant* affundere? *reſpondit ipſi, ab honoratiori.*

§ 9. In hac vero manuum lotione non modo aqua, ſecundum expreſſa Talmudiſtarum verba, affundebatur (r), paulatim e vaſe unde præbebatur, accreſcente lavantium numero, deficiens (s): Sed ſæpe etiam aſpergebatur guttatim. Cognoſcitur id non modo ex eo, quod ſubinde non niſi extimos manuum articulos humectarint (t): ac exigua aquæ portio quamplurimis hominum lavantibus ſuffecerit (u). Verum ipſum etiam vas טיטרוס (x) ſive אפרכס (y) in hunc uſum quandoque adhibitum, idem evin-

*Siccine honoratior ſedeat, ſervans manus ſuas, donec omnes laverint? reſpondit ipſi, illico afferunt ipſi menſam. Aquas poſteriores undenam incipiunt? reſpondit ipſi, ab infimo. Numquid Honoratior ſedeat manibus commaculatis, usquedum laverint omnes? reſpondit, non auferunt* a facie ejus *menſam, donec aquæ ad ipſum pervenerint.* (r) Vid. ſupra §. 7 lit. g. ubi *Maimon* inter neceſſarias, ad legitimam manuum lotionem, conditiones ponit, ut *affundatur aqua manibus.* (s) Vid. infra §. 10. (t) *Chüllin* f. 105. a. l. penult. תנו רבנן במילת ידים לחולין עד הפרק לתרומה עד הפרק וכו׳ i. e. *tradunt Doctores noſtri, lotionem manuum ad cibum communem ad hunc usque articulum* pertingere, manu monſtrando, ut Gloſſa habet exterior, pag. b. ad juncturam ſecundam, quæ eſt in digitorum medio; *ob Truma, ad hunc usque articulum*, monſtrando juncturam tertiam, quæ in ſuprema manus eminentia &c. Vid. *Maim.* hilc. *Berach.* c. 6. §. 4. ejusque Comment. *Ceſeph. Miſchne. R. Moſe de Kozi* Præc. Affirm. nr. 27. fol. 112. c. 3. l. 1. ſeqq. (u) Cod. *Jadaim* c. 1. §. 1. מי רביעית נותנין לידים לאחד אף לשנים מחצי לוג לשלשה או לערבעה מלוג לחמשה ולעשרה ולמאה i. e. *de quarta aquarum indunt manibus unius vel duorum. De Logo dimidiato, tribus aut quatuor. De Logo, quinis vel denis aut centenis.* (x) ita vocatur Cod. *Kelim*, cap. 2. §. 6. טיטרוס רב יוסי מטמא מפני שהוא כמוצא פרוטות *Rab. Joſe exiſtimat, TITROS contrahere immunditiem: quia, emittendo aquam, eſt inſtar expendentis nummos minutiſſimos.* ad quæ *R. Moſes* וטיטרוס הוא כלי חרס מישבו רחבה ילו צואר צר ארוך דק מאד וכתושב חכלי נקבים נקבים וכאשר תמלא חכלי במום וחושם חאצבע על ראש הצואר הדק ומנע האדר פלוכנס בכלי ולא יצאו המים אשר בו מאלו הנקבים וכאשר הוסר האצבע מראש הכלי יצאו המים מקרעות חכלי ויקרא אצלנו זה הכלי מזה המים ואמרו מפני שהוא כמוציא פרוטה ר״ל כי המים כאשר יצאו מאלו הנקבים לא יצאו במהרה אבל יצאו מעט מעט באיחור גדול הנה

evincit apertiſſime. Ex iſto enim aqua non egreditur niſi minutim, vel ut alii loquuntur guttatim (z). Proinde & Maimonidi non inepte *Aſperſorium* dicitur (a).

§. 10. Quod ſi hoc in conviviis uſurpatum ambigas, perinde uti illud, cui fiſtula ὑδρόχυτος addita erat, e qua, remoto epiſtomio, in modum ſcatebræ ſalientis aqua erumpebat (b): his talibus commodius forte uſui privato adjudicatis. Nihilominus quodcunque tandem concipias, ita comparatum



כבר שב כלי קבול i. e. TITROS *eſt vas teſtaceum* (metallinum facit Autor Aruch, & ר״ש ad l. c.) *ampli fundi, ſed collum habet anguſtum, longum, gracile admodum; in fundo vas plenum eſt rimarum ac foraminum. Impleto eo aquis, ſi digitus imponatur ſummitati colli iſtius gracilis, cohibetur aër, quo minus in id introeat, nec prodeunt aquæ, quæ intus ſunt, per iſta foramina. Remoto autem ab orificio vaſis digito, exeunt aquæ ex ejus fundo. Nobis vocatur hoc vas Aſperſorium. Et dicunt, quod, quia inſtar minutos nummos proferentis, h. e. quia aquæ, quum ex foraminibus iſtis egrediuntur, non proruunt ſubito, ſed ſenſim admodum exeunt, cum mora magna, ideo vas omnino aptum habeatur receptioni &c.* Rabbenu Aſcher ad Cod. *Chüllin* f. 172. c. 1. l. 36. ſeqq. vaſe eodem fere modo deſcripto, l. 39. ſubjicit: נראה לי שמותר ליטול ממנו לודים *quantum mihi videtur, aptum eſt, quod adhibeatur ad lotionem manuum.* (y) ita in *Bereſchith Rabba* ſect. 4. fol. 4 col. 1. l. fin. Edit. Ven. *Rab. Aſcher* l. c. l. 38. vult alio nomine dici מיארג in *Erubhin* c. ult (z) Rab. *Aſcher* l. c. l. 43. verba Miſchnæ, quibus *proferenti nummos minutos* comparatur, reſpicere ait id quod מוציא טיפין טיפין כשמסור אצבעו *emittat aquas, remoto digito, guttatim.* Rabbenu Nathan in *Aruch* f. 78. c. 4. טיפה אחר טיפה *guttam poſt guttam* aſſerit prodire ex iſto, (a) ſupra verbis ad x) citatis. (b) *Rabbenu Aſcher* ad Cod. Chüllin. f. 172. c. 1. l. 27. ſeqq. ומים שבחבית ויש בו ברזא יסיר הברזא ויחזירנו בכל שפיכה ושפיכה וקרי ביה שפיר כח גברא כיון דעל ידי חסרת הברזא באין המים ולא דמי לחבית שמוטה על צדה אבל לא החזיר הברזא בין שפיכה לשפיכה דמי לחבית שמוטה על צדה וכו׳ i. e. *Aquis in vaſe quodam exiſtentibus, cui epiſtomium; ſi epiſtomium remotum, ad* quamcunque affuſionem *reſtituat, bene de eo dicitur, quod concurrente homine effundat aquas, quia per remotionem epiſtomii aquæ proveniunt: nec comparari poteſt cum vaſe in latus inclinato. Sed ſi inter* ſingulas affuſiones *epiſtomium non reſtituat, ſpeciem habet vaſis*

ratum esse debet, ut ex illo aqua sensim lavantium manibus affundatur (c); non autem hi manus illi immergant (d). Propterea Talmudistæ in hoc argumento ordinarie dicunt *aquam manibus indere* (e), vel *affundere* (f), aut eadem manum *inundare* (g). Curiose quoque præcaverunt, ut, pluribus simul

*in latus inclinati &c.* (c) Cod. *Jadaim.* c. 1. §. 2. בכל הכלים נותנין לידים אפילו בכלי גללים בכלי אבנים בכלי אדמה אין נותנין לידים לא בדפנות הכלים ולא בשולי המחצ ולא במגופה החבית וכו׳ i. e. *omni vase aquas* indunt *manibus, etiam marmoreis, lapideis, testaceis. Sed non* indunt *manibus e partibus vasorum fractis, nec e vasorum operculo &c. Maim.* hilc. *Berach.* c. 6. §. 10. יש לנוטל ליתן על ידיו מעט מעט עד שיתן כשיעור ואם נתן הרביעית כולה בשטיפה אחת כשר i. e. *lavant paulatim aquas* affundere *debet manibus, donec legitimam mensuram* indiderit. *Quod si totam quartam una* indiderit *affusione,* re confecta, *ne sit irritum.* (d) *Maim.* hilc. *Berach.* c. 6. §. 14. השוקת שדולה אדם בידו או בגלגל ונותן לתוכה והמים נמשכים ממנה באמה והולכין ומשקין הירקות או הבהמות והניח ידו בשוקת ועברו המים ושטפו על ידיו לא עלתה לו נטילה שהרי אין כאן נותן על ידיו ואם היו ידיו קרובות לשפיכת הדלי עד שנמצאו המים שטפו על ידיו מכח נתינת האדם עלתה לו נטילה i. e. *Si quis aquæductui, in quem homo haurit manu sua, vel rotæ eidem infundens, aquis exinde in foveam derivatis, quæ decurrunt irrigaturæ olera aut jumenta potaturæ, manus inferat, quam inundent aquæ transeuntes; non imputatur ei hæc lotio cum nemo sit, aquas indat manibus. Quod si manus prope fuerint effusioni situlæ, adeo, ut deprehendantur aqua manus inundantes vi affusionis ab homine factæ, imputatur ipsi lotio.* (e) Exempla in modo dictis passim obvia. Confer. inprimis Codic. *Jadaim* c. 1. §. 1. 2. (f) Vid. supra lit. b) *R. Moses* ad *Jadaim* c. 1. §. 1. verba ultima: ובלבד שלא יפחות לאחרון שבהם מרביעית *modo ultimo istorum non relinquatur minus quarta,* hæc adjicit: ר״ל שיהיה בכלי בעת שישפוך ממנו האחרות רביעית *innuunt, quartam adhuc contineri debere in vase, quo tempore affundit ex isto ultimum.* Paulo post: ובמים שנים כשרוחץ קצת ידו ותמו המים או נפסקים השפיכה חוזר ומשלים רחיצת ידו שישפך מים על החלק אשר לא נתרחץ i. e. *aquis posterioribus, postquam partem manus laverat, deficientibus aut interruptis, affusionem repetit, perfecturus ablutionem manus suæ, dum affundit aquas ad eam partem, quæ nondum lota est &c.* (g) Cod. *Jadaim* c. 2. §. 1. נטל לידו אחת משטיפה אחת ידו טהורה לשתי ידיו משטיפה אחת

ſimul ordi..e lavantibus, etiam ultimo, aquis paulatim e vaſe deficientibus, *quarta* ad minimum *logi* ſuppetat (h). Requirunt λετροχόον diverſum a lavante, qui aquas huic affundat (i). In iſtius vero defectu hujusmodi præſcribunt remedia, quæ nullatenus neceſſaria, ſi merſione res deberet confici (k). Manifeſto argumento, lotionem manuum aſperſione factam, vel aquarum affuſione. Quum igitur hæc Lucæ *Baptiſmus* dicatur, & βαπτίζεϑαι qui manus lavat: quis dubitare jure poteſt, *Baptiſmum* rite perfici, nuda aquarum affuſione vel aſperſione, vereque dici βαπτίζεσϑαι, cui aquæ tantum affunduntur, vel pro loci conſuetudine aſperguntur? Exempla hujus occurrent infra.

 §. 11.

---

וכו׳ i.e. *laverit manum unam* inundatione *una, manus ejus pura eſt: ſi utramque manum ſuam ex* inundatione *unica &c.* Ubi *Maim.* pro *inundatione* ſubſtituit שפוכה *affuſionem.* Alibi vero Hilc. *Berach.* c. 6. §. 10. שטיפה *inundationem* retinuit. Sunt Synonyma, niſi quod hæc affuſionem denotet paulo liberiorem, & ſæpe præter intentionem affundentis erumpentem. (h) Cod. *Jadaim* c. 1. §. 1. verbis ſupra §. 9. lit. u) citatis, ſubnectitur: רבי יוסי אומר ובלבד שלא יפחות לאחרון שבהש מרביעית *R. Joſe inquit, modo ultimo iſtorum non relinquatur infra quartam.* (i) *Arba Turim* Part. I. *Orach. Chajim*, num. 162. p.m. 23. c. 4. l. 11. ex *Rabbenu Aſcher* ad Cod. *Chüllin* fol. 172. col. 2. l. 47. הנוטל צריך שישפוך אחר על ידיו i.e. *Si quis manus lavare velit, neceſſe eſt, alium manibus hujus affundere.* Hinc enim eſt, ut Cod. *Jadaim* c. 1. §. 2. dicatur ולא יתן לחבירו בהפניו *nemo* aquam *indat proximo ſuo pugnis.* it. ib. §. 5. הכל כשרים ליתן לידים אפילו חש״ו i.e. *Omnes apti ſunt, qui aquam* alterius *indant manibus, etiam ſurdus, ſtultus ac minorennis.* (k) *Maimon.* hilc. *Berach.* cap. 6. §. 13. Recitata Miſchna nunc memorata, ulterius pergit: אם אין שם אחר מניח הכלי בין ברכיו וצק על ידיו או יטה חחבית על ידיו ויטול או מטל ידו אחת וצק בזו על זו וחוזר וצק בראשונה על השנייה i.e. *Si non adſit alius,* qui aquas ſuppeditet, *vas intra genua ſua collocet, ſuisque affundat manibus: aut vaſe in manus inclinato, lavet. Vel altera manu lota, affundat ſuper alteram, ac rurſus priori effundat ſuper ſecundum.* Vid. ead. ap. *Rabbenu Aſcher* ad *Chüllin* c. 8. f. 172. col. 1. l. 21. ſeqq. coll. l. 10. ſeqq. l. c. col. 2. l. 47. ſeqq. Ex eo filius *Rabbenu Jacob* in *Orach. Chajim.* num. 162. p.m. 23. col. 4. l. 12. ſeqq. inquit: ואם אין לו אחר יאחז הכלי בראשי אצבעותיו וישפוך על שתי ידיו כאחת או ישפוך על זו רביעית ועל

§. 11. Cæterum *Baptiſmus* varie poteſt dividi. Qui ductum Scripturæ ſequuntur, *Baptiſmum* alium *Fluminis* ſtatuunt (l), alium *Flaminis*, ac *Sanguinis* alium ſeu Martyrii (m). Duæ poſteriores ſpecies, quemadmodum τὶ τῶν δακρύων βάπτισμα (n), aliæque translatæ, ad nos nil attinent, de proprio dicturos. Neque tamen *Fluminis Baptiſmus* univerſim ſumtus, & prout etiam baptiſmum *Expiationis* ſub ſe comprehendit, noſtræ jam eſt conſiderationis. Proinde differentiæ ergo vocem *Initiationis* adjecimus, in ea acceptam latitudine, quam vi ſuæ originis ab *initiando* deducendæ, jure merito ſibi vindicat. Utut enim ſæpe Synecdochice pro *ſacrorum* uſurpetur *initiis* (o), &, quemadmodum *facere* ſubinde notat veteribus idem ac *ſacra facere;* ita *initiare* paſſim extet pro *ſacris initiare* (p), vel *ſacris primum adhibere.* Unde quibus id contingit, *Initiati* vocantur, & *Initiorum dies*, quibus hæc ſacra celebrabantur, teſte Livio (q). Nobis tamen generalem ſuam notationem retineat, fracta ad omnes eos, qui *novum* aliquem ſtatum, vel conditionem, aut profeſſionem ſubituri erant; ſive ſacer fuerit ac honorificus, ſive civilis ac ſæpe etiam miſerabilis.

§. 12. Equidem haud aſſeruero, in hoc *expiationem* negligi. Certe hæc intendebatur ubivis: modo a ſordibus externis ac corporis, nunc ab internis ſeu animæ. Verum in quamplurimis luſtrationibus nil ſpectabatur extra purificationem amplius. Judæus ſeminifluus, ob tactum cadaveris aliorumque pollutus, luſtratione utitur; menſtruata, puerpera, concubitu viri inquinata (r) &c. immergit ſe aquæ; non alium in finem, quam ut purificentur. Cum apud Gentiles templa ingreſſuri, oraturi, ſacrificaturi, ludos ſeculares ſpectaturi, peracto homicidio, propter funera & alia hujus generis multa, luſtrarent ſeſe; non alio id fiebat fine, quam ut a ſordibus ſive corporis ſive animæ purificati, magis forent accepti (s). Unde & effectus hujus

---

זו רביעית ואחר כך ישפשפם זו בזו i.e. *Quodſi alium non habeat, ipſe vas apprehendat extremis digitis, & effundat ſuper utramque ſimul manum: aut ſeorſim nunc huic quartam affundat, nunc alteri totidem, illis mutuo deinceps ſibi affricatis.* Vid. *Maim.* l. c. §. 13. 14. (l) *Nazianzeno* Orat. 39. in ſancta lumina, tom. 1. p. 634. βάπτισμα ἐν ὕδατι dictum. (m) *Nazianz.* l. c. βάπτισμα μαρτυρίου καὶ αἵματος. Vid. Matth. XX, 22. Marc. X, 32. (n) eidem *Nazianz.* l. c. Vid. quoque *Damaſc.* lib. 4. Orthodoxæ fidei, c. 10. cit. a *Voſſio* Diſp. 1. de Baptiſ. th. 1. p. 26. (o) Vid. Cicer. de leg. l. 2. c. 444. D. Varro de re ruſt. l. 3. c. 1. (p) unde *Cic.* l. c. *initiari Cereri.* (q) Vid. *Saubert.* de Sacrific. p. 400. (r) Vid. de *Bathſeba* 2. Sam. XI, 4. (s) *Tertull.* de Bapt. c. 5. idque ſe in rege-

hujus lustrationis non durabat diutius, quam novam denuo contraxissent labem, nova rursus lustratione expiandam. Apud Judæos (t) pariter ac gentiles (u) toties lavabant, quoties sacra erant facturi: metu perculsi, an forte vel

---

nerationem & *impunitatem perjuriorum suorum*, agere præsumunt. *Pausanias* l. 10. p. 620. *Carmanor*, e Creta, *καθῆραι ἀπόλλωνα Apollinem de cæde purgasse dicitur. Diodor.* Sic. l. 4. p. 155. c. Ceres πρὸς τὸν καθαρμὸν τῦ Κενταύρων φόνε *ad expiandam Centaurorum cædem, Parva mysteria instituit, in honorem Herculis. Plutarch.* Theseo p. 5. c. de hoc refert, *certos ex Phytalidarum stirpe, occurrentes, rogavit καθαρθῆναι, ut expiarent se; qui τοῖς νενομισμένοις ἁγνίσαντες, καὶ μειλίχια θύσαντες εἱστίασαν ὅλοι more solenni lustrantes eum, & immolantes hostias ad placandos Deos, invitarunt domum.* Apollodor. l. 2. p. 87. *Bellephoron Glauci f. Sysiphi in Corintho pulsus, ob cædem imprudenter factam confugit ad Pratum Argivorum regem, ut ab eo expiaretur.* Hæc Joh. Marcham. Can. Ægypt. sec. XI. p. m. 264 seqq. (t) *Maim.* hilc. *Biath Hammikdasch* c. 5. §. 4. 5. e Cod. *Joma* cap. 3. §. 2. 3. זה הכלל היה במקדש אין אדם נכנס לעזרה לעבודה אף על פי שהוא טהור עד שהוא טובל וכל המסיך את רגליו טעון טבילה וכל המטיל מים טעון קידוש ידים ורגלים יצא חוץ לחומת העזרה אם לשהות בחוץ יצא כשחוזר טעון טבילה ואם לחזור מיד יצא כשחוזר טעון קדוש ידים ורגלים בלבד i.e. *Hæc generalis in Sanctuario obtinet regula: Nemo atrium ingreditur sacro functurus officio, etiamsi mundus sit, quin prius aquæ se immerserit. Et quicunque pedes texerit, immersione indiget. Vesicam vero solvens, obligatur ad consecrationem manuum pedumque Exeunte aliquo extra murum atrii, si, ut commoraretur aliquamdiu, egressus fuerat, reversus debet se immergere; sed si animo statim redeundi fuerat egressus, reversus non obligatur nisi ad solam manuum pedumque consecrationem.* Ibid. § 8. קדש ידיו היום צריך לחזור ולקדש למחר אף על פי שלא ישן כל הלילה שהידים נפסלות בלינה קידש בלילה והקטיר החלבים כל הלילה צריך לחזור ולקדש ביום לעבודת היום i.e. *Si quis hodie manus suas consecraverat, crastina luce necesse habet, ut consecret denuo, quanquam tota non dormiverit nocte; pernoctatione enim creduntur manus pollutæ. Consecraverit nocte, totaque nocte ista adoleverit adipes, necesse habet, die facto, consecret denuo ad ministerium diei.* Vide prolixius *Maimonidem* toto cap. citato. it. Cod. *Joma* c. 3. § 4. 7. c. 4. § 8. c. 7. §. 3. 4. 5. 6. *Gemara* fol. 29. a. b. fol. 30. seqq. coll. etiam fol. ult. (u) *Ægyptiorum Sacerdotes*, ut ait *Herodotus* l. 2. 37. λοῦνται δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς

vel inſcii ſe contaminarint (x). At hæc, de qua jam dicturi ſumus luſtratio, in ſola purificatione non acquieſcit; ſed ea jam impetrata, tranſcendit intentione ſua altius, viam apertura novo ſtatui, functioni, aut profeſſioni, unde baptizatus olim erat remotus. Quo occupato, deinceps ad eundem finem non repeti ſolet amplius.

§. 13. Proinde *Initiationis Baptiſmus* nil aliud eſt, quam luſtratio quædam ſolennis, qua decenter præparatus, tribus ordinarie adhibitis teſtibus, poſt clare editam confeſſionem, aquis decenter abluitur; ut hoc modo ab immunditie & ſordibus ſuis purgatus, membrum fiat novæ, ad quam adſpirat, ſocietatis.

§. 14.

*ἐκχέσης νυκτὸς quotidie lavantur frigida, bis interdiu, ac bis noctu. Chæremon.* a Porphyrio citatus de abſtin. l. 4. *τρὶς δὲ τῆς ἡμέρας ἀπελέοντο ψυχρῷ, ἀπὸ τε κοίτης, καὶ πρὸ ἀρίστε, καὶ πρὸς ὕπνον, ter* inquit, *unoquoque diei ſe frigida abluunt, u lecto, ante prandium, & cum eunt dormitum.* Ex eodem emanavit ritu, quod *Plautus in Aulul.* Act. III. Sc. 6. v. 43. *Ego*, inquit, *ſi quid me vis, eo lavatum, ut ſacrificem.* Ibid. Act. IV. Sc. 2. v. 5. *nunc lavabo, ut rem divinam faciam.* Haud dubie enim ſacra violari putabant, *niſi*, ut *Alex. ab Alex.* Genial dier. l. 4. c. 17. aſſerit, *in omnibus ſacris ſacerdos, quum diis immolaret, & rem divinam faceret, prius corporis ablutione purgaretur.* Atque ea propter minus grata fore putabant, neque exaudiri, ut *Heſiod.* adſtruit, Opera & dies l. 2. circ. fin. p. m. 54.

*μηδὲ ποτ' ἐξ ἠῶς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον,*
*χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν,*
*ὐ γὰρ τοίγε κλύεσιν· ἀποπλύεσι δὲ τ' ἀράς.*

i. e. ex Verſione Nic. Vallæ:

*Acre Jovi vinum, ſeu diis, de mane cavendum eſt,*
*Illauta libare manu, tum vota precando.*
*In caſſum fundes, nulli exaudita Deorum.*

(x) Cod. *Joma* f. 30. a. ad l. 28. Gloſſa interior id fieri, ait, כדי לעלות על לב שאין טבילה אלא לטמאין ולשת ללבו אם יש טומאה עליו ויזכור טומאה ישנה שיש עליה ושכחה ויפריש מלבוא לעזרה היום עד שיעריב שמשו אחר הבילה ולא יעבור היום *ut in mentem veniat, nullam fieri merſionem niſi a pollutis, & ut ad animum revocet, utrum forte inhæreat ſibi*

§ 14. Hujus *Subjectum* est inprimis *Gentilis Judaicam amplexurus fidem.* Quo quadantenus referri potest *servitutem subiturus* inter Ebræos; cujus inaugurationem Maimonides aliquam Proselytismi partem vocat. Præter hos lustratione inaugurabantur *vindicandus in libertatem*, item *Sacerdotio functurus*, *e cælibatu transiens ad conjugium*, *Nomine donandus*, ac *consecrandus literis*; quin & *in Deorum evehendus numerum.* De singulis ordine ita dispiciemus, ut primas concedamus Proselytis; reliquis deinceps tactis.

§. 15. *Proselytorum* solicitam curam egisse Deum, hinc inde Scriptura inculcat serio. Paria illis subinde attribuit cum Judæis originariis (y). Se vere passim illorum prohibet persecutionem. Ne quis itaque falso ipsorum nomen mentiatur, sub hoc prætextu varias in se derivaturus immunitates, sæpe cum maximo indigenarum damno: neve vicissim Judæorum aliquis, ignarus quam alienigena religionem colat, divinam de illo fovendo legem transgrediatur, quidvis sibi in gentilem licere præsumens: & ut rei ipsi externa pompa major concilietur autoritas, reverentia sanctior: Sapiens Judæorum Antiquitas prudenti consilio instituit, ne qui clanculum in viscera Ecclesiæ suæ irreperent; sed solenni ritu, cujus Deum ipsum faciunt autorem, reciperentur publice.



---

*pollutio. Revocata enim in animum pollutione veteri sibi imminente, qua exciderat; abstrahat se quo minus isto die ingrediatur in atrium, donec occubuerit ipsi sola mersione facta, nec die isto aliquam subeat functionem.* (y) ἰσοτιμίαν inquit Philo l. 1. de Monarch. p. m. 631. F ἅπασιν ἐπηλύταις μεταδοὺς καὶ χαρισάμενος ἴσα καὶ τοῖς αὐτόχθοσι, παραινεῖ τοῖς εὐπατρίδαις μὴ μόνον αὐτοὺς τιμαῖς γεραίρειν, ἀλλὰ καὶ ἐξαιρέτῳ φιλίᾳ καὶ εὐνοίᾳ περιττῇ· καὶ μήποτ' εἰκότως ἀπολελοιπότες, φησὶ, πατρίδα καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς δι' ἀρετὴν καὶ ὁσιότητα, μὴ ἀμοιρείτωσαν ἑτέρων πόλεων καὶ οἰκιῶν, καὶ φίλοι, ἀλλ' ἔστωσαν καταφυγαὶ τοῖς πρὸς εὐσέβειαν αὐτομολοῦσι· φίλτρον γὰρ ἀνυσιμώτατον καὶ δεσμὸς ἄλυτος εὐνοίας ἐρωτικῆς, ἡ τοῦ ἑνὸς θεοῦ τιμή. h. e. *Omnes æquo jure uti voluit tam advenas quam indigenas, veteres cives admonens, ut hos novos non solum honorent, verum etiam eximia prosequantur benevolentia. Et merito. Cum relinquerint patriam, cognatos amicosque pietatis ergo sanctitatisque, non excludantur ab aliis civitatibus familiis, amicitiis; sed pateant receptacula hominibus ad religionem veram transfugientibus. Nam unius Dei cultus est amoris mutuæque benevolentiæ vinculum insolubile.* Vid. Plutarch. Conjug. Præcep.

§. 16. Quanquam hic tria, si fieri possit, usurpet media, Circumcisionem, Baptismum & Sacrificium. Horum tamen Circumcisio in sexu sequiori nunquam invenit locum: Sacrificium, templo desolato, a nemine offerri potest. Solus *Baptismus* universalis est ac perpetuus, cuilibet sexui ac tempori conveniens (z). Hinc eum usque eo putant necessarium, ut sine eo, omnibus noto vel idoneis comprobato testibus (a), nemini jura Proselyti concedant; si vel maxime & corpore, & testimonio sufficienti probatum dederit, se esse circumcisum.

§. 17.

p. m. 140. (z) *Maim.* hilc. Issure Bia c. 13. §. 4. 5. 6. (Quæ iisdem fere verbis habentur in *Smag.* P. N. 116. fol. 40 cap. 2. l. 46. seqq.) suorum mentem exprimit verbis sequentibus: לדורות כשירצה הכותי להכנס לברית ולהסתופף תחת כנפי השכינה ויקבל עליו עול תורה צריך מילה וטבילה והרצאת קרבן ואם נקבה היא טבילה וקרבן ובזמן הזה שאין שם קרבן צריך מילה וטבילה — גר שמל ולא טבל או טבל ולא מל אינו גר עד שימול ויטבול i. e. *Quandocunque Gentilis in fœdus cum Deo vult recipi, ac vel sub extimis alarum divinæ Majestatis partibus delitescere, jugo legis in se recepto, opus* ad hoc *habet circumcisione, Baptismo, ac placatione sacrificio facta; & si fœmella sit, solo Baptismo, ac sacrificio. Nostro hoc tempore, quo non vigent sacrificia, circumcisione opus habet* mas, *ac Baptismo. Proselytus qui circumcisus baptizatus non fuerit, aut baptizatus, sed non circumcisus, non est Proselytus, donec circumcisus etiam baptizetur.* Celebris in hanc sententiam circumfertur decisio R. Johannis. Cod *Jevam.* fol. 46. a. l. 26. Vid. p. b. l. 10. לעולם אין גר עד שימול ויטבול וכיון דלא טביל נכרי הוא i. e. *Nunquam in æternum reputatur quis Proselytus, donec circumcisus etiam baptizetur: nam antequam baptizatus fuerit, æstimatur pro alienigena.* Secundum R. Judæ opinionem l. c. p. b. l. 18. l. 12. seqq. טבילה עיקר *Baptismus* in hoc negotio est *pars primaria*, ac *fundamentum* totius inaugurationis (a) *Maim.* hilc. *Issure bia* cap. 13. §. 7. טבל בינו לבין עצמו ונתגייר בינו לבין עצמו ואפילו בפני שנים אינו גר בא ואמר נתגיירתי בבית דינו של פלוני והטבילוני אינו נאמן לבוא בקהל עד שיביא עדים i. e. *Si baptizet se quispiam seorsim, & Proselytismum recipiat seorsim, aut duobus tantummodo præsentibus, non est Proselytus. Si quis adveniens dixerit, proselytus factus sum per judicium hujus vel istius, qui curarunt me baptizari; non habetur ipsi fides, ut veniret in Ecclesiam, donec testes attulerit.* *Rabbenu Ascher* ad Cod. *Jevam.* fol. 135. cap. 1. l. 16. seqq.

§. 17. Hinc factum eſt, ut nondum legitime baptizatus nec admiſſus fuerit, qui de ſanctis comederet (b), aut uxorem duceret Iſraëlitidem (c). Quod ſi quis interea temporis, eo inſuper habito, aliquam domum duxerit, eaque ex ipſo conceperit, fœtus habetur pro ſpurio, haud ſecus ac ſi ex gentili fuiſſet genitus (d). Ex eodem quoque emanavit principio, quod clanculum



והיכא דאתא נכרי ואמר כבר נתגיירתי וטבלתי בבית דין של פלוני לא מהימנינן ליה עד דמייתי סהדי דאמר רבי חייא בר אבא אמר ר׳ יוחנן הלכה בין בארץ בין בחוצה לארץ צריך להביא ראיה׳ i. e. *Sicubi peregrinus venerit, dicens: jam duaum in proſelytorum numerum adſcriptus ſum, ac baptizatus coram judicio iſtius N.; non habemus ipſi fidem, donec afferat teſtes. Nam R. Chija f. Abbæ inquit, R. Johannem dixiſſe, id obſervari deciſum, ut, ſive quis in eadem ſit terra, ſive extra eandem, opus habeat planam afferre rationem.* Conf. omnino Gemara Babyl. *Jevam.* fol. 46. b. fin. fol. 47. a. inprimis l. 14. 15. *Rab. Alphes* Part. II. fol. 15. b. Edit. Amſtel. (b) Refertur enim inter eos, qui nondum plene ſunt reconciliati. Cod. *Cerith.* c. §. 1. רא׳ בן יעקב אומר גר מחוסר כפרא עד שיזרק עליו הדם i. e. *R. Elieſer f. Jacobi inquit: Proſelytus integra deſtituitur expiatione, usque dum ſanguis in eum fuerit ſparſus.* Sed vero, ut *Gemara* habet l. c. fol. 9. a. l. 18. it. *Jevam.* fol. 46. b. l. 8. אין הזאה בלא טבילה *Aſperſio ſine baptiſmo non invenit locum.* (c) Id ad lit. (a) *Maimonides* expreſſerat, per *venire in Eccleſiam.* Alibi l. c. § 9. clarius loquitur, dicens: נ יורת שראינוה נוהגת בדרכי ישראל תמיד כגון שתטבול לנדתה ותפרוש תרומה בעיסתה וכיוצא בזה׳ וכן גר שנוהג בדרכי ישראל שטובל לקריו ועושה כל המצוות הרי אלו בחזקת גירי צדק ואף על פי שאין שם עדים שמעידין לפני מי* שנתגיירו׳ ואף על פי כן אם באו להתערב בישראל אין משיאין אותם עד׳ שיביא עדים או עד שיטבילו בפנינו הואיל והוחזקו כותים i. e. *Si quam videmus Ethnicam viæ Iſraëlitarum continuo inſiſtentem, cujusmodi quæ lavat ſe poſt menſtrua, & Truma ſeparat de maſſa ſua, & ſi quod huic ſimile: Item ſi qui Peregrinus Iſraëlitarum legat veſtigia, lavans ſeſe ad pollutionem nocturnam, omniaque Præcepta perficiens. Hujusmodi præſumuntur Proſelyti juſtitiæ, utut nulli adſint teſtes, qui teſtatum faciant, coram quibus in numerum Proſelytorum ſint recepti. Hoc non obſtante, ſi venerint permixturi ſecum Iſraëlitis, in ipſorum connubia non conſentiunt, donec teſtes afferant, aut baptizentur nobis præſentibus, quia præſumi poſſunt Samaritæ.* Vid. etiam §. 10. & Conf. Cod. *Jevam.* fol. 45. b. l. 30. ſeqq. (d) Cod. *Jevam.* 46. a. l. 22. ſqq.

tiam (f). Sed aliorum non assecutus est assensum (g); quin ex communi Doctorum consilio, suffragantibus sapientibus omnibus damnatus fuit (h), coa-



לבין עצמי נאמן לפסול את עצמו ואינו נאמן לפסול את הבנים וחוזר וטובל בבית דין i. e. *Si cui matrimonio juncto Israëlitidi, aut proselytissæ filii fuerint, qui dixerit, privatim factus sum proselytus; fidelis habetur, qui se ipsum ineptum reddat, sed non filios. Baptizaturque denuo præsente Senatu.* Priora vide apud *Rab. Alphes* l. c. f. 16. a. l. 3. seqq. *R. Ascher* l. c. f. 135. c. 1. l. 29. seqq. Desumta sunt e Cod. *Jevam.* f. 47 a. l. 20. sqq. (f) Cod. *Jevam.* f. 46. a. l. 33. גר שמל ולא טבל ר"א אומר הרי זה גר שכן מצינו באבותינו שמלו ולא טבלו i. e. *Si quis circumcisus, non fuerit baptizatus, R. Eliesar inquit, en talis est Proselytus: ita enim deprehendimus in Patribus nostris, quod circumcisi fuerint, & non baptizati.* Conf. ad §. 20. lit. u). (g) Vid. §. seqq. (h) *Jevam.* l. c. l. 35. וחכ"א טבל ולא מל מל ולא טבל אין גר עד שימול ויטבול ור' יהושע נמי נילף מאבות ור"א נמי נילף מאימהות וכי תימא אין דנין אפשר משאי אפשר והתניא ר"א אומר מנין לפסח דורות שאין בא אלא מן החולין נאמר פסח במצרים ונאמר פסח בדורות מה פסח האמור במצרים אין בא אלא מן החולין אף פסח האמור לדורות אין בא אלא מן החולין א"ל ר' עקיבא וכי דנין אפשר משאי אפשר א"ל אע"פ שאי אפשר ראיה גדולה היא ונלמד הימנה i. e. *Sed Sapientes dicunt: baptizatus qui non circumciditur, circumcisus qui non baptizatur, neuter est Proselytus, donec & circumcidatur & baptizetur. R. Josua autem etiam a Patribus discere debebat, & R. Eliesar a Matribus. Quod si dixeris non desumunt rationem possibilis ab impossibili,* & consequenter non opus ut R. Eliesar Matrum rationem habeat, utpote in quibus circumcisio erat ἐκ τῶν ἀδυνάτων. *Nonne nota est doctrina hæc: R. Eliesar inquit, undenam de Paschate perpetuo* probari potest, *quod non conquiratur, nisi de profanis? Resp. Pascha dicitur tam in Aegypto* celebrandum, *quam in quacunque generatione alio. Quæ ratio fuit Paschatis in Aegypto celebrati? non sumebatur nisi de profanis: ita etiam Paschalis aliis celebrandum generationis non sumatur nisi de profanis;* nec de decimis secundis, quæ in Ægypto nondum existebant, ut exinde Pascha potuerit acquiri. *Etiam dicente ipsi R. Akiva, numquid possibile dijudicant ex impossibili? respondit utut impossibile magnum pondus habeat, discamus tamen exinde. Rab. Alphes* l. c. fol. 15 l. 26. seqq. & *R. Ascher* l. c. f. 134. c. 4 l. penult. controversia hac recitata, subjiciunt: א"ר חייא בר אבא א"ר יוחנן הלכא לעולם אינו גר עד שימול ויטבול i. e. *R. Chija dixit filius Abbæ,*

gitimæ (o). Atque ab hac sententia non eximit *Tosiphta* Codicis Jevammoth R. *Osajam;* dum accedentem ad se Proselytum, qui nullo stipatus testimonio, asseruerat, se circumcisum esse, sed non baptizatum, sine ulteriori in veritatem istius inquisitione, in crastinum, ut *baptizaretur*, remiserit (p) Quin & tota Secta *Hilleliana*, Proselyto quidem apella existente, statuit, non expectato sanguine fœderis, solum sufficere *Baptismum* (q). Ac satis audacter in Gemara

*in uno sufficit.* (o) l. c. l. 12. 13. הרי שבא ואמר מלתי ולא טבלתי מטבילין אותו (פרש״י ואין צריך לברוק בעדים אם מילתו לשם מצות אם לא הואיל וטבל כטבילת סגי) ומה בכך דברי ר׳ יהודה i. e. *Si quis venerit, dicens, circumcisus sum, sed non baptizatus, curant eum baptizari* (i e. ut Glossa habet, *non opus æstimant, inquirere in testes, an circumcisio præceptum divinum facta sit*, an non. *Postea quam baptizatus fuerit, in baptismo sufficit.*) *Et quid in hanc rem? verba Rabbi Judæ.* (p) l. c. l. 26. seqq ר׳ אושיא ברבי חייא דאתא לקמיה גר שמל ולא טבל אמר ליה שהי כאן עד למחר ונטבלינך i. e. *R. Oschaja f. R. Chijæ accedenti sibi Proselyto, qui circumcisus fuerat, sed non baptizatus, dixit, expecta hic usque in crastinum, tunc baptizari te curabimus.* Cumque inter tria, quæ ex hac actione elicienda existimabant, etiam inferrent, *non fore Proselytum, donec circumcisus, baptizaretur;* ad ista verba *Tosiptha* annotat: מהכא לא מצי לדקדק דלא תסגי בטבילה לחודה ולא בא לדקדק אלא דמילה בלא טבילה לא מהניא i. e. *exinde nemo accurate inferre poterit, quod solus Baptismus non sufficiat. Nil enim amplius exinde probare satagit, quam circumcisionem non valere sine Baptismo.* (q) Cod. *Schabb.* fol 135. a. l. 8. seqq. א״ר שמעון בן אלעזר לא נחלקו ב״ש וב״ה על נולד כשהוא מהול שצריך להטיף ממנו דם ברית מפני שערלה כבושה היא על מה נחלקו על גר שנתגייר כשהוא מהול שב״ש אומר צריך להטיף ממנו דם ברית וב״ה אומר אין צריך להטיף ממנו דם ברית i. e. *R. Simeon f. Eleasar inquit, non dissentiunt inter se Schola Schammæana & Hilleliana de eo qui Apella genitus est, opus fore elicere ex isto sanguinem fœderis; quia præputium forte depressum est adhærens carni De quo igitur dissentiunt? De Proselyto, qui recipi vult in gremium Ecclesiæ, glande denudatus. De hoc Schola Schammæana asserit, sanguinem fœderis esse eliciendum; Sectatores vero Hillelis asseverant, non opus esse, destilletur ex eo sanguis foederis.* Conf. *Rabbenu Tam* ad l. c. Glossa exterior ad *Jevam.* f. 46.

mara afferunt, neminem in hoc mundo litem movere ei, qui pro solo *Baptismo* pronunciarit, quod absque Circumcisione valeat (r).

§. 20. Neque id injuria. Nullum quippe dubium, quin intra tres istos menses, qui effluxisse dicuntur (s) ab exitu ex Ægypto ad promulgationem legis, non neglecto septiduo quo in servitute adhuc commorantes circumcidi non poterant legitime (t), plures nati fuerint *Masculi*. Tanta hominum copia erat, quæ non permittit sentire aliter. Deficientibus aliis novi quotidie succedunt, natura operatrice nunquam deficiente. *Hi omnes*, præsupposita Judæorum, de initiamento Baptismi ad montem Sinai facto, sententia, *absque circumcisione in fædus cum Deo introierunt, solo usi Baptismo.* Ponamus in Ægypto genitos omnes septiduum superantes circumcisos fuisse (u). At nemo istorum ab eo die, quo ex Ægypto egressi fuerant, quamdiu forent in itinere sustulit præputium, donec ad collem Araloth circumciderentur a Josua omnes (x). Parvulos autem a solenni illo Baptismo eximendos haud fuisse, & generalis *populi* mentio comprobat, qui consecrandus jubetur (y), & constans Judæorum traditio (z). Nec scrupulum figere potest, quod hodienum quilibet parentum pro se baptizetur omnibusque posteris (a). Siquidem id de ea saltem prole valet, quæ in lucem editur post initiationem, in parentibus suis adhuc existens simul cum ipsis consecrata.* Fieri quoque potuit, ut istiusmodi parvulus parentibus fuerit orbatus: qui aut in fœdere cum Deo non fuit, aut, si receptis acquiescimus mediis, initiamento usus est *Baptismo.*

§. 21.

b. l. 21. *Rabbenu Ascher*. ad l c. fol. 135. c. 1. l. 2. seqq. (r) Cod. *Jevam.* fol. 46. b. l. 1. בטבל ולא מל כולי עלמא לא פליגי דמהני כי פליגי בטל ולא טבל i. e. *de baptizato, qui circumcisus non est, totus mundus non dissentit, quod conducat; sed dissentiunt tantum de circumciso, qui non est baptizatus.* Vid. *Tosiptha* ad l. 8. (s) Exod. XIX, 1. Conf. *Aben Esra* ad l. c. it. Cod. *Taanith.* fol. 28. b. l. 24. 25. ubi lex promulgata dicitur die mensis tertii sexto. (t) Gen. XVII, 12. (u) Ita *Rambam* l c. §. 2. it. *R. Moses de Kozi* Præc. Neg. 116. f. 40. col. 2. l. 41. seqq. (e Cod. *Kerith* f. 9. a. cujus Conf. Glossæ) מילה היתה במצרים שנאמר וכל ערל לא יאכל בו ומל אותם משה רבינו שכולם בטל ברית מילה במצרים חוץ משבט לוי ועליהם נאמר ובריתך ינצורו· i. e. *Circumcisio in Ægypto extitit, sicut dicitur* Exod. XII, 48. *nullus præputiatus de isto comedat. Itaque circumcidit eos Moses Doctor noster. Omnes enim in Ægypto abrogarunt fœdus circumcisionis, excepta tribu Levi, qua de dicitur* Deut. XXXIII, 9. *& fœdus tuum observabunt.* (x) Jos. V, 5. (y) Exod. XIX, v. 20. (z) Vid. ad § 24. verba *Rabbenu Ascher* ad lit. o) p. 260. (a) Vid. §. 24.
* Vid. *Tosiphta* ad *Jevam.* f. 78. a. l. 41. Cod. *Temuroth* c. 6. circa fin. f. 130. b.

§. 21. Plures præterea Gentes erant, qui circumcisionis morem observabant præter Israëlitas. Philo (b) præsertim Ægyptios laudibus extollit, reverenter de hoc ritu sentientes. Herodotus (c) *Colchos* enumerat, *Ægyptios*, atque *Æthiopes* omnium primos: a quibus didicerint *Phœnices*, *Syri* ac *Macrones*. Diodorus Siculus (d) nominat *Troglodytas*, quos Josephus (e) existimat e Ketura Abrahami genitos. Epiphanius (f) Judæis annumerat Ægyptios, *Seracenos* sive *Ismaëlitas* (quos Josephus (g) & passim Talmudistæ vocant *Arabes*,) item *Samaritanos*, *Idumæos* atque *Homeritas*. His pronum fuisset, Judæis glande detecta imponere, ni aliquid accessisset amplius ac evidentius, quo mediante reciperentur in Ecclesiam.



(b) de *Circumcis.* p. m. 625. A. πρᾶγμα σπουδαζόμενον οὐ μετρίως καὶ παρ' ἑτέροις ἔθνεσι, καὶ μάλιστα τῷ αἰγυπτιακῷ. ὃ καὶ πολυανθρωπότατον καὶ πολυσοφώτατον εἶναι δοκεῖ. i. e. *Res non mediocri honore habita etiam apud gentes alias, præsertim Ægyptiam, hominum tam frequentia quam sapientia præcellentem.* (c) l. 2. c. 36. τὰ αἰδοῖα ἄλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἐγένοντο, πλὴν ὅσοι ἀπὸ τούτων ἔμαθον. Αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνονται. *Alii virilia relinquunt qualia natura sunt, præter eos qui ab istis didicerunt; Ægyptii autem circumcidunt.* c. 104. μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ παλαιστίνῃ, καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. *Soli omnium hominum Colchi, & Ægyptii, & Æthiopes a principio pudenda circumcidunt: Phœnices enim & Syri in Palæstina confitentur ipsi, se hoc ab Ægyptiis didicisse. Syri autem, qui Thermodontem & Parthenium fluvium accolunt, & his vicini Macrones, id a Colchis nuper didicisse dicuntur.* (d) l. 3. p. 115. D. τὰ αἰδοῖα πάντες οἱ τρωγλοδύται παραπλησίως τοῖς Αἰγυπτίοις περιτέμνονται. *Troglodita omnes genitalia circumcidunt, ritu Ægyptiorum* (e) Antiq. l. 2. c. 5. p. m. 55. C. καὶ καταλιπεῖν μὲν, ἰσμαήλῳ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀράβων χώραν τοῖς δ' ἐκ χαιτέρας τὴν τρωγλοδύτιν. *& Ismaëli quidem ejusque posteris reliquisse Arabum Regionem, Chaturæ filiis Troglotytidem.* (f) Hæresi XXX. quæ est Ebionis, num. 33. p. m. 160. τί δὲ καυχᾶται ἐβίων περιτομὴν, ὁπότε καὶ οἱ εἰδωλολάτραι καὶ ἱερεῖς τῶν Αἰγυπτίων περιτομὴν ἔχουσιν. ἀλλὰ καὶ οἱ Σαρακηνοὶ, οἱ καὶ ἰσμαηλῖται περιτομὴν ἔχουσι, καὶ Σαμαρεῖται, καὶ Ἰουδαῖοι, Ἰδουμαῖοι καὶ Ὁμηρῖται. *Et vero quid est, quod Ebion adeo de circumcisione sua glorietur? cum & idolorum cultores, & sacerdotes Ægyptii se circumcidant. Quod & Saraceni & Ismaëlitæ, ac Samaritani, Judæi, Idumæi, & Homeritæ faciunt* (g) Antiq. l. 1. c. 13. p. m. 21. G. Ἄραβες δὲ, μετὰ ἔτος τρισκαιδέκατον· ἰσμαῆλος γὰρ ὁ κτίστης αὐτῶν τοῦ ἔθνους ἐν τούτῳ περιτέμνεται τῷ χρόνῳ. *Arabes vero post annum decimum tertium* circumciduntur: *quia Ismaël, princeps eorum generis ea ætate circumcisus est.* Vid.

§. 22. Imo multi sunt, qui si sine *Baptismo* forent, nullum prorsus externum symbolum haberent, quo intercedente in fœdus cum Deo reciperentur. Res nota est de omni fœmina (h). In qua Judæi nunquam Æthiopum approbarunt circumcidendi morem (i). Passim introducuntur a Talmudistis pueri, qui apellæ nascuntur (k). Ac deploranda comprobat experientia, alios hominum malitia exsectos esse penitus (l). In his ac olim

---

*Marscham* Can. Ægypt. Sec. V. p. 74. & sec. IX. p. 175. Illustris *Ludolfus* Histor. Æthiop. l. 3. c. 1. n. 19. seqq. (h) Cod. *Jevam.* f. 46. b. l. 8. 9. רי יהושע טבילה באימהות מנלן סברה היא דא"כ במה נכנסו תחת כנפי שכינה i. e. *undenam nobis ista, quam R. Josua de Baptismo matrum fovet, sententia probatur? Resp. quia nisi per hunc, quonam medio ingressæ essent sub Gratiæ divinæ alas?* (i) de quo vid. *D. Ludolfus* l. c. n. 37. qui *Judæorum fœminas de hoc more audientes ridere* ait, *tanquam ignorantes, quid puellis abscindi possit.* (k) Cod. *Jevam.* cap. 8. f. 71. a. l. 27. 28. ר"א קסבר קטן כשנולד מהול: אין צריך להטיף ממנו דם ברית i. e. *R. Elieser existimat, non opus esse, ut a puero sine præputio genito stillare curent sanguinem fœderis.* Quo cum consentire Autorem הלכות גדולות aliosque γνωμολόγυς, tradit *R. Moses de Kozi*, hilc. *Issure bia* f. 40. c. 4. l. 31. seqq. פסק ב"הג דקטן שנולד משהוא מהול אינו צריך להטיף ממנו דם ברית, וסובר כמו האמוראים שאומר כן בפרק רבי אליעזר דמילה h. e. cap. 19. Cod. *Schabbath* f. 135. a. ubi l. 8. dicitur: וב"ה אומרים אינו צריך i. e. *Sectæ Hillelianæ addicti existimant, non opus esse* ex istiusmodi puero extrahatur sanguis fœderis. Vid. *Tosiphta* ad l. h. item Cod. *Jevam.* f. 72. a. (l) *Rabbenu Ascher* ad *Jevam.* fol. 135. cap. 1. l. 6. seqq. בריש הערל פליגי ר"א בר שמעון ורבנן בגר שנתגייר כשהוא מהול אם נמול ביום ובלילה אבל, כולהו מודו דצריך הטפת דם ברית ויש ליתן טעם לדבריהם דנולד כשהוא מהול שלא היתה לו ערלה מעולם אין צריך אבל גר שהיתה לו ערלה ומילתו לאו כלים הוא צריך לחטיף ממנו מלהתגייר דם ברית, ומיהו אם נכרת כל הגיד ובא בטבילה להתגייר נראה שאין מילתו מעכבתו ומודים חכמים דסני i. e. *In principio capitis Octavi Cod. Jevammoth* f. 71. a. *disputant inter se R. Elieser filius Simeonis, & Doctores nostri de Proselyto, qui in cœtum recipitur jam apella existens, utrum circumcidendus sit die aut nocte. Sed omnes fatentur, quod destillatio sanguinis fœderis omnino sit necessaria. Nec deest verbis ipsorum ratio. Qui enim apella genitus est, cum*

olim circumcisis *Baptismus* vel inaugurationem unice conficit, vel primario. Utut enim sint, qui in circumcisis gentibus, alii etiam in appellis genitis, sanguinem quem vocant fœderis, putant circumcisionis loco eliciendum: Deseruntur tamen non modo a quibusdam, sed & ipsimet, eo non obstante, *Baptismus* summopere æstimant necessarium. Omnes vero in fœmellis, & exsectis *Baptismum* solum rem omnem conficere uno fatentur ore.

§. 23. Proinde admodum disputant (m) de muliere quadam gentili, quam servus R. Chijæ fil. Immi baptizari curaverat uxoris nomine, utrum reputandus ipsi sit hic *Baptismus*, ut perfecta declaretur Proselytissa, ejusque filia, si quam pareret, reddatur legitima, quæ nuberet Sacerdotibus; an vero nova instituenda veniat initiatio per *Baptismum* solenni modo susceptum.

 In

---

*præputium nunquam habuerit, nil indiget. Sed proselytus, qui præputium habuit, quia circumcisio ejus in Gentilismo facta nullius est momenti, omnino opus habet, sanguis fœderis ex ipso destilletur. Enimvero si, cui virga tota excisa est, ambiat Proselytismum, videtur ipsius circumcisio non impedire, quo minus fiat Proselytus: nam fatentur Sapientes quod solus Baptismus sufficiat.* Vid. *Rab. Moses de Kozi* hilc. Issure bia fol. 40. c. 4 post. med. *Epiphanius* lib. de Mensuris & pondere num. 16. p. m. 172. *Rabbenu Jacob* in *Jore Dea* num. 268. qui est hilc. *Gerim.* superiori Patris sui sententia recitata, subjicit: וכן כתב גאון סריס שבא להתגייר נכנס תחת כנפי השכינה באשה *Atque ita scripsit Goon, si Eunuchus accedat, ut fieret Proselytus, ingreditur sub alas, Gratiæ divinæ perinde ut mulier.* (m). Cod. *Jevam.* f. 45. b. l. 25. seqq. עבדיה דר׳ חייא בר אמי אטבלה לההיא נכרית לשם אנתתא אמר רב יוסף יכילנא לאכשורי וברתה i. e. *Servus R. Chijæ f. Immi baptizavit aliquam gentilem nomine Uxoris. Dixit R. Joseph, poterimus legitimam pronunciare eam ejusque filiam?* h. e. ut Glossa interior explicat: להוית גיורת גמירה נדה וא״ע שלא טבלה לשם גירות ואמר לקמן לנדותה לעולם אין גר עד שימול ויטבול וטבילת סלקה לה לשם גירות דנכריה לא טבלה i. e. *possumus legitimam pronunciare eam, ut sit proselytissa perfecta, quamvis non baptizata sit ad proselytismum, dicaturque infra, nunquam proselytus sit, donec circumcisus baptizetur. Lavacrum quippe menstrui reputatur ipsi loco Baptismi ad Proselytismum. Ethnica enim non solet lavari ob menstruum.* Ita pronunciant re jam confecta, in gratiam prolis, ne illegitimarum numerus cresce-

In eo quippe cardinem rei verti, non inter ſolos Judæos obtinet: Sed ejus fama dudum quoque ad ipſas emanavit gentes. Arrianus (n) diu multos Judaismum ſimulare aſſerit, quamdiu non ſunt baptizati. Quod ſi quos *Baptiſmum* recepiſſe conſtet, illis de ſincero Judaismo non amplius movendam litem: quaſi eo jam obſignatis ſigillo, quod fallere plane neſciat.

§. 24. *Subſunt* autem *Baptiſmo* huic penes Judæos omnes omnino alienigenæ, cujuscunque ſint ſexus atque ætatis (o), extra fœdus cum Deo geniti,

ret in infinitum. Vid. *Alphes* l. c. p. m. 15. b. l. 8. Multa in hoc caſu permittuntur, quæ re integra neutiquam conceſſa. Certe in profanis etiam merſionibus *intentio* usque eo illis erat neceſſaria, ut ea neglecta, actio ſubinde fieret irrita. Vid. Cod. *Chagiga* c. 2. §. 6. it. fol. 19. b. l. 29. ſeqq. (n) in *Epictetum* l. 2. c. 9. circ. fin. τί οὖν στωϊκὸν λέγεις σεαυτόν; τί ἐξαπατᾷς τοὺς πολλούς; τί ὑποκρίνῃ ἰουδαῖος ὢν ἕλληνας; οὐχ ὁρᾷς, πῶς ἕκαστος λέγεται ἰουδαῖος; πῶς Σύρος; πῶς Αἰγύπτιος, καὶ ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος, τὸ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι, καὶ καλεῖται ἰουδαῖος. οὕτω καὶ ἡμεῖς παραβαπτισταὶ, λόγῳ μὲν ἰουδαῖοι, ἔργῳ δ' ἄλλο τι. *Quid igitur* (Philoſophiam nudis verbis venditantes increpat.) *appellas te Stoicum? quare decipis tam multos? quam ob cauſam Græcorum perſonam induis, cum ſis Judæus? an neſcis, quare dicatur quisque Judæus, quare item Syrus, quare Ægyptius, ut quum viderimus quempiam animo utrinque ancipiti, dicere ſolemus, Judæus non eſt, ſed ſimulat: quum autem* ſuſceperit affectum Baptizati, & inter Sectatores aſciti, *tum revera & eſt & appellatur Judæus. Ita & nos quoque* Parabaptiſtæ ſ. male initiati *ſumus, dum quisque verbotenus duntaxat Judæus eſt, revera autem aliud quiddam.* (o) De adulta quidem ætatæ res manifeſta. Sed ne Parvulos quidem eximendos eſſe, multa comprobant. *Maim.* hilc. *Iſſure bia.* c. 13. §. 7. גר קטן מטבילין אותו על דעת ב"ד שזכות היא לו *Proſelytum minorennem baptizant ad conſenſum Senatus, quod hoc ipſi proficuum.* Deſumta hæc (quæ & in *Smag.* extant p. 40. c. 3. l. 7.) e Cod. *Cethuboth* fol. 11. a. l. 4. ſeqq. אמר רב הונא גר קטן מטבילין אותו על דעת ב"ד מאי קמ"ל דזכות הוא לו וזכין לאדם שלא בפניו תנינה זכין לאדם שלא בפניו ואין חבין לאדם שלא בפניו i. e. *Rab. Hunna inquit, Proſelytum parvulum baptizant ad ſententiam Senatus. Quidnam eſt quod hoc nobis reddit probabile? quia id ipſi eſt proficuum. In rebus autem homini profuturis ejus non ſemper expectant conſenſum. Nota eſt theſis illa Miſchnica: abſolvunt hominem etiam neſcium; ſed non condemnant, niſi conſcium.* וקטן לאו בר דיעה הוא *Parvulus ſiquidem,* ut Gloſſa ait, *uſum judicii*, aut *noti-*

geniti, cum primum ad ipsorum accedunt religionem, totius legis in se recepturi jugum. Quilibet vero pro se atque posteris suis nondum genitis ita initiatur, ut deinceps in Sanctitate editi *Baptismum* non recipiant amplius, parentibus post suum Baptismum jam factis Israelitis; ad quorum posteros non spectat initiationis *Baptismus*. Imo infans a matre adhuc gentili conceptus, si gravida *baptizetur* proselytissa facta, in lucem deinceps editus, sub fœdere jam est, & si puer, non nisi circumciditur (p). Qui vero nati jam

 erant,

*tiam nondum habet.* *R. Ascher* ad *Jevam.* f. 135. c. 2. l. 12. sqq. hac recitata sententia, subjicit: וכן מצינו באבותינו שנכנסו לברית והיו בהם כמה יונקי שדים׳ *atque ita invenimus de Majoribus nostris, quod in fœdus introierint, tot inter eos infantibus, qui ubera sugebant matrum, existentibus.* Vide supra §. 20. In Cod. *Cethub.* c. 1. §. 2. mentio fit הגיורת שנתגיירו פחותות מבנות ג׳ שנים ויום אחד *Proselytissarum, infra tertium ætatis annum ac diem unum in gremium Ecclesiæ Judaicæ receptarum.* Ad quam thesin in Gemara f. 11. a. l. 14. seqq. annotatum est: עסקינן בגר שנתגיירו בניו ובנותיו עמו דניחא להו במאי דעביד אבוהון אמר רב יוסף הגדילו יכולין למחות (ולומר אי אפשנו להיות גרים וחוזרין לסורן) *sermonem in ea fore de Proselyto, cujus filii filiæque cum ipso simul amplectantur Judæorum fidem; queis consultum ducatur in eo acquiescere, quod ipsorum facit parens. Quod si adoleverint, ex sententia Rab Joseph integrum ipsis, impune recedere,* ac, ut Glossa adjicit, *dicere, non placet nobis esse Proselytos; redibimus inde, quo sumus digressi* &c. *Rabbenu Jacob* in Jore Dea num. 268. p. m. 47. c. 4. l. 22. seqq. קטן גמור שגיירו אביו או גיירוהו בית דין יכול למחות אבל כשהגדיל ואין דונו כישראל מומר אלא כגוי יכול במחות בד׳א כשלא נהג מנהג יהדות משהגדיל דונו כישראל מומר׳ מנהג יהדות משהגדיל שוב אינו ואם חוזר בו i. e. *Parvulus quem Parentes aut Senatus ad Proselytismum adduxere, potest annihilare illud, factus majorennis; neque in eo observantur leges Israelitæ Apostatæ, sed habetur pro Gentili perfecto. De quonam hæc dicuntur? De eo, qui majorennis factus, nunquam more Judaico se gesserit: quod si fecerit non potest ulterius recedere; aut deficiens, jura incurrit Israelitæ apostatæ.* (p) Cod. *Jevam.* f. 78. a. l. 14. 41. *Maim.* hilc. *Issure bia* c. 13. §. 7. *R. Jacob* in *Jore Dea* num. 268. p. m. 47. l. 19. *R. Moses de Kozi* Pr. Neg. 116. fol. 40. c. 3. l. 19. ר״ל לשום אמר רבא נכרית טבילה דא מיח מעוברת שנתגיירה בנה אין צריך טבילה גיר׳ דמלקא ליה i. e. *Rabba inquit, Si Ethnica gravida proselytissa fiat, ipsa baptizata, ejus proles Baptismo non diget,* nimirum, ut Glossa adjicit, *ad Proselytismum, quia* in hunc finem *ei imputatur suæ matris Baptismus.*

erant, non participant de fœdere, nisi media initiationis eodem modo recipiant, quo parentes.

§. 25. Venerationem Ritui conciliat Antiquitas, divinaque, quam habere creditur, *Origo.* Falluntur, qui ejus natales non ultra *Johannis præconium* extendunt. Scriptura pariter ac Josephus de Hujus Baptismo loquuntur, tanquam ritu dudum in Ecclesia Judaica recepto. Utrinque magis occupatus describitur in ejus abrogando abusu (q), quam confirmanda institutione. Populus accedit ad eum copiosissime (r), tanquam rem usurpāturus jam diu notam. Legati Procerum Israelitarum missi ad Johannem (s), non de Baptismo ipso quæstionem movebant, tanquam ritu aliquo insolitato; sed de autoritate, qua instructus eum etiam apud eos adhiberet, qui in fœdere cum Deo erant geniti.

§. 26. Jam *Davidis tempore* immensus Proselytorum numerus ad Ecclesiam Judaicam accessisse perhibetur (t), Regis erga exteros motus bene-

---

f. 11. a. l. 25. superioribus Gemaræ verbis annectit: והוי גר מן התורה וישראל גמור הוא ואית ליה מסח מן התורה כגון שירש את אמו וכו i.e. *ex ipsa lege reputatur Proselytus, & est Israelita perfectus, habetque de lege opes, ut v. g. hæreditatem adeat matris &c.* (q) Matth. III, 2. 8. 11. &c. *Joseph.* Antiq. l. 18. c. 7. m. 626. F. τοῦτον κτείνει Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσιν, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνη, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις, βαπτισμῷ συνιέναι. οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι, μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προσεκκεκαθαρμένης. i. e. *Hunc interfecit Herodes virum bonum, jubentemque Judæis virtutem exercentibus, ac erga se mutua justitiæ, erga Deum vero pietati studentibus, Baptismo se committere. Ita enim & Baptismum Deo gratum futurum, si non ab uno tantum alterove peccato abstineant, sed puritatem corporis addant* demum *animis justitia prius optime perpurgatis.* (r) Matth. III, 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν ἱεροσόλυμα καὶ πᾶσα ἡ ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος ἰορδάνου (s) Joh. I, 19. 25. (t) Cod. *Jevam.* f. 79. a. postquam prolixe narratum fuerat, quomodo David ad reconciliandos Gibeonitas, septem viros posteritatis regiæ suspendi permiserit, in causas inquirunt relictorum in ligno cadaverum, contra expressa Deuteron. XXI, 23. verba, h. m. א"ר יוחנן משום ר"ש בן יהוצדק מוטב שתעקר אות אחת מן התורה ויתקדש שם שמים בפרהסיא שהיו עוברים ושבים אומרים מה טיבן של אלו הללו בני מלכים הם ומה עשה פשטן ידיהם בגרים גרורים אמרו אין

benevolentia. De quibus omnibus persuasus est Maimonides, (u) quod Baptismo usi fuerint externo gratiæ medio. An *Salomon* & *Simson* in convertendis uxoribus suis, quas non nisi Proselytissas duxisse creduntur a Judæis, (x) aliquod externum adhibuerint elementum, & quodnam illud fuerit, non offendi ullibi speciatim ad Ebræis expressum. Qui, licet in *Jethro* Baptismum

לך אומה שראויה להרבק בה כזו ומה בני מלכים כך בני הדיוטות על אחת כמה וכמה ומה גרים גרורים כך .ישראל על אחת כמה וכמה מיך נתוספו על ישראל מאה וחמשים אלף i. e. *Respondet R. Johannes nomine R. Simeonis f. Jozadaki: bene se res habet, una de lege litera eradicata, si exinde sanctificetur nomen cælorum publice. Transeuntes quippe dicebant, quanti æstimantur illi! hi certe Regum filii sunt, & quid mali commissum? extenderunt manus suas adversus Proselytos suapte opera attractos. Inferebant, nullam esse gentem huic similem, quæ æque digna sit, ut ei quis adhæreat. Nam si hæc in Regem filiis, quanto magis in privatorum! Et si tanti æstimantur Proselyti sua sponte tracti, quanto majoris Israelitæ. Illico accesserunt Israelitis certum ac quinquaginta millia.* Conf. Glossa exterior ad tit. cit. f. 24. b. & Vid. 1. Reg. V, 29. c. IX, 22. 2. Chr. II, 17. (u) hilc. *Issure bia* c. 13. §. 15. היו גרים הרבה מתגיירים בימי דויד ושלמה בפני הדיוטות והיו בית דין הגדול חוששין להם לא דחוין אותן אחר שטבלו וכו' i. e. *Proselyti plurimi facti sunt in diebus Davidis & Salomonis coram privatis, de quibus soliciti admodum fuere viri Synedrii Magni; non repulere eos, posteaquam baptizati fuerant &c.* (x) idem *Maim.* l. c. §. 14. seqq. אל יעלה על דעתך ששמשון המושיע את ישראל או שלמה מלך ישראל שנקרא ידיד ה' נשאו נשים נכריות בגיותן אלא סוד הדבר כך הוא־כל החוזר מן חבותים בשביל דבר מהבלי העולם אינו מגירי הצדק־ולפי שגייר שלמה נשים ונשאן וכן שמשון גייר ונשא ודבר ידוע שלא חזרו אלו אלא בשביל דבר ולא על פי ב"ד גיירום חשבן הכתוב כאלו הן כותיות ובאסורן עומדין i. e. *Ne tibi in mentem veniat, ac si Simson Redemtor Israelis aut Salamon Rex Israel, quem Scriptura dilectum Dei vocat, uxores duxerint alienigenas in Ethnicismo suo subsistentes, Sed rei mysterium ita se habet: quicunque Gentilium convertit se ob rem aliquam e vanitatibus mundanis, non est e numero Proselytorum justitiæ. Cum itaque Salomo converteret mulieres*

ptiſmum applicatnm aſſerant (y); ſui tamen aſſerti nullum e Scriptura norunt producere fundamentum. De Proſelytis *Abrahami* ac *Saræ* opera converſis (z), uti res ipſa eſt incerta: Ita multo incertius medium, quod in recipiendis illis fuerit adhibitum.

§. 27. Id vero nullum prorſus meretur aſſenſum, quod *filiam Pharaonis* ad rivum deſcendentem lotum, Rabbi Johannes ſtatuat, eo ipſo baptizatam fuiſſe ad Proſelytiſmum (a). Talis tunc erat Judæorum ſtatus, qui non facile aliquem, nedum Majeſtatis ſobolem in ſui traheret aſſenſum. Nulli eam comitati leguntur Ebræi, religionis fundamenta inſtillantes, ejusque

*easque duceret uxores, ſimiliterque Simſon ducendam converteret; ac res nota eſſet, nullam iſtarum acceſſiſſe, niſi propter rem aliquam* mundanam. *Præterea quoque nec Senatum de illis convertendis conſuluiſſent: reputavit eas Scriptura, ac ſi adhuc gentiles forent, prohibitæ quæ nubant Israelitis.* (y) in *Zennorenna* fol. 83. c. 1. cit. *D. Pfeiff.* Antiq. Dec. 1. Poſ. 1. §. 5. (z) In *Bereſchith Rabba* fol. 24. cap. 3. l. 5. ſeqq. ad verba Gen. XII, 5. *& animam iſtam, quam fecerant in Haran,* annotant: א״ר אלעזר בר זימרא אם מתכנסין כל באי העולם לבראת אפילו יתוש אחד אינן יכולין לזרוק בו נשמה את אמ׳ ואת הנפש אשר עשו אלא אלו הגרים שגיירו ואם כן שגיירו למה אמר עשו אלא ללמדך שכל מי שהוא מקרב את הנכרי ומגיירו כאילו בראו׳ ויאמר אשר עשה למה נאמר אשר עשו א״ר הונא אברהם היה מגייר את האנשים ושרה מגיירת את הנשים, i. e. *Elieſer fil. Simræ dixit, ſi vel maxime omnes mundi incolæ congregarentur, ut crearent etiam muſcam unicam, non poſſent animam ei infundere, & hic dictum eſt: animam quam fecerunt. Enimvero intelliguntur hic Proſelyti, quos converterant. Quod ſi* ſaltem *converterunt* eos, *quare dicitur fecerunt? ut te erudiat, omnem qui admovet alienigenam, eumque ad fidem convertit, perinde ſe habere, ac ſi eum creaſſet. Dicendum vero fuiſſet, quam fecit: quare autem dicitur* in plurali *quam fecerunt? reſpondit R. Hunna, Abraham convertit maſculos, Sara autem fæmellas.* (a) Cod. *Sota* fol. 12. b. l. 1. *Megilla* fol. 13. a. l. 11. ותרד בת פרעה לרחוץ על היאור וא״ר יוחנן שירדה לרחוץ מגילולי בית אביה i. e. *quando* Exod. II, 5. *filia Pharaonis deſcendiſſe* dicitur, *ut lavaret ad rivum, R. Johannes inquit, deſcendiſſe eam, ut ſe ablueret ab idololatrico cultu domus patris ſui.* Gloſſa annotat לרחוץ לטבול לְשַׁוֹן גֵּירוּת *lavare*

que audientes confessionem (b). Ipsam quoque avitæ deinceps inhæsisse religioni, non modo silentium Scripturæ contrarium asserentis adstruit; sed & Mosis educatio. Quippe quem in Ægyptiorum sapientia educari curavit (c), non Ebræorum: rationem secutura procul dubio contrariam, si semel imbuta fuisset fide Judaica. Ad *Ægyptios* ipsos cum nonnemine (d) ejus Originem derivare velle, non satis tutum judico. Dubium adhuc, an nudam religionem amplexuros æque illi lavacro initiarint, ac eos, qui sacris erant defuncturi. Recentius insuper est Apuleji exemplum (e), quam ut veram nobis viam monstret. Præterea vehementer ambigo, an non magis dicendum, Ægyptios ab Abrahamo, Jacobo, Josepho, aliisque Judæis accepisse, * si quem rituum communium usum habuerint; quam hos ab illis.

§ 28. Neque etiam vestigia legerem istorum (f), qui asserunt, a Judæis *Baptismum* circumcisioni fuisse superadditum, *ob odium Samaritanorum,* a quibus & ipsis circumcisis hoc modo different. Recentius est odium (g), quo erga hanc gentem flagrabant, quam ut in ejus initiis figamus pedem. Baptismi usus inter Judæos obtinuit, antequam vel nomen Cutthæorum, quos Samaritanos vocant, illis innotesceret (h). Adhæc si Ebræorum hypothesi paulo post tradendæ insistas, Samaritani non minus ac alii vel Judæi vel proselyti, primum in fœdus cum Deo recepti fuerunt mediante baptismo: a quibus proinde Judæi originarii, & ipsi non nisi in Majoribus suis, primum fœdus cum Deo ineuntibus, baptizati, hoc modo nil differrent quicquam.

§. 29. Si certum foret, *Jacobum Patriarcham* captas a filiis Mulieres Sichemitidas secum retinuisse, in familiam suam ac religionem cooptatas: non careret probabilitate, ab eo derivare hunc, quem describimus, Baptismum. Idola enim exterminaturus, quæ intra eas, simul jubet ut *mundentur* (i). Aben Esræ ac Abarbanelis interpretatio, qui *lotionem corporis* hac voce intelligunt (k), textui valde congrua est, ac plurimorum obtinuit assensum. Verum nullibi traditur, illas a Jacobo fuisse conversas. Odium a quo erga maritorum occisores fervebant, altius erat infixum, quam ut



*idem esse ac Baptizari, quo sensu sumitur in Proselytismo.* (b) Vide infra §. 38. (c) Act. VII, 22. ἐπαιδεύθη Μωσης πάσῃ σοφίᾳ Αιγυπτίων, (d) *Marsham.* Can. Ægypt. Sec. IX. p. m. 200. (e) Vid. infra. * Vid. *Joseph.* Antiq. l. 1. c. 9. p. m. 17. Conf. *Pridieux* de Sap. Ægypt. (f) *Schik.* de Jur. Reg. c. V. theor. 17. p. m. 329. *Mayer.* Phil. S. P. 1. p. 91. (g) Vid. Esdr. IV, 1. seqq. 2. Reg. XVII, 24. seqq (h) Vid. §. 26. lit. u) §. 30. (i) Gen. XXXV, 2. (k) ille שירחצו הגוף i.e. *ut lavent corpus:* hic f. 99. c. 3. l. 17. ורחצו גופכם

intra tantillum temporis ſpatium ex ipſarum deleretur animis: facinus vero a filiis Jacobi commiſſum, atrocius, quam ut amorem ingeneraret illis erga religionem iſtorum, qui fidem ſervarant peſſime. Profligata ſectariorum vita ab optima etiam religione animos avertit ambientium. Adhæc brevior erat mora, qua intra domeſticos Jacobi fuerant verſatæ, quam ut intra illam de capitibus fidei ſufficienter potuerint erudiri, tantoque digne præparari negotio. Præterea non ſolos hoſpites alloquitur, ſed domeſticos omnes (l), qui hac initiatione non indigebant. Finis quoque luſtrationis iſtius expreſſus eſt alius. Votiva facturus erat ſacrificia (m), non homines novo initiaturus cultui. Etiam ibi luſtrationem viguiſſe, notum eſt. Nec quicquam in hanc rem faciet exterminatio Deorum alienigenæ. Ex Syria enim Labanis Teraphim attulerat Rahel (n), e Sichemitis nuperrime opima ſpolia filii; in quibus Deorum vel imagines extitiſſe, vel alia pretioſa ad ipſorum cultum pertinentia, non improbabile (o).

§. 30. Communis inter Judæos Antiquos circumfertur ſententia, Baptiſmum ceu medium initiandi a Patriarchis ad Proſelytos derivatum (p), inde *a temporibus promulgandæ legis* in gente ſua obtinuiſſe, ab ipſo Deo inſtitutum. Hic enim publicaturus in monte Sinai legem ſuam, quæ conditiones comprehenderet, de quibus utraque pars fœdus contrahentium convenire debebat; Moſi jubet, ut deſcenderet ad populum conſecratum eos,

*& lavate corpus veſtrum.* (l) l. c. *& dixit Jacob ad domum ſuam, & ad omnes qui cum ipſo.* (m) l. c. v. 1. *fac ibi altare* &c. *Joſeph.* Antiq. l. 1. c. 21. p. m. 34. Deus Jacobo per viſum bono animo eſſe juſſo, imperat, ἁγνίσαντι δὲ τὰς σκηνὰς, θυσίας ἐπιτελεῖν ἃς τὸ πρῶτον ἀπιὼν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν, ἐπὶ τῇ ὄψει τοῦ ὀνείρου ηὔξατο, *luſtrare tentoria, ſacrificiumque, quod olim poſt ſomnium illud in profectione Meſopotamena voverat, perſolvere.* (n) Joſeph. l. c. pergit: ἁγνίζων τοὺς ἑπομένους, ἐπιτυγχάνει τοῖς Λαβάνου θεοῖς· οὐ γὰρ ἠπίστατο ὑπὸ τῆς Ῥαχὴλ κλαπέντας. καὶ αὐτοὺς ἔκρυψεν. *Dum luſtrat, incidit in Labani Deos: neſciverat enim, Rachelem eos furatam. quos abſcondidit* &c. (o) *Abarb.* l. c. l. 15. ſeqq. הסירו את אלהי הנכר כלומר אני ירעתי כי יש בירכם כלי עכ"ום הרבה ממה שלקחתם בעיר הזאת הסירו אותם מכם כי הם תשמישי עכ"ום ואינם ראויים למקום קרוש i. e. *removete Deos alienigenæ, q. d. novi intra vos eſſe vaſa idololatrica plurima de eo, quod ſurripuiſtis in hac urbe. Removete ea ex vobis; ſunt enim idolorum Utenſilia, neutiquam apta ſancto illi,* quem petimus, *loco.* (p) ad verba Num. XV, 15. *Uti vos, ita quoque peregrinus ſit*, in Cod. *Cerith.* c. 2. f. 9. a. l. 7. *ſeqq.* Talmudiſtæ annotant:

eos, lavaturos vestes (q). Quod non modo ad tenorem præscriptum sancte exsecutus legitur (r); sed & post legem jam promulgatam, mactati sacrificii sanguine totum conspersisse populum (s). Cum itaque Judæis nulla statuatur aspersio sine prævio baptismo, nec vestium injungi dicatur lotio, ubi non simul totius corporis indigitetur mersio. *Exinde Baptismum rite institutum & celebratum autumant* (t). Sed nec immerito quis urgeat injunctam *consecrationem*. Hæc enim immersione fieri usque eo consuevit, ut Talmudistis *consecratio manuum pedumque* in templo frequens, nil denotet



לכם היקשתיו ולא לדבר אחר לקרבנותיכם ר' אומר בכם כאבותיכם מה אבותיכם לא נכנסו לברית אלא במילה וטבילה והרצאת דם אף הם לא יכנסו לברית אלא במילה וטבילה והרצאת דמים׃ i. e. *Vobis assimilavi eum, non rei alii, Vestris sacrificiis. Rab inquit: sicut Vos i. e. Patres vestri, quomodo vero Patres vestri? non introierunt in fædus, nisi per circumcisionem, Baptismum, & aspersionem sanguinis. Ita nec illi recipientur in fædus, nisi per circumcisionem, Baptismum, ac sanguinis aspersionem.* (q) Exod. XIX, 10. (r) l. c. v. 14 *& descendit Moses de monte ad populum, & consecravit populum illum, qui laverunt vestes.* (s) Exod. XXIV, 8. *& accepit Moses sanguinem istum, & aspersit super populum & dixit, ecce sanguis fœderis, quod pepegit Deus vobiscum ad omnia verba illa.* (t) Cod. *Jevam.* fol 46. b. l. 1. seq. בטבל ולא מל כולי עלמא לא פליגי דמהני כי פליגי במל ולא טבל ר"א יליף מאבית ורבי' יהושע באבות נמי טבילת הוה מנא ליה אילימא מלך אל העם וקדשתם היום ומחר וכבסו שמלותם ומה במקום שאין טעון כיבוס טעון טבילה מקום שטעון כבוס אינו דין שטעון טבילה ודילמא נקיות בעלמא אלא מהכא ויקח משה את הדם ויזרוק על העם וגמירי דאין הזאה בלא טבילה׃ i. e. *De Baptizato, qui non circumcisus, nemo in hoc mundo litem movet, quo minus sit legitimus: sed disputant de circumciso, qui non fuerit baptizatus. R. Eliezer*, ad justificandum eum *ad Patriarchas provocat: R. Josua vero Baptismum itidem in Patriarchis extitisse asserit Undenam id habet? an dicam* ex verbis Exod. XIX, 19. *abi ad populum hunc, consecraturus eos hodie & in crastinum, & lavent vestes suas, quid enim? an quo loco nulla jubetur vestium lotio, Baptismum necessarium diceres, (quemadmodum,* verba sunt Glossæ

tet aliud, quam ipſorum tinctionem (u). Quam ego magis hoc loco concipere fas eſt, quo manifeſtus cum *veſtium lotione* conjungitur, parum procul dubio effectura, polluto corpore. Quin & fuga conſuetudinis conjugalis

interioris, *qui communem paſſus noctis pollutionem, jubetur* Lev. XV, 16. *aquis lavare, immundus ad veſperam usque, veſtium lotione omiſſa*) & *non æquum foret, ut ibi* baptiſmus ſeu *corporis immerſio adhiberetur, ubi lotionis veſtium expreſſa ſit mentio? Quod ſi quis dixerit, civilem hic intelligi munditiem,* qua nitidis & puris compareant veſtibus coram divina Majeſtate. Conf. Joſ. Ant. 3. 4. p. 77. *F. tunc R. Joſua ſententia fundari poterit* verbis Exod. XXIV, 8. *& accepit Moſes ſanguinem iſtum & aſperſit ſuper populum. Cum recepta ſit doctrina, nullam fieri aſperſionem ſine Baptiſmo* præeunte Conf. *Toſiphta* l. c. pluribus. *Maim.* hilc. *Iſſure bia* c. 13. §. 13. טבילה היתה במדבר קודם מתן תורה שנאמר וקדשתם היום ומחר וכבסו שמלותם i. e. *Baptiſmus in deſerto obtinuit ante promulgationem legis, ſicut dicitur: & conſecra eos hodie ac cras, & lavent veſtes ſuas.* Quomodo enim ſub *veſtium lotione* imperata, ſimul comprehendi exiſtimet *corporis* ablutionem, ſequens ejus Canon indicat, qui extat Hilc. *Mikvaoth* c. 1. §. 2. כל מקום שנאמר בתורה רחיצת בשר וכיבוס בגדים מן הטומאה אינו אלא טבילת כל הגוף *ubicunque in lege jubetur abſterſio carnis, & lotio veſtium ob immunditiem, nil intelligitur aliud quam corporis totius immerſio* Vid. *R. Moſes Mikkozi* Pr. Neg num. 115. p. m. 40. c. 2. l. 13. fin. *Becbai* Com. in legem fol. 87. c. 2. מכבוס הבגדים למדנו טבילת הגוף וכן דרשו ר"זל במכילתא אין לך כבוס בגדים שלאיהא טעון טבילה i. e. *lotione veſtium diſcimus baptiſmum corporis. Et ſic expoſuerunt Doctores noſtri p. m. in Mechilta, numquam lotio veſtium tibi injungitur, quin obligatio ſignificetur ad Baptiſmum.* (u) Conf. Cod. *Joma* c. 3. §. 2. 3. 7. &c. *Maim.* hilc *Biath bammikdaſch.* c. 5. §. 1. מצות עשה לקדש כוהן העובד ידיו ורגליו ואחר כך יעבוד שנאמר ורחצו אהרון ובניו ממנו את ידיהם ואת רגליהם וכהן שעבד ולא קידש ידיו ורגליו שחרית חייב מיתה בידי שמים שנאמר ירחצו מים ולא ימותו i. e *Præcepto Affirmativo obligatur ſacerdos, ut miniſtraturus conſecret manus ſuas pedesque, ac tum denique fungatur officio, ſicut dicitur:* Exod. XXX, 19. *& lavent Aaron ac filii ejus de iſto manus ſuas pedesque. Quod ſi quis Sacerdos miniſtret, manibus ac pedibus ſuis mane non conſecratis,*

galis imperata simul nonnemini probabiliorem reddit hanc sententiam (x). Ab ista quippe multæ hodienum gentes purificant se toto corpore aquæ immerso.

§. 31. Non est mei instituti, solicitius hic inquirere in primi hujus *Baptismi* circumstantias; quæ parce admodum a Talmudistis recensentur, in Scriptura omittuntur penitus. Copia hominum tum temporis præsentium exigit, plures qua vel secundum familias, vel secundum sexum distinctos *baptizatos* statuamus. Sapientia ac Omnipotentia jubentis suadet, ut extra dubium ponamus, etiam in deserto & loco petroso non defuisse aquas,

 quæ

*mortis reatum contrahit per Deum inferendæ. Quia dicitur* l. c. v. 21. *lavent se aquis, ut ne moriantur.* Vid. de tali *consecratione,* quam Scriptura fere *lotionem* vocat, totum cap. cit. Maimonidis. Nonnulla ad §. 12. lit. t).

(x) *Aben Esra* Comment. ad Exod. XIX, 10. Bibl. Bas. f. 81. b. l. r. long. וטעם וקדשתם שירחצו במים ויורה על זה וכבשו שמלותם כדרך ואם לא יכבס ובשרו לא ירחץ על כן אמר משה אל תגשו אל אשה מעתה ויהיו קדושין ולא טמאים ומי שנגש אל אשה יתקדש כדרך והיא מתקדשת מטומאתה i. e. *sensus* vocis *& consecrabis eos,* est, *ut lavent se aquis. Id quod confirmant* adjecta verba: *& lavent vestes suas more* quo alias hæc duo conjunguntur Lev. XVII, 16. *& si non laverit, & carnem suam non lustrarit. Propterea jussit Moses* v. 15. *ne abhinc cum uxoribus consuescant; quo puri sint, nec coinquinati. Qui vero cum uxore jam consueverit, consecret se, more quo Bathseba* 2. Sam. XI, 4. *se consecrasse dicitur, a contracta per concubitum immunditia.* Abarbanel ad l. c. f. 169. c. 3. l. 11. fin. נכלל בקדושה ההיא מה שפירש מרע"ה אל תגשו אל האשה ורחיצת הגופים והרחקת התאוות הגשמיות עד וכבשו שמלותם כדי שיהיו בנקיות וטהרה ואפשר שאמר וקדשתם היום ומחר על הרחיצה שירחצו ויזכו בימים ההם כי זה יקרא קדוש כמו שאמר קידוש ידים ורגלים i. e. *in consecratione hac comprehenditur id quod exposuit Moses Doctor noster p. m.* verbis v. 15. *ne accedatis ad uxorem, item lotio corporum, & amotio corporalium concupiscentiarum, in tantum, ut & vestes suas lavent, quo in puritate appareant ac munditia. Imo nil obstat, quo minus dixerit: & consecrabis eos hodie ac cras, de lustratione; ut lustrent se ac purgent istis diebus. Hoc enim vocatur consecratio, quemadmodum consecratio manuum atque pedum.*

quæ tot hominum centenis millibus abunde sufficerint. Locus pascuosus, qualis hic describitur (y), herba ac gramine luxurians, nunquam est in totali aquarum penuria. Imo vero experientia magistra discimus, nullibi majorem aquarum copiam inveniri, quam in montium abundantia; & maximos quosque fluvios, e maximis oriri montibus (z). Philosophus exemplis id comprobavit, ex omni Orbis parte petitis (a). Quamdiu Israelitæ abberrarent per loca plana, subinde querelas ingeminabant ob defectum aquæ (b). Sed montium radicibus adhærentes, de eo nil movent amplius. Quo observato non opus ad nubium aquas miraculose demissas provoces, subnixus verbis Pauli: *Omnes per Mosen baptizati nube.*

§. 32. Sequioribus ævis, singulis ad hunc actum, rite dispositis, a Judæis ad *Baptismum* adhibetur *aqua vulgaris ac usualis*, sive fluvialis ea sit, ac primum a scaturigine emanans; sive, deficiente illa, in conceptaculo aliquo, arte ac opera humana facto, collecta (c). Amnes naturam habent fontium

(y) Exod. III, 1. c. XIX, 13. Joseph. Antiq. l. 2. c. 5. p. m. 60. B. μωυσῆς χρόνῳ ὕϛερον νέμων, ἐπὶ τὸ σιναῖον καλέμενον ὄρ☉ ἄγει τα ποίμνια. τῦτο δ' ἔϛιν ὑψηλότατον τῶν ταύτῃ ὀρῶν, πρὸς νομὰς ἄριϛον ἀγαθῆς φυομένης πόας &c. *Moses aliquanto post egit pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissimum, & pascuis valde commodum, abundabat enim herba* &c. (z) *Arist.* Meteorologic. l. 1. c. 13. Tom. 1. p. m. 767. fin. τὰ ῥεύματα τῶν ποταμῶν ἐκ τῶν ὀρῶν φαίνεται ῥέοντα· καὶ πλεῖϛοι καὶ μέγιϛοι ῥέυσιν ἐκ τῶν μεγίϛων ὀρῶν. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ κρῆναι αἱ πλεῖϛαι ὄρεσι καὶ τόποις ὑψηλοῖς, γειτνιῶσιν. ἐν δὲ τοῖς πεδίοις, ἄνευ ποταμῶν ὀλίγαι γίγνονται παμπαν. οἱ γαρ ὀρεινοὶ καὶ ὑψηλοὶ τοποι, οἷον σπόγγ☉ πυκνὸς ἐπικρεμάμεν☉, κατὰ μικρὰ μὲν, πολλαχῇ δὲ διαπιδῶσι καὶ συλλείβουσι τὸ ὕδωρ. *Amnium fluxus e montibus corrivari cernuntur: atque plurimi & maximi amnes e maximis defluunt montibus. Pari modo & montibus locisque excelsi vicini sunt fontes plurimi: in planis vero latisque campis, pauci admodum sine fluviis fiunt. Montana siquidem & edita loca, tanquam spongia quædam, locis incumbentia humilibus, pauxillatim quidem, sed multis ex partibus effundunt stillantque aquam.* Vid. *Varen.* Geogr. gen. l. 1. c. 16. prop. 5 p. m. 225. seqq. 228. seqq. (a) l. c. p. 768. 769. (b) Exod. XV, 22. c. XVII, 1. Vid. Joseph Antiq. l. 3. c. 1. (c) diversi sunt pollutionum gradus, (*Maim.* hic. *Mikv.* c. 10. §. 6. seqq. Cod. *Mikv.* c. 2. §. 2. sive istarum consideres durationem, sive purificationem. Quoad hanc inprimis eminet *seminifluus mas* (de fœmella vid. R. Mos. ad *Mikv.* c. 5. §. 5. Hilc. *Mikv.* c. 1. § 5.), & *lepresus;* qui non purificantur, nisi specie aquarum optima. Harum sex recensent ordines *Talmudistæ* in Cod. *Mikvaoth* cap. 1. Supremum omnium obtinent scaturientes e fontibus. Ita est

tium (d), aptique in quibus decurrentibus lavarent, quacunque (e) polluti immunditia, non curiose nimis ad ipsorum attendentes capacitatem. Aquæ *Siloæ* vocantur *vivæ*, ut fontium; perindeque, ut horum, Sacerdotem lustrant comburentem vaccam rufam *. Neque pluvia ipsorum pervertit aptitudinem, utut delapsa copiosissime (e). Quanquam enim aqua pluvialis non aliam naturam habeat, quam conceptaculi, h. e. non purificet, nisi stagnans, in decursu vero neutiquam (f): cum fluvio tamen commixta, hujus merito induit naturam, plerisque Judæorum adstipulantibus. Quippe

---

l. jam c. §. 8. למעלה מהם מים חיים שהן טבילה לזבין והזייה למצורעים וכשרים לקדש מהם מי חטאת *Omnium dignitate sunt supremæ aquæ vivæ*, h. e. secundum Glossam R. Mosis, scaturientes dulces, *quæ lavacrum præbent seminifluo, & aspersionem leproso, aptæ quoque sunt, ex quibus consecretur aqua expiationis.* De singulis hisce rite purificandis Scriptura usurpat *aquas vivas*. Vid. Gloss. marg. l. c. it. cap. 5. §. 4. (d) Cod. *Mikvaoth*. c. 5. §. 5. הזוחלין כמעין *Fluenta sunt instar fontium.* Ad quæ *R. Simson*: הזוחלין כגון נהרות שהן זוחלין כמעין הן לטהר בכל שהוא i. e. *Fluenta cujusmodi sunt fluvii, qui defluunt, per modum fontis se habent ad purificandum quantulacunque* sint *capacitate*. *R. Maimon.* ad l. c. שהמימות הנוזלים מן המעין בנהרות הגדולים והנחלים משפטן ומשפט המעין אחד אמר i. e. *indicat, aquarum e fonte decurrentium in fluviis magnis ac amnibus, idem esse jus cum fontibus ipsis.* R. Sal. Jarchi ad Cod. *Schabb.* f. 65. *b.* l. 6. יש תורת מעיין על נהרות המושכים i. e. *in amnibus e fonte derivatis ead. obtinet lex quæ in fontibus ipsis.* Vid. omnino Cod. *Para* cap. 8. §. 8. & 9. una cum Comment. *Maimonidis.* * Cod. *Para* c. 3. §. 2. coll. R. *Simone* ad l. c. & c. 8. §. 10. (e) Raschi ad *Schab.* l. c. מטהרין בזוחלין שהנוטפין שבתוכן מטהרין בריבוי הזוחלין ויתבטלו הנוטפין בהן להיות זב וזבה טובלין בהן בשביל הזוחלין i. e. *Purificant se in torrentibus. Aqua enim pluvialis copiosæ torrentium multitudini adjecta purificat, aquis pluvialibus intra hanc quasi absorptis; ut etiam seminifluus vir ac fœmina idem patiens immergant se illis licite ob torrentem.* Vid. ad lit. h) item Cod. *Niddæ* fol. 67. a. (f) Cod. *Mikvaoth* c. 5. §. 5. הנוטפין כמקוה *aquæ stillantes sunt instar conceptaculi.* Ad quæ *R. Simson*: הנוטפין כגון מי גשמים כמקוה הן לטהר באשבורן דוקא ולהצריך ארבעים סאה i. e. *aquæ stillantes, cujusmodi pluviales, instar conceptaculi se habent, ad purificandum præcise in scrobe* ad minimum *comprehendente quadraginta Sata.* Tosiphta ad Cod. *Schabb.* f. 65. b. §. שמא habet: ואמרין דאין מקוה מטהר בזוחלין כי אם באשבורן i. e. *communis circumfertur sententia, non purgare conceptaculum aquis decurrentibus, sed unice in scrobe stagnantibus.* Vid. *Raschi*

Quippe ſemper præſumitur fluvius incrementa cepiſſe e fontibus ſuis ex rupe ſe exonerantibus (g); atque adeo in quantum intumeſcat pluviis decidentibus, nil ipſius decedit aptitudini (h). Proinde & ordinarie leguntur baptizati

l. c. qui provocat ad antiquiſſimum librum *Torath Cohanim*, ad Levit. XI, 36. Conf. ad Cod. *Nedarim* fol. 40. a. §. אמר in *Toſiphta* ubi dicitur: אין מי גשמים הנוטפים מטהרין בזוחלין אלא באשבורן כלומר דנקוו וקיימי כדתניא בספרי אי מה מעין מטהר בזוחלין אף מקוה מטהר בזוחלין ת״ל אך מעין ובור מעין מטהר בזחלין ומקוה באשבורן הילכך כל היכא דאיכא למיחש שמא רבו נוטפין על הזוחלין אסורי· i. e. *aquæ imbrium deſtillantes non purificant in alveis* ſeu decurſu ſuo, *ſed in ſcrobe* unice, *h. e. in locum unum confluentes & ſubſiſtentes. Prout in Siphri docetur, quomodo ſe habet fons? purificat in decurſu. Ergone etiam conceptaculum purificabit in decurſu. Enimvero* Levit. XI, 16. *dicitur veruntamen fons & ciſterna. Fons purificat in decurſu, conceptaculum autem in ſcrobe* ſeu ſtagno. *Ergo, ubicunque licet conjicere, quod aquæ imbre deſtillantes ſuperent decurrentes* fluviales, *interdictum viget.* (g) Sententia eſt Samuelis, celebrata, Cod. *Schabb.* f. 65. b. l. 5. נהרא מכיפיה מבריך *amnis e petra ſua augetur.* Ad quod *Toſiphtha*, פירש ממקומו ומסלעו סלע מתרגם כיפ״ה מנביעתו מיתברך ולא ממי גשמים i. e. *e loco ſuo ac rupe ſua, quæ chaldaice Cepha dicitur. E ſcaturigine ſua incrementa capit, nec ex aquis pluvialibus.* Mox ſubjicit, ſecundum hanc ſententiam *pronunciari* in Scholis Ebræorum uſitate. Vid. eandem Cod. *Nedarim* f. 40. a. l. penult. *Biccuroth* c. 9. f. 55. b. l. 7. (h) *Rabbenu Niſſim* ad Cod. *Nedarim* f. 40. a. l. 55. נהרא מכיפיה מתבריך מכיפיה מסלעו כלומר ממקורו הוא מתגדל שאע״פ שאנו רואים שכשהגשמים יורדין נהרות מתרבין ועיקר רבוי ממקורן הוא כדאמר בפ׳ סדר תעניות אין לך כל טפח וטפח יורד מלמעלה שאין התהום עולה לקראתו טפחיים ונמצא שלעולם זוחלין רבין על הנוטפין דהא לטפח של גשמים איכא טפחיים דמעיין הילכך לשמואל מותר לטבול בנהרות לעולם אפילו כשראה לעין שנתרבו הרבה מחמת המטר i. e. *Amnis e* כיפיה *h. e. petra ſua benedictionem accipit. q. d. e ſcaturigine ſua eſt, quod intumeſcit. Nam utut videamus intumeſcentes fluvios imbribus decidentibus: fundamentum tamen* ac potior pars *iſtius intumeſcentiæ ab ipſorum dependet fontibus. Secundum id quod habetur in Cod. Taanith. cap.* סדר תעניות *h. e. tertio* f. 25. b. l. 26. *nunquam ſuperne aqua deſcendit ad palmam unam,*

baptizati in fluviis (i). Exempla novi Fœderis ubivis sunt obvia (k). Hypocriseos ab ipsis Talmudistis (l) insimulantur Samuelis sorores, quod Euphrate pluviis intumescente, laverint in scrobo ad ripam fluminis effossa; & alio tempore, ne detumescentibus aquis luto impedirentur, scirpeæ vel storeæ (in einer Flechten) inclusæ, quæ aquam equidem transmitterent, sed excluderent crassiora (m). Qui in Talmude speciatim excipiuntur fluvii

Mm vii

---

*quin duplo majus ei obviam ascendat ex abysso. Ut manifestum adeo sit, quod aquæ fluviales semper superent pluviales, respondentibus palmo e pluvia destillantium unico, duobus palmis derivatarum e fontibus. Licitum itaque est, juxta hoc Samuelis fundamentum, quocunque tempore baptizari in amnibus; utut oculari aspectu cernamus, multum eos intumescere propter pluviam.* Ad l. c. annotat *R. Ascher* רוב גדול הנהר מן התהום *major pars intumescentiæ fluminum est ex abysso.* Tosiphta ad Cod. *Schabb.* f. 65. b. §. דאמר circa fin. שמואל דאמר נהרא מכיפוה מתבריך ועל זה אנו סומכין לטבול בנהרות אפילו אם גדלו מאד i. e. *Sententiæ Samuelis, qua fluvium intumescere asserit a rupe sua, innitimur, baptizantes in aquis, utut assurrexerint nimium.* Vid. etiam præcedentia, queis singulis guttis per pluviam decidentibus binas ex abysso propullulantes respondere asserit. (i) Vid. ad Cod. *Biccuroth* f. 55. b. l. 10. *Raschi.* Cod. *Nidda* f. 66. b. fin. fol. 67. a. *Nedarim* f. 40. b. *Schabbath* f. 65. a. *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 6. §. 10. (k) Matth. III, 6. Joh. I, 28. cap. III, 23. Act. VIII, 36. (l) Cod. *Schabb.* f. 65. a. l. 27. בנתיה דאבוהי שמואל דצבעונין הוו i. e. *filiæ patris Samuelis pigmentatæ erant.* Conf. *Sota* f. 22. 2. (m) ll. cc. ad lit. i). *Schabb.* l. c. l. 25. dicitur: אבוה דשמואל לא שביק להו לבנתיה דנפקי בחוטין ולא שבוק להו גביאין גבי הרדי ועביד להו מקואות ביומי ניסן ומיצי ביומי תשרי i. e. *Pater Samuelis non permisit filialibus suis* Sabbatho *in publicum prodire cum filiis, nec ut una dormirent, fecitque illis conceptacula in diebus Nisan, & paradas in diebus Tisri.* Ad quæ *R. Salomon Jarchi:* מקואות בימי ניסן של מים מכונסין או כמוך לנהר וממשיך להוכן מי הנהר וטובלות שם i. e. *conceptacula aquarum hinc inde collectarum, aut prope fluvium, in quæ amnis aquas derivabat; & lavabant ibi.* Ad verba reliqua: שטובלות בפרת ומפני הטיט שלא יהא חציצה נתנות המפץ תחת רגליהן i. e. *lavantibus illis in Euphrate, ob lutum, ne interveniat, substernebant pedibus suis paradam.* Idem *Raschi* ad Cod. *Nidda* f. 67. a. l. 2. בימי ניסן אינן טובלות בנהר לפי שרבו המים בימות הגשמים שנפלו וחייש שמא שרבו נוספין על הזוחלין i. e. *mense Nisan non lavabant in fluvio* Euphrate, *quia ab imbribus tum ordinarie cadentibus aquæ excrescunt nimium; suspicione, ne forte pluviales aquæ superent fontanas.* Consentit huic *Rabbenu Nissim* ad Cod. *Nedarim* f. 40. b.

vii (n), ob aquas vel lutosas vel undicunque collectas; ad certos saltem & paucissimos purificandi actus (o) inepti pronunciantur. Qua ipsa exceptione satis evidenter cognoscitur, *baptizari* alioquin in fluviis fuisse receptum (p). Neque mulier alia de causa in portu *baptizari* prohibetur

ante med. אבוה דשמואל עביד להו לבנתיה מקוואות ביומי ניסן שמפני שהיה חושש להפשרת שלגים לא היה מניחן למבול בזוחלין. ומפני ביומי תשרי בנהר היה נותנן תחת כפות רגליהן משום טיט דלא ליהוי חציצה אי נמי לצניעותא בעלמא' והיה מניחן לטבול בנהר משום דביומי תשרי ליכא למיחש לזוחלין i. e. *Pater Samuelis in diebus Nisan, sollicitus de nivibus lique factis, non permisit filiabus suis, ut aquis decurrentibus se immergerent. Et in diebus Tisri paradas in amnem posuit sub plantas pedum ipsarum, propter lutum ne lotioni interveniat. Forte etiam ob verecundiam sexui isti familiarem. Permisit autem, ut in fluvio se immergerent, eo quod mense Tisri non est, cur quis jure de aquis decurrentibus sit sollicitus.* Reliqua copiosissima vid. l. c. in seqq. *Glossa* interior ad Cod. *Biccuroth. f.* 55. b. l. 10. כשהיו טובלות בנהר ביומי תשרי היה עושה להם מחצלות של קנים שקורין קלויש ומשליכין לתוך חמים ועומדות עליהן וטובלות לפי שבימי תשרי יש טיט רך בנהרות אצל שפתים וחושש שמא יעלה טיש למעלה על רגליהן ויהיה הוצץ i. e. *lavantibus illis mense Tisri in fluvio, paradas fecit scirpeas, quas Claustra vocant; ut illis in medias aquas injectis insistentes, sese immergant. Quum enim in diebus Tisri lutum tenax fit ad oras fluminum, suspicabatur, ne ascendat illud, ipsarum inhærens pedibus, suoque interventu lotionem reddat irritam.* (n) Cod. *Para* c. 8. §. 10. מי קרמיון ומי פיגה פסולין מפני שהם מי בצים מי ירדן ומי ירמוך פסולין מפני שהם מי תערובת ואלו הן מי תערובות אחד כשר ואחד פסול שנתערבו שניהן כשרין ונתערבו כשרין ר' יהודה פוסל׳ i. e. *aquæ* fluviorum *Karmijon & Pigæ ineptæ sunt, quia lutosæ. Aquæ Jordanis & Jarmochi ineptæ sunt, quia collectæ ex variis. Istæ vero sunt aquæ ex diversis collectæ, perinde est sive altera sit legitima, & illegitima altera, si commisceantur inter se. Utraque legitima existente, si misceantur invicem, sunt legitimæ. R. Juda autem declaravit ineptas.* Sed, ut Glossæ annotant, non pronunciant juxta *R.* Judam. (o) Seminiflui scil. leprosi, ac vaccæ ruffæ. De his passim hoc capite. Jordanem etiam lavacro fuisse aptum, non modo Baptismus Johannis demonstrat; sed & Naëmanis 2. Reg. V, 10. 14. (p) Cod. *Para* cap. 8. §. 8. כל הימים מטהרין בזוחלין ופסולין לזבים

tur (q), quam, ut ne pudore suffusa ob civium præsentiam, negligeret omnia rite exsequi; nequaquam vero ob aquarum ineptitudinem.

§. 33. Quod si vero non suppetat aqua fontana aut fluviatilis, in alveis decurrens; vel fluminibus, v. g. hyberno tempore gelu nimium rigentibus, aut condensatis penitus (r): tunc confugiunt ad aquas in scrobe seu fossa in fundum terræ excavata stagnantes. Sive hanc exundantia imbrium, aqua



ולמצורעים ולקדש מהם מי חטאת i. e. *Omnia maria purificant in alveis decurrentia: sed inepta sunt seminifluis, leprosis, & ad consecrandum de illis aquas lustrationis.* Quem effectum R. Juda l. c. soli Oceano denegat, reliqua maria omnia sub lege fontium comprehendens. Conf. ad l. c. *R. Simson* & *Maim.* Equidem de fluviis, quorum aquæ fallunt nonnunquam, dubium movetur l. c. §. 9. itemque ap. *R. Nissim* ad Cod. *Nedarim* f. 40. b. l. 10. seqq. sed non inepti judicantur, nisi causa aquæ deficientis ignorata; idque eo casu, in solo aquarum decursu, neutiquam iis in scrobem collectis. (q) *Maim.* hilc. *Mikvaoth.* cap. 1. §. 11. אשה אינה טובלת בנמל מפני שמתביישת מבני העיר ואוינה טובלת כהוגן ואם הקיף לה מפץ וכיוצא בו כדי להצניעה טובלת בנמל i. e. *mulier non baptizetur in portu, Pudor enim, quem præsentia civium elicit, impedit eam, quo minus digne se lavet. Quod si vero matta aut simile quod sepimentum eam includat, ut verecundiæ suæ tuto possit consulere, in portu licite lavat.* Desumta sunt e Cod. *Nidda*, f. 66. h. fin. Ubi *Glossa* exterior adducit *Rabbenu Tam* eandem approbantem rationem, verbis: כי בני אדם מצויין שם ובועתה וממהרת מפני שבושה מבני אדם המצויין שם *quia homines præsto ibi sunt, unde perturbatur illa, ac properat: erubescit enim ob homines ibi existentes.* Quam causam multi quoque allegant facti superius memorati a patre Samuelis. l. c. paulo post; מפצי מחצלות כמין גדר בנהר לצניעות שלא יראוה עוברים ושבים *Paradæ* quas in aquas abjecisse dicitur, *erant instar sepimenti in fluvio, ob verecundiam: ne hinc inde transeuntes mulierem lavantem videant.* Quibuscum conspirat Glossa exter. ad Cod. *Biccuroth* f. 55. b. §. ומפצי. Atque hæc tam operose hic tradidi, quod videam, multos Christianorum in hoc articulo non nisi *conceptaculi* meminisse; persuasos, id solum penes Judæos legitimum fore *Baptisterium*, sacro huic ritui destinatum. Imposuit illis haud dubie Maimonides. Qui tamen exclusive non erat intelligendus; difficultate præter necessitatem illis N. T. locis conciliata, quæ in omnibus *Baptismum* loquuntur peractum. (r) *Rabbenu Nissim* ad Cod. *Nedarim* f. 40. b. §. אבוה l. 4. נ"ל דבנתיה דאבוה דשמואל בסתוא לא הוו טובלות בנהר משום צנה אלא במקוואות שבבתיהן i. e. *quantum ego*

per terræ meatus ſudans, vel fluviorum exonoratio effecerit, ſive hominum induſtria. Hanc enim qui doctiſſimus *Seldenus* (s) excludat, non video: tot fere in privatis hominum ædibus exiſtentibus in hunc finem foveis, quot familiæ degunt Judaicæ. Quarum omnium excavationem ſi providæ adſcripſeris naturæ, vix etiam Judæorum quantumvis ſibi applaudentium mereberis aſſenſum. Quin potius expreſſe monent, naturæ hic ſuccurrendum; nec opus, ut totum conceptaculum per Cœlorum conſtituatur manus (t). Samuelis pater ſupra adductus fuit (u), qui ſcrobem ſuis præparaſſe dicitur domeſticis. Quales hinc inde occurrunt plures. Curioſa foveæ adaptatio non permittit, quo minus humanam concipias operam. Latitudo requiritur quaquaverſum ad minimum cubitalis, altitudo ſ. profunditas aquis repleta trium cubitorum (x): non connumerato, ut videtur, ſpatio vacuo, ad quod, corpore in aquas immiſſo, pars aliqua aſſurgit caput perfluens & brachia (y). Cana-

---

*conjicio, filiæ patris Samuelis hyberno tempore non lavabant in fluvio, ob frigus; ſed in conceptaculis, quæ domi habebant.* (s) de Jur. N. & G. lib. 2. c. 2. p. m. 141. abluendum, inquit, Proſelyti corpus omnino integrum erat, idque in confluente ſeu conceptaculo aquarum *naturali* &c. Mox: *nihil minus admittunt, quam ut* aqua hauſta, aut *conceptaculis artificioſis* recepta, quis rite omnino ſive ut Proſelytus ſive aliter mundaretur &c. Quaſi vero labrum in templo conſtitutum, unde mundabantur ſacerdotes, non fuiſſet artificioſe confectum! (t) *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 4. §. 3. אמרו חכמים המקוה לא יהיה כולו שאוב כבור ואינו צריך להיות כולו בידי שמים כמעיין. אלא אם יש בו תפיסת יד אדם כשר i. e. *Sapientes dicunt, conceptaculum non ſit penitus hauſtum, inſtar ciſternæ: neque tamen opus, ut totum ſit per Cælorum manus, fontis inſtar: ſed ſi in eo homo aliquod proprietatis jus ſibi vindicet, legitimum eſt,* (u) Vid. § 32. ad lit. m) (x) Vid. §. 5. lit. y). (y) Cod. *Joma* f. 31. a. l. 19. ſeqq. ורחץ בשרו במים במי מקוה כל בשרו מים שכל גופו עולה בהן וכמה הן אמה על אמה ברום שלוש אמה ושיערו חכמים מי מק וחארבעים סאה i. e. cum Lev. XVI. v. 24. 26. dicitur: *lavet aquis carnem ſuam, intellige, aquis conceptaculi; omnem carnem ſuam* i. e. *aquis, in quas totum corpus ſuum immittatur. Sed quanti hæ ſunt? cubiti quaquaverſum, in altitudine autem cubitorum trium. Sapientes æſtimarunt aquas conceptaculi quadraginta Satorum.* Eadem habentur Cod. *Peſachim* f. 109. a. l. antep. & ad §. 5. lit. x) citatis Ibi p. b. § ברום in *Toſiphta* habetur: רא׳עג דקומת אדם שלש אמות בלא הראש ולכך מצריך בכוכין ארבע אמות בשביל הראש. ועובי הדפין במקוה סגי בג׳ אמות דכשטובל עולין המים למעלה ומיידי כשהכלי גבוה משלש אמות דא״לכ כשיכנס

Canales aliaque media præsto sunt, queis purgentur a luto aliisque heterogeneis, aqua aliunde exonerata *. Quin & dolium spaciosum terræ infossum, vicem Baptisterii præbet, si in eo excaventur foramina (z); & mare sulcantibus, ob denegatum terræ fundum, etiam capsa perforata in mare projecta (a).

§. 34. Extra hunc vero casum, necesse erat, in fundo terræ existat baptisterium (b), quo eo se recipiat aqua undecunque per suos meatus collecta. Hinc enim est, ut dicatur *conceptaculum*. Aristoteli locus diceretur ὑποδοχὴ vel κοιλία, aqua ὕδωρ συλλεγόμενον (c). Perinde siquidem est, sive aqua ibi comprehensa fontana sit (d), sive pluvialis (e), aut maris fluctibus eo delata (f):



יפלו המים למטה ויחסר השיעור i. e. *quamvis hominis altitudo ad tres assurgit cubitos, non commensurato capite, ut hinc etiam in cavernis quatuor requirantur cubiti, propter caput & densitatem asserum: in conceptaculo tamen tres cubiti sufficiunt. Quia aquæ, homine iisdem immerso, assurgunt sursum. Dicunt vero vas altius concipiendum tribus cubitis. Quod, nisi hoc, aquæ homine ingresso, deciderent exundantes, deficeretque mensura determinata.* Ita *Tosiphta* ad Cod. *Joma* l. c. b. l. 9. הזקק של בית הטבילה היה גבוה יותר מג׳ אמות אע״פ שהמים עולים מעלה כשנכנס לתוכו לא היו יוצאין לחוץ וכו׳ i. e. *Locus Baptisterii excisus altior fuit tribus cubitis, ut, quancumvis aquæ, homine immisso, sursum assurgerent, non exundarent foras.* Idem conjicere licet de conceptaculis communibus: quia alia quadraginta satis impleta dicuntur, antequam aqua ad tertiam ipsorum fossulam ascenderit, Cod. *Mikvaoth* c. 2. §. 1. 4. *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 5. §. 4. Alia vero ad memoratam aquæ quantitatem plus amplius recipiunt. *Maim.* l. c. §. 9. c. 4. 6. c. 7. §. 1. * Vid. *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 8. §. 7. e Cod. *Mikvaoth* c. 6. §. 8. (z) *Maim* l. c. cap. 6. §. 4. הלוקח כלי גדול כגון חבית גדולה או עריבה גדולה ונקבו נקב ומשחרי וקבעו בארץ ועשאהו מקוה הרי זה כשר i. e. *Si quis acceptum vas aliquod magnum, cujusmodi spatiosum dolium, aut labrum magnum, excavato foramine, in terram defixerit, ac fecerit ex eo conceptaculum: en illud est legitimum.* Mox subjicit fossam in muro ac structura lignea excavatam. (a) *Maim.* l. c. § 8. e Cod. *Mikv.* c. 6 § 5. השידה והתיבה שבים אין מטבילין בהן אלא אם כן היו נקובין כשפופרת הנוד ואם היה שק או קופה מטבילין בהן i. e. *in Arca & capsa in mare projectis non lavant se, ni perforatæ sint instar fistulæ utris. Quod si saccus fuerit aut cupa, in illis lavant.* (b) Vid. *Maim.* supra §. 3. ad lit. p) it. ad §. præc. lit. y). (c) Meteorolog. l. 1. c. 13. p. m. 767. (d) Vid. Maim. hilc. *Mikv.* cap. 9. toto

lata (f): modo pura sit, legitimam habeat copiam, ac stagnet ibi per meatum suum collecta (g), non aliunde hausta. Pura tamdiu existimatur, quam-

---

e Cod. *Mikvaoth* c. 1. toto. (c) Vid. ll. cc. §. prioribus. Inprimis th. 5. & ad eand. *R. Simson* prolixe. c. 7. th. 1. *Maim.* §. 16. item 3. 4. §. 3. seqq. cap. 10. §. 5. fin. Conf. hinc inde inserta supra ad §. 22. (f) vid. Cod. *Para* c. 8. §. 8. Cod. *Mikvaoth* c. 5. §. 4. 6. Cod. *Chagiga* f. 19. a. l. 3. seqq. Cod. *Chullin* f. 31. a. l. penult. Unde *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 9. §. 17. 18. sequentia: גל שנתלש מן הים ונפל על הארם או על הכלים אם יש בו ארבעים סאה הדי אלו מהורין לחולין שאין הטובל לחולין צריך כוונה ואם נתכוון והיה יושב ומצפה עד שיפול עליו הגל עלתה לו טבילה לדבר שנתכוון לו׃ אין מטבילין בגל כשהוא באויר קודם שיפול על הארץ ואעפ״ שיש בו ארבעים סאה לפי שאין מטבילין בזוחלין קל וחומר באוויר׃ היו שני ראשי הגל נוגעים בארץ מטבילין בו ואין מטבילין בכיפה שלו מפני שהוא באויר i. e. *Si quæ nuda a mari avulsa in hominem cadat, aut super vasa quum quadraginta sata contineat, munda hæc fiunt ad profana: Ad hæc enim lavans intentione non indiget. Quod si intenderit, sedendo expectans, donec in ipsum fluctus incidat, imputatur ipsi* hæc *lotio, ad quamcunque rem intenderat. Non tamen in unda baptizant se, cum in aere existit antequam in terram decidat; utut in eo sint quadraginta sata. Quia in decursu non lavant, nedum in aëre. Quod si utraque fluctus extremitas terram attingat, inibi se mergitant, non vero in ejus convexitate: quia hæc existit in aëre.* (g) *Maim.* l. c. §. 16. מי גשמים הבאים מן המדרון והנם נזחלין ויורדין אעפ״ שיש מתחילתן ועד סופן ארבעין סאה אין מטבילין בהן כשהן נזחלין עד שיקוו וינוחו באשבורן ארבעין סאה i. e. *Dentur aquæ pluviales e declivitate proruentes, quæ decurrunt descendentes: quamvis a principio ad finem usque quadraginta sata contineant; non tamen immergunt se illis, quamdiu decurrunt, donec confluant, atque in loco stagnent sata quadraginta &c.* e Cod. *Mikvaoth* c. 5. in fine. Idem *Maim.* l. c. c. 9. §. 8. מה בין מעיין למקוה המקוה אינו מטהר אלא בארבעים סאה והמעיין מטהר בכל שהוא׃ המקוה אינו מטהר אלא באשבורן והמים הזוחלין ממנו אינן מטהרין והמעיין מטהר בזוחלין׃ המקוה לא תעלה בו טבילה לזבין והמעיין אם היו מימיו מים חיים חזבמבל בהן׃ i. e. *Quæ differentia intercedit inter fontem & conceptaculum? concepta-*

quamdiu non mutat colorem (h). Menfura ea requiritur, quæ fufficiat toti corpori fimul una vice immergendo: cujusmodi quadraginta fata creditur conficere (i).

§. 35. Baptifmus fiquidem hic fœderalis una creditur abftergere fordes antiquas. Hinc eadem aqua eidem adjudicatur, quæ aliis detergendis pollu-

*culum non mundat, nifi quadraginta contineat fata: fons autem cujuscunque fit quantitatis. Conceptaculum non mundat, nifi ftagnans; aquæ autem exinde decurrentes non purificant: fons autem mundat aquis decurrentibus. In Conceptaculo facta immerfio non imputatur feminifluis; fed fi fontis aquæ vivæ fint, in illis mergitat fe feminifluus.* Conf. fupra §. 32. ad lit. f). (h) *Maim.* l. c. c. 10. § 1. אין המקוה נפסל לא בשינוי הטעם ולא בשינוי הריח אלא בשינוי מראה בלבד וכל דבר שאין עושין בו מקוה לכתחילה פוסל את המקוה בשנוי מראה כיצד היין או החלב והדם וכיוצא בהן ממי כל הפירות אינן פוסלין את המקוה בשלושת לוגין שלא אמרו אלא מים שאובין ופוסלין בשינוי מראה אפילו מקוה שיש בו מאה סאה ונפל לו לוג יין או מי פירות ושינה את מראיו פסול i. e. *Conceptaculum non redditur ineptum, guftu mutato, aut odoratu; fed folo afpectu. Et omne id, unde non primum conficiunt conceptaculum, hoc reddit ineptum, fimul ac colorem variat. Qua ratione? vinum, lac, fanguis, aut fi quod his fimile de omnis generis fucco fructuum, non ineptum reddunt conceptaculum, infufa quantitate trium logorum; quod non nifi de aquis hauftis obtinet. Polluunt vero afpectu variato, etiam fi in conceptaculum centum fatorum non nifi logus vini aut fucci fructuum inciderit, fit, afpectu mutato, ineptum.* (i) *Maim.* l. c. c. 4 §. 1. דין תורה שכל מים מכונסין טובלין בהן שנ' מקוה מים מכל מקום והוא שיחיה בהן כדי להעלות בהן כדי טבילה לכל גוף האדם בבת אחת שיער חכמים אמה על אמה ברום שלוש אמות ושיעור זה הוא מחזיק ארבעים סאה מים׃ i. e. *In lege fundatur hoc jus, quod in omnibus aquis hinc inde confluentibus fe immergitent quia dicitur* Lev. XI, 15. *confluxus aquarum, undecunque tandem venerint: modo tantum contineant aquarum, quantum fufficit toti corpori humano una vice immergendo.* Minimam *ejus menfuram Sapientes conftituerunt longitudine ac latitudine cubitalem, profunditate autem tricubitalem. Cujusmodi menfura fata conti-*

pollutionibus (k). Ubi quo puriores sunt aquæ, magisque pellucidæ, eo ad lavacrum existunt aptiores (l). Aliunde autem haustæ licet fontanæ sint (m), vel infra legitimam mensuram 40. Satorum collectæ & haustis ad tres logos auctæ (n), aut jam coinquinatæ (o), ad hunc finem prorsus existi-

---

*net quadraginta.* Vid. supra ad § 5. lit. x). §. 33. lit. u). (k) Cod. *Jevam.* f. 47. b. l. 10. ובמקים שנדה טובלת שמ גר ועבר משוחרר טובלין i. e. *Ubicunque menstruata se lavare potest, ibi etiam Proselytum, servum, ac libertum baptizant.* (l) Vid. Cod. *Mikvaoth* cap. 1. tot. *Maim.* hilc *Mikv.* c. 9 §. 1. seqq. (m) *Maim.* l. c. c. 4. §. 2. מדברי סופרים שהמים השאובין פסולין לטבילה i. e. *e verbis scribarum constat, aquas aliunde haustas ineptas esse ad baptismum.* Vid. Cod. *Mikv.* c. 2. § 3. seqq. (n) *Maim.* prioribus subjicit: ולא עוד אלא מקוה מים שאינן שאובין שנפל לתוכן שלשת לוגין מים שאובין פסלו את הכלי· i. e. *neque id modo; sed si in conceptaculum* seu stagnum *aquarum minime haustarum tres incidant logi aquarum haustarum, totum redunt ineptum.* Idem c. 4. §. 8. אין המים השאובין פוסלין את המקוה בשלשת לוגין עד שיפלו לתוך המקוה מן הכלי· אבל אם נגררו המים השאובין חוץ למקוה ונמשכו וירדו למקוה אינן פוסלין את המקוה עד שיהיו מחצה למחצה· אבל אם היה רוב מן הכשרים הרי המקוה כשר i. e. *aquæ haustæ non corrumpunt conceptaculum tribus logis, nisi in medium ejus incidant e vase aliquo. Verum si deriventur aquæ haustæ extra conceptaculum, & trahantur ut decidant in illud, non ineptum reddunt conceptaculum, nisi ejus conficiant dimidium. Sed majori parte existente legitima, totum conceptaculum est legitimum.* l. c. §. 6. כ צד פוסלין המים השאובין את המקוה בשלשת לוגין שאם היה במקוה פחות מארבעים סאה הכל פסול· אבל מקוה שיש בו ארבעים סאה מים שאינן שאובין ושאב בכד ושפך לתוכו כל היום כולו כשר· i. e. *quomodo corrumpunt aquæ haustæ conceptaculum tribus logis? si in conceptaculo existat minus quadraginta satis, totum fit ineptum. Sed si quod conceptaculum quadraginta sata comprehendat aquarum minime haustarum, utut hydria quis hauriat & effundat in illud toto die, totum tamen manet legitimum* &c. Ejusdem tenoris sunt verba hujus Doctoris comment. ad Cod. *Mikvaoth* c. 2. §. 2. מקוה שיש בו מ׳ סאה לא יפסלוהו מים

existimantur ineptæ. Exinde vehementer ambigo, *hydrias* illâs *lapideas*, vel e saxo excisâs, quarum Johannes in Evangelio suo (p) meminit, huic perficiendo operi, ut *Altingius* (q) voluit, fuisse aptatas. Hæ quippe non modo aquas haustas continebant: sed & ex uno loco facile deferri poterant in alium. Quorum hoc cum capacitate illa, qua integrum hominem, non excluso capite, ita comprehendere debebat, ut uno motu totum simul corpus abluere posset (r), difficulter congruit: Illud vero disertis verbis a Talmudistis prohibetur non uno loco (s). Omne vas eximunt ab hoc opere, quod ullo modo eum in finem præparatum est, ut retineat sibi inditum (t) Aqua quoque, quæ vel studio in eo excepta fuerat, vel solo fluxu suo super illud decurrerat, etiam hinc exonerata, & collecta in stagnum, locum alioquin huic negotio admodum convenientem, baptismo pronunciatur inepta (u). Nec ea admittitur, quæ per canalem ligneam, cui fossu-

 la

---

שאובין אם נפלו בו ואפילו נפלו בו אלף סאה מים שאובין
ואמנם יפסלו מים שאובין למקוה שאין בו ארבעים סאה ואחר
השלים המ׳ סאה במי שאובין ושמור זה העיקר׳ i. e. *Conceptaculum 40. Satorum non vitiant aquæ haustæ, in id incidentes, utut cadant in id mille satæ aquarum haustarum: sed id vitiant, in quo nondum existunt 40. sata, quæ aquis haustis* quis *supplet. Quæ regula fundamentalis observatu digna.* (o) Vid. *Maim.* l. c. c. 7. tot. Conf. supra §. 8. ad lit. n). §. 34. lit. g). (p) c. II, 8. (q) Differt. Philol. 7. §. 32. p. m. 234. (r) Vid. §. 34. lit. h) & Conf. §. 36. (s) Vid. *Maim.* hilc. *Mikvaoth* c. 4. §. 2. seqq. cap. 5. & 6. tot. Conf. supra ad lit. m). (t) *Maim.* l. c. c. 6. §. 1. כל הכלים המקבלין
שהלכו המים עליהן או שנפלו מתוכן הרי ארו שאובין ופוסלין את
המקוה והוא שיעשו לקבלה׳ אפילו היו כלים שאין מקבלין טומאה
כגון כלי אבנים וכלי אדמה הרי אלו פוסלין i. e. *Omnia vasa recipientia aliquid, aquis super ea currentibus aut ex illis decidentibus, quæ habentur pro haustis, ineptum reddunt conceptaculum: si quidem eum in finem parata sint, ut aliquid recipiant* vel contineant. *Et quamvis vasa alioquin in se non recipiant pollutionem, cujusmodi vasa lapidea, aut testacea; ineptum tamen illa reddunt conceptaculum.* Vid. *Jore Dea* num. 201. p. m. 25. c. 1. l. 18 (u) *Maim.* l. c. c. 4. §. 4. המניח כלים תחת הצינור
תמיד בכל עת ובכל זמן אחד כלים קטנים ואחד כלים גדולים אפילו
כלי אבנים וכיוצא בהן מכלים שאינן מקבלין טומאה ונתמלאו מי
גשמים הרי אלו פסולין ואם כפאן על פיהן או שברן המים הנקוין מהן
כשאובין לכל דבר שהרי לדעתו נתמלאו שחזקת הצניר לקלח מים׳
אפילו שכח הכלים תחת הצינור פסולין גזרו על השוכח מפני המניח׳

la erat incisa (ad lapillos in aqua agitatos excipiendos, atque a conceptaculo retinendos), ad sedem aptam defertur (x); nisi fossula ista, quæ retinendi capacitatem habebat, pulvere fuerit expleta, aut materia àlia (y). Etiam quæ præter hominum intentionem in vase alia fine exposito collecta fuerat. pluvia, tunc demum permittitur; quum vase fracto vel deturbato, per meatus consuetos in conceptaculum se receperit (z). Quæ omnia hydriis illis neutiquam in fundo defixis, male conveniunt. Tanta cæteroquin est Judæorum vel quoad baptisterium vel ejus aquas solicitudo, ut specialem tractationem exigat.

§. 36.

---

וכן המניח את הכלים בחצר בעת קשור העבים ונתמלאו המים שבהן פסולין שהרי לדעתו נתמלאו· וכן גזרו על השוכח בחצר בשעת קישור עבים משום מניח i. e. *Si quis vasa constituat sub canali continuo quocunque tempore ac opportunitate; perinde est, sive vasa minora fuerint, sive magna, etiam lapidea aut his similia, quæ impuritatem non recipiunt: illis imbre repletis, aqua est inepta. Et si vel maxime invertat ea in orificium suum, aut frangas, aquæ exinde collectæ quoad omnia haustis sunt similes: quia ex istius intentione repleta sunt; cum canalis eandem cum torrente habeat præsumtionem. Imo vasis istis etiam per oblivionem sub canali relictis, aquæ sunt ineptæ. Adversus oblivіscentem decernunt, ob collocantem. Atque ita si quis vasa in atrium constituat, quo tempore contensantur nubes; impletis illis, aqua est inepta: quia ex istius intentione sunt repleta. Eandem ferunt sententiam adversus oblivіscentem in atrio condensatis nubibus,* unice *propter eum qui* data opera *illic* vasa *constituit.*
(x) *Maim.* l. c. c. 6. §. 6. החוטט בצינור מקום לקבל בו הצרורות המתגלגלין במים כדי שלא ירדו עם המים אם היה הצינור של עץ וחפר בו כל שהוא פוסל שהרי כל המים שיורדין באין מתוך כלי שנעשה לקבלה i. e. *Si quis in canali locum exsculpat, pro recipiendis lapillis cum aqua se devolventibus, ut ne cum hac descendant* in conceptaculum: *si canalis e ligno fuerit, quantillum etiam sit quod exsculpserat, aquas reddit ineptas Omnes enim descendentes e vase proveniunt ad receptionem aptato* &c.
(y) l. c. ירד לתוך המקום שחקק עפר וצרורות וסתמו ונכבס הרי זה כשר i. e. *descenderit in locum quem excavaverat pluvis aut lapilli, qui obthurarint; si quis laverit, sit legitime.* (z) e Cod. *Mikvaoth* c. 2. §. 7. refert *Maim.* l. c. c. 4. §. 3. המניח קנקנין בראש הגג לנגבם וירדו להם גשמים ונתמלאו אע״פ שהוא עונת הגשמים הרי זה ישבור את הקנקנים או יכפם והמים הנקוים מהם כשרים לטבול ואע״פ שכל המים האלו היו בכלים שהרי לא מלאן בידו לפיכך אם הגביה את הקנקנים והערם הרי כל המים שבהן שאובין i. e. *Si quis amphoras in vertice tecti exponat, ut exsiccen-*

§. 36. Baptizandi *Modus* ita peragitur, ut baptizandus modeste ac sensim (a), exutis vestibus, in aquam demissus, edita denuo confessione sua, simul ac semel totum immergeret corpus (b): membris omnibus ita dispositis, ut singulas ipsorum partes, ne pilis quidem exceptis, aut rugis contractioribus, undiquaque aqua difflueret (c). Utut enim Baptismus irritus non fieret tinctione iterata; probrosum tamen habetur tingenti, tinctionem repetere (d). Vestibus vero indutus, si quis, pudore nuditatis suffusus, lavare vellet; necesse est, ut tenues sint, quæ aquam facile transmittant, nec impedirent, ut ulla vel minima corporis pars maneat illota (e). Nam si vel filum aut pilus impediret, quo minus aqua undiquaque perflueret, totus Baptismus habetur irritus (f).

§. 37. Masculus autem non baptizatur, nisi vulnusculo illo, quod e circumcisione, quæ semper præcedit, ceperat, bene curato (g). Periculum enim, ne aqua, ut omnibus vulneribus, ita & huic, ob frigiditatem suam,

 inde-

*tur, &, descendentibus in illas imbribus, impleantur; utut dies sint pluviales, quum fractis amphoris aut inversis, hinc aquæ stagnent, sunt ad immergendum legitimæ, quamvis omnes in vasis extiterint; non enim ea sua replevit manu. Itaque si amphoris in sublime latis, aquas effuderit; omnes quæ inibi existunt aquæ, æstimantur haustæ.* Ibid. §. 4. fin. הניחן בחצר בעת פיזור עבים ובאו עבים ונתמלאו הרי אלו כשרין כמו שהניחן בראש הגג לנגבם וכן אם הניחן בעת קישור עבים ונתפזרו וחזרו ונתקשרו ונתמלאו הרי אלו כשרין ואם שברן או כפאן המים הנקוין מהן כשרין i. e. *Collocarit qui vasa in atrium, cælo sereno, si exortis nubibus impleantur, en legitimæ sunt, quemadmodum in vertice tecti, ad exsiccandum exposita; Atque ita si tempore nubilo exposita, nubibus dissipatis, ac condensatis denuo, repleantur, legitima sunt. Fractisque illis, aut inversis, aquæ inde stagnantes sunt legitimæ.* (a) *Maim.* l. c. c. 1 § 9. הקופץ לתוך המקוה הרי זה מגונה i. e. *Si quis saltu in baptisterium se præcipitat, homo turpis est.* מפני שהקופץ למכוה עת אם מתכוין לטבול הרואים ספורין שאינו מתכוין אלא להקר *Quia subsilientem in conceptaculum, si vel maxime intendat se immergere, videntes putant, nil intendere amplius quam refrigerium.* Quæ ratio est *R. Isaaci f. Schesebat*, citata a *R. Joseph Karo* in *Ceseph Mischne* l. c. (b) Vide supra §. 2. ad lit. h) *Maimonidem* Eund. l. c. c. 1. §. 2. (c) *Maim.* l. c § 10. Cod. *Nidda* f. 66. b. f. 67. a Cod. *Mikv.* c. 9. §. 2. sqq. Vid. *Buxt.* Syn. Jud p. 94 (d) *Maim.* hilc. *Mikv.* c. 1. § 9. Vid. *Voss.* Disp. 2. de Bapt. th. 3. p. 44. seqq. (e) *Maim.* l. c. §. 7. Cod. *Beza* f. 18. a. l. 21. (f) *Maim.* l. c. cap. 2. tot. hilc. *Issure bia* c. 13. §. 13. Cod. *Mikv.* cap. 9. tot. Cod. *Schab.* f. 57. a. b. (g) Cod. *Jevam.* f. 47. b. l. 4. 33. *Maim.* hilc. *Issure bia* c. 14.

indeque metuendam alterationem, valde infensa, esset noxia (h). Quo casu legum observantia non vitam, quam promittunt (i), afferret, sed, quantum in se, redderet dubiam. Uterque sexus non prius aquæ immittitur, quam sufficienter fuerit edoctus de fidei capitibus: inprimis de Deo uno, præmiis fideles post hunc mundum manentibus, Israelitarum prærogativa, ac idololatrarum incommodis (k). De quibus, ut & aliis nonnullis Præceptis tam gravioribus quam levioribus, in ipsa aqua constitutus, confessionem prius edere debet, quam actus baptizandi perficiatur (l).

§. 38. Ut itaque legitime peragantur omnia, legibus cautum est, *Tres* adhiberi *Testes* omni exceptione majores. Coram Senatu fieri debere Proselytorum initiamenta, passim inculcant Talmudistæ (m). Ut & publica polleat autoritate, defendendi exosos, sicubi de ipsorum conversione lis mota fuerit: & peritia emineat legum domesticarum, ad informandos rudes, ac judicandum de valore confessionis editæ. Ad hoc quanquam nullum dubium, quin olim, vigente adhuc puritate doctrinæ, gravitas rei ipsius eos compulerit, ut veritati sua ubivis constaret certitudo; eodem modo, quo inter Christianos hodienum Patrini adhibentur seu susceptores (n), & probabiliter Johanni Baptistæ duo adstitere discipuli, quorum hinc inde fit mentio (o): moderni tamen omnes obligatos se existimant ex eo, quod in Scriptura de Proselytis nomen usurpetur *Judicii;* quod pauciores Tribus nunquam possit complecti (p). Ubicunque enim secundum plurimum vota debet decerni, necesse est, numero sint Senatores impari: qui infra ternarium non potest concipi. Huic proinde numero tam tenaciter inhærent, ut, vel uno deficiente, totam actionem jure merito in dubium vocari posse censeant (q). Facile fieri poterat, ut duo in testimonium vocati, vel de re ipsa, vel aliqua ejus circumstantia dissentiant: quo facto, quod ab alterutro assertum fuerat, destruetur rursus ab alio; Judici difficultate relicta inextricabili, in quam partem ferenda sit sententia.

§. 39.

§. 5. (h) Cod. *Jevam.* l. c. l. 33. *R. Moses Mikkozi* P. N. 116. f. 40. c. 4. l. 22. (i) Lev. XIIX, 5. (k) Cod. *Jevam.* f. 47. a. l. 34. seqq. *Maim.* hilc. *Issure bia* c. 14. §. 2. seqq. *R. Moses de Kozi* l. c. f. 40. c. 3. post med. *Arba Turim* Part. 2. hilc. *Gerim.* f. 47. c. 3. circa fin. *Rabbenu Ascher* ad Cod. *Jevam*, f. 135. c. 1. post med. (l) Cod. *Jevam* f. 47. b. l. 4. seqq. *Maim.* hilc. *Issure bia* c. 14. §. 6. (m) Cod. *Jevam.* l. c. l. 34. *Maim.* l. c. §. 6. *Mos. de Kozi* l. c. c. 4. l. 23. (n) Vid. Suic. Th. Eccl. in ἀναδέχομαι II. col. 258. (o) Matth. XI, 2. 2. Joh. I, 35. (p) Cod. *Jevam* fol. 46. b. l. 30. *Rab. Ascher.* ad l. c. fol. 134. c. 4. l. 23. (q) *Maim.* hilc. *Issure bia.* c. 13. §. 7.

§. 39. In casu tamen necessitatis, ubi vel ob paucitatem hominum, ordinarius trium virorum Magistratus constitutus non est; vel rerum penuria, aut alia causa tot numero eruditi convocari non possunt; quin &, necessitatibus his non urgentibus, re jam confecta; acquiescunt in tribus testibus plebejis, alioquin minime aptis, qui Baptismum perficerent. Taciti expectantes, quam vitæ rationem conversus sit initurus (r). Imo nonnulli in gratiam mulieris pronunciant, quæ, modo informationis suæ & confessionis testes eruditos tres habeat, Baptismi peracti non alios producere noverit testes, quam mulieres, ad testimonium ferendum alioquin prorsus ineptas. Quia receptio præceptorum divinorum *judicii* quasi sit principium; cujus non nisi complementum Baptismus (s).

§. 40. Omnino enim aliquid dandum videtur pudicitiæ muliebri, quæ omnibus nudata vestibus, ægre circa se patitur masculos, præsertim luce clara adstantes (t). Ob memoratam quippe Judicium præsentiam, legibus cautum est, *ne* qui Proselyti *nocte baptizentur, neque* in *Sabbatho, aut die feriato* (u). Cum in hisce justitium. Illa quidem, quod eandem judiciorum rationem esse contendant, quæ plagarum dignoscendarum: ad quas rite dijudicandas clara lux requiritur (x). Reliquis vero, quod sacris vacare debeant: quæ non nisi extremo vitæ periculo profanantur (y). Adhæc reliquæ quoque lotiones, multo minoris momenti, interdiu fiebant omnes, si solam menstruatam exceperis ac puerperam (z): in quibus, præter alia, pudicitiæ muliebris aliquam haberi rationem, non inepte dixeris.

§. 41. Cui alioquin consulunt, hoc negocio mulieribus commisso, quæ baptizandam ad aquas deducunt, in easque sistunt collotenus. Quo facto judices demum accedunt, informantes eam denuo, ac confessionem exigentes. Edita hac, se ipsam immergit; illis, ne ascendentem ex aqua adspiciant, facie aversa exeuntibus (a). Nec opus, si Rabbenu Ascher habenda fides, ut ipsam immergentem videant, confessione enim edita, omni-

 busque

(r) *Maim.* hilc. *Issure bia* c. 13. §. 17. (s) *Rabbenu Ascher* ad Cod. *Jevam.* f. 134. c. 4. l. 24. seqq. Vid. *R. Jacob,* Jore Dea, n. 268. p. m. 47. c. 4. l. 8. seqq. (t) *R. Ascher* ad l. c. l. 24. 25. *non est mos* inquit *mulierum, ut viri eant cum illis tempore Baptismi.* (u) *Maim.* l. c. c. 13. §. 6. Cod. *Jevam.* fol. 46. b. l. 29. Cod. *Jom. Tob.* s. *Beza* c. 2. §. 2. ad quem vid. *Raschi* fol. 17. b. *Tosiphta* ad *Jevam.* l. c. l. 16. *Cicero* de leg. l. 2. pag. m. 442. (x) Cod. *Sanhedr.* cap. 4. §. 1. *Maim.* hilc. *Sanhedr.* cap. 3. §. 3. (y) *Maim.* hilc. *Sanhedr.* c. 3. §. 1. hilc. *Schab.* c. 23. §. 14. Cod. *Beza* c. 5. §. 2. *Gem.* Bab. fol. 36. b. 36. b. Vid. *Hier.* (z) hilc. *Mikv.* c. 1. §. 6. Cod. *Pesachim* f. 90. b. l. antep. Cod. *Joma* f. 6. b. l. 5. seqq. f. 88. a. l. 2. seqq. Cod. *Schab.* f. 121. a. l. 4. seqq. (a) *Maim.* hilc. *Issure*

busque ad Baptismum requisitis decenter dispositis, ac muliere in eo jam constituta, ut se immergitet, de modo jam ante satis edocta: Baptismum rite peragi, nemo amplius dubitat (b).

§. 42. Si huic sententiæ insistendum, non dubium, quin hominum etiam Judicum malitia multum ad eam ferendam contulerit. Olim enim pia hominum simplicitate vigente, eo usque non arcebantur viri a conspectu nude lavantium mulierum, ut etiam ibi, ubi ipsorum testimonium neutiquam requirebatur, frequentes adfuisse legantur: vel de modo baptizandi informaturi, vel aliam illis allaturi utilitatem (c). Prorsns ut in primitiva Ecclesia Christiana, latina non minus quam græca. Quamdiu sincera obtinuit simplicitas, candidaque morum probitas; non infantes modo, sed & adulti sexus utriusque nudi baptizabantur, omnibus exuti vestibus. Id quod in Ecclesia etiam latina floruit ad tempora usque Bernhardi. Diaconissis, ne quid baptizandis oculis inverecunde ingereretur, id dabatur negocii, ut vestibus exui curarent baptizandam (d). Sed postquam, ut aliorum, ita Sacerdotum crevit nequitia; ab aliquot jam seculis, per universum pene Occidentem consuetudo ista exolevit.

§. 43. Rebus omnibus legitime peractis, simul ac quis ascendit ex aqua, in fœdus cum Deo plenarie jam receptus, *habetur pro Israelita in omnibus* (e). Exuit natales pristinos, omnemque Majorum sanguinem; ut nullos amplius in Gentilismo agnatos habere credatur, queis incestus nomine interdici posset matrimonio (f); nec si absque prole decedat, hæredem (g). Prorsus *ut infans recens in lucem editus* hinc inde apud Talmudistas introducitur (h). Nec immerito Christus Nicodemi habetudinem perstringit (i) admirantis, hominem regenerari, qui adultus jam est. Id quod Doctori Israelitico non debebat non esse perspectissimum.

§. 44. Patris vero vicem deinceps præstat Triumviratus iste, quo præsente fuit baptizatus, Matris vero Synagoga Judaica. Hinc ipsorum *posteri*

*bia* c. 14. §. 6. Cod. *Jevam.* f. 47. b. l. 7. seqq. *R. Ascher* ad l. c. f. 134. c. 4. l. 24. f. 135. c. 1. l. 6. fin. *R. Moses Mikkozi* l. c. f. 40. c. 4 l. 26. (b) *R. Ascher* l. c. f. 134. c. 4. l. 24 seqq. (c) Vid. Cod. *Berach.* fol. 20. a. l. 18. seqq. (d) Vid. *Vossius* Disp. 1. de Bapt. th. 6. seqq. pag. 31. seqq. *Suic.* Thes. Eccl. in ἀπέκδυσις c. 429. sqq. (e) Cod. *Jevam.* fol 47. b. l. 6 35. *Mos. Mikkozi* l. c. c. 4. l. 25. (f) *Maim.* hilc. *Issure bia* cap. 14. §. *10.* seqq Cod. *Jevam.* f 98 a. (g) *Maim.* hilc. *Sechija Umattena* c. 1. §. 6. seqq. Cod. *Bava Bathra* c. 3 §. 3. *Gem.* Bab. f. 42. a. l. penult. Cod. *Kidduschin* f. 22. b. l penult. f. 23 a. l. 2. sqq. Cod. *Gittin* f. 39. a. l. 32. (h) Cod. *Jevam.* f. 22. a. l. 29 f. 48. b. l. 39. f. 97. b. l 22. *Maim.* hilc. *Issure bia* c. 14. §. 11. *Jore de* a, l. c. p. 48. c. 1. l. 13. (i) Joh. III. v. 10.

*posteri* matre saltem Israelitide geniti, *ad summos* inter Judæos *honores adspirare* possunt (k), dignitatemque & regiam consequi (ut exemplum comprobat Agrippæ (l), ) & ipsius Pontificatus (m); a quo tamen filius Levitæ exclusus est, dignitate alioquin Sacerdotibus secundus, omnesque Israelitas alios superans.

(k) Cod. *Jevam.* f. 45. b. l. 24. f. 102. a. l. 1. sqq. coll. *Tosiphta* ad f. 45. b. prolixe. (l) Cod. *Sota* f. 41. a. l. 28. sqq. (m) *Bereschb. Rab.* fol. 87. c. 4. l. 24. sqq.

## JOH. ANDR. DANZII

# ANTIQUITAS BAPTISMI INITIATIONIS ISRAELITARUM VINDICATA.

1.

BAptismus Proselytorum Judaicus, e Baptismo Israelitarum Origenariorum V. T. derivandus est, ut *rivulus* e suo fonte a).

a) Ita olim in *Baptismo Proselytorum Judaico* tradidi §. 30.

2. Quotquot talem admittunt, de primo tamen Israelitarum *Baptismo Initiationis*, fœderis obsignaculo, incerti; sine causa fluctuant b). Quum Scriptura utriusque fœderis, tempus ejusdem satis clare determinet.

b) De quibus *Max. Rev. Dn. D. Wernsdorf*, Recent. de Baptismo Controvers. §. 28. nr. 7.

3. *Psaltes* Israelitas Deo per Baptismum initiatos ac mancipatos ait, *postquam egressi fuerant ex Egypto* c).

c) Psalm. CXIV, 1. 2. ob emphasin vocis קדשו, de qua infr. §. 23. seqq.

4. *Ezechiel* tempus *lavacri* d) salutaris, per quod DEO fuerint mancipati e), ac in fœdus recepti f), ad commorationem in deserto rejicit exitum ex Ægypto secutam g).

d) cap. XVI, 9. e) c. XX, 12. f) c. XVI, 8. g) c. XX, 10. seqq.

5. *Je*

5. *Jeremias* quoque *confœderationem* inter Deum & Israelitas sancitam, ad tempus rejicit, quo eosdem manu veluti apprehensos eduxerit ex Ægypto h). Eam autem *Baptismo* signatam fuisse, Moses adstruit i).

h) Cap. XXX, 32. i) Exod. XIX. de quo inf. §. 25. seqq.

6. *Paulus* hunc *Baptismum*, quo *ad doctrinam & formam religionis Mosaicam initiati* fuerint, medium locat inter transitum per mare rubrum, atque promulgationem Decalogi k)

k) 1. Cor. X, 2. verbis: πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο &c. coll. v. 1. 3. 4.

7. Propositio hæc, ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐβαπτίσαντο, vocibus omnibus sine tropo intellectis, de vero periclitatur. Mare enim sicco transierant pede l), nedum corpore reliquo. Columna vero nubis nunquam eos humectavit aquis. Unde neutro horum *tincti* forent.

l) Exod. XIV, 16. 22. c. XV, 8. 19. Jos. II, 10. c. IV, 23. &c.

8. Si Tropum in verbo ἐβαπτίσαντο posueris, aut idem prorsus dicetur cum versu præcedenti m), per tautologiam inanem; aut de veritate rursus laborandum. Nec mari nec nube *implebantur* aut *obruebantur*, ut dici possent *imbui*: nec *initiari*, cum plura præcesserint miracula, quibus ad fidem tam Mosi quam Deo habendam, *initiamenta* dudum subierant.

m) Juxta Aut. *Quæstionum* in Epist. Pauli, Athanasio tributarum, Quæst. CI. Tom. 3. Op. p. m. 329.

9. Ægre autem per Epexegeseos excusabitur frequentiam, si in oratione præcipue concisa per tautologiam ingratam, transitum per mare rubrum bis enarrari statuas.

10. E contra elegantiam haud condemnendam parit in lingua quacunque, si vox eadem in diversis Propositionibus proxime se consequentibus, diversos, per antanaclasin, induat sensus n)

n) Cujusmodi Gen. III, 1. coll. c. II, v. ult. Jud. XV, 26. c. X, 4. Jes. XXXVII. v. 18. coll. 2. Reg. XIX, 17. Jer. IIX, 4. Eccl. VII, 7. Dan. II, 24. Matth. IIX, 22. Joh. II, 23. 24.

11. Unde *per nubem & mare baptizari* commode dicuntur illi, qui aquis pluviarum fluminumque imbuuntur maritimis o).

o) Ductu Ps. LXIIX, 9. 10. Ps. LXXIIX, 15. 16. Exod. XVII, 6. Amos V. v. 8. c. IX, 9.

12. *Moses* autem, in quem perhibentur baptizati, in eodem sensu sumitur, quo in Institutione p) hujus Baptismi, Israelitæ in ipsum dicuntur credituri: pro *doctrina* scil., *disciplina & religionis forma, per ipsum propagata* q). Certe

p) Exod.

p) Exod. XIX, v. 9. conf. c. 14. 31. q) Vid. in hanc sententiam *Basil. M.* de Spirit. Sanct. c. 14. Tom. 2. Op. p. m. 175. *Camerarius, Flacius Illyr. Balduinus, Thom. Mortonus, Beza* ad Act. 19. 3. *Vorstius, Gataker* Adversar. Miscell. Posth. c. V. col. 440.

13. Rupes, e qua percussa fons erupit aquarum, hominum compescens pecudumque sitim r), nec spiritualis erat, nec Israelitarum sequebatur castra; nisi quis insipidam amplectatur Talmudistarum fabulam s).

r) Vid. Exod. XVII, 3. 6. s) Qua de Cod. *Bava mezia* f. 86. b. l. 38. *Taanith*, f. 9. a. l. 27. *Bammidbar rabba* Sect. I. f. 209. c. 2. l. 17. seqq.

14. Christus vero spiritualis rupes t), illorum continuo comitabatur castra; Angelus alibi vocatus, in cujus medio Dei nomen u). Atque ita

t) Jes. VIII, 14. c. XXVIII, 16. Rom. IX, 33. 1. Petr. II, 6. conf. Dan. II, 34. 35. Deut. XXXII, 18. u) Exod. XXIII, 21.

15. Nec Manna cibus erat spiritualis, nec aqua e rupe erumpens spiritualis erat potus: cum uterque non animum refecerit, sed corpus. At vero

16. Verbum DEI animæ pabulum est x), cibi potusque vicem præstans Spiritui: quod singuli Israelitarum hauserunt, sigillatim adeo a DEO compellati y).

x) τροφὰς διανοίας vocat Philo de Decal. p. 745. D. *leges & præcepta divina* tunc promulgata: alibi pag. 749. E συμπόσιον. Vid. Jes. LV, 1. 2. Amos VIII, 11. Psal. XLII, 3. Jes. XII, 3. Jer. XV, 16. Ezech. III, 3. Prov. IX, 5. Apoc. X, 9. Sirach. XV, 3. c. XXIV, 29. y) Exod. XX. v. 1. seqq. Conf. *Philo* de Decalog. p. 749. tot. *Rabboth* ad Cant. I, 2. f. 4. c. 4. l. 32. sqq. f. 5. c. 1. *R. Mos. Alscheck* ad Exod. XIX, f. 122. c. 1. med. *Abarb.* ad Exod. l. c.

17. Atque ad illud commode τὸ αὐτὸ v. 3. & 4. referri poterit: quod, si *idem numero* denotat, ad Manna & aquam elementarem accommodatur perperam.

18. Idipsum vero *a Christo* Israelitis ad montem Sinai consistentibus, promulgatum fuisse, Paulus testatur alibi z).

z) Vid. Gal. III, 19. Ebr. II, 2. conf. Act. VII, 53. Joh. IV, 10. c. VI, 27. 33. it. *Rabboth* in Cant. I, 2. f. 4. c. 4. l. 25. seqq. f. 5. *Maim.* More Nebuch. lib. 1. c. 30. Cod. *Sopherim*, c. XI. th. 7.

19. Cum Paulo, in tempore definiendo, conspirat Moses. Qui diem insuper ac mensem determinat: tertio post egressum ex Ægypto mense, Baptisma illud mandatum & executioni datum adstruens; intra triduum a promulgatione legis a).

a) Exod. XIX. v. 1. 10. 11. 14.

pen. b. l. 5. *Maim.* Hilc. *Geruscb.* c. 1. §. 4. c. 8. §. 6. c. 4. §. 12. cujus intuitu, Scriptura vocat ספר כריתות Deut. XXIV, 1. 3. Jes. L, 1.

27. Eodem valore *Sacerdotes* h) dicuntur מקודשים, qui a functionibus mundanis *separati*, omnem operam suam Deo *mancipant*, ejusque cultui. *Vasa* i) quoque recensentur *consecrari*, quorum usus a re quacunque profana *excluditur*, divinis unice *mancipatus* functionibus. *Milites* conscripti k) hac voce veniunt; quod ab aliis occupationibus *separati*, solis *vocare* debeant negotiis militaribus. Quin vile *scortum* utriusque sexus קדש l) dicitur atque קדשה m), non tam per antiphrasin, quod minime *sancti* sint; quam quod ab omni honestate *separati*, libidinosis se *mancipa-rint* voluptatibus. Quos κεχωρισμένυς vocarat Theodotion Hos. IV, 14. eosd. Hieronymus putat Sacerdotes Priapo *mancipatos*: Spencerus n), fornicatione Dæmonum mysteriis *initiatos*, per voces superius dictas, intelligit.

h) Ez. XLVIII, 11. 2. Chr. XXVI, 18. Exod. XXVIII, 3. 41. c. XXIX, 1. 33. 44. c. XXX, 30. Lev. VIII, 30. 1. Sam. VII, 1. i) Exod. XXIX, 36. 37. 44. c. XXX, 29. c. XL, 9. 10. 11. 2. Chr. XXIX, 19. ad quem locum conf. Cod. *Avod. sara* f. 54. b. l. 2. 4. k) Jes. XIII, 3. Jer. LI, 27. l) Deut. XXIII, 18. 1. Reg. XIV, 24. c. XV, 12. c. XXII, 47. m) Gen. XXXVIII, 21. 22. Deut. XXIII, 18. Hos. IV, 14. Vid. Ab. Esr. ad Deut. XXIII, 17. n) De Legib. Hebr. Ritual. lib. II, c. 23. p. 410.

28. Cum autem hæc ipsa *separatio* ac *mancipatio*, in diversis *lustratione* peragatur, atque *ablutione* personæ vel rei consecrandæ o): hinc fit, ut, ob defectum vocis actus istos simul comprehendentis omnes, nunc *purificare* reddatur, nunc *initiare*, nunc *lustrare* vel *lavare*; *separatione* tamen & *mancipatione*, ob quam *lotio* talis instituitur, nuspiam exclusa. *Consecrandi* vox satis foret idonea, si *lustrationem aqua* factam simul induceret.

o) Conf. Exod. XXIX, v. 1. cum v. 4. c. XL, 12. 13.

29. Hæc enim primum intenditur in tritissima illa Talmudistarum formula קדוש ידים ורגלים, i. e. *consecrationis manuum pedumve* p): *lavabantur* manus ac pedes, a pollutione *separandæ*, & puritati sacrisque *mancipandæ* actionibus. Atque ita

p) Exempla hujus sunt infinita. Vid. Cod. *Joma* c. III. thes. 2. 3. 4. 6. 10. ad quam conf. *Sheringb.* it. l. c. c. V. thes. 5. c. VI. thes. 3. 4. *Maim.* Hilc. *Biath hammikd.* c. V. §. 1. sqq. it. *Jom hakkippurim* c. II. §. 2. *Thorath Cohanim* ad Lev. XVI. f. 41. col. 4. cap. 6. §. 3.

30. Quando Bathseba מתקדשת מטומאתה a contracta per concubitum immunditia, se *consecrasse* dicitur q); recte id multi trahunt ad *lotionem* Lev. XV, 18. mandatam: eodem sensu, quo ille *noctem flumine purgat*

 apud

apud Persium r). Quamvis simul ab impuritate adhærente corpus *separetur* puritati *mancipatum* secuturæ.

q) 2. Sam. XI. 4. r) Satyr. II. v. 16. Ovid. *Amor.* l. 3. eleg. 7. v. ult. *Sueton.* in Aug. c. 94. Vid. Cod. *Schabb.* f. 127. b. l. 24. sqq. *Obad.* de *Bart.* ad *Berach.* c. IV. thes. 4. *Gemar.* l. c. f. 20. b. l. 44. coll. Gloss. f. 21. b. l. 23. sqq. l. 42. sqq.

31. Qualis *lustrandi* significatio in loco Exod. XIX, 10. etiam exinde aliquod robur obtinet s); quod Moses præceptum Dei executurus, etiam maritis *fugam consuetudinis conjugalis* ad certum tempus imperarit, l. c. v. 15.

s) *Ab. Esra* urgente ad l. c.

32. Quid? quod ex consensu omnium, parandi hic erant ad rem sacram percipiendam: ad quam non admittebantur, etiam apud Gentiles, profani; nisi corpore prius sufficienter *lustrati* t.)

t) Vid. *Brissonius* Formul. p. 2. seqq. *Callimach.* hym. in Apoll. v. 2. ad eumque Vulcan & *Spanhem.* qui plurima in hanc rem. *Liv.* lib. I. c. 45. *Senec.* Trag. Herc. fur. v. 1323. sqq. *Lactant.* lib. V. c. 19. *Just. Mart.* ad imitationem cultus divini. fieri ait. Vid. *Petr. Halloix,* vit. Justin Martyr. c. 16. §. 1. p. 197.

33. Ut taceam, ex communi Doctorum sententia, nullam contingere *purificationem,* & paucas admodum *initiationes,* nisi per *lustrationem* instituantur *aquarum* u)

u) *Maim.* hilc. *Mikvaoth.* c. I. §. 1. 2. conf. tamen Num. XXXI. 23.

34. Quod si חול gr. κοινὸν, *illotum* denotat, Marco interprete x); consentaneum erit, ex natura oppositorum inferas, קדש idem fore ac *lavare, lustrareque.*

x) cap. VII. 2.

35. *Lustratio* autem hic indicata, & ab ipsis admissa dissentientibus y), *in sola sordium corporis purgatione* z) *haudquaquam constitit.* Cum probabile non sit, omnes in universum ibi lustratos, sordibus è sudore pulvereque collectis fuisse inquinatos.

y) Celeb. Dn. *Wernsdorf.* l. c. §. 17. z) Quam quidam Talmudici prætendunt, נקיות בעלמא dictam, Cod. Jevam. f. 46. b. l. 6. *purgationem in mundo,* h. e. communem.

36. Adhæc quisque sui corporis sordes ipse purgasset, & parentes infantum: nec opus fuisset, ut Mosi id officii seu servitii genus demandaretur a), quod viro principe prorsus indignum. Nec probabile, homines de plebe id permissuros b).

a) Celeber. Dn. D. *Wernsdorf.* l. c. §. 24. (β.) b) Vid. Exod. XIX. v. 10. 14.

37. Et,

37. Et, si vel maxime dixeris, formam verbi קדשתם ex Piel derivati, inferre, Mosen publicatione mandati divini *curasse* saltem, ut *sese lavarent ipsi.* Eo minus id nostræ derogat sententiæ, quod Paulo c) dicantur *baptizari;* & Ezechiel d) *lustrationem* hanc Deo adscribat. Quæ, nisi Mosis directionem postulasset, uno perfici potuisset die. Etiam in aliis Baptismi actibus, inspiciente dirigenteque Baptista, initiandus ipse aquis se imbuit e)

c) 1. Cor. X, 2. ἐβαπτίσαντο. d) c. XVI. 9. conf. Schemoth rabb. Sect. 20. f. 127. col. 3. circ. fin. it. mea Diss. de Bapt. Prof. §. 38. seqq.

38. Eo quoque contigit ævo, quo leges ceremoniales, interque eas de pollutionibus crebra lotione purgandis, nondum latæ erant; nec hactenus istarum proxime condendarum ulla injecta fuerat mentio f).

f) Conf. Init. Ebr. ad. Ezech. XX. 25.

39. Alius in textu finis exprimitur: ut scil. per lavacrum hoc, *abjurata* Ægyptiorum Idololatria g), Deo *manciparentur* h), & in fœdus cum eo coirent i), Peculium k) ipsius facti, inita inter ipsos spirituali desponsatione l).

g) Conf. Ez. XX. v. 7. seqq. h) l. c. v. 12. Exod. XIX. 6. 10. 14. i) l. c. vers. 5. Ez. XVI. 8. k) סגולה Exod. l. c. v. 5. l) Id infert וקדשתם conf. supr. §. 24. cui æquipollet Ez. XVI. 8. ותהיי לי ad quæ conf. *Abarb.* f. 122. c. 1. seqq.

40. *Fœderis* quippe contrahendi conditiones ordine præmittuntur; *stipulatio* Dei enarratur m); pars altera de consensu suo interrogatur n); nec Baptismus in signaculum fœderis peragitur, priusquam omnium contigerit *adstipulatio* o): quod nimirum dicenda velint observare, fidemque habere Mosi perpetuo.

m) Exod. 19. v. 4. 5. 6. n) l. c. v. 7. o) l. c. v. 8. 9.

41. Nec desunt alia Scripturæ loca, in quibus actio tum temporis celebrata salutatur *Fœdus* p): ipsæque tabulæ, cui Decalogus erat inscriptus, ideo dicuntur לוחות הברית *fœderis* q), quod *pactum* continuerint, in quo tunc utraque pars convenerit, altera ad id servandum Baptismo solenni initiata.

p) Exod. XXXIV, 27. Deut. IV. 13. 23. c. V. 1. 2. conf. Psal. LXXVIII, 37. Jer. XXXI, 32. Hag. II, 5. q) Deut. IX. v. 9. 11. 15.

42. Nec prorsus de nihilo fuerit, si quis *vestium lotionem* hic mandatam r) ad *stolam albam* s) traxerit, qua induebantur antiquitus recens baptizati. Deus ipse apud Ezechielem t) vestes tunc baptizatis exhibuisse dicitur: quas penes Talmudistas, sexaginta Angelorum myriades Israelitis è Baptismo assurgentibus, & obedientiam stipulantibus, contulisse narrantur

tur u). Cujus fides sit penes Autores. Ipse in vestibus parum colloco præsidii.

r) Exod. XIX. 10. s) λευκὴ στόλη, ἔνδυμα φωτινὸν, μυστικὴ ἐσθὴς, ἐμφώτειος ἐσθὴς dicta. Vid. ad Ez. XXIII, 15. t) c. XVI. v. 10. u) *Tanchuma* f. 42. c. 4. circ fin. *Ecba robbethi* cit. in Jalkut, & Abarb. ad. Ez. XVI. 10.

43. Ab hoc ipso tamen *consecrationis* actu, sive *baptismo initiationis* videtur mons Sinai, ad quem peracta fuit, nunc *terminus* dici *consecrationis ejus* x); nunc ora ejus (ad mentem Talmudistarum) *consecrationis desertum* y): & Israelitæ ipsi, judice Rabbenu Jacob, *populus consecrationis* ejus, sive *mancipatus* ipsi z).

x) Psalm LXXVIII, 54. conf. Abarb. ad Exod. XIX. Quæst. II. f. 166. c. 4. f. 168. c. 3. med. y) Ps. XXIX. 8. conf. Cod. *Schabb.* f. 89. a. l. pen. *Kimchi* ad Jer. II, v. 3. *Tosiphta* ad Cod. *Bava kamma* f. 38. a. l. 9. z) Præfat. ad *Jore dea*, post princip. it. *Joseph. Karo* ad l. c.

44. Hæc itaque ex utroque fœdere, *de Israelitarum* ad montem Sinai consistentium *Baptismo* allata testimonia, in assensum me rapiunt; etiamsi nemo antiquorum modernorumque Doctorum, Baptismi deinceps inter Judæos unquam usitati, aliquam fecisset mentionem.

45. Occurrunt equidem hinc inde alia quædam Baptismi *Initiationis* inter eos ante captivitatem existentis vestigia; sed subobscura sunt, multisque onerata difficultatibus.

46. Gentilium, tempore Davidis & Salomonis conversorum Baptismus, sola nititur recentiorum auctoritate: quæ sæpe fallit a). Sed

a) Vid. Disp. m. de Bapt. Prof. §. 26.

47. Nomina a *Baptismo* quibusdam imposita, cujusmodi illud טְבַלְיָהוּ i. e. *Deo per Baptismum initiatus* b), conjecturam omnino faciunt, Baptismum, qui ad DEUM duceret, baptizatosque ἐννόμυς juxta Paulum c), vel בני תורה juxta Talmudicos d,) redderet, inter ipsos non fuisse ignoratum.

d) 1. Chr. XXVI, v. 11. 16. c) 1. Cor. IX, v. 21. d) *Jevammoth* f. 46. a. l. 29. 33. &c.

48. Nec minus ornatus ille capitis, quem *baptizatorum* vocat Ezechiel e), *initiatis* videtur adscribendus. Quod ob solam immunditiem expurgandam, etiam quotidie loti (ἡμεροβαπτιστάι eapropter vocati), nuspiam legantur peculiarem gestasse tiaram: quam primitiva Ecclesia ad religionem initiatis haud quaquam denegat f).

e) c. XXIII. 15. f) Vid. etiam Ez. XVI. 10. & conf. §. 42. supr. inpr. *Tertull.* de Corona milit. c. XV. in fin.

49. Jam

49. Jam sua ætate Jesaias reprehendit lavacro initiatos ad cultum idolatricum g). Et hic ipse

g) cap. LXVI. 17.

50. Jesaias h) non minus, quam Jeremias i) Baptismum norunt, non corporis abluentem sordes, sed animæ; quod primus in *Initiationis baptismo* gradus est.

h) c. I. 16. Unde sua putat Justinus Martyr. desumsisse Gentiles, Apol. 1. pro Christian. §. 81. p. 118. Edit. Grabii. i) c. II. 22.

51. *R. Eliefer* Hircani filius, & *R. Josua* f. Chananiæ, quorum de *Baptismo Proselytorum* prolixa in Talmude extat disceptatio k), non multò erant Johanne Baptista juniores: & de Baptismo agunt, tanquam ritu dudum inter suos recepto.

k) in Cod. *Jevammoth* f. 46. a. b.

52. Iste enim in matrimonio habuisse creditur Rabban Gamalielis *Jabnensis* sororem l), qui vastationi Templi superfuit m). Hic Trajano charus n), filius Chananiæ, qui stante Templo, sacras in eo obierit functiones.

l) Præfat. in *Pirke Eliefer*, Edit Ven. m) *Dav. Ganz* in Zemach David, ad A. M. 4833. f. 27. b. n) Dav. Ganz l. c. Maim. Præfat. in *Seraim* cap. VI.

53. Nec. R. Eliefer *Baptismum* suis usitatum fuisse unquam negavit; quamvis audacter id asserat *Knatchbull* o), imponens hoc suo clamore multis: sed non tantæ putabat necessitatis, ut circumcisus verum Ecclesiæ membrum haberi nequeat, priusquam baptizetur. Quum Abraham, Isaac, Jacob, multique Patriarcharum, & qui in Ægypto ex Gentilibus ad Pascha simul comedendum accedebant p), ante Baptismum institutum sub alis Dei latuerint, per solam Circumcisionem Deo fœderati.

o) Animadverf. ad 1. Petr. III. v. 20. 21. p. m. 128. p) Exod. XII. v. 43. seqq. v. 48. 49. Tosiph. ad Jevam. f. 46. b. l. 16. seqq.

54. His paulo inferior *Arrianus*, celebris sub Hadriano q) Philosophus, Dux exercitus, & Cappadociæ Præfectus, tâm evidenter de Judæis, eorumque per *Baptismum initiatione* disseruit r), ac si isti R. Elieseris ac R. Josuæ disceptationi ipse interfuerit; hujus secutus sententiam.

q) Vid. *Henr. Dodwelli* Differt. V. Geographiæ Scriptoribus minor. præmiss. p. m. 106. seqq. *Blancard* in not. ad Tactic. Arriani init. *Salmas.* not. ad Simplic init. *Oisel.* ad Gellii N. A. lib. 1. c. 2. p. 9. *Suidas* Tom. 1. Op. p. 320. *Photius* Biblioth. Cod. LVIII. p. m. 54. *Guil. Cave* Script. Eccles. hist. liter. ad Sec. II. p. 57. Edit. 1705. r) ad Epictetum lib. 2. c. 9. circa fin. Cujus verba citantur in Differt. mea de Bapt. Proselyt. §. 23. allegata olim. *Joh. Marsham.* Cron. Secul. IX. p. m. 199.

55. Eo

55. Eo in loco vixit, iis admotus officiis, ut ob continuum cum Judæis commercium, res ipsorum nullatenus ignorare potuerit. Et

56. Temporè prorsus nonnulli s), ne suæ noceant causæ, per *Judæos* Arriani, *Christianos* intelligunt. Quippe quos ipse Galilæos vocant t): quique ea ætate vitam potius perdidissent, quam suam dissimulassent religionem, testimonio & exemplo Justini M. Neque hi commodè Græcis opponerentur, ex quibus tunc plerique Christianorum constabant u). Judæos autem & Græcos inter se componit sacra pagina x).

s) *Petavius* ad Themistii Orat. V. p. 70. not. p. 403. *Knatchbull* l. c. p. m. 128. & *Ruarus* Cent. I. ep. 31. Max. Rev. *Dn. D. Cypriano*, de Bapt. Proselyt. Jud. Sacram. cap. III. §. 16. p. m. 45. citatus. t). ad Epictet. lib. 4. c. 7. p. 500. u) *Sozomenus* Hist. Eccl. l. 3. c. 17. in fin f. 529. Justin. Mart. Apolog. I. §. 69. coll. §. 40. cir. fin. Edit. Oxon. 1700. x). Act. XVIII, 4. Rom. I, 16. c. II, 9. c. III, 9. c. X. 12. c. XII, 13. Gal. III, 28. Col. III, 11.

56. Desperatæ causæ est indicium, quando Petavius pro ἠρημένῳ, legendum contendit περιτετμημένῳ; ut ex *sectatore*, faciat *circumcisum*.

58. Nisi me omnia fallunt, etiam *Corn. Tacitus* evidens de *Baptismo Judæorum* præbet testimonium, verbis y): *Transgressi in morem eorum, idem usurpant. Nec quicquam prius IMBUUNTUR, quam contemnere Deos, exuere patriam: parentes, liberos, fratres, vilia habere.* Ut enim *imbuere* proprie denotat *aquis implere, tingere* z); & *imbutum* juxta Festum, *quod cujuspiam rei succum bibit:* ita reliqua cuilibet baptizando inculcantur sedulo. Et *transgressi* apertè notant ab alia religione ad Judaicam deficientes: quos Scriptura dicit *Proselytos* a).

y) Histor. lib. V. c. 5. m. 426. z) Gloss. vet. imbuo, ἐμβάπτω. a) Matth. XXIII, 15. Act. II, 11. c. VI. vers. 5. cap. XIII, 43.

59. Josephi b) assertum, quo Essenorum sectator καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει, i. e. *puriorum ad lustrationem aquarum particeps fit*, non prorsus contemnendum. *R. Abrah. Sachut* c), Josephum in hac Secta describenda cæteroquin secutus, de iisdem ait: *anno præterlapso, si viderint bonis præditum moribus, in sui admittunt consortium; docentes eos BAPTIZARI, ut vitæ assvescant Pharisæis dignæ.* De modo recipiendi Proselytos agitur: aquæ lustrales contradistinguuntur illis, quibus quotidie corpus abstergebant, inprimis cœnaculum ingressuri: Esseni gente erant Judæi, & juxta Epiphanium d), in omnibus adhærebant Judæis.

b) De Bel. Jud. lib. 2. c. 12. p. m. 786. D. c) in Juchasin f. 139. b. d) Hæres. LIII. quæ Sampsæorum, §. 1. p. m. 461.

60. Eidem *Josepho* e) Israelitæ ipsi Decalogum accepturi, dicuntur, voce

voce supr. usitata, ἁγνεύοντες ἁγνείαν f). Non ausim tamen ejus autoritate meam confirmare sententiam.

e) Antiq. lib. III. c. 4. (A. 5.) f) *Theodor. Abucara* Opusc. Quæst. 17. Bibl. Patr. gr. lat. Tom. 1. p. 409. verba Christi Joh. XVII. 19. ἐγὼ ἐμαυτὸν ἁγιάζω ὑπὲρ ὑμῶν, transfert βαπτίζω.

61. Ante ipsum adducti *Elieser, Josua, Arrianus* & *Tacitus*, tali omnes ætate vixerunt, qua Christianorum res nondum ea ceperat incrementa, ut ab illis mutuarent Ebræi. A Parentibus filii discunt, non vice versa g).

g) *Hier.* ad Amos II. 7. col. 1383. *Fratrem nostrum esse populum Judæorum, sæpe legimus. Tertullianus* Apolog. c. 16. 40. *Lactantius* lib. V. c. 22. *Kortholt* Pagan. Obtrect. c. 3. p. 59. Vid. 1. Cor. X. 1. & conf. Gen. IX. v. 26. cum v. 27.

62. Palpum suo more obtrudunt, quotquot ex Judæis ad Christianorum Sacra conversi, credulis persuadere ausint, *a Christianis Baptismum transiisse ad Judæos* h.)

d) Quales fuerunt, *Seldeno* citati de Synedr. lib. 1. c. 3. p. 40.

63. Gens invida, & divinis ad id obstricta legibus, ne alienigenarum æmuletur statuta; quæque ne in suppliciis quidem malefico infligendis, more Gentibus recepto uti voluit; mortem potius subiisset, quam ut in re tanti momenti istorum reciperet symbolum, à quibus quam maximè se cupiebat distinctam.

i) Exod. XXIII. 24. Lev. XVIII. 3. c. XX. 23. Deut VII. 2. seqq. Jer. X. 2. seqq. Cod. Vid. *Schabb.* f. 67. a. b. Cod. *Avod. sara* f. 11. a. l. 26. *Sanhedr.* f. 52. b. l. 2. seqq. *Maim.* in ספר המצוות nr. 30. סמג Interd. L f. 10. c. 4. *Jore Dea* num. 178.

64. Rem ex Scriptura probatam ne quicquam destruere poterit Doctorum silentium: inprimis, si Versionibus addicti, fontes vel prorsus non consuluerint, vel non satis intellexerint k); aut cæteroquin ad exterorum Antiquitates parum attenderint.

k) Vid. supr. §. 24. seqq.

65. Neque tamen nihil prorsus apud Antiquos inveniuntur, *ne quidem vestigium* l), quod ad Initiationis Baptismum Ebræorum accommodari queat.

l) ut loqui amat Max. Rev. Dn. D. *Wernsdorff*, l. c. §. 27.

66. *PHILO* novit *lavacrum, animam abluens ab iniquitatibus* m): & eam ipsam lotionem, qua Israelitæ ad montem Sinai lustrabantur, ait *animas purgasse ab iniquitatibus*, antequam mentis alimenta caperent n). Alibi o) dicitur *lustratorum* tunc *anima* ἱεροφαντουμένη τὰς μεγάλας τελεῖσθαι τελετάς, *sacras edocta ceremonias, ut ad magna INITIETUR MYSTERIA.* Quibusdam interjectis, p), adstat populus ἁγνεύσας ὁμιλιῶν τῶν πρὸς γυναῖ-

κας — λουτροῖς τε καὶ περιῤῥαντηρίοις καθηράμενος, ἔτι καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀποπλυνάμενος ἐν τοῖς μάλιστα λευχείμων, verbis initiationi aptissimis q).

m) Lib. quod deterior pot. insid. p. m. 186. A. n) lib. de Decal. p. 745. C. D. o) p. 749. fin. p) p. 750. D. q) Conf. de vita Mosis p. 674. fin. 675. E. 687. A. *Apulejus* suam ad cultum Isidis *initiationem* describit, Metamorph. lib. XI. p. m. 430. *me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas, & prius sacro lavacro traditum, purissime circumrorans abluit.* pag. 255. Edit. Pricæi.

67. *JUSTINUS MARTYR* agnoscit *Baptismum initiationis* Christiano affinem, sed antiquiorem: utpote quem Dæmones a Propheta prædicatum exaudivissent, & ad Gentes detulissent; ut ad Mithræ mysteria suos initiarent similiter r). Idque ut in specu fieret, mutuatum putat s) a Jesaia. Alibi t) *Baptismum* circumcisioni adjungit, oppositum ei, qui *Spiritu S.* peragitur, Christianisque proprius u) est.

r) *Apolog.* I. pro Christ. §. 80. 81. p. 117. seqq. Ed. Grab. s) *Dial. cum Tryph.* p. 304. Edit. Paris. Conf. *Petr. Halloix* vit. Just. Phil. & Mart. c. XVI. §. 1. pag. 196. *Joh. Ern. Grabbe* Spicil. Patr. Sec. II. Not. p. 241. *Pamelius* ad Tertull. de Cor. militis c. XV. not. 207. p. 363. de Præscript. c. XL. not. 240. p. 437. de Baptism. c. V. not. 29. 30. p. 474. t) *Dial. cum Tryph.* p. 246. C. it. p. 235. E. u) Matth. III, 11. Luc. III, 16.

68. Hujus vestigia legit *TERTULLIANUS* x), inquiens: *Diabolus ipsas quoque res Sacramentorum divinorum in Idolorum mysteriis æmulatur. Tingit & ipse quosdam, utique credentes & fideles suos: expiationem delictorum de lavacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithræ.* Alibi y) *Nationes* inquit, *exteræ viduis aquis sibi mentiuntur. Nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicujus aut Mithræ* &c. Antiquiora sunt hæc Gentilium Sacra, quam ut Christianorum Sacramentis suam debeant originem z). Tertulliano a) ipsi, *diabolus morositatem illam Judaicæ legis imitatus*, dicitur. A judæis autem discere non potuisset, nisi inter ipsos jam olim similis initiandi mos viguisset.

x) de *Præscript.* adv. Hæret. c. 40. p. 400. Edit. *Pam.* Paris. 1583. y) de *Baptismo* cap. V. z) ut voluit *Pamelius* ad c. XL. de *Præsc.* not. 239. p. m. 436. a) de Præscript. adv. Hæret. l. c.

69. Etiam *ORIGENES* ex verbis Exod. XIX, 10. *Baptismi gratiam* eruit, ubi *non solo quis corpore purificetur*, sed *ab omni mundetur inquinamento carnis & spiritus.*

b) in Exod. Homil. XI. circ. fin. p. m. 98.

70. *BASILIUS M.* c) Mosis, Johannis, & Christi *Baptismum* inter se contendens, in *expiationibus* quidem substitit, *initiationis* virtute neglecta

Sed

Sed quando alibi d) *Israelitas in legem Mosaicam baptizatos* asserit, idque ex Pauli l. c. e) comprobat, *Initiationis Baptismati*, olim, eo ipso tempore in quod locaram, recepto testimonium præbet haud contemnendum.

c) Tom. I. Oper. de *Baptism.* l. I. p. 547. seqq. d) de *Sancto Spiritu* Tom. 2. Oper. p. 175. e) Supr. ad §. 6. e. 1. Cor. X, 2.

71. *GREGOR. NAZIANZENUS* de Baptismo Initiationis occupatus f), diversos refert Baptistas: interque eos Mosen enarrat, qui *proprium* aliquod *Baptisma* celebravit, distinctum atque posterius transitu per mare; quod non nisi typice & metaphorice dicatur baptisma. Ἐβάπτισε inquit Μωϋσῆς, ἀλλ' ἐν ὕδατι. Καὶ, ΠΡΟ ΤΟΥΤΟ ἐν νεφέλῃ καὶ ἐν θαλάσσῃ. Quæ ex Paulo g) immediate subjungit, indicant, quod *Baptismum* respiciat, quo in Mosis baptizabantur doctrinam: qui *Initiationis* erat.

f) Orat. XXXIX. Tom. 1. Op. p. 634. C. g) e 1. Cor. X.

72. Quando *HIERONYMUS* verba Ezechielis h) *facta es mihi*, *dici putat, pro eo quod est, meo conjugio copulata es: & lavi te, aqua* scil. *Baptismi salutaris:* admittit Baptismum circa promulgationem legis peractum. Quippe quo tempore *spiritualis* illa contigit *Desponsatio* *).

h) Cap. XVI. v. 8. Tom. 3. Op. col. 787. *) Conf. Raschi ad Cant. I, 12. cap. III. v. 11.

73. In quæ verba & *THEODORETUS* i), *HULSEMANNUS*, & ipse *B. CALOVIUS* assensum ex parte nobis præbent. Iste enim, *aqua* ait, *doctrinæ lavi te, & lustrationes ac circumrorationes* (ἁγνισμοὺς δὲ καὶ περῤῥαντήρια) *adhibui.* Hic k) *præstat* inquit, *cum aliis hæc intelligere, ut explicat B. Hulsemannus, de spirituali desponsatione, gratiosa regeneratione & sanctificatione.* Refert enim Propheta Dei beneficia Israelitis ad montem Sinai præstita: ubi per Mosen eos sibi *despondit*, interveniente lavacro. Ad idem tempus *Theodoretus* ipse accommodat præcedentia.

i) Tom. II. Op. interpr. in Ezech. p. m. 368. B. k) *Abr. Calovius* Bibl. V. T. illustrat. ad Ez. XVI. v. 8. 9. p. 519. Conf. ejusd. *Hülsemanni* aurea verba, βαπτισθῆναι cum εἰς constructo, ap. eund. B. *Calov.* l. c ad 1. Cor. X, 4.

74. Etiam *JOH. DAMASCENUS* l) VIII. enumerans Baptismatum species, id quod *per mare & nubem* contigisse dicitur, Paulo descriptum m), contradistinguit *legali*, Israelitas purificanti, ut mundi ingrediantur castra. *Per nubem*, *spiritum* præfigurari ait, per mare *aquam* n). Id quod baptismati isti per Mosen ad montem Sinai peracto, apprime competit: utut ipse in diversum abire videatur.

l) Orthodox. Fid. lib IV. c. 10. p. m. 297. ex Scriptore *Quæstionum* in Epist. Pauli, *Athanasio* tributarum, Quæst. CI. Tom 3. Oper. p. m. 329. seqq m) 1. Cor. X. v. 2. n) σύμβολον γὰρ ἡ μὲν νεφέλη τοῦ πνεύματος, ἡ θάλασσα δὲ τοῦ ὕδατος.

 75. Nec

75. Nec dubito catalogo testium meorum inserere *VERSIONEM ÆTHIOPICAM* o), quæ verba ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον p), transfert, *ut BAPTIZETIS unum Proselytum* &c. Esto enim, antiquissimam illam non fore: docet tamen, intra XVI. secula extitisse, qui *Proselytos* Judæorum *baptizatos* fuisse statuerint.

o) dudum allatam a *Max. Rever. Dn. D. Cypriano*, Lips. de Baptism. Prof. Jud. Sacr. V. T. cap. III. §. 17. p. 47. p) Matth. XXIII. 15.

76. *Ebræorum* catervam, brevitatis amore, nunc quidem, ubi sciagraphiam saltem exhibeo, augere nolo: fiet id in elaboratione proxima. In tempus promulgandæ legis conspirant plerique.

77. Nec est, ut quis objiciat q) Israelitas ante id tempus Deo fœderatos fuisse, pacto per *Circumcisionem* firmato. Exciderant enim hac gratia, turpi Ægyptiorum contaminati idololatria r): restaurandum erat pactum, novo superveniente fœderis obsignaculo.

q) cum *Max. Rev. Dn. D. Gottl. Wernsdorfio*, Recent. de Baptism. Controv. §. 27. seqq. r) Ezech. XX. v. 5. 7. seqq. c. XXIII. v. 1. 2. 19. c. XVI, 26. Psal. CVI, 7. Conf. *Hieron.* ad Ez. XX, 7. coll. 832. circ. fin.

78. Ad legem autem Mosaicam initiari non poterant, antequam Moses existeret, & lex promulganda proxime, divinitus significaretur. Deus ipse *confœderationem* illam in tempus commorationis ad montem Sinai rejicit s): & diserte declarat, quod *cum ipsorum parentibus tale fœdus non pepigerit* t).

s) Vid. supr. §. 39. seqq. t) Deut. V, 3. conf. Jer. XXXI. v. 32.

79. Unde nec in *Sichemitis* u) locum habuit Baptismus, nec in ullo ante id tempus Judæis adhærente x). Parum etiam promovisset Baptismus Simeonis & Levi consilium dolosum, necem ex dolore infirmatis intentantium cruentam: qui in Baptismo nullus.

u) de quibus Gen. XXXIV, 14. seqq. x) Quales erant Pascha cum Judæis celebraturi, Exod. XII. vers. 38. 43. seqq. vers. 48. seqq.

80. Ad montem Sinai, in legem & formam religionis Mosaicam, primum baptizabantur omnes, *originarii* non minus Israelitæ, quam ex colluvie Ægyptiorum associati ipsis. Qui Baptismus origo est baptismatis Proselytorum; a quo differt, ut fons a deductis inde rivulis.

81. Si quæ deinceps in Initiatis crebræ jubebantur lotiones aliæ; *purificationis* seu *expiationis* hæ erant, fœderis saltem refricantes memoriam.

82. Nec ad se ipsos accedebant Israelitæ, *sui ipsorum facti Proselyti*; sed ad legem, formamque religionis, cui initiabantur, Mosaicam. Lusus est in voce *Proselyti*.

83. Josephus, Idumæorum sub Hircano circumcisionem memorans y), extantiora, duriora, minusque grata adducit nominetenus; reliquis ad initiationem

tiationem facientibus haudquaquam exclusis. Nam præter Circumcisionem, jubentur *καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμοις χρῆσθαι*, i. e. *reliquis quoque uti ritibus Judaicis.* Ipsique non tantum circumcisionem dicuntur acceptasse; sed & *τὴν ἄλλην τοῦ βίου δίαιταν ὑπέμειναν τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις ποιήσασθαι*, i. e. *alium insuper juxta ritus Judaicos vivendi morem, susceperunt exequi.*

y) Antiquit. lib. 13. c. 17. p. m. 450. E.

84. Etiam sub *Constantini M. filiis*, quorum ætate extra dubium Proselytorum Baptismus viguit, ad Judaismum conversi, ab evidentiori saltem Initiationis medio, dicuntur circumcisi z). Erat hoc signum singulis affigendum individuis: absque quo, Nobilitas parentum per Baptismum olim acquisita, dignitatem sibi concessam non exequitur. Delebilis erat Baptismi character, Majoribus impressus; nisi in unoquoque posterorum mare, circumcisionis renovetur signaculo. Unde & Justino Martyri, baptismum juxta dicta a) admittenti, *Judæi non alia nota, quam circumcisione, dignoscuntur ab aliis* b).

z) *Sozomen.* hist. Eccl. lib. 3. c. I. p. m 526. a) Vid. §. 67. b) Dialog. cum Tryph. p. 234.

85. Senatus Judæorum in Johanne baptizante non examinat *Baptismi* naturam, ceu aliquid novi; sed quod rem, quæ ad triumviratum pertinebat, aut Prophetam singulari DEI ductu vocatum, ipse autoritate exerceret privata, Prophetæ titulum renuens; atque in illis, qui in Majoribus jam fuerant baptizati: alium quoque baptismi finem intendat, quam a Majoribus suis propositum.

86. Peculiari eapropter instrui debebat Johannes mandato divino; ut quilibet Prophetarum, ad rem vel prorsus novam suscipiendam, vel ad alium applicandam usum. Baptizandis enim non promittebat expiationem, nisi seria peracta pœnitentia c): & expiatos non initiabat ad doctrinam Mosaicam, sed regni cœlorum d), mox revelandi.

c) Matth. III, 8. 11. c. IV, 17. Luc. III. v. 3. 8. Marc. I. v. 4. 15. Act. XIII, 24. *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 7. p. m. 626. G. *οὕτω καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης.* d) Matth, 2. c. IV, 17. Marc. I, 15.

87. Nicodemus ad injectam *Regenerationis* mentionem non obstupuit, tanquam ad rem antea inauditam; sed ad regerationem *ex spiritu* e). Cum non aliam, nisi ex aqua & circumcisione hactenus cognoverat. Nisi nosse eam potuerit, & etiam debuerit; profecto tam severa in eum reprehensione, non animadvertisset f) Salvator, cæteroquin benignissimus.

e) Joh. III, 5. *Tertull.* de Bapt. c. II *incredulitas miratur, non credit. Miratur enim simplicia quasi vana, magnifica quasi impossibilia.* f) Joh. III. v. 10.

88. Circumcisionem in aliis, præter Judæos, gentibus obtinuisse, ipsa Scriptura testis est. Inter illas recenset Ægyptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, & nonnullos Arabum g). Admiranda est styli varietas, in interitu diversarum gentium describendo h): quarum aliæ v. g. Assur, Mesech, Elam, Thubal, & Zidonii dicuntur cubare *præputiati* i); sed Idumæi & Ægyptii *inter præputiatos* k).

g) Jer. IX. v. 24. 25. h) Ezech. XXXI. & XXXII. i) Ez. XXXII. v. 21. 24. 25. 26. 27. 28. 30. Conf. *Montacutius* Orig. Eccles. Part. prior. p. 57. k) Ezech. XXXII, 29. c. XXXI. v. 18. 19. 18. 29. 32.

89. Qui ipsi tamen a duriori hoc vivendi ritu remiserunt aliquoties: nec eum semper observarunt, nisi religiosiores forte Sacerdotes, peculiarem vitæ sectati puritatem. Esavum l), ob jus primogenituræ sibi subductum, in tantum efferbuisse dicunt, ut notam circumcisionis in se deleverit, præputio arte maligna reducto. Ægyptios, post mortem Josephi, circumcisionem neglexisse, constans est Ebræorum m) traditio. Unde invenit Hircanus, quod præcidi curaret in Idumæis.

l) e *Tanchuma* Jalkut ad Jer. IX, 24. f. 63. c. 1. *Epiphanius* de Mens. & Pond. §. 16. p. m. 172. C. D. *Sanctius* ad Jer. l. c. De *Menelao* & *Tobia* conf. 1. Macc. I. vers. 15. de *Achior* Judith V. v. 3. seqq. *Joseph.* Antiq. lib. XII. c. 6. p. m. 408. m) *Rabboth.* Exod. I. f. 116. c. 4. post princ. *Tanchuma* f. 34. 35.

90. Non videtur Moses ex amputato præputio agnitus; sed ex educatione denegata, & abjectione in fluvium n). Quod si forte in notam illam incidisset juvenilis filiæ regiæ petulantia; eo ipso tamen non illico Ægyptios præputiatos diceres. Potuisset discrimen e diversitate ætatis dignosci: si ætate saltem matura novaculam admiserint Ægyptii; more Arabum o), qui ad exemplum Ismaelis p), XIII. demum vitæ annum negocio huic arbitrati creduntur aptum.

n) ad ductum Exod. I, 22. conf. *Ghislerius* in Jerem. IX. p. 835. o) *Origenes* Philocal. c. XXIII. p. 77. Edit. Spenc. Cantabr. 1676. *Zonoras* Annal. Part. I. p. m. 23. *Ambrosius* de Abrah. l. II. c. 11. post. princ. *quartum decimum* ætatis annum definit, a quo passio virilis flagrare incipiat. p) de quo vid. Gen. XVII, 25.

91. Philistæos a genitalium mutilatione, salva Herodoti, a quo mea desumseram, auctoritate, eximeres, ob frequens cum Græcis commercium q): quo præcipue delectantur, oram inhabitantes maritimam r). Quid, si ab

si ab Egyptiis s) recessisse dixeris, antequam circumcisionem hi admiserint? Unde *præputiatorum* nomen ipsis velut Gentile t).

q) *Herodot.* lib. II. c. 104. *φοινίκων ὁκόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμίσγονται, οὐκέτι Αἰγυπτίους μιμέονται κατὰ τὰ αἰδοῖα, ἀλλὰ τῶν ἐπιγινομένων οὐ περιτάμνουσι τὰ αἰδοῖα.* r) Vid. Zeph. II. v. 5. 6. Ezech. XXV. v. 16. s) conf. Jer. XLVII. 4. cum Gen. X. v. 14. Deut. II. 23. *Bochart. Georg.* lib. IV. c. 32. t) Vid. Jud. XV, 18. 1. Sam. XIV, 6. cap. XVII, 26. 36. c. XXXI, 4. &c.

92. Imo dantur, qui e Jer. IX, 25. inferunt, *Præputiatorum* nomen denotare Gentiles, a fœdere cum Abrahamo per circumcisionem inito alienos; si vel maxime glandem a nativitate, aut opera humana habuerint detectam u). Etiam Judæus legis transgressor, Paulo *præputiatus* dicitur x); quamvis *Apella* fuerit.

u) ut *οἱ ἐν ἀκροβυστίᾳ* Rom. IV, 9. 10. 11. 12. c. II, 26. 1. Cor. VII, 18. Eph. II, 11. Conf. *Rabbenu Nissim* ad *Nedarim* f. 31. b. x) Rom. II, 25. 28.

93. *Sanguis fœderis e verenda corporis parte jam circumcisa*, in quibusdam quidem *elici* potuit, idque factum fuisse affirmant y). Sunt tamen, v. g. *Mulier* quælibet; טומטום *obturatus*, sine externo sexus indicio, in lucem editus; atque casu *exsectus*: quibus, Sacrificio inprimis, cujus sanguine aspergi possent, cessante, nil nisi Baptismus relinquitur z).

y) Vid. *Rabbenu Ascher* ad *Jevammoth* f. 135. c. 1. l. 6. seqq. cujus verba adducta sunt Disp. mea de *Bapt.* Prosel. ad §. 22. fin. z) *R. Mos. Kozzensis* in סמג hilc. *Issure bia* f. 40. c. 4. post. med. *Rabbenu Jacob*, in *Jore dea* num. 268. quorum verba habentur l. c. De mulieribus dicitur Cod. *Jevam.* f. 46. a. circ. fin. דאם לא טבלו במה נכנסו תחת כנפי השכינה, *quod, si non baptizatæ essent, quo modo receptæ fuissent sub alas Majestatis divinæ?*

94. Mischnicorum (non Mischnæ) de Baptismo Judæorum sententiam, nec Scripturæ nec veterum testimoniis adversam fore, sed ibi fundatam; abunde docent adducta superius.

95. Pro ætate rerum in Talmude comprehensarum, non ad tempus attendendum est, quo vel Mischna, in ea qua hodienum prostat forma, condita putatur, vel ejus Gemara; sed ad ætatem istorum, quorum quicquid adducitur nomine. Vel sola auctorum concatenata & tœdiosa quandoque repetitio, quorum unus semper ex ore cognoverit alterius; it. sollicita illa in primum doctrinæ autorem inquisitio, passim in Gemara obvia; abunde declarat, quod sit mera rerum ab Antiquis traditarum compilatio.

96. Tam in Scriptura Sacra, quam Ebræorum monumentis, infinita prostant vestigia, e quibus tam *Apostolorum* titulus, quam Apostolatus dignitas abunde declaratur. Moses a Deo ad Pharaonem *missus* a): *Angelus facierum*

*foederum* b) Domini, Israelitis per desertum ducendis praefectus: *Angelus foederis* c): Elias Messiae praecursor *mittendus* d) &c. eodem veniunt titulo, שליח צבור *Synagogae legatus* e) jam erat constitutus, quum Salvator textum Prophetae publice praelegeret f).

a) Exod. III, 10. sqq. c. IV. vers. 12. 13. 28. b) Jes. LXIII, 9. Exod. XIV, 19. 20. c. XXIII, 20. seqq. c) Mal. III, 15. Qui diserte *Apostolus* salutatur Ebr. III, 1. Vid. *Justin. Mart.* Apolog I. pro Christ. § 14. p. 22. & § 82. p. 121. Edit. Grab. d) ex mente Ebraeorum, Mal. III. v. 23. e) De quo vid. celeber. *Camp. Vitringa*, de Synagog. vet. lib. 3. Part. 2. c. 2. pag. 903. seqq. f) Luc. IV. v. 17. seqq.

97. Quod si hunc *Ecclesiae ministrum* dixeris, cum Christianorum aedituo comparandum: memineris, alium inter Judaeos celebrari שליח צבור *Ecclesiae Apostolum* seu *Delegatum*; qui preces publice nomine omnium recitarit, reliquis per ipsum suo satisfacientibus officio g). Qui idem forte cum illo, quem Johannes *Angelum* vocat *Ecclesiae* h). De Pauli *Apostolis Ecclesiae* i) nunc nil dicam. Si vero unquam Judaeorum Rex in festo Tabernaculorum legem in Templo publice praelegerit, *Dei* gerens *Apostolum* k): & Seniores Synedrii Jerusolymitani, qui Pontificem in Sanctissimum introiturum, nomine totius Ecclesiae adjurasse dicuntur, ne quid mutare ausit, seipsis *Synedrii* vocarunt *Apostolos* seu *Delegatos*; & Pontificem, *Apostolum* seu *Delegatum* suum l): ob personarum titulo hoc ornatarum dignitatem, nemo non munus concipit splendidissimum. Id vero ea jam viguisset aetate, qua Templum adhuc stabat inquo lectio celebratur peracta, & in cujus adytum parabatur introitus. Unde non demum a Christianis ad Judaeos, vel ex invidia translatus est titulus, vel quadam providentia, ad suos felicius in officio retinendos.

g) Cod. *Rosch hasschana* IV. th. ult. h) Apoc. I. v. 20. c. II, v. 1. 8. 12. 18. c. III. v. 1. 7. 14. i) 2. Cor. VIII, 23. Phil. II, 25. k) juxta *Maim.* in Hilc. *Chagiga* c. III. §. 6. l) Cod. *Joma* c. I. th. 5.

98. Non affectant convenientiam cum Christianis Judaei; separationem a Bileamo praedictam m) & a DEO vice plus simplici ipsis injunctam n), in Sacris praecipue religiose servantes.

m). Num. XXIII, 9. Vid. sup. §. 62. 63. n) vid. supr. §. 63.

99. Utut igitur inter Baptismum Judaicum & Christianum, magna intercederet (qua praeviam institutionem, examen, confessionem, mersionem, testes adhibitos, tributam regenerationem &c.) convenientia o): differunt tamen in quamplurimis, & ex parte etiam in modo memoratis; inprimis vero in ipso formali. *Aquam & Verbum* p) *veluti partes Baptismi Christianorum* συςατικὰς καὶ ουσιώδεις, *sacramentali unione ita conjungi certum, ut sine aqua Verbum, & vice versa, Baptismi nomen neutiquam obtineat, nec id nominis*

*ominis mereatur. Sed aqua & Verbum ἑνώσει seu unione sacramentali simul juncta, Baptismi τὸ εἶναι, sive τὰς ὁλικὰς αἰτίας absolvunt & constituunt* q). In Baptismo Judaico exercendo, nuspiam aliqua præscribitur formula r).

Vid. *Max. Rev. Dn. D. Wernsdorff* l. c. §. 32. p) Unde Paulo dicitur λȣτρὸν τȣ̃ ὕδατ☉ ἐν ῥήματι Eph. V, 26. q) Verba sunt *B. Joh. Forsteri*, approbata B. nostro *Beiero*, Comp. Theol. Part. III. cap. X. §. 5. p. 890. r) fatente *Celeb. Dn. D. Wernsdorff*. l. c. §. 24.

100. In Baptismo Christianorum initiantur baptizati ad professionem doctrinæ per Messiam jam revelatum promulgatæ, nominetenus eam, quæ in unitate essentiæ divinæ, sacrosanctam Trinitatem aperte & rotunde celebrat. In Baptismo autem Judæorum initiabantur ad doctrinam, formamque religionis per Mosen constitutam: quæ Messiam adhuc exspectat futurum.

101. In Baptismo Christianorum, e verbis Christi Joh. III, v. 5. 6. 8. inferre licebit s), aquam *Spiritu S.* ceu *Re cœlesti*, fœcundari quasi, ad regenerationem efficiendam t): ut in primæva creatione, massa illa terraquea, cui incubabat u), præparabatur ad res visibiles inde producendas. Quo de altum rursus in Baptismo Judæorum est silentium: quamvis non omnes eorum aquas, stylo Tertulliani x), prorsus *viduas* dixerint, ut Gentilium. Quæ autor Quæstionum Athanasio tributarum y), & Damascenus, de nube Spiritum Sanctum in Baptismo Mosis referente, tradunt; a Judæis non admittuntur, nec evidenter satis e Scriptura possunt erui z).

s) Vid. *B. Scherzer*. Syst. Theol. de Bapt. §. 16. t) Conf ad Tit. III, v. 5. u) Gen. I, 2. x) de Baptismo. c. V. y) conf. supr. §. 74. z) Vid. de 1. Cor. X. v. 2. supr. §. 11.

102. Baptismus Christianus in singulis Ecclesiæ membris requiritur adhibendus: nec ordinaire sufficit, natum esse a parentibus Baptismo ad Christianismum initiatis. Sed Baptismus Judaicus creditur parentes sub alas divinæ Majestatis introducere, una cum omnibus a se descendentibus posteris: quorum nemo per baptismum in fœdus recipitur, sed per solam, si mas fuerit, circumcisionem.

103. Atque adeo veritati sententiæ Christianæ ipsiusque Baptismi dignitati, nil detrahitur; si vel maxime quis, Scripturam S. secutus, aliquem *Initiationis Baptismum* olim inter Judæos obtinuisse, statuat. Nec veritas ideo deserenda est, si abutantur ea male sentientes, ad Conclusiones ejusmodi eliciendas, quas nemo probus cautusque providere poterat.

*Tantum hac vice.*

S. D. G.

# JOH. ANDR. DANZII
## INAVGVRATIO CHRISTI AD DOCENDVM HAVD OBSCVRIOR MOSAICA.

E Spectaculis
Matth. III, 13. seqq. Marc. I, 9. seqq. Luc. III, 21. seqq. Joh. I, 26. sqq.
circa Baptismum Christi universæ multitudini visis,
& ad DEi cum Mose Exod. XIX. colloquium collatis;
pro enervanda Antiquorum & Modernorum Judæorum
Cavillatione Joh. IX, 29.
&
pro confirmanda doctrinæ Evangelicæ Θεοπνευςίᾳ adserta.

CUm nemine supremum Numen agnoscentium graviores nobis intercedunt controversiæ, quam cum Judæis. Ipsum quippe Religionis Christianæ principium, in quantum ex novo asseritur fœdere, pernegantes, jugulum veluti petunt ipsius Christianismi. Ut autem id destruant, omnemque ei, quantum in se, adimant divinitatem; nunc occultam ejus accusant Originem, quæ cum promulgatione Legis Mosaicæ collata, in angulo videatur orta, & privatos veluti intra parietes. Nunc Christi arguunt docendi munus: qui Doctoris functiones arripuerit, nec *divinitus vocatus*, nec satis *solenniter inauguratus*, totique præsentatus Ecclesiæ. Johannis de eo testimonium a) solitarium dicunt, &, quod magis, domesticum b); utpote agnato præstitum, quod rigorem Legis non sustineat. *Vocem Dei* testimonium ipsi præbentem, quam cœlitus delapsam Evangelistæ referant c), *a nemine Judæorum*, præter Johannem, ob cognationem suspectum, referri *auditam:* nec Spiritum S. in forma columbæ in Christum descendentem d), immanentemque e) quemquam vidisse adstantium; nisi forte Baptistam f) suspicione non carentem, cum suo baptizato g). Illustriora esse omnia, quæ de divinitate testentur Legis Mosaicæ. Deum namque cum Mose Oraculorum interprete h), jam olim miraculose vocato i) loquentem, audivisse aliquot hominum myriades k), monti, de quo Decalogus promulgabatur, attentissime adstantes. Promulgationem Legis adhuc futuram, aliquot diebus antea toti significatam fuisse Ecclesiæ l); quo attentiores forent, & in verita-

a) Joh. I. v. 7. 15. 17. 26. 27. 29. sqq. b) Luc. I, 36. 40. sqq. c) Matth. III, 17. Marc. I, 11. Luc. III, 22. d) Matth. III, 16. Marc. I, 10. Luc. l. c. e) Joh. I, v. 32. f) Joh. I, c. it. v. 34. g) Matth. III, 16. Marc. I, 10. h) Deut. V, 5. Gal. III, 19. i) Exod. III, 2. sqq. k) Exod. XII, 37. l) Exod. XIX, 10. sqq.

veritatem ipsius inquirere possent magis parati. Deum in nube descendentem, ignemque hinc emicantem suis cunctos observasse oculis m): &, quod magis, singula Legislatoris verba, e nube ignea Legem promulgantis, suis distincte percepisse auribus n). Idque tam clare & evidenter, ut de divina ejus Origine nemo, quamtumvis pervicacissimus, ulla veri specie, unquam dubitare potuerit. Quapropter similem urgent novæ promulgationem doctrinæ, quoties in conflictum descendunt cum Christianis; vel æque solennem, vel æque saltem certam de divina sua Origine, pluribus præsentibus omni exceptione majoribus sufficienter demonstrata. Qua cessante, non putant, se ad fidem habendam posse obligari.

*Legem nostram*, verba sunt veteris Nizzachon o), *quæ ministerio Mosis tradita nobis est inter fulgura & tonitrua, ad oculum cujuslibet viventis, non seponemus deserturi, propter legem vestram; quæ data vobis est in secreto & clanculum, citra ullius hominis notitiam, præter popellum* illum paupercu-



lum,

m) Exod. XX. v. 15. 19. Deut. IV. v. 9. 35. 36. coll. c. V. v. 21. 23. 33.

n) Deut. IV. v. 10. 12. 33. 36. c. V. v. 4. 19. 20. 21. Conf., *Philo* de Decalogo, p. 748. 750. D. *Mechilta* ad Exod. XIX. 9. f. 24. c. 2. l. 26. *Rabboth* ad Cant. I, 2. f. 4. c. 4.

o) Ebraica apud B. Dn. D. *Wagens.* Tel. Ign. Sat. p. 256. את תורתנו שנתנה לנו על ידי משה בקולות וברקים לעין כל חי לא נניח לעזוב בעבור תורתכם שנתנה לכם בסתר ובחשאי בלא ידיעת שום אדם רק אומה של ישו לבדה: *Maim.* Hilc. יסודי התורה cap. VIII, §. 1. משה רבינו לא האמינו בו ישראל מפני האותות שעשה׳ שהמאמין על פי האותות יש בלבו דופי שאיפשר שיעשה האות בלט וכשוף: ובמה האמינו בו במעמד הר סיני שעינינו ראו ולא זר ואזנינו שמעו ולא אחר האש והקולות והלפידים והוא נגש על הערפל והקול מדבר אליו ואנו שומעים משה משה לך אמור להן כך וכך: וכך הוא אומר פנים בפנים דבר יהוה עמכם: ונאמר לא את אבותינו כרת יהוה את הברית הזאת: ומנין שמעמד הר סיני לבדו היא הראיה לנבואתו שהיא אמת שאין בו דופי שנאמר הנה אנכי בא אליך בעב הענן בעבור ישמע העם בדברי עמך וגם בך יאמינו לעולם: מכלל שקודם דבר זה לא האמינו בו האמנות שהיא עומדת לעולם אלא האמנה שיש אחריה הרהור ומחשבה׳ i. e. *In Mosen Doctorem nostrum non crediderunt Israelitæ propter miracula ab ipso perpetrata &c. per quod igitur crediderunt ipsi? Per stationem illam ad montem Sinai, ubi nostri viderunt oculi, non peregrinus, & nostræ audiverunt aures, non alterius cujusdam. Ignem illum & tonitrua, & tædas ardentes, ipsumque ad densissimam illam caliginem acce-*

lum, *Jesu adhærentem*, valde tenuem. Cujus presse premunt vestigia moderni omnes. Quam abjecte de *Resurrectione Christi* per testes asserta domesticos, sentiat & loquatur nefandus ille *Benedictus de Spinoza;* ejus testatur epistola ad *Henricum Oldenburgium* p) exarata. Qua satis aperte profitetur, tum demum fidem inventuram, si *Synedrio* Jerusolymitano, *vel Pilato,* eorumque asseclis, per quos interemtus antea fuerat, vivum se stitisset, & talem declarasset, qualem olim admittere noluerant. Non autem *sanctis tantum,* vel suis Sectatoribus. De qua objectione forsan alias videbimus q). Nuper autem admodum docuimus r), *Promulgationem Evangelii haud obscuriorem* fuisse *Legali:* quum in primo post ascensum Christi festo Pentecostali Sanctus Dei Spiritus Apostolos corripuerat, divinis Eos & mirificissimis exornans χαρίσμασι, in conspectu & præsentia honestissimorum virorum, ex toto ferme terrarum orbe ad festum Jerusolymis tunc congregatorum. Adjiciebam simul, disertis innixus Scripturæ literis s,) non aliam ab causam, tonitrua de monte Sinai ad Decalogi promulgationem tam horribiliter sonuisse, *quam* ut *fidem* Deus *Mosi*, oraculorum interpreti *apud suos conciliaret,* quos erat docturus t) Quo ceu Doctore, quem Deus ad instruendum eos miserit, agnito; a simili colloquio terribili eo magis abstinuerit, quod talem alloquendi modum Israelitæ in omne tempus humillimis deprecati fuerint precibus u).

Quas

*dentem. Vocem quoque ad eum loquentem nos ipsi audivimus*, dicentem *Mose, Mose! abi, dic illis ita vel ita. Sic etiam ipse ait* Deut.V, 4. *facie ad faciem locutus est Dominus vobiscum. Et* alibi l. c. v. 3. *dicitur, non cum Patribus nostris pepigit Dominus fædus hoc. Undenam vero* constat, *quod Consistentia illa in monte Sinai VNICA ratio sit quæ veritatem Prophetiæ istius tam evidenter probat, ut refutationi non relinquatur locus? Quia dicitur* Exod. XIX. 9. *Ecce ego venturus sum ad te in densitate nubis, adeo ut audiat hic ipse populus, cum loquor tecum, & etiam in te credant in æternum. Unde sequitur, quod ante rem hanc non crediderint in eum fide duratura in perpetuum; sed tali persvasione, quam comitatur meditatio & scrupulosa inquisitio.* Quam sententiam in Hilc. *Melachim* c. XI. & XII. repetitam, ita applicat, ut omnes aperte cognoscant, quod (ob negatam similitudinem) Christianorum pungere velit Messiam, munerisque ab eo peracti divinitatem vocare in dubium. p) numero XXIII. p. 453. Oper. Posthum. q) Vid. interim *Joh. Coleri* Waarachtige Verryzenis JESV CHRISTI uit den Dooden, tegen B. de Spinosa, t'Amsterd. 1705. r) In Program. Pentecosten V. & N. T. conferente, d. 20. Maji 1714. in Acad. Jen. P. P. s) Exod. XIX. 9. t) Conf. Cod. *Joma* f. 4. b. l. 12. & infr. ad §. 16. u) Exod. XX, 16. Deut. V, 20. sqq.

Quas exaudiverit Deus x); promissione addita, se memorem postulati ipsorum ad Horeb facti futurum, cum alium aliquando ipsis missurus esset Prophetam; quem, ex compacto utrinque approbato, absque voce terribili commendatum, audire debeant y). In Jesu Salvatore nostro vaticinium illud adimpletum fuisse; ipsi concludebant Judæi, in carne Eum videntes z). Sciebant (e prædictionibus Prophetarum, & operibus ipsius convicti), *a Deo* ipsum vocatum & *missum* esse *Doctorem* a). Non autem in latebris ille, aut secessu ab hominum confluxu remoto *inauguratus fuit ad munus docendi;* nec domesticis saltem, ut impie calumniantur, commendatus testibus. Sed, voce cœlitus delapsa, infinitæ hominum multitudini, in utraque fluminis ripa circumfusæ, *Doctor divinitus constitutus*, tam solenniter probatus legitur; ut nemo de divinitate doctrinæ ejus ulla veri specie dubitare potuerit. Quod, quum tunc temporis brevi me asserturum promiserim: id ipsum nunc, præcipue ex historia Christi a Johanne baptizati, pro viribus præstiturus sum; divinam ad id opem devotis precatus suspiriis.

§. 1. Historiam Christi per Johannem in Jordane baptizati, plures enarrant Evangelistæ: Matth. c. III. v. 13. sqq. Marcus. c. I, 9. sqq. atque Lucas c. III, 21. sq. Nec intactam reliquit Johannes, hinc inde ad eam provocans, c. I. v. 26. 28. 29. 31. sqq. Quoad rem quidem concordant omnes: quam tamen verbis nec prorsus iisdem efferunt; nec omnium judicio adeo evidentibus, ut non trahi potuerint in sensum minus gratum.

§. 2. Ab antiquissimis jam temporibus Quæstio inter Ecclesiæ Doctores satis anxie agitata fuit, *Quare Christus a Johanne baptizari voluerit?* Cum hic *Baptismum* prædicarit *resipiscentiæ;* & ut, peractam seriam *peccatorum confessionem*, baptizati fructus edant *pœnitentia* dignos b). Jesus autem *peccatum non habuerit, nec dolus unquam in ore ejus fuerit inventus* c). Qui autem ipsa puritate purior existebat; nullius indigus erat purgationis. Ex qua causa etiam Jesum accedentem, impediebat primum Johannes d): *ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ ὁρῶντες καὶ αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν εἰς μετάνοιαν, βαπτιζόμενον*, h. e. ut *Theophylactus* e) loquitur, *Crysostomum* f) pro more secutus: *ne videntes eum, putent, quasi unum ex multis, ad pœnitentiam baptizari.*

 §. 3. Di-

x) l. c. v. 25. c. XVIII. 17. y) Deut. XVIII. v. 15. 18. 19. z) Joh. VI, 14. a) Id enim nomine omnium fatebatur Nicodemus Joh. III, 2. conf. v. 16. c. V. 43. Jes. XLVIII, 16. cap. LXI. v. 1. coll. Luc. IV, 18. sqq. & vid. Matth. XVII, 5. Marc. IX, 7. Luc. IX, 35. b). Matth. III. v. 2. 6. 8. seqq. c) 1. Petr. II, 22. conf. Jes. LIII. v. 9. 2. Cor. V, 21. 1. Joh. III, 5. Ebr. VII, 26. d) Matth. III, 14. e) Comment. ad l. c. p. 20. B. Edit Paris. 1635. f) Homil. XII. in Matth. circ. princ. p. 36. Edit. Franc. 169.

§. 3. Diversas diversi huic dubio dissolvendo rationes afferunt. Inter quas palmam aliquamdiu præripuerunt aliis, quod, quemadmodum circumcisione in se admissa, Judæorum cooptatus fuerat cœtui; ita mediante Baptismo, in Christianorum transire voluerit Ecclesiam. Et, ut sanctissimi sui corporis contactu aquam sanctificaret lustralem, virtutemque eidem conferret purgandi alios, in ipsius nomine deinceps baptizandos. Priorem urget nomine ac re Magnus *Hugo Grotius* g), verbis: *Ipse per hanc ceremoniam, quæ nos populo Dei inserit, eidem populo velut concorporatus est; certosque suo exemplo fecit omnes, qui, ut oportet, baptizantur, apertæ ipsis regiæ cœlestis, consequendi spiritus, & juris filiorum Dei. Neque efficacius ostendi potuit, quantus honos institutis a Deo ritibus deberetur; quam si Christus Ipse usum eorum nobis exemplo suo commendaret.* Tantum abest, eum hoc nomine a *B. Calovio* h) reprehendi, ut eandem sententiam pluribus potius adstruat: & pro posteriori confirmanda auctoritates alleget *Optati* Milevitani, *Hieronymi*, atque *Hilarii*. Quorum iste i), *Christi caro* inquit, *ipso Jordane sanctior invenitur: ut magis aquam ipse descensu suo mundaverit, quam ipse mundatus sit.* Ille k) *Dominus* dicit, *noster Jesus Christus non tam mundatus est lavacro, quam in lavacro suo universas aquas mundavit.* Hujus l) verba sunt: *Non ille necessitatem habuit abluendi, sed per illum in aquis ablutionis nostræ erat sanctificanda purgatio.*

§. 4. Quæ licet recte se habeant; non tamen proximum ac primarium finem, ob quem Christus baptizari voluit, tetigisse videntur. Alibi m) docuimus, geminum jam olim n) viguisse *Baptismum:* quorum alter *Purgationis* dici merebatur, *Initiationis* alter. Tam frequens hic erat inter Ebræos pariter, gentesque exteras; ut vix ullus concipi possit status, ad quem initiati non fuerint interveniente Baptismo. Et licet in plerisque *purgandi* vim simul inferret o): potior tamen ejus effectus, quem in *consecrando* seu *initiando* conferebat, prædominabatur ubique, &, sepolita externa corporis purgatione, considerabatur unice.

§. 5. Ipse Salvator *Baptismum* ideo urgebat, quod *deceat eos*, Johannem non minus quam Christum, *omnem implere justitiam* p.) Tale quid per

Commelin. autem p. 110. g). Comment. ad Matth. III, 15. p. 25. a. ita & Lightf. Hor. Hebr. ad l. c. h) Bibl. Illustr. ad l. c. p. 163. b. i) lib. I. de schism. Donatist. c. 8. p. m. 8. k) advers. Luciferianos, Tom. IV, Op. Part. II. Edict. Marc. col. 293. l) Comment. in Matth. c. II. p. m. 253. m) Disp. de *Baptismo Proselytorum Judaico* §. 11. 12. n) Conf. Antiquitas Baptismi Initiat. Israel. vindic. o) In ipsa etiam Sacerdotum *Initiatione*, ad quam hic respicit. De illa enim Abrabbanel ad Exod. XXIX.

per justitiam, δικαιοσύνην gr., intelligi hoc loco convenit, quod jam olim viguit, divinitus præscriptum: &, ad quod explendum Johannes, salva analogia fidei, poterat concurrere, ceu actionis particeps. Temerarium autem foret Johannem in societatem trahere *justitiæ*, pro justificandis coram Deo hominibus *adimplendæ:* nisi in eo saltem concurrisse dixeris, quod *viam præpararit*, accessumque fecerit Domino, opus illud aggressuro. Vocem δικαιοσύνης pro Ebræorum משפט a LXX. Intt. quandoque adhibitam deprehendimus q). Hæc vero sæpe *ritum* nudum, ac *ceremoniam* denotat, ex æquo bonoque in re quadam solenni adhiberi solitam: quam non nemo *æquitatem legis ceremonialis atque typicæ* vocare consuevit. In eo optimus Salvator jam erat constitutus, ut *munus docendi*, ad quod missus fuerat, *auspicaretur* publice. Quod ut magis innotescat, & simul turba ad Eum remitteretur solenniter, de voluntate Dei *in ipso* posthac *audiendo* certior facta: ad exemplum *Pontificis* cæterorumque *Sacerdotum* Vet. Testamenti *inaugurari* voluit *Baptismate*. Illos quippe inter alia, etiam hoc ritu *præliminari* initiandos præscripserat Deus Exod. XXIX. v. 4. quem Moses executioni dedisse legitur Lev. VIII, 6. Solam corporis purificationem quilibet, remotis arbitris, seorsim expedire potuisset: nullo ad hanc opus fuisset Mediatore, præsertim in tanto dignitatis culmine constituto. Ut Moses baptizando initiabat Doctores veteris fœderis, eosque hoc ritu *præliminari* sistebat populo: ita Johannes, in hunc finem Messiæ præcursor datus, *Baptismo initiare* debebat Doctorem ac *Angelum fœderis* r) novi, Eumque hoc modo turbæ *ad audiendum* commendare universæ. Quem Deus ipse *inungebat* Spiritu Sancto in Eum effuso; voceque cœlitus delapsa declarabat, *Hunc* ipsum *esse Filium suum dilectum*, *quem* (ceu Prophetam olim Patribus suis promissum Deut. XVIII. v. 15. 18. 19.) *audire debeant* s) omnes. Etiamsi doceret aliquid, a moribus vulgo receptis diversum.

§. 6. Eo usque enim, quod quis de gente pertinaci miretur! extendunt ipsimet Judæi sensum verborum de *Propheta audiendo:* modo spectatæ fidei

v. 4. f. 202. c. 2. l. 28. seqq. Edit. Ven. מפני שהזכות קודם לקשוט ראוי שירחצו אותם להעביר מהם כל לכלוך ואח״כ ילבישם הבגדים הקדושים המיוחדים להם: i. e. *quia purificatio antecedit ornatum; conveniens erat, ut ablucrent eos, ad transire faciendum ab illis omne inquinamentum. Deinceps indueret eosdem vestibus sanctis unice ipsis competentibus.*

p) Matth. III, 15. q) v. g. Jes. LXI. 8. Ez. XVIII, 17. 19. 21. Mal. II, 17. Prov. XVI, 12. c. XVII. 24. r) juxta vaticinium *Malachiæ* c. III, 1. s) Matth. III, 17. coll. c. XVII, 5. Marc. I. 11. coll. c. IX, 7. Luc. III, 22. coll. c. IX, 35.

tæ fidei fuerit, & certo constet, divinitus Eum esse missum. Ne de veritate asserti quisquam dubitet; propria ipsorum verba adducam, latine saltem reddita. *BAAL HATTVRIM* ideo versum 15. Deuter. XVIII. *decem* dicit, *constare vocibus; ut innuat, non minus ad verba* Prophetæ attendendum *esse, quam ad Decalogum* cœlitus ipsis promulgatum t). Et, si quis forte, ob ætatem autoris recentem, & fundamentum nimis Cabbalisticum, auctoritatem hanc flocci faciat; en *Talmud* ipsum! Cujus verba u) sunt: *veni ac audi! ad ipsum attendatis* dicitur x); *etiamsi dixerit tibi, transgredere aliquod Præceptorum legis divinæ, sicut Elias* fecit *in monte Carmel. Qui*, (ut Glossa adjicit marginalis y), *victimas obtulit in Excelso quodam, idque eo tempore*, (stante scil. templo Jerusolymitano) *quo sub pœna excidii erat prohibitum, ne quis extra illud* tale quid suscipiat. *Omnia prouti tempus postulat. Obtempera ipsi.* In Cod. *SANHEDR.* z) disputant: *Undenam quis cognoscere potest, quod verba Prophetæ superflua reputans, eapropter puniendus sit?* Resp. *Quum miraculo suam probarit sententiam.* Exc. *Atqui Micha nullum ediderat miraculum* a): & *nihilominus* (Achab ob neglectum verborum ejus) *fuit punitus!* Resp. *aliter se res habet, ubi aliquis in præsumtione justi jam confirmatus est. Nam nisi ita dixeris, quomodo Abrahamum in monte Moria audivisset Isaac? aut quomodo Eliæ in monte Carmel inniti potuissent, ut hostias immolarent extra Templum? Omnino igitur aliter se res habet, ubi vir spectatæ fidei*, aliquid novi præcipit. Tali enim obtemperandum, etiamsi nullo id confirmet miraculo. In antiquissimo Judæorum libro *SIPHRE* b), interpretantur verba Deut. XVIII, 15. *EVM AVDIETIS; etiamsi dixerit tibi transgredere aliquod Præceptorum in lege præscriptorum; sicut Elias in monte Carmel. Pro natura temporis,* & ad tempus *obtempera ipsi.* Quæ ipsa

t) Verba Ebræa in Bibl. Basil. f. 210. 2. ita sonant: ויש בו י׳ תיבות לומר שתשמע לו כמו לעשרת הדברות:

u) in Cod. *JEVAMMOTH* f. 90. b. l. 4. sqq. ת״ש אליו תשמען אפילו אומר לך עבור על אחת מכל מצות שבתורה כגון אליהו בהר הכרמל הכל לפי שעה שמע לו וכו׳:

x) Deut. XVIII, 15.

y) cujus verba Ebræa sunt: שהקריב בבמה ושעת איסור הבמות היתה ואיכא כרת דשחוטי חוץ:

z) f. 89. b. l. 13. sqq. המותר על דברי נביא מנא ידע דאיענש דיהב ליה אות והא מיכה דלא יהב ליה אות׳ ואיענש היכא דמוחזק שאני דאי לא תימא הכי אברהם בהר המוריה היכי שמע ליה יצחק אליהו בהר הכרמל היכא סמכי עליה ועבדי שחוטי חוץ אלא היכא דמוחזק שאני:

a) 1. Reg. XXII.

b) f. 46. c. 2. אליו תשמעון אפילו אומר לך עבור על אחת מכל מצות האמורות בתורה כאליהו בהר כרמל לפי שעה שמע לו:

ipſa cum augmento quodam exhibet liber haud paulo minoris, quoad res tractatas antiquitatis, *PESIKTA ſotarta* c). *Audiatis eum, etiamſi te jubeat transgredi aliquod ex omnibus Præceptis in lege præſcriptis: prout Elias fecit in monte Carmel; idque omne pro natura temporis. Quomodo etiam ſe habet factum Gideonis filii Joas.* Prolixior forem, quam natura inſtituti hujus poſtulat, ſi vel ſola Antiquorum loca huc facientia allegare vellem. Plura pro hac ſententia inveniet, quisquis præter Gloſſam marginalem locorum e Tamulde citatorum *Toſiphtam* contulerit, utrinque ll. cc. additam: nec non *R. Salomonem*, ac *R. Levi b. Gerſom* Comment. ad Deut. XVIII, v. 15. ſeqq. itemque *Maimonidem* in Hilc. *Jeſode thora* c. VII. circa finem.

§. 7. Sed ut e diverticulo in viam redeam, quæ de *Voce* coelitus delapſa, nec non de *Spiritu S.* Salvatori *incumbente* dicuntur, aliquid difficultatis continent, in relatione ad eos, *qui vocem* iſtam *audiverint*, *quique Spiritum viderint deſcendentem.* Quod turba circumſtans viderit & audiverit; nullibi diſerte dicitur: quin ipſe *tenor vocis* auditæ non ſatis conſtans eſt. Cum Marcus & Lucas eundem recenſeant, tanquam ad Chriſtum directum; Matthæus autem ut dictum Johanni vel ſpectatoribus. Et certe uno eodemque actu non potuit dici: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui; & hic eſt filius meus dilectus, in quo complacui.* Quicquid etiam de æquipollentia utriusque, ad concilianda inter ſe loca d), ſolerti excogitetur ingenio.

§. 8. Quod ſi a *voce* ad *viſionem* acceſſeris, neque hic Evangeliſtæ prorſus inter ſe conſentiunt: niſi quod *uni* ſaltem eam *tribuant.* Sed in tali orationis ſerie, ut incertum maneat *uter* ex duobus *viderit?* baptiſta, an baptizatus? Johannis enim in proxime præcedentibus, nulla fit mentio: & uti Chriſtus *aſcendiſſe* dicitur ex aqua, & in ripa *oraſſe* e); ita & ille eo magis credi poterat *vidiſſe* ſolus, cœlum ſupra ſe apertum, & ſanctum ſibi incumbentem Spiritum, quo clarius Matthæus dixerat, cœlos αὐτῷ fuiſſe apertos, h. e. *Eidem* aſcendenti. De *Spiritu S.* autem Naziræorum Evangelium Matthæi, Ebræo exaratum idiomate, ſequentia exhibet apud Hieronymum f). *Factum eſt*

 *autem*

c) ad l. c. f. 77 col. 2. init. Edit. Ven. אליו תשמעו אפילו אמר לך לעבור על אחת מכל מצות האמורות בתורה כגון אליהו בהר הכרמל הכל לפי שעה וכן מעשה גדעון בן יואש: d) cum *Auguſtino* de conſenſu Evangeliſtarum lib. II. c. 14. Tom. IV. Op. p. 294. *Alfon. Salmer. Toletan.* Tom. IV. Part. I. tr. VII. p. 75. b. circa fin. *Seb. Barrad.* Tomo II. Comment. in Conc. Evangel. lib. I. c. 13. p. 46. a. *Alphonſ. Toſtat. Abulenſ.* Quæſt. 95. p. 359. a. b. e) Matth. III, 16. Marc. I, 10. Luc. III. v. 21. f) lib. IV. in Jeſaiam, ubi Comment. in cap. IX. v. 1. col. 99. Edit. Martian. Pariſ. A. C. 1704.

*autem, quum ascendisset Dominus de aqua, descendit fons omnis Spiritus sancti, & requievit super eum, & dixit illi: Fili mi! in omnibus Prophetis expectabam te, ut venires, & requiescerem in te. Tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum.* Quæ, si ita evenissent; soli etiam Christo sanctus hic innotuisset Spiritus: atque adeo tota hæc Inauguratio parum *publicationis* in se contineret; sed in solam *Baptizati* fidem solveretur, tota adstantium mulditudine parum vel nihil hinc confirmata.

§. 9. Enim vero Naziræorum Evangelium in nulla apud orthodoxos unquam fuit autoritate: reliquis autem plerisque dubiis dudum satisfecerunt Nostri. Ne verbum *VIDIT* ad solum Christum referas, obstat pronomen *αὐτὸν, super ipsum* g), alium indicans ab eo qui *VIDIT*. Cum, si idem fuerit, reciprocum adhiberi debuerit *ἐφ' ἑαυτὸν*, vel contracte *ἐφ' αὑτὸν super se*. Quod nuspiam deprehenditur. Accedit non ad erudiendum vel confirmandum Christum, *Visionem* hanc contigisse; sed partim propter Johannem. Ut non modo abunde certus sit de eo, quem in re maximi momenti universo commendare debebat populo, utut antea de facie eum non noverit h), ne ex composito inter Agnatos res videatur transacta: sed & impleatur ipsi, quod dudum fuerat promissum. Scilicet istum fore Messiam, *super quem visurus sit Spiritum descendentem, & immanentem ipsi* i). Quæ nisi hic adimpleta dicantur, nullibi referentur executioni data. Quod vix probabile. Partim etiam & præcipue, populus per utramque ripam dispersus erudiendus erat de dignitate Baptizati, & evidentibus convincendus indiciis, Eum talem fore, quem in posterum sine transgressione Legis tuto audire possint. Cum alibi k) Christo ad turbam sermonem faciente, Vox cœlitus delapsa glorificaret eum; mox ipse dicebat: *non propter se, sed propter populum* ea evenisse, *ut hic crederet in ipsum*. Idem certe, & multo magis circa primordia muneris subeundi necessarium erat. Cui omnino plus accedebat confirmationis, si Johannes *ea omnia vidit*, de alio testaturus; quam si solus Christus vidisset: qui de se ipso testatus, Judæis erat suspectus l). Et quamvis *αὐτὸς* interdum reciproce sumi videatur: nulla tamen nos cogit necessitas, quare vocem a propria significatione dimotam, in usu capiamus minus proprio. Cum extra dubium id sit, quod in omni Scriptorum genere, Verba illis quandoque respondeant subjectis, quæ remotius præcesserant m): Exempla sunt ubivis obvia.

§. 10.

g) Matth. III, 16. Marc. I, 10. Luc. III, 22. h) Joh. I, 31. i) Joh. I, 33. k) Joh. XII, 30. l) Joh. V, 31. m) Ut de Pronom. Interpr. §. 41. & ap. *B. Glass.* lib. 3. tr. 2. Can. 10. p. 188. sqq. (A. 513. seqq.) Hic conf. Jer. XV, 9. ubi plerique בושה וחפרה cum יולדת conjungunt, non cum proximiore שמשה.

§. 10. Quod verba attinet de cœlo pronunciata, omnis inter Evangelistas evanescit dissensus, & quilibet istorum voces non modo quoad valorem, sed prouti dictæ fuerint, concipi potest exhibuisse: si, cum *Gersone*, & *B.* nostro *Chemnitio*, quem & *Gerhardus* uterque approbat, dixeris, Patris vocem bis fuisse repetitam. Primo ad Christum directam, prouti Marcus eam annotat atque Lucas, *Tu es filius* &c. & deinceps *ad Baptistam*, & *reliquos omnes ad ripam constitutos*. Quibus Christum ex cœlorum apertura, & Spiritu Sancto sub forma columbæ in ipsum descendente, satis conspicuum, digito veluti monstrarit, verbis: *hic est filius meus* &c. prout ead. Matthæus consignata reliquit. In quem sensum diversitatem hanc, circa ipsa Ecclesiæ Christianæ primordia, conciliatam fuisse; indicat Ebionitarum Evangelium Matthæi Ebræum, Epiphanio n) recte *mutilum* vocatum & *adulteratum*. Cum multa explicationis ergo inserat, alia mutet, & deleat alia. Verba ejus in Versione latina sunt seqq. *Baptizato populo, venit & Jesus, & a Johanne baptizatus fuit. Cumque ascendisset ex aqua, aperti sunt cœli, & vidit Spiritum Dei sanctum, columbæ specie descendentis & intrandis in sese. Et vox reddita de cœlo dicens: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et iterum, Ego hodie genui te. Statimque eo in loco lux ingens affulsit. Quæ conspecta, Johannes sic eum alloquitur: Tu! quis es Domine? rursumque vox lapsa de cœlo hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ad hæc Johannes ad ejus pedes accidens, quæso! inquit, Domine, tu me ipse baptiza. At ille probibeat eum, dicens: sine, ita enim decet nos implere omnia* o).

§. 11. Quando vero porro quæritur, *quis vocem istam* cœlitus delapsam *audiverit*, & intellexerit? utrum baptizatus solus? an vera Baptista simul, & turba adstans universa? id, ob Scripturæ silentium, altioris est indagi-



n) Hæresi XXX. §. 13. p. m. 137. o) Verba ex Ebræo in græcum translata, apud *Epiphanium* l. c. ita sunt concepta: τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος, ἦλθε καὶ Ἰησοῦς, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου. Καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησεν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον, ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθούσης καὶ εἰσελθούσης εἰς αὐτόν. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσα, σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. Καὶ πάλιν, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκα σέ. Καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα ὃ ἰδὼν (φησι) ὁ Ἰωάννης λέγει αὐτῷ, σύ τίς εἶ Κύριε; καὶ παλὶν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς αὐτόν, οὗτος ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα. Καὶ τότε, φησὶν ὁ Ἰωάννης προσπεσὼν αὐτῷ ἔλεγε, δέομαί σου Κύριε, σύ με βάπτισον. ὁ δὲ ἐκώλυεν αὐτῷ, λέγων, ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρέπον πληρωθῆναι πάντα.

indaginis. De *videndo* quidem Spiritu S. Johanni facta fuerat promissio p). Cujus adimpletionem ingenue profitetur, verbis *τεθέαμαι* & *ἑώρακα* q) quam & duo alii attestantur Evangelistæ, Matthæus atque Marcus *, verbo *εἶδε*, ad remotius relato. De *Voce* vero ipsi *audienda*, nulla uspiam extat promissio. Nihilominus tamen verba Matthæi, *hic est filius meus* &c. postulant; vocem hanc ab alio, præter Christum, auditam fuisse & intellectam. Nisi frustra eam contigisse, temerarie admodum dixeris.

§. 12. Quod Johannes eam *audiverit* atque intellexerit, haud parum inde confirmatus in testimonio illo edendo r): *Testor, quod hic ipse sit ille Dei filius*; nemo ambiget. Et forte *ἑώρακα* l. c. idem est ac *audivi*. Cum *visus*, uti pro quocunque sensu poni consuevit, haud raro pro *auditu* adhiberi soleat. Ne, quod *viderit*, bis dicatur expressum, ob v 32. illis, quæ *audiverit*, prorsus neglectis. Hoc sensu dicitur populus monti Sinai adstans, *vidisse vocem* s), it. oculis suis *vidisse* verba t): & regeneratio Jeremiæ jubetur *videre* verbum Domini u). Turbæ vero adstanti vocis hujus perceptionem dubiam faciunt, ut alia multa, ita inprimis Salvatoris verba x), Judæis ipsis exprobrata, *Patris vocem NVNQVAM audiverint*.

§. 13. Hinc moti potissimum videntur diversorum seculorum autores, ut in diversas irent sententias. *DIONYSIVS* Carthusianus *Christum solum, & Johannem columbam vidisse, & vocem audivisse*, ait y). Quo trahunt nonnulli z) quædam *Hilarii* a) verba, dicentis: *Forte in Hierosolymis manentes non audiverant; quia in desertis JOHANNES SOLVS AVDIERIT. ——— Non enim testimonio jam JOHANNIS utitur, VOCEM e cælo AVDIENTIS.* Paulo liberaliores erant illi, ad quos provocat *Chrysostomus* b), dicentes: *non omnes, sed Johannem tantum, & quosdam*

p) Joh. I, 33. q) l. c. v. 32. 34. *) Ille c. III, 17. hic c. I. 10. r) Joh. I. v. 34. s) Exod. XX, 15. t) Deut. IV, 9. 35. coll. c. V, 21. 23. 33. u) Jer. II, 31. Conf. *Rabboth.* ad Cant. I, 2. f. 2. 4. circa fin. f. 5. c. 1. *Schemoth rabba* Sect. V. f. 123. c. 2. l. 11. seqq. *Jalkut Rubeni* Sect. יתרו f. 96. c. 4. ant. med. *Ab. Esr.* ad Exod. III, 6. *R. Moses Alschech* ad Cant. f. 5. a. circa fin. *Abarb.* ad Exod. XX, 15. f. 176. c. 4. l. 24. sqq. x) Joh. V, 37.

y) Enarrat. in Evang. Matth. art. VI. z) *Sebast. Barradius* Commentariorum in Concordiam Evangelist. Tom. II. p. 47. b. a) lib. IX. de Trinit. p. m. 122. Edit. Basil. 1570. b) Homil. XVI. in Johannem, p. 107. Verba græca sunt, *οὐδὲ πάντας αὐτοὺς τεθεᾶσθαι, ἀλλ' ἢ μόνον Ἰωάννην, καὶ τοὺς εὐγνωμονέστερον διακειμένους.*

*quosdam vita & moribus probatiores, vidisse* Spiritum, ac vocem audivisse. *CAJETANVS columbam a Christo solo, & Johanne visam* putat; *vocem vero a multis auditam* quidem, sed *non intellectam.* Charthusiani, ferme sententiam e recentioribus celeberrimus *JOH. LIGHTFOOT* c), præter jam dictam, aliis insuper VII. rationibus adstruit, non prorsus contemnendis. Quod *Ego vidi*, dicat Baptista d): qui, si vidissent universi, & audivissent, majori cum fructu dixisset, *vidimus*, *audivimus*. Vel, ut *BARRADIVS* e) urget, *vos vidistis.* Præterea quod vix locum invenire videatur apud eos, *in quorum medio stetisse* dicitur f), non agnitus. Ipsa insuper Scriptura teste, *tota* hæc *revelatio*, si non unice, *præcipue* saltem *propter Johannem* facta fuerit g). Per cujus prædicationem deinceps certior fieri debeat populus; utpote in hunc finem unice missi h). Ad hæc vix credibile putetur, ut post tam memorabile spectaculum, populus diutius vel Messiam prorsus ignoraverit; vel majoris fecerit Johannem, quam Jesum cœlitus ipsis commendatum i). Et, si ad Johannis indicium digito factum, statim discipuli quidam se ei adjunxerunt k); multo magis id fecisse putarentur, si Deus ipse cœlitus eundem ipsis demonstrasset: præsentesque non vidissent modo Spiritum in specie columbæ descendentem, & in Christo manentem; sed & testimonium de Eo cœlitus datum, distincte percepissent, & intellexissent omnes. Quid? quod ratio afferri non possit, quorsum Christus pari e cœlo fretus testimonio, tribus solummodo spectantibus Apostolis, his tam solicite silentium imposuisset l), circa rem jam antea turbæ promiscuæ manifestatam. Quibus annecti possit, *revelationes* hujusmodi Prophetis seu *Docentibus*, ex singulari DEi gratia fuisse concessas; non plebi promiscuæ: quæ per Prædicationem istorum esset convertenda, ceu medium ordinarium, homines ad veri Messiæ cognitionem perducendi.

§. 14. Equidem inusitatum non est, ut e pluribus præsentibus, visiones cœlestes vel unus saltem percipiat, vel pauciores. Stephanus solus vidit cœlum apertum, & Jesum a dexteris DEi stantem m), adversariis ejus nil quicquam hujus observantibus. Qui Paulum comitabantur, Christianos persecuturum prope Damascum proxime adstabant ipsi: ille tamen



c) Harmonia Evangelistarum p. 344. b. seqq. d) Joh. I, 32. 34. e) l. c. a. circa fin. f) Joh. I, 26. g) Joh. I, 33. h) Joh. I, 7. 31. i) quam rationem urget etiam *Barradius* l. c. k) Joh. I, 29. sqq. v. 37. sqq. l) Matth. XVII, 9. m) Act. VII, 55. 56.

tamen *solus Vocem audivisse* dicitur vehementissimam n); reliquis lucem quidem videntibus, & Pauli solum, non autem loquentis cum eo vocem audientibus o). Quæ turba Christo aderat, quum vox cœlitus delapsa, glorificationem Ejus confirmabat, audiebat quidem sonum, seu strepitum ingentem; sed sensum verborum non percipiebat p). Alioquin nec Angeli alloquium soli Christo sanctum interpretati eam fuissent, nec fulgur. Utut in istorum unice gratiam, Christo teste, vox illa evenerit q).

§. 15. Et, ne Judæi veritatem rei in dubium vocent, e veteri fœdere prodeat Elisa: qui Syris Dothanem obsidentibus, *equos currusque igneos*, *se* ipsum atque ministrum *undique cingentes*, solus vidit; minime observatos ministro, donec singulari Dei beneficio, ad preces magistri, ejus aperirentur oculi r). Quoties vox Dei facta dicitur ad Mosen, de tentorio conventus; toties eam soli Mosi auditam contendit omnis Ebræorum Antiquitas: quamvis totus populus præsens adstiterit, & tanto Vox edita fuerit fragore, ut ad sonum accesserit tonitrui. Prolixiores sunt pro hac sententia inculcanda, in *Torath Cohanim;* quam ut propriis hic verbis legi possint, in id collimantibus, ut ne Aaroni, qui Mosi adstiterit, imo ne Angelis quidem ministrantibus, Vocem concedant auditam s). Audiamus tamen *R. Salomonem Isaacidem*, mentem Majorum in synopsi exhibentem,

n) Act. IX, 4. o) Act. XXI, 9. c. XXVI, 14. p) Joh. XII, 28. 29. q) l.c. v. 30.
r) 2. Reg. VI, 15. sqq. s) *Perek* II. *θ.* 10. 11. f. 3. c. I. Edit. Venet. Ubi f. 2. c. IV. *θ.* 4. *R. Jose Galilæus* ait: *in tribus locis Deum Mosi locutum fuisse, ut Aaron*, (quamtumvis adstans), *non exaudiverit: in Ægypto* Exod. VI, 28. *in monte Sinai*, Num. III, 1. *&* *de tentorio conventus* Lev. I, v. 1. *R. El-asar* l.c. *θ.* 5. 7. 8. 9. *E verbis* Exod. XXV, 22. *conveniam tecum*, infert, *tibi indictio loci facta est*, *non autem toti Israeli.* Exc. *Aut eximam quidem eos a conventu, non autem ab alloquio?* Resp. *doctrinam respondendi* huic dubio *continent verba* sqq. l. c. *&* *loquar tecum.* Inst. *Forte Israelitæ sunt eximendi non tamen Seniores? aut si Seniores, non eximendi erunt filii Aaronis. Aut si etiam hi, non tamen Aaron ipse erit eximendus!* Resp. *Dubium hoc solvunt verba, ut loquar AD TE: q. d. tecum erit locutio, non autem cum omnibus.* Exc. *Numquid forte locutionem quidem non audiverunt*, (singulis vocum literis articulate & distincte observatis, juxta interpretationem *R. Aaronis Aben Chajim*, in *Korban Aaron* f. 40. c. 4. circa fin.); *audiverunt vero vocem?* Resp. *dubium hoc solvit restrictio*, *El*, scil vox facta est; non autem toti Israel. Exc. *Aut eximam quidem omnes Israelitas, non autem Seniores? aut si*

bentem, in limine Commentarii in Leviticum t). *Cum dicitur vocasse Deus Mosen, vox illa prodibat, & aures feriebat Mosis, nemine Israelitarum quicquam audiente.* Interjectis quibusdam, ad verba *de tentorio conventus* commentari pergit u) *docent, quod vox ista abrupta fuerit, nec extra tentorium se extenderit. Fieri ne potest*, id evenisse, *quia Vox illa depressa erat? responsionem dubio huic reddendam suppeditant* verba Num. VII. v. 89. ubi dicitur audivisse *eam ipsam vocem*, cum articulo. *Ut indigitet eandem vocem, quæ in hymnis explicatur*, Psal. XXIX. v. 4. 5 *Vox Domini robusta, vox Domini magnifica, vox Domini cedros confringens.* Exc. *Si ita fuerit, quare diceretur, de tentorio conventus?* Resp. *Docet, vocem illam fuisse abruptam. Eodem modo, quo* Ezech. X. v. 5. *dicitur, & sonus alarum Cheruborum audiebatur ad atrium usque exterius.* Inst. *Numquid ita evenit, quia vox erat depressa?* Resp. *responsionem huic dubio reddendam* suppeditant verba proxime sqq. *qualis esse solet vox Dei omnipotentis, quando ipse loquitur.* Exc. *Quod si res ita se habeat, quare dicitur, ad atrium* saltem *exterius* fuisse auditam? *quia, simul ac eo pervenisset, fuit abrupta.* Conf. Cod. *Joma* f. 4. b. l. 23. sqq. Similiter cum post vitulum in deserto turpiter conflatum, & per Mosen mox dissipatum, Deus, columna nubis ad ostium tentorii constituta, cum Mose loqueretur; totus populus videbat quidem columnam nubis ibi rectam: sed ni-

---

*Seniores eximendi sunt, non eximam filios Aaronis? Et si etiam hi eximendi sunt, non eximetur tamen Aaron ipse?* Respondetur *El* tantum *Vox* facta est. Exc. *Quod si omnes sunt eximendi, non tamen Angeli ministeriales poterunt eximi? quia ne Moses quidem in ipsorum ingredi potest societatem, nisi prius vocetur.* Resp. *dubium hoc solvunt*, quod modo El, modo *AD EVM* Num. VII, 89. *vox* dicitur directa. *Id quod docet, Mosen eam audivisse vocem, non vero ullum memoratorum vocem percepisse eandem* t). Verba Ebræa sunt sqq. ויקרא אל משה הקול הולך מלמד שהיה הקול (u ומגיע לאזניו וכל ישראל לא שומעין: כפסק ולא היה יוצא חוץ לאוהל: יכול מפני שהקול נמוך ת"ל את הקול מהו הקול הוא הקול המתפרש בתלים קול יהוה בכוח קול יהוה בהדר קול יהוה שובר ארזים: א"כ למה נאמר מאהל מועד מלמד שהיה הקול נפסק׳ כיוצא בו וקול כנפי הכרובים נשמע עד החצר החיצונה: יכול מפני שהקול נמוך ת"ל כקול אל שדי בדברו: ואם כן למה נאמר עד החצר החיצונה שכיון שמגיע שם היה נפסק:

ſed nihil prorſus percepiſſe creditur de verbis Dei, cum Moſe familiariter colloquentis x).

§. 16. Et, quod propius ad noſtrum accedit inſtitutum, Deus Moſi fidem conciliaturus apud populum, ut in poſterum omnia ab ipſo præſcripta reciperent, tanquam Oracula divinitus ſibi tradita, iisque aſſenſum præberent & obſequium y): alloquebatur eundem in monte Sinai, & ad interrogata reſpondebat. Totus vero populus ad radices montis conſtitutus, audiviſſe quidem putatur ſonum loquentium. De ſenſu vero verborum

x) Exod. XXXIII, 9. ſeqq.

y) Digna ſunt, quæ hic audiantur, verba *ABEN ESRÆ*, Comment. ad Exod. XIX, v. 9. דע כי מצרים והודו הם מבני חם ואלה
סומכים על אלה — וחכמי הודו כיתנך ראיותיה כפי
מחשבתם כי לא יתכן שידבר השם עם אדם וחי׳
וישראל היו במצרים והיו בהם אנשים על דעת
האמונה הזאת׳ והיתה נבואת משה בספק אצלם אין
טענה מטלת ויאמינו ביהוה ובמשה עבדו׳ כי כתוב וירא
שראל ולא כל ישראל׳ ואילו היה כתוב כל ישראל
ידבר על הרוב כמשפט הלשון כמו וימת כל מקנה
ימצרים ואחר כן כתוב שלח העז את מקנך׳ והנה טעם
אנכי בא אליך תשובה על דברי משה שהגיד לו כן׳
וטעם כעב הענן ברדת השם על ההר׳ ובדברי עמך עשרת
הדברים אז יאמינו כי נכון הוא שידבר השם עם אדם
וחי׳ וטעם וגם בך יאמינו שאתה נביא ויוסר הספק ממחשבותם׳
והנה כתוב מפורש היום הזה ראינו כי ידבר אלהים את
האדם וחי׳ ועוד כתוב שם כי מי כל בשר אשר
שמע קול אלהים חיים מדבר מתוך האש כמונו ויחי
ושם כתוב קרב אתה ושמע וזהו וגם בך יאמינו
לעולם: i. e. *Scito, Ægyptios atque Indos ex poſteris Chami fore, pluresque inter ſe conſuetudines habere communes.* ——— *Ghymnoſophiſtæ autem Indorum rationes reddunt, ſecundum opinionem ipſorum* evidentes; *quod fieri non poſſit, ut Deus cum ullo loquatur homine, qui vivus maneat. Cum itaque Iſraelitæ in Ægypto commorarentur, plures inter ipſos eandem amplectebantur ſententiam. Quibus Prophetia Moſaica* ſuſpecta ac *dubia erat. Nec ratio in contrarium afferri poterit ex dicto illo* Exod. XIV, 31. *& crediderunt in Dominum, & in Moſen ſervum ſuum. Quia ibidem ſcriptum extat: & vidit Iſrael, non autem omnis Iſrael. Et ſi vel maxime ſcriptum extaret, Omnis Iſrael: loqueretur*

borum nihil percepisse penitus. z). Quin imo ipsa Decalogi promulgatio, de qua tantopere gloriantur Judæi, non tantum, acutissimo ipsorum Docto-

 re.

*tamen de maxima ejus parte, pro more linguæ. Quemadmodum* Exod. IX, 6. *dicitur, & moriebatur omnis pecus Ægyptiorum; & nihilominus paulo post scriptum legibus* v. 19. *mitte, collige omnem pecudem tuam. Ecce ergo sensus verborum* Exod. XIX, 9. *Ego venturus sum ad te, responsionem continet ad verba Mosis, Ipsi ita indicata. Et sensus* verborum *in densitate nubis, quando* scil. *descenderit Dominus super montem: & quum locutus fuero tecum* l. c. *Decalogum; tunc credent, quod verum sit, Deum cum homine colloqui diutius victuro. Ac proinde sensus* verborum, *& etiam in te credent, quod scil. Propheta sis. Eoque ipso dubium ab ipsorum removebitur cogitationibus. Ecce enim clare scriptum est* Deut. V, 21. *hoc ipso die vidimus, quod loqui soleat Dominus cum homine, qui vivus permanet. Et amplius tibi scriptum est* v. 23. *Nam quæ est ulla caro, quæ audiverit vocem Dei viventis, loquentis de medio igne, sicut nos, & vixerit? Ubi simul scriptum est* v. 24. *propius accede tu, & audi. Et hoc est illud: etiam in te credent in æternum.* Frustra vellicat eum *RAMBAN* Comment. ad Exod. XIX, 9. quasi probrosum sit semini Abraham, *dubium fuisse de veritate Prophetiæ: cui crediderint inde a suis Majoribus.* Ipsa scripturæ verba ab *Ab. Esr.* allegata clare docent, ex nulla alia causa colloquium illud institutum fuisse, quam ut fides habeatur Mosi, seu Doctori divinitus misso. *ABRAB.* ad Exod. XX, 1. f. 171. c. 3. l. 40. sqq. היה המעמד ההוא כדי שידעו ויאמינו ישראל בשלמות שמשה היה שליח נאמן לאלהים במדרגת הנבואה ושהיה השם מדבר עמו כאשר ידבר איש אל רעהו וכו׳: i. e. *Stationem illam factam fuisse*, ait, *ut cognoscerent & crederent Israelitæ perfectissime, Mosen fore fidelem Dei Legatum in Gradu Prophetiæ, & quod Deus cum ipso loquatur, ut loqui solet vir cum proximo suo.* Alibi ad Exod. XIX, 16. f. 170. c. I. l. 23. seqq. *Octo* nominetenus recenset grandia miracula, in hunc unice finem tunc perpetrata.

z) Exod. XIX. v. 9. *R. MOSES BAR NACHMAN* ad l. c. v. 13. a Majoribus edoctus, asserit, *totum populum, qui in castris erat, trepidasse*, ולא השיגו דבור בגבורה הזאת זולתי קול: i. e. *qui non assecuti sint sermonem, per Fortitudinem hanc editum, præter* nudum *sonum.* Paulo inferius ad v. 19. ישראל שומעים קול האלהים שעונה איתו ויצונו והם לא יבינו מה יאמר לו ויצוה אותו: i. e. *Israelitæ* inquit, *audiebant vocem DEi ipsius, qui respondebat Mosi*, (ante promulgationem Decalogi),

re *R. Mose Maimonide* judice a), ita traditur peracta, ut universus populus monti adstans, vocem quidem audiverit vehementissimam; articulatam autem & verborum sensum nemo perceperit, nisi Moses. Qui ceu mediator divinitus constitutus b), eundem deinceps revelarit reliquis. Sed Antiquorum plurimi eandem cum ipso tenuerunt sententiam: ipsis Scripturæ verbis, ad eam defendendam, inducti. In quem finem urgent verba ad *unum* directa, non ad populum universum: item præcepta, quæ *Legislatorem* Deum introducunt, tanquam *tertium*, & diversum a promulgante internuncio: & quod *vocem* saltem, vel *sonum verborum* audivisse dicantur c); non verba ipsa d).

§. 17.

---

*eique præcepta dabat:* IPSI VERO NON INTELLIGEBANT, QVID DICERET EI, QVIDVE *MANDARET EIDEM.* Quem *R. Becbai* ad Deut. V, 5. f. 194. c. 3. l. 38. seqq. hoc nomine commendat, Conf. idem ad Exod. XIX, 9. f. 87. c. 3. l. 21. & vid. *Joma* l. c.

a) in *More Nebuchim* Part. II. c. 33. b) Deut. V, 5. coll. Gal. III. v. 19. c) Deut. IV, 12. c. V, 23. d) Verba *Maimonidis* in Versione Ebræa per *R. Sam. Aben Tybbon* confecta, ita sonant: יתבאר לי
שבמעמד הר סיני לא היה המגיע למשה מגיע לכל
ישראל/ אבל הדבור למשה לבדו ע״ה ולזה בא ספור עשרת
הדברות כולו ספור היחיד הנפרד והוא עליו השלום ירד לתחתית
ההר ויגד לבני אדם מה ששמע/ אמרה התורה אנכי
עומד בין יהוה וביניכם/ ואמר גם כן משה ידבר והאלהים יעננו
בקול/ ובביאור אמרו במכילתא כי כל דבור ודבור היה
משיבו להם כמו ששמע׳ וכתוב בתורה גם כן בעבור
ישמע העם בדברי וגו מורה כי הדבור היה לו והם
ישמעו הקול ההוא העצום לא הבדל הדברים/ ועל שמע הקול
ההוא העצום אמר כשמעכם את הקול/ ואמר קול דברים
אתם שומעים ולא אמר דברים אתם שומעים/ וכל מה
שבא משמע הדברים אמנם הנרצה בו שמע הקול
ומשה הוא אשר ישמע הדברים ויספרם להם/ זהו
הנראה מן התורה ומרב דברי החכמים ז״ל/
i. e. *Clarum mihi est, in Statione ad montem Sinai, id quod ad Mosen pervenit, non pervenisse ad omnem Israelitam; sed Sermonem Mosi soli p. m. contigisse. Quapropter occurrit recensio Decalogi tota in numero singulari abstracto. Ipse autem, super quem pax sit, descenderat ad radices montis, & significabat filiis hominum id quod audiverat. Docet hoc ipsa Scriptura* Deut. V, 5. verbis: *ego stabam inter Dominum & in-*

§. 17. Nec aliter sentire potuerunt tam illi, qui totum Decalogum *locutione una*, vel *simul* pronunciatum inepte contendunt e); quam qui



sonum

ter Vos. *Quæ similiter dicit* Exod. XIX, 19. *Moses loquebatur, & Deus respondebat ipsi voce. Et clare dicunt in Mechilta, quod singula verba ad eos retulerit, sicut audiverat. Et scriptum similiter est in Lege* Exod. XIX, 9. *propterea ut audiat hic populus cum loquor ego* &c. *Id quod docet, Sermonem contigisse ipsi, reliquos autem audivisse vocem illam robustam, non discrimen verborum,* (מבלי חתוך אותיות/ *absque interfectione literarum,* ut *Abrab.* allegat verba Quæst. XIV.). *De auditu enim Vocis istius robustæ sermo est, quum dicitur* Deut. V, 23. *Cum audiretis vocem illam: &* alibi *dicit* c. IV, 12. *Vocem verborum vos audiebatis: nec dicit, Verba vos audiebatis. Quicquid ergo de auditu Verborum occurrit, intelligi vult de auditu vocis. Moses autem est, qui verba audiebat, & enarrabat reliquis. Hoc est id, quod mihi videtur e Scriptura* inferendum, *a plerisque Doctorum nostrorum p. m. approbatum.* Mox plures affert, dicentes, quod Octo præcepta posteriora, ne quoad sonum quidem ex ore Dei enunciata populus audiverit; sed a solo Mose. Quorum vestigiis insistit *R. Mose bar Nachman*: cujus Verba in compendium redacta exhibet *Abrabb.* Quæst. XIV. in Exod. XIX. f. 167. c. 2. med. Ubi & f. 171. c. 3. circa fin. pariter utrique respondet. Etiam *Bechai* f. 88. c. 2. l. 33. seqq. *Maimonidis* affert sententiam. Quam usque eo non improbat, ut non dubitet subjungere, וכן אמרו רבותינו ז"ל אנכי ולא יהיה לך מפי הגבורה שמענום וזהו ההבדל שבין משה לישראל/ ישראל שומעין קול דברים ומשה שומע הדברים/ i. e. *Similiter* prorsus *dixerunt Doctores nostri p. m. EGO, & NON ERIT TIBI ex ore Fortitudinis audivimus: hoc discrimine Mosen inter atque Israelitas intercedente; ut Israelitæ audiverint sonum Verborum, Moses autem perceperit Verba ipsa: quæ deinceps illis distincte exposuerit.* Et idem addit, etiam *Onkelosum* hanc fovisse sententiam, eamque in sua conatum fuisse exprimere Versione Chaldaica. Digna forent verba hujus Doctoris in hanc rem, ut exprimerentur, nisi paulo forent prolixiora. Conferat, qui potest, una cum *Raschi* ad Exod. XIX, 19.

e) Quæ communis ferme est omnium Antiquorum sententia: quam incertum, an ex וידבר quod unum loquendi actum denotat, conjuncto cum כל הדברים, Exod. XX. vers. 1. an aliunde, inferant. *Raschii* verba ad l. c. ex *Mechilta* sunt desumta: ubi f. 25. c. 1. circa fin. edit.

ſonum illum ad omnes mundi partes penetraſſe dicunt f), quibusdam Gentium



—— *format lucem, & creat caliginem: efficit pacem, & creat malum. & iſta omnia momento eodem.* Quæ ipſa etiam in *SCHEMOTH RABBA* leguntur Sect. XXVIII. f. 144. c. 2. l. 12. ſqq. In *BAMMIDBAR RABBA* autem Sect. XI. f 245. in fin. & f. 246. ab init. Pſ. CXLVII, 4. & Jeſ. XL, 26. inter ſe collatis inferunt: כשחקדוש ב״ה קורא אותם הוא קורא שמות כלן כאחת והם עונין מה שאי אפשר לו לבשר ודם לקרות שני שמות כאחת וכן הוא אומר וידבר אלהים את כל הדברים האלה לאמור מלמד שכל עשרת הדברות אמר בדבור אחד ואומר אחת דבר אלהים שתים זו שמעתי כי עוז לאלהים i. e. *Quum Sanctus ille benedictus convocat Angelos, omnium nomina iſtorum ſimul vocat, quolibet iſtorum* ſeorſim *reſpondente. Id quod nemo mortalium valet, ut* vel *duo ſimul nomina ſimul efferat. Atque ita qum dicit: & locutus eſt Deus omnia Verba iſta* Exod. XX, 1. *docet quod omnia decem Præcepta dixerit Verbo unico. Cum dicatur* Pſalm. LXII, 12. *Unum locutus eſt Deus, duo id ipſum audivi, quia robur eſt DEO.* Sed *R. BECHAI* vocem לאמר verbo וידבר ſuperadditam, cauſam dediſſe putat receptæ huic ſuorum ſententiæ. Ita enim ſuam in hac re declarat mentem f. 88. c. 2. l. 21. ſqq. וידבר אלהים את: כל הדברים האלה לאמור הוסיף לאמר להורות שכל הדברות האלה באמירה אחת באמרו מה שאין הפה יכול לדבר ומה שאין האוזן יכולה לשמוע או יש לפרש לאמר על הנסתר כי כל דברי השי״ת יש בהם נגלה ונסתר ויבא הדבור על הנגלה והאמירה על הנסתר וכו׳ i. e. *Et locutus eſt Deus omnia verba iſta, dicendo. Addidit DICERE LOCVTIONI, ad docendum, quod omnia illa Verba* (vel Præcepta.) *voce unica dicta fuerint. Id quod nullum os valet eloqui, nec auris potens eſt ad* id *audiendum.* —— *Aut explicandum eſt illud DICENDO, de occulto. Quia in omnibus Dei verbis aliud eſt manifeſtum* & apparens; *aliud autem occultum* latitans. *Quomodo LOQVI occurreret de manifeſto, & DICERE de occulto* &c. Vid. id pluribus explicatum apud eund. f. 76. c. 3. l. 33. ſqq. Alia autem *Talmudiſtarum* loca brevitatis ſtudio omitto. Quisquis vero Judæorum hanc approbat ſententiam; non poteſt non confiteri, Patribus ſuis ſolam vocem. ſeu ſonum promulgantis Decalogum, fuiſſe auditam, verbis non intellectis. Nemo quippe mortalium ex voce una diſtincte audita, diverſos diſtinctiſſimos elicere poterit ſonos, & pro veritate horum varias ſententias.

f) Verba *TANCHVMÆ* ſupr. jam vidimus paucis: pluribus idem dixerat f. 26.

tium putantibus, novum Mundo imminere cataclyſmum; aliis autem interitum ejus per ignem inſtare opinantibus g). Et quomodo ſingula Decalogi verba percepiſſe, eorumque valorem intellexiſſe dici poterunt? qui ad pri-

c. 3. l. 20. ſqq. ad illuſtrandum Job. XXXVII, 5. מהו ירעם אל בקולו נפלאות כשנתן הקב״ה את התורה בסיני הראה בקולו לישראל פלאי פלאים׃ כיצד היה הקב״ה מדבר והיה הקול יוצא ומחזיר בכל העולם וישראל שומעין את הקול וכו׳ i. e. *Quod eſt illud: tonat Deus voce ſua mirabilia? Cum promulgaret Deus in Sinai Legem ſuam, oſtendit voce ſua Iſraelitis mirabilia ſtupenda. Quomodo? Deo benedicto loquente, Vox illa prodibat, & circuibat per mundum hunc univerſum. Quam vocem audiebant Iſraelitæ* &c. Quibusdam interjectis, l. 34. ſqq. pergit: וכל העם רואים את הקול אינו אומר אלא את הקולות׃ אמר ר׳ יוחנן היה הקול יוצא ונחלק לשבעה קולות ומשבעה קולות לשבעים לשון כדי שישמעו כל האומות׃ וכל אומה ואומה שומעת קולו בלשון האומה ונפשותיהם יוצאות וכו׳׃ i. e. Exod. XX, 15. *non dicitur, & omnis populus videbant Vocem iſtam, ſed voces iſtas. Docuit R. Jochanan, Vocem iſtam exeuntem in Septem diviſam fuiſſe Voces, e quibus ſeptem Vocibus in Septuaginta* tranſierit *linguas; adeo ut audirent nationes omnes. Qualibet autem natio audiebat vocem ejus in lingua genti ſuæ vernacula: & animæ iſtarum exſpirabant* &c. Quæ iisdem ferme verbis proſtant in *SCHEMOTH RABBA* Sect. V. f. 123. col. 1. fin. & c. 2. In Cod. *SCHABBATH* f. 88. b. l. 11. ſqq. א״ר יוחנן מאי דכתיב יתן אומר המבשרות צבא רב כל דבור ודבור שיצא מפי הגבורה נחלק לשבעים לשונות תנא דבי ר׳ ישמעאל וכפטיש יפצץ סלע מה פטיש זה נחלק לכמה ניצוצות את כל דיבור שיצא מפי הקב״ה נחלק לשבעים לשונות׃ i. e. *R. Jochanan dixit, quid eſt quod ſcriptum extat* Pſ. LXVIII, 12. *Deo edente ſermonem, annunciantes exiſtunt exercitus amplus?* Reſp. *Quodlibet verbum, quod ex ore egrediebatur Fortitudinis, in LXX. diviſum fuit linguas. Schola R. Iſmaelis* huc *applicat* Jer. XXIII, 29. *& quemadmodum malleus diffindit rupem. Quomodo ſe res habet cum malleo? diffinditur in infinitas particulas;* ita *etiam quodlibet verbum ex ore Dei egreſſum, in LXX. diviſum fuit linguas.*

g) Ita in antiquiſſimo Judæorum libro *MECHILTA* Sect. וישמע יתרו init. f. 22. a. Edit. Ven. proſtat, conſentiente Cod. Talm. Bab. *SEBACHIM*, f. 116. a. l. 44. ſqq. מה שמועה שמע ובא מלחמת עמלק שמע ובא שהיא כתובה בצדו דברי רבי יהושע רבי אלעזר אומר

ad primam vocem *exanimati*, & per aliquot milliaria a monte rejecti, tamdiu insensibiles & velut mortui jacuisse perhibentur; donec Decalogus jam promulgatus, supplex apud Deum intercederet, ut in vitam revocaret mortuos h). Quod de Majoribus suis monti Sinai adhærentibus pleno ore commemorant Antiquissimi quique. §. 18.

---

מתן תורה שמע ובא/ שבשעה שנתנה תורה לישראל זעו כל מלכי האדמה בהיכליהם שנאמר ובהיכלו כלו אומר כבוד/ באותה שעה נתקבצו כל מלכי אומות העולם אצל בלעם הרשע אמרו לו בלעם שמא המעשה זה עושה לנו כשעשה לדור המבול שנ' יהוה למבול ישב וישב יהוה מלך לעולם/ אמר להם שוטים שבעולם כבר נשבע הקב"ה לנח שאינו מביא מבול לעולם שנ' כי מי נח זאת לי אשר נשבעתי מעבור מי נח עוד על הארץ/ אמרו לו שמא מבול של מים אינו מביא מבול של אש מביא/ להם אינו מביא לא מבול של אש ולא מבול של מים/ אלא תורה נותן הקב"ה לעמו ולידידיו שנ' יהוה עוז לעמו יתן/ כיון ששמעו כולם מפיו הדבר הזה ענו כולם ואמרו איזר כף יהוה יברך את עמו בשלום ופנו והלכו איש למקומו

i. e. *Quinam est rumor ille, quem* Jethro *audivit, ut veniret! Bellum cum Amalekitis audiverat, ideo venit. illud enim a latere hujus descriptum fuerat. Quæ sententia est R. Josuæ. At R. Elasar opinatur, Promulgationem Legis ipsi fuisse auditam, unde venerit. Ea quippe hora, qua Lex promulgabatur Israeli, omnes in Palatiis suis commoti fuerunt Reges terræ, sicut dicitur* Psalm. XXIX, 9. *In Palatio suo quisque dicit honorem. Hoc ipso tempore omnes Gentium hujus mundi Reges congregabant sese apud Bileamum istum impium, dicentes ipsi: Bileam! forte opere hoc facit nobiscum sicut olim faciebat cum generatione Diluvii? sicut dicitur* l. c. v. 10. *Dominus ad Diluvium sedit, & residet, Dominus Rex in perpetuum. Quibus respondit, o stultissimi mortalium! jam olim juravit Sanctus ille benedictus Noacho, quod nunquam amplius inducturus sit mundo diluvium,* (Conf. Gen. VIII, 21.) *sicut dicitur* Jes. LIV, 9. *nam ut aqua diluvii, hoc mihi: certe juravi, ne transeant aquæ Diluvii amplius super hanc terram. Respondebant ipsi: forte Delevium aquarum non inducturus est, sed Delevium per ignem inferet. Quibus regerebat: Nec ignis Delevium inferet, neque aquarum. Sed Legem promulgat Sanctus ille benedictus populo suo suisque Amicis, sicut dicitur* Psalm. XXIX, 11. *Dominus robur populo suo dabit. Qua ex ore ipsius sententia audita, ad unum Omnes respondebant, ac dicebant deinceps* l. c. *Dominus benedicat populo suo in pace; atque respicientes abierunt, quisque ad locum suum.* Conf. *JALKVT Simoni* ad *l. c. f.* 76. c. 4. circa fin. h) Cod. *SCHABB.* f. 88. b.

l. 29. אמר ריב״ל כל דיבור ודיבור שיצא מפי הקב״ה יצתה נשמתן של ישראל שנ׳ יצאה נפשי בדברו וכו׳ i. e. *R. Josua f. Levi dixit, ad quodcunque Verbum ex ore Sanct. illius benedicti egressum exspiravit anima Israelitarum, sicut dicitur* Cant. V. v. 6. *exspiravit anima mea, quum loqueretur ille.* Paucis interjectis l. 31. sqq. pergit, eundem *R. Josuam b. Levi* docuisse כל דבור ודיבור שיצא מפי הקב״ה חזרו ישראל לאחוריהן י״ב מיל׳ i. e. *ad quodcunque verbum ex ore Dei benedicti egrediens, retro actos fuisse Israelitas retrorsum ad duodecim milliaria.* *SCHEMOTH RABBA* Sect. XXIX. f. 144. c. 4. l. 13. seqq. וארא קולו שמענו מתוך האש ולא היה בהם כח לעמוד שכיון שבאו לסיני נגלה להם פרחה נשמתם על שדבר עמהן שנ׳ נפשי יצאה בדברו׳ אבל התורה בקשה עליהם רחמים מלפני הקב״ה׳ יש מלך משיא בתו והורג ביתו כל העולם כולו שמחים ובניך מתים׳ מיד חזרה נשמתן שנ׳ תורת יהוה תמימה משיבת נפש׳ א״ר לוי וכי לא היה גלוי לפני המקום שאם הוא מראה כבודו לישראל ומשמיע קולו שאינן יכולין לעמוד׳ אלא צפה הקב״ה שהן עתידין לעשות עבודה זרה שלא יהו אומרין אלו הראנו את כבודו ואת גדלו והשמיענו את קולו לא היינו עושין ע״ז לכך נאמר שמעה עמי ואדברה׳ i. e. Deut V, 21. dicitur: *Ostendit nobis Dominus* Deus noster *gloriam suam, & majestatem suam, & vocem suam audivimus de medio Ignis: nec mansit in illis facultas ad subsistendum. Posteaquam enim ad* montem *Sinai pervenerant, Ipso illis manifestato, avolavit ipsorum anima interea dum cum ipsis loquebatur, sicut dicitur* Cant. V, 6. *anima mea exspiravit, dum mecum loquebatur. Verum enim vero Lex ipsa misericordiam pro illis implorabat a Deo. Foret,* ac si *Rege filium elocante, totus lætaretur mundus, tui vero filii* jacerent *mortui. Quo facto, anima ad ipsos rediit, sicut dicitur* Psalm. XIX, v. 8. *Lex Domini integra est, restituens animam. R. Levi dicebat, an ignorabat Deus immensus, quod, si ostensurus esset suam Israelitis gloriam, ac suam audiendam præberet vocem, nec quicquam posset subsistere? Imo vero prævidebat Deus, prolapsuri sint ad idololatriam. Vt ne dicerent, si ostendisset nobis gloriam suam, & majestatem, ac aupræbuisset vocem suam; nunquam in Idololatriam essemus prolapsi.* Ibidem interjectis plurimis f. 145. c. 1. l. 33. seqq. pergunt: כשנגלה הקב״ה ליתן תורה לישראל׳ שמעו קולו ומתו i. e. *cum manifestaretur Deus, ut Legem daret Israelitis; simul ac audirent vocem ejus, mortui sunt.* Eandem sententiam profitentur etiam in *BAMMIDBAR RABBA* Sect. X. post. princ. f. 236. c. 2. circa fin. & c. 3.

Pleni-

Plenius tamen in *SCHIR HASSCHIRIM RABBA* ad Cant. V, 6. f. 31. c. 2. l. 2. v. fqq. unde non pigebit plura huc transferre: ר׳ עזריה ור׳ אהא בשם ר׳ יוחנן אמרו בשעה ששמעו ישראל בסיני אנכי פרחה נשמתן הה״ד אם יוספים אנחנו לשמוע הד״ר נפשי יצאה בדברו: וחזר הדיבור לפני הקב״ה ואמר רבש״ע אתה חי וקיים ותורתך חייה וקייאת ושלחתני אצר מתים כלם מתים׃ באותה שעה חזר הקב״ה והמתיק להם את הדיבור הה״ד קול יהוה בכח קול יהוה בהדר׃ א״ר חמא בר ר׳ חנינא קול יהוה בכח לבחורים קול יהוה בהדר לתשישין׃ תני ר׳ שמעון בן יוחאי התורה שנתן הקב״ה לישראל החזירה להם נפשותיהן הה״ד תורת יהוה תמימה משיבת נפש׃ ר״א חכו ממתקים למלך שדיבר כנגד בנו ונתירא ונשמטה נפשו ממנו: כיון שראה המלך כך שנשמטה נפשו התחיל מגפפו ומנשק אותו ומפתהו ואומר לו מה לך לא בני יחידי אתה לא אני אביך׃ כך כשדיבר הקב״ה אנכי יהוה אלהיך מיד פרחה נשמתן: כיון שמתו התחילו המלאכים מגפפין ומנשקין אותן ואומרין להם מה לכם אל תיראו בנים אתם לה׳ אלהיכם׃ והקב״ה ממתיק בתוכן הדיבור ואומר להם לא בני אתם אנכי יהוה אלהיך עמי אתם חביבין אתם לפני והתחיל מפתה אותן עד שחזרה נשמתן׃ והתחילו מבקשין מלפניו הוי חכו ממתקים׃ התחילה התורה מבקשת רחמים על ישראל מן הקב״ה אמרה לפניו רבונו של עולם יש מלך משיא בתו והורג את בן ביתו: כל העולם כלו שמח בשבילי ובניך מתים: מיד חזרה נשמתן הה״ד תורת יהוה תמימה משיבת נפש׃ i. e. *R. Asarias & R. Acha, ex sententia R. Jochanan docuerunt, quum audirent Israelitæ ad* montem *Sinai* vocem *EGO* Exod. XX, 2. *evolavit anima ipsorum, juxta id quod dicitur* Deut. V, 22. *Si pergamus Nos audire. Hoc enim est, quod scriptum extat* Cant. V, 6. *Anima mea exspirabat, cum loqueretur ipse. Redibat itaque Verbum illud ad facies Dei benedicti, dicens: o mundi hujus Dominator! Tu ipse vivus es, & consistens: & Lex tua vivit, ac consistit: me vero misisti ad mortuos. Ecce enim hi mortui sunt. Eo ipso momento recolligebat se Sanctus ille benedictus, & suavitatem conciliabat apud istos Verbo isti, secundum id quod scriptum est* Psal. XXIX, 4. V*ox Domini in robore, vox Domini in magnificentia. Ad mentem R. Chammæ filii R. Chaninæ, Vox Domini cum robore* sonuit *apud juvenes: vox Domini in magnificentia, erga debiles.* (Conf. *SCHEMOTH RABBA* Sect. V. f. 123.



c. 2. l.

§. 18. Quibus observatis, omnis ilico evanesceret gloriationis causa, & vana illa superius indicata Judæorum gandiloquentia i). In iisdem, quoad *Vocem Dei auditam & perceptam*, cum Christianis consisterent gradibus; omni hinc quæsita prærogativa longius exclusa. Nec haberent, quod,

---

c. 2. l. 19. sqq. *TANCHVMA* f. 26. c. 3. l. 35. sqq.) *R. Simeon f. Jochai docuit, Lex Israelitis a Deo promulgata restituit illis animas suas, juxta id quod scriptum est* Psalm. XIX, 8. *Lex Domini integra, reducit animam. Alio modo*, in verbis Cant. V, 16. *palatum ejus dulcedines, parabola* continetur *a Rege, suum alloquente filium: qui timore perculsus, animi senserit deliquium. Quem in deliquio constitutum Rex videns, cœpit complexari, delinire osculis, blandisque pellicere verbis. Quid tibi est*, inquiens? *annon filius meus es, unice mibi dilectus? annon Pater tuus sum? similiter cum loqueretur Sanctus ille benedictus, EGO SVM JEHOVA DEVS TVVS, ilico evolabat ipsorum anima. Quibus* jam *mortuis, inceperunt Angeli amplecti eosdem, & osculari suaviter, dicentes: quid vobis est? nolite timere! filii estis Jehovæ Deo vestro* dilectissimi, Deut. XIV, 1. *Ipse quoque Deus benedictus suavem reddebat in palato suo Sermonem istum, dicebatque illis, annon filii mei estis? Ego* certe *sum Jehova Deus tuus*, Exod. XX, 2. *populus meus vos estis, dilectissimi coram me vos ipsi. Et incipiebat blandis illos delinire verbis, donec animam reciperent. Etiam* Angeli *incipiebant ab ipso postulare, ut sit palatum ipsius dulcedines* Cant. V. 6. *Ipsa Lex quoque incipiebat Dei implorare misericordiam pro Israelitis, bis cum allocuta verbis: o Dominator mundi! Erat aliquando Rex*, qui suam *elocabat filiam, interficiebat autem filiumfamilias suum. Totus hic mundus quantus quantus est, mei causa lætatur; filii autem tui mortui sunt. Ilico redibat* ad eos *anima ipsorum, secundum id quod scriptum est* Psalm. XIX, 8. *Lex Domini integra est, restituens animam.* In Cod. SCHABBATH f. 88. b. l. 30 dicuntur in vitam revocati, rore isto in ipsos dimissio, quo Deus aliquando resuscitaturus sit mortuos. הוריד טל שעתיד להחיות בו מתים והחיה אותם שנ' גשם נדבות תניף אלהים ונלאה אתה כוננתה ex Psalm. LXVIII, 10. De quo rore conf. etiam Cod. *Chagiga* f. 12. b. l. 45. *R. Bechai* ad Deut. IV, 32. f. 104. c. 1. l. 21. sqq. & vid. *R. Isaac. Abuhab* in Menorath hammaor, Part. V, cap. 3. f. 39. c. 1. post med, i) Cujusmodi supr.

quod, in divina Christi ad docendum commendatione, jure merito desiderarent: etiamsi (quod infra pernegabitur,) *vocem cælitus delapsam non omnes, sed solus Christus atque Johannes* distincte *audivissent*; & reliqui Spectatores vel nil nisi sonum, vel ne hunc quidem animadvertissent k). Cum similia in gente istorum evenerint plurima: & Mosi ipsi, suo apud ipsos Legislatori fides, ex propria ipsorum hypothesi l), conciliata fuerit, oculis ipsorum magis fulgore captis, quam auribus sermone recreatis articulato.

§. 19. Sed eo usque nondum redactæ sunt res Christianorum, ut tam lubrico eluctari conarentur effugio. Ingenue, cum Judæis, quorum causa hic nobis communis est, agam; prout cordatum decet. Non omnia assensum merentur, quæ ex Rabbinorum effatis allata fuerunt superius. Quædam ipsorum, fabulam redolent m): & quæ subtilitatem aliquam spirant n); ea ipsa partim finem Apparitionis istius o) impugnant, partim claram Scripturæ literam. Profecto *singula singuli, perceperunt tam Decalogi, quam colloquii cum Mose habiti Verba*; *eorumque* distincte *intellexerunt valorem*, quotquot modo linguæ gnari, ad usum rationis perve-

 vene-

in Præfat. p. 307. 308. k) juxta dicta §. 13. p. 316. sqq. l) *Nachmanidis* scil., aliis quoque approbati, juxta §. 16. ad lit. (z), p. 321. fin. inprimis p. 323. m) præcipue tradita ad §. 17. p. 323. sqq. n) cujusmodi *Maimonidis*, & *Nachmanidis* sententia §. 16. p. 320. sqq. tradita; quam prolixe examinat *Abrab.* in Exod. XIX. Quæst. XIV. f. 167. c. 2. l. 19. sqq. Edit. Venet. it. f. 171. c. 2. l. 6. sqq. o) Qui erat, ut ex Dei cum Mose colloquio intellecto, persuadeatur omnibus, Mosen divinitus esse vocatum; & non sua proferre, sed a Deo sibi suppeditata *) PHILO de Decalogo, p. 748. circ. fin. *Vocem* ait, *istam articulatam, omnibus sive prope, sive longius distantibus* κατ' ἴσον *æqualiter fuisse exauditam.* & p. 750. circa fin. *Omnibus ad audiendum arrectis & attentis*, φωνὴ ἐκ μέσου τοῦ ῥυέντος ἀπ' οὐρανοῦ πυρὸς ἐξήχει καταπληκτικωτάτη, τῆς φλογὸς εἰς διάλεκτον ἀρθρουμένης τὴν συνήθη τοῖς ἀκροωμένοις, ᾗ τὰ λεγόμενα οὕτως ἐναργῶς ἐτρανοῦτο, ὡς ὁρᾶν αὐτὸ μᾶλλον, ἢ ἀκούειν δοκεῖν. h. e. *Vox e medio flammæ superne ruentis horrendum insonuit, diserta & articulata, juxta communem captum auditorii, tam manifeste se ingerebat; ut videre magis, quam audire se putarent.* *R. JOSEPH ALBO* in *Ikkarim* lib. III. c. 11. p. 73. b. l. 1. sqq. probaturus, *Dei sermonem parum* alioquin *aptis evenire* posse, ob præsentiam excellentioris cujusdam Prophe-

tæ, qualis Moſes & Elias, in h. m. loquitur: וזה דבר כהאמרת מציאותו
בשערת מתן תורה שהגיעו כל ישראל טפשיהם עם
חכמיהם למעלת הנבואה/ אמר הכתוב את הדברים
האלה דבר יהוה אל כל קהלכם בהר מתוך האש/ ולא
למעלת הנבואה בלבד אבל למדרגת פנים בפנים שהיא
המדרגה האחרונה שאי אפשר שיגיע האדם אליה אלא
בחסד אלהי/ והיא היתה מדרגת מרע״ה אמר הכתוב
עליו ודבר יהוה אל משה פנים אל פנים/ ונאמר גם
כן במדרגת כל ישראל בשעת מתן תורה פנים בפנים
דבר יהוה עמכם בהר מתוך האש/ והוא מבואר כי שש
מאות אלף רגלי שיצאו ממצרים מורגלים בעבודה קשה
בחומר ובלבנים לא היו ראויים למדרגה גדולה כזו/ ואע״פ כן
הגיעו אליה באמצעות מרע״ה אמר הש״י הנה אנכי בא אליך
בעב הענן בעבור ישמע העם בדברי עמך כלומר אני רוצה
לבוא אליך ולהגלות לך במדרגה גדולה שהיא מדגרת
פנים בפנים אע״פ שאתה בעובי ועכירות החמר
הנקרא עב הענן ואינך ראוי אליה/ וכל זה אני עושה
בעבור ישמע העם בדברי עמך וזו היא המדרגה היותר
גבוהה שאפשר/ והוא שישמע האדם בהקיץ קול מדבר
אליו בזולת ראיית שום תמונה/ אמר הכתוב קול דברים
אתם שומעים ותמונה אינכם רואים זולתי קול/ והגיעו
אליה בחסד אלהי ובאמצעות משה/ וזה כדי שיסתלק
מלבם הספק שהיו מסופקים באפשרות הגעת הנבואה אל
האדם/ שעל זה היו תמהים אחר מתן תורה ואומרים
כי מי כל בשר אשר שמע קול אלהים חיים וגו׳
שיראה שישראל היו מסופקין באפשרות הגעת הנבואה
אל האדם עד היום ההוא/ אבל משה לא היה תמה
על הגעת הנבואה לאיש אחד אלא על הגעת לעם
בכללו/ ועל כן אמר השמע עם קול וגו׳ ואחר המעמד
ההוא הודו באפשרות הגערה אמר הכתוב היום
הזה ראינו כי ידבר אלהים את האדם וחי
שיראה שבאותו מעמד הוסר מלבם הספק הזה וכו׳:

i. e. *bujus aſſerti veritas comprobata fuit tempore promulgatæ Legis: quo omnes* in univerſum *Iſraelitæ, ſtupidi non minus quam ſapientiores iſtorum, ad ſublimitatem pervenerunt Prophetiæ. Ipſa ait Scriptura* Deut. V, 19. *verba illa locutus eſt Dominus ad totam Eccleſiam veſtram in monte hoc de medio Ignis. Nec ad ſublimitatem tantum Prophetiæ; verum ad gradum illum facierum collatarum, qui omnium ſupremus eſt, inter diverſos Prophetiæ gradus: ad* quem

venerant *). Id certe petierat populus p), ex mente quorundam q),

 ut

*quem nemini datur accessus, nisi per* singularem *Dei gratiam. Hic quippe gradus Mosi Doctori nostro fuit peculiaris: de quo Scriptura dicit* Exod. XXXIII, 11. *locutus vero est Dominus cum Mose facie ad faciem. Et similiter de gradu totius Israelis, tempore legis promulgatæ, dictum* invenitur Deut. V, 4. *facie ad faciem locutus est Dominus vobiscum in monte hoc de medio ignis. Id vero clarum est, sexcenta millia peditum, quot ex Ægypto egrediebantur, dura subactorum servitute, lateribus cum intrito parandis, gradum hunc sublimem nequaquam meruisse.* Quo non obstante, *elevati ad eum fuerunt, mediante Mose nostro Doctore. Dicebat ipse Deus benedicendus* Exod. XIX, 9. *ecce ego venturus sum ad te, in densa quadam nube; propterea ut audiat hic populus, cum ego tecum locutus fuero. Q. d. ego ad te venire volo, tibique revelari gradu isto sublimi, qui est facierum coram collatarum; quamvis in densa & turbida hæreas materia, DENSITATE NVBIS hic vocata: atque adeo eo sis minime dignus. Hoc omne enim ideo faciam, ut audiat hic populus, cum ego tecum fuero locutus. Hic quippe gradus est, quo sublimior excogitari nequit. Quando sc. homo vigilando audit vocem ad se loquentem, nulla prorsus visa imagine. Scriptura dicit* Deut. IV, 12. *vocem verborum vos audiebatis, imaginem autem nullam videbatis, præter vocem. Evecti autem ad eum fuerunt Dei gratia, & Mose mediante. Idque, ut evanescat ex ipsorum animo dubium, quo reddebantur ancipites, utrum pervenire possit prophetia ad* ullum *hominem. Hoc enim* præcipue *obstupescebant post legem latam, dicentes* Deut V, 23. *Certe quæ est ulla caro, quæ audiverit vocem Dei viventis, loquentem* &c. *Videtur enim, Israelitas ad illum usque diem dubios fuisse, utrum pervenire possit prophetia ad ullum hominem. Moses autem nec quicquam admirabatur accessum Prophetiæ ad certum Individuum; sed istum, qui evenit populo in universum sumto. Quapropter ipse dicebat* Deut. IV, 13. *an audivit* totus *populus vocem Dei loquentis de medio Ignis? Post stationem autem istam* utrinque *confessi sunt, communicationem hanc esse possibilem. Scriptura certe testatur* Deut. V, 21. *hoc ipso die vidimus, quod loqui soleat Deus cum* quolibet *homine, ut vivat. Videtur enim ex animo ipsorum dubium illud per stationem istam ablatum* &c. Conf. in hanc rem AB. ESR. ad § 21. lit. (y), & ad §. 16. lit. (y) p. 320. sqq. p) Exod. XIX, 8. q) In antiquissimo

ut Deum ipſum audirent loquentem: obſequium promittentes illis omnibus, quæ Deus immediate, (non Moſes, ipſius nomine,) locuturus fuerit. Promiſerat etiam Deus, ſe locuturum, ut omnis audiat intelligatque populus

---

Judæorum libro MECHILTA ad Exod. XIX 9. f. 24. c. 2. l. 26. ſqq. Edit. Ven. legitur: מה אמרו ישראל למשה לאמור למקום אמרו רצוננו לשמוע מפי מלכנו לא דומה שומע מפי פרגוד לשומע מפי המלך אמר המקום תן להם מה שבקשו בעבור ישמע העם דא׳ אמרו רצוננו לראות את מלכנו לא דומה שומע לרואה כי ביום השלישי ירד ה׳ לעיני כל העם על הר סיני i. e. *Quid dixerunt Iſraelitæ Moſi, ut Deo referat?* Reſp. *dixerunt, noſtrum eſt deſiderium, ut ex ore audiamus Regis noſtri. Non eodem modo ſeſe habent quisquis ex ore audit velo obtecti, & qui ex ore percipit Regis ipſius. Reſpondit Immenſus; da illis, quod poſtulant: propterea ut audiat hic populus* Exod. XIX, 9. *Similiter dicebant, volumus videre Regem noſtrum: qui audit, non ſimilis eſt videnti. Die quippe tertio deſcendebat Dominus, in oculis totius populi ſuper montem Sinai*, l. c. v. 11. Unde videtur mutuaſſe ſua R. SAL. Comment. ad l. c. & ad Exod. XX, 22. *Abrabb.* expreſſe librum iſtum nominat, ad l. c. f. 169. c. 3. l. 47. ſqq. Qui de ſuo tradiderat l. c. l. 37. ſqq. Iſraelitas *non acquieſcere in eo*, ut Deum audiant cum Moſe loquentem, כי הם לא שאלו אלא שידבר השם עמהם לא שישמעו אותו מדבר למשה i. e. *quia ipſa non petierant, niſi ut loquatur Deus cum populo ipſo, non ut audiant eum loquentem Moſi*, conf. col. 2. l. 33. ſeqq. Quibus conſpirat R. LEVI in *Schemoth rabba* Sect. XXIX. f. 144. c. 4. l. 9. ſqq. verbis: שני דברים שאלו ישראל מלפני הב״ה שיראו כבודו וישמעו קולו והיו רואים את כבודו ושומעין את קולו שנ׳ ותאמרו הן הראנו ה׳ אלהינו את כבודו ואת גדלו וכתיב ואת קולו שמענו מתוך האש i. e. *Rem geminam poſtularunt Iſraelitæ a Deo benedicto: ut viderent gloriam ipſius; & audirent ſui ipſius vocem. Videbant itaque gloriam ejus, & ipſius audiebant vocem, ſicut dicitur* Deut. V, 21. *dicebatis, en videre fecit nos Dominus Deus noſter gloriam ſuam, & majeſtatem ſuam. Et amplius: vocem quoque ejus audivimus de medio Ignis.* Cum R. MOSES ALSCHECH in תורת משה ad Exod. XIX. f. 122. c. 1. med. æquipollentia ex Antiquis ſuorum libris adduxiſſet, ſubjungit: והוא עיקר גדול כי כל איש ישראל נצטוה מפיו ית׳ אנכי ולא יהיה לך שמע כל איש

pulus r). Quod & haud dubie reipsa præstitit: Scriptura id ipsum diversis in locis attestante s).

§. 20. Ambabus insuper manibus concedimus, divinam illam, quæ circa *Decalogi promulgationem & Confirmationem Mosis* contigit, apparitionem tam evidentem fuisse, ut intuentium nemo in dubium eam vocare potue-

---

ישראל מפי הגבורה ומקרא מלא דברה תורה פנים בפנים דבר ה׳ אל כל קהלכם וכן יראה מאומרו דבר אתה עמנו וכו יורה כי מתחלה עמהם הוא ותבר היה מדבר i. e. *Articulus fidei fundamentalis est, quod quisque Israelitarum Præcepta obtinuerit ex ore ipsius Dei benedicti.* Nam *EGO* Exod. XX, 2. & *NON ERIT TIBI,* l. c. v. 3. *audivit unus quisque Israelitarum ex ore ipsius Forditudinis. Et plane ac diserte dicit Scriptura* Deut. V. v. 4. 19. *facie ad faciem locutus est Dominus ad omnem Ecclesiam vestram. Id quod etiam apparet ex eo, quod dicitur,* Exod. XX, 16. *Loquere tu nobiscum &c. ad innuendum, quod a principio* statim *cum illis Deus ipse fuerit locutus.* r) Exod. XIX, 9. Deut. IV, 10. s) Conf. Exod. XX, 19. Deut. IV, 33. coll. c. V. 23. amplius Deut. IV. vers. 9. 12. 15. 36. cap. V. v. 4. 19. 20. 21. Quod adeo certum credebatur Antiquis Ebræorum, ut verba Cantici c. I. 2. *Osculetur me osculo oris sui*, haud illepide ad promulgationem applicent Decalogi, in MEDRASCH RABBA f. 4. col, 4. Quasi singula Præceptorum *Verba* a Deo pronunciata, vel immediate, vel ope Angeli cujusdam unicuique Israelitarum distincte fuerint instillata; sensu ac valore cujusque expresso, cum blandissimis his illecebris, *an me recipis in te? num quid meam agnoscis divinitatem?* Quo affirmante, ilico osculum infixerint ori cujusque accipientis. Prolixiora sunt, quam ut hic commode adjici potuerint. Paucis tangit eadem RASCHI in suo ad Canticum l. c. Commentario. Pluribus R. MOSES ALSCHECH, non tantum in שושנת העמקים fol. 8. circa finem; sed & in תורת משה Sect. יתרו f. 122. c. 1. med col. 3. l. 20. sqq. Quæ, quamvis fabulæ speciem referant, indicant tamen mentem Majorum, in argumento conformem Scripturæ, asserenti, quod Deum ipsum loquentem audiverint, & intellexerint, ll. modo cc. Nec aliter statuunt, qui *vocem* istam *Dei* dicunt *cujusque viribus fuisse accommodatam: haud secus ac Manna, omnium palato ac gustui inserviens.* Vid. SCHEMOTH RABBA Sect. V. f. 123. c. 2. l. 14. sqq. TANCHVMA f. 26. c. 3. l. 19. sqq. Edit. Venet.

potuerit. Cum, Deo in montem descendente t) (& e densissima caligine vocem vibrante ignitam, tonitrui instar tam horribiliter sonantem, ut mons ipse contremuisse dicatur fumigans u) in assensum abrepti fuerint, suorum usu sensuum convicti externorum. Quo ipso tamen nondum assecuti sunt, ut cristas merito erigant, Christi nostri inaugurationem præ Mosaica contemturi; etiamsi apparatu, pristinum illum per omnia referente, initiatus haud fuerit. Nec *Mosis* dignitas, quem tantopere veneratur gens Judaica, sarta tecta maneret; nec primæ *antiquitatis* Israeliticæ, Decalogum ex ore Dei recipientis, constaret autoritas, ad quam tamen ultimo confugiunt unice; nec *Dei* ipsius inviolata maneret promissio, cui tamen salvandi tuto innituntur omnes: si sequiorum Judæorum temerario satisfactum esset desiderio. *Moses* quippe consignatum reliquit x) Deum Ecclesiam Judaicam in monte allocutum fuisse *e medio ignis*, *nubis*, *ac densæ caliginis voce magna*, ולא יסף i. e. *nec perrexisse:* vel (Præterito in Futurum converso y), *non ADDITVRVM*, scil. similem alloquendi modum

t) Exod. XIX, 16. 20. u) l. c. v. 18. x) Deut. V, 19. y) Ne opus habeas, punctis mutatis, in Futuro efferre, legendo יֹסֵף *addet*, nulla mutata litera. Præteriti autem significatio dura est, & filo Orationis parum apta; si significationem verbo, ex sententia *R. Sam. fil. Meir*, perpetuam, *additamenti* scil., servaveris. A qua recedunt utplurimum, formam Præteriti in sensu expressuri. *Abrumpendi* significationem attribuunt eidem *Onkelos* atque *Jonathan:* quorum, vestigia & autor Versionis Samaritianæ legisse videtur. Quod non *abruperit* orationem, seu *non cessarit* in ea, more hominum, respirationem hoc modo captantium. Quæ quamvis Deo necessaria non fuerit; erat tamen auditoribus aliqua *cessatio* necessaria, ad sensum dictorum, ex mora interposita, capiendum. Et quod maximum, ignorat Scriptura talem verbi יסף usum. Præter memoratum *Raschbam*, etiam *Dav. Kimchi*, & autor capitum Concordantiarum, observant; omnia exempla hinc diducta esse ענין אחד *unius significationis*, quam hic determinat לשון תוספת per *additamentum*, vel *adjectionem*. Unde & *Raschi* Chaldæis alioquin nimium addictus, rejecto hic ipsorum commento, receptam *addendi* significationem restituit, verbis: מתרגמינן ולא פסק (לפי שמדרך בשר ודם אינו יכול לדבר כל דבריו בנשימה אחת וצריך להפסיק ומדת הקב״ה אינו כן לא היה פוסק ומשלא היה פוסק לא היה מוסיף) כי קולו חזק וקיים לעולם. דבר אחר לא יסף לא הוסיף להראות באותו פומבי

unquam. *Ideo conscripsisse eadem*, ne opus habeat, sæpius repetere. Vix audiverant olim Judæi ad radices montis Sinai constituti, sonitum Dei, Decalogum promulgantis, (aut, secundum Bechai z) & qui cum ipso faciunt

i. e. *interpretantur chaldaice, & non abrumpebat.* (*Quia*, ut verba habent interpretis, *a Schabbathai* in שפתי חכמה, & inde in Pentateucho Glossato Berolinensi inserta, *non sustinet natura hominis vulgaris, ut omnia verba sua uno proloquatur halitu; sed opus habet abrumpere: Dei autem indoles non ita sese habet, non cessat ita. Et quia non cessabat, non* novo *addebat*). *Quia vox ejus robusta perdurat in æternum. Alia vero ratione* interpretari licet, *ut* לא יסף *idem sit ac, non amplius apparuit*, vel appariturus erit *in illa ipsa pompa.* R. Sal. BEN. MEIR. ad quem supra provocabam, verba sunt: שוב לא נוסף קול גדול כזה בעולם לפי פשוטו כי כל יסף לשון תוספת׃ i. e. *rursus non addenda est vox ingens huic similis in hoc mundo, secundum sensum ejus simplicem* ac literalem. *Quia* יסף *ubivis locorum ADDITAMENTUM denotat.* Nec alienus est ab hac sententia subtilis alioquin AB. ESRA; qui probationem ejus petit ex contextu, versu proxime sequenti in subsidium vocato, verbis: לא יסף כי זה היה פעם אחת׃ והנה ביאר למה לא יסף והוא ויהי כשמעכם i. e. *non additurus est, quia hoc semel contigit. Ecce autem elucidat, quare non additurus sit? scilicet, quia eveniebat, cum audiretis vos* &c. Quibus pollicem premit ABRAB. liberioris ingenii homo, nullius superstitiose verbis addictus, inquiens: ומה שאמר הכתוב קול גדול ולא יסף ענינו שלא יסף עוד הקב״ה לדבר בקול ההוא ולהשמיעו בעולמו i. e. *quando Scriptura dicit, voce magna, qua non addet; sensus ejus est, quod nunquam additurus sit denuo Sanctus ille benedictus in eadem loqui voce, aut audiendam præbere eandem in mundo suo.* In quam sententiam forte non male traxeris *autorem* ipsum *epistolæ ad Ebræos* Canonicum, cap. XII, 19. dicentem: *παρῃτήσαντο*, ΜῊ ΠΡΟΣΤΕΘΗ͂ΝΑΙ *αὐτοῖς λόγον*, deprecati sunt, *ne addatur illis quicquam*, scil. simile. Alia enim deprecationis ipsorum verba græcis his minus conveniunt. Omnium optime, ad mentem nostram, transtulit Arabs, verbis: بِصَوْتٍ عَظِيمٍ غَيْرِ مُعَاوَدٍ i. e. *voce magna nunquam repetenda.* z) Comment. ad Exod. XX. f. 88. col. 1, circa fin. it. fol. 92. col. 3. med. ויש לך לדעת כי פרשת

unt a) promulgaturi); cum omnes *tribuum Principes ac Seniores* b) conferto agmine supplices Mosen adeuntes rogarent, procul a monte constituti: *loquere tu nobiscum, & audiemus; neque loquatur nobiscum Deus ipse, ne moriemur* c). Item, *quare moriemur? nam consumet nos Ignis ille magnus, si porro nos audiverimus sonitum Domini nostri in posterum, omnino moriemur* d). Et hoc ipsorum postulatum *Deus* ipse ratum habebat; singulari id exornans præconio, verbis Mosi factis e) *audivi vocem verborum*

וכל העם רואים את הקולות וגו׳ וירא חיים ויגועו קודם מתן תורה היו/ כי אז אמרו אל משה דבר אתה עמנו ונשמעה כי במראה ובשמיעת הקולות ההם נחפכו צירידם עליהם ולא עצרו כחם· ואם ישמעו הדבור מפי הגבורה ימותו· ומשה חזק את לבם ואמר להם אל תיראו כי לבעבור נסות אתכם וגו׳ ואז שמעו אליו ויעמוד העם מרחוק כי לא עשו ולא רצו בכל דבריו להתקרב אל הגבול· ומשה נגש אל הערפל לא בא בתוכו ואז דבר אלהים עשרת הדברים וכו׳·
i. e. *Scire debes, Sectionem* Exod. XX, 15. *& totus ille populus videbant Voces* (tonitrua) *istas &c. quod quum vidisset populus, commovebantur, ante Legis extitisse promulgationem. Tunc enim Mosi dicebant, loquere tu nobiscum, & audiemus*, Exod. XX, 16. *Nam per visionem istam, & auditum Vocum istarum commovebantur tormina istorum apud eosdem, nec suum continebant robur*, (e Dan. X, 16, coll. 1. Sam. IV, 19.) *& si audivissent Sermonem ex ore Dei fortissimi, passi fuissent animi deliquium. Cum autem Moses confirmaret ipsorum animum, diceretque illis* (v. 17.) *ne timeatis! nam propterea ut tentaret vos* &c. *tunc obtemperabant ei, stetitque populus a longinquo* (v. 18.). *Sed non executi sunt nec voluerunt, omnibus ejus persuasionibus moti, propius se sistere ad* constitutum *limitem. Moses vero propius admotus fuit ad densam caliginem*, v. 18. *in medium tamen ejus nondum venerat, cum eloqueretur Deus Decalogum.*
a) Ipsimet *Talmudici* in Cod. BERACHOTH f. 6. b. l. 34. אותן קולות קודם מתן תורה היו/ i. e. *istæ Voces ante promulgationem Legis fuerunt.* Sed nollem hujusmodi salebris causam defendere Christianorum: quamvis pro nostra sententia incrustanda exinde sequatur, neminem Judæorum Decalogum ex ore Dei audivisse, sed solius Mosis. Veritas fuco non indiget. b) Deut. V, 20. c) Exod. XX, 16. d) Deut. V, 22. e) l. c. v. 25. I. *Pirke Eliefer* c. XLI. post med. f. 23. b. l. 21. dicitur: ושמע הקב״ה קולן של ישראל וערב לו/ i. e. *& audivit Deus benedictus hanc Israelitarum vocem, quæ JVCVNDA*

*rum populi hujus, quæ prolocuti sunt apud te: bene fecerunt omne, quod locuti sunt.* Quæ ejus approbatio tam tenaciter veracissimi Numinis animo inhærebat; ut, cum *Prophetam* ipsis promitteret, *Mosi similem, quem audituri sint* f) simul declararet, se hujus rationem habiturum, faciendo *secundum omne, quod postulastis a Jehovah Deo tuo in Horeb, in die conventus istius, dicendo: ne amplius audiam sonitum Jehovæ Dei mei* (scil. terribilem), & *ignem istum magnum ne videam in posterum; ut ne moriar* g). Stante igitur Mosis, Majorumque Judaicæ gentis auctoritate, ac Dei Veritate immutabilis; apparitionem Sinaiticæ similem nemo sanus, quique aliquam Scripturæ reverentiam fovet, unquam expectare poterat: nec tali rerum statu, ullo prætextu sperare debeant Judæi; nedum postulare, *ut* eadem aut majori pompa, vel *novi* fundamenta *fœderis* promulgarentur; vel *Doctor* ejus *initiaretur solennius*, *quam* dudum inter Deum ac Majores ipsorum *convenerat.* Idque eo minus, quod post plurium seculorum intervalla, Deus denuo per Jeremiam prædixerit h) *fœdus novum non futurum instar fœderis istius, quod cum Patribus ipsorum pepigerat, quo die manibus ipsorum apprehensis, eduxerit eosdem ex Ægypto.* Promissis pacto utrinque confirmato ultro citroque datis, religiose rigideque inhærendum: ni, quæ pars a compacto recederet, dici velit fœdus fregisse turpiter. Quod de Deo cogitare, foret blasphemum: qui in fictitium mysticorum modum i), sine suffragio ejus, penes quem facultas est, liberrime agendi, excogitatum, nuspiam consensisse legitur.

 §. 21.

*ipsi erat.* f) Deut. XVIII, 15. g) l. c. v. 16. h) Jer. XXXI, 32. i) Cujusmodi prostat in *Jalkut Simoni* ad Jesaiam §. 296. f. 46. c. 1. l. 34. sqq. עתיד הקב״ה להיות יושב בגן עדן ודורש וכל צדיקים יושבים לפניו וכל פמליא של מעלה עומדים על רגליהם וחמה ומזלות מימינו של הקב״ה ולבנה וכוכבים משמאלו והקב״ה יושב ודורש תורה חדשה שעתיד ליתן על יד משיח וכו׳: i. e. *Sedebit aliquando Sanctus ille benedictus in horto Eden, concionaturus: ante quem omnes sedebunt justi. Omnes autem familiæ superiores in suis consistent pedibus, Sole ac syderibus dexteram ejus cingentibus, Luna autem atque stellis ejus sinistram. Tunc sanctus ille benedictus sedens interpretabitur Legem novam, promulgaturus est per ministerium Messiæ.* * Vid. Rom. IV, 15. & conf. infr. p. 341. k) Vid. Jos. XXIV, 14. Ezech. XVI, 26. c. XX. v. 7. 8. 16. 18. 24. 30. c. XXIII, 3. 8. 19. sqq. conf. THEODORETVS Græcarum affectionum Curatione Serm. VII. de sacrificiis,

§. 21. Unde constat, quod majori ad Christum nostrum inaugurandum solennitate uti non decuerit; quam quæ adhibita vel clare legitur, vel ab ipsismet oblique conceditur adversariis. Diversa utriusque status indoles, modum agendi paulo diversum postulabat. *Tonitrua* ac fulgura *horrisona Legi* melius conveniebant, terrorem incussuræ ferocibus, nimisque protervis peccatoribus *. Evangelio magis competebat vox jucunda, lentam referens hominum loquelam; ut contritos, ac mole peccatorum consternatos demulceat, atque in spem obtinendæ erigat remissionis. Rudes quoque olim erant Judæi ex Ægypto reduces k), qui per diuturnam cum incolis, (quorum plurimi adhuc inter illos commorabantur l), hujus consuetudinem, a pristinis Patriarcharum moribus adeo degenerarant; ut, Aben Esra teste m) *ne crederent quidem Dei cum hominibus colloquia*, *aut commercium*. Evidentibus itaque ac violentis ad meliorem frugem revocandi erant remediis n). Quibus nequaquam indigebant ipsorum posteri, ætate Johannis Baptistæ viventes. Hi enim, quamvis & ipsi multis adhuc corru-

Tom. IV. Opp. p. 584. EUSEBIUS Præparat. Evang. lib. VII. c. 8. p. 312. *Mosen ait, ad Judæos Legislatorem missum, cum* τὰ μὲν τῆς ἐυσεβοῦς ἀγωγῆς τῶν πρόπαλαι θεοφιλῶν προπατόρων κατὰ σμικρὸν αὐτοῖς ἐξησθένει, καὶ ἀπημβλύνετο. τὰ δὲ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις διατριβῆς, τοσοῦτον τῆς τῶν δηλουμένον κατίσχυε πληθύος, ὡς τῆς μὲν πατρίου ἀρετῆς εἰς λήθην ἐλθεῖν. τῇ δὲ παρ' αἰγυπτίοις ὁμοιοτροπίᾳ τοὺς βίους περιενεχθῆναι, ὡς κατὰ μηθὲν Αἰγυπτίων τὸν τρόπον διαφέρειν δοκεῖν. i. e. *prima illa*, *quam a Deo charissimis Majoribus acceperant*, *pietatis ac religionis institutione debilitata paulatim obtusaque hebesceret. Cum vero tantum apud ipsos Ægyptiorum societas communioque posset*, *ut patriæ virtutis evanescente memoria*, *sic Ægyptiorum mores ac ritus induerent*, *nihil ut inter utriusque populi vitæ genus discriminis esse videretur* l) Exod. XII, 38. m) Cujus verba supr. ad §. 16. (*b*) p. 320. sq. longa serie adducta, hic repetantur. Vid. ABRAB. ad Exod. XIX, 16. sqq. f. 170. c. 2. l. 44. sqq. R. JOSEPH ALBO in עקרים Serm III. c. XI. p. 73. b. l. 14. sqq. Cujus verba, quibus suam e Scriptura probat sententiam, (citata ad §. 19. (*) p. 331. sqq.) digna sunt, legantur, ob Nachmanidem supr. Ab. Esræ contradicentem. Ut alii contradicere desinant. Conf. etiam *COSRI*, P. I. §. 87. *Abrab.* f. 170. c. 4. l. 11. sqq. n) Merentur etiam hic conferri verba Talmudis Bab. Cod. *Beza* f. 25. b. l. 16. sqq. adducta hinc in *Jalkut Simoni* ad Deut. XXXIII, 2. f. 310. c. 4. init. תנא משמיה דרבי מאיר מפני

corrupti essent erroribus; de *commercio* tamen *Dei cum quibusdam hominibus*, per tot Prophetarum V. T. exempla satis superque convicti erant. Agnoscunt etiam antiquorum plerique Judæorum, *Legem* suam *Igni* comparandam; ex rationibus non in universum spernendis: (quibus tamen

 & illa

---

מה נתנה תורה לישראל מפני שהן עזין: תנא דבי
ר' ישמעאל מימינו אש דת למו אמר הקב"ה ראוין
הללו שתנתן להם דת אש: איכא דאמרי דתיהם של
אלו אש: שאלמלא לא נתנה תורה לישראל אין כל
אומה ולשון יכולין לעמוד מפניהם והיינו דאמר רשב"ל
שלשה עזין הן ישראל באומות כלב בחיות תרנגול בעופות
וכו' i. e. *Docuit quidam sub nomine R. Meir, quare Lex exhibita fuit Israelitis? eo quod feroces sunt* (& impudentes). *Alius e Schola R. Ismaelis*, provocat ad Deut. XXXIII, 2. *a dextera ejus Ignis Lex illis. Dixisse enim Sanctum illum benedictum, digni sunt illi, quibus detur Lex Ignis. Alii dicunt*, sensum verborum istorum fore, *Lex istorum Ignis est. Nam si Lex non tradita fuisset Israelitis, nulla natio aut lingua posset consistere propter ipsos. Id ipsum enim est, quod R. Simeon fil. Lakisch docuerat, Tres fore feroces: Israelitas inter gentes, Canem inter bestias, & gallum gallinaceum inter aves.* Conferri etiam meretur *CHRYSOSTOMVS*, eandem urgens diversitatis rationem, in promulgatione Evangelii Pentecostali observatæ, Homil. I. in Matthæum, post princ. verbis: *μάθωμεν, πῶς μὲν ὁ παλαιὸς ἐδόθη νόμος. πῶς δὲ καὶ καινὴ διαθήκη: πῶς οὖν ὁ νόμος ἐκεῖνος ἐδόθη τότε. καὶ πότε καὶ ποῦ; μετὰ τὸν τῶν αἰγυπτίων ὄλεθρον, ἐπὶ τῆς ἐρήμου, καὶ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τοῦ καπνοῦ, καὶ τοῦ πυρὸς ἀνιέντος ἀπὸ τοῦ ὄρους, σάλπιγγος ἠχούσης. βροντῶν καὶ ἀστραπῶν γενομένων. τοῦ Μωσέως εἰς αὐτὸν εἰσιόντος τὸν γνόφον. Ἐν τῇ καινῇ δὲ, οὐχ οὕτως. οὔτε ἐν ἐρήμῳ, οὔτε ἐν ὄρει. οὔτε μετὰ καπνοῦ καὶ σκότους, καὶ γνόφου, καὶ θυέλλης. ἀλλ' ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν οἰκίᾳ, πάντων συγκαθημένων, μετὰ πολλῆς τῆς ἡμερότητας, πάντα ἐγίνετο. τοῖς μὲν γὰρ ἀλογωτέροις καὶ δυσηνίοις, σωματικῆς ἔδει φαντασίας. οἷος ἐρημίας, ὄρους, καπνοῦ, σάλπιγγος ἠχῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. τοῖς δὲ ὑψηλοτέροις καὶ καταπειθέσι, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἔννοιαν ἀναβεβηκόσιν, οὐδενὸς ἦν τούτων χρεία.* i. e. *discamus, quemadmodum vetus promulgata fuerit lex; & quomodo novum* conditum sit *testamentum. Quonam igitur tunc modo illa lex data est? & ubi? ac quando? Post Ægyptiorum* nimir. *perniciem, ad desertum, in monte Sina; fumo & igne de monte submisso, & tubæ*

& illa adjici meretur, quod *purget omnia*): atque adeo haud immerito per *Ignem* fuiſſe promulgandam o). Evangelium autem fragranti aſſimilatur opobalſamo. Conſtat inſuper, plurima V. T. myſteria denſis veluti ignorantiæ tenebris involuta fuiſſe, in ultima demum dierum periodo revelanda: quare Deus ibi in montem deſcendiſſe dicitur, e denſiſſima locutus nube,

*terribiliter inſonante, ac tonitruo crebrius comminante, & coruſcante fulgure, atque Moſe in ipſam nubis caliginem introeunte. In novo vero non ita. Non enim neque in deſerto neque in monte, nec cum fumo & caligine, nedum cum tenebris & procellis: ſed ſumente initium die, cunctis in domo ſedentibus, multa cum manſuetudine univerſa fiebant. Siquidem adhuc illis ferocioribus & effrenioribus humano quodam terrore opus erat; ut ſolitudine, monte, igni, fumo, tubarum ſono, & cæteris talibus. Sublimiores vero, ac perfectiora doceri faciles, & qui jam corporalium intellectum uſu virtutis exceſſerant; horum, quæ diximus, non indigibant.* o) Pleni de hoc ſunt Judæorum libri: unde ex antiquiſſimis, non ubivis obviis, pauca ſaltem excerpam. In MECHILTA ad Exod. XIX, 18. f. 24. c. 4. l. 31. ſq. Edit. Ven. dicitur: ירד עליו יהוה באש מגיד שהתורה אש ומאש נתנה ובאש נמשלה: ומה דרכה של אש: שאם קרב אדם אצלה נכוה רחק ממנה צנן אין לו לאדם להתחמם אלא כנגד אורה i. e. *quando Deus in montem deſcendere dicitur Igne, indicat, Legem Ignem fore, & de Igne promulgatam, & Igni comparari. Qua enim indoles eſt Ignis? ſi quis hominum propius ad eum accedit; comburitur: receſſerit ab eo* longius, *gelido infeſtatur frigore. Nemo itaque mortalium aliunde ſe calefaciat, quam ad Ignem ejus lucidum.* Quæ hinc afferuntur in *Jalkut Simoni* ad l. c. §. 284. f. 80. c. 1. l. 46. ſqq. Ubi idem ferme repetitur ad Deut. XXXIII, 2. f. 310. c. 3. circa fin. & c. 4. cujus l. 11. ſqq. ait: אש דת התורה נקראת אש דת אמר ר יוחנן כל מי שהוא בא לעסוק בתורה יראה בעצמו כאילו הוא עומד באש תורה שנתן הקב״ה למש״ה אש לבנה חרותה באש שחורה חצובה וכתובה מאש וכו׳: i. e. *Lex vocatur Ignitum ſtatutum. R. Jochanan docuit, quisquis operam dat Legi diſcendæ, conſideret ſeipſum veluti ſtantem ad Ignem. Lex, quam tradidit Deus benedictus Moſi,* eſt *ignis candidus, inciſa Igni nigro, atque exſculpta ab Igne, & de Igne tradita.* RASCHI ad l. c. clarius hæc exprimit, dicens: היתה כתובה באש שחורה על גבי אש לבנה i. e. *quod ſcripta fuerit atro Igne, ſuper Ignem candidum;*

be, ac atra caligine p). Circa inaugurationem vero novi Doctoris, diſpellebantur nubes, & cœlo circa inaugurandum aperto, lux ingens totum ſubito colluſtrabat locum q): tanta fulgidiſſimæ lucis coruſcatione circumſtantium oculos vibrante, ut fulminis referret ſpeciem. Niſi forte diutius moraretur circa illum, cujus gratia chaſma illud evenerat, rectius dignoſcen-

---

*cum traderetur illis, manu dextera divinæ tabulis inſcripta* lapideis. Ut attamento albæ inſcribimus chartæ. In SIPHRE ad Deut. XXXIII, v. 2. f. 60. c. 4. med., unde ſua deſumſit autor *Jalkut* citati f. 310. c. 3. poſt med., paulo prolixiores ſunt, verbis: אש דת למו מגיד הכתוב שדברי תורה נמשלו באש: מה אש נתנה מן השמים כך דברי תורה נתנו מן השמים שנאמר אתם ראיתם כי מן השמים דברתי עמכם: מה אש חיים לעולם אף דברי תורה חיים לעולם: מה אש קרוב לה נכוה רחוק ממנה צונן: כך דברי תורה כל זמן שאדם עמל בהם חיים תם לו ליפרש מהם ממיתים אותו: מה אש משתמשין בה בעולם הזה ובעולם הבא/ כך דברי תורה משתמשין בה בעולם הזה ובעולם הבא: ומה אש כל המשתמש בה עושה בגופו רושם/ אף בני אדם שעמלים בה ניכרים הם בן הבריות: כך תלמידי חכמים ניכרים בהילוכם ובדיבורם ובעטיפתם בשוק/ i. e. verbis, *Ignis eſt Lex illis, ſignificat Scriptura, quod verba Legis comparentur Igni. Quomodo* ſe habet *Ignis? de cœlo datus eſt: ita Legis verba ſimiliter de cœlo data ſunt, prout dicitur* Exod. XX, 19. *vos vidiſtis, quod de cœlo locutus ſim vobiscum. Quid Ignis? vitam confert mundo: etiam Legis verba vitam mundo conferunt. Quomodo* porro *Ignis? quisquis propius accedit ad eum, comburitur; qui longius autem ab eo recedit, friget. Ita ſe habent verba Legis. Quamdiu quis occupatur in illis diſcendis, vitam ipſi conferunt: ſi, ut ſe ſeparet ab illis,* meditetur; *occidunt ipſum. Quid Ignis? uſus ejus eſt in hoc mundo, & in futuro; ita Legis* quoque *verbis utentur tam in hoc ſeculo, quam in futuro. Quomodo tantem* ſe habet *Ignis? quisquis eo utitur, ſtigma ſuo inurit corpori: & qui mortalium in eo laborant,* facile *dignoſcuntur inter alios. Ita diſcipuli ſapientum* Legi ſtudentes *dignoſci poſſunt ex inceſſu ſuo, ſermone, ac veſtitu, in ipſo foro* aliis immixti. Gemina his inveniuntur in PESIKTA SOTARTA ad Deut. l. c. f. 91. col. 1. l. 17. ſqq. quæ brevitatis ſtudio omitto: cum nudis verbis diſcrepent; niſi quod addatur,

ſcendum: quem Scriptura etiam veteris fœderis *Lucis* nomine introducit, illuminaturæ gentes r), caligine errorum ac ignorantiæ diſcuſſa.

§. 22. Pactum itaque jam olim Deum inter atque Iſraelitarum Majores initum, nec non ipſa doctrinæ in N. T. prædicandæ indoles impedivere; ne quid nimis *tremendi, ac terrorem* ſpectatori *incutiens*, in Doctore hujus initiando adhiberetur, vel ſtipulationi olim factæ contrarium, vel naturæ rei minus conveniens. Quo ſolo excepto, tantum abeſt, aliquid amplius *in Chriſto initiato* ſolennitatis fuiſſe omiſſum, quod in *Moſe confirmato* ſacra approbat pagina; ut in plerisque evidentiora *Divinitatis* hic conſpiciantur *teſtimonia.* Populus quidem utrinque teſtaturus, qui ibi ad montis conſiſtebat radices *, hic per utramque fluminis ripam diſperſus † in eo convenit; quod utrinque *aqua purgatus fuerit*, & *præparatus* veluti, *atque* ad rem divinam decenter recipiendam ſuo modo *ſanctificatus* s). Deus vero, qui ibi in montem præruptam deſcendiſſe dicitur t), quo nemini Iſraelitarum integrum erat accedere u), ut in res in occulto ibi geſtas inſpiceret; hic in aperto & libero aëre ſua Se Voce conſpiciendum veluti præbebat, ubi omnia detecta erant, luci expoſita manifeſtæ x). Quamvis

*quod, ut Ignis lucem præbit mundo, idem mundo præſtent verba Legis, juxta illud*, Prov. VI, 23. *lucerna eſt præceptum, & Lex lux.* p) In PIRKE ELIESER c. XLI. circa fin. in rationem inquirunt, *quare e medio Ignis & caliginis*, (ſeu caliginoſi), *& non potius ex Igne lucido* ſuam Deus prodire voluerit Vocem: & reſponſionem; reddunt non ſatis aptam. Cui hæc præferenda. q) Vid. ad §. 10. p. 315. r) Vid. Jeſ. XLII, 6. cap. XLIX, 6. cap. LX, 1. cap. IX, 1. * Exod. XIX, 17. † Luc. III, 21. Matth. III. v. 5. 6. 13. Marc. I, 5. 10. s) Vid. Exod. XIX, 10. 11. 14. PHILO de Decalogo p. 750. D. *παρειστήκει ὁ λεὼς ἁγνεύσας ὁμιλιῶν τῶν πρὸς γυναῖκας, καὶ πασῶν ἡδονῶν, ἔξω τῶν πρὸς τὰς τροφὰς ἀναγκαίων ἀπεχόμενος, λουτροῖς τε καὶ περιῤῥαντηρίοις κεκαθηράμενος ἐκ τριῶν ἡμερῶν, ἔτι καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀποπλυνάμενος ἐν τοῖς μάλιστα λευχείμων*, i. e. *adſtabat populus purus, mulieribus & omnibus voluptatibus abſtinens, præter cibos neceſſarios, lavacris etiam purificatus per triduum, candidis nitidisque indutus veſtibus.* LVCAS I. c. notanter inquit, id contigiſſe, *ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν* interea *tum jam baptizatus modo eſſet omnis populus.* t) Exod. XIX, 9. 16. 20. u) l. c. v. 12. 13. 23. x) Matth. III, 16. *ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί*; dicit *σχιζομένους*. *Ebionitarum* Evangelium Matthæi ebræum,

vis gloria Dei totum repleat mundum y); cœlum tamen atque aer Dei habitaculo, ex uſu Scripturæ, magis competit z), quam mons rigidus, ſpinis conſitus aſperis. Ibi Candidatus intra limites circa montem ductos, &, ex ſententia quorundam Rabbinorum, propius jam ad denſam, ubi Deus erat, caliginem acceſſerat a), oculis Iſraelitarum ferme ſubductus, & extra ipſorum poſitus obſervationem, cum Dei honorabatur alloquio: hic Chriſtus in medio ferme omnium ſpectatorum, per utramque fluminis ripam locatorum, ita conſiſtebat, ut ab omnibus diſtincte conſpici, & a qui-

---

ſupr. §. 10. p. 315. citatum, *affulſiſſe* ait, *lucem eo in loco ingentem.* In illam etiam aëris partem humanæ fraudes vix pertingunt. y) Jeſ. VI. v. 3. Pſalm. CXXXIX. v. 7. ſqq. Pſalm. CXLV, 3. Jer. XXIII, 23. ſqq. 1. Reg. VIII, 27. 2. Chr. VI, 18. ut PROSPER Opuſc. de Providentia Dei, Tom. VIII. *B*iblioth. Patr. max. p. 99. G.

— *Nullo immenſus cohibetur fine locorum:*
*Sed nusquam non eſſe, Dei eſt: qui totus ubique,*
*Et penetrat mundi membra omnia liber, & ambit.*

Et Epigram. 41. l. c. *p.* 91.

— *LOCIS præſens ſimul eſt Deus omnibus unus.*

Unde eleganter admodum Ebræi vocant eum מקום *locum*, כי הוא מקום עולמו ואין עולמו מקומו i. e. *quia ipſe locus eſt mundi ſui, neque mundus ipſi locus, ut* BECHAI loquitur in *Kad hakkemach*, lit. זין f. 28. c. 3. l. ult, ex *Bereſch. rabb.* Sect. 68. f. 76. c. 3. fin. c. 4. init. *MAIM.* More Neb. l. I. c. 70. conf. tamen *R. JOSEPH ZARPATHI* in ס' יד יוסף f. 6. c. 4. fin. *R. JOSEPH ALBO* in Ikkarim. Serm. II. c. 17. inprimis circa fin. *In ipſo* enim *ſumus, movemur, & vivimus,* juxta Paulum, Act. XVII, 27. 28. Quod in *Medraſch Tillim* f. 40. c. 2. probant ex Exod. XXXIII, 21. z) Jeſ. LXVI, 1. Matth. V, 34. c. VI. v. 9. Act. VII, 49. conf. Pſalm. XCVII, 2. Pſ. CIV, 3. Jeſ. XIX, 1. Pſ. CXXIII, 1. Eccl. V, 1. & *cœlo inequitare* dicitur *Deus*, Pſ. LXIIX, 34. de cujus phraſeos ſenſu conf. *Maim.* More Nebuch l. I. c. 70. כסא כבוד *ſolium* Dei *glorioſum*, de quo pleni ſunt omnes Judæorum libri, ſæpius in aëre locatur, vel ſuper nubes: quo & Chriſtus collocat, Matth. XXV. v. 31. coll. c. XXIV. 30. c. XXVI, 46. a) R. ISAAC ARAMA in עקדת יצחק Port. XLIV. circa fin. f. 147. c. 2. עלה משה אל ראש ההר סמוך אל הערפל אשר שם האלהים וכו': i. e. jam inquit, *aſcenderat Moſes in verticem montis, prope ad*

quibusdam etiam manibus contrectari potuerit b). In quo minus errare poterant, quum Spiritus S. in visibili & corporali columbæ specie in ipsum descendens c) ac permanens d), abunde determinaret, istum fore eundem, de quo *Vox cœlitus delapsa* debeat intelligi e); una cum vaticiniis Jesaiæ

---

*densam illam caliginem, ubi Deus erat.* b) Nemo enim hic a totius negocii contemplatione, inquisitione, ac inspectione intima, ullo prohibebatur interdicto; sed aditus unicuique concedebatur liberrimus. c) Luc. III, 22. σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν. Ex quo patres priorum seculorum plerique inferunt, *non* tam *ad modum, quo columbæ descendere solent*, qui lentus est, & cum prudenti quasi deliberatione susceptus, respectum fieri in Matthæo & Marco, dicentibus: πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν, καταβαῖνον ἐπ᾽ αὐτόν; quam ad ipsam formam columbæ externam, in qua apparuerit. Ita *August.* epist. 102. ad Evodium, aliquoties, de doctrina Christiana c. 22. d) Joh. I, 32. e) Ita HIERON. in Matth. I. c., *ne quis putaret, vocem Patris ad Johannem factam, non ad Dominum.* Nec abludit *JUSTINUS Martyr*, Dialogo cum Tryph. p. m. 315. sqq. Etiam *CHRYSOSTOMUS* hanc affert rationem, Homil. XII. in Matth. p. 137. med. Edit. Francof. *Etonensis* autem Tom. II. p. 77. l. 24. sqq. Ubi, cum pluribus opinionem vulgi, Johannem Christo præferentis, enarrasset, subjungit: ἐνενόουν γὰρ, ὅτι οὗτος μὲν τῶν πολλῶν εἷς ἦν. οὐδὲ γὰρ, εἰ μὴ τῶν πολλῶν εἷς ἦν, οὐκ ἂν μετὰ τῶν πολλῶν ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἦλθεν. ἐκεῖνος δὲ μείζων αὐτοῦ καὶ πολλῷ θαυμαστότερος. ἵν᾽ οὖν μὴ αὕτη κρατήσῃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἡ δόξα, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἀνοίγονται βαπτισθέντος αὐτοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα κάτεισι, καὶ φωνὴ μετὰ τοῦ πνεύματος κηρύττουσα τοῦ μονογενοῦς τὴν ἀξίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, παρὰ τοῖς πολλοῖς μᾶλλον ἁρμόττειν ἐδόκει τῷ Ἰωάννῃ. οὐ γὰρ προσέθηκεν, οὗτος ὁ βαπτιζόμενος, ἀλλ᾽ ἁπλῶς οὗτος. καὶ τῶν ἀκροατῶν ἕκαστος περὶ τοῦ βαπτίζοντος μᾶλλον, ἢ τοῦ βαπτιζομένου εἰρῆσθαι αὐτὴν ὑπενόει, διά τε αὐτὸ τοῦ βαπτιστοῦ τὸ ἀξίωμα διά τε τὰ εἰρημένα ἅπαντα. ἦλθε τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς, τὴν φωνὴν ἕλκον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ πᾶσι δῆλον ποιοῦν, ὅτι τὸ, οὗτος, οὐ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτίζοντος, ἀλλὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ βαπτιζομένου εἴρηται. i. e. *arbitrabantur enim, hunc unum quendam e vulgo esse: non enim, nisi unus e pluribus foret, cum vulgo ad baptisma venisset. Iste autem* Johannes *longe major eo videbatur, multoque admirabilior. Ne igitur apud plurimos opinio ista firmaretur; baptizato illi & cœli aperiuntur, & Spiritus descendit, & Vox cum Spiritu Unigeniti hujus prædicat dignitatem. Quia enim vox illa, quæ dicebat, hic est filius meus dilectus,*

*multis videbatur magis Johanni competere: nec enim adjecerat, hic ipse baptizatus, sed simpliciter ISTE. Unde auditorum quisque de baptizante potius, quam de baptizato, dictum id fuisse putabat. Partim ob ipsam Baptistæ dignitatem, partim propter omnia* superius *dicta.* Ideo *venit Spiritus in specie columbæ, vocem istam trahens ad Jesum, cunctisque notum faciens, quod illud, HIC EST, non de Johanne baptizante, sed de Jesu baptizato dictum fuerit.* Et interjectis quibusdam: ἡ περιστερὰ διὰ τοῦτο τότε ἐφάνη, ἵν' ὥσπερ ἀντὶ δακτύλου τινὸς δείξῃ τοῖς παροῦσι, καὶ τῷ Ἰωάννῃ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. i. e, *Columba ideo tunc apparuit, ut veluti loco exerti digiti ostendat præsentibus ac Johanni ipsi Dei filium.* Q. d. *ille*, quem veluti digito monstro, eft &c. Conf. idem ad h. l. in Catena Patr. Græc. *Corderii.* Eadem ante ipsum statuit CREGORIVS, cognominatus THAVMATVRGVS, Serm. in SS. Theophan. circ. fin. p. 36. B. Edit. Paris. 1622. prioris v. Moguntinæ 1604. p. 112. fin. verbis: Τῶν δὲ παρόντων Ἰουδαίων τῶν ἐγγὺς, καὶ τῶν πόῤῥωθεν διαλογιζομένων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους λεγόντων. μὴ, μάτην ὑπενοοῦμεν τὸν Ἰωάννην ἀμείνονα τοῦ Ἰησοῦ; μὴ, μάτην ἐνομίζομεν ἐκεῖνον κρείττονα τούτου; οὐκ αὐτὸ τό βάπτισμα τῷ βαπτιστῇ τὸ κρεῖττον προσμαρτυρεῖ; οὐκ ὁ μὲν ἐβάπτισεν, ὡς ὑπερέχων, ὁ δὲ βεβάπτισται, ὡς ἐλάττων; Τοιαῦτα θρυλλούντων τῶν ἀγνοούντων τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ὁ μόνος κύριος καὶ φύσει πατὴρ τοῦ μονογενοῦς, ὁ μόνος εἰδὼς ἀκριβῶς ὃν μόνος ἐγέννησεν ἀπαθῶς, διορθούμενος τὴν ἐσφαλμένην τῶν Ἰουδαίων ὑπόνοιαν, ἀνέωξε τὰς πύλας τῶν οὐρανῶν, καὶ κατέπεμψε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἰησοῦ δακτυλοδεικτῶν τὸν νέον Νῶε, καὶ δημιουργὸν τοῦ Νῶε, καὶ τῆς ναυαγούσης φύσεως ἀγαθὸν κυβερνήτην. καὶ αὐτὸς οὐρανόθεν ἐπιβοᾷ φαιδρᾶς λέγων. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς μου, ὁ ἀγαπητός. ἐκεῖνος ὁ Ἰησοῦς, οὐχ ὁ Ἰωάννης. ὁ βαπτισθεὶς, οὐκ ὁ βαπτίσας. ὁ ἐξ ἐμοῦ γεννηθεὶς πρὸ παντὸς χρονικοῦ διαστήματος, οὐχ ὁ ἐκ Ζαχαρίου. ὁ ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς κατὰ σάρκα, οὐχ ὁ ἐκ τῆς Ἐλισάβετ &c. i. e. *Cum vero Judæi, qui cominus & eminus aderant, apud se cogitarent, & inter se dicerent: Nunquid frustra suspicabamur, Johannem potiorem ac meliorem Jesu? Nunquid frustra existimabamus, illum hoc excellentiorem? Nonne ipsum baptisma Baptistæ attestatur, quid sit potius? Nonne is baptizavit, ut is qui præstat; at hic baptizatus est, ut inferior? Hæc inter se murmurantibus iis, qui dispensationis mysterium ignorabant; ille qui solus Dominus est, & natura pater unigeniti: qui solus accurate at-*



*que*

Jesaiæ f) atque Davidis g) talem de Messia inunctionem, *Spiritu Dei*, ceu *oleo letitiæ* peragendam, prædicentibus. Quæ initiationis pars in Mose montem conscendente h) omissa fuit penitus.

§. 23. *Vox* ista memorata minime quidem terribilis erat & horrisona: *non* tamen *tenuis* ac remissa nimis; *sed* cum jucunditate quadam, tenori Verborum conveniente, *satis sonora & penetrans*. Qualis Deum potentissimum decet, & quæ ab illis, quos confirmare debebat, distincte possit percipi. Cum pro Christo glorificando *vox cælitus delapsa* diceret, *glorificavi, & glorificabo denuo;* quæ adstabat turba vocem istam audiens, putabat, *factum esse TONITRV* i). Quia *cælum* hic dicitur *apertum* k), vel, secundum Marcum l) *fissum;* cujusmodi *chasma* seu *hiatus* apparet, *fulmine* subito per aërem vibrato, non improbabile videtur, etiam hic *FVLMEN prius erupisse* penetrabile, ad excitandum adstantium animos; *voce TONITRV referente* mox subsecuta m) Ebræorum קול *Vox*, ejusque

*que perfecte novit eum, quem solus absque passione ac perturbatione genuit; ipse*, inquam, *erroneam Judæorum suspicionem corrigens, aperuit cælorum portas, & Spiritum S. in specie columbæ demisit super caput Jesu;* digito velut *ostendens novum Noë, & creatorem Noë bonumque naufragio periclitantis naturæ gubernatorem. Et ipse cælitus inclamat, clare dicens: hic est filius meus dilectus. Ille Jesus, non Johannes. Qui baptizatus est, non qui baptizavit: qui ex me genitus est, ante omne temporale spatium; non qui ex Zacharia: qui ex Maria natus est secundum carnem non qui ex Elisabet* &c. f) cap. LXI. v. 1. coll. cap. XI. v. 2. g) Psalm. XLV, 8. h) Quod cæteroquin divino repletus fuit *Spiritu*, non vocatur in dubium. Alias de eo non distributum fuisset LXX. Senioribus, Num. XI, 25. i) Joh. XII, 28. 29. k) Matth. III. 16. *ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοί*, Luc. III, 21. *ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν.* l) c. I. 10. *εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς* m) Non ausim hic provocare ad Evangelium *Ebionitarum* Ebræum, ex *Epiphanio* Hæres. 30. §. 13. supr. ad §. 10. fin. p. 315. adductum: ubi prostat, *καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα.* Quia scriptum est apocryphum: & hanc illuminationem *Voci* jam editæ postponit. Quamvis *JVSTINVS Martyr*, tali ordine non observato, in suo cum Tryphone Dialogo p. m. 315. fin. hinc desumsisse credatur, tanquam *ab Apostolis profectum*, & *ipsis Christi legatis*, quod *πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ.* Autor tractatus de *Baptismo Hæreticorum*, inter Cypriani opera relati, provocat ad librum confictum, PETRI PRÆDICATIO inscriptum: in quo legatur, *Ignem*

que pluralis קולות *Voces*, quibus Lex seu Decalogus promulgatus dicitur n) *de Deo usurpatæ*, haud raro denotant *TONITRVA*. Dubitantem



*super aquas esse visum*, cum Christus baptizaretur. Sed subjicit, *in Evangelio nullo id scriptum esse.* Quæ ex *Syrorum* liturgiis in hanc rem afferunt, itidem incerta sunt, Si *Severi Patriarchæ* precationem intelligunt, quæ incipit ܢܘܗܪܐ ܢܘܗܪܐ ܡܫܒܚܢܐ quamvis ad Pf. XXIX, 3. provocet, p. 12. sq. Edit. Plant. Antverp. 1572. cujus verba multum conferrent meæ probandæ sententiæ. Propius videtur accedere *JVVENCVS Hisp.*, hanc Matthæi historiam carmine complexus verbis:

*Hæc memorans, vitreas penetrabat fluminis undas,*
*Surgenti manifesta Dei præsentia claret.*

Tom. IV. Biblioth. Patr. max. p. 58. D. Non inepte enim *Joh. Millius* Prolegom. 766. conjicit, *Manifestam hanc Dei præsentiam* שכינה dictam Ebræis, *lumen fuisse illud magnum, quod fulserit in aqua, dum Christus baptizaretur.* Cujus *luminis* etiam mentionem faciat pervetustus Codex S. Germani Parisiis, ubi extet: *Et cum baptizaretur Jesus, lumen magnum fulgebat de aqua; ita ut timerent omnes, qui congregati erant.* De quo judicent, quibus datur inspiciendi examinadique facultas. Potuit *cum fulmine, Ignis* descendere per aquam dispersus: cum fulmen ipsum Ignis sit, ingenti comitatus fragore. n) R. MOSES NACHMANIDES ad Exod. XIX, 21 adductis aliquot e Scriptura locis, in quibus dicuntur Israelitæ audivisse *Vocem* vel verborum, vel Dei loquentis, subjungit: ומזה תבין מה שאמרו רבותינו תמיד במדרשי הגדות כי בשבעה קולות נתנה התורה והם שהזכיר דויד במזמור הבו ליהוה בני אלים והוא המנין הנרמז בפרשה הזאת כי ויהי קלת וברקים חסר ונמנה אחת וכן וכל העם רואים את הקולת חסר ממנו הרבים ונמנה הכל ששה וכן במשנה תורה הזכיר שבעת קולות במתן תורה ובמסכת ברכות אמרו בגמרא שנתנה בחמשה קולות וכו׳: i. e. *Hinc intelliges, quid sit, quod ubivis locorum in Commentariis allegoricis Doctores nostri dicant, per septem VOCES Legem fuisse promulgatam. Quæ sunt istæ, quas David commemorat in Psalmo XXIX. Date Domino filios arietum. Et idem numerus tecte in hac innuitur Sectione. Quoniam* קלת Exod. XIX, 16. in verbis: *& fuerunt* קלת *voces, & fulgura, defective scribitur; hinc reputatur pro una. Similiter* Exod. XX, 15. (Al, 18.) *& omnis populus*

tem confirmabit evolutio Psalmi XXIX., o) quem ad Legis promulgationem accomodari vidimus p). Quæ *vox* in Paradiso sonuit q), Adamum ad rationem perpetrati facinoris reddendam evocans, jucunda non erat, & leniter sonora: alioquin præ timore ejus non aufugisset Adam, inter densos arborum ramos quærens latibulum r). Neque talem facinus a Protoplastis perpetratum meruerat s). Et si nuspiam alias hoc sensu occurreret; in historia certe Decalogi promulgati *Vox* a *TONITRV* notando non est aliena. Cum *fulgura* t) adjecta habeat, *tædas ardentes* u), *densas nubes* x), *ignem, & montem clibani instar fumigantem* y). Ut de *tremore* populi, ipsiusque montis z) nil dicam. Quæ licet circa inaugurationem Christi non extiterint, ob pactum sæpius hactenus commemoratum a): ea tamen erat anni tempestas, qua usitatissime fieri solent TONITRVA. Et si dixeris, cœlo hoc contigisse sereno; eo magis in admirationem & attentionem, arduo huic negocio nessariam, rapiebat adstantes quoscunque *.

§. 24. Deprehenditur aliquid in Scriptis Ebræorum nimis frequens: quod vocatur בת קול *filia Vocis*, uti ad literam redditur. Non pauci sunt Christianorum, qui posteriori Nomini recto קול, *TONITRVI* hic tribuunt notationem b): quamvis in applicatione plerique aberrent, per *filiam vocis* intelligentes *sonum repercussum*, e tonitru veluti prognatum

*videbant* הקלת *Voces istas, deficit* ו *in signo pluralitatis, quod valet sex. Ita quoque in Deuteronomio septies Vocis mentionem facit in promulgatione Legis. In Gemara autem codicis BERACHOTH dicunt* fol. 6. b. l. 32. sqq. *quod promulgata sit, per quinque VOCES* &c. mentem istorum propius cogniturus, adeat autorem ipsum l. c. pluribus se explicantem. o) inprimis v. 3. 4. 5. 7. sqq. Talia enim ibi prostant Prædicata, quæ VOCI modice sonanti nequaquam competunt. p) supra §. q) Gen. III, 8. sqq. r) l. c. v. 10. coll. fine v. 8. s) l. c. v. 6. coll. l. c. v. 3. c. II. v. 17. t) Exod. XIX, 16. u) Exod. XX, 15. x) Exod. XIX, 16. y) l. c. v. 18. z) conf. Exod. XIX, v. 16. 18. a) inprimis §. 20. p. 336. sqq. * Quemadmodum quum, ad discursum *R. Josua* & *R. Jose* Sacerdotis, in solstitio Junii, quo cœlum serenum esse solet, subito cœlum obducebatur nubibus, in admirationem abrepti dicuntur omnes, in Cod. *Chagiga Bab.* f. 14. b. l. 23. sqq. *Jerus.* f. 77. c. 1. l. 5. fin. b) Conf. DAN. HEINSIVS Aristarch. ad *Nonnum*, Exercit XIV. p. 277. Exercit. XXV. p. 455. sqq. approbatus B. nostro *Glassio*, Gram. Sacr.

tum c) quem *Echo* dicimus. Judæorum eos in hoc decepit autoritas d), & usi-

lib. III. tr. 1. Can. 36. §. 6. p. 478. (Al. 139.) it. lib. IV. Tr. 3. Obs. 14. p. 986. (A. 837. sqq.) *Schindl.* Lex. in קול &c. c) Vid. *Hotting.* Thesaur. Philol. lib. II. c. 1. Sect. IV. p. 509. sqq. Edit. tertiæ, *Buxt.* Lex. Chald. Talm. in בת col. 320. *Abbreviat* in ב״ק p. 57. *Spencer* de usu Urim & Thummim c. 2. Sect. 1. p. 7. d) *R. Jacob ben. Chabib* in En Iisrael (ad *Cod. Barach.* c. I. f. 3. a. circ. fin.) f. 1. col. 3. ait, se invenisse in *Tosaphoth.* Cod. Sanhedr. (scil. f. 11. a.) quod יש אומרים שלא היו שומעים קול היוצא מן השמים אלא מתוך קול אחר כמו פעמים שאדם מכה בכוח ושומע קול אחר חיוצא ממנו למרחיק ואותו קול היו שומעין לכך קורין אותו בת קול i. e. *sint, qui dicunt, non audivisse eos vocem ex ipso cœlo exeuntem: verum quod ex illa voce prodierit vox alia. Quemadmodum sæpe contingit, ut homo vehementer* (rem aliquam) *percutiens, audiat vocem aliam ex ista prodeuntem,* velut *e loco longe dissito. Quam ipsam vocem audiverint; ac ea propter vocarint eandem VOCIS FILIAM.* Quilibet videt, quod *Echo* conceperit. Nec alieni ab hac sententia sunt Antiquissimi istorum Scriptores, v. g. in *SCHEMOTH RABBA*, Sect. XXVIII. circa fin. f. 144. c. 3. l. 16. ubi examinaturi significationem verborum Deut. V, 19. קול גדול ולא יסף i. e. *voce magna, quæ non addidit* hæc addunt, שלא היה לו בת קול i. e. *quod non habuerit filiam vocis*, h. e. vi contextus, *repercussionem soni*, quam *Echo* dicimus. Et ibid. Sect. XXIX. circa fin. f. 145. c. 2. l. 10. sqq. אמר רבי שמעון בן לקיש מהו ולא יסף אלא כשאדם קורא לחברו יש לקולו בת קול והקול שהיה יוצא מפי הקב״ה לא היה לקולו בת קול: ואם תמה אתה על זו הרי אליהו כשבא לכרמל כנס כל הכומרים וא״ל קראו בקול גדול כי אלהים הוא מה עשה הקב״ה הדמימם כל העולם והשתיק העליונים והתחתונים והיה העולם תוהו ובהו כאלו לא היה בריאה בעולם שנ׳ אין קול ואין עונה ואין קשב שאם ידבר הם אומרים הבעל עננו: עאכו כשדבר הקב״ה על סיני השתיק כל העולם כדי שידעו הבריות שאין חוץ ממנו i. e. *Dixit R. Simeon fil. Lakisch, quodnam est illud*, Deut. V, 19. *ET NON ADDIDIT? Scil. quoties homo vocat proximum suum, datur voci ipsius FILIA VOCIS*, h. e. *aliqua repercussio. Voci autem ex ore Dei benedicti prodeunti nulla erat FILIA VOCIS*, h. e. *reciprocatio. Quod si mireris hoc,*

& ulita *filiæ* significatio, matrem respicientis, e qua nascitur e). Sed latior est ipsius usus *. Ea vero propter, quod plura prostent exempla, in quibus *filia vocis* conjunctim quemcunque *sonum* denotat, etiam *primigenium*, non ex alio ortum f); non ilico dicendum, *filiam* prorsus otiose fu-

*considera Eliam, qui ad montem Carmel accedens, omnes congregabat Atratos* (Sacerdotes), *dicens illis* 1. Reg. XVIII, 27. *clamate voce magna, numquid Deus est?* (ubi Echo respondisset), *Deus est. Quid fecit sanctus ille benedictus? conticere voluit totum terrarum orbem, silentio Superis imposito Inferisque: haud secus ac si toto mundo in vastitatem ac inanitatem redacto, nulla amplius in eo foret creatura, prout dicitur* l. c. v. 29. *neque vox extitit, neque respondens, neque attentio. Si quis enim locutus fuisset; dixissent illi, Baal respondit nobis. Quanto magis S. I. B. in Sinai sermonem faciens, totum hunc mundum voluit silere: ut omnes cognoscant creaturæ, neminem fore præter ipsum.* Series Orationis urget, ut dicamus, autores hos *vocis* exprimere voluisse *repercussionem*, quam *Echo* dicimus. Loco cujus *filiam vocis* adhibuerunt: nunquam id facturi, nisi credidissent, celebratissimam ipsorum *VOCIS FILIAM*, *repercussionem* inferre *vocis alterius*. PISKE TOSAPHOTH Cod. *Sanhedr*. c. I. nr. 29. בת קול היינו כשקול יוצא מן השמים יוצא מתוכו קול אחר׃ i. e. *Filia vocis est, quando Vox quædam e cælo egreditur, & ex eadem voce prodit alia.* ELIAS GERMANVS in *Tisbi* consentit, verbis: ואומרים שאינו קול ממש אלא בת של קול i. e. *dicunt, non esse vocem proprie dictam, & primigeniam; sed talis vocis filiam.* Nec alium sensum pariunt verba R. BECHAI ad Deut. XXXIII, 8. citata infr. ad §. 25. lit. (k) e) Unde TREMELLIO ad Act. XII, 22. *veluti soboles* est, *partu vocis edita:* SPENCERO l. c. *ex tonitru, tanquam ex utero matris suæ prodiisse* dicitur. HOTTINGER. l. c. *ipsam vocis Etymologiam haud parum eos* juvare putat, qui per *filiam vocis* intelligant *sonum repercussum*, *qui ἠχὼ Græcis* dicatur, *& Hebræis alias* הברה *aut* קול דממה, ex 1. Reg. XIX, 11. * Vid. Interpr. §. 27. B. GLASSIVS Grammat. Sac. lib. III. Tr. I. Can. 36. f) Præter exempla a JOH. VORSTIO de Hebraismis N. T. cap. XIII. p. 335. sqq. ex Targumim posterioribus, ac Versione Syr. N. T. allata, v. g. Gen. XXXVIII, 26. Num XXI, 6. Act. XII, 22. Hebr. III, 15. quibus addidit *B. Joh. Heinr. Häner* de בת קול cap. I. §. 6. Deut. XXVIII, 15. c. XXXIV. 5. Cant. II, 14. c. IV, 1. c. V, 14. & Thr. III, 38. it. Rom. X. 16. c. V, 18. qui urget inprimis

fuisse appositam g), vel nudum exprimere articulum præpositivum h) Omnis redundantia nobis est suspecta i). Quod Kimchi k) observat, בן *atque* בת *extra Regimen, & sine mentione patris aut matris, PARVVLVM denotare, & PARVVLAM;* id latius extendendum quandoque est, ad ea etiam loca, quæ Patrem aut matrem, vel simile quid diserte adjiciunt; ut istorum intuitu ceu majorum, horum inferatur *parvitas.* Quando *oppidula, villæque* minores, aut *pagi* in Sacris FILIÆ dicuntur, in relatione ad *metropolin* אם Ebræis dictam, ceu *matrem* l), non semper ab hac descendunt, ceu coloniæ hinc deductæ: sed sufficit, quod ista sint minores. Ut de *filiabus* Ecclesiarum nil dicam. Novit Scriptura adhuc בת הנשים *filiam fæminarum* m) & Talmudis Pandectæ בן פטיש *filium mallei* n) בן חריץ *filium aquæductus* o) בר שורא *filium muri* p) at-

Hebr. III. v. 3. cum v. 15. collatum; quorum prior *filiam* omittat. Plura alia adduci possent e Talmude. In Cod. *Berach.* f. 3. a. l. 37. Elias simpliciter *Vocem* vocat, quod *R. Jose* l. sqq. *filiam vocis.* In Cod. *Sota* c. VII. f. 33. a. l. 11. Johannes Pontifex M. *vocem* audivisse dicitur e Sanctissimo prodeuntem: & mox l. 14. *Simeon justus* ex eodem loco *vocem* exeuntem: quam mox tamen l. 18. *filiam vocis* dicunt. Quam formulam etiam adhibet *Talmud Jerus.* Cod. *Sota* c. IX. ad $\theta$. 14. easdem recensens historias, quæ in *Babyl.* l. c. c. VII. referuntur. Exemplorum horum copia foret immensa. g) ut *Vorstius* l. c. statuit, approbatus *B. Hänero* l. c. §. 10. h) ex sententia *Andr. Mülleri*, Exercit. VI. sub Præsid. *Vorstii*, Rostochii quondam habita; citante *Hänero* l. c. §. 20. i) Conf. Interpr. §. 29. k) in ס׳ שרשים ad rad. בנה post med. Verba ejus sunt: וכאשר יבוא בן או בת מלתי סמוכות ובלי זכר האב או האם יורה על הקטן והקטנה: probationis loco affert Exod. XXI. v. 31. coll. v. 28. consentiente Ab. Esr. it. Ezech. XIV, 16. l) *Dav. Kimchi* l. c. in præcedentibus: ונקראו המגרשים והכפרים בנות לפי שהם כבנות לעיר והעיר להם כאם i. e *vocantur etiam* inquit, *suburbia & pagi filiæ: quia sunt filiorum instar Urbi, ipsaque Urbs illis est instar matris.* Exempla sunt ubivis obvia, Jos. XV, 48. c. XVII, 11. 17. 1. Chr. V, 16. c. VII, 28. 29. c. VIII, 12. c. XVIII, 1. 2. Chr. XIII, 19. Neh. XI, 25. 27. 30. 31. m) Dan. XI, 17. n) Cod כלים cap. XXIX. $\theta$. 7. o) Cod. *Bava bathra* cap. VII. $\theta$. ult. p) *Kimchi* ad Jes. XXVI, 1. explicaturus vocem חֵיל dicit, היא

atque בירתא ברת *filiam fossæ* q). In quibus omnibus *filius* atque *filia* vim habent *diminuendi;* Substantivo recto ita applicandam, ut *Diminutivum* exprimat. De Talmudicis nullum est dubium. Quod enim *filius mallei*, *malleum parvum* seu *malleolum* notet; tam Maimonides quam Obadias de Bartenura consentiunt, & ipsa mensura in contextu definita postulat. Quæ & urget, ut per *filium aquæductus*, *minorem* intelligamus *canalem:* cum latitudini *aquæductus* sex tribuat palmos, *filio* autem *aquæductus* non nisi tres. Qui proinde altero parte dimidiata minor est, & contractior. Idem judicium de *filia fossæ* ferendum, suppeditabit controversia ibid.

---

החומה הקטנה שלפני החומה הגדולה: ובדברי רז"ל אמי חיל וחומה שורא ובר שורא: i. e. *notare* eam *murum istum parvum, ductum ante murum majorem.* Ut *in scriptis Doctorum nostrorum p. m.* legimus: *quid sibi volunt* verba Thr. II. 8. חיל וחומה Resp. notant *murum*, *& FILIVM MVRI.* Provocat nim. ad Cod. *Pesachim* c. VII. ubi ad θ. 12. f. 86. a. l. 24. 25. examinant verba Mischnæ, quibus *fenestræ & densitates muri ad partem* referuntur *interiorem*, & dicunt: בשלמא החלונות משכחת לה דשויה לקרקע עזרה אלא עובי החומה היכי משכחת לה משכחת לה בבר שורא דכתיב ויאבל חיל וחומה ואמר ר' אחא ואיתימא ר' חנינא שורא ובר שורא: i. e. *recte quidem sese habet quoad fenestras: invenis enim, quod æquales sint fundo Atrii. Verum ubi tale quid invenis de densitate muri?* Resp. *invenis ei in FILIO MVRI; juxta id, quod scriptum est* Thr. II, 8. *& luxit* חיל וחומה, *quæ R. Acha, alii tamen dicunt R. Chanina, interpretatur murum & FILIVM MVRI.* Glossa marginalis *filium muri* explicat per חומה קטנה לפנים מן החומה גדולה והיא נמוכה ושוה לקרקע גובה העזרה שקרקע העזרה הולך וגבוה ועולה במעלות· i. e. *murum parvum, ab interiori parte muri majoris: qui depressus est, & fundo quoad altitudinem Atrii æqualis. Atrii quippe fundus sensim fit altior, & per gradus assurgit.* Videtur fundamentum murorum intelligere, quod semper latius esse solet muro imposito. Quem excessum vocat *filium muri.* q) Cod. *Chüllin*, f. 106. a. l. 17. Nam loc. cit. l. 11. sqq. legimus: חמי טבריא חזקיה אמר אין נוטלין מהם לידים אבל מטבילין בהן הידים ורבי יוחנן אמר כלי גופו טובל בהן אבל לא פניו ידיו ורגליו השתא כלי גופו טובל ברבב פניו

ibid. Hiskiam inter & R. Jochanan agitata: quam Rab Papa per discrimen hoc *exigui rivuli*, e thermis Tiberiensibus derivati, qui vasis naturam referat, & tantum aquæ non contineat, quantum ad mersionem rite instituendam requiritur, componere satagit. Nec *filia fœminarum* e pluribus



na-

ידיו ורגליו לא כל שכן: אמר רב פפא במקומן דכע׳ לא פליגי דשרי משקל מיניהו במנא דכע לא פליגי דאסיר כי פליגי דפסקינהו בברת בירתא מר סבר גזרינן בת בירתא אטו מנא ומר סבר לא גזרינן כתנאי מים שנפסלו משתיית בהמה בכלים פסולים בקרקע כשרין רש׳ בן אלעזר אומר אף בקרקע טובל בהן כל גופו אבל לא פניו ידיו ורגליו השתא כל גופו טובל כהן ידיו ורגליו לא כל שכן אלא לאו דפסקינהו בבת בירתא ובהא פליגי דמר סבר גזרינן בברת בירתא אטו מנא ומר סבר לא גזרינן:

i.e. *De thermis Tiberiadis statuebat Hiskias, quod manus non lavent ex illis, immergant tamen illis manus* licite. *Sed R. Jochanan docuit, totum corpus immergat illis; at nec faciem suam neque manus, nec pedes suos!* Exc. *Quod si totum corpus suum, illis immergere licet, nonne multo magis vultum suum, manus atque pedes suos? dixit Rab Papa*, aquis istis *in loco suo* subsistentibus, *nemine mortalium dissentiente, permissum est:* illis vero *vase quodam exinde haustis, toto mundo consentiente, probibitum est. Verum dissentiunt inter se, decreturi de aquis in* FILIAM FOSSÆ *collectis. Uno opinante, decidendum esse* FILIAM FOSSÆ *itidem pro vase habendam; altero autem statuente, non ita decidendum fore. Secundum illam conventionem, aquæ per potum bestiæ cujusdam vitiatæ, in vasis, rejectitiæ sunt; in fundo autem, recte sese habent. R. Simeon filius Elasar docebat, etiam in fundo suo* existentibus, *totum corpus illis licet immergere; non tamen vultum, manus atque pedes. Quod si totum corpus immergere illis licuit, nonne multo magis manus suas, atque pedes? Nequaquam vero, quia decreturi id erant de FILIA FOSSÆ, circa quam in partes abeunt: altero istorum statuente, decidendum esse de FILIA FOSSÆ*, quod & illa pro vase sit habenda: *altero autem opinante, non ita fore decidendum.* Qui rem ipsam disputatione hac ventilatam planius cognoscere velit; adeat *Maimonidem*, Hilc. *Berachoth* c. VI. §. 5. & Hilc. *Mikvaoth* c. XI. §. 1. Interim collatio FILIÆ FOSSÆ cum vase non admodum capace, quemque docebit, quod *fossam* admo-

nasci potuit mulieribus, vel idem notare ac *fœmina fœminarum* *, ad præstantissimam istarum exprimendum; sed *fœmellam* denotat *ætatis* adhuc admodum *tenellæ*, & vix satis viro maturam. Qualem concipiunt *Cleopatram*, cum nuptui daretur Ptolemæo, qui de ea locum interpretantur r) Ad horum itaque valorem, בת קול *FILIA VOCIS* seu *TONITRVI*, idem foret *ac Vox remissior*, vel *tonitru remissius*, atque *intensum minus*, quam illud erat, quod circa Decalogi promulgationem in monte Sinai horribiliter intonabat.

§. 25. Potuisset primus appellationis autor, Genus Substantivo recto, ut in proxime præcedentibus, accommodaturus, vel deceptus dici ex terminatione קולות Fœmininorum; ut & usum vocis קול in eodem Genere conceperit, ac *filiam* potius sonitus vel vocis dixerit, quam *filium*: vel, juxta ELIAM s), per קול aliquam Dei מדה *proprietatem* concepisse, quam Cabbalistæ תפארת *Pulcritudinem* t) vocant, constructione sensui conformata: vel studio *fœmininum* adhibuisse ad *sonum* vel *jucundiorem*, vel *magis remissum* u) subinnuendum. Qualem necessario concipias, si ex *horridiori* isto in monte Sinai audito, qui in continuatione magis magisque vehementius fremuisse dicitur x), hunc derivatum tibi persuaseris, vi pacti Deut. XVIII, 16. repetiti. Quod si autem respectum fieri dixeris ad *filiam* a matre *ortam*; concipere liceret *vocem articulatam*, quæ

dum *exilem* exprimat, a scrobe parum vel nihil distantem *. Dan. XI. v. 17. ad mentem quorundem Interpretum, Interpr. §. 14. nr. 1. vel 5. abutentium. r) Conf. *Joseph.* Antiquit. l. XII. c. 3. p. 401. A. s) *Germanum* illum, quem & *Grammaticum* subinde cognominant, in suo *Tisbi*, ad vocem בת. Ubi verbis e cod. *Sanhedr.* supra §. 24. lit. (d) tactis subjungit: ובעלי הקבלה אומרים שהוא קול של מדה אחת הנקראת קול ואולי כן הוא: i. e. *Cabbalistæ dicunt, quod sit vox Proprietatis cujusdam, divinæ, quæ vocetur VOX: & forte ita est* t). Ita ex שערי אורה ordine alphabetico digestis, Autor Cabbalæ denudatæ Part. I. p. 663. קול *Vox*, ait, *nullibi non ad* תפארת *pertinet.* Vi cujus בת קול perinde foret, ac בת תפארת u) constructione naturæ ipsi conformata, quæ in sexu sequiori semper est debilior quidem, sed & amœnior. Vid. Jes. XXVII, 9. & conf. Interp. §. 5. II. Et id ipsum intendisse videtur *Bechai*, priori ratione Verborum mox lit. (k) citandorum; quæ alioquin nihil facerent ad quæstionem propositam x). Exod. XIX, 19

quæ *tonitru* cum fulmine *præmissum*, ceu suam sequeretur matrem, *jucundo expressam alloquio.* Assensum quippe eruditorum non meretur sententia R. BECHAI y), qua ideo *filiam* potius *vocis* dicendam contendit, quam



y) Ex instituto hanc Quæstionem format, (ex singulari arcano id factum asserens,) quare *FILIA* potius *vocis* dicatur, quam *filius?* ut postulare videbatur קול masculinum. Et, quum soluturus eam, illustrationis ergo pluribus disseruerat, quare Talmudici בנין אב *structuram PATRIS* dixerint, non *matris*; & vice versa יש אם למקרא *datur MATER Scripturæ* non *pater.* Quod scil. ibi de *Lege scripta* sermo sit, hic de *orali.* Deinceps f. 227. c. 4. l. 26. sqq. pergit: וכן
בכאן בבת קול שהזכירו בת ולא בן מוכרח היה
לפי שהקיל הזה המגיע לאזני השומע הוא כמשך
מאותו הקול שכתוב בו והיה אם שמוע תשמע בקול
יהוה אלהיך וכן עוד וישמע את הקול מדבר אליו
והקול חוזה הנשמע יקרא בת לפי שהוא נמשך מאותו
קול וזהו לשון בת קול: ועוד לטעם אחר כמרץ
הוצרכו לומר בת קול כי היה הקול יורד לאזני השומע
כמדת הכסא שהוא רחב מלמעלה וקצר מלמטה כי
כן דמות כסא הכבוד וכן צורת האש של מעלה רחבה
למעלה קצרה למטה וזה לשון בת קול שהיה הקול יוצא
במדת הכסא: i. e. *Et ita hic se res habet in FILIA VOCIS, quando mentionem ejus faciunt; sub nomine FILIÆ, NON FILII.* Scil. quemadmodum in formula præcedente, *datur MATER Scripturæ.* Alias ratio proxime sequens omni prorsus destitueretur consequentia). *Necessarium fuit* ita loqui. *Quia hæc ipsa Vox ad aures audientis pertingens, derivatur ab illa voce, de qua scriptum extat* Deut. XXVIII. v. 1. *eveniet, si obtemperando obtemperaveris VOCI Jehovæ Dei tui: & porro* Num. VII, 89. *& audivit VOCEM continuo loquentem cum ipso. Hæc itaque vox audibilis FILIA vocatur, quia AB ALTERA illa DERIVATVR: unde resultat formula FILIÆ vocis.* (Quod & obtineret, si *FILIVM vocis* dixerint). *Præterea ob aliam rationem prægnantem coacti* veluti *fuerunt dicere FILIAM vocis: quia Vox illa ad aures descendebat audientis, juxta attributum Solii* gloriosi: *quod superne amplum est, inferius contractum. Talis enim est similitudo Solii istius gloriosi. Et hæc quoque forma est Ignis superioris: spatiosus est superne, & inferne contractus. Id quod denotat formula FILIA VOCIS: quia vox il-*

quam ejus *filium*, (cui Gentilium responderet *Ajus locutus* z); quia vel Solius sit Legis oralis, vel convenientiam habeat cum Solio Dei glorioso, vel igne sublunari. Nec ausim ad notissimum provocare Idiotismum, quo Fœminina Ebræi substituunt pro Neutris latinorum: vi cujus, *filia Vocis* idem esset, ac *aliquid vocale*, vel *sonorum* a) Quia Adjectivis Idiotismus ille proprius, non Substantivis adjectivorum vim inferentibus. Omnem ex sexu moveri solitam difficultatem feliciter superaret, qui בת *filiam*, per Appositionem, vel cum שכינה *manifestatione majestatis divinæ*; vel cum נבואה *prophetia* conjungeret; vel cum רוח הקודש *Spiritu sancto*, ubi vox prior communis generis sæpius in fœmino occurrit. Judæi namque, plurimis approbati Christianis, *filiam vocis* pro specie habent Prophetiæ b): quamvis nec MAIMO-NI-

---

*la egreditur per naturam Solii.* Subtiliora hæc sunt, quam ut rationem consequentiæ, quam inde inferre conatur, distincte possim perspicere. z). Quo de videatur LIVIVS lib. V. cap. 32. med. &. c. 50. *CICERO* de Divinatione lib. I. c. 45. qui *Ajum loquentem* dicit, p. m. 450. *PLVTARCHVS* de fortuna Rom. p. m. 319. *GELLIVS* N. A. lib. XVI. c. 17. a) Interpr. §. 2 b). Ita diserte scribit BECHAI, loc. cit. l. 10. ודע כי׳ ארבע מדרגות הן בנבואה בת קול אורים ותומים רוח הקודש נבואה וכולן מדרגות זו למעלה מזו וכו׳: i. e. *Scito autem, quot quatuor in Prophetia existant gradus: filia vocis, Urim & Thümmim, Spiritus sanctus*, & *Prophetia* stricte dicta. *Omnium vero istorum graduum subsequens superior est proxime præcedente.* Paucis interjectis, *filiam vocis* omnium istorum vocat infimum. R. JACOB FIL. CHABIB in *En Israel* f. 1. c. 3. circa fin. בת קול לפי האמת היא מדרגה קטנה ממדרגת רוח הקודש׃ i. e. *Filia vocis*, inquit, *in rei veritate gradus minor est eo, quem Spiritum S. dicimus* col. 4. l. 6. de R. Jose, nimis attente preces fundente affirmat, quod באה אליו השגה כדמות נבואה קטנה שלא היתה אפילו על ידי מלאך אלא למטה מזה שהיא על ידי אליהו הקיים בגוף ונפש וכו׳: *supervenerit eidem apprehensio, ad similitudinem Prophetiæ exiguæ: quæ ne quidem ministerio Angeli cujusdam contigerit; sed adhuc inferius, ELIÆ MINISTERIO facta, corpore atque anima adhuc superstitis* &c. l. c. l. ult. filiam vocis vocat מדרגה תחתונה ממדרגת רוח הקודש׃ *gradum inferiorem gradu Spiritus sancti.* Autor libri COSRI, Part. III. c. 21. טובי החכמים בבית שני רואים הצורות ושומעין בת קול והוא

NIDES c) nec R. JOSEPH ALBO d) inter diversos Prophetiæ gradus eam recenseat. Et haud pauci Talmudistarum eadem de רוח הקודש, seu *Spiritu sancto*, referunt, quæ alii de בת קול seu *FILIA VOCIS* *. Quod autem גלוי השכינה, h. e. *divinæ MAJESTATIS revelationem* testatur, omni caret dubio; atque ad id probandum, nec ad Talmudistarum e) neque Cabbalistarum f) opus est, provocemus consensum. Cum quocunque autem horum per Appositionem conjunxeris; rationem invenires in natura Principalis appositi, quare *filia* potius diceretur, quam *filius Soni*, vel Vo-

---

מדרגת החסידים ולמעלה ממנה מדרגת הנביאים: i. e. *Præstantiores* inquit, *Sapientum in templo secundo videbant figuras, & audiebant FILIAM VOCIS, qui gradus est Piorum istorum: quo gradus Prophetarum est superior.* Ibidem c. 73. *Prophetiæ* subjungit: בת קול לא פסקה מהם בבירת שני יהיא: מדרגת למטה ממדרגת החזון והדיבור וכו': i. e. *FILIA VOCIS nunquam subducta illis fuit, durante Templo secundo: quæ ipsa gradus est inferior gradu Visionibus, & sermonis Prophetici.* Idem loc. cit. c. XLI. paulo clarius exponitur, verbis: לא נסתלקה מהם הנבואה או מה שעומד במקומה מבת קול וזולת זה וכו': i. e. *nunquam subduxit se ab illis Prophetia, aut id, quod istius locum occupabat, FILIA* scil. *VOCIS, & præter hunc*, h. e. juxta *R. Judam Muscato* f. 175. c. 1. מדרגת רוח הקודש שהיא אמצעית בין נבואה לבת קול i. e. *gradum SPIRITVS SANCTI: qui medius est inter Prophetiam, & FILIAM VOCIS* c) in *More Nebuchim* Part. II. cap. 45. coll. I. cap. 44. it. Hilc. *Jesode Tora* cap. VII. d) in ס' עקרים lib. III. c. 10. & 11. p. 71. sqq. * Conf. cod. *Maccoth* f. 23. b. l. 25. coll. l. 27. 29. 31. *Medrasch Koheleth* f. 111. c. 4. l. 35. f. 112. c. 1. l. 1. 5. 8. *Bereschith rabba* Sect. 85. f. 96. c. 2. l. 19. 20. coll. l. 25. 27. *Jalkut Simoni* ad Gen. XXXVIII. v. 26. f. 44. c. 1. l. penult. *R. Sam. Japhe Toar* ad l. c. c. ב' f. 473. 2. col. 1. & 2. e) citatorum mox infr. ad lit. (m) p. 360. Quibus adde *Talm. Jerusol.* Cod. *Sota* cap. IX. ad θ. 14. f. 24. c. 2. l. 22. sqq. Cod. *Berach.* f. 3. c. 2. circa fin. Cod. *Cilaim* f. 32. c. 2. l. 18. sqq. Cod. *Schabbath* c. VI. f. 8. c. 3. l. 46. sqq. *Avoda sara* f. 42. c. 3. l. 16. sqq. l. 28. sqq. ubi *FILIA VOCIS* vicem *Prophetiæ* subiisse dicitur. f) Vid. *SOHAR* Sect. ויגש: f. 114 c. 4. l. 2. sqq. Edit. Sulzbac. ad Gen. XLV, 16. & Jer. XXXI, 15. ubi aliquoties *Schechina* per *vocem* manifestata dicitur. Quod & in Cod. Bab. *Megilla* f. 29. a. l.

*Vocis:* &, per consuetum Idiotismum, quo בן atque בת concreta constituunt, a Substantivo ab illis recto denominata g); nullo ad *tonitru*, sed ad *vocem* in sermone usitatam, respectu habito, בת קול הנבואה *propbetiam* verteres *vocalem*, seu *sonoram*; & בת קול השכינה *majestatem Dei vocalem*, seu *sonoram*, sive *per vocem manifestatam*; atque רוח הקודש בת קול *Spiritum Sanctum sonorum*, seu *vocalem*. Ibi quidem in oppositione ad istum Dei influxum, qui solum Prophetæ intellectum afficiebat, sensibus organorum corporalium cessantibus h): isthic in relatione ad Majestatem Dei in densa nube Tabernaculum Mosis, ac Salomonis templum adimplente i), revelatam: hic vero in oppositione ad *Spiritum S. impellentem*, & vehementer commoventem ad actiones heroicas suscipiendas, aut Dei voluntatem populo annunciandam. Cum & in ipsa Scriptura N. T. Act. XIII, *Spiritus sanctus* dicatur *locutus*. Verum quia eadem vocum connexio nullibi locorum, quantum mihi constat, invenitur: & tam *Prophetia* quam *divina Majestas*, jam olim *per vocem* innotuit, non modo pluribus in visionem abreptis k); sed Mosi minimum vigilanti, suisque utenti sensibus: quoties Tabernaculum ingressus, Deum inter Cherubos Propitiatorii de re dubia consuleret l). Judæi autem *filiam vocis* ordinarie *Spiritui sancto* contradistinguunt †, & eo præcipue tempore usitatam contendunt, quo *Spi-*

24. sqq. habetur. g) *Interpr.* §. 27. h) Conf. *Maim.* & *Joseph Albo* ll. cc. i) Vid. Exod. XI, 34. 1. Reg VIII, 10. 11. k) Vid. Num. XII, 6. & conf. 1. Sam. III, 4. 6. 8. 10. Jes. VI, 1. 8. Ezech. XVII, 12. c. II, 1. c. XL, 3. 4. Sach. I, 14. Dan. VIII, 13. 16. Gen. XXXI, 1. c. XV. v. 4. Jos. V, 13. *MAIM.* More Nebuch. Part. II. c. 44. & 25. *R. Joseph Albo*, l. c. f. 72. a. circa fin. l) Num. VII, 89. c. XII, 8. c. IX, 8. Exod. XXV, 22. cap. XXXIII, 11. Deut. V, 21. conf. *Joseph Albo* Serm. III. cap. 10. f. 72. b. l. 4. sqq. Imo in promulgatione Decalogi totus populus, vigentibus adhuc omnibus sensibus & extra Visionem & ecstasin, *vocem Dei* audivisse dicuntur, Exod. XX, 19. Deut. IV, 12. 15. 33. 36. cap. V, 4. 19. 20. 21. 23. conf. *Joseph Albo* l. c. cap. II. f. 73. b. l. 1. sqq. Vid. supr. §. 19. * p. 331. sqq. Cæterum Prærogativæ, quibus Moses gavisus dicitur super alios omnes Prophetas, recensentur *Maimondi* Comment. ad *Sanhedr.* c. חלק, fundamento VII. sed elegantius & concisius Hilc. יסודי תורה c. VII. §. 6. Ad priora ipse, provocat, More Nebuch. Part. II. cap. 45. in fine. †) verba *Bechai* ad Deut. XXXIII. v. 8. f. 227. c. 4. l. 10. sqq. vid. supr. ad lit. (b) p. 358. Quibus paulo post l. 12. subjungit, *filiam vocis* gradum esse omnium *infimum:* in-

*Spiritus S.* inter illos operari cessarit m) in Actis autem l. c. *Spiritus S* dici queat per os cujusdam Prophetarum locutus, qui ibid. v. 1. recensentur congregati; uti Act. I. v. 16. refertur *locutus per os Davidis.* Ideo, horum quidem intuitu, mallem in *Diminutivo Soni* vel *tonitrui*, juxta superius tradita subsistere. Utut enim neutiquam dixerim, vocem circa Baptismum Christi cœlitus delapsam, ullo modo coincidere cum Talmudistarum בת קול *FILIA VOCIS*; prouti scil. ipsi eam definiunt, & admittunt. Nescio tamen qui fiat, ut quoties eam considero, semper in mentem veniat horridior illa *Vox* in monte Sinai olim audita. Cujus hæc, ceu *Diminutivum istius*, secundum sensum superius traditum, quasi *filia* videtur. Qui *remissius sonuit*, audientes ad attentionem potius provocans, & ad accessum invitans propiorem; quam ut trepidantes, cum illis * starent e longinquo. Posset & eo sensu *FILIA VOCIS* sive *TONITRVI* vocari; si prius *tonitrua* in nube dissipata sonuisse conceperis, quorum fragorem vox remissior, articulata & intelligibilis mox interceperit.

§. 26. Si cui vero nihil horum placuerit; meminerit, inter מדות seu *Proprietates* divinas, quæ corporei quid inferre, ac eapropter Deo minus competere videntur, referri *FACVLTATEM LOQVENDI*: quæ ordinarie organa postulat corporalia, a Deo per Scripturam pariter, ac sanam rationem removenda. Cum *Cosreus* ille de Nominibus Dei, ejusque *Proprietatibus* solicitus o), Nominum explicatione cognita

inter quem, & *Spiritum sanctum* intercedat: gradus *Urim* ac *Tummim.* *Maimonidi* quidem in More Nebuch. Part. II. c. 45. *Spiritus Domini* gradum Prophetiæ constituit omnium infimum; sed eidem l. c. cap. 4 . fin. *filia vocis* etiam ei contingit, qui ad *prophetiam* prorsus præparatus non est. Ut Manoæ, ejusque uxori, Hagari, aliisque. Præcipue nimis evidenter ibidem sibi invicem opponuntur, ubi *filia vocis in usum* dicitur *introducta*, postquam נסתלקה רוח הקודש מישראל i. e. *subduxerit sese Spiritus sanctus ab Israelitis.* Uti loquuntur ll. cc. supr ad (c) p. 359. sqq. & mox ad (m) p. 361 Si *Spiritus sanctus se subduxit* b illis; non potuit illos præsens alloquutus dici præsentes. Nisi subductionem istam soli motui interno ad actiones heroicas adscripseris. m) Vid. cod. *Joma* f 9. b. l. 34. sqq. *Sota* f. 48. b. l. 13. sqq. *Sanhedr.* f. 11. a. l. 24 sqq. *Bechai* ad Deut. XXXIII, 7. f. 227. c. 4. l. 34. sq. *Cosri* Part. III. c. 73 med. p. 253. in vers. lat. Buxt. Adde supr. p. 81 lin. ult. sqq. *) ad radices montis Sinai aliquamdiu constitutis Exod. XIX. v 17. unde mox perterriti, aufugiebant c. XX. v. 15. Deut. V, 20. sqq. o) in COSRI Part.

gnita p), porro instaret, quid faciendum de מדות *Proprietatibus*, quæ magis corporales sint, ut cum *videns* dicitur, audiens, *LOQVENS* q) &c.? Præceptor ejus Judæus talem nonmodo explicationem subjungit, quæ *FILIÆ VOCIS* exacte competit r): sed in progressu illam *LOQVENDI facultatem* aliquo-

II. c. 1. fin. f. 59. b. Edit. Ven. quæ Commentarium *R. Judæ Muscato* adjectum habet, legimus: ותחלה מה ששאל מותו על השמות וחמדות המיוחסות אל הבורא יתברך ומה יראה בקצתם מן ההגשמה עם הרחקת הדבר ההוא אצל השכל וכן מרחקת אותו התורה בביאור: i. e. *Primum* (vi methodi delineatæ Part. I. c. 23. & 24.) *quod interrogabat eum, erat de Nominibus istis, ac proprietatibus peculiariter Creatori benedicto attributis, & quod in quibusdam ipsarum aliquid corporeitatis appareat; quam longe removendam suadet sana ratio, & ipsa Lex aperte eam removet.* p) Quam toto cap. II. Præceptor Judæus peragit. q) Ita l. c. §. III. איך תעשה במדות שהם יותר גשמיות כמו רואה ושומע ומדבר וכותב על הלוחות וכו׳: i. e. *quid facies de illis Propietatibus, quæ magis corporales sunt, ut* cum dicitur *videns, audiens, atque LOQVENS, nec non scribens super tabulas?* Ad quæ *R. Juda Muscato* כי הראיה והשמיעה והדבור והכתיבה הן פעולות נשלמות בכלים גופיים: i. e. *certe visus, & auditus, ac locutio, atque scriptura, actus sunt, perficiendi instrumentis corporalibus.* r) loc. cit. §. IV. ושהאויר וכל הגופים נפעלו לרצונו ומצטיירים בדבורו כאשר הצטיירו השמים והארץ ונקרא כותב ומדבר: i. e. *Quando aër & omnia corpora efficiuntur juxta voluntatem ipsius, & formantur sermoni ejus exprimendo apta, ut olim cæli formabantur atque terra; tunc dicitur scribens & loquens.* Vid. his gemin. lib. I. §. 89. ad quæ hic provocat *R. Juda Muscato* f. 63 b. illisque subjungit col. 3. l. 14. sq. ומה שאמר בכאן ומצטיירים בדבורו אין להבין ממנו שהיה לו דבור קודם: שאם כן נפלנו בספק עצמו שברחנו ממנו ליחס לו דבור גשמי רק ענינו שמצטיירים בצירות האותיות המורות על הענינים שהוא חפץ להשמיעם אל הנביא או אל ההמון: i. e. *quando vero hic dicit, & formantur* בדבורו; *non intelligi debet*, per sermonem ejus, *ac si foret ipsi sermo antiquior*, per quem jusserit: sed ב id est ac כ, *juxta sermonem* ipsi desideratum. *Nam si illud foret; in id ipsum incideremus dubium, quod evitare conamur, attribuendo ipsi sermonem corporalem. Sed sensus ejus est, quod formentur in figuras,* efferentes *literas istas, significan-*

quoties disertis verbis *FILIAM VOCIS* cognominat s). *R. Jacob fil. Chabib.* in EN ISRAEL t) ad Cod. *Berachoth* mirum in modum evehit u) sententiam *R. Sal. Isaacidis*, de *FILIA VOCIS* ad Cod. *Sota* x) traditam. Ibi vero, aliter quam *ELIAS* supr. citatus *, בת קול *Dei* vocat מדה seu *PROPRIETATEM*; *per quam nunc huic, nunc alteri suam distincto sermone voluntatem revelet* y). Eodem prorsus sensu, quo autor libri *Cosri* modo laudatus. Et in *Medrasch Koheleth* z) ista *R. Eliesaris* sententia, qua in tribus Conciliis, Semi scil., Samuelis, atque Salomonis, insonuisse dicitur *filia vocis*, incertos *directura* a), adscribitur למדת הדין *proprietati judiciali*, seu *decisivæ*. Quam & *Bechai* b) derivandam putat e *Proprietate Justitiæ* quæ in *judicio* præcipue vigeat. Quorum si quod receperis; nec opus habebis, *FILIAM* cum *FILIO* confundere, turpi sexus neglectu c): nec periculosum concipere Pleonasmum d), ad ipsius Scripturæ injuriam: nec *ad TONITRV* respicere, vel in Sinai horrisonans, vel quodcunque aliud, e quo concipiatur nasci e). Necessario enim *FILIA* fuerit adhibenda, non *FILIVS*; ut cum מדה in genere conveniat, per Appositionem consuetam מדת השם בת קול vel מדת הדין בת קול, h. e. *Proprietas Dei* vel *proprietas judicialis SERMOCINANS*, vel *loquens*, *elocutoria*, *affabilis*, vel *facunda*. Ad imitationem Romanorum f), *Ajam* diceres *Locutiam*. A qua gentili

Zz 2 ta-

*tes verba ista, quæ audire vult Prophetam quendam, vel turbam integram.* Quæ verba sunt ipsius autoris l. c. & ultima §. 89. lib. I. s) l. c. Part. III. §. 11. f. 148 b. it. §. 41. f. 175. a. §. 73. f. 193. b. conf. etiam §. 39. f. 171. b, ad mentem *Muscato*. t) f. 1. col. 3. l. 12. sqq. u) fol. 3. a. circa fin. x) cap. VII. *Babylon.* f. 33. a. l. 9. sqq. *Jerusol.* ad cap. IX. θ. 14. * §. 25. lit. (s) p. 356. y) Verba Ebræa sunt: בת קול אותה מדה הממונה על כך יודעת בשבעין לשון מפני שעשויה להשמיע והיא משתלחת לכל הלשונות פעמים לזה ופעמים לזה: ad literam: *Proprietas ista FILIA VOCIS, eum in finem constituta, septuaginta linguas intelligit: quia eum in finem posita est, ut audita percipiatur, & ad quascunque linguas mittitur, nunc ad hanc, nunc ad aliam.* z) ad Eccl. X, 16. f. 111. c. 4. l. penult. a) cod. *Maccoth* f. 23. b. l. 25. sqq, *Bereschith rabba* Sect. 85. f. 96. c. 2. l. 19. sqq. *Jalkut Simoni* ad Gen. XXXIIX, 26. f. 44. c. 1. l. penult. *R. Sam. Japhe* in יפה תואר ad loc. cit. e. ב״ר f. 473. a. c. 1. 2. b) ad Deut. XXXIII, 8. f. 227. c. 4. l. 11. 12. c) Quem committunt, *filiam* idem dicentes ac *filium*; subsidia etiam mala LXX. Intt. versione quærentes. d) de quibus supr. ad §. 24. lit. (g) p. 353. e) juxta 24. 25. f) de

tamen appellatione, Christianos haud immerito abstinent: nisi, adfictitiam Talmudistarum בת קול, ut Judæos intra debitos modestiæ cancellos contineant, unice applicuerint g).

§. 27. Non enim Deus aliquis ignotus, cui Romani h) pariter atque Græci i) aram excitasse leguntur, hic *loquens* introducitur; nec Angelus, vices Dei mittentis sustinens k) sed idem *Deus supremus*, qui Mosen olim de

quibus supr. §. 25. ad lit. (y) p. 357. g) Quæstio enim est de sola appellatione, auribus latinis cognita; non de re ipsa. h) Quum enim ignorarent, qui *ajebat* & *loquebatur*, vocem edens humana clariorem; nomen ex eo invenit, & aram. i) Conf. Act. XVII, 23. ubi Paulus dicitur *Athenis* aram invenisse, ἀγνώστῳ Θεῷ inscriptam. Cujus & plures alii mentionem faciunt. PHILOSTRATVS in vita *Apollinii* lib. VI. c. 2. in fine: unde sua desumsit *Suidas* in Τιμασίων LVCIANVS in *Philopatr.* Op. T. II. p. m. 769. & circ. finem Dialogi hujus, p. 780. conf. ISIDORVS *Pelusiota* lib. IV. epist. 69. unde sua OECVMENIVS ad Act. I. c. DIOHENS *Laërtius* in *Epimenide* lib. I. §. 110. p. 71. Edit. *Meibom.* 1692. βωμὸς ἀνωνύμους i. e. *aras sine nomine* vocat. Alios vid. apud *Joh. Meurs.* in Piræeo cap. X. De utriusque TERTVLLIANVS adv. Marc. lib. I. c. 9. *Invenio* inquit, *plane ignotis Deis aras prostitutas. Sed Attica idololatria est. Item incertis Deis: sed superstitio Romana est. Porro, incerti Dei minus noti, ut minus certi; & proinde ignoti, quia minus certi.* Cui mox verus Deus vocatur *Deus notus creator*, & *Deus certus.* k) Quod magno molimine evincere conatur LIPPMAN in *Nizzachon* §. 28. ad Gen. XXII. v. 11. ex communi suorum hypothesi, qua Angeli creduntur ita sermonem instituere, ac si Deus ipse loquatur. Verba ejus sunt: ומה שאמר חמלאך ולא חשכת את בנך את יחידך ממני ולא מאת השם ית׳ שאין חש״ם ית׳ מדבר עם הנביא אלא על ידי מלאך אמצעי והכי פי׳ ויקרא אליו מלאך כלו׳ ויקרא אליו השם על ידי מלאך אמצעי ומסייבם ולא השכת את בנך את יחידך מטני כלו׳ כן הייתה קריאת הש״י ויכצת בו ויאמר אליו מלאך אנכי האל בית אל וגו׳ וכאלה רבות: i. e. *Quod Angelus dixerit, & non cohibuisti filium tuum unigenitum a ME, non autem a DEO benedicto;* fictum est, *quia Deus benedictus NVNQVAM cum Propheta loquitur, nisi per Angelum intermedium. Ita enim explicari debent verba v. 11. & acclamavit eum Angelus, quasi diceretur, & clamavit*

de monte Sinai allocutus scribitur. *Vox* quippe *cælitus delapsa* l) a nemine provenisse præsumitur, nisi qui cœlorum Dominus est & possessor m). Verba



*ad eum DEVS PER ANGELVM mediatorem. Proinde finit, nec cohibuisti filium tuum unigenitum a ME. Ut significaret, talem fuisse Dei compellationem benedicti, Cui gemellus est locus*, Gen. XXXI. v. 11. 13. *& dixit ad eum Angelus, EGO sum DEVS ille Bethelis* &c. *cujusmodi extant plurima.* Mox inquirit, quare Gen. XVIII. ubi Angeli manifesto humana induti forma apparuerant, istorum tamen unus dixerit v. 10. *revertendo REVERTAR?* למה לא אמר המלאך השם ישוב
אליך כמו שנ׳ בסוף ויהוה פקד את שרה והיינו
משום שהמלאך בא בשליחות. הקב״ה אין צורך לשנות
ממה שמקבל שפע דיבור הש״י לפי שאינו מקבל דבר
הש״י בדמיונות כמו נביא: — וכאשר קיבל המלאך דיבור
הש״י שוב אשוב אליך וגו׳ כך אמר המלאך ופי׳ מן
דברי המלאר שאמר לו למי נשלח איך דבר הש״י
וכה״ג מצינו בכמה מקומות בתלמוד שנתן עליהם בת
קול — והקול נשמע כאילו הש״י בעצמו מדבר עמהם: —
אלא תעניך כמו שבאתי שאינו גשמי שמקבל שפע דיבור
הש״י לכן אין צריך לשנותו: i. e. *quare non dixerit* potius *Angelus iste, Jehova redibit ad te, quemadmodum in fine dicitur* cap. XXI. v. 1. *& Jehovah visitavit Saram. Id vero factum est, quia Angelus iste Legatione fungebatur Sancti istius benedicti: non opus habens quicquam mutare in sermone, prouti per influxum a DEO recipiebat. Non enim Dei sermonem per Imaginationem recipiebat, ut Propheta. Quum itaque accepisset Angelus Dei sermonem benedicti, revertendo revertar ad te* &c. *ita enunciavit Angelus; ut ex ipsis Angeli verbis, quæ recitabat ei, cui missus fuerat, pateat, quomodo dixerit ipse Deus benedictus. Et ad eundem prorsus modum invenimus in quam plurimis locis Talmudicis, quod præbuerit illis FILIAM VOCIS: quæ vox ita percipiebatur, ac si Deus ipse loquatur cum illis. Sed sensus est, prouti explicui. Quod corporalis non sit, qui influxum Sermonis Dei benedicti reciperet: itaque* opus non habuit, *eundem mutare.* Si cum B. *Wagenseilio* legeris, inserto שמי ante שאינו, talis foret sensus: *quod is qui corporalis non est, cum recipit influxum sermonis divini, non opus habeat eum mutare.* Sed h. m. לכן abundaret

l) Matth. III, 17. Φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, & ita Marc. I, 11. Luc. autem III. cap. 22. in sing. ἐξ οὐρανοῦ. m) Vid. supr. ad §. 22.

ba ipsa, *filius meus tu es* n), indicant, a nullo hæc dicta fuisse, quam qui Ejus *Pater* reapse fuerit: qui honor nulli Angelorum competit, sed soli Deo supremo ac æterno. Qui ea ipsa verba jam olim per Davidem o) ex parte, & partim per Jesaiam p) de Messia prædixerat, suo enunciata nomine *. Et quid obstat, quo minus vocem Θεȣ̃, cum πνεῦμα junctam v. præ-

sit. (l) p. 345. n) Prouti Marcus & Lucas ea efferunt ll. cc. Eadem argumenti vis manebit, si juxta Matthæum concipias, ȣ̃τός ἐϛιν ὁ ὑός μȣ, *hic est Filius meus.* o) Psalm. II. ubi prostat בני אתה, *filius meus tu es.* Conf. supr. §. 10. p. 315. Ebionit. Evang. p) cap. XLII, 1. ubi reliqua habentur בחירי רצתה נפשי, *dilectus meus*, in quo (voce בך e præcedenti membro repetita,) *delectatur anima mea*, i. e. εὐδόκησα, juxta Instit. §. 36. Interpr. §. 44. * ibi enim diserte præmittitur, *Jehovam ita dixisse.* In Cod. *Succa* cap. V. f. 52. a. l. 23. sqq. (cujus verba, quia propius accedunt ad antiquos Codd. MStt. & Edit. Venetam, ex *En Jacob* adducam, tit. c. nr. 29. f. 117. col. 3. Edit. antiquæ, qua usus est B. *Hachsp.* sed f. 118. c. 1. Edit. Ven. 1625. & f. 41. c. 4. post med. Edit. Amstelod. cum עור כתבורת ita tradita:) ת״ר משיח בן דויד שעתיד להגלות במהרה בימינו אומר לו הקב״ה בני שאל מה אתה מבקש ואני נותן לך שנ׳ אספרה אל חוק יהוה אמר אלי בני אתה וגו׳ i. e. *docent* communi omnium consensu *Doctores, Messiæ filio Davidis, (qui cito atque adeo in nostris adhuc diebus appareat!) dicere Sanctum illum benedictum, MI FILI, postula quodcunque velis, dabo illud tibi: quia dictum est* Ps. II, 7. *enarrabo statutum, Jehova dixit mihi, FILIVS MEVS TV ES, ego quolibet die te genui. Postula a me, & dabo gentes hæreditatem tuam.* Quousque verba adducuntur in Talm. Edit. Venet., in sqq. omissa. In posteriori loco ex Jesaia desumto, evidenter tota orationis series indicat, *Deum* introduci loquentem. Et quamvis de Objecto non omnes conveniant; *R. Dav. Kimchi* tamen ad Jes. LXI, 25. observat, Patrem suum *R. Joseph Kimchium* totam *Sectionem de Messia interpretatum;* qui observarit l. c. *dici EXCITAVI, non expresso eo, quem excitarit; donec dixerit, en servus meus, fulciam me eo.* Ad mentem scil. *Jonathanis f. Usiel*, qui verba c. 42. v. 1. transtulit: הא עבדי משיחא אקרבניה בחירי דאתרעי ביה מימרי אתן רוחא דקודשי עלוהי דיני לעממין יגלי: i. e. *en servus meus Messias! admovebo eundem: selectus meus, in quo delectatur verbum meum*, h. e. complacui ego ipse (conf. int. §. 29. 12. §. 44. II, 2.) *dabo spiritum meum super eundem; judicium meum populis revelabit.* Quæ omnia ex asse conveniunt verbis nostræ historiæ. Sed & rursus Antiqui

præcedenti 16. Matthæi, hic repetas? ut, sicut *Dei Spiritus* in commate præmisso descendisse dicitur, ita & hic *Dei vox* locuta. Certe in Scriptura sæpe dictio una pluribus inservit locis, quam quibus expresse additur q). Et quamvis Marcus c. I. 10. eam ne *Spiritui* quidem adjungat; ipsum tamen Orationis argumentum, & collatio cum reliquis Evangelistis, eandem referentibus historiam, instituta postulat, ut *Dei* dicatur *Spiritus*; & ita *vox* ejusdem *Dei* supremi.

§. 28. Contemnerem Judæos, qui *Angelos* dicunt Autores *filiæ vocis* proximos r) omnisque sermonis, Dei nomine ad Prophetas, aut totam

Ebræorum diserte a nostris stant partibus. In *Medrasch* שוחר טוב citante *R. Simeone* in *Jalkut* ad Mal. III, 23. §. 595. f. 88. c. 4. & ad Psalm. XLII, 9. §. 745. f. 104. c. 4. אמרו ישראל בגאולה ראשונה כתיב שלח משה עבדו אהרין אשר בחר בו שלח לי אף שנים כנגדם שלח אורך ואמיתך אמר הקב״ה הנני משלח שנ׳ הנני שולח לכם ארת אליה הנביא הרי אחד והשני הן עבדי אתמוך בו בחירי רצתה נפשי i. e. *introducuntur Israelitæ dicentes, in redemptione prima scriptum est* Psalm. CV, 26. *misit Mosen servum suum, Aaronem quem selegerat. Mitte mihi itidem duos, ipsis correspondentes: mitte lucem tuam, veritatem tuam,* e Ps. XLIII, 3. Quibus RESPONDIT SANCTVS ILLE BENEDICTVS: *en Ego missurus sum.* (Quod ibi in Suffixo dicitur הנני, hic in pronomine separato exprimitur אני משלח:) *sicut dicitur* Mal. III, 3. *ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam: en unum! alterum autem* Jes. XLII, 1. *ecce servum meum, cui innitar; selectum meum,* quo *mea delectatur anima* q). Ebræi id exprimunt, per במקום שנים עומד, *stat loco duorum*: vel מושך עצמו ואחר עמו i. e. *trahit se & aliam secum,* passim v. g. *Ab. Esr.* ad Jes. XX. v. 4. וחשופי שלת מושכת עצמה ואחרת עמה, ut non tantum *natibus* dicantur *denudati, sed & pudendis.* r) Ne prolixus sim in coacervandis testimoniis; vel solus Talmudistarum locus, quo contendunt, *ANGELOS non intelligere linguam chaldaicam*, idque invertere conantur per *FILIAM VOCIS* chaldaice loquentem; quam tandem a Gabriele formatam concludunt: id abunde comprobat. Legitur Disputatio in Cod. SOTA cap. VII. f 33. a. l. sqq. אמר רב יהודה לעולם אל ישאל אדם צרכיו בלשון ארמית דאמר ר׳ יוחנן כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין מלאכי השרת נזקקין לו לפי שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי ל״ק הא ביחיד הא בצבור ואין מלאכי חשרת מכירין בלשון ארמי והתניא

יוחנן כוהן גדול שמע מבירת קודשי הקדשים שהוא אומר נצחו טליא דאזלו לאגחא קרבא לאנטוכיא: ושוב מעשה בשמעון הצדיק ששמע קול מבית קדשי הקדשים שהוא אומר בטילת עבידתא דאמר שנאה לאיתאה על היכלא ונהרג גסקלגס ובטלו גזרותיו וכתו אותה שעה וכיוונו ובלשון ארמי היו אמרין: אי בעית אימא בת קול שאני דלאשמועי עבידא: ואי בעית אימא גבריאל הוה דאמר מר בא גבריאל ולימדו שבעים לשון: i. e. *Docuit Rab Juda, nunquam postulet homo res sibi necessarias idiomate chaldæo: quia R. Jochanan docuit, quisquis postulat res sibi necessarias idiomate chaldaicam isti non intelligunt.* Resp. *nulla hic* adest *difficultas. Alterum intelligitur de unico, alterum vero de precibus in Ecclesia fusis.* Exc. *Numquid vero Angeli ministeriales non intelligerent linguam chaldaicam! atqui recepta est sententia, Johannem Pontificem maximum audivisse Vocem e Sanctissimo prodeuntem, qua dixerit* idiomate chaldæo: *Vicerunt Juvenes, qui abierant ad prælium ineundum Antiochiam. Et denuo* alia circumfertur *historia de Simeone justo, quod audiverit Vocem e loco Sanctissimi prodeuntem, quæ dixerit: irritum factum est Opus illud, quod jactaverat Osor ille inferre adversus Templum. Interfectus quippe est Garkalgas,* (in Jeruf. l. c. vocatur גוליקס) *ejusque aboleverunt decreta. Annotarunt item horam illam, & applicuerunt eam rebus gestis.* (in Jerusol. *Sota* ad cap. IX. ℈ 14. f. 24. c. 2. l. 26. dicitur יבתבו אותה הערה וכתבו בו זמן וכיוונו שבאותה שעה היתה:) *Hæc ipsa* vero *idiomate dixerant chaldæo.* Resp. *Si vis, dicam, FILIAM VOCIS diversimode se habere: quia ad promulgandum* aliquid *constituta fuit. Aut si mavis, dicam, Gabrielem fuisse* qui eam vocem ediderit. *De hoc quippe aliquis,* (infra in hoc. cap. f. 36. b. l. 37.) *retulis, quod Gabriel superveniens, Josephum LXX. linguas docuerit.* In COSRI lib. III. c. 11. f. 1. v. 8. a. l. ult. & b. l. 1. sqq. legimus: והוא לעולם כאלו השכינה עמו והמלאכים מתחברים עמו בכוה׳ ואם יחזק בחסידות ויהיה במקומות הראוים לשכנה יתחברוהו בפיעל ויראת אותם עין בעין למטה ממדרגת הנבואה כאשר היו טובי החכמים בבית שני רואים הצורות ושומעים בת קול והיא מדרגת החסידים i. e. *Vir sanctus semper est, ac si Majestas divina adesset sibi, & Angeli sua se virtute cum ipso associarent. Quod si in sanctitate confirmetur, & in locis fuerit recipiendæ divinæ Majestati aptis; associarent se ipsi actu, ut oculariter eos videat, infra Prophetiæ gradum. Quemadmodum Optumi quique Sapientum in Templo secun-*

tam quandoque communionem delati s); vel ipsum nonnunquam *Eli-*

*secundo videbant hujusmodi figuras, audientes FILIAM VOCIS, quæ gradus est Sanctorum istorum.* R. SAMVEL ELIESER in *Cothnoth Or*, Cod. Sota f. 42. c. 2. l. 24. sqq. diserte ait, Voces istas durante Templo secundo editas. NON A DEO IMMEDIATE provenisse. Verba ejus sunt, לאו מפי השכינה היה׳ האם כן נבואה הוה ואלו המעשים בבית שני היו שכבר בטלה הנבואה או משמתו חגי זכריה ומלאכי׳ אבל בבת קול כדמסיק היו משתמשין גם לאחר חרבן בית שני כדמוכח פ״ק דיבמות וכן י״ל דמשתמשין היו במלאכים או כדמסיק גבריאל הוה: i. e. *Non ex ore ipsius Majestatis divinæ fuit. Quia si sic esset, foret Prophetia. Istæ vero historiæ durante Templo secundo contigere, quum dudum perierat Prophetia; aut saltem ex quo Haggæus, Sacharias, & Malachias mortui fuerant. Verum FILIA VOCIS, juxta conclusum, utebantur etiam post domum secundam vastatam, prout evincitur capite primo* Cod. *Jevamoth* (sc. fol. 14. a.). *Atque ita dicendum est, quod Angelorum usi fuerint ministerio: aut, secundum conclusum, Gabriel erat.* Idem videtur inferendum esse ex rebus circa martyrium *R. Akivæ* gestis. Cum enim, hoc ob confessionem fidei crudelissime trucidato, Angeli causam Confessorum apud Deum egissent, quod de manu Ejus potius moriendum ipsis foret, quam a tyrannide humana; responsumque ipsis fuisset, חלקם בחיים יצתה בת קול ואמרה אשריך ר״ע שאתה מזומן לחיי העה״ב׃ *partionem ipsorum fore inter vivos: Illico prodiit FILIA VOCIS, dicens, beatus es R. Akiva! tu enim paratus es ad vitam mundi futuri.* e Cod Cod. Berach. f. 61. b. lin. 38. sqq. Quasi sententiam a Deo prius cognitam, mox ratione hac revelarint hominibus. Cum in Cod. *Bava Mezia* c. IV. f. 59. b. *R. Josua* in sententia *R. Eliesaris* nollet acquiescere, utut eandem, post varia miracula, etiam *de cœlo* per *FILIAM VOCIS* probarit; sed regereret ex Deut. XXX. v. 12. *non in cœlo eam fore*, sed dudum de monte Sinai promulgatam, ideoque ad *FILIAM VOCIS* non esse attendendum: subjungit R. SAMVEL ELIESER in *Cothnoth Or*, ad l. c. num. 17. f. 67. c. 3. lin. 13. sqq. הוא כפי מה שאמרו לא נתנה התורה למלאכי השרת׃ i. e. *hoc fore juxta id quod dicunt, non traditam esse Legem Angelis ministrantibus*, ut scil. ab his, seu *FILIA VOCIS* decisionem petamus. Un- & alibi idem ait, usum *FILIÆ VOCIS* non admittendum, nisi ubi Legi non sit contraria. Conf. Gal. I, 8. s) MAIMON. in *More Nebuchim* P. II.

*Eliam* t); si hi soli dubium hoc moverent, & ad solam Christianam causam deprimendam applicarent. Verum cum ipsosmet Christianos haud paucos hic hæsitantes deprehendamus; Judæos autem in propria sua causa circa Decalogi promulgationem u), & influxum Prophetis in Vet. Testam. sa-

c. 45. f. 122. b. Edit. Sabionet. אבל אפשר שיראה הנביא עוד במראה הנבואה כאלו השם ודבר עמו הוא רחוק אצלי ולא יגיע פעל הכח המדמה לזה i. e. *an fieri possit, ut Propheta aliquis* (alius præter Mosen) *in Visione Prophetiæ videat, ac si Deus ei loqueretur? Id, meo quidem judicio, valde absurdum est: neque eo pertingere mihi videtur facultas imaginatrix.* Inter *Visionem* distinguit, atque *somnium;* & huic soli concedit, juxta Num. XII, 6. Quibusdam interjectis, pergit: יסודנו שכל נביא ישמע הדבור באמצעות מלאך אלא משה אשר נאמר בו פה אל פה אדבר בו i. e. *Fundamentum nostrum est quod quisque Propheta audiat sermonem, per mediationem Angeli alicujus; præter Mosen p. m. de quo dictum* Num XII, 8. *Ore ad os loquar cum ipso.* t) Memoratu digna sunt verba *R. Jacob fil. Chabib,* supr. ad §. 25. lit. (b) pag. 358. in *En Israel* citata; quibus *Eliam* autorem facit *FILIÆ VOCIS,* quam R. Jose, in ruderibus urbis dirutæ precans, perceperat. Et si quis paulo attentius ea legerit, quæ de *R. Simeon b. Jochai,* ejusque filio *R. Elieser* in Cod. *Schabbath* referuntur, f. 33. b. impr. l. 29. sqq. citanda Diss. de *filia vocis, nefanda divinæ æmula* §. 29. (e) *Eliam* ostio speluncæ advigilantem, ipsorumque actiones observantem dirigentemque enarrantia; non poterit non suspicari, *filiam vocis* inibi auditam, *Eliæ* suam debere originem. Et qui aliter cogitabit? qui eundem *Eliam* deprehendit, *R. Nathani* visum, quum *R. Elieser,* & plures ipsi contradicentes tanta inter se litigarent vehementia, ut iste nullo miraculo, & ne *filia vocis* quidem assensum extorquere potuerit, *Bava mezia* f. 59. b. l. 20. sqq. Si enim Deum autorem hujus vocis credidissent; non ausi fuissent eidem resistere: nec interrogassent *Eliam,* quid Deus, durante hoc ipsorum litigio, fecisset? utpote cujus mentem per ipsam *vocis filiam,* jam percepissent. Multo minus tam ancipiti delusi fuissent responso, *filiæ vocis* jam publicatæ parum apto: קא חייך ואמר נצחוני בני נצחוני בני *quod rideat, dicatque, superarunt me filii mei superarunt me!* Quasi vero delectaretur Deus pruritu sibi obloquentium. u). Conf. §. 26. ad lit. (o), (q) atque (r) p. 361. 362. e *Cosri* adducta. Quibus consentanea sunt illa ABRAPBANELIS, ad Exod. XIX, 9. f. 169. c. 3. l. 18. sqq. כתיבת התורה בקול

factum x), in eodem argumento admodum solicitos: non est, ut soli partium studio, aut odio adversus religionem Christianam, id unice tribuamus; ob id



מוחש הידיה בלתי ראוי מצד הנותן ומצד המקבל: כי הנותן הוא הסבה הראשונה יתברך הרחוק מכל גשמיות ואם אין לו כלי הדבור המוחש איך ידבר בקול מוחש גשמי i. e. *Promulgatio Legis per vocem sensibilem indecens erat, tam a parte promulgantis, quam recipientis. Promulgans enim est causa prima Benedictus ille, qui procul abest ab omni corporeitate. Quod si ergo organo locutionis sensu apprehendendæ destituitur; quomodo loqui poterit voce sensibili corporali?* Quibusdam interjectis f. 170. c. 1. l. 28. sqq. Inter VIII. stupida circa publicationem Decalogi creata, refert nr. 6. קול אלהים מדבר מתוך האש בקול אנושי עצום מאוד i. e. *Vocem Dei loquentem de medio Ignis, voce humana robustissima.* Alibi f. 168. c. 2. l. 57. dixerat, ועל הכל קול יהוה בכוח מדבר מתוך האש i. e. *vocem Jehovæ cum vi maxima de medio Ignis loquentem*, miraculis *præferendam esse omnibus*, PHILO Judæus lib. de *Decalogo* p. m. 748. *Quæres* inquit, *num ipse Deus sit vocem emittens?* & respondet, ἄπαγε, μηδ᾽ εἰς νοῦν ποτ᾽ ἔλθῃ τὸν ἡμέτερον· οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς στόματος καὶ γλώττης καὶ ἀρτηριῶν δεόμενος. i. e. *absit! ut in mentem nostram descendat hæc cogitatio. Nec enim, more hominum, Deus habet opus ore, lingua, & arteriis.* RABBOTH ad Cant. I. v. 2. f. 4. c. 4. l. 24. sqq. אמר רבי יוחנן מלאך הדיה מוציא הדבור מלפני הקב״ה על כל דבור ודיבור ומחזירו על כל אחד ואחד מישראל וכו׳ i. e. *R. Jochanan docuit, Angelum prodire fecisse sermonem ac conspectu Sancti illius benedicti, & unumquemque circumduxisse unicuique Israelitarum* &c. JOSEPHVS, Antiq. l. XV. c. 8. p. 522. ἡμῶν inquiens, τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι᾽ ἀγγέλων, *Optima dogmatum, & maxime venerandas ex Legibus, per Angelos tradita fuisse a Deo,* ad Decalogum respexisse videtur. Quam sententiam antiquitus Judæis communem fuisse, *Joh. Clericus*, secutus *Dionysium* Pseudareopagitam, de cœlesti Hierarch. lib. IV. §. 2. 3. p. m. 48. 49. probat ex Act. VII, 38. Gal. III, 15. Ebr. II, v. 2. 3. Et ipse *Oecumenius* ad Act. VII, 53. quosdam, ait, e Christianis fore, qui dicant, per Angelos legem Mosi traditam fuisse. A qua sententia nec *Braunius* adhorret, Comment. ad Ebr. l. c. & ex instituto eam propugnat *Grotius* ad Exod. XX. v. 1. x) Vid. supr. ad lit. (s) p. 369. Qui-

ipsum minus solicite in rei veritatem inquisituri. Plurimi quippe Christianorum quæstionem hic movent, *utrum Deus ipse* immediate *hanc Vocem formaverit, an ejus nomine Angelus?* In qua solvenda ALPHONSVS TOSTATVS y) eo usque progressus est temeritatis, ut vel Augustino z), Deo Patri eam tribuenti, dicam scribere non dubitarit. Ipse certe statuendum putat, *Vocem istam nec a Patre fuisse formatam, nec ab aliqua Personarum divinarum, nec ab omnibus tribus simul; sed ab aliquo ANGELO.* In quo assensum ipsi præbet SEBAST. BARRADVS, ALFONSVS SALMERON, & dudum antea DIONYSIVS CARTHVSIANVS, ac forte alii. Quod Judæos attinet, certum quidem est, in quibusdam casibus explicandis *ignorantiam Angeli increati* eos impulisse, ut creaturæ tribuerent, quod invidebant Creatori a). In aliis vero Mosis eos excœcavit veneratio: ut hunc solum, hac prærogativa, ut Deum ipsum immediate secum loquentem audiret, gaudentem reliquis præferrent Prophetis, ac doctoribus omnibus b). Ali-

bus adde *R. Joseph Albo* Ikkarim lib. III. cap. 10. p. 72. a. post med. y) Quæst. XCI. in Matth. III. p. m. 355. b. z) Vel *Fulgentio* Ruspensi, qui autor creditur libri de Fide ad Petr. Diac. c. 9. inter Augustini Opera, Tom. III. pag. 161. ubi legitur: *firmissime tene & nullatenus dubites, Patris & Filii & Spiritus sancti, unam quidem esse naturam, tres vero esse personas: Patremque solum esse, qui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et filium solum esse, super quem Vox illa solius Patris insonuit; quando in Jordane secundum carnem baptizatus est unigenitus Deus, qui carnem solus accepit. Atque Spiritum sanctum Patris & filii solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatum & ascendentem ab aqua, descendit. ——— Illam vocem, qua SOLVS locutus est DEVS PATER: atque illam carnem, qua solus homo factus est unigenitus Deus: & illam columbam, in cujus specie Spiritus S. super Christum descendit, opera esse totius sanctæ Trinitatis* &c. a) conf. hic prolixe *R. Joseph Albo* in עקרים lib. II. cap. 28. f. 54. b. l. 14. sqq. f. 55. a. tot. eique oppositum, meum olim Præceptorem venerandum, B. ABR. CALOVIVM, Bibl. illustr. ad Exod. XX, 1. reliquisque ab eo ib. cit. locis. b) Vid paulo superius ad lit. (s) p. 369. verba *Maimonidis* e More Nebuchim: qui Mosis Prærogativam quatruplicem (*decuplam* refert *Abrab.* ad Exod. XIX, 1. f. 167 c. 4. l. 15. sqq. f. 168. c. 1. & 2.) longa serie enarrat Comment. in Cod. *Sanhedr.* cap. חלק fundamento VII. ad quod ipse provocat circa fin. c. 45. lib. II. More Neb. (itemque *Joseph Albo* l. c. lib. III. c. 10. f. 72. b. l. 11.) Elegantius tamen idem præstat in Hilc. יסודי

Alibi tamen, cum de Dei attributis enarrandis occupantur c), idem eos ſcrupulus vellicat, qui quosdam Chriſtianos. *Natura* ſcil. *Dei SPIRI-*
 *TVA-*

---

תורה cap. VII. §. 6. ubi ſecundam *Moſis* prærogativam his verbis recenſet: כל הנביאים על ידי מלאך לפיכך רואים מה שהם רואים במשל וחידה משה רבינו לא על ידי מלאך שנאמר פה אל פה אדבר בו ונאמר ודבר יהוה אל משה פנים אל פנים ונאמר ותמונת יהוה יביט כלומר שאין שם משל אלא רואה את הדבר על בוריו בלא חידה ובלא משל i. e. *Omnes Prophetæ interveniente Angelo* quodam influxum capiebant: *unde quicquid videbant, videbant in parabola ac ænigmate. Moſes* autem *Doctor noſter nullo interveniente Angelo, quia* de eo *dicitur* Num. XII, 8. *oretenus loquar ad eum: & alibi* Exod. XXXIII. v. 11. *& locutus eſt Dominus ad Moſen de facie ad faciem: ac inſuper dicitur* Num. XII, 8. & *imaginem Domini intuebitur, q. d. nullam ibi fore parabolam; ſed quod videat rem juxta puritatem ſuam, absque ænigmate, & absque parabola.* In More Nebuch. Part. I. cap. 37. pluribus interpretatur valorem phraſeos פנים בפנים. De qua conferri etiam meretur BECHAI ad Exod. XXXIII, 10. f. 112. c. 4. l. 49. ſqq. & ad Deut. V, 5. f. 194. c. 3. l. 30. ſqq. JOSEPH ALBO l. c. l. 4. ſqq. ſupremum Prophetiæ gradum facit, quum quis לא יראה ולא ידמה שום צורה ומבלי ראיית מלאך ולא תמונה לנגד עיניו ישמע קול מדבר אליו תודיעהו ענינים כלליים לאומה או לאומות והנהגה או הנהגות למין האנושי או לקצתם במה שיושג השלמות האנושי וזה בזולת מראה ולא מחזה אבל בהיות ער ביום וכן בכל עת שיכונן מחשבתו וישער בשאלה תבואהו מיד התשובה בהקיץ ולא לעתים רחוקות אבל בכל עת שיקצה והמדרגה הזאת כשיגיע אליה האדם אין ראוי שיקרא אדם אלא מלאך׃ ואין אצלנו מי שהגיע למדרגה הזאת אלא משה רבינו עליו השלום שנבדלה נבואתו מכל שאר הנביאים וכו׳ i. e. *nec viderit, nec imaginetur ſibi ullam formam, &, ſine apparitione Angeli, nulla imagine oculis ejus objecta, audiverit vocem ſecum loquentem, manifeſtantem ipſi ſtatus univerſales de tota natione vel nationibus pluribus, item gubernationem vel gubernationes humani generis, vel quorundam ex eo; in quantum apprehendi poteſt humana integritate: idque absque ſpeculo & viſione; ſed dum interdiu vigilat. Similiter quocunque tempore ſuam præparat cogitationem, & quæſtionem proponit, ſu-*

*pervenit eidem ilico responsio vigilanti: nec per longa intervalla, sed quocunque velit tempore. Ad quem gradum si quisquam mortalium pervenerit, non amplius homo dicendus est, verum Angelus.* *Et nemo unquam penes nos ad hunc pervenit gradum, nisi SOLVS MOSES Doctor noster pacificæ memoriæ: cujus Prophetia aliquid peculiare habuit præ reliquis Prophetis omnibus.* In quo consentiunt inter se ad unum Omnes. Conf. etiam *Lipman* ad Deut. XXXIV. v. 10. nr. 153. *Abrabbanel* ad Exod. XIX, 1. f. 167. c. 4. l. 56. sqq. f. 168. c. 1. l. 53. sqq.
c) Ut COSRÆVS ille, adductus supr. §. 26. lit. (o) & sqq. p. 361. 362.
d) Inter Articulos fidei fundamentales Religionis Judaicæ recenset MAIMON. Comment. ad Cod. *Sanhedr.* cap. חלק nr. III. שלילת הגשמות ממנו וזה שנאמין כי האחד הזה שזכרנו אינו גוף ולא כוח בגוף ולא ישיגוהו מאורעות הגופים כמו התנועה והמנוחה והמשכן לא מצד עצמות ולא במקרה: i. e. *Negatio corporeitatis de eodem. Scilicet ut credamus, quod Unus iste, cujus mentionem fecimus, non sit corpus, facultas corporalis. Neque tangent ipsum accidentia corporalia, cujusmodi sunt motus & quies, nec non habitatio: nec ratione essentiæ, neque accidentaliter.* Eadem ferme, paucis mutatis, habentur in Catechesi ipsorum לקח טוב dicta; cujus itidem היסוד השלישי שהאלוה היחיד והמיוחד הזה אינו גוף ולא יוגדר בגדרי הגוף וכמו שכתוב כי לא ראיתם כל תמונה: *articulus tertius* est, *quod Deus ille unicus & singularissimus non sit corpus, nec describi possit definitionibus corporeis, sicut scriptum est* Deut. IV, 15. *certe non vidistis ullam imaginem.* In *More Nebuchim* MAIMON. ubivis ferme occuppatur in *Corporeitate* a Deo removenda: & in Præf. Partis II. XXV. affert Propositiones, a quibusvis concessas Philosophis, quarum pleræque *in corporeitati* ejus demonstrandæ inserviunt. Part. I. c. 26. e Propositione VII. Præfationis istius infert, nec *motum* nec *quietem* Deo, cum sit *incorporeus*, competere: unde nec proprie dici posse *descendere, ascendere, ambulare, stare, circumire, sedere, habitare, egredi, venire transire, & similia.* P. I. c. 35. ipsos pueros initiandos vult doctrina hac summe necessaria בהרחקת הגשמות, de *remotione corporeitatis* in Deo. Cum, juxta P. I. c. 46. ob imperitam plebem, non videntem, quomodo aliquid vere & citra dubitationem possit existere, nisi corpus sit, tantum Scriptura similitudines de Deo adhibeat corporeas. Ubi prolixe etiam de *sermone* & *voce*. nec non *organis* & *instrumentis* ad *loquelam* pertinentibus, occupatur. P. I. c. 36. eos, qui Deum credunt esse corporeum, deteriores pronunciat illis, qui actu idola colunt. Un-

Unde Judæus ille, COSRÆO tribulibus suis דעת הגשמה sententiam *corporeatis* tribuente, vehementer id detestatur, & contrarium omni conatu adstruit, *Cosri* lib. I. §. 88. & 89. A qua sententia etiam MAIMON. l. c. 46. omnes Majores suos eximit, utut in Talmud & Medraschim allegoriæ quandoque nimium indulgeant. P. I. c. 76. ex eo id probat, quod corpus ex materia & forma componatur: quam compositionem natura divina respuat. Quod & urget in Præfat. cit. Propositione XXII. nec non P. II. c. 1. circa fin. & cap. 25. ac passim. Alibi in Hilc. יסודי התורה cap. I. §. 7. & 8. ex *Unitate* Dei simplicissima id infert, item ex immensitate, omnipotentia, ac Scriptura, verbis: אילו היו אלוהות הרבה היו גופין וגויות מפני שאין הנמנים שוין במציאותן נפרדין זה מזה אלא במאורעין שיארעו הגופות והגויות: ואילו היה היוצר גוף וגוייה היה לו קץ ותכלית: שאי אפשר להיות גוף שאין לו קץ: וכל שיש לגופו קץ ותכלות יש לכוחו קץ וסוף: ואלהינו ברוך שמו הואיל וכחו אין לו קץ ואינו פוסק שהרי הגלגל סובב תמיד אין כוחו כח גוף והואיל ואינו גוף לא יארעו לו מאורעות הגופות כדי שיהא נחלק ונפרד מאחר׃ — הרי מפורש בתורה ובנביאים שאין הקבה גוף וגוייה שנ׳ כי יהוה אלהיכם הוא אלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת והגוף לא יהיה בשני מקומות׃ ונאמר כי לא ראיתם כל תמונה: ונאמר ואל מי הדמיוני ואשוה׃ ואילו היה גוף היה דומה לשאר גופין: i. e. *Si plures forent Dii, essent corpora & materiati. Quia, qui æquales sibi constituti sunt quoad essentias suas, non differunt inter se nisi per accidentia, quæ eveniunt corporibus ac materiatis. Quod si autem Creator corpus foret, & aliquid materiatum; terminum haberet, atque finem. Quia fieri non potest, ut sit corpus, quod non haberet terminum. Cujuscunque autem corpori terminus datur, atque finis; ejus quoque potentia limitata est, ac finita. Cum autem Dei nostri, cujus nomen sit benedictum, potentia non habeat terminum, nec* unquam *cesset; jugitur quippe hunc circumvertit orbem: non est potentia ejus potentia a corpore proveniens. Et, quia corpus non est; non accidere possunt ipsi accidentia corporea, eum in finem, ut per illa secernatur & separetur ab alio. — Insuper clare exponitur in Lege atque Prophetis, Sanctum illum benedictum non habere corpus aut quicquam materiatum. Dicitur enim* Deut. IV, 39. *Dominus Deus vester est Deus in cœlis superne, & in terris inferne: corpus autem in duobus* simul *locis esse nequit. Porro dicitur* l. c. v. 15. *non vidistis ullam imaginem: & am-*

*TVALIS* d): a qua alienum videtur, quicquid organa præsupponit corporalia. Quibus Vocem formari cernimus. Hanc Dubii rationem COSRÆUS ille urget e): & quotquot fieri non potuisse statuunt, ut Deus ipse *Vocem*, qua Decalogus promulgabatur, sine *Angelorum* formaret ministerio f). Cui, præter Scripturæ locum e Joh. V, 37. desumtum, ABVLENSIS g) annectit, quod *Deus nihil facere possit cum successione* h): quam

---

*amplius* Jes. XL, 25. *cui quæso! assimilabitis me, ut æqualis forem. Quod si autem corpus foret, similis* oppido *esset reliquis corporibus.* Idem ex iisdem aliisve rationibus, Maimonidis alibi adductis, nervose inculcat R. JOSEPH ALBO, in עיקרים Serm. II. c. 6. f. 36. b. l. 8. sqq. inquiens: ואולם שאינו גוף ולא כח בגוף מבואר גם כן היותו מתחייב לעקר מציאות השם ומסתעף ממנו על זה הדרך גם כן: וזה לפי שכל גשם מורכב מחומר וצורה וכל מורכב הנה הרכבתו סבת מציאותו וישוב אל מופת האחדות: — שאם היה גשם יתחייב שיהיה בעל תכלית בהכרח ויהיה לו דומה כי יהיה דומה בזה אל שאר הגשמים ויהיה כחו בעל תכלית והוא יתברך אין לו דומה כמו שאמרנו: ועוד שהגשם לא יניע גשם אלא כשיתנועע הוא גם כן כשיניעהו ואם הוא מתנועע יצטרך אל מניע אחר חוץ ממנו שלא יהיה גשם ויהיה המניע ההוא המחוייב המציאות ולא הגשם i. e. *Profecto quod iste non sit corpus, nec facultas in corpore residens, manifestum etiam est, quia ex articulo fundamentali de existentia Dei consequitur, & similiter hinc eodem modo derivatur. Itaque quia omne corpus compositum est ex materia & forma: cujuslibet autem compositi compositio ecce causa est ejus existentiæ.* (vid. *Maim.* More Neb. P. II. Præfat. Propos. XXI.). *Ita redibit ad demonstrationem Unitatis.* —— *Quod si corpus foret, sequeretur, id necessario esse finitum, & habere sui simile. In hoc quippe simile foret reliquis corporibus. Etiam* Potentia *ejus foret finita.* (Maim. Præfat. Part. II. Propos. XII.). *Deo vero benedicto, prout diximus* c. 5. *nihil simile est. Præterea corpus nunquam movere poterit aliud corpus, nisi ipsius, dum alterum movet, simul commoveatur ipsum.* (Maim. l. c. Prop. IX.). *Quod si autem ipsum commovetur, opus habebit motore alio extra se, qui corpus non esset: & talis motor necessariam haberet existentiam, nec corpus foret.* e) ll. cc. inprimis Part. II. §. 3. f) Vid. supr. ad lit. (u) p. 370. g) l. c. ad lit. (y) p. 372. h) Ex qua fluxisse videtur hypothesi, quod pleriqueAntiquo-

quam *Vox* omnis, inprimis articulata poſtulet. Quum ſit ſonus quidam *continuus:* qui, quamdiu durat, per *vocantem*, aëre ad formationem *vocis* ſeu

rum gentis Judaicæ Interpretum ſtatuunt, omnia Decalogi verba ſimul & eodem momento ex Dei ore emanaſſe, & quaſi erupiſſe. In TANCHVMA f. 36. c. 1. l. 39. ſqq. itemque in SCHEMOTH RABBA Sect. XXVIII. f. 144. c. 2. l. 22. ſqq. ad verba Exod XX. v. 1. *& locutus eſt Deus OMNIA verba iſta dicendo*, annotant. שהוא עושה את הכל בבת אחת׃ ממית ומחיה בבת אחת מכה ורופא בבת אחת׃ אשה על המשבר יורדי ימים והולכי מדברות חבושי בבית האסורין אחד במזרח ואחד במערב אחד בצפון ואחד בדרום שומע כולן בבת אחת׃ יוצר אור ובורא חושך עושה שלום ובורא רע כל אלה בבת אחת וכו׳ : i. e. *Ipſe enim omnia facit vice una*, vel ſimul. *Interficit, ac vivificat vice una: percutit, ac ſanat vice una* vel ſimul. *Mulierem ſuper ſella parturientium, deſcendentes in maria, iter facientes per loca deſerta, incluſos carceri, ſi vel maxime unus in Occidente, alter ad Aquilonem, ac rurſus alius ad Auſtrum* foret; *omnes tamen audit ſimul. Format lucem, & creat caliginem; facit pacem, ac creat malum*, Jeſ. XLV, 7. *& hæc omnia vice una* vel ſimul. In BAMMIDBAR RABBA Sect. XI. f. 245. c. 4. l. ult. & fol. 246. c. 1. המוציא במספר צבאם לכולם בשם יקרא כשהקב״ה קורא אותם הוא קורא שאות כולן כאחת והם עונין׃ מה שאי אפשר לו לבשר ודם לקרוא שני שמות כאחת׃ וכן הוא אומר וידבר אלהים את כל הדברים האלה לאמור מלמד שכל עשרת הדברות אמר בדיבור אחד׃ conferunt inter ſe loca Pſ. CXXXVII, 4. & Jeſ. XL, 26. in quorum ultimo dicitur: *educit ſecundum numerum exercitum eorum, omnes iſtos nominetenus vocat. Quando ſanctus ille benedictus vocat eos, ipſe nomina omnium iſtorum vocat ſimul; qui ſigillatim reſpondent. Id quod a carne ac ſanguine fieri nequit, ut vel duo vocet nomina ſimul. Similiter dicit* Scriptura Exod. XX, 1. *& locutus eſt Deus OMNIA iſta verba DICENDO. Ut doceat, quod omnia decem præcepta elocutus ſit ſimul.* Id ipſum R. BECHAI in ſuo ad Exod. XX, 1. commentario f. 88. c. 2. l. 22. ſqq. infert ex voce לאמר, ſuperaddita alteri וידבר, verbis: הוסיף לאמור להורות שכל הדברות האלה באמירה אחת כאמרו מה שאין הפה יכול לדבר ומה שאין האוזן יכולה לשמוע׃ i. e. *ſuperaddidit DICENDO; ut doceat, omnia Præcepta illa uno pronunciata fuiſſe elocutionis momento. Id quod nec os eloqui poſſet, nec*

Bbb

ſeu ſoni fracto, impelli debeat. Quod actionem cum ſucceſſione efficiat quæ Deo minime competat.

§. 29. Quid Judæi de ſua *filia Vocis*, graduum Propheticorum minimo, ſomnient; parum nunc moramur: utpote conferentes veram *Vocis filiam* cum gradu Prophetiarum ſupremo i), quem nonniſi ſuo concedunt

*auris audire ſufficeret.* Eandem ſententiam RASCHI ex כל eruit, & ſimul ad dubium inde ortum reſpondet, ſqq. מלמד שאמר הקב״ה עשרת הדברות בדיבור אחד מה שא״א לאדם לומר כן, אם כן מה ת״ל עוד אנכי ולא יהיה לך שחזר ופירש על כל דיבור ודיבור בפני עצמו i. e. *Docet, Sanctum illum benedictum omnia decem Præcepta uno Verbo dixiſſe: id quod nemo mortalium præſtare poteſt, ſimiliter elocuturus. Quod ſi ſic, am lius volunt verba EGO* &c. *item NON ERIT TIBI? Reverſus deinceps eſt* Deus, *ac diſtincte expreſſit unumquodque Præceptum ſeorſim.* NACHMANIDES verbis ſupr. 23. lit. (n) p. 349. allegatis adjicit; למשה רבינו נתנה בשבעה הקולות והוא השומע ומתבונן בהם אבל לישראל בקול אחד ישמע כמו שאמר קול גדול ולא יסף ונאמר קול דברים אתם שומעים ותמונה אינכם רואים זולתי קול ואף כאן רמז וכל העם רואים את הקולת בחסרון ווי אחד כי כל הקולות יראו אחד, והוא מה שנאמר אחת דבר אלהים שתים זו שמענו על דרך האמת: i. e. *Moſi Doctori noſtro tradita* quidem *fuit ſeptem Vocibus; quas ipſe audiebat, ac intelligebat: ſed Iſraelitis VOCE VNICA; audirent. Sicut dicit* Deut. V, 19. *Voce magna, & non addidit. item* cap. IV, 12. *Vocem verborum audiebatis; ſed imaginem non videbatis, præter Vocem. Quin & hic* Exod. XIX, 18. idem *ſubinnuit: & omnis populus videbant* קולת, *deficiente altero Vau,* & quidem Pluralitatis, q. d. *Vocem* unicam. *Quia omnes voces videbantur unica. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur* Pſ. LXII. v. 12. *unum locutus eſt Deus, duo id audivimus, in rei veritate.* Quibus verbis etiam in *Bammidbar rabba* loco nuperrime cit. hanc probant ſententiam, ſatis impertinenter. Conf. *Raſchi* ad Exod. XX, 8. *R. Maimonidis* opinionem quadantenus huc inclinantem, in *More Nebuch.* P. II. c. 33. refutat *Abrabb.* f. 171. c. 3. circa fin. & c. 4. it. f. 167. c. 2. l. 44. ſqq. *Aben Eſra* ad Exod. XX, 1. miraculorum omnium maximum arbitratur, ſi hæc unquam eveniſſent. i) ABRAB. ad *Exod. XX, 1.* f. 171. c. 3. l. 35. ſq. & c. 4. l. 9. ſqq. Iſraelitas omnes Moſi hic æquales facit, nullamque ipſi in iſta quidem ſtatione prærogativam concedit, verbis הנה

dunt Mosi, Prophetarum principi. Legatorum neminem sui induere per-
 so-

בהיית הקול נברא האפשריות שימצא בצפעם אחת ימצא
במאה פעמים: ואם היה קול נברא ומוחש מגיע לאזניהם
למה לא תהיה בו מדרגת משה שווה למדרגתם כי
הבנת הקול הוא זולת שמיעתו: שהבנתה תיוחס אל
השכל והשמיעה אל החוש: ולמה לא יהיו בו שוים
כולם: — ע״ב אמרתי שהיה דעת הרב המורה שהיתה
השגת משה רבינו בזה נבואיית והשגת ישראל חושיית
ושמפני שהם לדעתו לא הבינו הדברות לא היו צריכים לקולות
הרבה כי אם לקול אחד למופת ולאות כי ידבר אלהים
את האדם וחי אבל אנחנו קהל התורניים דרך מלך נלך
שכלם שמעו בשווה הקול האלהי מוחש מגיע לאזניהם ושהיו
קולות רבים כפי הדיבורים עם היותם סמוכים
זה לזה מבלי הפסק i. e. *Ecce, quia fieri potuit, ut vox ista creata existat una vice; poterit existere centum vicibus.. Et, si Vox creata & sensibilis ad aures ipsorum perveniebat; quare non foret in eo gradus Mosis æqualis gradui ipsorum? Quia intellectus Vocis auditui ejus contradistinguitur: intelligentia enim appropriatur intellectui, auditus autem sensui* externo. *Quare ergo non omnes illi in hoc forent æqualis?* —— *Quapropter dico* Maimonidem quidem *magnum illum Doctorem statuere, apprehensionem Mosis Doctoris nostri in hoc fuisse propheticam; Israelitarum autem sensibilem: & quod ideo, quia, juxta ipsius* quidem *sententiam, quum ipsi verba non intellexerint, opus non habuerint pluribus Vocibus; sed una sola Voce, ad demonstrationem & signum, quod loqui soleat Deus cum homine, hoc in vivis manente. Nos vero Ecclesia Legi addicta, regia incedemus via; quod omnes audiverint æqualiter Vocem illam divinam sensibilem, ad ipsorum aures delatam: & quod plures fuerint Voces pro natura Præceptorum. Quamvis una alteri fuerit contigua, absque interruptione.* Idem inculcat Quæst. XIII. f. 167. c. 1. fin. & init. c. 2. f. 171. c. 3. l. 55. sqq. Ibi rejicit varia illa discrimina, a *Raschio*, & Allegoricis excogitata, verbis: המחיצות האלה לא היו בשעה שנתנו עשרת
הדברות כי אז לא היו שם מחיצות ולא ושגות מתחלפות
ומדרגות שונות לפי שכלם השיגו בחוש השמע שלהם
כמו שיתבאר קול יהוה מדבר מתוך האש עשרת הדברות
בקול מוחש מגיע לאזניהם ושוים היו בשמיעת
אותו קול אהרן קדוש יהוה לקמוז שבכל מחנה ישראל
i. e. *parietes illi discriminantes non fuerunt hora ista, qua Decalogus*

sonam Principalis, ut ejus nomine loqui ausit; etiam ii k) concedunt, qui alioquin non abnuere videntur, *Decalogum* per *Angelos* fuisse promulgatum. Quæ autem de organis corporeis, *Voci* formandæ adeo necessariis, ut

---

*tradebatur. Tunc enim nulla ibi erant discrimina: nec apprehensiones diversæ, aut gradus distincti. Quia omnes assequebantur, quisque externo auditus sui sensu, prout explicatur* Deut. IV, 33. *Vox Domini de medio eloquens igne Decalogum, voce sensibili ipsorum aures tangente. Et æquales erant in perceptione Vocis istius, Aaron Sanctus Domini, ac minimus totius Israelitarum exercitus.* Hic provocat ad assensum ipsorummet Talmudistarum, dicentium, quod in Statione illa omnes Israelitæ plus viderint, quam ipse Ezechiel filius Busi Sacerdos, in visione currus &c. Etiam R. JOSEPH ALBO in *Ikkarim* Serm. III. c. 11. eo inclinat, ut Israelitas in statione ista Mosi, quoad perceptionem sermonis divini, faciat æquales: quamvis ob ejus unice excellentiam, ad eam evecti fuerint dignitatem. Prolixiora sunt verba ejus f. 73. b. & 74. a. quam ut huc transferantur. De eminentia veræ *FILIÆ VOCIS* Christianorum plurimi loquuntur. conf. JOH. LIGHTFOOT Hor. Hebr. ad Matth. III, 17.

k) *Celeber.* JOH. CLERICVS Comment. ad Exod. XX, 1. cum diserte dicat: *nobis tamen non probatur eorum sententia, si qui sint, qui nomen Jehovæ, proprie loquendo, aliis quam Deo tribui volunt. Is enim vocari Jehova dici posset, qui ex persona sua agens, non legati Dei munus sustinens, sese ita vocitaret; quod nusquam fit.* Quæ autem de sententia omnibus antiquitus Judæis, circa Apostolorum tempora viventibus, communi, qua *Decalogus ministerio Angelorum promulgatus* putatur, e dictis quibusdam N. T. evincere voluit; ea omnia ex locis non sufficienter examinatis emanarunt. Quamvis Vir eruditissimus crediderit, *aut id satis testimoniorum, aut se, ut ajebat ille, nescire, quid sit satis.* Quod non omnia dicta ab ipso allata ejusdem sint tenoris; post alia, ex eo quoque constat, quod quædam (sc. Gal. III, 19. Ebr. II, 2.) *de pluribus* loquantur Angelis, ibi occupatis; Act. VII, 38. autem *de unico.* Enallage numeri, conciliatio est coacta. Nec minus coacta est ellipsis: si ad imitationem exemplorum a *Grotio* ad Exod. XX, 1. adductorum, dicere velis, Act. VII, 53. intelligi *Angelum Angelorum,* h. e. istorum Principem, seu *Archangelum, Christum* nimirum. Quum tam Syrus quam Arabs singularem hic exprimant: ad cujus exemplum deinceps facile componeretur Gal. III, 19. Dubium enim, an non *Legatus Legatorum,* minimum potius Legatorum exprimat, quam maximum: quia in formali suo aliquid

ut absque illis nulla posset existere, a Judæis pariter atque Christianis moventur; soli Creaturarum naturæ accommodata sunt: quam Creator infi-



infert, si non servile, certe superiorem agnoscentis. Ut autem διὰ Ebr. II, 2. cum optimo meo B. CALOVIO, per *inter* reddas; impedit eadem vox v. 3. repedita in sensu *per*, respondente Ebræorum על ידי. Nec opus est, ut in eo hypothesi nostræ accommodando, multum desudemus. Cum *nihil in serie orationis appareat, ob quod Decalogi promulgationem respicias.* Quin potius diversa respicit Dei mandata, hinc inde per Angelos hominibus denunciata: nominetenus Manoæ, ejusque uxori, Jud. XIII, 5. 14. de filio unquam radendo, suppeditata; item Loto, ejusque familiæ, ut ne respiciant retrorsum, Gen. XIX, 17. imposita. Utrinque enim istorum transgressio *justam invenit mercedis retributionem.* Simson rasus, visum cum vita perdidit, Jud. XVI. v. 17. it. v. 19. sqq. Loti uxor retrospiciens, in salis vel bituminis conversa fuit statuam, Gen. XIX, 26. Nec causa satis prægnans urget, ut Act. VII, 53. per *Legem* præcise *Decalogum* intelligas. Et, si eum conceperis; vocula εἰς pro ἐν sumta, διαταγὴ perinde ac διακονία Ebr. I, 14. *dispositionem* notare poterit, vel *præparationem* ad insigne aliquod opus *ministris debitam:* qualis buccinarum clangor, concussio montis, fumigans ignis, aliaque prodigia Exod. XIX, 16. 18. enarrata. Si vero primam voculæ εἰς notationem retinueris εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, *in ordinationes Angelorum*, vertere licebit, *quasi Angelos ordinare & informare* debeat; non Vos. *Nam non servastis.* Ut autem Gal. III, 19. ad *Decalogum* referas, plures urgent circumstantiæ. Διατάσσεσθαι tamen, ut supra de διαταγὴ monitum, meram *præparationem* ad legislationem, ab Angelis factam innuit; in procellis, tonitrubus fulminisbusque, atque aliis, modo memoratis, excitandis. Etiam apud profanos, justam *militum instructionem*, ac *ordinationem* indicat, per inferiores tribunos ordinarie fieri solitam. Nemo enim dixerit, Angelos potestatem sibi arrogasse, *edicta sanciendi:* nedum ut se ipsos proposuerint adorandos! Legislatorem dicuntur comitati, tanquam satellites Deut. XXXIII, 2. Psal. LXVIII, 18. Quibus huic officio relictis, nil obstabit, quo minus deinceps per *Mediatorem* Gal. III, 19. *Christum* intellexeris *Angelum increatum:* qui cum Mose locutus dicitur, non tantum cum solus rubum videret ardentem Act. VII, 30. sqq. coll. Exod. III, 2. sqq. sed etiam cum inter suos existeret, in Ecclesia ad montis radices, ad Decalogum suscipiendum, constituta, Act. l. c. v. 38. coll. Exod. XIX, 9. 19. Memoratu quippe dignum est, quod, ex *Cabbalistarum* sententia, obser-

nitis modis superat. Quod ille πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως olim Patribus *locu·*

vat RABBENV BECHAI ad Exod. XX, 1. f. 88. c. 3. l. 50. sqq. שכתוב כי ביה יהוה יבאר כי השם המיוחד שהוא צור עלמים ביה ובו ידבר ואומר אנכי יהוה אלהיך והוא בקרבו שנאמר כי שמי בקרבו וזהו סוד הכתוב אני יהוה בקרב הארץ i. e. *istum Scripturæ locum* Jes. XXVI, 4. *certe IN JAH JEHOVA*, *intelligendum esse, quod Jehova, qui est rupes Seculorum, sit in Jah*, (conf. Col. II, 9.), & *per eum loquatur, ac dicat* Exod. XX, 2. *ego sum Jehova Deus tuus. Est enim in medio ejus,' sicut dicitur* Exod: XXIII, 21. *quia nomen meum in medio ejus. Et hoc est arcanum dicti istius* Exod. VIII. 18. *ego Jehova in medio terræ.* Alibi verba Jesaiæ citata reddunt, *per Jah* ceu architectum, *Jehova formavit mundos* Jerus. Cod. *CHAGIGA* ad cap. II. θ. 1. f. 77. c. 3. l. 44. sqq. Bab. Cod. *MENACH.* f. 29. b. l. 27. sqq. Etiam alii Judæorum Angelum istum, quem *METATOREM* vocant, cum Mose locutum contendunt. Quorum sententiam affert *R. JOSEPH ALBO* l. c. Serm. II, c. 28. f. 54 b. circ. fin. ומה שתמהו על ואל משה אמר עלה אל יהוה עלה אלי מיבעי ליה ולא תמהו על אליהו ועמדת בהר לפני יהוה לפני מיבעי ליה כי באליהו לא היה זר אצלם שיהיה המדבר עמו אמצעי אבל במשה אחר מתן תורה שהשיג למעלת פנים בפנים תמהו על זה איך יאמר עלה אל יהוה שיראה שהיה מדבר עמו אמצעי זולת השם: והשיבו כי האמצעי ההוא היה מטטרון ששמו כשם רבו והוא שר הפנים: אבל לא היה אמצעי אחר כמו לשאר הנביאים שהיו נדברים על ידי מלאכים ואמצעיים אחרים i. e. *Cæterum quod admirantur* (in Cod. *Sanhedr.* c. IV. f. 38. b. l. 35. sqq.) *verba* Exod. XXIV, 1. *& ad Mosen dixit, ascende ad Dominum; ascende AD ME debebat dici: non autem admirantur de Elia,* cui dicebatur 1. Reg. XIX, 11. *egredere, ut stes in monte hoc ante Dominum; ANTE ME fuisset dicendum.* Factum est, *quia de Elia nihil novi id erat penes illos, ut loquatur cum ipso* aliquis *intermedius. Verum de Mose, &* quidem *post promulgationem Legis, qua ad eminentiam* colloquii *de facie ad faciem* instituendi, *evectus fuerat, merito in admirationem abripiuntur, propter id, quod dicatur* l. c. *ascende ad DOMINVM. Quia videtur, fuisse aliquis præter Dominum, qui locutus sit cum eo ceu Mediator. Respondent autem, quod Mediator iste fuerit METATRON, cujus nomen sit, sicut nomen Heri sui: qui est Princeps facierum. Non autem alius fuit internuntius, quemadmodum apud reliquos Prophe-*

*cutus* sit l) & quibusdam etiam *de facie ad faciem*, sine interveniente mediatore, prouti amici se mutuo compellant m); sacra testatur utriusque fœderis pagina. Cujus verba in dubium vocare velle, hominis est impii, & prorsus profani. Quomodo autem *Vocem* in colloquio usurpatam formarit? an per organa quædam ex aëre, aut aliunde præparata, an absque iisdem? an formaliter ad instar hominis? an efficienter vel eminenter? ut loqui amant; alii inquirant, qui magis ineptis his delectantur subtilitatibus. Habeantur Judæi, plurimorum judicio, stupidi: in eo tamen ad pietatem sapere videntur, quod de veritate *locutionis divinæ*, per sensus externos in Decalogi promulgatione convicti, non patiantur, per ratiocinationem aut speculationem intellectualem a fide se dejici, facto cuidam præstanda, suis cognito sensibus. Quamvis modum ignorare se fateantur, quo Deus sermonem formavit articulatum n). Stupidiores potius sunt, qui sibi imaginantur, Deo opus esse iisdem prorsus organis, & requisitis ad formandam vocem, quibus nobis o) Quanto satius addo & sanius, isti sapiunt Judæorum, qui cum Creatione, aliisque rebus miraculose productis, comparant; in quibus Deus non opus habuerit causis secundis, aut instrumentis ordinariis. Huc *Phi-*

---

*tas: qui compellati fuerunt per Angelos, ac internuncios alios.* In SOHAR Part. II. f. 52. c. 1. l. 39. allocutio hæc, Mosi facta, tribuitur לשכינה s. *Majestati Dei conspicuæ.* Unde sequitur, *Schechinam* & *Mediatorem* unum fore. Quod ingenue fatetur *Jalkut Rubeni* f. 24. c. 3. l. 30. In memorato supr. Talmudis loco, dicitur *Hæreticus quidam* ההוא מינא dubium id movisse *Rab. Ieditho:* quo nomine ordinarie Christianos indigitant. Unde constat, jam ista ætate hos statuisse, CHRISTVM cum Mose FVISSE locutum, & IN PROMVLGATIONE DECALOGI OCCVPATVM. l) Hebr. I, 1. m) Mosi sc. juxta Num. XII, 8. Exod. XXXIII. v. 11. & Israelitis, Legem suscipientibus, Deut. V, 4. 21. 22. 24. c. IV. v. 33. 36. Exod. XX, 15. 16. 19. conf. dicta ad §. 28. lit. (b) p. 372. & 373. & ad principium hujus §. lit. (i) pag. 378. n) Hoc nomine laudat eosdem COSRÆVS l. c. Part. I. §. 88. & 89. f. 41. a. l. 3. sqq. Edit. Venet. cum Muscato. הדין עלינו שלא נדחה מה שקבלנו מן המעמד ההוא ונאמר שאין אנחנו יודעים, איך נגשם הענין עד ששב דבור וקרע אזננו וכח i. e. *de jure nobis incumbit, ut ne quicquam repellamus de eo, quod in Statione illa accepimus. Quin potius dicamus, nos ignorare, quomodo incorporata fuerit res illa, donec sermo fieret, nostrasque feriret aures &c.* o) Quibus verbis *Abulensi* reliquisque otiosis Scholasticis recte respondet *Frid. Spanheim*, Theologus optime olim de

*Philo* p) inclinat; huc *R. Juda Levita* q), huc *R. Mose bar Nachman* r), huc

Ecclesia reformata meritus, Dub. Evangel. XLIX. p. 184. p) Et ipse *Judæus*, lib. de *Decalogo* p. 748. circ. fin. οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς, στόματος καὶ γλώττης καὶ ἀρτηριῶν δεόμενος. ἀλλ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ τὰ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἱεροπρεπέστατόν τι θαυματουργῆσαι, κελεύσας ἠχὴν ἀόρατον ἐν ἀέρι δημιουργηθῆναι, πάντων ὀργάνων θαυμασιώτερον ἁρμονίαις τελείαις ἡρμοσμένων, οὐκ ἄψυχον, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς τρόπον ζώου συνεστηκότος, ἀλλὰ ψυχὴν λογικὴν ἀνάπλεον σαφηνείας καὶ τρανότητος, ἣ τὸν ἀέρα σχηματίσασα καὶ ἐπιτείνασα, καὶ πρὸς πῦρ φλογοειδὲς μεταβαλοῦσα, καθάπερ πνεῦμα διὰ σάλπιγγος φωνὴν τοσαύτην ἔναρθρον ἐξήχησεν, ὡς τοῖς ἔγγιστα τοὺς πορρωτάτω κατ᾽ ἴσον ἀκροᾶσθαι δοκεῖν. Quæ *Gelenius* ita transtulit: *Non more hominum Deus opus habet ore, lingua, & arteriis: sed opinor, eum illo tempore sacrum quoddam edidisse miraculum, jussisseque, vocem invisibilem prodire ex aëre, quovis instrumento absolutiorem sonantioremque; non inanimem, nec tamen profectam ex corpore animato, qualis est animalium. Sed animam rationalem diserte sonoram: quæ pulsato aëre formatoque in flammæ speciem, spiritu quodam instar tubæ articulate ab omnibus exaudiretur, vel prope vel longius distantibus.* q) in *COSRI* Part. I. §. 89. f. 41. a. b. כאמר כי הוא יתברך ברא את הלוחות וכתב אותם כתב חרות כאשר ברא את השמים במאמרו בלבד —— ונהרת בהם הכתב בעשרת הדברים כאשר נאמר כי קרע את הים ושמהו לחומות עומדות מימין העם ומשמאלם —— וכן הקריעה והבנין והתקין מיוחם אליו ית׳ לא נצטרך בו אל כלי ולא אל סבות אמצעיות כי המים עמדו במאמרו ונצטיירו בחפצו: וכן יצטייר האויר המגיע אל אזן הנביא וכו׳ i. e. *Dicimus, benedictum istum creasse Tabulas, & inscripsisse illis scripturam eis exaratam, eodem modo quo cælos condidit, nudo suo verbo. Quibus insculpta fuit scriptura Decalogi. Quomodo dicimus, quod mare fiderit, & posuerit illud in muros a dextera populi, atque ab istorum sinistra.* —— *Similiter fissionem* maris, *ædificationem* murorum ab utroque latere, & *complanationem* vitæ per illud, *Deo tributam benedicto. Non indiguit in eo instrumento, nec causis intermediis: sed aquæ constiterant ad verbum ipsius, & formatæ fuerunt ad ipsius voluntatem. Eodem modo formari poterit aër, ad Prophetæ aures pertingens* &c. r) Cui *Abrab.* Quæst. XIV. in Exod. XIX. f. 167. c. 2. l. 36. 37. adscribit *auditum, ex ore Fortitudinis,* populum concessum, מפי הגבורה בקול נברא *vocis creatæ:* quamvis

huc *Iſaac Abrabbanel* s), multique alii; de Dei potentia circa *Vocem* producendam, ne quicquam dubitantes t) Ut autor Pſalmi XCIV. v. 9. recte inferebat, *an aurem plantans, non audiret? numquid formans oculum, non videret?* Ita & hic inferri liceat, an is, *qui unicuique facultatem dedit loquendi, os ponens homini, & conſtituens mutum,* juxta Exod. IV. v. 11. ipſe vocem formare nequeat? ne quidem efficienter, &, ſi ita viſum, per organa ſeparata & externa? Si enim hæc eligere placuerit; quid ni aër, omniaque corpora ab ipſo producta, ad voluntatem ejus in momento ita concurrerent, ut talem edant vocem, qualem aliis velit audiendam? Etiam Angeli his opus haberent ſubſidiis: qui & ipſi Spiritus ſunt. Nihil ergo lucraretur Deus, ſi eorum uti vellet miniſterio: qui ad ea ipſa confugerent inſtrumenta, quæ Deus, ſine ipſorum ope, adhibere poterat. De loco Johannis dicetur inferius. Quando autem *Deus diffamatur, nihil facere poſſe cum ſucceſſione:* mirum in modum id Ejus derogat omnipotentiæ, providentiæ, ac eſſentiæ ipſi ſempiternæ. Ipſa Creatio, opus eſt, ſoli Deo proprium u), quæ non uno peracta

---

terminum *creata* in loco, ad quem provocat, ſc. Exod. XIX, 21. non invenerim. s) Aliquoties hic ita loquitur. v. g. Quæſt. modo citata, l. 22. אם שמעו אותם בקול מוחש נברא לשעתו על דרך נסי i. e. *num audiverint eandem voce ſenſibili, creata ad momentum per viam miraculoſam?* Quod deinceps pluribus affirmat. Ad Exod. XX. v. 1. f. 171. c. 3. l. 28. vocat קול עצום מאד נברא לשעתו בחלק האויר מגיע לאזניהם i. e. *vocem grandem admodum, iſto creatam tempore, per particulas aëreas, quæ ad aures ipſorum pervenerit* Ibid. col. 4. l. 8. rurſus *vocem creatam & ſenſibilem* dicit: & l. 18. הקול האלהי מוחש מגיע לאזניהם i. e. *vocem divinam ſenſibilem ipſorum ferientem aures.* Verba integra citata ſunt ad principium hujus §. lit. (q) p. 108. t) In *COSRI* verbis ad lit. (u) hujus §. pag. 383. citt. ſubjungitur לא יחסר לו יכולת i. e. *non deeſt Deo Potentia.* u) Jeſ. XLIV. v. 4. *Ego Jehova facio cuncta: extendo cœlos ſolus, & expando terram hanc: quis mecum eſt?* conf. *BERESCH RABB.* Sect. I. f. 3. c. 2. circ. fin. it. Sect. III. f. 6. c. 1. l. 21. ſqq. Etiam Job. IX. v. 8. *ſolus* Deus *cœlos extendere* dicitur. Cui hoc paſſim attribuitur opus, Jeſ. XLIV, 6. 7. Pſ. CXXI, 2. CXXIV, 8. CXXXIV, 3. Act. IV. v. 2. 4. In quo nulla uſus fuit cauſa inſtrumentali, ſeu media; *ſed IPSE dixit & facta ſunt: IPSE mandavit, & extitit.* Pſ. XXXIII. v. 9. IRENÆVS lib. II. c. 2. p. m. 117. a. *Nullius*, inquit, *indigens omnium Deus: verbo condidit omnia & fecit: neque Angelis indigens adjutoribus*

cta fuisse die, dicenda est; sed per sex sibi succedentes: nisi omnem Scripturæ autoritatem in dubium vocare ausis. Sigillatim nec *Terra* in momento fuit exornata x); sed per diversos sibi succedentes dies y): &, quæ eam ornabat *herba*, primum דשא *tenera* fuisse dicitur, antequam eodem licet die, ad adultam perveniret maturitatem, seminis capacem, qua עשב מזריע זרע vocari posset z). Nec *aquæ* totam prius terram ambientes, in momento ad locum unum fuerunt collectæ; sed successive a): nullus tamen tunc ventus extitit, quo, ceu causa secunda, Deus usus dicatur; ut ad terras post diluvium exsiccandas b). Conservatio & Gubernatio hujus Universi, quamvis *B.* nostri *Weigelii* sententiam, de *creatione in momenta rediviva* c), non amplectaris, certe continua est, & successiva d): atque ipsa *Filii generatio*, ac *Spiritus sancti spiratio* quæ per ἐνέργειαν ἐσωάθην, ab æterno fieri dicuntur e), vix

---

*ad ea, quæ fiunt; neque virtute aliqua valde inferiori ab illo.* Et quibusdam interjectis: *Proprium hoc est Dei supereminentiæ non indigere aliis organis ad conditionem eorum, quæ fiunt: & idoneus est & sufficiens ad formationem omnium proprium ejus Verbum.* x) dicitur enim תהו ובהו Gen. I, 2. LXX. ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. y) Tertium videlicet Gen. I, 11. 12. quintum l. c. v. 20. 21 atque sextum l. c. v. 24. 25. z) Gen. I, 11. 12. a) Gen. I, 9. b) Gen. VIII, 1. c) hinc inde in Opusculis suis, ac quotidiano colloquio, inculcatam. d) Christo teste, qui, *Pater*, inquit, *cælestis* ἕως ἄρτι *operatur*, Joh. V, 17. & væ miseris mortalibus, si ad momentum ab operatione cessaret. PHILO Legis allegoriarum lib. I. circa princ. p. m. 41. παύεται οὐδέποτε ποιῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἴδιον τὸ καίειν πυρὸς, καὶ χιόνος τὸ ψύχειν, οὕτω καὶ Θεοῦ τὸ ποιεῖν. καὶ πολύγε μᾶλλον, ὅσῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀρχὴ τοῦ δρᾷν ἐστιν. *Nunquam Deus operari desinit; sed sicut proprium ignis est, urere, & nivis refrigare; ita Dei quoque operari, Idque multo magis, eo quod ipse aliis etiam rebus omnibus operandi autor est.* e) Ps. II, 7. אני היום ילדתיך notanter cum Articulo: qui in infinitis Scripturæ locis *distributive* sumitur, ad *Universalitatem* inferendam, juxta Interpret. §. 49. VI. cujus intuitu verteres, *ego QVOLIBET DIE te genui*, ut Ps. XCV. v. 7. היום *QVOLIBET DIE*, i. e. *quotiescunque audiveritis vocem ejus, ne obduretis cor vestrum.* Jud. XI, 27. Dominus judicans היום *quolibet die*, i. e. *quotidie:* quo sensu & יומם sumi Jes. XXI, 8. non tantum תמיד adjectum indicat; sed & oppositum הלילות, quod vocem כל additam habet. Ut enim hoc *noctes quascunque* denotat; ita illud, vi

vix concipi possunt; nisi talem, si non successionem, certe *continuationem* vel *durationem*, ex qua ipsa æternitas constat, conceperis.

§. 30. Firmum itaque ac inconcussum manet, Vocem illam cœlitus delapsam, ab ipso Deo supremo *immediate* fuisse formatam, *sine* aliquo *inter*-

 *ter*

oppositorum, *dies quoscunque.* Conf. etiam Gen. XXII. 14. cap. XXXI. v. 48. non tamen neglecto Jes. XLIII. v. 13. Isto certe modo expetita omnibus *æternitatis* significatio, quam multi magno molimine non potuerunt eruere, sua sponte se aperit. Ex eadem voce היום Deut. IV, 4. extante, aliter *æternitatem* eruit PHILO de *Profugis* p. m. 458. in fin. inquiens, *σήμερον ἐστὶν ὁ ἀπέρατος καὶ ἀδιεξίτητος αἰών. μηνῶν γὰρ καὶ ἐνιαυτῶν καὶ συνόλως χρόνων περίοδοι, δόγματα ἀνθρώπων εἰσὶν ἀριθμὸν ἐκτετιμηκότων· τὸ δὲ ἀψευδὲς ὄνομα αἰῶνος, ἡ σήμερον.* i. e. *HODIE est infinitum & impervium ævum. Mensium enim, annorum, & in universum temporum circuitus, dogmata sunt hominum magnifacientium numeros: verum autem nomen ævi est HODIE.* Quæ, quia ab hoste Christiani nominis proveniunt, in quantum nobis prosunt, admitti poterunt; multis tamen impedita sunt ambagibus, quibus prior sententia non indiget. *AVGVSTINVS* iisdem usus ambagibus ad Psalm. II. *in æternitate* ait, *nec Præteritum quicquam est, quasi esse desierit; nec futurum, quasi nondum sit: sed Præsens tantum. Quia quicquid æternum est, semper est.* Exinde infert Ep. 174. Tom. II. Op. p. 505. circa fin. & p. 506. *semper gignit Pater, & semper nascitur Filius.* Conf. etiam Epist. 178. pag. 511. A. *Theodorus ABVCARAS* contra Saracenum *æternam* Filii cum Parte coexistentiam probaturus, Opusculo XXVI. quod est 420. sqq. Tom. I. Biblioth. vet. Patrum Græcorum, id inprimis urget, *ἀεὶ γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν, τοῦτ' ἔστιν, ἀεὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχειν τὸ εἶναι: καὶ ὁ πατὴρ ἄρα ἀεὶ γεννᾷ, ἤγουν, ἀεὶ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ.* i. e. *semper generari filium, h. e. semper habere ex Patre essentiam. Pater itaque semper generat, id est, semper est principium filii* In præcedentibus dixerat: *ἐπεὶ τὸ γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν οὐκ ἄλλο σημαίνει ἢ τὸ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν ἐκ τοῦ πατρός· ἀεὶ πατρόθεν ἔχει τὴν ὕπαρξιν, ἀεὶ ἄρα γεννᾶται.* i. e. *Quoniam generari Filium, nil aliud significat, quam habere essentiam ex Patre; semper autem habet essentiam ex Patre: semper igitur generatur.* Conf *Cyrillus Alex.* tom. V. Op. Thesauri Assert. V. p. 35. 36. item lib. VI. p. 47. Edit. Paris. 1638. *Basil M.* tom. II. Op. adv. Eunom. lib. II. p. 54. Contra æternam hanc Filii generationem jam olim insurrexerunt hostes divinitatis Christi, cavil-

*terveniente Angelo.* Quis autem tenor *Vocis* istius fuerit, diversimode narrant

lantes, aut *imperfectam fore generationem*; & hoc ipsum, quod producitur, nondum esse absolutum, si pater generat, & Filius generatur: aut *desiisse Patrem generare*, si jam genuit, & Filius genitus est. Præteriisse enim τὸ τὸν πατέρα γεννᾶν, τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι, h. e. illud *generare Patrem, & generari Filium:* præterita siquidem accepisse finem. Unde cessatio Patris a generando, existentiæ Filii sit principium, nec ipsum fore æternum. Quibus pridem satisfecerunt *Cyrillus Alex.*, *Basilius M.*, ac *Abucaras* ll. cc. Utramque illationem unica voce reprimeres; si, quod Talmudicis usitatissimum est, dicere liceret, *ne legas* יְלִדְתִּיךָ· *sed*, iisdem prorsus literis servatis יֹלַדְתִּיךָ pro יְלִדְתִּיךָ, forma ex participio ac Præterito mixta, juxta *Institut* §. 42. Obs. 3. quæ in verbi hujus secunda fœminina, Masora observante, ter ita legitur, scil. Gen. XVI, 11. Jud. XIII, 5. & 7. secus ac v. 3. Poterat enim Christo addictus suspicari. Punctores forte receptam olim lectionem per cholem, in odium Christianorum rigide id urgentium, in (:) mutasse; ad nervum argumenti non nihil incidendum. Cum alioquin יְלִדְתִּיךָ הַיּוֹם utriusque Temporis significatione simul observata, ad ductum *Interpr* §. 64. nervose admodum reddi debuerit, *quolibet die te genero*; ita ut singulis momentis, vel semper *te genuerim*, tuque perfecte sis genitus. Quæ, quamvis speciosa sint; præstat tamen, (ne vel infirmior, in doctrina de Punctorum Origine non sufficienter confirmatus, offendatur; vel integritati ac certitudini Scripturæ aliquid decedat,) retentis punctis, cum *B.* nostro *Luthero*, alteri dubiorum obicem ponere voce הַיּוֹם, (sive *quolibet die*, h. e. *quotidie* eam reddideris, sive *hodie*; cum eodem recidat,) ad *præsens* vel *perpetuitatem* denotandam: ne dicant, *præteriisse* generationem. Alteri autem per Verbum Præteriti Temporis, *genui*; ne eandem dixerint *imperfectam*. Ita enim beatus Vir tom. IV. Op. Jen. latin. f. 750. a. med. scriptum reliquit: *Augustini disputatio non displicet, ubi comparat verbum præteriti temporis cum adverbio præsentis temporis: & dicit, coram Deo* neque *præteritum,* neque *futurum esse; sed extra tempus, ut in æternitate omnia esse præsentia. Et tamen tempore Præterito voluit Spiritus S uti ad* notandam *PERFECTIONEM NATIVITATIS. Alioquin si, ut res est, loqui volumus, HODIE, QVOTIDIE, & SEMPER NASCITVR, & NATVS EST Filius Dei. Nam æternitas neque Præteritum, neque Futurum habet. Ad hunc modum accipienda particula HODIE est pro tempore, scil. Dei. non nostro. Non enim nobiscum loquitur Deus; sed cum illo, qui est extra tempus apud Deum. Nos*

rant Evangelistæ f), pro varietate objecti, ad quod dirigebatur. Cum primum Christum jam baptizatum & ex aqua ascendentem, eo ipso momento, Pater cœlitus alloqueretur verbis apud Marcum g), & Lucam h) extantibus: *Tu es ille filius meus dilectus, in te bene complacui*, vel (*in te me oblecto*): populus autem anceps hæreret, quem ita fuisset allocutus; baptizantem, an baptizatum? subito Spiritus S. in forma columbæ visibili, in Christum descendebat; &, quum in conspectu omnis turbæ, per utramque fluminis ripam dispersæ, ac cum stupore intuentis, cogniturae, quid hæc res insolita sibi vellet, Spiritus ille S. super Christum aliquamdiu maneret i); Pater hanc etiam turbam alloquitur, de modo promulgatis eam confirmaturus. Haud secus ac si diceret, ne dubitetis de verbis modo cœlitus enunciatis! nec putetis, ad Johannem eadem fuisse directa! *Hic* enim *ipse*, super quem, Spiritum meum descendisse, vidistis, eique immanentem, revera *est filius meus dilectus, in quo me* semper *oblectavi:* prout Matthæus k) exprimit. Eodem prorsus modo, quo olim circa Mosis confirmationem eveniebat. Ut enim Deus tum temporis prius Mosen in conspectu adstantis alloquebatur multitudinis l); & deinceps demum turbam universam m) ita & hic prius Baptismo initiatum, quem audituri in posterum erant reliqui, alloquitur n); & deinceps demum adstantium multitudinem o): cui initiatum commendabat, ad fidem ipsi habendam, quoties deinceps suam ipsis declaraturus esset voluntatem.



*habemus ista temporum discrimina, ut aliud sit hodie, aliud heri, aliud cras. Hanc differentiam nescit æternitas: ubi nullum est tempus, neque præteritum, nec futurum HODIE* &c. Sed de hoc Psalmi loco forte alibi ex instituto. f) Vid. supr. ad §. 10. p. 315. g) cap. I, 11. Quæ enim hic conspicitur vox ἐν ᾧ, in quibusdam saltem Codicibus, recte judicatur a *Grotio*, cui pollicem premit JOH. MILLIVS Prolegom. §. 1196. a Matthæo huc translata; vel etiam ex Jes. XLII. v. 1. a Sciolo quodam, orationis seriem non satis observante. Cum non tantum Lucas, Marci in plurimis imitator, ἐν σοὶ, convenienter contextui, habeat: sed & *Syrus* ܒܟ ܐܨܛܒܝܬ ac *Vulgata in TE complacui*, nec non *Pers. Goth. Armen. Copt. Æthiop.* &, quod maximum, multi *Codices MSti:* e quibus numerat laudatus MILLIVS *Steph. γ. δ. η. Cant.* L. *Vel. Colb.* 2. 4 *Hunt.* 2. *Bodl.* 4. 5. h) c. III, 22. i) Joh. I, 32. 33. k) cap. III, 17. conf. superius dicta ad §. 22. lit. (e), p. 346. sqq. l) Exod. XIX, 9. 19. sqq. m) Exod. XX, 1. sqq. n) juxta Marcum & Lucam ll. cc. o) juxta Mat-

§. 31. Prævidebat ſcil. Deus omniſcius, Judæos ex hoc ipſo fundamento *negati cum Deo colloquii*, non tantum præſenti ſe ſalvatori oppoſituros; prout homini iſti, cui viſum contulerat Chriſtus, contemptum ejus ſignificaturi, dicebant * *nos novimus, quod Moſi locutus ſit Deus; hunc autem non novimus, unde ſit?* Sed, ipſo in cœlum ſublato, ejusdem aſſeclis, continuo obiocuturos, poſtulaturosque, ut ſuis videant oculis, ſuisque percipiant auribus, Deum ipſum ita cum Chriſto novi fœderis Doctore colloqui, quemadmodum olim cum ſuo locutus fuerat legislatore Moſe, in conſpectu ſuorum omnium. Singulari itaque ejus providentia factum, ut Marcus atque Lucas ſupplerent, quod a Matthæo fuerat ommiſſum. Verba nimirum ad Chriſtum ipſum directa: quæ Dei Patris cum Chriſto publice habitum continent colloquium. In caſſum itaque laborat R. MOSES KOZZENSIS prolixo illo diſcurſu, quem pro explicandis verbis Exod. XIX. v. 19. avertendisque ab amplectenda Religione Chriſtiana ſuis Tribulibus, ſuæ in Præcepta affirmativa Præfationi inſertum teſtatur R. BEER p), his verbis: *Quare hac*

thæum c. III, 17. Conf. ſupr. §. 10. p. 315. * Joh. IX, 29. p) In ס׳ צדה לדרך ad Exod. XIX, 9. f. 61. c. 2. circa fin. & col. 3. init. In noſtris enim Editionibus Venet. impreſſis non apparent verba hæc. Incertum, an Judæorum malitia fuerint deleta? an vero, quod probabilius, Chriſtianorum imperitia; qui cenſuram librorum ſubierunt, & inepte crediderunt, hæc ceu Religioni noſtræ adverſa, delenda potius eſſe, quam evertenda per reſponſionem Cenſori forte ignoratam. Pontificiorum *expurgandi* pruritus ſatis notus. Verba autem Ebræa ſunt ſqq. וגם בך יאמינו לעולם
ולמה הוצרך לזה והרי כבר כתוב על הים ויאמינו ביהוה
ובמשה עבדו אלא כך אמר הקב״ה למשה אני רוצה
שיאמינו בך ישראל שאתה נביא על ידי אותות ומופתים
שעשית אבל בתורה שאני רוצה ליתן איני רוצה שיאמינו
בך על ידי שום אות או מופת אלא על ידי שישמעו
באזניהם שאני מדבר עמך ולכך עשה הקב״ה את הדבר
הזה שכשיהיו ישראל בגולה אם יאמר להם גוי או
ישמעאל לעזוב תורתם ולעבוד אלהים אחרים ויתן להם
אות או מופת יכולין ישראל לענות לו אפילו תרבה אותות
ומופתים כמשה בן עמרם לא נאמין לך בחילוף תורתינו
אלא אם כן נשמע באזנינו שידבר השם עמך כמו
שדיבר עם משה כי אפילו משה בחירו נאמן ביתו לא
רצה שנאמינהו בתורה אלא על ידי מה ששמענו שדיבר
עמו ולאחר שנתן את התורה אמר אתם ראיתם

*hac* nova manifeſtatione *opus fuit? cum jam antea, miraculo ad mare perpetrato, ſcriptum ſit, quod crediderint in Deum, & in Moſen ejus ſervum* q)? *Enim vero ita dicebat S. I. B. Moſi, volo* quidem, *ut credant tibi Iſraëlitæ, quod Propheta ſis, propter Signa & miracula, quæ perpetraſti. Sed quantum ad Legem, quam promulgaturus ſum, nollem, fidem tibi habeant per ullum ſignum atque miraculum; ſed per id, ut ſuis audiant auribus, quod ego loquar tecum. Et ideo S. I B. hanc rem ita diſpoſuit; ut, ſi, Iſraëlitis in captivitate exulantibus, Gentilis* r) *vel Iſmaëlita* s) *autor fuerit, ſuam deſerere Legem, & De-*

---

כי מן השמים דברתי עמכם כלומר אין לכם להאמין עוד לשום אדם שיאמר שהתחלפה תורה זאת אם לא ראו שאדבר עמכם מן השמים להחליפה עכ"ל׃ Quibus ſubjungit, quod etiam *R. Moſis Nachmanidis* huc inclinet explicatio. Cujus verba, refutationi *Aben Eſræ*, ob ſententiam ſupr. ad §. 16. p. 320. ſqq. adductam, annexa, ad Exod. XIX, 9. hæc ſunt: והנכון בעיני שאמר אני בא אליך בעב הענן שתגש אתה אל הערפל בעבור ישמע העם דברי ויהיו הם עצמם נביאים בדברי לא שיאמינו מפי אחרים כמו שנ׳ באמור יהוה אלי הקהל לי את העם ואשמיעם את דברי למען ילמדון ליראה אותי כל הימים וגם בך יאמינו לנצח בכל הדורות׃ ואם יקום בקרבכם נביא או חולם חלום כנגד דבריך יכחישוהו מיד שכבר ראו בעיניהם ושמעו באזניהם שהגעת למעלה העליונה בנבואה וכו׳: i. e. *meo autem judio rectum eſt, quod dixerit* Exod. XIX, 9. *ego veniam ad te in denſitate nubis, ut proprius accedas tu ad ipſam caliginem denſiſſimam; quo audiat populus hic verba mea, hic verba mea & ipſi fiant Prophetæ, dum loquor ego: nec in fide ſua ab ore pendeant aliorum. Sicut dictum eſt* Deut. IV, 10. *dum loquebatur Dominus mihi, congrega mihi populum hunc, ut audire faciam eos verba mea; quo diſcant me timere omnibus diebus, & etiam in te credant* (Exod. XIX. v. 9. *in æternum, in quibuscunque generationibus. Et, ſi ſurrexerit in medio veſtro Propheta, aut ſomniator* (Deut. XIII, 1,) *adverſus verba tua; mendacii eum ilico arguant: utpote qui dudum ſuis viderint oculis, ſuisque audiverint auribus, quod ad ſupremum in Prophetia gradum perveneris.* Tecte hic agit, nec tam aperte Chriſtianos impugnat, ut autor *libri Præceptorum magni.* Cum quo conf. ſupr. ad Præfat. p. 3. 4. adducta q) Exod. XIV, 31. r) Quo nomine ut plurimum pungunt Chriſtianos: ut alibi, de *Sacris Judæorum* bis quotidie obeundis, §. 20. ſqq. fuſius docui. s) Turcas indigitant, ex Iſmaële ortos.

*Deos colere alienos, suamque hanc persuasionem signo ac miraculo edito confirmarit, respondere illi possint: quantumvis, Mosis instar filii Amram, plura edideris signa ac miracula; non* tamen *fidem adhibebimus tibi in mutatione Legum nostrarum, nisi nostris audiverimus auribus, quod Deus ipse tecum loquatur, quemadmodum locutus fuit cum Mose. Quoniam etiam Mosi dilecto suo* t) *& fideli domus suæ* u) *noluit, fidem habeamus, quoad Legem; nisi propter id, quod audiverimus, Deum cum ipso loquentem. Quin & Lege jam promulgata, dicebat* x): *Vos* ipsi *vidistis, quod de cœlis locutus sim vobiscum. Q. d. non integrum vobis est, in posterum ulli mortalium credere, dicenti, me hanc mutasse Legem; nisi videritis, quod loquar vobiscum de cœlo ad mutandum eam.* Nec vulnerat causam Christianorum *R. Lipmann*, quamvis ad calcem Pentateuchi, contra eosdem tela torqueat, inquiens y) *Omnes* in universum *Israelitæ in promulgatione Legis testes sunt doctrinæ Mosaicæ. Quomodo ergo crederemus isti, qui venit *, ut mendacii nostrum arguat testimonium? Certe similis foret hæc res ei, cui* alii *quid indicarent, cujus ipse suis oculis viderit, suisque audiverit auribus contrarium. Nam revera fieri nullo modo poterit, ut fidem illis habeat.* Nemo quippe nostrum in dubium vocat ipsorum testimonium: nec quisquam tam temerarius est, ut verba Mosis mendacii velit arguere z). Quin potius ejus urgemus prædictionem de Propheta, quibusdam istius legibus complementum allaturo; quem audire cun-
cti

t) alludit ad Pf. CVI, 23. u) Num. XII, 7. x) Exod. XX, 19. y) Verba ejus sunt: כל ישראל עדים על נבואתו במתן תורה/ ואיככה נאמין למי שבא לחכחיש עדות עצמינו/ הא למה הדבר דומה למי שמגידין לו שראה דבר בעיניו ושמע באזניו העוכו שבודאי שאי אפשר שיאמין/ Nisi omnia me fallunt, מי שבא *eum, qui venit*, nostrum determinate Salvatorem intelligit, quem pungere conatur. Unde & addit immediate præcedentibus: וכן גרסינן במגלה ואין נביא רשאי לחדש דבר/ i. e. *& ita legimus in* Cod. *Megilla* f. 2. b. l. pen. *nemo Prophetarum licentiam habet, innovare quicquam.* Quod & in Cod. *Schabb.* repetitur f, 104. a. l. 5. *Joma* f. 80. a. l. 28. & alibi passim. In cujus sensum hic non datur inquirendi locus. Diversum ab eo vid. supr. ad §. 6. p. 311. sqq. Sufficit, ex ipsorum docuisse hypothesibus, quod Salvator *Propheta* extiterit, quo cum Deus ipse de cœlo sit locutus * alias verteres, *ulli venturo.* z) Ipse Christus noster, quem haud oblique pungit, eod. modo, quo Kimchi ad Mal. IV, 4. (Al. c. III, 22.) in MStis, quos possideo codicibus, diserte dicit, *se non venisse, ut legem solvat; sed adimpleat* Matth. V. v. 17.

ſti debeant a), rationibus adducti a Lege ipſa indicatis. Quicquid ſuperius urgebant, in Chriſto novi fœderis Doctore, ad docendum inaugurato, ex aſſe adimpletum fuit. Pater cœlitus cum illo loquebatur in conſpectu turbæ adſtantis: quam ipſam mox compellabat verbis diſertis ac perſpicuis. Non ſupereſt itaque excuſatio, ob quam verbis ejus fidem denegent.

§. 32. Quodſi enim verba *Kozzenſis* b) ita intelligenda dixerint, ut tum demum aſſenſum præbere liceat; quando hodienum Deus cum quolibet, doctrinam religionis Chriſtianæ Judæis inſtillaturo ita de cœlo colloqueretur, ut ſuis ipſi adhuc oculis videant, ſuisque audiant auribus Deum cum tali colloquentem, omnesque ejus approbantem ſermones. Næ ad extremam dici poterunt prolapſi impudentiam! quæ omnem cum Moſe comparationem tolleret. Semel hic univerſo oſtendit populo c), ſe cum Deo habere commercium, ab eoque haurire, quæ ſuis obſervanda proponeret. Illi ſoli teſtes erant oculati, qui tum temporis monti adſtabant, Deum cum Moſe loquentem audientes. Omnes ipſorum poſteri a Majorum unice dependent teſtimonio, & relatione ſolius *Moſis:* qui, *in cauſa* partim *propria*, illud ita geſtum fuiſſe, redegit in literas; nullius coævi conſentaneo ſuffultus ſuffragio. Hoc ipſum ingenue confitetur Judæus Coſræo d): hoc pluribus inculcat *Nachmanides* e): hoc tota veteris Teſtamenti comprobat hiſto-

 ria

a) Deut. XVIII. v. 15. 19. b) §. præced. 31. ad lit. (p) p. 390. ſqq. citata c) ex decreto divino Exod. XIX, 9. ſqq. d) lib. I. §. 15. circa fin. אני חייב בו וחייבין בו כל קהל ישראל אשר התברר אצלם המעמד ההוא בראות עיניהם ואחר כן הקבלה הנמשכת שהיא במראה העין i. e. *ego ad id* credendum *obligatus ſum, & tota obligata eſt Eccleſia Iſraelitica, quibus Statio illa cognita eſt, quæ ſuis vidit oculis: quam CONSTANS poſtea TRADITIO, derivata ab illis, qui per aſpectum cognoverant ocularem,* ad alios *propagavit.* e) Maimonidis verba, quoad antecedens ex Hilc. *Jeſode Thora* cap. VIII. §. 1. vid. ſupra ad Præfat. p. 307. 308. quibus §. 2. addit: נמצאו אילו ששולח להן הם העדים על נבואתו שהיא אמת — שהם והוא עדים בדבר כשני עדים שראו דבר אחד ביחד שכל אחד מהם עד לחברו שהוא אומר אמת ואין אחד מהם צריך להביא ראייה לחבירו כן משה רבינו כל ישראל עדים לו אחר מעמד הר סיני וכו׳: i. e. *Deprehenduntur illi ipſi, ad quos miſſus erat, teſtes fuiſſe Prophetiæ ejus, quod vera ſit. ——— Quia tam illi, quam ipſe idem teſtabantur, ſicut duo teſtes, qui rem eandem ſimul vi-*

ria f), & postulatum Majorum suorum veluti extorquet g). Nemo amplius Prophetarum fidem sibi conciliavit, divino cœlitus impetrato alloquio; &, *qui Rabbinorum id extorsisse creditur, ob id ipsum Excommunicationis fulmine percutiebatur ab aliis* h). Sufficit ergo itidem primo Christianorum Doctori

---

*derunt: ubi quisque eorum suo testari potest socio, quod verum dicat, nec quisquam eorum opus habet, rationem afferre suo socio. Ita Mosi Doctori nostro omnes Israelitæ testes erant post Stationem illam ad montem Sinai.* Ut enim hi suis saltem posteris referant, quid tunc gestum fuerit, serio adhortatur Moses: satis certus, similem apparitionem nunquam fore repetendam, Deut. IV, 9. sqq. in quæ verba ita commentatur *RAMBAN:* כשתגיע אלינו התורה מפי הגבורה לאזנינו ועינינו הרואות אין שם אמצעי נכחיש כל חולק וכל מספק ונשקר אותו וכו׳ וזהו שאמר שם וגם בך יאמינו לעולם: כי כשנעתיק גם כן הדבר לבנינו ידעו שהיה הדבר אמת בלא ספק כאלו ראוהו כל הדורות: כי לא נעיד שקר לבנינו ולא ננחיל אותם דברי הבל ואין בם מועיל והם לא יסתפקו כלל בעדותנו שנעיד להם אבל יאמינו בודאי שראינו כולנו בעינינו כל מה שספרנו להם וכו׳ i. e. *Quando pervenerit ad nos Lex ex ore ipsius Fortitudinis in aures nostras, nostrique oculi viderint, nullum ibi fore Mediatorem: mendacii arguemus quemcunque dissentientem, & moventem dubia. qui mendacii convincitur &c. hoc enim est, quod dicitur* Exod. XIX, 9. *& etiam in te credent in æternum. Quando enim TRANSFEREMUS REM SIMILITER AD FILIOS NOSTROS; cognoscent, rem istam veritati congruere absque dubio, haud secus ac si eam* ipsi *vidissent* in *omnibus generationibus. Nec enim falsum testabimur filiis nostris, nec jure hæreditario ad eos transferemus rem vanam, nihil eos juvantem. Nec ipsi ullo prorsus dubio afficient seipsos circa nostrum, quod ipsis præbebimus, testimonium: sed certo credent, quod omnes nos nostris viderimus oculis, quicquid narravimus ipsis.* Etiam *R. SAADIAS* in eo loco, quo æternitatem Legis Mosaicæ probare satagit, *Oratione* III. ס׳ אמונות f. 22. c. 2. l. 11. *Traditioni* maxime innititur, asseritque, כי ההגדה הנאמנת אמת כאמנת הדבר המושג בראות *quod Narratio ista constans ipsa veritas sit, non minus vera, quam res per visum sensibiliter cognita.* Ad quæ duo loca *R. Juda Muscato*, ad verba supr. adducta, provocat. f) Inprimis dicta illa, quæ jubent, rem tunc gestam suis narrare filiis, ne ex ipsorum excidat memoria. Vid. Deut. IV, 9. 10. Et quod nuspiam actus ille legatur iteratus. g) Exod. XX. v. 16. Deut. V, 20. sqq. h) Scil. *R. Elieser*, Hircani fil. alias *Magnus* cog-

ctori divinum immediate eveniſſe colloquium; pluribus, qui id teſtentur, adſtantibus: quamvis eodem modo, & eadem ſolennitate non niſi ſemel contigiſſet. Cum non unus id in literas redegerit; ſed coætaneorum quatuor i): quorum nullus proprio honori quicquam indulſiſſe putandus eſt, omnibus rem alienam narrantibus. Et, ſi inſtent Judæi, Deum & alias cum Moſe collocutum, non modo abſentibus ipſis k); ſed & comitantibus ipſum quibusdam, vel in montem conſcendentem l), vel ingredientem Tabernaculum m): quamvis verba colloquii tunc comites non exaudiverint diſtincte intellecta n). Neque hic Chriſtianorum cauſa erit deterior. Siquidem alias quoque Deus cum Chriſto locutus legitur, non tantum quibusdam e diſcipulis ſuis, (ut ibi erant Seniores,) præſentibus o); ſed promiſcua quandoque turba p). Quorum alii vocem loquentis audientes, tonitru fieri putabant, alii Angelum cum ipſo colloqui. Proinde nec in hac parte cedemus Judæis: potiores ipſis in eo putandi, quod veritatem cauſæ noſtræ quatuor conſignarint coætanei; iſtorum non niſi unicus, plura de ſe ipſo teſtatus.

§. 33. Altius adhuc caput poſſemus erigere, ſi verba colloquii ipſa examinaverimus, cum illis collata, quæ Moſi dicta perhibentur. Deus Doctorem noſtrum *ſuum* vocat *Filium* q); voce procul dubio proprie ſumta, ut



nominatus; qui toti Sapientum Concilio ſe oppoſuit, & ut contra eosd. obtineat, diverſis miraculis ſuum probabat aſſertum: quæ cum recipere nollent, tandem poſtulabat, ut *de cælo ſuam confirment ſententiam.* Ad cujus deſiderium יצתה בת קול ואמרה: מה לכם אצל רבי אליעזר שהלכה כמותה i. e. *prodiit FILIA VOCIS ac dicebat, quid vobis eſt cum R. Elieſer? decidendum certe eſt juxta iſtius ſententiam.* Quo non obſtante, *R. Joſua* iſtius adverſarius, autoritate *Rabban Gamalielis,* qui tum temporis Principatum gerebat, ſuffultus, non *acquievit;* donec כמנו עליו ובדכוהו *ejus cauſa concilium conveniret, eumque anathemate ferirent.* In quo ſtatu etiam mortuus dicitur, poſt *obitum* demum ab hoc vinculo ſolutus. Quæ prolixe recenſentur in Cod. *Bava Mezia* f. 59. b. in *En Jacob* §. 17. f. 66. col. 1. 2. 3. Conf. *Juchaſin,* in vita *R. Elieſaris,* cognominati *Magni,* f. 32. b. l. 2. ſqq. i) *Matthæus* ſcil. cap. III. v. 17. *Marcus* c. I, 11. *Lucas* cap. III, 22. & *Johannes* cap. I, 32. 33. k) Num. VII, 89. c. IX, 8. ſqq. c. XXVII, 5. ſqq. l) Exod. XXIV. v. 1. 9. ſqq. m) Exod. XIX, 17. 19. ſqq. cap. XXXIII, 9. ſqq. n) Vid. ſupr. ad §. 15. p. 318. ſqq. o) Matth. XVII, 1. ſqq. inpr. v. 5. Marc. IX, 1. ſqq. inpr. v. 6. Luc. IX, 28. ſqq. inpr. v. 35. p) Joh. XII, 28. 29. q) II. cc. ad

ut ὁμοούσιον ipsi denotet, *ejusdem* cum ipso *essentiæ participem*. Hoc sensu Baptista interpretabatur r): eodemque sumebant illi Judæorum, ipsius, uti videntur, Synedrii Assessores s), qui per id nomen a Christo acceptatum inferebant, quod Deo æqualem se fecisset t). Ipse quoque cacodæmon hoc sensu intellexit u): alias nunquam efflagitaturus a tentato, ut, si talis foret, lapides in panem converteret. Et, si tali sensu *Dei filius* declaratus fuisset, quo vel reliqui mortalium omnes, vel etiam Deo peculiariter chari, ac fideles *): quid opus fuisset, tam solenniter id cœlitus declarare? quum Judæis omnibus constaret, & Johannem pluresque alios peculiari modo, omnesque reliquos *Dei filios* dici posse, voce metaphorice accepta pro creatura Dei x). Jam olim Deus per Mosen Pharaoni significabat, Israelem *filium* suum fore *primogenitum* y); in tali sensu, quo plures habebat filii nominis participes, quamvis secundo tertioque genitos: & Israelitis ipsis, *filii estis Domini Dei vestri* z), palam declararat. In quod eo adhuc valebat tempore: & ad Christum, a Patribus istis descendentem secundum carnem a), applicatum fuisset; etiamsi nulla nova ejus fieret declaratio. Qua nihilominus promulgata, necessario sensus concipi debet sublimior, & Christo peculiaris b), ac nemini Israelitarum communis. *Mosen* vero *servum suum*

§. præc. lit. (i), p. 395. r) Joh. I, 34. c. III, 31. 35. nec minus *Nathanael* Joh. I, 49. s) Quia potestas *occidenti* penes eos Joh. V, 15. 16. & Christo in templo agnito, præsentes erant; *Synedrium* enim לשכת הגזית in atrio erat constitutum, l. c. v. 14. 15. iis quoque solis competebat, de veris falsisque pronunciare Prophetis. Contextus etiam indicat, coram illis Christum se defendisse, qui miserant ad Johannem, inquisituri &c. Joh. V, 33. hi autem Assessores erant Synedrii Joh. I, 19. 22. 24. Præterea dicuntur *ambitiosi*, qui honores captarint ab aliis, Joh. V, 43. Conf. *Lightfoot* Harmon. IV. Evangelist. Part. III. c. 24. pag. 527. & p. 535. sqq. t) Joh. V, 18. u) Matth. IV, 3. Luc. IV. 3. * quo sensu electi omnes *ex Deo geniti* dicuntur Joh. I, 13. conf. etiam Deut. XIV, 1. it. 1. Thessal. V, 5. x) Quando ילד cum ברא permutatur, ut Deut. XXXII, 18. Unde & Gen. II, 4. creaturæ omnes dicuntur תולדות: conf. Jer. II, 27. Ps. XC, 2. y) Exod. IV, 22. z) Deut. XIV, 1. a) Rom. I, 3. coll. Matth. I, 1. sqq. Luc. III, 23. sqq. Apoc. V, 5. b) Unde & μονογενὴς Θεοῦ vocatur, *tali modo* ab eo *genitus*, *quo nihil amplius*, Joh. I, 14. ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός l. c. vers. 18. conf. c. III, 16. 18. 1. Joh. IV, 9. Ebr. XI, 17. εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Col. I, 15. ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑπο-

*suum* vocat c), eundem tamen in tota domo sua fidelem: interdum etiam *sibi dilectum* d). Filii autem titulum nunquam tributum ipsi legimus. Qui apud Talmudicos hoc nomine veniunt, plures; eo minus attendimus, quo certius novimus, id nominis hac sola ipsis fine fuisse tributum, ut nostrum de Christo enervarent elogium. Quod si nunc autor epistolæ ad Ebræos e) recte infert, Christum *Angelis eo præstantiorem fore, quo excellentius præ illis nomen sit sortitus.* Eodem usi argumento, ejus inaugurationem excellentiorem dicemus Mosaica. Quod in ea Christus *Dei filius* fuerit declaratus; Moses non nisi *servus.* Ille, etiam inter natura pares, hæres est, & Dominus totius hæreditatis f); hic hæreditatis pro filio conservandæ non nisi minister. Atque hujus tantum officia imponuntur Mosi, in omnibus, quæ Deus cum illo, Israelitis audientibus, locutus dicitur. Nunc *populum cohibere* debebat; *ne terminum* ipsis constitutum *perrumpens, damnum incurrat* g): nunc *Aaronem secum* jubetur *adducere* h). Ut de *populo sanctificando* i) nil dicam: quia incertum, an hæc verba reliqui radicibus montis adstantes audiverint.

§. 34. An vero omnis turba, quæ Christo ad docendi munus per Baptismum inaugurato, præsens erat, per utramque Jordanis ripam dispersa, *Vocem Dei* hactenus explicatam audiverit, cœlumque apertum viderit, & Spiritum Dei in forma columbæ descendentem? *id ipsum est, cujus causa præcipue hanc operam suscepimus.* De *videntibus* primum dispiciemus. Quia non modo *videntis* apud Matthæum k) & Marcum l) diserta fit mentio: sed & *visus* sensuum omnium acerrimus m) est; & testis *oculatus* in quo-



*ςάσεως αὐτȣ̃*, Ebr. I, 3. *ἐν μορφῇ Θεȣ̃ ὑπάρχων*, Phil. II, 6. ut dicere potuerit *ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα.* Joh. XIV, 9. Quod nemo alias. c) Num. XII, 7. 8. Jos. I, 2. 7. 2. Reg. XXI, 8. Mal. III. v. 22. d) Ps. CVI, 23. e) cap. I, 4. f) Gal. IV, 1. g) Exod. XIX. v. 21. h) l. c. v. 24. i) l. c. v. 10. & 14. k) c. III, 16. l) c. I, 10. m) Certitudinem hujus quotidiana comprobat experientia. Unde *Ab. Esr.* ad Exod. XX, 1. הנה ידענו כי הרגשת העין נכבדת מהרגשת האזן כי ידענו בראיות גמורות כי רגע הראות הברק לעין הוא רגע הרעם רק העין ראתה מרחוק והאויר מביא הקול אל האזן והליכתו לאט ולא יגיע אל האזן רק אחר רגעים עבור i. e. *ecce novimus, sensum visus honoratiorem fore auditu. Nam per rationes evidentissimas cognoscimus, quod eodem momento, quo tonitru fulgur vibrat, ad oculum id perveniat, qui id a longinquo pervidet.*

quolibet judicio præferri ſolet aliis, qui ex ſolo auditu narrata referunt. *Lucæ* relatio n) ita eſt concepta, ut neminem a *viſu* excludat: quia nulli ſpecialiter eum adjudicat; ſed ſola recenſet *ſpectacula* admiranda: illis procul dubio *ſpectata*, de quibus in ſubſtrata agitur materia; niſi fruſtra ea exhibita, impie dixeris. *Matthæi* verba ſine ullo molimine in noſtram transire ſententiam, ea teſtabuntur, quæ brevi poſt o) annectam. Solius *Marci* narratio aliquid difficultatis continet. Utitur ea Verbo numeri ſingularis *εἶδε vidit:* & per copulam hoc ipſum connectit cum verbis præmiſſis *venit*, & *baptizatus fuit* p). Unde non errare videtur, quisquis omnium iſtorum idem concipit Subjectum. Quo admiſſo, ſolus *Jeſus* Dominus noſter illa *vidiſſet* ſpectacula: utpote qui a Nazareth Galilææ *veniſſe* dicitur, & a Johanne in Jordane *baptizatus* *. Enimvero ſupra q) jam vidimus, non ad Chriſtum erudiendum confirmandumque; apparitionem iſtam contigiſſe; utpote qui jam ante ſatis certus fuerit, ſe *Dei filium* fore, tota divinitatis plenitudine inhabitatum r). Nec Johannem, ob alia Scripturæ loca, (de promiſſione ipſi facta, ad *ſpectaculum* hoc *videndum* s), ejusque executione celebrata t), quibuscum verba Marci concilianda ſunt, ullo modo a *viſione*

*Sonitum autem aër ad aurem defert, progreſſus vero ejusdem ſenſim fit, qui ad aurem non pervenit, niſi poſt aliquod temporis intervallum.* Conf. tamen *R. Bechai* in כד הקמח lit. Sain, f. 28. c. 4. l. 10. ſqq. & vid. dicta ad §. 12. p. 316. n) cap. III. v. 21. 22. ἐγένετο ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου, ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν. Καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐπ' αὐτόν. καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι &c. o) §. ſqq. 35. lit. (f), (g), pag. 400. p) verba integra c. I, 9. 10. ſunt: Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν Ἰορδάνην. Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ πνεῦμα ὡσεὶ περιστερὰν, καταβαῖνον ἐπ' αὐτόν. * *Joh. Lightf.* Harmon. quat. Evangeliſt. Sect. X. p. 344. *Vetat*, inquit, *quæ in Marco eſt, ſyntaxis verborum, & ordo grammaticalis, quo minus particula EI* (Matth. III, 16.) *ad quemquam, niſi ſolum Chriſtum, referri poſſit.* q) §. 9. p. 314. ſqq. in quam ſententiam *Auguſtinus* de Conſenſ. Evangeliſt. lib. II. c. 14. tom IV. Op. p. 294. *Non Chriſto*, inquit, *indicabatur, quod ſciebat; ſed audiebant, qui aderant: propter quos etiam ipſa vox facta eſt.* r) Col. II, 9. ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. s) Joh. I. v. 33. t) l. c. v. 32. 34.

*ſione* poſſe excludi. Cum & voces ipſæ a Scriptoribus ſacris adhibitæ, aliquo modo inhibeant, ne ſoli Chriſto illud VIDIT applices. Quia non ἐφ ἑαυτὸν, vel ἐφ' αὐτὸν adhibuerunt u), ad ſignificandum *ſuper ſe;* ſed ἐπ' αὐτὸν, h. e. *ſuper illum;* diverſum ſcil. ab eo, qui VIDIT. Unde manifeſtum fit, verba Marci, quibus Chriſtum illa *vidiſſe* aſſerit, minime excluſive intelligenda eſſe, quaſi ſolus viderit: cum & alias, unius poſitio non ſtatim ſit excluſio alterius. Et Johannem quidem ſimul includendum, ſine magno molimine erues; modo voculæ καὶ, ad imitationem ו Ebræorum x), ſignificationem pronominis Relativi tribueris: quam toties commode obtinere videtur, quoties inter duo Verba finita diverſorum ſubjectorum ita ponitur, ut poſterius verbum non habeat ſubjectum ſuum in Nominativo expreſſum. Ita namque Marcum, in quantum huc pertinet, verteres: *venit Jeſus, & baptizatus eſt a Johanne, qui aſcendens ex aqua, vidit fiſſos cœlos, & Spiritum deſcendentem.* Procul dubio enim non ſolus Chriſtus ex aqua aſcendit; ſed & Johannes: imo & reliqui omnes baptizati. Et hi ipſi intercedunt, ne in hac explicatione, qua ſoli Johanni ſuus conſervatur *viſus*, Chriſto y) quadantenus, totique populo negatus prorſus aquieſcam.

§. 35. Ipſe Baptiſta alicubi z) commemorat, hac fine ſe veniſſe, aqua baptizantem; *ut Chriſtus manifeſtaretur Iſraeli.* Et Lucas ait a), celum fuiſſe apertum, ſanctumque in Chriſtum baptizatum deſcendiſſe Spiritum, ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαόν, *cum baptizatus eſſet omnis populus*, per fluminis ripam adhuc diſperſus. Cum ergo apud Marcum non dicatur, definita perſona Prædicato immediate connexa, *Jeſus vidit;* vel *Johannes vidit;* ſed *aſcendens* e flumine *vidit.* Certum autem ſit, non ſolum Jeſum aſcendiſſe, aut cum eo ſolum Johannem; ſed *univerſum populum*, qui tum temporis proxime ante Chriſtum fuerat baptizatus. Quidni *aſcendens* diſtributive ſumatur, vel collective? ut idem ſit, ac ἅπας ὁ λαὸς, *univerſus* ille *populus aſcendens,*

u) tam Matthæus cap. III. v. 16. quam Marcus c. I. 10. x) juxta *interpr.* §. 149. III, 1. (β). conf. NOLDII Concordant. Part. in ו §. 53. p. 296. 297. & examina hoc ipſo cap. I. Marci v. 23. it. 1. Cor. VI, 14. Eph. V, 5. y) Ut enim v. g. Gen. III. 6. de muliere non ſimul prædicatur verbum ויאכל, *& comedit;* quamvis ea ſubjectum ſit Verborum omnium præcedentium, & *ſumſit*, & *comedit* & *dedit:* ſed ſolus *Adam*, cui maſculinum hoc ויאכל unice competit. Ita, ſi καὶ Marc. I, 10. verteres *qui* ſcil. Johannes *aſcendens vidit* &c., ad Dominum Jeſum hoc non pertineret. z) Joh. I, 31. a) Verbis ad §. 34. lit. (o) pag. 398. citatis.

*dens*, subito b) *vidit* fissos cœlos, & Spiritum instar columbæ super Christum descendentem. Hunc enim sensum urgent verba Matthæi c) Quippe apud quem verbum temporis finiti *εἶδε vidit*, sine subjecto, vel Nominativo proxime præmisso, extat. Quod quoties fit in Scriptura, toties vel eiusdem verbi Participium subintelligi debet d), ad ipsius Scripturæ ductum e); vel suppletur איש pronominaliter sumtum f), nunc infinite pro *aliquis, quispiam;* nunc distributive, pro *unusquisque, quilibet.* Et hoc ipsum itidem ex mente ipsius *Keri* g); cui divinam plerique autoritatem tribuunt. Qua observatione ad textum Matthæi applicata, talis prodibit sensus: *& ecce aperti sunt cœli*, & QVISQVE (baptizatorum e flumine *ascendentium*) *VIDIT Spiritum Dei descendentem* &c. Quem conficiunt omnes Evangelistæ, conjunctim, ad harmoniam eliciendam, inter se collati. Quicquid enim ab uno omissum fuit, fideliter suppeditat alter. Marco „*ascendens* ex aqua dicitur *vidisse*, post baptisma peractum; Lucæ autem *ἅπας ὁ λαὸς*, h. e. *universus ille populus* baptizatus, & post baptismum ascendens. Unde Matthæus, omnibus conjunctim sumtis, infert: *quisque* baptizatorum *vidit.* Ex quo, ut ingenue fatear, totam hanc conciliationem modo suppeditatam didici.

§. 36. Ne vero arbitreris, id ipsum adversari Baptistæ, apud Johannem ea intentione, ut testimonium de Christi præberet divinitate, dicenti h): *τεθέαμαι*, obstupescens *spectavi*; item *ἑώρακα*, *distincte accurate vidi* i). Qui majori pondere dixisset, *spectavimus, vidimus*, Evangelistam k) secu.

b) Commodius enim hic *εὐθέως* cum *εἶδε* conjunxeris, quam cum *ἀναβαίνων*; nisi aliud forte svaserit Matthæus: apud quem integro commate *εὐθὺς* ab *ἀνεῴχθησαν* sejungitur. c) cap. III, 16. *Καὶ ἰδὲ, ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ ἐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τε̃ Θεε̃ καταβαῖνον* &c. d) Juxta *Interpr.* §. 79. II, 1. e) Quæ Participia talia quandoque exprimit, v. g. Nah. II. v. 3. בקקום בוקקים Jes. XVI, 10. ידרוך הדורך 2. Reg. III. v. 15. כנגן המנגן &c. f) Juxta *Interpr.* §. 31. g) Ad 2. Sam. XVI, 23. ubi *Masorethæ* verbo ישאל præmittendum svadent איש, ceu sensui necessarium. Et forte id ipsum didicerunt Mosorethæ ab ipso literarum autore, 1. Sam. IX, 9. dicente: olim in Israel ita dicebat האיש *quisque.* Conf. Gen. XVI, 14. c. XXV, 26. c. XXXIV, ult. c. XXXV, 8. c. XXXVIII, 29. 30. Exod. X, 21. 1. Sam. XXIII, 22. Jes. VI, 2. c. IX, 6. Ezech. XLIII, 26. Mich. II, 4. Job. XXVII, 23. partim apud *B. Glassium*, Philol. Sacr. lib. III, tr. 3. Can. XXIII. p. 302. sqq. h) Joh. I. v. 32. i) l. c. v. 34. k) Johannem l. c. v. 14

ſecutus: vel etiam *vidiſtis;* ſi re ipſa ita eveniſſet. Obſervandum, non eodem die, quo baptizabatur Chriſtus, hoc perhibitum fuiſſe teſtimonium; ſed aliquamdiu poſtea: quum Chriſtus, poſt memorabilem illam quadraginta dierum tentationem, quam ſtatim a baptiſmo ſuſcepiſſe dicitur, glorioſe jam peractam, rurſus illuc redierat; Johanni denuo, altero poſt rigoroſum Synedrii examen exantlatum die, viſus. Quum dicere poterat, μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, *in medio veſtrum STETIT* l); item μεμαρτύρηκα, jam ante *TESTATVS SVM* m), hunc eſſe Dei filium. Atque adeo nec coram iisdem perhibebatur ſpectatoribus; ſed novis ad baptiſmum venientibus, qui non adfuerant, quum iſta ederentur ſpectacula nec cum Phariſæis, ad rumorem a prioribus allatum, alii eo fuerant ablegati; ut in rei geſtæ veritatem accurate inquirerent n). Tum demum aliquid ponderis hæc haberet objectio, ſi ad eosdem ſpectatores, vel iſtorum plurimos, quamvis non eodem die, his uſus fuiſſet verbis, quibus proprio ipſorum conſpectui nil plane tribuit. Erga diverſos autem auditores, aliter loqui non potuit; niſi falſi ilico convinci voluiſſet.

§. 37. Minoris momenti eſt exceptio e ſingulari Pronominis αὐτῷ, apud Matthæum o) extantis, formata, dicentem: ἀνεῴχθησαν ΑΥΤΩ οἱ οὐρανοί, i. e. *aperti ſunt EI cœli.* Unde autor Operis imperfecti in Matthæum, Chryſoſtomo perperam adſcripti p), infert *ſoli* Domino *Jeſu* ex aqua aſcendenti cœlos fuiſſe apertos. *Non rupta eſt*, inquit, *EI ipſa creatura cœlorum. —— Si enim ipſa creatura rupta fuiſſet; non dixiſſet, EI aperti ſunt: non tantum EI aperti fuiſſent. Quia quod corporaliter aperitur, omnibus eſt apertum. Quod autem ſpiritualiter, illis ſolis* &c. Interjectis quibusdam q), *baptizato quidem*, ait, *Chriſto aperti ſunt, ſed EI tantum.* Equidem ſi apertura fuiſſet tantum imaginaria, per ſolam Viſionem facta, atque adeo in mera phantaſia, juxta quosdam r), ſita; locum invenire poſſet hæc iſtius ſententia. At Marcus dicit s), cœlos (aëreos ſcil.) reapſe *fiſſos:* & Johannes t), diverſus a Jeſu, vidit Spiritum S. per iſtam cœlorum fiſſuram,

 in

l) l. c. v. 26. m) l. c. v. 34. n) quod indicat Joh. I. v. 24. coll. v. 19. o) c. III, 16. p) Tom. II. in N. T. Homil. IV. e. c. III. p. m. 21. E. q) l. c. p. 22. C. *Joh. Lightfooti* conſentientis quadantenus verba vid. ſupr. ad §. 34. (*) poſt lit. (p) p. 398 ſqq. Quibus addi poſſunt, quæ, interjectis quibusdam, ibidem porro habentur: *quum de UNO Chriſto loquatur, idque ſingulari modo clare monet, apertos fuiſſe cœlos EI, tanquam aperiendi cauſæ.* r) *Lighfooto* tactos, *Harmon.* quatuor *Evangeliſt.* Sect. X. p. 343. a. Edit. Roterod. 1686. s) cap. I, 10. t) Joh. I, 32. 34.

in ſpecie columbæ, corporaliter u) deſcendentem. Unde nec in *Viſione* contigit, *uni propria;* nec imaginaria fuit. Falſo proinde fundamento tota ſuperſtructa eſt memorati autoris ſententia; quæ nudum colorem e Scriptura mutuat. Iſto ſubruto, tota moles eidem impoſita corruit. Scripturæ vox commodam admittit interpretationem, fini totius apparitionis minime adverſam. Teſtimonium *iſta cœlorum fiſſio* præbere debebat Chriſto, Iſraelitis manifeſtando x): quod nullum fuiſſet, niſi aliis innotuiſſet, præter ipſum. Atque adeo prorſus fuiſſet inutilis: cum ipſe ad ſui confirmationem ea non indiguerit; alii autem non viderint. Piſcatoris explicatio, Evangelio Matthæi Ebræo a Münſtero edito, accommodata, (qua Dativum αὐτῷ, cum αὐτοῖς Act. II, 3. *viſæ ſunt EIS linguæ*, contendit; ut, ſicut ibi idem valeret, ac SVPER EOS, ita & hic dicatur, *cœlos SVPER EVM* Ebr. עליו, Chriſtum ſcil., fuiſſe *fiſſos*), evitaret quidem conſequentiam hinc illatam: quia nullo modo fieri poterit, ut apertura in aere ſublimi facta *uni* plurium, in eodem terræ loco ſtantium, *magis tribuatur*, quam reliquis, libera videndi facultate præditis. Modo exemplum, probationis loco adductum, ſatis firmum foret; & majorem hactenus eruditorum inveniſſet aſſenſum. Apud Ebræos, (ſive eorum idiomate Evangelium Matthæi, ut plerique Patrum contendunt, primitus ſcriptum fuerit y); ſive ſolos in græco obſer-

u) Luc. III. v. 22. x) Joh. I, 31. ubi duplex particula cauſalis ΙΝΑ φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. y) Ita PAPIAS Johannis auditor, & Polycarpi ſodalis, citatus *Euſebio* hiſt. Eccleſ. lib. III, c. 39. circa fin. f. 113. B. IRENÆVS adv. Hær. lib. III. c. 1. cujus verba græca citat *Euſebius* H. E. lib. V. c. 8. *Fevardentius* ad h. l. Irenæi annotat: *Idipſum ante Irenæum ſcripſerat quoque Papias apud Euſebium lib. 3. Hiſt. c. 33., & Pantænum in India illud literis Hebraicis ſcriptum reperiſſe, opera Bartholomæi illic relictum: & illud ipſum cuſtoditum conſtare, idem Euſebius affirmat lib. 5. c. 10. Quod & in Cypro, in tumulo Barnabæ, & ipſius manu exaratum poſtmodum repertum fuiſſe, Theodorus Lector lib. 2 collect. aſſerit. Idem quoque Hebraicum manſiſſe ſuo tempore in Bibliotheca Cæſarienſi, quam Pamphylus martyr conferat, autor eſt Hieronymus: qui & deſcribendi ſibi factam poteſtatem a Nazaræis Berrhöenſibus, qui eo utebantur, literis tradidit. Prodiit hoc noſtro ſeculo opera Sebaſtiani Münſteri, quoddam Evangelium Hebraicum, nomine Matthæi: cui quantum deferendum ſit, pronunciet Eccleſia.* Quæ & in ſua Editione retinuit, ſine animadverſione *Joh. Erneſt. Grabe:* niſi quod adjecerit, *omnes jam eruditos Münſteri illud pronunciare ſpurium*

obſervarit Ebraiſmos, per totum N. T. diſperſos,) litera ל Dativum denotat z). Ea vero in infinitis Scripturæ locis, idem eſt ac *propter* a) Qua ſignificatione huic loco applicata; *PROPTER ipſum* ſcil. Chriſtum, vel *iſtius GRATIA*, cœli dicerentur aperti b): *apertura* iſta *omnibus* circumſtan-



Præter Patres citatos, eandem quoque ſententiam fovent ORIGENES tom. I. in Matthæum, ap. *Huet.* pag. 203. & in Johannem tom. 8. ap. *Huetium*, p. 123. D. CHRYSOSTOMVS in Matth. Homil. I. p. 6. D. EVSEBIVS H. E. lib. III. c. 24. & 30. lib. V. c. 8. 10. lib. VI. c. 25. EPIPHANIVS adverſ. Ebionitas §. 3. p. 127. C. §. 6. p. 130. C. adv. Nazaræos §. 9. p. 124. D. adv. Alogos §. 5. p. 426. A. ATHANASIVS, in Synopſi Sacr. Script. circa fin. Tom. II. Op. p. 202. Edit. Benedict. Pariſ. 1698. HIERONYM. Præfat in Matth. nec non in cap. XII. it in Catalogo Script. Eccl. AVGVSTINVS de conſenſu Evangeliſtarum. lib. I. c. 2. Tom. IV. op. p. 263. circ. fin. it. lib. II. c. 66, p. 322. A. THEOPHYLACTVS Præfat. in Matth. p. 2. D. Alios recentioris ævi, brevitatis ſtudio prætereo. z) Conf. Interpr. §. 19. §. 151. l. 3. a) *Kimchi* in Michlol. f. 15. c. 4. circa fin. ועוד תשמש הלמד בענק בעבור כמו אמרי לי אחי הוא — כי כן צוה לו המלך ואהרים רבים זולת אלחי i. e. *Præterea litera* ל *idem denotat ac PROPTER v. g.* Gen. XX, 13. *dic MIHI*, i. e. propter me, mei gratia; *frater meus ille eſt*: item Eſth. III, 2. *nam ita præceperat EI*, i. e. ejus gratia, *Rex*: (non enim Haman aliquid obſervare juſſus erat; ſed *in ejus gratiam*, omnes Regis ſervi, Portæ ejus adſcripti. Hamanem flexis genibus veneraturi): *& alia, præter hæc, plurima* Exempla paſſim obvia ſunt: in quorum ſenſu determinando, Ebræi Interpretes utplurimum dicunt, ל idem notat ac Gen. l. cit. אמרי לי. De Sacerdotibus dicitur Lev. XXI. v. 1. 2. 3. *Nemo iſtorum polluit ſe cadavere, niſi CONSANGVINEO ſuo, propinquo ſibi, matri ſuæ, ac patri ſuo, atque filiæ ſuæ, nec non fratri ſuo, ac ſorori* adhuc *virgini* &c. Quod iisdem ferme verbis repetitur de Naſiræo Num. VI, 7. *Patri ſuo ac matri ſuæ, fratri ſuo atque ſorori ſuæ, ne polluat ſe illis, mortui fuerint* &c. Ipſa Orationis ſeries poſtulat, ut Dativus ille ubivis in accuſativum reſolvatur, interveniente Præpoſitione *PROPTER. Propter conſanguineum ſuum, propinquum ſibi, propter matrem, patrem, filium, filiam, fratrem, ſororemque virginem.* Plura hujus exempla invenies in Concordantiis *Noldii* ad literam ל §. 28. p. 457. Qui tamen l. c. §. 39. p. 461. multa quoque exempla in gratiam *Piſcatoris* affert, in quibus idem ſignificare putatur, ac *ſuper*. Videtur enim nunc ex אל decurtatum eſſe, nunc ex על. b) Quomodo jam olim lo-

ſtantibus *viſa*, atque obſervata. Qui circa Ebraiſmos, in ſtylo N. T. ſervatos, anceps hæret; eandem locutionem apud Græcos pariter atque Latinos, ſuo tantum indulgentes genio, paſſim inveniet c). Atque adeo nil prorſus in hac pericopa apud ullum Evangeliſtarum invenitur, quod impediat, quo minus cuncti dicantur (αὐτόπται) ſuis vidiſſe oculis, tam cœlum ſupra ſe hiatu quodam fiſſum, quam Spiritum S., in ſpecie columbæ, ſuper Chriſtum deſcendentem.

§. 38. Quod ſi autem omnis turba tunc prorſus *vidit*, quæ conſpicienda afferebantur; haud dubie etiam *audivit* ea, quæ rem viſam illuſtrabant: niſi fruſtra ſpectacula iſta omnia dixeris exhibita. Profecto incongruum foret, & nullius certi uſus, Spiritu ſancto deſcendente Chriſtum, ceu digito indice, monſtraſſe; & non ſignificaſſe, quem in finem Eum ita monſtraret omnibus. Ut vox *audita*, ſine indice, cum ad quem pertinebat, determinante, occaſionem præbuiſſet erroris, applicata Johanni d): ita ſub

cum interpretatus eſt *Abulenſis* citat. Quæſt. LXXXII. in Matth. III. p. m. 346. b. Et dudum ante ipſum, nominatus ſupra autor Operis Imperfecti, eo ipſo l. c. p. m. 21. b. *aperti ſunt*, inquiens, *ei cœli*, *id eſt*, *PROPTER eum*, *gratia ejus*. *Aperti ſunt autem cœli non ſolum ei*, *ſed omnibus PROPTER eum.* Itemque non ita pridem celeberrimus *Dn D. Gottfr. Olearius*, Pr. Lipſienſium meritiſſimus, Obſerv. ſacr. ad Evang. Matth. Obſ. X. §. 8. p. 99. ubi etiam ad *Lightfooti* atque *Clerici* teſtimonia provocat: aſſerti veritatem illuſtraturus ex Luc. XV, 29. 30. ἔθυσας ΑΥΤΩ τὸν μόσχον, *maƈtaſti EI*, i. e. *in ejus gratiam, maƈtari juſſiſti vitulum.* c) *Abulenſis* l. c. huc trahit, ſi imperator alicui pro filio petendi dicat: ecce hoc beneficium non illi do; ſed TIBI, i. e. *propter te*, do illi. Noti quoque ſunt verſus: *Sic vos non VOBIS vellera fertis oves* &c. Et quid aliud Dativus poſterior Joh X, 38. κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε. i. e. *ſi mihi non creditis, OPERIBVS credite*, ſignificat, quam *propter opera?* Fides enim operibus præſtita parum juvaret; ſed Chriſto, *propter opera.* Unde & Chriſtus ipſe eandem ſententiam repetiturus Joh. XIV. v. 11. reddit, εἰ δὲ μὴ ΔΙΑ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. Non in ſolo Pronomine αὐτὸς, vis phraſeos quærenda; ſed in uſu Dativi: quem docere poterit *Franc ſci Sanƈtii* MINERVA lib. II. c. 4 p. m. 72. ſqq. it. lib. III. cap. IV. p. 196. ſqq. cum notis Gaſp. Sciopii, Amſtel. 1654. d) Chryſoſt. Homil. XII. in Matth. poſt princ. f. 77. l. 28. ſqq. Edit. Eton. d. ſed Franc. col. 137. 138. C. ἐπειδὴ inquit, ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, παρὰ τῆς πολλοῖς μᾶλλον ἁρμόττειν ἐδόκει τῷ

subjecti, spectaculo in omnium oculos incurrente cogniti, naturam & statum ne quicquam cognovissent; nisi *Vocem*, spectaculum illustrantem, distincte simul *audivissent* omnes. *Auditus* visum explicabat, & *visus* audi- tui ostendebat subjectum. Neuter horum sensuum sine altero esse poterat e).

§. 39. Unde & II. omnium Evangelistarum verba ita sunt disposita, ut in nullo aliquid obstet, quo minus dicamus, *vocem* istam cœlitus delapsam, ab *omnibus* fuisse *auditam*. Generaliter tantum referunt, *Vocem* aliquam evenisse *loquentem* f), & quid ea dixerit; auditu ejusdem nemini adjudicato, nec



Ἰωάννῃ, (οὐ γὰρ προσέθηκεν, οὗτος ὁ βαπτιζόμενος, ἀλλ' ἁπλῶς οὗτος. καὶ τῶν ἀκροατῶν ἕκαστος περὶ τοῦ βαπτίζοντος μᾶλλον, ἢ τοῦ βαπτιζομένου εἰρῆσθαι αὐτὴν ὑπενόει, διά τε αὐτὸ τοῦ βαπτιστοῦ τὸ ἀξίωμα, διά τε τὰ εἰρημένα ἅπαντα). ἦλθε τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς, τὴν φωνὴν ἕλκων ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ πᾶσι δῆλον ποιοῦν, ὅτι τὸ, οὗτος, οὐ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτίζοντος, ἀλλὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ βαπτιζομένου εἴρηται. i. e. *quia vox illa, quæ dixit, hic est filius meus dilectus, a multis Johanni potius convenire putari poterat: (non enim addiderat, ISTE baptizatus; sed ISTE simpliciter. Unde auditorum quisque de baptizante potius, quam de baptizato, dictam eam opinatus fuisset; tam ob ipsum Baptistæ characterem, quam* modo *dicta omnia*). Ideo *venit Spiritus in specie columbæ; vocem istam ad Jesum trahens, omnibusque manifestum faciens, quod ISTE non de Johanne baptizante, sed de Jesu baptizato debeat intelligi.* In proxime præcedentibus plura dixerat de iis, quæ apud plebem imperitam majorem Johanni conciliare potuerint autoritatem, quæ Christo. V. g. quod *semper in deserto egerit, fuerit filius Pontificis maximi, tali indutus sit matre. Cum Jesus de obscura natus sit puella, (cujus virginitas nondum omnibus innotuerat), domi educatus, & cum vulgo promiscuo conversatus, communi tegeretur veste.* Eadem, (quod exciderat,) & plura alia, jam expressa vide sup. ad §. 22. lit. (e), p. 346. sqq.

e) B. noster *JOH GERHARD.* Annot. posth. ad h. l. p. 192. *Nec columba,* inquit, *sine voce, nec vox sine columba, Christum certo demonstrasset. Si columba descendisset, voce Patris non audita; haud quaquam intelligi potuisset, quid descensus ille columbæ sibi vellet. Si vox Patris audita fuisset, columba non descendente; incertum videri poterat, quemnam vox illa Patris designaret.* f) Matth. III, v. 17. Καὶ ἰδοὺ, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα. Marc. I, 11. καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν. Luc. III, 12. (ἐγένετο), καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι, λέγουσαν.

nec negato istorum ulli. Quod nemini ergo proprium fuisse dicitur; id merito commune arbitramur omnibus, in quorum gratiam evenisse novimus. Inprimis considerantes III. ipsa verba pronunciata, ὗτός ἐστιν *HIC est filius meus ille dilectus*, prout, a Matthæo g) referuntur, ita concipi; ut necessario dicendum sit, ad alios ea fuisse directa, quam ad Jesum ipsum: quem eadem concernebant, prouti a Marco & Luca exhibentur h). In quibus acquievisset Deus, nisi aliis quoque idem innotescere voluisset. Quod ut obtineat; iterata vice i), alios jam alloquitur a Filio suo diversos. Impium autem esset, statuere, Deum benignissimum pariter ac justissimum, quosdam fuisse allocutum, quibus facultatem ademerit *audiendi*, quæ dicuntur. Præcipue in re tanti momenti, ut ob neglectum hujusmodi verborum, nunquam perceptorum, damnationem incurrant æternam k) Quod qui statuit; videat, quomodo Deum immunem conservet ab aliqua injustitiæ specie. Præsumuntur omnes tunc præsentes *facultate audiendi* præditi: qua procul dubio etiam actu fruebantur; nisi a Deo speciatim, ad momentum, ea dicantur privati. Cujus suspicionis nullibi in Scriptura vel minimum deprehenditur vestigium. Quando itaque satius fuerit, ex trito illo, *Deus & natura nihil faciunt frustra* l), intrepide inferamus, quod *omnis* in universum *turba* tunc *adstans Dei sermonem* ad ipsos directum, suis perceperit auribus, distinctissime ab unoquoque intellectum.

§. 40. Quo minus enim dixeris, ad solum Baptistam, iteratum illum Dei sermonem fuisse directum; atque adeo *ab eo solo auditum* & intellectum, suo jam defunctum fuisse officio, ob quod Deus eum pronunciarit: obstat IV. quod

g) loc. cit. ὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα: alias in secunda persona concipi debuissent, ut apud Marcum & Lucam ll. cc. ὗτος Dei monstrativum est, quo quis præsenti vel præsentibus *tertium* ab hoc, vel his, diversum, digito velut indice monstrat. Conf. supr. §. 11. fin. pag. 316. h) Marc. I, 11. σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ (vel σοὶ, ut Syrus, Vulg. Pers. Goth. & Codd. multi MSti ap. *Joh. Millium* nominati: cujus conf. etiam Prolegom. §. 1196. *Lucas* enim *Marci* creditur imitator, apud quem legitur) c. III, 22. σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. Communior lectio ᾧ e Matthæo putatur illata: quam Chrysost. Euthym. & Theophyl. exhibent. Quoad sensum quidem parum discrepat: Deus tamen non nisi *unam* adhibuit; quæ in Luca prostat. Vid. supr. ad §. 30. lit. (g) p. 389. quæ jam annotata fuisse, accedenti per intervalla exciderant. i) Vid. supr. §. 10. p. 315. k) Conf. Deut. XVIII. v. 19. Joh. III, 18. 36. c. V, 23. c. XII, 47. 48. c. XIV, 23. sqq. l) Quod

quod Christus Doctor fuerit commendandus ad audiendum, *non soli Baptistæ*, sed toti populo m). Ille vel in utero materno adhuc inclusus, de dignitate Christi, vix tum in utero Virginis concepti, sufficienter videtur informatus: cum in occursum Ejus, in ipsis maternis subsiliret visceribus n). Quamvis natum, de persona aliquamdiu non noverit o). Ex hac ipsa enim Ejus notitia, quam ad primum ejus accessum Deus ipsi inspirasse creditur, summa ista resultabat reverentia; qua ipse potius ab Eo baptizari voluit, quam ut eum baptizaret, utpote se longe præstantiorem p). Si quæ ipsi major confirmatio, vi promissi q), erat necessaria; eventum ea obtinuisset in Spiritu sancto in Christum descendente: utut nulla subsecuta fuisset vox articulata r). Ita enim ille jam erat præmonitus, ut intelligeret, quid sibi vellet illud spectaculum; secus ac reliqui adstantium. Quorum nulli, quantum constat, similis contigerat præmonitio.

§. 41. Quod autem præcipue V. *Propter hos rite informandos tota ista actio fuerit instituta;* Johannes ipse Baptista testis est locupletissimus. Qui eum in finem unice veluti Baptismum, quem peragebat, divinitus institutum fuisse profitetur; *ut*, occasione ejus, hominibus undique confluentibus, *Christus* ceu Dei filius *Israeli innotesceret*. *UT*, inquit, *manifestaretur Israeli, OB ID IPSUM veni ego, aqua baptizans* s). Non contentus erat, unam adhibuisse particulam causalem; sed ingeminabat eandem, *ut & ea propter*. Haud secus ac si dicere vellet; ne quis putet, casu quodam id evenisse, ut inter plures ad baptismum properantes, etiam Christus una accederet. Imo vero ex singulari DEI providentia, in totius populi gratiam, hæc ita evenire *debuisse*. Non alium prorsus totius Baptismi a se suscepti, quin & totius sui adventus, finem fuisse; quam ut *Christus*, non sibi soli, sed *toto Israeli*, vel omnibus ab Israele seu Jacobo descendentibus t), manifestaretur

urget *Abulensis* Quæst. XCIII. num. 3. in Matth. p. m. 337. m) Deut. XVIII, 15. 19. Matth. XVII, 5. Marc. IX, 7. Luc. IX, 35. Joh. I, 7. 31. n) Luc. I. v. 41. conf. *Theophylactus* ad l. c. p. 307. o) Joh. I, 31. 33. p) Matth. III, 14. conf *Joh. Lightf.* Harmon. IV. Evangelist. Sect. X. p. 336. sqq. q) Joh. I, 33. r) ad solum enim visum erat remissus l. c. non simul ad auditum. s) Joh. I. v. 31. ΙΝΑ φανερωθῇ ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων. conf. v. 7. οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ΙΝΑ μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς, ἵνα ΠΑΝΤΕΣ πιστεύσωσι δι᾽ αὐτοῦ. t) per *Metonym.* causæ satis notam. Conf. B. Glass. Phil. sacr.

retur. Nomina Originis metonymice pro posteris posita, *raro unum* u); *sed* usitate, si non omnes, *plures* tamen *denotant*. Quo fine si excidisset, nunquam auses fuisset Baptista, ad illum provocare actum: quem tamen non semel suis inculcat Auditoribus. Evidentissimo indicio, quod suum DEus scopum in eo obtinuerit, Christumque omnibus ibidem congregatis, eo quo intendebat modo, revelarit. Non autem alius hic erat, quam, *ut cœlitus significaret OMNIBVS*, hunc recens *BAPTIZATVM, SUUM ESSE FILIUM* x); cujus doctrinam in posterum omni reciperent reverentia. Quo sane excidisset; nisi præsentes omnes verba ista divinitus promulgata audivissent, istorumque sufficienter percepissent valorem.

§. 42. Et quo minus de hoc scopo Baptismi Johannei genuino dubites; VI. *tempus ipsum, quo Christus baptizari voluit*, abunde te *docere poterit*. Si propter Christum unice initiandum, vel etiam propter solum insuper Johannem in fide sua confirmandum, actus ille fuisset institutus; potuisset eundem Johannes initiare remotis arbitris, ut Saulem Samuel Regem ungebat y), & mox Davidem z): vel in limine saltem suscepti a se muneris, uno saltem alteroque teste adhibito. Neutrum autem horum factum: sed ex industria tamdiu expectare debebat, donec, fama de Baptismo suo totam jam terram peragrante, undique plures ad eum concurrerent: & ita *infinitæ hominum multitudini uno actu Christus sisteretur magis solenniter*. Certe non sine causa tum demum Jesus ad Jordanem accessisse dicitur, quum ad Johannem *egressa fuerit Jerusolyma, an regio Jordani adjacens universa* a): & Lucas b) *Christum*, ait, *baptizatum, cum omnis baptizaretur populus*. Quæ circumstantia frustra fuisset addita; nisi præsentes *omnes* vocem cœlitus delapsam clare audivissent, ejusque distincte intellexissent sensum.

§. 43.

lib. V. c. 1. p. 6. circ. fin. & p. 7. u) Unde cum *David*. Ezech. XXXIV v. 23. c. XXXVII, 24. 25. Jere. XXX, 9. Hos. III, 5. &c. pro *Messia* ponitur, e Davide secundum carnem nascituro, Metaphoram potius concipiunt. Conf. autem de hac denominatione *Jerus. Berach.* f. 5. c. 1. l. 10. *Bab. Sanhedr.* f. 98. b. 29. Edit. Amst. x) Vid. ad §. 40. lit. (m) p. 407. y) Vid. 1. Sam. IX, 26. sqq. c. X, 1. z) 1. Sam. XVI, 11. sqq. a) Matth. III, 5. ἐξεπορεύετο πρός αὐτȣ̃ Ἱεροσόλυμα, καὶ ΠΑΣΑ ἡ Ἰȣδαία, καὶ ΠΑΣΑ ἡ περίχωρος τȣ̃ Ἰορδάνȣ; Marc. I, 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν ΠΑΣΑ ἡ Ἰȣδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται. b) c. III, 21. ἐγένετο, ἐν τῷ βαπτισθῆναι ΑΠΑΝΤΑ τὸν λαὸν, καὶ Ἰησȣ̃ βαπτισθέντος.

43. Nec dubitandum, quin VII. *idem finis* fuerit *diversarum*, Christo in aliorum præsentia factarum, *cælestium apparitionum*. Ut, cum ad preces Christi, de nomine DEI glorificando, vox de cœlo diceret c), *& glorificavi, & denuo glorificabo;* adstantibus quibusdam tonitruum factum putantibus, aliis autem Angelum cum isto locutum opinantibus d), ipse responderet, dicens e): *non propter me facta est hæc vox*, *sed propter vos.* Item cum in Lazaro a mortuis resuscitando, oculis sursum elevatis, Patrem alloqueretur f), ut exaudiret ipsum: statim adjiciebat, se ista *propter turbam* dixisse, quæ circumstet. *Ut isti credant*, *quod ab ipso missus fuerit* g) Et quis dubitare ausit, illam in monte excelso h), quem *Thabor* nominat antiquitas i) transformationem, præsentibus Petro, Jacobo, atque Johanne factam, in horum gratiam contigisse? ut in sua erga Christum fide corroborarentur plenius. Quod si, ad exemplum harum, ex opinione plurimorum k), etiam in ista, qua occupamur, apparitione *admonendi erant Spectatores*, *ut reverentiam* Christo exhiberent, ceu DEI FILIO, & Prophetæ, suis olim Patribus per Mosen promisso: *quem omnes audire debeant*, sub comminatione severa vindictæ a tergiversautibus exigendæ l) Nemo non videt,



c) Joh. XII. v. 28. d) loc. cit. v. 29. e) loc. cit. v. 30. f) Joh. XI, 41. g) l. c. v. 42. h) Matth. XVII, 1. sqq. Marc. IX, 1. sqq. Luc. IX, 28. seqq. i) Ita HIERONYMUS ep. 27. ad Eustochium, in qua *Pauli* matris ponit Epitaphium, ant. med. c. 6. Edit. Marian. Vict. Reatini Antverp. 1579. Tom. I. p. 76. sed p. 175. Edit. Basil. 1553. *Scandebat montem Tabor in quo transfiguratus est Dominus.* Idem CHYRILLUS Jerusolymit. catech. XII. BEDA tract. de Locis sanctis c. 17. *Euthymius*, *Abulensis*, *Maldonatus*, *Jansenius*, *Barradius*, *Toletus*, *Brochardus*, *Adrichomius*, *DAMASCENUS* serm. de Transfiguratione, confirmat id ex Psalm. LXXXIX, 19. & *Beda* l. c. in memoriam ejus *tres* ibi Ecclesias ædificatas fuisse ait, ad votum Petri Matth. XVII, 4. Helenæ unam istarum tribuit NICEPHORUS Callist. Eccl. Hist. l. VIII. c. 30. p. m. 596. ingenti censu ibid. relicto, in subsidium istorum, qui sedem ibi fixuri sint. Unde eidem accommodat *Joh. Mabillon.* Observat. tom. IV. Actor. Sanctor. Ord. Benedict. p. 374. ἅγιον ὄρος Petri, 2. epist. I, 18. Cui tamen sententiæ se opposuisse dicitur *Cornelio a Lapide* Franc. Lucas: & in dubium eam vocat e Protestantibus JOH. LIGHTFOOT Hor. Hebr. ad Marc. IX, 2. p. 624. sqq. & non ita pridem Celeberr. ADRIAN. RELAND. Palæstin. illustratæ lib. I. cap. LI, 334. sqq. non contemnendis rationibus k) Vid. *Alphons. Tostat.* Abulensis, in Matth. III. Quæst. XCIII. num. 7. l) Deut. XVIII, 15. 19.

videt, hunc finem nullo modo obtineri potuisse, nisi *omnes* ac singuli adstantium *clare audirent & distincte intelligerent*, *quicquid* illis voce coelitus delapsa *dictum fuerit*. Quod *Apostoli* illi praesentes *omnes tres audiverint*, in faciem ea propter procidentes; ipsa sacra testatur pagina, licet per solum Matthaeum delineata m): cui nemo hinc litem movet, quod reliqui Evangelistarum expressam ejus in sua narratione mentionem omiserint. Ita & circa baptismum Christi, perceptio sermonis coelitus demissi, non ideo in dubium vocari debebat; quod omnibus facta, diserte non commemoretur. Si pro *DEI filio agnoscere* Eum debebant, *ipsumque audire*, sub comminatione poenae gravissimae n); necesse est, eam *vocem clare* & distincte *perceperint*, *quae eos* ad hoc credendum faciendumque *divinitus obligabat*. Alioquin juste puniri non potuissent, ob transgressionem scil. rei, nunquam illis decenter mandatae atque cognitae.

§. 44. Hanc vero VIII. *decenter* illis *oblatam*, clare *auditam*, *cognitamque fuisse*; *probat* ipsius *Salvatoris ad vocem hanc*, tanquam *auditam*, solennis *provocatio* o). Cum hic DEUM πατέρα ἴδιον, seu *Patrem* proprium dixisset p), sequi *DEI filium* vocando, similem DEO fecisse se, judicaretur Judaeis q); qui ea propter Eum ceu blasphemum r) occidere conabantur. Coram ipso Synedrio maximo s), ubi mera rerum pondera proferri decebat, probat Salvator, *se DEI filium fore QVATVOR* distinctis *testimoniis*, *divi-*

m) cap. XVII. v. 6. n) Vid. ad praeced. lit. (l). o) Joh. V, 37. Καὶ πέμψας με πατὴρ, ΑΥΤΟΣ μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ p) l. c. v. 17. 18. q) l. c. r) Conf. similem illationem Matth. XXVI, 63. sqq. s) 1. Coram illis enim loquitur, qui miserant ad Johannem, inquisituri Joh. V, 33. Qui erant Synedrii assessores Joh. I, 19. 22 24. 2. arrogabant sibi jus vitae necisque, Joh. V, 16. 18. quod, spatio excusationis concesso, non est penes plebem promiscuam. 3. causa dijudicanda, erat de vero falsoque Propheta, qui licentiam sibi sumeret, violandi Sabbathum, l. c. v. 16. quae unice spectabat ad Synedrium maximum, in לשכת הגזית congregari solitum, Cod. Sanhedr. c. I. θ. 5. cujus ratio petitur ex Deut. XVII. v. 8. 4 in templo agnoverat sanatus medicum suum v. 14. quem ilico denunciasse videtur Concilio ibi congregato. 5. ambitiosi erant, honores captantes ab aliis l. c. v. 43. 6. *Apolinarius* in Catena vocat *selectos ex Proceribus*, it. ad v. 24. tales, qui *in Scripturis intelligendis accuratiores fuerint:* JOH. LIGHTFOOT autem diserte nominat *Synedrium maximum*, Harmon. Evangelist. Part. III. Sect. XXIV. pag. 527. fin. 535. sqq.

*divinis omnibus*, (utpote qui mere humanum respuat t): nisi quod pleraque mediata sint, immediatum non nisi unicum. Unde & in eo allegando, peculiari stilo utitur, *qui misit me*, inquiens, *Pater IPSE* u), immediate scilicet, *de me testatus est* id, quod vos in dubium vocatis, me *DEI* fore *FILIVM*. Contradistinguit hoc testimonium, 1) testimonio Johannis x), 2) operibus a se perpetratis y), & 3) Scripturæ veteris Testamenti z). Quapropter aliud concipi nequit, nisi id, quod post baptisma peractum, cœlitus delapsum sonuit. Nuspiam enim hactenus Christum DEus *SUUM* vocarat *FILIVM;* quam tunc temporis, & per veteris Testamenti Prophetas, ac speciatim Ps. II, 7. Sed hoc nec *IPSE* DEus immediate dederat, verum per Davidem: nec denegata illi fuit a Judæis fides, (cum salutem æternam ex illa obtinere crediderint a), perinde ut huic: nec separari debet ab aliis Scripturæ testimoniis, quarto demum loco allegatis. Frustra autem ad idem provocasset Christus; si Judæis, quibuscum agebat, nunquam innotuerit, ex IPSO DEI ORE auditum. Sed, si falsi eum potuissent convincere, nulli pepercissent labori; verum palam oblocuti fuissent, contra dicentes, & pœnam, ob mendacium, comminati. Quorum nihil tentatum legimus. Evidenti indicio, quod in dubium vocare id non valuerint.

§. 45. Non primus ego sum, qui hoc Patris testimonium ad hanc, de qua nunc occupamur, vocem traxerit. Jam olim *Chrysostomus* b) verba hæc explicaturus, *ubi vero*, ait, *testatus est de eo* Pater? *in Jordane; hic est, inquiens, ille filius meus dilectus ille: ipsum audite.* Etiam *Theophy-*



t) Vid. Joh. V. v. 34. u) l. c. v. 37. πατὴρ ΑΥΤΟΣ. x) l. c. 33. sqq. y) l. c. v. 36. z) l. c. v. 39. a) Homil. XXXIX. in Joh. col. 257. circa fin. Edit. Franc. sed in græca Eton. homil. XL. p. 723. Καὶ πȣ̃ μεμαρτύρηκε περὶ αὐτȣ̃; ἐν τῷ Ιορδάνῃ· ȣ̓τός ἐςιν ὁ ὑός μȣ ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτȣ̃ ἀκȣ́ετε. Et interjectis quibusdam, ad v. 38. pergit: κἀκεῖναι εἰσιν αἱ μαρτυρȣ̃σαι περὶ ἐμȣ̃· διὰ γὰρ τȣ́των ἐμαρτύρησε. Καὶ μὴν καὶ ἐν τῷ Ιωρδάνῃ ἐμαρτύρησε, καὶ ἐν τῷ ὄρει — τὴν μὲν γὰρ ȣ̓δὲ ἤκȣσαν, τὴν ἐν τῷ ὄρει· τὴν δὲ ἤκȣσαν μὲν, ȣ̓ προσέχον δέ. i. e. *& illæ sunt, quæ de me testantur. Per has enim testatus est* Pater de filio. *Equidem & apud Jordanem testatus* de eo *est*, *& in monte.* — *Verum hanc*, scil. *de monte non audiverant; istam autem* apud Jordanem *audiverant quidem, sed non attenderant.* b) ad l. c. p. 634. l. ult. πȣ̃ δὲ μεμαρτύρηκε περὶ αὐτȣ̃ ὁ πατήρ; τινὲς μὲν λέγȣσιν, ὡς ἐπὶ τȣ̃ βαπτίσματος, ὅταν εἶπεν, ȣ̓τός ἐςιν ὁ ὑὸς μȣ ὁ ἀγα-

*phylactus* c) agnoſcit, quosdam hoc ita explicuiſſe: quamvis ipſe maluerit ad teſtimonium trahere, quod Pater per totam Scripturam V. T. de eo perhibuerit. Verum hoc modo ſibi ipſi contradiceret Salvator, ipſa Veritas. Scripturam enim, mox fatetur, Judæos audire ac recipere, utpote ſalutem inde expectantes æternam d); hanc autem vocem nequaquam e). Parum quoque iſti competeret (εἶδος) *forma* commemorata f); quam commode columbæ iſtic deſcendenti applicueris. Et diſerte teſtimonio Patris Scripturarum teſtimonium contradiſtinguit: cui de novo præfigit g), *ETIAM ILLÆ ſunt de me teſtantes.* Omiſſurus eſſet illud καὶ, ſi cum præcedente coincideret. Si mediatum aliquod *Patris teſtimonium* etiam in v. 37. conciperes; non *tria* hic occurrerent, juxta *Theophylactum* h), ſed non niſi unicum. Contra expreſſam Chriſti voluntatem, pluribus uno teſtibus comprobari annitentis i). Cum & per Johannem teſtatus ſit Pater, & per Opera a Chriſto perpetrata. Ut autem Johannis teſtimonio k) hoc ipſum nimis evidenter contradiſtinguitur, verbis l): *ego teſtimonium habeo majus Johanne*, (quamvis per ipſum Deus locutus ſit): ita & Scripturarum teſtimonio, utpote quibus ſaltem mediantibus, Pater de Chriſto teſtatus ſuit. Non fruſtra addita eſt v. 37. vox *αὐτὸς ipſe*: quæ commode potuiſſet omitti; niſi hac ipſa ad *immediatum* Patris teſtimonium provocare voluiſſet.

§. 46. Interim non negarim, in verbis proxime ſequentibus reſpectum fieri ad *promulgationem Decalogi*. Quia voce *πώποτε unquam*, & cum negatione præmiſſa, *οὐπώποτε nunquam*, alium inſuper vocis contemptum Chriſtus ipſis exprobrat. Iſtum ſcil. quo vix Dei vocem horriſonam de monte Sinai audiverant, prohibentem, ne ulla ſibi facerent ſculptilia m): & nihilominus brevi poſt, voce iſta in ipſorum auribus adhuc reſonante, aureum conflari vitulum ſtudioſe curabant n). Quo & *Chryſoſtomus* o) inclinat, pluresque alii p). Idipſum vero novum nobis ſuppeditat argumentum, in

*πηλές*. c) l. c. v. 39. d) l. c. v. 37. e) l. c. v. 37. *οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε*. f) l. c. v. 39. *Καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.* g) ad Joh. V, 32. p. 633. cica fin. *τρεῖς οὖν φησὶν, ἔχω μάρτυρας, τὸν Ἰωάννην, τὰ ἔργα μου, τὸν πατέρα μου.* h) Joh. VIII. v. 16. 17. 18. i) Joh. I, 19. 30. 36. c. V, 19. c. VIII, 28. k) Joh. V, 36. *ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου* conf. v. 19. & c. VIII, 28. l) Exod. XX. v. 3. 4. m) Exod. XXXII, 1. ſqq. n) l. c. o) inprimis *Cyrillus Alexandr.* Tom. IV. Oper. lib. III. c. 2. p. 256. ſqq. o) Vid. ſupr. §. 19. * p. 331. ſqq. p) Joh. V, 38. *Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε*

in Chriſti fundatum teſtimonio ac Veritate; deſumtum IX. a *ſimilitudine vocis divinæ ad Jordanem loquentis*, cum illa, quæ olim in Sinai ſonuerat. Ut enim nemo ſanus negabit, iſtam DEI vocem ab omnibus adſtantibus fuiſſe auditam q): ita & hic *a pari* erit inferendum, etiam hanc, a Chriſto ipſo, ratione auditionis ac obſervantiæ, iſti aſſimilitam, ab omnibus, qui adſtabant, clare fuiſſe auditam. Et X. qua quæſo! fiducia in ipſo judicii loco, ubi de capite oppugnabatur, dixiſſet Salvator optimus, quod *ſermonem Dei non haberent MANENTEM in ſeipſis* r); ſi nunquam fuiſſet auditus? Nihil MANERE poteſt, aut recedere; quod nunquam *acceſſerat*, vel adfuerat. *Manſionis* denegatio, *auditionem* ante perceptam præſupponit.

§. 47. Quid quod XI. *in V. T.* clare *prædictum* fuerit, *quod Omnes* tunc exhibita *viſuri* ſint, ſuisque *audituri* auribus. Cujus rigida adimpletio non tantum ideo hic urgenda venit; ne quis anſam capiat, de veritate vaticiniorum dubitandi; ſed quod eidem ſpecialius annectatur s), rebus aliis omnibus perituris, *verbum DEI noſtri ſtaturum in æternum.* Quod huc trahendum judico V. T. vaticinium, continetur Jeſ. XL. v. 3. ſqq. Cujus verba, in quantum huc faciunt, ita transferenda cenſeo: *Voce clamante in deſerto, parate viam Domini &c. tunc manifeſtabitur gloria Domini, & VIDEBVNT OMNIS CARO unanimiter, quod os Domini loquatur.* De temporibus Meſſiæ hanc Pericopen intelligendam eſſe, non primus *Kimchi* docuit t): plures veterum, poſt *Jonathanem* (b) Uſiel u), in utroque

 Tal

MENONTA ἐν ὑμῖν q) Jeſ. XL, 8. r) Comment. ad h. l. verbis: כל אלה חנחמות עתידות לימות המשיח i. e. *Omnes iſtæ conſolationes* reſpiciunt tempora *in diebus Meſſiæ futura.* s) Utpote qui verba מלאה צבאה de multitudine civium Jeruſolymitanorum e patria exulantium, intelligit; qui tempore Meſſiæ ad eam reverſuri ſint. Tranſtulit enim עתידה דתתמלא מעם גלוותהא i. e. *futura eſt, ut compleatur* rurſus *a populo exilii ſui.* Quod clarius exprimere voluit *Abrabban.* ad l. c. f. 60. c. 1. l. 40. ſqq. ירושלם אף פי שהיא עתה חרבה ושוממה ומבלי בניה היא יושבת הנה כזמן הגאולה תהיה מלאה מעמה ומצבאה מלשון כל יוצא צבא בישראל וכן תרגם יונתן וכו׳ i. e. *Jeruſalem utut nunc vaſtata & deſolata, absque ſuis commoretur filiis; TEMPORE tamen REDEMTIONIS adimpleta erit a populo ſuo, ac proprio exercitu ſuo: voce hac accepta in ſignificatione, qua* Num. I, 3. *dicitur, quisquis egreditur EXERCITVS inter Iſraelitas: & ita Chaldaice tranſtulit Jonathan.*

*Talmude* x), Peſikta y), Tanchuma *, ac *Rabboth* z), in hoc cum eo conſentiunt: in quorum etiam caſtra ipſe *Abrabb.* lubens conceſſit a). *R. Moſes* ſacer-

x) *Jeruſol.* cod. *Erubin* ad cap. VIII. f. 25. c. 2. l. 12. Et ita quod *Jeruſ.* cod. *Taanith.* ad c. I. θ. 1. f. 63. c. 4. l. 53. ſqq. & *Bab.* cod. *Sanhedr.* f. 98. a. l. 24. ad verba Jeſ. LX, 22. *ego Jehova in tempore ſuo accelerabo illud*, annotant, quod, *ſi digni fuerint, acceleraturus ſit* illis redemptionem; *ſin minus, ſuo eventura ſit tempore.* Id *Abrabbanel* l. c. col. 2. l. 27. ſqq. eruere nititur e voce, *conſolamini* geminata. y) *Sotarta* f. 58. c. 2. l. 36. ſqq. Edit. Ven. A. C. 1546. Alius *Pſiktæ*, ſed *Rabbath.* verba adducit *Abrabbanel* l. c. f. 60. c. 3. l. 6. ſqq. quæ prolixiora ſunt, quam ut hic exhiberi poſſint. Partem iſtorum exhibet Editio ejus in 4to, f. 53. c. 1. 2. * in principio Deut. f. 91. c. 1. l. 12. ſqq. z) *Vayikra rabba* Sect. I. circa fin. f. 166. c. 3. l. 1. 2. Ejusdem libri quædam adducit *Abrubbanel* ex *Ecba rabbathi* f. 60. c. 2. l. 13. ſqq. digna, quæ hic legantur: נחמו נחמו עמי יאמר אלהיכם רבי חנינא בר פפא אמרו ישראל לישעיה רבינו ישעיהו תאמר שלא באת לנחם אלא אותו הדור שנחרב בית המקדש בימיו אמר להם לכל הדורות באתי לנחם / אמר אלהיכם לא נאמר אלא יאמר אלהיכם / אמר רבי חנינא בר פפא בשמונה מקומות כתוב יאמר אלהיכם כנגד שמונה נביאים שנבאו אחרי חרבן בית המקדש ואלו הן עמוס יואל צפניה חגי זכריה ומלאכי / יחזקאל וירמיהו ע״כ / ירצו בזה להעיר שהנבואה הזאת היא עתידה לימות המשיח ושעל כן אמר בה בלשון עתיד יאמר אלהיכם / i.e. *conſolamini conſolamini populum meum, dicet Deus veſter. R. Chanina f. Papæ docuit, Iſraelitas allocutos fuiſſe Jeſaiam, verbis: Jeſaia Doctor noſter! Dicis, te non veniſſe, niſi ut conſoleris iſtam generationem, in cujus diebus domus Sanctuarii fuit vaſtata? Quibus reſponderit, ad quaſcunque generationes conſolandas veni. Non* enim *habetur* in textu, *DIXIT DEus veſter; ſed DICET DEus veſter. Idem R. Chanina fil. Papæ aſſerebat: in octo locis ſcriptum eſſe, dicet DEus veſter; reſpectu tot Prophetarum, poſt vaſtationem domus Sanctuarii vaticinantium: qui ſunt, Amos, Joel, Zephanias, Haggæus, Sacharias, Malachias, Ezechiel atque Jeremias. Huc usque.* Quibus ſubjungit: *hoc ipſo ſignificare volunt, vaticinium hoc loqui de ſtatu in diebus Meſſiæ futuro: & quod ea propter uſus in eo ſit* tempore *Futuro, DICET DEus veſter.* a) Alterum interpretationis modum f. 60. c. 2. l. 27. ſqq. ita proponit: אמר - נחמו נחמו על שני מיני נחמות

*sacerdos*, ab Ab. Esra in h. l. cum elogio, (quod anima ejus in Paradiso requi-

---

הנביאים את ישראל בתקות גאולתם וענין זה שהגאולה
יש לה שני זמנים כמו שביארתי במאמר ישועות משיחו
הראשון הוא זמן האפשרות שאם ישראל ישובו בתשובה
מיד נגאלין וכמו שאמר היום אם בקולו תשמעו והזמן
השני הוא בהגיע עת הגזור לפניו יתברך שאז תהיה
הגאולה מחוייבת והכרחית שנאמר כי יום נקם בלבי
ושנת גאולי באה/ ועל שני הזמנים ההם דרשו
בפרק חלק אני יהוה בעתה אחישנה זכו אחישנה לא זכו בעתה/
ועליהם אמר נחמו נחמו עמי רצה לומר בשתי נחמות
האחת שיודיעם שיש גבול ותכלית לגלותם בהשלמו
יגאלו בהכרח/ ועל זה אמר בביאור הנחמה הראשונה
דברו על לב ירושלם שהם דברים מתישבים על הלב/
ועל השניה אמר וקראו אליה שתשוב בתשובה כדי שיהיו
נגאלים וכו׳ i. e. *Dixit, CONSOLAMINI CONSOLAMINI, ob duas consolationum species, quibus consolari debeant Prophetæ Israelitas, ad spem redemptionis ipsorum. Idque, quia Redemptioni duo constituta sunt tempora, prout interpretatus sum in tractatu* ישועות משיחו *Quorum prius est contingens*, (vel in possibilitate consistens): *quod si Israelitæ seram agerent pœnitentiam, ilico redimerentur; prout dicitur Ps. XCV, 7. quocunque die voci ejus obaudiveritis. Alterum tempus est, quando opportunitas a DEO benedicto decreta, appropinquaverit. Tunc enim continget Redemtio per consequentiam absolute necessariam; sicut dictum est* Jes. LXIII, 4. *quum dies vindictæ in animo meo decretus, & annus redimendorum meorum, venerit. Et de duplici hoc termino exposuerunt in capite* חלק (ultimo cod. Sanhedr. f. 98. a. l. 24. verba Jes. LX, 22): *Ego Jehova in tempore suo accelerabo illud: si digni* (vel probi) *fuerint; accelerabo* (vel anticipabo) *illud: sin minus, in tempore ejus fixo. Et de iisdem etiam locutus est*, verbis: *consolamini, consolamini populum meum. Duas indicaturus consolationes: alteram, quæ significaret illis, certum terminum ac finem exilio ipsorum* constitutum *esse; quo impleto, necessario redimendi sint. Cujus causa clare adhibuit primam consolationis formulam* Jes. XL, 2. *loquimini ad cor Jerusolymæ; verba scil. accommodata cordi*, vel animo DEI decernentis. *De altero autem dixit* ibidem, *& prædicate ei, ut agat pœnitentiam; quo cito redimantur.* De duplici hoc termino egit autor similiter in ראש אמנה cap. XIV. ad solutionem Dubii V. in versione *Guil. Vorstii* p. 63. It. ad Jes. LX, 22. f. 89. col. 2. circa fin. &

quiescat,) citatus b), omnia *in templo secundo adimpleta*, judicat. Quæ, juxta nostram explicationem, optime cum reliquis, in quantum Messiæ temporibus accomodanda censent, conspirarent: utpote quæ nos, Malachiam c) secuti, atque Haggæum d), ad templum secundum, *ratione originis* unice restringimus. Verum testimonio Judæorum hic non indigemus; nisi forte, ut suo eos jugulemus gladio. Quoniam non modo divina N. T. autoritas, unanimi Evangelistarum e) consensu, tempori Baptistæ docentis, eam applicat: sed ipsa Orationis series, quam nemo Judæorum torquendo pervertere poterit, diserte nimis id exigit. Verba quippe versus 1. & 2. sunt: *consolamini, consolamini populum meum! dicturus est DEus vester. Loquimini ad cor Jerusolymæ, & acclamate ei, quod adimpleverit militiam suam*, h. e. tempus molesti istius ministerii, seu cultus Levitici.

§. 48. Vox in textu originali contenta, scil. צבא, generalis quidem est, quamcunque *militiam* denotans. Quam *DRVSIVS* f) duplicem facit, *profanam*, uti loquitur, & *sacram*. Illam, (quam civilem, seu politicam dicere mallem,) Cicero g) rursus dividit in *urbanam* seu forensem, & castrensem. Hæc in rebus occupatur Ecclesiasticis, ad cultum rite peragendum; in Legalem seu *Leviticam* dividenda, & *Evangelicam*. Non enim bellum ilico concipiamus, & prælia; quoties *militiam* audimus: sed occupationes, & *functiones* quascunque solicitas. Id quod Scriptura ipsa h. m. declarat. Utpote quæ non *milites* modo novit, armis bellicis hostes oppugnantes; sed & viros h) ac mulieres i), in tentorio conventus, vel ad portas ejus *militantes*. Ubi nulla committebantur prælia: ad quæ capessenda, vel sustinenda, etiam sexus debilior parum erat habilis. Unde & seipsam interdum k) clarius explicat; pro *militare militiam* Levitarum,

col. 3. init. De temporibus autem *Messiæ* vaticinium interpretatur etiam *RASCHI. R. ISAAC f. R. Meier Aramæus, in* עקדת יצחק Porta LXXXVIII. f. 289. c. 1. fin. col. 2. l. 1. sqq. it. Port. XXXVII. f. 124. c. 2. l. 5. sqq. & nemo non Judæorum, tam in suis Commentariis, quam sicubi incidenter loci mentionem faciunt b) verba ejus sunt: ואלה הנחמות הראשונות מחצי הספר על דעת רבי משה הכהן נ״ע על בית שני i. e. *consolationes istæ priores, a medio hujus libri, ad mentem R. Mosis sacerdotis, ejus quies est Eden, ad templum secundum* pertinent, adimplendæ. c) Mal. III, 1. d) Hag. II, 7. e) Matth. III. v. 3. Marc. I, 3. Luc. III. 4. Joh. I, 23. f) ad Num. IV, 23. coll. v. 3. g) Orat. pro *Murena*, post princ. p. 363. b. p. 464. Edit. Lond. 1680. h) Num. IV, 3. i) Exod. XXXVIII, 8. 1. Sam. II, 22. k) Num. IV, 23.

rum, ſubſtituendo *miniſtrare miniſterium*, vel *ſervire ſervitium;* majoris procul dubio perſpicuitatis ergo. Cum autem nemo mortalium rebus gravioris momenti tractandis ſemper ſufficiat; hinc certum *militiæ*, vel munerum ſuſtinendorum tempus, gentes quæcunque determinarunt l): ante quod nemo vel cogi poterat ad munia obeunda, aut poſt transactum, retineri diutius; ſed confectis ſtipendiis, omnibus juſta dabatur *militiæ vocatio* m) *Romani* primo poſt prætextam poſitam anno, h. e. decimo ſeptimo ætatis, *militiæ* adſcribebant juvenes; ad *viginti quinque* ſequentes continuos, retinendos n): penes *Athenienſes*, integros *quadraginta duos* annos *militabant* o): apud Judæos p), ad *militiam* politicam ab *anno vigeſimo* ætatis, ad Sacram autem vel eccleſiaſticam a *trigeſimo* q) anno adſcribebantur; utrinque ad *quinquageſimum* usque duraturi r). A qua obligatione factum eſt, ut *militia* ſubinde in Sacris pro *tempore militiæ determinato & fixo*, ſumatur s). Quo ſenſu & multi tam Judæorum, quam Chriſtianorum Interpretes, in loco



hoc

l) Conf. *A. Gellii* Noct. Att. lib. X. cap. XXVIII. & notas in illud *Ant. Thyſii*, *Jac. Oiſelii*, ac celeber. *GRONOVIORVM*. it. *Roſini* Antiq. Rom. lib. X. c. 3. & *Dempſteri* Paralyp. ad lib. X. p. m. 712. p. 718. *Cæl. Rhodiginum* Lect. antiq. lib. XI. c. 1. *Plutarch.* in vita *Caji Gracchi*. m) Vid. Job. VII. v. 1. ubi *militiæ* dicitur, *certum tempus eſt cuilibet mortalium ſuper terra;* coll. ad h. l. *Druſio*, *Mercero*, ac Seb. *Schmidio* Vit. etiam *Sueton.* in vita Auguſti. c. 49. *Erycius Puteanus* de Stipendio militari c. 16. Antiq. Rom. *Grævii* tom. X. col. 1508. n) Vid. *ROSIN.* l. c. p. m. 718. poſt med. *Dempſteri* Paralyp. ad lib. X. Præfat. p. 712. 2. *Car. Sigonius* de antiq. Jur. civ. Roman. lib. I. c. XIV. de jure cenſus, *Theſ. Antiq. Rom.* per J. G. *Grævium* collect. tom. I. col. 110. *Flav. Vegetius* de re millitari lib. I. c. 4. & ad eum *God. Stewechius* p. 15. ſqq. o) Ita *Sigonius* de Rep. Athen. lib. IV. c. 5. p. m. 628. Edit. Pariſ. 1576. *Theſ. Antiq.* gr. *Gronovii* tom. V. p. 1616. ſqq. *Ubbo Emmius* vet. Græciæ tom. III. de magiſtr. Athenienſ. non procul. a fin. in *Antiquit.* cit. Tom. IV. col. 463. C. ſqq. p) Vid. Num. I, 3. *Joſeph.* Antiq. Jud. lib. III. cap. XI. init. p. 96. Edit. 1611. *Oxonienſ.* autem 1700. lib. III. c. XII. §. 4. p. 232. q) Num. IV. v. 3. c. VIII, 24. coll. 1. Chr. XXIII, 24. 27. 2. Chr. XXXI, 17. Eſr. III, 8. *Maim.* Hilc. *Cele hammikd.* c. III. §. 7. e cod. *Chullin* f. 24. a. l. 15. ſqq. *Raſchi* ad Num. IV, 3. & Num. VIII, 24. r) Num. IV, 3. 23. 30. 35. 39. 43 47. c. VIII, 25. conf. *Maim.* Hilc. *Cele hammikdaſch* c. III. §. 8. s) *Kimchi* in lib. Radicum. ad צבא, ubi huc trahit Job. VII, 1. c. XIV. v. 14. Dan. VIII. v. 12. c. X. v. 1. & hoc ipſum Jeſ. XL. v. 2. Alii addunt plura.

hoc Jesaiæ vocem intelligunt: conferentes eam cum Job. VII, 1. *annon MILITIA*, h.e. *certum militiæ tempus unicuique mortalium est super hac terra?* quo transacto, justa ipsi conceditur *militiæ vocatio* t). Hunc locum cum nostro Jesaiæ *Dav. Kimchi*, una cum Job. XIV, 14. Dan. VIII, 12. & c. X, 1. ad eandem classem redigit: in qua quisque *tempus* denotet *determinatum & fixum* u). *DRVSIVS* x), *eo labor*, inquit, *ut existimem*, צבא *proprie dici tempus militiæ, vel belli, quo tempore quis stipendia meret.* Et extra dubium est, quod eo respiciat Jobus. Cujus tamen status & conditio, qua Marti litare non poterat, postulat; ut metaphorice potius vocem interpretemur, pro *tempore molestiarum fixo;* quod tandem superarent omnes: ratione similitudinis a labore *militiarum*, molestiis atque tædiis inibi devorandis, desumta. Una itaque harum significationum, loco ex Jesaia adducto applicanda est. Prima & ultima repugnant intentioni dicentis, ac eventui ipsi quia post tempora Baptistæ plus bellorum ac molestiarum sustinuerunt Judæi, quam unquam antea. Si autem mediam elegeris, *sacræ* applicatam *militiæ;* nemo sanus dixerit, quod *omnem* in universum Dei *cultum* ita *expleverit Jerusolyma*, ut non opus habeat postea, ullum Deo præstare amplius. Id quod sanæ rationi repugnaret, & infinitis Scripturæ locis. Necesse ergo est, ut unice ad molestum *cultum Leviticum* restringas. Quo sensu sumi videtur Dan. VIII, 15. bis, item v. 11. & 13. Interposito autem v. 12. certum *tempus* denotat, durationi *cultus Levitici* definitum: quo præterlapso, cessare debebat; succedente in ejus locum *militia N. T. Evangelicæ.* Postquam & *Sanctuarium*, & *MILITIA* cultus Levitici *CONCVLCATIONI* y) *fieri*, & *dimidium septimanæ hostiam & fertum CESSARE FACERE* debebat z). Non enim poterat, nisi a solis Levitis peragi; &, post templum per Salomonem erectum, in solo isto Jerusolymitano a). Quod non sufficeret toti mundo, Messiæ ævo ad Ecclesiam accedenti b). Quare &

t) *SERVIUS* ad Æneid. lib. VII. *v.* 614. *completa* dicit *stipendia*, i.e. *militiæ tempora.* Et Æn. lib. II. v. 157. *plenam habere militiam. Nam viginti quinque annis tenentur. CICERO* pro lege Manilia *stipendiis confectos* memorat: & de senectute, *stipendia emerita.* Ita, *explere stipendia*, dicit *TACITVS* lib. III. An. c. XXXIII. u) l. c. ad (s) x) ad Job. VII. v. 1. y) Dan. VIII, 13. z) juxta eund. Danielem c. IX, 27. a) Vid. Lev. XVII, 3. 4. Deut. XII, 5. 6. it. v. 13. 14. 17. 18. 26. 27. c. XIV. 23. 24. 26. c. XVI, 5. 6. 11. 15. 16. & conf. *Eusebius*, Demonstr. Evangel. lib. I. c. III. b) Vid. *Hugo Grotius* de Verit. Relig. Christ. lib. V. § 8 p. 231. sqq. GEO. ELIES. EDZARDI, meus olim sub B. parentis ipsius ductu Com-

& *Malachias* c) tædium cultus Levitici, cum aris per totum terrarum orbem dispersis, conjungit: & *Jesaias* d) talem aram in Ægypto constituit; ad quam non Ægyptii tantum, sed & Assyrii, ac Israelitæ ipsi, Deum culturi sint: sacerdotibus quoque ex omnibus mundi nationibus, constitutis e). Quod si quis Maimonidem f) secutus, plurimosque primitivæ Ecclesiæ Christianæ Patres g), interque eos, ipsas Apostolis tributas Constitutiones h), dixerit, *non ex prima intentione* & liberrima sua voluntate Deum Israelitis duras has leges imposuisse, Decalogo promulgato acquieturum; nisi *ad iram concitatus* fuisset, per vitulum, ad imitationem Apis Ægyptiaci, conflatum; ut *in pœnæ* locum, eodem modo easdem, moribus ipsorum quasi coactus, indulserit ipsis, quo deinceps ipsorum posteris Regem Saul i). Quo haberent saltem, in quo occupentur: ne ad falsorum Deorum cultum, memoria Ægyptiaci incolatus, redirent. Tunc reliqua quoque Prophetæ verba k), *nam reconciliata est ejus iniquitas*; *quia accepit de manu Domini duplum pro omnibus suis peccatis*, optime cohærebunt; nec scrupulus circa *duplum* moveretur l) ceu Dei adversum justitiæ. INIQVITAS enim determinate factum illud notaret, quod, Mose paulo diutius in monte commorante, perpetrarunt, Aaronem ad vitulum aureum conflandum adigentes: cui, altari suscitato, holocausta offerebant & Salutaria; diem festivum comessationibus, compotationibus, atque lusu transigentes, juxta Exod. XXXII, 1. sqq. DVPLVM autem tam

Ggg 2 gra-

milito admodum strenuus, in eruditissima Præf. Tractatui *Avoda sara* præmissa, p. 4. sqq. c) cap. I, 10. 11. e) cap. XIX, 10. coll. LVI, 6. 7. c. XLIX, 6. c. XLII, 4. 6. c. II, 2, sqq. e) Jes. LXVI, 21. f) in *More Nebuchim*, Part. III. c. XXXII. 431. sqq. in vers. lat. Buxt. g) Conf. *Ignatii* ep. ad Magnes. c. VIII. p. 19. c. X. p. 21. ad Philad. c. VI. p. 32. *Justinus Mart.* Dial. cum Tryph. p. 237. init. *Theodoretus* de curandis Græc. affect. Serm. VII. de *Sacrificiis*, tom. IV. Op. p. 584. C. sqq. p. 585. B. *Socrat.* H. E. lib. V. c. 22. p. 283. *Anastasius* Sinaita Quæst. XLVI, tom. IX. Bibl. Patr. max. p. 1003. *Cedrenus* Hist. Comp. p. 235. sqq. Edit. Reg. Paris. Plures in hoc consentientes vid. a *Cotelerio* citatos ad Constitut. Apost. lib. I. c. 6. pag. 205. item a *Spencero* de Leg. Hebr. Ritual lib. III. Diss. II. c. 1. Sect. 1. p. m. 120. sqq. h) Conf. lib. I. c. 6. pag. 205. lib. II. c. 5. p. 216. c. 35. p. 245. lib. VI. cap. 12. 18. 19. 20. p. 350. c. 21. 22. 23. 27. pag. 356. c. 28. pag. 356. sqq. c. 29. pag. 358. c. 30 p. 358 sqq. i) 1. Sam. VIII, 7. 8. c. X, 19. inprimis *Hos. XIII, 11.* Conf. *Abarb.* Comment. ad 1. Sam. VIII. de quæst. an Rex, aut ullum Imperium Monarchicum populo expediat? f. 9. c. 2. post med. sqq. inpr. f. 93. c. 2. f. 92. c. 2. l. 45. k) Jes. XL, 2. l) Quem concipiunt plerique Inter-

gravitatem oneris respiceret, quam per tot annos, in molestissimis cultus istius legibus sufferendis, hactenus sustinuerant; quam varia afflictionum genera, quibus, ob transgressionem ipsarum, sæpissime Deus in eos animadverterat. Quam ipsam tamen sententiam nondum meam fecerim, ob plurimas inde ortas difficultates: quibus solvendis non facile sufficiet etiam is, qui, per *leges non bonas* Ezechielis m), ceremoniales cultus Levitici intellexerit.

§. 49. Neque est, ut quis putet, quia in proxime præcedentibus n), Jesaias instare prædixerat captivitatem Babylonicam; ideo intelligi hic per *militiam, quam Jerusalem impleverit*, captivitatis istius *molestias*, sufficienter devoratas o); & Dei gloriam in Templo restaurato revelandam. Obstat enim

---

pretum Ebræorum. m) cap. XX, 25. In quem tamen locum conferri meretur Disput. amicissimi mei *ZELTNERI*, Theol. D. ejusque & lingv. Orient. Prof. Altorfini meritissimi, A. 1713. habita; quamvis mole sit exigua. n) Jes. XXXIX, 6. sqq. o) Ut inferre videtur *R. Moses* Sacerdos, ab *Ab. Esr.* ad h. l. citatus: Ipse quoque *Abrabbanel* in limine explicationis suæ, utut paulo remotius connexionis accersat rationem, huc inclinare videtur, f. 60. c. 1. l. 9. sqq. verbis: הנבואה הזאת כוונתה הכוללת היא שאחרי שזכר מפלת סנחריב ותשועת בני ירושלם / מידו ומה שקרה עוד לחזקיהו עם שלוחי מלך בבל ומה שיעדו הנביא מהגלות העתיד להיות נבא אחריו שעוד תבוא גאולה אחרת יותר גדולה מאותה שהיתה בימי חזקיהו ואז יצאו בניו מהגלות הנגזר עליהם / אמנם במדרש שיר השירים נתנו בו טעם אחר אמרו נחמו נחמו עמי מה כתיב למעלה מן הענין ויאמר חזקיהו אל ישעיהו טוב דבר יהוה אשר דברת ויאמר כי שלום ואמת יהיה בימי אמר הקב"ה לחזקיהו צרכך בקשת נחמו עמי שאין אתם צריכים לתפלתו של חזקיהו שאני מנחם אתכם / i. e. *Vaticinii hujus scopus universalis est, quod, posteaquam ruinæ Sancheribi mentionem fecerat, & liberationis Jerusolymitanorum e manu istius, & quid amplius Hiskiæ cum Legatis Regis Babyloniæ acciderit, & quid prædixerit eidem Propheta de captivitate imminente; prophetarit deinceps, aliam adhuc venturam esse redemptionem, longe majorem ea, quæ in diebus Hiskiæ contigerit: quo tempore egressuri sint obnoxii ejus e captivitate illis prædicta. Verum enim vero in Commentario allegorico Cantici canticorum aliam* connexionis *rationem afferunt, dicentes: consolamini consolamini populum meum. Quid scriptum extat ante contextum hunc? & dixit*

enim summa illa miseria, quæ templum & urbem restaurantes undique premebat, & novam semper *conflabat militiam* p). Quum, Gabriele q) docente, בצוק העתים h. e. *in anxietate temporum*, liberatio ista contigerit. Nec minus obstat, quod non tam Jesaias, quam alii Prophetæ ipsum secuturi, hanc *militiæ vacationem* promulgare debuerint. Dudum namque in ECHA RABBATHI r) observarunt, non haberi hic DIXIT *DEVS vester*, sed DICTVRVS ERIT, per Prophetas sc. post templum vastatum victuros. Quorum octo enumerant; Amosum, Joelem, Zephaniam, Haggæum, Sachariam, itemque Malachiam, Hesekielem, & Jeremiam. Qui, si non omnes plerique tamen, *militiam* cultus Levitici aut *DEO minus gratam* significant s): aut *vacationem* ab ea indicunt t): aut *statuta minus bona* vocant, & judicia *per quæ vivere nequeant* u); opposita illis, per quæ observata, vivere potuissent. De quibus alias ex instituto. Inprimis obstant ea, quæ *de voce in deserto clamante*, in ipsa Orationis serie sequuntur x): &, salva autorum N. T. Θεοπνευστίᾳ, non nisi ad Baptistæ ætatem possunt ac debent restringi. Huc restringit ipse Baptista y): huc Matthæus z), Marcus a), Lucas b). Et, ne quis ob Orationem a prioribus interruptam c), verba sequentia a prioribus divellenda judicet; Lucas hæc ipsa d) quorum causa hanc excursionem fecimus, pleraque prioribus annectit. Ut facile constet omnibus, quo fundamento Salvator dixerit e), *legem & Prophetas usque ad Johannem* valere. Quoad terminum nim. divinitus ipsis præfixum. Cujus complementum in verbo Christi de cruce pendentis, *consummatum est* f), locan-



*Hiskias ad Jesaiam* c. XXXIX, 8. *bonum est verbum Domini, quod locutus es: amplius dixit, nam pax constans erit in diebus meis. Dixit* itaque *Sanctus ille benedictus Hiskiæ, tuam* modo *necessitatem efflagitas. Consolamini, consolamini populum meum. Non certe indigetis oratione Hiskiæ; quia Ipse vos consolaturus sum.* Quibus pollicem premit *Grotius*, Annotatis ad h. l., una cum *Calvino Sanctio*, aliisque p) Vid. Esr. IV. v. 1. sqq. v. 4. sqq. Neh. II, 10. c. III, 33. sqq. c. IV, 1. sqq. c. VI, 1. sqq. *Josephus* Antiq. Jud. lib. XI. c. 2. 3. 6. 7. &c. q) Dan. IX, 25. r) Verba citata vid. supr. §. 47. not. (z) p. 414. sqq. s) Vid. Amos V, 21. 22. Mal. I, v. 10 11. t) Amos I. c. v. 23. sqq. Hos. II, 13. Jer. VII, 21. sqq. u) Ezech. XX, 25. coll. v. 11. x) Jes. XL, 3. y) Joh. I, 23. z) c. III, 3. a) c. I. 3. b) c. III, 4. sqq. c) in codicibus Ebræis, indicium Sectionis finitæ, & novæ inchoandæ constituitur, per vacuum interjectum spatium. d) contenta Jes. XL. v. 5. coll. Luc. III, 6. e) Matth. XI, 13. Luc. XVI, v. 16. f) Joh. XIX, v. 30.

locandum: executio vero in urbe vastata, juxta illud Jacobi g), quo *sceptrum de Juda*, (& cum eo simul cultus Leviticus,) *non removendum* asseveratur; *donec Messias* non modo *venerit;* sed & *gentes dicto audientes ipsi fuerint:* Quod Salvator ipse in urbis vastationem rejecit h). Præterea Marcus i) Christum loquentem introducit, verbis quasi a Jesaia mutuatis, pro מלאה צבאה substituens, *πεπλήρωται ὁ καιρὸς* h. e. *impletum est tempus* sc. cultus Levitici, *instatque regnum DEI*, sive Messiæ: *pœnitentiam agite*, & *credite* in posterum *Evangelio;* ministerio, seu *militia* cultus Levitici, suum jam sortiente finem. Vt non amplius in tabernaculo militandum sit; sed nova exercenda sit militia. *Destrui* (verba sunt Tertulliani k) *lex habuit*, *ex quo vox Johannis clamavit in eremo, parate vias Domini. Ut fierent rivi*, & *colles* & *montes repleti* & *humiliati*, & *tortuosa* & *aspera in rectitudinem*, & *in campos: id est, Legis difficultates in Evangelii facilitates*

§. 50. Quo ipso tempore, *Baptista* in deserto adhuc *vocante* l), *revelari* dicitur *GLORIA DEI*; *ut videant omnis caro, quod os Dei loquatur*. Perinde erit, sive ad rationem connexionis manifestiorem reddendam, nomen cum Participio nude positum, naturam habere dixeris duorum Ablativorum penes latinos, vel duorum Genitivorum penes græcos, consequentiam designantium; ut *Ludov. de Dieu* alibi statuit m). Quasi quis, verba illa *v. 2. acclamate ei, quod impleverit militiam suam*, seu tempus molesti cultus Levitici, audiens, quæreret, quando quæso! id eveniet? & responderetur, *voce in deserto clamante*, &c. Sive, ob incertitudinem hujus Idiotismi, cujus tamen plura adduci possent exempla n), casum rectum retinueris, vertendo: *Vox clamat*, vel clamabit, *in deserto* &c. Idem enim utrinque sensus resultat: nisi quod juxta priora, evidentior foret significatio literæ ו ante ונגלא, per adverbium *temporis TUNC* reddendæ: quam passim obtinet o). Approbata hic Abrabbaneli p), qui per בזמן ההוא *in tempore isto*, reddidit. Quod per GLORIAM DOMINI, quæ manifestanda dicitur, *Majestas* illa ejus, ex-

g) Gen. XLIX. v. 10. h) Matth. X, 23. conf. c. XXIV, 34. Marc. XIII, 30. Luc. XXI, 32. i) c. I, v. 15. k) adv. *Marcion.* lib. V. 3. p. 464. Edit. Rigaltii, Pamelii vero p. 940. l) Connectitur enim Jes. XL, 3. cum 5. in sectiuncula eadem. m) ad Gen. IV, 15. & Matth. XIII, 17. n) laudatus *de Dieu* provocat, præter ll. cc. ad 1. Sam. II, 13. 2. Sam. XIX. v. 8. 2. Reg. VII, 2. & Ps. CXLI, 7. o) Vid. *Noldii* Concord. Part. ad lit. ו §. 68. p. 308. sqq. copiosam exemplorum segetem: coll. *Interpr.* mei §. 149. III, 2. (β). p) ad h. l. f. 60. c. 2. l. 9.

*externo* aliquo *ſigno conſpicua*, quam *Schechinam* vocant, intelligatur; nemo ambigit. In monte Sinai deſcendiſſe dicitur q) *in Igne*, denſiſſima obvelato caligine: ubi & toti populo apparebat, *ut ignis devorans* r): quem nubes aliqua operuerit. Sub qua ſpecie etiam apparuiſſe præſumitur poſt initiationem Aaronis, toti populo viſa s): quia mox ſequitur t) *Ignem a perſonis Dei* prodeuntem, *hoſtias devoraſſe*, in ara paratas. Moſi ad montem Horeb paſcenti apparuiſſe dicitur *in flamma ignis*, rubum quidem accendentis: ſed nunquam conſumtam u). Et licet in Tabernaculo primitus erecto x), Temploque Salomonis dedicato y), *nubes* utrumque obumbraſſe perhibeatur; quæ & inter Cherubos z) commoranda promittitur: ABRABBANEL tamen non uno in loco expreſſe negat a), quod *nubes* determinarit *Schechinam*; ſed quod *LUCEM divinæ majeſtatis indicem*, obvelarit ſaltem. Ut LVX nuſpiam ſine denſitate *nubis* fuerit; nec hæc ſine illa b). Ad quæſtio-

q) Exod. XIX, v. 8. cap. XX. v. 18. r) Exod. XXIV, 17. s) Lev. IX. v. 23. ad quem conf. *Siphra* f. 23. c. 3. l. 35. ſqq. unde ſua mutuavit *Raſchi* ad l. c. multique alii. t) l. c. cap. XXIV. Eodem hoc uſus fundamento ABRAB. ad l. c. f. 241. c. 2. l. 20. inquit: וביאר מה היה הכבוד ההוא באומרו ותצא אש מלפני יהוה ותאכל על המזבח את העולה ואת החלבים / שהאש ההוא לא שרפה ולא אכלה דבר כי אם מעל המזבח את הזבחים שהיו שם / ומשם ואילך כשאר הכבוד על המשכן תמיד ולכן וירא כל העם את האש האלהי ההוא ולא פחדו ולא ברחו פן תאכלם האש הגדולה אבל נשאו קולם ברנה ותחנה ויפלו על פניהם כורעים ומשתחוים לאל העונה אותם ומקבל קרבנותיהם / i. e. *explicat autem, quid fuerit GLORIA illa dum dicit* v. 24. *& egrediebatur ignis a facie* (vel perſonis) *Domini, & devoravit in ara holocauſtum atque adipes. Iſte quippe Ignis non aduſſit, nec devoravit quicquam, niſi de altari, hoſtias ibi exiſtentes. A quo tempore & deinceps relinquebatur Gloria illa continuo ſuper Tabernaculo. Unde &* Lev. IX, 24. *vidit totus populus ignem iſtum divinum: nec timuerunt aut aufugerunt; ne forte eos ignis ille magnus devoraret: ſed ſuſtulerunt vocem ſuam exultatione & deprecatione, & conciderunt in facies ſuas, genua flectentes ac procumbentes Deo,* preces *ipſorum exaudienti, ſuasque recipiendi oblationes.* u) Exod. III. v. 2. x) Exod. XL, 34. y) 1. Reg. VIII, 10. 11. z) Lev. XVI. v. 2. conf. etiam Num. VII, 89. cum c. XVII, 7. 8. Deut. XXXI, 15. 16. a) ad Exod. XXIV, 16. f. 188. c. 1. l. 53. ad Exod. XL, 34. f. 223. c. 4. circa fin. f. 224. col. 1. & 2. it. 3. 4. b) Verba ejus priori loco e fol. 188.

ſtionem hanc, utrum *gloria Domini de ſola nube dicatur, an de ſolo Igne, an de utroque conjunctim* c)? reſpondet d), *GLORIAM DOMINI non fuiſſe nu-*

---

c. 1. l. 53. ſqq. citata. ſunt ſeqq. הנה כבוד יהוה איננו הענן אבל
היה הכבוד אש נוגה נראה על ראש ההר ועליו היה הענן
דומה לעשן העב הסובב את האש ועולה ממנו/ ולזה
ביארה התורה מה היה כביד יהוה באומרה ומראה כבוד
יהוה כאש אוכלת בראש ההר לעיני בני ישראל כי היה כביד
דומה לאש לא שהיה אש ממש לא יסודי ולא אש
מורכב אלא דבר אחר נברא שם על דרך הפלא שהיה
נראה אש לעיניהם/ ומה טוב אומרו כאש אוכלת כי
מפני שישראל יראו מן האש ואמרו כי תאכלנו האש הגדולה
הזאת אמר הכתוב שהיה הכבוד החוא בעיניהם כמו
אש אוכלת/ אבל לא היה כן בעיני משה כי אם שמש צדקת
ומרפא ונוגה לו סביבו/ ולכן נגש הוא עליו השלום
אליו וישראל ברחו ממנו ויעמדו מרחוק/ i. e. *Ecce GLORIA DOMINI non eſt ipſa nubes, ſed ignis ſplendeſcens in vertice montis viſus; juxta quem nubes quædam exiſtebat, ſimilis fumo denſo, ignem iſtum circumiens, & de eo aſcendens. Et hoc ipſo evidenter exponit Lex, quid GLORIA DOMINI fuerit, quum inquit* Exod. XXIV, 17. *aſpectus autem GLORIÆ DOMINI erat INSTAR ignis devorantis, in vertice montis iſtius, in oculis filiorum Iſrael. Quod ſcil. fuerit GLORIA DOMINI SIMILIS igni; non autem fuerit ignis proprie dictus, nec elementaris nec compoſitus: ſed res* quædam *alia miraculoſe ibi producta; quæ in ipſorum oculis videbatur ignis. Et quam bene loquitur* Scriptura, *INSTAR ignis devorantis! Quoniam namque Iſraelitæ timuerunt* ſibi *ab igne iſto dicebantque* Deut. V, 22. *certe conſumet nos ignis hic ipſe magnus*; ideo *dicit Scriptura, quod GLORIA iſta in iſtorum* quidem *oculis INSTAR ignis fuerit devorantis: neqvaquam tamen talis fuerit in oculis Moſis. Verum Sol juſtitiæ, medicina ac ſplendor circumquaque illam illuminans* Ezech. I, 4. *Quapropter acceſſit ad eum ipſe pacificæ memoriæ* Exod. XXIV, 18.; *Iſraelitæ autem ab eo aufugerunt*, Exod. XX, 15. 18. Deut. V, 27. 28. Exod. XXIV, 2. c) ad Exod. XL, 34. 45. f. 223. c. 4. circa fin. וראוי לחקור
אם כבוד יהוה נאמר על הענן לבדו או על האש לבדו
מו על המקובץ משניהם יחד/ או על דבר אחר זולתם
ומה הוא זה הדבר וכו׳: d) Poſtquam f. 224. c. 1. l. 13. ſqq. præmiſiſſet, *ſe propoſuiſſe ſibi, juxta ſententiam rectam, ac opionem Legalem rem explicare, in ſimplicitate cordis ſui, ac puritate volarum, rem, quam Deus*

*nubem; sed rem similem IGNI, ratione luminis ac splendoris sui. Nubem autem circa eum fuisse, uti fumus semper est circa IGNEM: & quemadmodum lampades ignitæ apparent de medio nubium densarum. Ita fuisse GLORIAM DOMINI similem IGNI, in medio nubis ac caliginis densissimæ.* Cui accommodat illud ויכסהו e); cujus suffixum pronomen nec ad Mosen referrit debeat,

---

*suo impositurus esset ori, locuturum*; l. 15. sqq. subjungit: הנה כבוד יהוה נאמר על האור שהיה נראה בתוך הענן וקראו הכתוב בשם אש כמו שאמר וישכן כבוד יהוה על הר סיני ויכסהו הענן ששת ימים וגומר ומראה כבוד יהוה כאש אוכלת וגו׳ הנה ביאר שכבוד יהוה איננו ענן אבל הוא דבר דומה לאש באורו וזהרו והענן היה סביבו כמו שהעשן הוא תמיד סביב האש וכמו שהלפידים האשיים נראים מתוך העננים, ככה היה כבוד יהוה הדומה לאש בתוך הענן הערפל, i.e. *Ecce GLORIA DOMINI dicitur de LUCE illa, quæ visa fuit in medio nubis cujusdam: quam Scriptura nomine IGNIS exprimit. Ut cum dicit* Exod. XXIV, 16. *& commorabatur GLORIA Domini super montem Sinai, quem operuit nubes aliqua sex diebus* &c. V. 17. *& aspectus GLORIÆ DOMINI erat instar IGNIS devorantis* &c. *En! clare dicit, quod GLORIA DOMINI non sit nubes* &c. ut supra in textu, p. præced. 425. e f. 223. c. 4. l. 46. sqq. הענן היה תמיד סמוך ומצין לכבוד ועומד סביבו ולא היה כבוד מבלי ענן, i. e. *nubes quædam semper erat in confinio, & prope GLORIAM, circumstans eam; nec GLORIA* unquam *extitit absque nube.* e) Verba ejus, superioribus imediate annexa, f. 224. c. 1. l. 21. sunt sqq. ומזה תדע שאמרו ויכסהו הענן ששת ימים איננו חוזר אל ההר ולא אל משה כדעת שני החכמים החולקים בזה בגמרא וכמו שפירשתי במקומו, אבל חוזר אל הכבוד הנזכר שכסהו הענן ששת ימים ולא היה נראה לישראל כל אותם הימים אלא הענן בלבד וביום השביעי כאשר קרא השם אל משה נקבע הענן ואז ראו ישראל כבוד יהוה שהיה בתוכו כאש אוכלת לעיניהם, ad literam, *& ex hoc cognosces, quod, quando dicit* Exod. XXIV, 16. ויכסהו *& operuit EUM nubes aliqua sex diebus,* Suffixum Verbi *non respiciat montem, nec Mosen; ad mentem duorum istorum Sapientum, dissentium inter se circa illud in Gemara: prout suo* jam *interpretatus sum loco, scil.* ad Exod XXIV. v. 17. f. 288. c. 2. l. 4. sqq. Edit. Ven. *Sed respicit GLORIAM ipsam commemoratam: quam nubes aliqua cooperuit sex diebus, ut non appare-*

beat, cum *Resch Lakisch* f); nec ad montem, cum *R. Akiva* g): verum ad *gloriam Domini*, in monte Sinai *habitantem*. Quæ per integros sex dies nube fuerit cooperta, nemini Israelitarum visa: & septimo demum die, quum Mosen accerseret, nube illa fissa, appaueri *instar ignis* in medio nubis *devorantis*. Commentario in Leviticum h), *Deum* ait, *LUCEM esse purissimam*, quam

---

*ret Israelitis, omnibus istis diebus, nisi sola nubes: die vero septimo, cum Deus Mosen accerseret, findebatur illa nubes, ac dum* demum *videbant Israelitæ GLORIAM DOMINI, quæ intra illam* (nubem scil.) erat, *instar IGNIS devorantis in ipsorum oculis.* f) in cod. *Joma* f. 4. a. l. 31. sqq. dicitur: תניא כותיה דריש לקיש משה עלה בענן ונתכסה בענן ונשקדש בענן כדי לקבל תורה לישראל בקדושה שנאמר וישכן כבוד יהוה על הר סיני וכו׳ i. e. *Traditio coincidit cum illo Resch Lakischi: Moses ascendit in nubem ipsam, & ista coopertus fuit nube, & sanctificatus per nubem eandem; hac fine, ut Legem acciperet pro Israelitis in sanctitate, prout dicitur* Exod. XXIV. v. 16. *& commorabatur GLORIA DOMINI super monte Sinai* &c. g) ibid. l. penult. & b. l. 1. sqq. ר׳ עקיבא אומר וישכון כבוד יהוה מראש חודש ויכסהו הענן להר ויקרא אל משה וכל ישראל עומדין ולא בא הכתוב אלא לחלוק כבוד למשה וכו׳ i. e. *R. Akiva dicebat* ex Exod. XXIV, 16. *& commorabatur GLORIA DOMINI a principio novilunii, & operiebat eum*, scilicet *montem, nubes aliqua, & clamabat ad Mosen, omnibus Israelitis adstantibus*, (& Mosen cum Deo loquentem audientibus, videntibusque). *Non enim aliud* his verbis *proposuit sibi Scriptura, nisi ut honore impertiat Mosen* &c. conf. Exod. XIX. v. 9. in quem sensum Glossa l. c. l. 1. sqq. ויכסהו הענן להר ולא למשה שהרי כל אותן ששת ימים עלה וירד בהשכמה לומר להם אתם ראיתם אשר עשיתי למצרים וישב משה את דברי העם אל יהוה ולמחר נאמר לו לך אל העם וקדשתם ולמחר לך רד העד בעם. i. e. *& operiebat eum nubes illa, montem* scil. *non Mosen. Quippe qui omnibus sex istis diebus ascendebat descendebatque tempore matutino, dicturus illis* Exod. XIX, 4. *vos vidistis, quæ feci Ægypto* l. c. v. 8. *& referebat Moses verba populi ad Dominum. Postero rursus die dicebatur ipsi* l. c. v. 10. *abi ad populum hunc, ut consecres eos: & altero post istum die*, l. c. v. 21. *abi, descende, contestare populum.* Quæ facta opinatur, populo intuente, & Mose in conspectu omnium exposito; nequaquam nube tecto. h) ad Lev. IX, 4. f. 241. c. 1. l. 22. verba Ebræa sunt השם יתברך הוא

*quam non sustineat ullus mortalium oculus.* Quam sententiam alibi i) multis Scripturæ dictis k), consensu *Maimonidis* l); *Nachmanidis* m), *Aben Esræ* n), *Cabbalistarum* o), ipsorumque Philosophorum Gentilium, *Platonis*



---

האור הצח שלא ישלוט בו עין/ Quibus subjungit: ולכן יתואר
שאש אוכלה הוא ומפני זה אמר כי היום יהוה נראה
אליכם ר״ל שהאש האלהי שהוא שלוחו של מקום
ומלכו יהיה נראה אליכם וכינה השליח בשם שולחו
i. e. *Quapropter describitur, quod IGNIS devorans sit,* Exod. XXIV, 17. Deut. IV, 24. c. IX, 3. Jes. XXXIII, 14. *& ideo dicebat* Lev. IX, 4. *nam hoc ipso die Dominus apparebit vobis,* h. e. *IGNIS ille divinus, qui legatus est Dei immensi, ejusque Angelus, apparebit vobis. Legatum enim cognominat nomine ejus, qui ipsum mittit.* i) ad Exod. XL, 35. f. 224. c. 1. l. 26. sqq. k) Quæ, rationem redditurus, quare *primum Emanans,* & LVX. sensibilis divina, dicatur GLORIA DOMINI, accumulat f. 224. c. 2. l. 11. seq. provocando ad Ps. XXXVI, 10. Ps. XLIV, 4. Ps. LXXX, 4. 8. Prov. XVI, 15. Jes. LX, 1. 2. Ezech. XLIII, 2. Quibus Christiani annumerarent Jes. IX, 1. c. XLII, 6. c. XLIX, 6. Luc. II, 32. Joh. I, 5. 7. 8. 9. c. III, 19. c. VIII, 12. c. IX, 5. c. XII, 35. 26. 46. l) In More Nebuch. Part. I. c. 19. m) Comment. ad Exod. XL, 34. it. ad Deut. V, 19. (Al. v. 22.) n) Comment. ad Exod. XL, 38. De quibus tandem l. c. l. 37. sqq. concludit *Abrabb.* הלא אלה החכמים כולם כמנו וגמרו
שכבוד יהוה נאמר על האור שהיה נראה מתוך הענן
לא על הענן לבדו ולא על המקובץ אמש וענן כי אם
על האור השוי בלבדו i. e. *annon Sapientes hi omnes uno ore docent, GLORIAM DOMINI dici de LVCE ista, quæ ex medio nubis cujusdam conspiciebatur; non de nube sola nec de re quadam, ex igne & nube composita; verum de LVCE quadam ignea tantum.* o) Ad quos provocat l. c. l. 32. sqq. verbis: וזה הוא גם כן דעת חכמי הקבלה
שקראו השם יתברך אור קדמון אור צח אור מצוחצח
כי ראו שזה שמו חמורה על עצמותו יותר מכל השמות —
כי האור הוא היותר מעולה שבמוחשים וסבת כל הנראים
כמו שהאל סבת כל הנמצאים וכו׳ i. e. *& hoc ipsum est etiam mens Cabbalistarum: utpote qui vocant Deum benedictum, LVCEM primam s. antiquam, LVCEM candidam, LVCEM fulgentissimam. Quia viderunt, nomen hoc præ aliis omnibus proxime ad ejus essentiam denotandam, accedere. Quoniam LVX sensibilium omnium præstantissimum est, & causa omnium, quæ videri possunt: uti Deus causa est omnium existentium* &c. Quod pluribus declarat l. 39. sqq.

*nis* p), *Abuchamedis* q) ac *Averrois*, (ipsi *Eben Rhost* vocati r), comprobat.

p) E quo f. 224. c. 2. l. 21. sqq. ad præsens institutum, adducit sequentia: ואמנם יספרו כל העלות אשר אורן מארת העלה הראשונה שהעלה הראשונה תאיר עלולה והיא לא תאור מאור אחר לפי שהיא האור הגמור והמוחלט אשר אין למעלה ממנה אור/ ובעבור זה היה אורה נעדר הספור לפי שאין למעלה ממנה עלה: i. e. *certe enarrari possunt causæ omnes, quarum Lux a causa prima Causa namque prima illuminat causatum: ipsa autem non illuminatur a luce alia. Quia ipsa LVX est perfecta & simplicissima, qua superior non datur lux alia. Et propterea LVX ejus inenarrabilis est; quia non datur supra eam causa alia* q) l. c. l. sqq. ex ejus libro *Luminum divinorum* adducit כאשר ידעת שהדורות יש להם סדר והדרגה דע כי הם לא השתלשלו ללא תכלית אבל יעלו אל מבוע ראשון הוא אור לעצמו לא יבואהו אור ראשון במקבל האור המסתייע אורו מזולתו אלא במאיר מעצמותו ומאיר לזולתו׃ הנה אין ספק כי שם האור יותר אמתי באיור העליון אשר אין אור למעלה ממנו וממנו ירד האור לכל זולתו וכו׳ הרי לך מבואר מדבריהם שהשם יתברך הוא אור מוחלט ומשפיע האור בזולתו׃ i. e. *Sicuti nosti, quod generationibus his certus sit ordo, & gradatio: quum non detur processus in infinitum; sed ascendant ad fontem primum, qui LVX est, in se ipso. Cui non supervenit lux prior, tanquam recipienti lucem, aliunde extra se aggregatam; sed tanquam Lucem trahenti a propria sua substantia, illustrantique extra se omnia. Ecce non est dubium, quin nomen LVCIS magis vere competat LVCI supremæ: qua sublimior non datur, & a qua LVX descendit ad omnia extra illam, &c. Ex verbis itaque ipsorum manifestum tibi redditur, quod Deus benedictus LVX sit absolute talis, LVCEM influere faciens extra se* ubique. r) Ibid. l. 48. sqq. de eo hunc in modum disserit: וגם לדעת אבן רשד תאומר שיכונה יתברך בשם אור על צד הדמוי ימצאו כמה מהדמוים בענינו/ כי כמו שהאור הוא משים הדברים נראים ומבלעדיו והוה הדבר בחשך כאלו נעדר/ כן היה הוא נותן המציאות והאור לדברים שהיו נראים ומושגים/ וכמו שהאור המסובך בגוף השמש לרוב זהרו ובהירותו לא יוכל העין לראותו עם היותו סבה להיות הדברים נראים/ ואם יציץ בו האדם יותר ממה שבכחו יכהו עיניו ולא יוכל לראות עוד מה שהיה

bat. E qua LUCE substantiali *emanare.* alicubi s) ait, העליל הראשון *FOE-*
Hhh 3 *TUM,*

דרכו לראותו קידם לכן / ככה לא יוכל השכל האנושי להשיג הש״י כפי אמתתו ואם יצא מגבולו תתבלבל השגתו או ימות כבן עזאי שהציץ ונפגע וכו׳ i. e. *Ita quoque ad mentem EBEN RHOST* (h. e. Averrois,) *dicentis, Benedictum appellatione LVCIS cognominari, per viam Similitudinis,* s. Metaphorice, *tot invenientur Similitudinis, naturæ ejus congruæ. Nam sicuti LVX res facit conspicibiles: quum præter eam* quælibet *res tenebris foret involuta, ac velut in privatione. Ita ipse DEVS existentiam præbet rebus, atque lucem qua conspiciuntur,* aliorum *obnoxiæ considerationi. Et quemadmodum Lucem illam corpori Solarii inplexam, ob nimium ejus splendorem ac claritatem, oculus* (non decenter armatus) *intueri nequit; quamvis causa sit, ut res aliæ videri possint: &, si quis hominum ultra vires suas in eam prospicit; adeo caligantes ejus redduntur oculi, ut amplius videre nequeat, quod alioquin antea videre consueverat. Eodem modo intellectus humanus perfecte assequi Deum benedictum, prouti re vera est, nullo modo poterit: Et, si limites sibi constitutos transgreditur; aut disturbatur facultas ejus apprehensiva, aut morte abripitur repentina, ut ille filius Assai: qui* simul ac *curiosius prospexisset, incursu repentino fuit interemptus.* Ut prolixe recensetur in cod. *Chagiga,* Bab. f. 14. b. l. 35. sqq. Jerus. f. 77. c. 1. post med.

s) f. 224. c. 1. l. 49. sqq. l. 57 יותר נכון לומר שכבוד יהוה הרוחני העליון נאמר על העלול הראשון ממנו יתברך כי הוא התחלת דרכיו וראשית בריותיו והוא הנקרא בלשון ח״זל שכינה / כי אין ראוי שנחשוב שקראו הקדושים חכמים ח״זל שכינה לאור הנברא המוחש כדברי הרב המורה / ולא גם כן שקראו שכינה עצמיתו ומהותו כדברי הר״מבן / אבל קראו שכינה אותו העלול הנאצל ממנו יתברך ראשונה / ולהיותו מכלל הנמצאים וראשית לכלם בקש משה בשגתו ונמנעה ממנו בעוד בחיים הייתו כמו האמר כי לא יראני האדם וחי כי להיותו העלול ההוא הראשון שמו כשם רבו ובוא חותמו של הק״בה מכונה בכנויו אמר עליו ופני לא יראו וכו׳ i. e. *Multo convenientius est, dicere, quod GLORIA DOMINI illa spiritualis suprema denotet fœtum* (causatum) *illum primum, ab ipso Benedicto productum,* (seu gentium: עולל enim infans, puer Jer. VII, 11. Mich. II, 9. Neh. III, 10. Thr. I, 5. c. II. 11. 19. &c.). *Hic enim initium est viarum ejus, ac principium creaturarum ejus: & hic ipse est, qui vocatur stilo Sapientum nostrorum p. m. SCHE-*

TUM, (si ita loqui liceat,) *PRIMUM;* qui sit *initium viarum ejus, & creaturarum ejus principium: cujus nomen sit juxta nomen Heri sui, qui & sigillum Dei benedicti, cui omnia Dei cognomina competant.* Nec minus t) *LUCEM SPIRITUALEM,* quæ *princeps sit Spiritualium & intellectualium omnium: operans, & influxum præbens in cœlo atque in terra.* Cui *Schechinæ* nomen competat inter suos u). Quæ ratione ordinis, vel *superior* cognominatur, vel *inferior* x). Diceres, in Christianorum gratiam hæc scripta fuisse; quibus tamen hostis est infensissimus. Sed peculiarem hæc requirunt inquisitionem; ne Trinitatem Platonicam obtrudi nobis patiamur, aut Arianorum causæ opitulemur inviti. Quam vaticinium hoc penitus jugulat: vel hoc ipso majorem lectoris attentionem stimulans; quod quum toties in V. T. *GLORIA DEI* apparuisse dicatur, vel promittatur apparitura; nuspiam tamen *manifestari* dicatur, sed tantum *videri*, vel *habitare;* præterquam *hoc solo loco.* Quod in impletione ejus vel primum, vel unice totum illud Divinitatis mysterium *detectum*, & absque obscurioribus involucris ita *mani-*

*CHINA. Minime quippe convenit, cogitemus, Sanctos illos Sapientes p. m. SCHECHINAM vocasse LUCEM aliquam creatam, sensibilem, secundum verba magni istius Doctoris* Maimonidis. *Neque etiam similiter SCHECHINAM vocarunt ipsam Ejus essentiam, ac quidditatem, juxta verba R. Mosis Nachmanidis. Verum SCHECHINAM vocarunt illum ipsum FOETUM, emanantem ab ipso Benedicendo primum. Et quia est ex ordine Existentium, reliquorumque omnium principium; ejus Moses quæsivit apprehensionem: quæ denegabatur ipsi, quamdiu adhuc inter vivos ipse viveret: prout dicebat* DEus Exod. XXXIII, 20. *certe non videbit me ullus homo, dum vivit. Nam, quoniam FOETUS ille primus est, cujus nomen idem cum nomine Heri sui, cum sit sigillum Sancti istius benedicti, omnibus ejus attributis cognominatus: de eodem dixit* l. c. v. 23. *facies* (vel personæ) *meæ non videbuntur.* In cujus confirmationem provocat ad *Onkelosum,* uti fecerat ad Exod. XXXIII, 20. qui transtulerit: *non poteris videre facies SCHECHINÆ meæ.* Ubi f. 214. c. 4. l. 46. seqq. addit, *Angelum facierum, esse faciem SCHECHINÆ ejus.* t) f 224. c. 4. l. 8. sqq. verba ejus Ebræa sunt חאור האלהי הרוחני ר"ל השכינה עילאה הוא שרו של עולם הרוחניים והשכליים כולם והפועל והמשפיע בשמים ובארץ וכו' u) ll. cc. ad præc. lit. (e) & (g). Conf. etiam f. 224. col. 2. l. 9. 10. col. 3. l. 30. 31. 38. 51. x) in Deut. IV, 39. ejus ponunt fundamentum: exempla autem in *Sohar* ubivis obvia sunt. Conf. etiam שערי אורא f. 6. b. post med. & vid. in

*manifeſtatum* fuerit, ipſis præſentium externis expoſitum ſenſibus; ut in poſterum dubitandi de *Trinitate* excludatur occaſio y): *Patre* in voce audito, & *Spiritu S.* in ſpecie columbæ viſo, atque *Filii* Dei honore Jeſu ex aqua aſcendenti appropriato. Ut omnes convincantur, per *Dei gloriam*, totam ſacroſanctam *Trinitatem* h. l. foro intelligendam; non unam ſolam ejus hypoſtaſin.

§. 51. Equidem non ignoro, quod haud pauci, non ſine veri ſpecie, per *gloriam Domini*, h. l. *Verbum Dei incarnatum*, ſeu Chriſtum Θεάνθρωπον, inter homines habitantem, intelligant: quem, juxta ultima pericopæ verba, quamdiu inter mortales, in forma hominis agebat, & verſabatur, ceu *os Domini*, hominibus loquentem infinita hominum multitudo audiverit, videritque. Quæ, cum Johanne, dicere potuerit, quod in Chriſto *Dei Gloriam VIDERINT* z). Et aliunde a), *quod erat ab initio, quod AVDIVIMVS, quod VIDIMVS oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ CONTRECTAVERUNT, de ſermone vitæ: quæ vita manifeſtata fuit, & VIDIMVS* &c. Nec me latet, plurimos noſtrûm *Schechinam* Judaicam, tertiam Deitatis perſonam intelligere b); alios etiam ſecundam

*Cabbala denudata* tom. I. Part. I. p. 715. ſqq. y) Secundum illud veterum: *Si non credis Trinitatem, comitare Johannem ad Jordanem, & VIDEBIS. B.* noſter *Gerhard.* Loc. III. de ſanctis Trinit. myſt. cap. IV. §. 75. ſqq. *Auguſtin.* de Trinitate lib. II. c. 10. Tom. III. Op. p. 190. it. de Trin. & Unitate c. 10. t. IV. op. p. 684. in Evangel. Johannis, Tractat. VI. tom. IX. p. 35. A. *apparuit*, inquit, *manifeſtiſſima Trinitas; pater in voce, filius in homine, Spiritus Sanctus in columba.* z) Joh. I. v. 14. a) 1. Joh. I. v. 1. 2. b) Secuti forte Ebræos, inter quos ELIAS, in *Tisbi* ad שכן ſcribens: קראו ח״ל רוח הקודש שכינה על שם שהוא שכן על נביאים i. e. *vocant Sapientes noſtri p. m. SPIRITUM S. Schechina, propterea, quod commoretur ſuper Prophetas.* Quod in *Methurgeman* f. 154. a. repetit. Ex quo ipſo fundamento utrumque conjungitur, in cod. *Berach.* f. 31. b. l. 8. & *Raſchi* ad Gen. XLV, 27. ultima verba tranſtulit: *quievit ſuper eo SCHECHINA*; quæ *Onkelos* reddiderat *Spiritus Sanctus.* AB. ESRA quoque ad Pſ. LXXXV, 10. non veretur ſcribere, כי הכבוד לא היה הבית שני׳ *quod GLORIA* illa Dei *non extiterit in templo ſecundo:* ob receptam Talmudiſtarum ſententiam, in cod. *Joma* traditam, f. 21. b. l. 19. 20. qua contendunt, SPIRITVM S. in Templo ſecundo, una cum quatuor aliis gratioſis Dei donis defeciſſe. Quamvis ipſa teſtetur Scriptura Hag. 9. GLORIAM templi hujus majorem futuram, quam

dam c). Enim vero uti illis dicam scribere nolim: cum neutra posteriorum sententia omnibus Rabbinorum locis accommodari possit; sed nomen *Schechina* toti

in primo fuerit: Deus etiam ipse apud eund. Hag. c. I. 8. dixerit, ואכבד & *glorificabor*, h. e. secundum *R. Becbai* ad Gen. XLVI. f. 56. c. 2. l. 2. sqq. inprimis l. 8. 9. *commorari faciam* in eo *Gloriam* meam; quæ est *Schechina*: & Doctores ipsorum passim crepent *Schechinam*, stante templo secundo, apparentem: *Abarbanel* etiam & *Rabbenu Nathan*, plures-que alii *Schechinam Spiritui sancto* contradistinguant, ut duo diversa. Verba n. Talmudis l. c. quinque res deficientes enarrantia ארון וכפורת וכרובים אש ושכינה ורוח הקדש ואורים ותומים *arcam nim. & Propitiatorium, ac Cherubos, Ignem & Schechinam, ac Spiritum S., nec non Urim atque Thummim*, ita determinat posterior in *Musaph Aruch* in כבד f. 86. c. 1. post. med. ut *Arca* cum *Propitiatorio* ac *Cherubis* rem unam constituat, *Schechina* secundam, *Spiritus* S. seu donum prophetiæ tertiam, *Urim ac thümmim* quartam, & *Ignis* de cœlo illapsus quintam. *Abrabbanel* etiam ad Hag. I, 8. f. 278. c. I. l. 5. sqq. tam *Schechina*, quam *Spiritui* S. peculiarem tribuit definitionem, tanquam rebus inter se diversis. *Raschi* quoque ac *Kimchi* ita defectus istos referunt, ut necessario *Schechina* a *Spiritu* S. sit distinguenda. Et cum prior in *Glossa* Talm. l. c. ארון כפרת וכרובים כוליה חדא מילתא *Arcam, Propitiatorium, ac Cherubos, hæc omnia* dicat *rem unam conficere*; non potest non *Schechina* diversi quid a *Spiritu* S. constituere, ut servetur numerus *quinarius*. c) Fulcimentum aliquod petunt e convenientia soni, in voce ἐσκήνωσεν Joh. I, 14. it. in σκηνὴ ac σκηνώσει Apoc. XXI, 3. cum שכינה. Et extra dubium est, quod in multis *Rabbinorum*, præcipue *Cabbalistarum* locis, longe convenientius *Messiæ* applicari possit, quam *Spiritu sancto*. Præter ea, quæ ex *Abarbanele* adducta sunt ad §. præced. lit. s. t. (u) p. 425. sqq. considerationem meretur, quod *Schechina* dicatur ille ipse *Dominus*, qui Abrahæ apparuisse dicitur, Gen. XVIII, 7. coll. v. 27. 48. in *Sohar* f. 65. c. 3. l. 41. l 53. sqq. cui multi accommodant verba Christi Joh. VIII, 56. Alibi in eodem autore ad Num. XXIV, 17. f. 82. c. 2. l. 44. sqq. *Dei εἰκὼν* vocatur, coll. 2. Cor. IV, 4. Coloss. I, 15. interdum *Michael* dicitur, in eodem *Sohar* ad Gen. f. 11. c. 1. l. 22. 23. f. 65. c. 3. l. 37. 41. 43. 44. nunc *Angelus fœderis*, vel *faciorum ejus*, ibid. f. 75. c. 2. l. 25. 26. *absque quo nemo ad Deum venire possit*, Sohar Part. II. f. 21. col. 3. circa fin. & c. 4. init. coll. Joh. XIV, 6. c. I. 18. c. VI, 46. *qui Mosi in rubo* apparuerit, Exod. III, 2. ibid. Part. I. f. 96. c. 2. l. ult. & c. 3. conf.

*oti* potius *divinitati commune* d) ſit quamvis nunc huic, nunc alii perſonæ magis appropriari queat. Ita permittent mihi Noſtrates, ut, ſerie Orationis coactus, iſti determinate tempori, & eidem præciſe actioni, quæ tunc geſta recenſetur, accommodem; cui Baptiſta, & Evangeliſtæ omnes verba proxime præcedentia de *Voce clamante*, peculiariter attribuunt e). Satius omnino eſt, Orationem integram ſtatuere, quam Ellipticam f): ita ut objectum verbi *videbunt* primarium, expreſſum dicamus in verbis, *quod os Domini loquatur*: non autem ſuppleamus, vel *gloriam Domini* g), ex præcedentibus, per Hypozeugma, revocantes; vel *ſalutare Dei*, cum LXX Intt. (quos Lucas ſequitur h), contra literam Ebræam inſerentes i). Utut, modo delineato, *manifeſtatam* procul dubio viderint; alias non fuiſſet decenter manifeſtata: & *Salutem* divinitus ordinatam, reapſe per *Jeſum* a *ſalute* denominatum, perceperint. Sua cuique commati conſtet ſignificandi ratio. Nec quemquam deterreat inſolita *viſus ſermoni tributa* connexio: cum *ſermonem audire* ſoleamus, non *videre*. Præterquam enim quod non *Sermo* Dei *videndus* dicatur; ſed, per anthropopathiam, *os loquens*: quod in hominibus toto die *videmus*: ſummo ſtudio Propheta verba, prouti exſtant, ita diſpoſuit. Partim ut reſpectum fieri, declaret, ad res in monte Sinai, circa Decalogi promulgationem geſtas k); ubi eadem locutio quam maxime eſt

Iii rece-

*Jalkut Rubeni* f. 24. c. 4. l. 29. 30. *filius* ille, quem *jubentur oſculari* Pſ. II. v. 12. *Iſraelitarum Princeps, major Angelis*, & *ipſa SCHECHINA: Meſſias filius Joſephi, per quem David Deo fuerit reconciliatus*, ibid. f. 88. c. 2. l. 50. ſqq. Part. III. f. 82. c. 2. l. 55. ſqq. coll. Ebr. I, 4. 5. Haud raro מיטטרון, *cujus nomen ſecundum nomen Domini ſui*, ex Exod. XXIII. v. 21. in *Jalkut Rubeni* (ex סודי רזא) f. 24. c. 2. l. 2. 3. col. 3. l. 30. col. 4. l. 29. 30. f. 25. c. 1. l. 14. 52. *Eſchel Abraham* f. 34. c. 1. l. 5. ſqq. c. 2. l. 24. ſqq. conf. *Sohar*, Part. II. f 52. c. 1. l. 39. cod. Sanhedr. f. 38. b. l. 35. ſqq. &, ex interpretibus ſenſus literalis, *Abarbanel* ad Exod. XXIV. v. 1. f. 186. c. 3. &c. Quæ in neminem melius quadrant, quam in *Angelum* iſtum, *increatum* noſtratibus dictum. d) quando enim שכינה ממש *ipſiſſima Schechina*, ut loqui amant, ſuper aliquem commorari dicitur; totam *divinitatem* ejus intelligunt, non male, coll. Coloſſ. II, 9. e) Matth. III, 3. Marc. I, 3. Luc. III, 4. Joh. I, 23. f) quam tangit *Coccejus*, ad Jeſ. XL, 5. p. 1078. poſt med. Edit. Franc. g) ſi ſcil. *videre* de ſenſu externo intellexeris; *Kimchii* explicatione *cognoſcendi* repudiata. h) cap. III, 6. i) tranſtulerunt enim ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι κύριος ἐλάλησε. k) quod recte obſervat ex Judæis *Abarbanel*, in

recepta: v. g. l) *& totus populus videbant voces istas -- & vocem buccinæ:* item m) *vos VIDISTIS, quod de cælis locutus sim vobiscum :* amplius n), *ne obliviscaris verborum, quæ VIDERVNT oculi tui :* & paulo post o), *VIDIMVS, quod loquatur DEus* &c. Extra quæ rarius occurrit, v. g. Jer. II. 31. Gen. XLV. 12. conf. supr. ad §. 12. p. 316. Partim ut innuat, *visum*, ceu principem sensuum, etiam juxta Platonem p), quoties non suo, sed alterius sensus obiecto conjungitur; toties istorum quoque objecto sese accommodare, ac, præter visum, nunc *auditum* simul includere q), nunc *olfactum*, r), aut quemcunque sensum alium. Spectacula enim sæpius nominata, lucem scil. per cœlos ruptos insolitam, ac Spiritum S. in forma columbæ descendentem, *videre* debebant; verba autem, ore DEI formata, *audire*.

§. 52. Utriusque autem hujus *subjectum* dicitur OMNIS CARO s). *Carnem* non posse in latitudine sua sumi, qva & bestias comprehendit t), indicat prædicatum, *videre quod os Dei loquitur :* id quod non magis bestiis competit, quam quum jubetur Evangelium prædicari omni creaturæ u). Et, si vel maxime ad solum *hominem*, per Synecdochen Generis, restrinxeris; ne sic quidem particula OMNIS universalitatis notationem retinebit; propter adjectam vocem *UNA*. Quum vix fieri possit, ut *omnes* per totum Orbem dispersi *homines*, simul *videant & audiant*, quod in certo mundi loco, eoque montibus ferme undique cincto, agitur x). Necesse ergo est, ut

Jes. XL. v. 3. f. 60. c. 1. l. 60. l) Exod. XX, 15. m) l. c. v. 19. n) Deut. IV, 9. o) Deut. V, 21. p) in *Phædro*, Edit. Serrani Paris. A. C. 1578. tom III. p. 250. D. Francof. autem p. 1224. D. ubi ὄψις ait, ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, h. e. *visus omnium sensuum, per corpus manantium, est acerrimus.* Veritatem asserti quisque experiri poterit, tonitru atque fulgur observaturus. Utrumque reapse eodem contingit momento; sed fulguris splendor longe citius oculos ferit, quam tonitru aures. Qui in monte consistit, findentem in valle ligna, ex intervallo intuitus; fragorem ictus sæpe tum demum percipit, quando oculi findentem observant, jam abjecisse securim. Conf. *Rabboth* ad Cant. I, 2. f. 4. c. 4. circa fin. f. 5. col. 1. *Alschech* ad Cant. f. 6. a. post med. *Ab. Esra* ad Exod. III, 6. c. XX, 18. *Abrab.* ad Exod. XX, 18. (Al. 15.) f. 176. c. 4. l. 44. sqq. q) Vid. ad (l) (m) (o). r) Vid. Gen. XXVII, 27. Exod. V, 21. s) Jes. XL, 5. t) Gen. VI, 17. 19. c. VII. v. 16. 21. cap. VIII, 17. c. IX. 11. 15. Lev. XVII, 14. &c. u) Marc. XVI, 15. x) Nonnihil huc faciunt dicta in *Tanchuma*, in principio Deut. f. 91. c. 1. l. 17. sqq.

ut vox *OMNIS*, quamvis in castra Piscatoris neutiquam transieris, *plures* saltem y) denotet; *omnes* sc. tum temporis præsentes. Et, ne, pro hac illustranda sententia, longius aliunde petita exempla accersam; maneamus in eadem, quam tractamus, historia. Illi ipsi, qui tunc Baptismo Christi præsentes erant, res ibi gestas videntes ac audientes, ab Evangelistis nunc OMNIS *Judæa, OMNISque regio, undique finitima Jordani* z), dicuntur; nunc *OMNIS Judæa regio* a). Qvin, (ne quis excipiat, Jesum his *posteriorem* accessisse, videri ex Matth. III. 11. ac Marc. I. 7.) iidem ipsi, qui eodem cum Christo tempore baptizabantur, a Luca b) dicebantur *totus*, vel *OMNIS populus*: quum baptizatus perhibetur ἐν τῷ βαπτισθῆναι ΑΠΑΝΤΑ λαὸν, *cum OMNIS baptizaretur populus*. Hunc ipsum *OMNEM populum*, h. e. multum, numerosum, copiosum, Jesaias c) vocat OMNEM *carnem*. Revera *OMNIS* erat, ibidem tunc præsens. In Sacris *caro* frequenter opponitur *Spiritui*. Quid, si & hic respectum fieri putes ad hanc differentiam? cum aliqua tamen declaratione. Juxta quam, dono Prophetico gaudentes, *Spiritualis* dicerentur; quod *intellectu* agant & *Spiritu;* sensibus corporis, quamdiu *Visio* durat, cessantibus. *Caro* autem vel *carnales*, qui, cum tali dono præditi non sunt, externis corporis sensibus utantur, oculis videntes, auribusque audientes corporeis. Quo modo *omnis caro* idem esset, ac

 *omnis*

y) *Ab. Esra* Comment. ad Exod. XIX, 8. 9. probaturus, non omnes Israelitas credisse, *DEum cum hominibus habere commercium;* ad objectionem ex Exod. XIV, 31. desumtam, ubi *credidisse* dicuntur, respondet: אין טאנה ממלת ויאמינו ביהוה ובמשה עבדו כי כתוב וירא ישראל ולא כל ישראל ואילו היה כתוב כל ישראל ידבר על הרוב כמשפט הלשון כמו וימת כל מקנה מצרים ואחר כן כתוב שלח העז׳ את מקנך וכו׳ i. e. *nihil valere objectionem, e verbis* Exod. XIV. v. 31. *& crediderunt Domino, & Mosi ejus servo: quia scriptum sit* limine versus, *& vidit Israel*; *non autem, omnis Israel. Et si vel maxime diceretur omnis Israel; loqueretur* tamen nihilominus *de insigni multitudine, pro more hujus linguæ: quemadmodum* Exod. IX, 6. *& moriebatur omnis pecus Ægypti*; & nihilominus *paulo post*, ibid. v. 19. *scribitur, mitte, congrega pecudem tuam*. Exempla hujus usus plures plura hinc inde afferunt observata; adeo ut etiam כל העולם כולו *totus in universum hic mundus*, non nisi *solos Israelitas* significare credatur in cod. *Schabbath* f. 54. b. l. penult. coll. Glossa: qui tamen pars mundi minima. z) Matth. III, 5. a) Marc. I, 5. b) c. III, 21. c) c. XL, 5.

*omnis generis homines;* non tantum *Prophetæ*, quibus alias *Dei gloria* revelari consvevit, in ecstasin abreptis: verum plebs promiscua, & hujusmodi visionibus intellectualibus minime assueta. Iterum eodem prorsus modo, quo in Decalogi publicatione, vocem Dei promulgantis audivisse dicuntur, non tantum Moses, & pauci alii, qui forte cum Aarone & Miriam d) de influxu Prophetico gloriari poterant: sed promiscue omnes, quotquot aderant; cujuscunque fuerint status, sexus, atque ætatis. In eodem hoc sensu, prædicitur etiam, tempore Christi e), *Spiritus* sanctus *effundendus super OMNEM CARNEM*, id est, omnis generis homines: ut vaticinentur etiam illi, qui ad hunc actum alioquin parum fuerint præparati. Ut enim hic OMNIS non singula generum, sed genera singulorum, ut loqui solebat f) B. meus *Calovius*, denotat: ita & apud *Jesaiam*, in loco, quem argumento nostro applicandum, elegimus.

§. 53. Ubi simul additur יַחְדָּו : *vox*, Aben Esra g) judice *ob* ו *in fine additum, singularissima*, & ægre ad analogiam redigenta Grammaticam. Equidem, si ו illud, juxta receptam hactenus Eruditorum sententiam, pronomen foret connexum; ad *Vocantem* referri deberet *Baptistam*; sensu ad institutum nostrum admodum congruo, Quod *visuri sint omnis generis homines VNA CVM EO*, Johanne scil. Propheta, *quod os DEI loquatur*. Verum falsam hanc fore sententiam, quamvis Christianos pariter, ac Judæorum doctissimos, per plura occuparit secula; alibi ex instituto docui h). Unde, cum

d) Vid. Num. XII. v. 2. coll. Exod. IV, 27. e) Joel. III, 1. f) Comment. ad Exod. XIX, 8. verba ejus sunt: היא מלה יחידה במקרא בדקדוק בעבור תוספת הוית ויפת אמר כארם יחיד לבדו כי לא יהיה משנה שם i. e. *hæc vox peculiaris est in Scriptura, quoad Grammaticam, ob additamentum* literæ *Vau. Japheth quidem interpretatur* h. l. *instar hominis solitarii in sua solitudine: quod non foret ibi, diversus.* Ad Gen. XIII, 6. vocat *vocem peregrinam:* quæ nunc *de duobus* dicatur, ut l. c. nunc *de pluribus* ut Exod. XIX, 8. g) Editione *quinta*, quam, Deo juvante, paro, Literatoris Ebræo-Chaldæi: quum *quarta*, quæ annum præteritum in fronte gerit, me inscio & non inspiciente, prodierit, multa diu a me in Edit. 3. mutata retinens. h) Ejus verba in rad. יחד sunt: ועל דעתי כי וו יחדו הוא סימן הרבים על היחיד כמו עליו אליו ואעם שאין בו יוד בלומ הרי מצאנו עלו בשמים ירעם בלא יוד / וכן יחדו במצמו כיוד שלשתה יחדיו כפלו שניהם כי גם המה הפנו כסו יחדין כי מלכם בגולה ילך כהנין ושריו יחדיו

cum typis exscripta nondum sint, pauca huc transferre liceat. Dudum animadvertit, contra *Dav. Kimchium*, Majorum opinionem magno conatu defendentem i), ELIAS k), quibusdam *Germanus*, aliis *Levita*, vel *Grammaticus* cognominatus; quod, sub hac ipsa forma, occurrat etiam de *duabus meretricibus*. Debebat adjecisse, quod sæpe usurpetur in oratione primæ l) & secundæ m) personæ, nec non tertiæ pluralis utriusque sexus n): cum ta-



ולפי שנתקבץ בו היחידות והרבוי כאמר כן i. e. *meo quidem judicio*, ו *vocis* יחדו *est suffixum singulare masculinum pluralium, quemadmodum* עליו אליו; *quamvis utplurimum nullum in eo extet jod, suffixo præmissum. Etiam* עלו *deprehendimus absque jod, in* illo 1. Sam. II, 10. עלו *adversus ipsum de cœlo intonabit. Quid quod tria deprehendantur* exempla, *in quibus* יחדו *cum* י scribitur, v. g. Jer. XLVI, 12. יחדיו *una ceciderunt ambo illi:* ibid. v. 21. *nam etiam illi vultum vertunt; aufugiunt* יחדיו *una:* & Jer. XLIX, 3. *nam Rex eorum in exilium migrabit, Sacerdotes ac Principes ejus* יחדיו *una. Quum enim Unitas cum pluralitate combinetur in eadem voce; ita formare placuit.* i) in suis כמוקים seu *Stricturis*, R. Dav. Kimchii libro Radicum additis, Edit. Ven. in ædibus Marci Anton. Justiniani procuratæ, ad rad. יחד col. 191. post med. Ubi ait: א"א שנמצא מלת יחדיו על נקבות רבות כמו ואנחנו יחדיו אין זר אתנו בבירת גבי שתיבם נשים זונות i. e. *Elias respondet, quod inveniamus vocem* יחדיו *de fœminis in plurali, v. g. 1. Reg. III, 18.* & *nos* יחדו *una*, vel seorsim; *nemo peregrinus erat nobiscum in eadem domo: de duabus* illis *mulieribus meretricibus te.* Unde ו non potest esse suffixum tertiæ mascul. sing. Alioquin fuisset dicendum יחדיני, & in 3. pl. יחדיהן. k) v. g. Ps. LV, 15. Ps. XXXIV, 5. Job. IX, 32. 1. Reg. III, 18. &c. in quibus יַחְדֵּינוּ fuisset dicendum. l) v. g. Jes. XLV, 21. ubi יַחְדֵּיכֶם dici debuisset. m) v. g. Gen. XXII, 6. Exod. XIX, 8. Deut. XXV, 11. c. XXXIII, 17. Jes. XVIII, 6. Jer. XLVI, 12. 21. Ps. XIX, 10. &c. in quibus יַחְדָּם vel potius יַחְדֵּיהֶם dixissent; siquidem ו finale *pronomen* foret *suffixum*. Ps. IV, 9. יַחְדֵּיהֶם dici debebat, vel יַחְדֵּינוּ, si hypothesis recepta valeret. Ratio *Kimchiana* ad lit. (i) allata, ex *coalitione singularis cum plurali* nullius est momenti: cum eadem coalitio detur tam in Suffixis, ratione objecti, pluralibus, Subjecto singulari junctis; quam in suffixis, ratione objecti, singularibus, quæ Nomini (seu subjecto) junguntur Plurali; & differentiam, objecti ratione indicandam, observant rigidissime. Adhæc coalitio ista sæpe abest, & tam in subjecto, quam objecto, multitudinis nota erat exprimenda. n) Ad id provocasse *Kimchium*, vi-

tamen ו illud, si Pronominale foret, solam tertiam masc. singularem notare posset; nullam prorsus aliam. Fundamentum, quo omnes nituntur, receptam sententiam defendentes, quod nim. *ter occurrat cum* י *litera* ו *præmisso,* ad analogiam Nominum pluralium Suffixum ו masc. sing. gerentium, lubricum admodum est; utut Masoretharum dictatura non uno in loco id suffulciat o). In nostro certe codice MSto nullibi in eadem serie cum reliquis literis expressum extat, in memoratis istis locis; sed per manum recentiorem, diversitate atramenti conspicuam, superne inter ו & ד suspensum. Et, si in quibusdam antiquis codicibus, quos Masorethas secutos dixeris, extaret: epentheticum putaretur, si Scribarum errori honorique parcere velis. Quod si autem ו finale pro Paragogico venditare ausis, ut ipse olim aliquamdiu opinabar: tunc puncta forent mutanda, ut יַחְדּוּ substituatur, pro יַחְדָּו. Ad quam mutationem, non nisi extrema necessitate coactus, confugerem: quæ hic nulla est. Commode namque ex חדה derivabis, unde חֶדְוָה p) (*lætitia*) formatur, & Chaldæorum חדי q) *pectus*; tertia in ו mutata, (ut in שְׂלָו r), כְּתָו s), עָנָו t), עָשָׂו u), יַדָּו x); nec non in שְׁלֵו, atque שָׁלֵו, cum initiali י *heemantico* y); formæ יַעְלָם z) & עֶשֶׂר a). Ut *unanimitatem* significet, vel *hilaritatem*; & adverbialiter, per Idiotismum receptum c), *hilariter*, libenter, *unanimiter*, ut ὁμοθυμαδὸν penes græcos Act. I. v. 14. c. II. v. 1. 46. &c. LXX. Seniores, quos Lucas d), sensum, non verba expressurus, presse hic sequitur, vertendo τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, videntur codice non satis distincte scripto usi, pro יחדו legisse יֶשַׁע; ex præcipitantia, ח cum ש, & ד cum ע confundentes. Id quod in manu exaratis facile fieri potuit. Quo minus enim vocem ab ipsis non satis intellectam dixeris; obstat, quod toties alibi nunc per ἅμα e) vel ὁμοῦ f), nunc

dimus supr. ad lit. (i), p. 437. Quo solo se defendunt alii omnes. o) Tam in *Masora finali*, ad lit. י, sub יח f. 35. b. col. 2. quam in *textuali majori* ad Jer. XLVI. v. 12. nec non minori ad l. c. & vers. 21. atque ad Jer. XLIX, 3. p) 1. Chr. XVI, 26. Neh. VIII, 10. Esr. VI, 16. q) Dan. II, 32. vel potius *Onkelos* Exod. XXIX, 26. r) *coturnix*; Exod. XVI. v. 13. Num. XI, 32. Ps. CV, 40. s) *hyems*, Cant. II, 1. t) *mansuetus*, Num. XII, 3. u) Gen. XXV, 25. &c. x) Esr. X, 43. y) Jer. XLIX. v. 31. z) Job. XVI, 12. a) Quo de Instit. §. 29. b) nomen filii Esavi, Gen. XXXVI, 5. quo & יְרָחַע 1. Chr. II, 34. יַעְכָּן 1. Chr. V. v. 13. aliaque pertinent, indicata ad §. 29. III. class. III. form. 13. Paradigmatum, p. 68. c) itidem nom. propr. Esr. X, 37. d) Quo de Interpr. §. 91. II. (in Edit. II. §. 131.) e) c. III, 6. f) Gen. XIII, 6. c. XXII. v. 6. 8. &c.

nunc per *κατὰ* vel *ἐπὶ τὸ ἀυτὸ* g), eam expreſſerint; vel etiam per *ὁμοθυμαδὸν*: ubi memorabilis eſt locus Job. XXXIV. 15. ejusdem cum noſtro ſudjecti *τελευτήσει πᾶσα σὰρξ ὁμοθυμαδὸν*. Cum alioquin non ſatis intellecta prorſus omiſerint h). An durum ipſis viſum, *omnes* totius mundi *homines ſimul* aliquid *videre*; ut eapropter literas agnitas deſeruerint, aliis, quæ ſenſum ipſis tolerabiliorem conſtituere putabantur, in iſtarum locum ex induſtria ſurrogatis; examinent alii. Nobis, in explicatione צבאה v. 2. *B. Lutheri* * ſenſum ſecutis, ſufficit, ex hoc vaticinio didiciſſe, non tantum reſpectum in eo fieri ad res, in Decalogi promulgatione, ad montem Sinai geſtas; quod & *Abrabbanel* agnovit, nec non *Tirinus*, atque *Forerius*; (quos, re jam confecta, contuli). Sed & *omnes* tunc præſentes *una cum Johanne* Baptiſta *debuiſſe* gloriam Dei manifeſtatam *videre*; atque *verba* cœlitus delapſa tam diſtincte *audire*, ac ſi *ſuis viderint oculis*, quomodo *ex ore Dei* prodierint. Haud ſecus ac ibi, una cum Moſe reliqui omnes monti adſtantes *gloriam* Dei in monte Sinai apparentem videbant, ejusque audiebant verba. Id quod procul dubio accuratiſſime ſuum invenit eventum; ſingulis juxta prædictionem adimpletis. Cum & antiquorum nonnulli Judæorum, (quod mireris!) vaticinio huic ad *manifeſtationem Meſſiæ* ipſorum adimplendo, tam *filiam vocis* apparituram contendant, quæ verba vaticinii hujus tunc impleta diceret i); quam *Eliam* interventurum; qui Deum in Meſſia regnare annunciaturus ſit k). Cujus perſonam Johannem geſſiſſe, nemo Chri-

g) Job. XXXIV, 29. ubi tamen יחד ſine ו. h) Deut. XXII, 10. c. XXV v. 5. 11. &c. i) Magnam exemplorum copiam albi, in *Sincerit. Script. V. T. triumphante* adduxi: unde, ſi lucem viderit, peti poterunt. * in Gloſſa marginali Viſionis germ.: & *Enarrat* in Jeſ. XL. T. III. Op. Jen. f. 370. b. k) in *Peſikta ſotarta* ad Num. XX, 17. f. 58. c. 2. l., 3. ſqq. legitur: ומיד נגלה עליהם מלך המשיח והוא אומר להם אני הוא מלך המשיח שהייתם מחכים והוא אומר להם שאו את הכסף ואת הזהב והם נושאים אותו ועולים שנאמר שפעת גמלים תכסך׃ ובת קול רביעית יוצאה ואומרת קול קורא במדבר׃ ובת קול חמישית אומרת לא יהיה שם אריה ובת קול ששית אומרת אתן במדבר ארז שטה והדס ובת קול שביעית מכרזת נחמו נחמו עמי ואליהו מבשר לישראל מלך אלהיך ובת קול שמינית מכרזת ואומרת דברו על לב ירושלים׃ בת קול תשיעית אומרת פתחו שערים ויבוא גוי צדיק׃ ובת קול עשירית אומרת שאו שערים ראשיכם׃ ויחיו המתים שנ׳ יחיו מתיך

Christianorum dubitat, qui ipsius Christi decisum, ea qua par est, veneratione prosequitur l).

§. 54. Quod Nathanaël confessionem suam, *Jesum fore illum DEI filium* m), vel a DEO ipso in illa circa baptismum apparitione, vel ab aliis αὐτηκόοις, ad quorum provocare possemus testimonium, cognoverit; vix permittit statuere acerba illa Philippo paulo ante dicta cavillatio n): nedum Christi dein confessori reddita responsio, qua istum propter omniscientiam suam eidem cognitam, convictum profitetur o): & promit it, quod deinceps

---

כבלתי וקומה ואז יתקבצו הגליות שנ׳ והיה ביום ההוא יתקע בשופר גדול ואז יתקיים דרך כוכב מיעקב וכן רצון מלפני אבינו שבשמים שיתקיים פסוק זה ונשא נס לגוים ואסף נדחי ישראל וגו׳ בימינו ובימי כל ישראל i. e. *Et subito revelabitur illis Rex Messias, dicturus illis: ego sum ille Rex Messias, quem expectastis. Ille ipse quoque dicet istis: tollite argentum hoc, & hoc aurum.* (Hoc enim anhelat natio perversa præcipue; frustra reclamante *Maimonide* Comment. ad cap. ult. *Sanhedr.* f. 120. c. 1. l. 52. 53. ac Hilc. *Melach* cap. ult. §. 4. 5.) *Id quod ipsi auferent, ascensuri, sicut dicitur* Jes. LX, 6. *turma camelorum operiet te. Tunc filia vocis quarto prodiens, dicet* Jes. XL. v. 2. *vox clamans est in deserto. Quæ filia vocis quintum adjiciet* Jes. XXXV, 9. *ne sit ibidem leo: sextum autem* ead. *filia vocis dicet* Jes. XLI, 19. *dabo in deserto cedrum, nobilissimam cedrum, & myrtum. Deinde septimo filia vocis promulgabit* Jes. XL, 1. *consolamini, consolamini populum meum. Ac ELIAS annunciabit Israelitis,* ex Jes. LII. v. 7. *regnat Deus tuus. Filia autem vocis octavo promulgabit, dicens* Jes. XL, 2. *loquimini ad animum Jerusolymæ: & nona vice* eadem *filia vocis dicet,* ex Jes. XXVI, 2. *aperite portas, ut introeat gens justa. Decimo autem filia vocis dicet* e Ps. XXIV, 7. *attollite portæ capita vestra. Mox reviviscent mortui, sicut dicitur:* Jes. XXVI, 19. *reviviscent mortui,* cum *cadavere meo resurgent. Et tunc congregabunt se exulantes, sicut dicitur* Jes. XXVII, 13. *& eveniet in die isto, clangetur buccina magna. Tunc quoque adimplebitur* Num. XXIV, 17. *processit stella ex Jacob. Atque ita placeat Patri nostro, qui in cælis est! ut adimpleatur dictum* illud Jes. XI, 12. *extollet vexillum gentibus, & congregabit depulsos Israelitarum* &c. *in diebus nostris, ac diebus totius Israelis.* l) ibid. l. 38 sqq. ut ad lit. (k) verba jam fuerunt in serie continua adjecta. m) Vid. Matth. XI, 14. coll. Mal. IV, 5. Matth. XVII, 12. Marc. IX, 13. Luc. I, 17. coll. c. IX, 8. n) Joh. I, 50. o) l. cit. v. 47. ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι;

ceps demum, una cum reliquis visurus sit cœlum apertum, &, non quidem Spiritum S., quem ipsis potius largiturus esset, sed Angelos super se descendentes p). Qui majori pondere dixisset, *eodem modo, quo jam vidistis*: si Nathanaël cum uno alteroque reliquorum præsens tum temporis adfuisset. Quæ autem Evangelista Johannes per verba ἐθεασάμεθα *PERSPEXIMVS* q) *gloriam ejus, gloriam veluti unigeniti a Patre*, innuere voluerit; magis a transfiguratione in monte facta r), putarim derivata, quæ ipsi cum Jacobo & Petro, itidem eam intuentibus s), communis erat; quam a spectaculo, quo de nunc occupamur. Petri confessio t) primam suam debet originem fratri Andreæ u), qui a Johanne ἀκηκοὼς perceperat x): cujus *auditio* jam non vocatur in dubium. Marthæ *Christum Dei filium* celebrantis confessio y), unde originem traxerit, incertum est. *Nicodemi* verba, quibus se, suosque collegas *scire* testatur z), *quod Christus a Deo venerit Doctor*, huic forte spectaculo, per rumorem palam divulgato, suam debent originem. Sed, quia *Operibus* potius se dicit confirmatum a), quam *auditu*, vel proprio vel alieno; non satis confidenter ad ejus provocare ausim testimonium. Et, si vel nullius præterea occurreret exemplum, quo doceri posset, ab *amico* Christi vocem istam fuisse auditam. Argumenta tamen in præcedentibus adducta, & partim ab ipso Salvatore suppeditata, asserti veritatem abunde probarent. Forte aliis succurent alia, quæ meam evitarunt attentionem. Succurrunt tamen adhuc alia, ab ipsis *hostibus Christiani nominis infensissimis*, præter ipsorum intentionem, suppeditata. Quos autem infensiores Christo credemus, quam *Cacodæmonem*, cujus caput contriturus erat b), ad æternos condemnandi carceres c)? &, post hunc, *Pharisæorum sectam*, qua cum semper armis confligtabat adversis. Quod si & alias testimonia ab hostibus invitis mutuare, & in suum convertere usum licuit: nemo nobis vitio vertet, si ex actionibus quibusdam ab his susceptis, aliquid in nostrum transferamus commodum: tela veluti e manibus ipsorum eripientes, contra eosdem retorquenda: aut ut proprio eos jugulemus gladio.

§. 55. Quisquis autem primum illum *Diaboli* insultum, quo suam



cum

p) l. c. v. 52. q) l. c. v. 14. r) Matth. XVII, v. 1. sqq. Marc. IX. v. 2. sqq. Luc. IX, 28. sqq. s) 2. Petr. I, 17. 18. t) Joh. VI, v. 69. u) Joh. I. v. 42. x) l. c. v. 41. y) Joh. XI, 27. z) Joh. III, 2. a) l. c. ὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς. b) Gen. III. v. 15. Joh. III, 8. c) 2. Petr. II, 4. Jud. v. 6. Apoc. XX. v. 2. sqq. coll. Luc. VIII, 31.

cum Christo esuriente colluctationem auspicatur d), paulo solicitius considerat; deprehendet XII. *Diabolum vocem* illam cœlitus delapsam, *quo Christus* baptizatus *Dei declarabatur filius*, liquide *audivisse*. Quicquid etiam parum providus *Ignatii* interpolator e) comminiscatur; aut magnus ille *Grotius* f), ex articulo omisso, nimis scrupulose conetur exsculpere. Insultus ille *tempore* comitabatur Christum, nuper admodum baptizatum; cum recentissima adhuc esset cœlestis istius Oraculi memoria: a quo ad hunc Diaboli conflictum cum nemine mortalium vel verbum commutarat amicum; & in tali constitutus videbatur statu, qui a magnifica ista declaratione prorsus in contrarium vergebat. Esse enim *Dei filium* ὁμοούσιον, qui creaturis omnibus cibum ad satietatem usque largitur; & ipsum inopia victus ad esuriem usque adigi, in sensus incurrentem externos; ægerrime videbantur concilianda. Verba ipsa, *si filius es Dei, dic, ut hi ipsi lapides panes fiant*, ita sunt concepta, ut nemo non videat, quod ad illud ipsum alludat oraculum, & tacite veluti ipsi exprobret, quod persvaderi sibi passus sit, *ac si Dei foret filius*. Cujus declarationis veritatem experiri posset, si nudo verbo lapides in panem, latranti expetitum stomacho, mutare valeat. Cum Dei verbo obtemperent omnia: utpote quo dicente, res existat; & quo jubente, sistat se ilico g).

§. 56.

d) Matth. IV. v. 3. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ, ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται, (coll. Luc. IV, 3.) Ad quæ verba recte *Theophylactus*: ἤκουσε τῆς ἐξ οὐρανοῦ φωνῆς ὁ λῃστής· πάλιν εἶδεν αὐτὸν πεινῶντα, καὶ ἀμφέβαλλε λοιπὸν, πῶς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ πεινᾷ; &c. i. e. *audivit vocem e cælo Latro. Iterum videt eum esurientem; & dubitat adhuc, quomodo Filius Dei esuriat.* Quæ, pro more suo, e Chrysostomo mutuavit; cujus in Homil. XIII. & Catena Patrum in h. l. c. hæc leguntur verba: ἐπειδὴ γὰρ ἤκουσε φωνῆς ἄνωθεν φερομένης, καὶ λεγούσης, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός &c. i. e. *quoniam enim audivisset vocem superne delatam, ac dicentem; hic est filius meus dilectus.* e) Epist. *ad Philippenses* cap. VIII. inter quamplurima, quæ Diabolum de Christo latuerint, post ejus med. p. 121. recensentur etiam βάπτισμα· φωνὴ Θεοῦ ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ, ὅστις καὶ πόθεν, μαρτυρία πνεύματος καὶ πατρὸς ὑπεράνωθεν, h. e. *baptismus; vox DEI de baptizato, quis esset, & unde? testimonia Spiritus, ac Patris superne facta.* f) Cujus verba ad Matth. IV, 3. a nobis sunt diversa, dicentis; *Sane Diabolum majus aliquid homine in Christo agnovisse, hoc quidem tempore, constanter, nec sine magnis argumentis, negant Scriptores antiqui. Neque dicit* ὁ υἱὸς, (*ille filius*), *ut sæpe Apostoli: sed* υἱὸς, *filius.* g) Ps. XXXIII, 9.

§. 56. In hanc sententiam collimat *Chrysostomus* h), & plerique nostratium. Nec adversatur eidem genuinus *Ignatius* i), ab Origene k), Basilio l) Hieronymo m), Jobio Monacho n), aliisque o) allegatus: qui *tria* saltem *mysteria, clamoris* ipsi dicta, Diabolum latuisse statuit p). In quorum numero hoc neutiquam recensetur. Interpolatoris autem sententia, præterquam quod puerilis sit, in plerisque insuper sacris contraria literis, manifestam ejus arguit ignorantiam. Marcus quippe in eodem primo capite, quo cœleste id oraculum, per quod *Christus Dei* declaratur *filius*, recensuerat q), paulo post commemorat, multa Christum ejecisse dæmonia, quibus loqui non permiserit, *quoniam sciebant eum* r). Quem vero illum esse sciverint, idem clare postea s) explicat, verbis: & *spiritus immundi, quum illum videbant, procidebant ante eum, & clamabant, dicentes: certe tu es ille Dei filius.* Quod ipsum clarius adhuc Lucas exprimit, non longe ab eo loco, in quo apparitionem illam cœlestem descripserat, inquiens t): *exibant dæmonia a multis, clamantia & dicentia; certe tu es Christus, ille Dei filius. Et increpans eadem, non sinebat loqui: quia sciebant, ipsum esse Christum. Et quamvis Articuli* præsentia non destituatur sua emphasi: ejus tamen absentia non ilico mutat subjectum, ut ex *naturali Dei filio* fiat *quicunque Deo charus.* Quum & alias nimis rigida ejus observatio multos inducat errores, a multis jam olim ostensos u). Neque etiam persuaderi nobis



(h citatus §. præced. 55. lit. (d) pag. 442. Ita & *Rupertus Tuitiensis* lib. XII. de victoria Dei c. 4. & 14. i) Epist. ad *Magnesianos* c. XIX. pag. 16. & ad *Ephesios* cap. XIX. p. 53. sqq. k) Homil. VI. in Lucam, ant. med. p. m. 214. fin. l) Hom. XXV, de sancta Christi nativitate, ante med. tom. 1. Op. p. 588. B. Edit. Paris. 1618. m) in Matth. I. v. 18. Op. tom. IV. col. Edit. Martian. n) in *Commentario de Verbo incarnato*, quem ipse οἰκονομικὴν πραγματείαν inscripsit, lib. VII. cap. XXXI. ap. *Photium*, Bibliothecæ cod. CCXXII. p. 622. post med. Edit. *Andr. Schotti*, Rothom. 1653. o) Vid. *Eusebius*, Demonstr. Evangel. l. X. ad Ps. XXI. p. 499. D. p) ll. cc. ad lit. (h) Καὶ ἔλαθε, inquit, τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου. τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη, ἡμῖν δὲ ἐφανερώθη. i. e. *Principem quidem hujus mundi latuit Mariæ virginitas, & partus ipsius, similiter & mors Domini; tria mysteria clamoris, quæ in silentio Dei patrata sunt: nobis autem manifestata.* q) v. 11. r) l. c. v. 24. 34. conf. Matth. VIII, 29. Act XVI, 16. 17. s) Marc. III, 11. 12. t) Luc. IV, 41. u) e quibus

bis x) patiamur, quod Satanas varias inierit vias, *quis esset Christus*, cognoscendi; & verbis illis, *si filius Dei es*, desiderium suum sciendi, utrum revera filius Dei is esset, prodiderit. Profecto subdola illa quæstio, non tam ignorantiæ, qvam vel desperatæ damnati Spiritus impudentiæ, vel extremæ serpentis antiqui calliditatis argumentum haberi debet. Quod pluribus ex *Arnoldo Banavillacensi* y), aliisque, docuit *Usserius* z). Inter quos etiam *Tertulliani*, sat antiqui Scriptoris, eminet testimonium, adversus Praxeam a) scribentis; *Hoc & Satanas eum in tentationibus novit, si filius Dei es. Hoc & exinde dæmonia confitentur, scimus qui sis, filius Dei.* Quo vel solo cor-

unicum nomino; *B. Glassium*, Gram. Sacr. lib. III. Tract. II. can. 3. p. 504. sqq. (Antiq. 175. sqq.) x) a. *Petr. Halloixio* Apol. pro scriptis Ignatii c. V. Illustr. Eccl. Orient. Script. I. sec. p. 450. b. 451. b. Quamvis ipse Crysostomus l. c. ad §. 55. lit. (d) p. 442. eo inclinare videatur, verbis: *ὥσπερ τῷ ἀδὰμ προσελθὼν παρὰ τὴν ἀρχὴν πλάττει τὰ μὴ ὄντα, ἵνα μάθῃ τὰ ὄντα. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦτα, οὐκ εἰδὼς σαφῶς τὸ ἀπόῤῥητον τῆς οἰκονομίας μυστήριον, καὶ τίς ποτέ ἐστιν ὁ παρὼν, ἕτερα ἐπιχειρεῖ πλέκειν δίκτυα, δι᾽ ὧν ᾤετο εἴσεσθαι τὸ κεκρυμμένον καὶ ἀφανές.* i. e. *Sicut in rerum principiis, accedens ad Adam finxit illa, quæ non erant, Ut quæ erant DISCERET: ita hic quoque, NON EVIDENTER COGNOSCENS ineffabile œconomiæ mysterium, & quisnam esset hic præsens; alia retia jacere molitur, per quæ absconditum istud & secretum OPINATVR ADDISCERE.* A quo, pro more, non abludit Theophyl. l. c. scribens: *διὰ τοῦτο τοίνυν πειράζει αὐτὸν, ἵνα μάθῃ*, i. e. *ideo siquidem tentat ipsum, UT DISCAT.* Quibus *Halloixius* l. c. Augustinum adjungit; sed minus faventem. y) Differt. de Ignatii Epistolis, cap. XII. §. *Unde neque*, p. 212. b. vol. II. Patr. Apostol. ex recensione *Joh. Clerici*, Antv. 1698. z) de Cardinalibus Operibus Christi, cap. de *dejunio* & *tentationibus*, inter *Cypriani* Scripta p. 35. Edit. Brem. 1690. verba ejus sunt: *Nec vult fateri, nec præsumit Diabolus diffiteri Christum filium Dei; sed dubie suspenseque consulens, tendiculas blandis innectia sermonibus: ut obaudientem sibi reddat obnoxiumque, & se de compassionis specie reddat acceptum. Caro, & lassitudo, & cætera hujusmodi, hominem testabantur; virtutis integritas, & vita carens omni peccato, perfectius ei privilegium adscribebant; & divinitas potentissima ex ipsis effectibus negari non poterat.* a) cap. XXVI. & contra Marcionem lib. V. c. VI. p. 944. fin. Edit. *Pamelii*, Paris. 1583. *Jesum*,

corruit illud Grotii assertum b), quod *Scriptores antiqui constanter, nec sine magnis argumentis, negent, hoc quidem tempore Diabolum majus aliquid homine in Christo agnovisse.* Scilicet vocem illam, magicis artibus & dæmonum opera, minime fuisse procuratam sed divina virtute, ipsos dæmones, principatum in ἐπουράνια sibi arrogantes c), fugere nullo modo poterat: Deo ipso creaturis hoc manifestante. Quod si vero dæmonibus *vox* illa *audita*, innotuit; qui nihil hinc sperare poterant emolumenti: multo magis hominibus, in quorum gratiam omnia illa evenerant spectacula, *auditam* & *intellectam fuisse*, inferamus. Nisi injurii esse velimus in ipsam Dei benignitatem.

§. 57. An autem Judæi d), & nominetenus Caiphas e), hoc potissimum nomine Jesum persecuti, quod *Dei filius* dici voluerit, ejusdem cum Deo essentiæ particeps; an inquam, hi *ab aliis*, forte *baptismo* ejus, præter Baptistam, *præsentibus*, cognoverint, talem de eo vocem cœlitus fuisse auditam? an ex ipso Salvatoris discursu hauserint, uti ex loco Johannis citato conjiceres? an ex utroque, vel etiam testimonio Johannis? difficile erit judicatu. Quare ad eorum testimonium, in re tanti momenti, non provoco. Verum, nisi me omnia fallunt, XIII. *creberrima illa* Talmudistarum *mentio de FILIA VOCIS*, quam tantum non ubivis, in singulis ferme paginis, crepant f); evidentissimum *est indicium, quod* non dæmones modo, sed ipsimet Judæi tunc *præsentes omnes*, istam *Patris vocem*, per æthera descendentem, optime *audiverint.* Cum enim rei veritatem amplius in dubium vocare non possent; alia via efficaciam ejus infringere conabantur: cum dæmone, qui & ipse hoc Christo invidebat, male ab Eo acceptus g), & aliquoties jam prostratus h), colludentes. Ut hic ipse, pro communi veluti hoste (ita enim plerique Judæorum nefarie Eum æstimabant, qui, ut a dæ-

 mo-

---

*& secundum nostrum Evangelium, Diabolus quoque in tentatione cognovit; & secundum commune instrumentum, spiritus nequam sciebat, eum sanctum Dei esse, & Jesum vocari, & in perditionem eorum venisse.* b) supr. ad §. 55. lit. (f) p. 442. allatum. c) Vid. Eph. VI. 12. d) de quibus Joh. V. v. 18. e) Matth. XXVI, 63. 65. f) Vid. peculiarem Differt. inscriptam *Filia vocis nefanda divinæ æmula*, in epist. ad *Fr. Ludov. Münster. R. A.* f. 3. sqq. g) Matth. IV, 10. h) Matth. VIII, 28. sqq. c. IX. v. 32. sqq. c. XII, 22. c. XV, 22. 28. c. XVII, 15. 18. Marc. I, 23. sqq. v. 34. 39. c. V, 2. sqq. c. VI, 13. c. VII, 26. 29. 30. c. XVI. 9. Luc. IV. 33. sqq. v. 41. c. VIII, 2. 27. sqq. c. IX, 39. sqq. c. X, 17. c. XI, 14. c. XIII.

monis poteſtate eos redimeret, ſervi formam aſſumſerat i) debellando, ad coercendam Salvatoris auctoritatem, quotidie majora capientem incrementa, arma veluti ſocia cum ipſis conjungeret; &, deſiderantibus illis ſubinde *vocem* aliquam, *Dei ſimiam, in aëre excitaret;* qua homines de plebe, vocem illam de Chriſto vere divinam, hactenus ceu magni aliquid venerantes, a reverentia illa paulatim averterentur. Obſervaturi, *rem* fore *quotidie* ferme *fieri ſolitam* k): atque adeo non nimium illi eſſe tribuendum. Quod ita res geſta fuerit, indicat non tantum *perverſa Cacodæmonis natura:* qui ceu *ſimia Dei,* ad auctoritatem actionibus divinis demendam, nullo non tempore ſimile quid perpetrare, auſus fuit: prout exempla Præſtigiatorum, Moſi in Ægypto olim reſiſtentium, abunde probant; collata cum frequentiſſimis ſagarum narrationibus, copioſam pediculorum productionem, tunc iſtis negatam, Diabolo deferentibus: non alio fine, quam ut rem ibi narratam arguat mendacii. Sed & peſſima *Judæorum κακοζηλία* non minus nota eſt: qua vel Acheronta movere non dubitabant, modo Chriſti impedirent conſilia, ad ſalutem eos revocantis. Gloriantur quidem, hanc *filiam vocis ſemper* in templo ſecundo *viguiſſe* l): ex quo Prophetiæ donum, cum Malachia, inter ipſos ceſſarit. Sed memoratu dignum eſt, quod ab ætate Eſræ, cujus ævo Templum ſecundum reſuſcitabatur, ad hanc de Salvatore noſtro hiſtoriam, ne unicum hujus exemplum, omni exceptione majus, afferri poſſit; quo Deus de cœlo cum illis locutus fuerit. Quæ a Talmudiſtis adducuntur, tempore Semi, Judæ, Moſis, Samuelis, ac Regum eveniſſe m); nugas continent, ac fabulas aniles, a nemine Θεοπνεύστων Antiquorum commemorata. Ante Chriſti baptiſmum, omnes *eam* ignorarunt: poſt illum demum introducta fuit fictitia ejus commemoratio. Nec minus annotatione dignum, quod non tam ad gentis univerſæ ſalutem, ex liberrimo Dei conſilio, quam *ad deſideria* quorundam *Doctorum,* faſtum ſuum ac arrogantiam ſu-

v. 32. i) 1. Joh. III, 8. Ebr. II, 14. 15. k) vid. Epiſt. cit. non adeo procul a fine. l) cod. *Sanhedr.* f. 11. a. l. 24. ſqq. *Sota* f. 48. b. l. 13. ſqq. *Joma* f. 9. b. l. 11. ſqq. *Rabboth.* ad Cant. VIII, 10. f. 38. c. 3. l. 11. ſqq. Unde quædam adducta habentur Diſp. cit. ad lit. (q) §. 22. p. 30. Autor *Coſri,* Part. III. c. 73. med. p. 253. verſ. lat. Buxt. iuxta communem reliquorum ſententiam, ait: בת קול לא נפסקה מהם בבית. שני i. e. *FILIA VOCIS non ceſſavit ab ipſis in Templo ſecundo.* m) cod. *Maccoth* f. 23. b. l. 24. ſqq. אמר ר״א בג׳ מקומות הרמתי הופיע רוח הקודש בבית דינו של שם ובבית דינו של שמואל

ובבית דינו של שלומה/ בבות דינו של שם דכתיב
ויכר יהודה ויאמר צדקה ממני/ מנא ידע דילמא כי היכי
דאזל איהו לגבה אזל נמי איניש אחרינא יצאתה בת
קול ואמ׳ ממני יצאו כבושים/ בבית דינו של שמואל
דכתיב הנני ענו בי. נגד יהוה ונגד משיחו את שור מי
לקחתי ויאמרו לא עשקתנו ולא רצותנו ויאמר עד יהוה
ועד משיחו כי לא מצאתם בי מאומה ויאמר עד/ ויאמר
ויאמרו מיבעי ליה יצאת בת קול ואמרה אני עד בדבר
זה/ בבית דינו של שלמה דכתיב ויען המלך ויאמר תנו
לה את הילד החי והמת אל תמיתוהו כי היא אמו/ מנא
ידע דילמא איערומא מיערמא יצאת בת קול ואמרה הוא
אמו/ אמר רבא ממא דילמא יהודה כיון דחשיב ירחי
ויומי ואיתרמי דחזינן מחזקינן דלא חזינן לא מחזקינן/
שמואל נמי כולהו ישראל קרי להו בלשון יחיד דכתיב
ישראל נושע ביהוה שלמה נמי מדהוא קא מרחמתא
והא והא לא קא מרחמתא אלא גמרא/ i. e. *R. Eliefer docuit, in tribus locis illuxit* (illuminando in re dubia Judices) *Spiritus S.: in Senatu Semi, & in Senatu Samuelis, Rameensis, & in Concilio Salomonis. In senatu Semi, secundum id, quod scriptum* extat Gen. XXXVIII, 26. *& agnonit Juda, ac dixit, justa est: a me* est. *Undenam cognovit? Forte eodem modo, quo ipse ad eam declinarat, etiam secesserat vir alius? Prodibat FILIA VOCIS, dicens: A ME provenerunt subactiones.* (Quæ verba Glossa h. l. transfert: דברים נעלמים הללו מאתי יצאו
שלפי שיהודה היה מלך והיא זכתה לצאת ממנה מלכים
מתוך שהיתה צנועה בבית חמיה יצאתה גזירה זו מלפני
שיצא זרע משניהם/ כך קיבל רבי מעיקרא לישנא
אחרינא מאיתי היתה שיצאו ממנה שני בנים הללו
לכבש העולם שהרי עתיד דוד ומשיח לצאת ממנה/
i. e. *res istæ OCCULTÆ a me provenerunt. Quoniam enim Juda Rex est, & ipsa* (Thamar, Semi filia) *digna, e qua provenirent Reges; eo quod pudice admodum vixerat in ædibus soceri sui: a me emanavit decretum hoc ut semen a duobus istis perveniret. Ita ex traditione docuit Rabbi principaliter.* Est tamen & *alius explicandi modus:* scil. *a me evenit, ut ab ea prodirent duo isti filii ad SVBIVGANDVM* (quæ altera est verbi כבש, unde כבושים non in Participio Paul legendum; sed כִּיבּוּשִׁים *subactiones,*) *HVNC MVNDVM. Quum David ac Messias prodituri sint ex ea. In Senatu Samuelis; quia scriptum est* 1. Sam. XII, 3. *en præsto sum! respondete contra me, coram Domino, & coram Uncto ejus; cujus surripui bovem? Et responderunt, non oppressisti nos, nec contrivisti nos. Tunc dixit,*

ſuper alios, hac via ſtabilire conantium n), prodiiſſe putetur. Id quod res inter *R. Elieſarem Hircani* filium, ac *R. Joſuam* ſuosque ſocios geſta, evidenter ſatis indicat. Cujus cum adverſarii miraculum de ſiliqua, ipſo jubente, ad centum usque cubitos translocata, item de aquarum decurſibus in transverſum fluentibus, nec non parietibus Auditorii ruinam minantibus, & non in ſtatum priſtinum redeuntibus, contemnerent; iſte Elieſer non revere-

*dixit, teſtis* ſit *Dominus, & teſtis ejus Unctus; quod non inveneritis quicquam contra me. Et dixit, teſtis, Et DIXIT! & DIXERVNT debebat dici.* Imo vero, *FILIA VOCIS prodiit, ac dixit: ego ſum teſtis in cauſa hac. In concilio Salomonis; quia ſcriptum eſt* 1. Reg. III, 17. *& reſpondit Rex, ac dixit: date huic puerum hunc viventem, & interficiendo nequaquam interficite eum; quia hæc ejus mater eſt. Unde cognovit? forte nimia* illa *uſa eſt aſtutia? FILIA VOCIS prodibat, dicens, hæc eſt ejus mater. Raba* (cui hæ rationes parum videbantur ſufficientes, rejecturus VOCIS FILIAM) *dicebat: Undenam? forte Juda, cum ſupputaſſet, menſes ac dies, tunc conjiciebat*, (a ſe illam eveniſſe impregnationem: ut pronomen primæ perſonæ ad Judam referretur, non ad filiam vocis), q. d. *a me eſt impregnata. Quid vidimus, confirmamus; quod* ipſi *non vidimus, ne confirmare* ſuſtineamus. *Penes Samuelem etiam* absque filia vocis, ſingularis *& dixit* 1. Sam. XII, 5. conciliari poterit: *eum omnes in univerſum Iſraelitas ſcriptura in ſingulari efferat, apud Jeſaiam* c. XLV, 17. *Iſrael ſervatur per Dominum. Salomo quoque* (absque filia vocis, ita judicare potuit), *ex eo, quod hæc miſericordia commota fuit; altera autem nulla tacta fuit commiſeratione, ſed* ſententiam *voluit conſummandam.* Conf. cod. Sota f. 10. b. l. 33. ſqq. *Jalkut* ad Gen. fol. 44. c. c. 2. l. 2. ſqq. *Medraſch Koheleth* f. 111. c. 4. circa fin. f. 112. c. 1. *R. Sam. Elieſer* in Cothnoth Or, ad *Maccoth* l. c. f. 146. c. 3. l. 12. ſqq. *& Raſchi* ad Gen. XXXVIII, 26. idem de reliquis ſentiendum; quorum nonnulla adducuntur Diſp. de *filia vocis*, *neſanda divinæ æmulæ*, §. 34. p. 35. usque ad 42. ac in epiſtola ad Dn. Reſp. Avt. Fabulæ ſunt, ex Judæorum male ſano ortæ cerebro. n) De *Hillelianis* & *Sammaanis* tradunt in cod. *Erubhin* f. 13. b. l. 25. ſqq. quod per tres integros annos inter ſe litigarint; qualibet ſecta contendente, juxta ſuos ferendam eſſe ſententiam deciſivam, quam הלכה dicunt. Donec *FILIA VOCIS* audita fuerit, proclamans, utriusque quidem partis verba Dei viventis; *deciſum* tamen *ferendum* eſſe *juxta Hillelianos.* Verba ipſa adducta ſunt Diſp. modo citata, §. 26. p. 45.; conf. *Berach*, f. 51. b. circa fin. *Peſachim*

verebatur ipsos contestari cœlos, ut pro se ferant testimonium. Ad cujus conjurationem ilico *filia vocis* prodiisse dicitur, quæ pronunciarit, omnino secundum R. Eliesarem, decisivam ferendam esse sententiam o). Quod cerebrum ea ætate cum dæmonibus habuerint commercium; abunde Evangelistarum comprobat historia p), ipsis Talmudistarum Pandectis non refragantibus q): qui hunc ipsum R. Eliesarem celebratissimis annumerant Præstigiatoribus r). Imo non desunt, qui id pro supremo Sapientiæ laudabilis gradu venditant; si quis dæmones sibi habeat ad nutum obsequentes s). Et si vel maxime eventus non semper ipsorum imprecationibus responderint; *fingebant* tamen *frequentissime Vocem* aliquam *sibi* fuisse *auditam* t). Hac sola fine, ut plebi fucum facerent; & hoc modo genuinæ Patris voci, ad Christi baptismum revera auditæ, suam adimant auctoritatem.

§. 58. Haud secus ac circa Christi miracula, divinam Ejus missionem testatura, se gesserunt. Videntes enim, quod istorum Veritas, exemplis un-

 dique

f. 114. a. l. 11. sqq. Pro honore *R. Canina* e cod. *Taanith* f. 24. b. l. 41. sqq. & *R. Perida*, e cod. *Erubb.* f. 54. b. l. 35. sqq. egressam *FILIAM VOCIS*, l. c. invenies §. 30. p. 56. 57. o) *Bava mezia* f. 59. b. l. 3. sqq. cujus verba partim adducta sunt l. c. §. 32. p. 64. 65. Quibus in loco Talmudis l. 20. sqq. plura annectuntur, quæ obstinatam gentis arrogantiam, & fastum ejus intolerabilem, omnium exponunt admirationi pariter ac contemtui. Quæ brevitatis amore, Bibliopola prelum, ob nundinas instantes, urgente, cum necessariis aliis omittimus. p) Vid. Act. VIII. v. 9. sqq. c. XIII, 6. sqq. c. XIX, 19. sqq. q) Cod. *Sanhedr.* f. 17. a. circa fin. *Menach.* f. 65. a. l. 45. r) Vid. Cod. *Sanhedr.* f. 68. a. med. & perpende in cod. *Bava mezia* f. 59. b. l. 3. sqq. de eo tradita, & quæ in *Juchasin* f. 32. a. l. 29. sqq. in hanc rem sunt congesta s) Plenus de eo est liber *Rasiel*, quem gens superstitiosa Adamo protoplastæ nefarie tribuit: nec non ס׳ שימוש תהלים, usum Psalmorum magicum inculcans. Ipse *R. Simeon b. Jochai*) qui Judæorum habebatur pientissimus), & *R. Elieser fil. R. Jose*, obsequentem sibi habuisse dæmonem *Ben Tallamjon*, narrantur in cod. *Meila* f. 17. b. l. 5. sqq. l. 18. sqq. coll. annotatione in *En Jacob* ad l. c. f. 191. c. 3. Edit. Amst. & f. 189. a. Edit. Venet. A. C. 1625. Alii alios. Vid. cod. *Aboda-sara* f. 12. b. l. 13. sqq. *Pesachim* f. 112. a. l. 7. sqq. t) Usum ejus *quotidianum* vid. cod. *Berach.* f. 3. a. l. 28. 30. sqq. l. 37. sqq. f. 17. b. l. 12. sqq. *Taanith* f. 24. b. l. antep. *Chullin* f. 86. a. l. 17. sqq. *Moed Katon* f. 14. b. l. 24. sqq. *Sota* fol. 2. a. l. 23. sqq. *Sanhedr.* f. 22. a. lin. 41. sqq. *Beresch. rabb.* Sect. LXXIX. f. 88. c. 3. l. ult. & col. sqq. *Medrasch Esther* ad cap. I, 9. f. 122. c. 1. l. pen.

dique intuentium oculos in assensum rapientibus, in dubium vocari nequeat; convicti etiam de istorum divinitate, &, quod neutiquam per *collusionem cum dæmonio* quodam, ob perpetuam cum isto *collisionem*, perpetrasset eadem: eo usque progressi sunt audaciæ, ut, contra disertam Scripturæ literam u), negare ausi sint, ullum hæc Prophetæ afferre posse testimonium quo quis ad verba ejus recipienda obligari queat x). Ne vero quis opinetur, me istam a miraculis instantiam, invitis Judæis, etiam ad *filiam vocis* trahere; & quod nunquam intenderint, suam *voci cælitus delapsæ* negare virtutem, quam semper sartam tectam servari velint. Consideret quæso! propria ipsorum verba, non tantum apud Scriptores sequioris ævi, sed in ipso Talmude obvia y): & inveniet, quod, quoties res per *vocis filiam* pronunciata non ad palatum ipsorum fuerit, *aperte profiteantur*, *neminem obligari ad obsequium ei præstandum.* Hanc quippe sententiam, cujus originem R. Josua sibi vindicat z), *non attendendum esse ad filiam vocis;* vel, quod eodem recidit, *nullam filiæ vocis rationem esse habendam*, ubivis inculcatam deprehendimus, v. g. in Cod. *Berachoth* a), *Erubin* b), *Pesachim* c), *Bava mezia* d), *Jevammoth* e), atque *Chüllin* f). Et, quamvis ad istum modo casum

u) Exod. IV, 1. sqq. Deut. XVIII, 21. sqq. Jes. XXXV, 4. sqq. *R. Joseph. Albo* in *JKKarim* lib. I. c. 18. f. 25. a. l. 31. sqq. lib. III. c. 25. f. 90. b. l. 2. sqq. *Maimon*, Hilc. *Jesode Tora* c. VII. §. 7. conf. supr. tradita ad §. 6. p. 312. sqq. *ABARB.* Comment. ad Jes. XI. inter characteres Messiæ nro VI. collocat *facultatem perpetrandi miracula* f. 27. c. 4. l. 15. sqq. x) *Maim.* l. c. & cap. VIII. §. 1. sqq. inprimis Hilc. *Melachim* c. XI. §. 3. sqq. *R. Joseph Albo* l. c. l. I. c. 18. f. 15. a. l. 1. sqq. y) locis mox citandis ad lit. (a) & sqq. z) cod. *Berach.* f. 52. a. l. *Pesachim* f. 114. a. l. 21. *Bava mezia* f. 59. b. l. 16. sqq. a) f. 52. a. in *Tosaphoth*, verbis אין משגיחין בבת קול b) f. 6. b. ad l. ult. ubi verba τῶν *Tosaphoth* אין להשגיח כלל בשום בת קול c) l. c. ad (z), ubi hæc in *Tosaphoth* leguntur: מדקאמר אין משגיחין בבת קול משום דלא מן השמים היא משמע דבכל דוכתא לית לן למיזל בתר בת קול: d) l. c. ad (z), ubi *Tosaphoth* notant, si quis forte dixerit, sententiam R. *Josuæ*, qua autoritatem *filiæ vocis* derogat, non valere, nisi in illa sola cum R. *Eliesare* historia gesta; ubi opposuerit se suffragiis plurium: observare debeat, quod accurate concluserit, מדקאמר לא בשמים היא כבר נתנה לנו תורה מסיני משמע דבשום מקום אין משגיחין: e) f. 14. a. l. 11. sqq. ubi *Tosaphoth* scribunt: ישנו לומר מדנקט ר׳ יהושע האי לישנא ואמר לא בשמים היא שמע מניה דבכל דוכתא אית לית דאין משגיחין: f) f. 44. a. l. 7. ad quam *Tosophoth* tradunt: כיון

ſum quidam ejus verba voluerint reſtringere, ubi ejus pronunciatum ſententiæ *plurium ſuffragio* confirmatæ *adverſetur* g), ad quam obſervandam, vi legis Exod. XXIII. v. 2. obligati ſint: ingenue tamen autor *Toſaphoth* ad aliquot ll. cc. fatetur; *dicendum eſſe, quod, quia* Deut. XXX. 12. *ſcribitur, non eſt in cœlis, ſenſus ejus ſit, in NVLLO LOCO attendendum eſſe ad filiam vocis.* Quæ ad Cod. *Chüllin* l. c. addita ſunt h). Ad *Erubin* vero i), *dicendum eſt,* inquit, *quod verba illa* Deuter. XXX. 12. *poſtulent, PRORSVS NON attendendum eſſe ad VLLAM filiam vocis.* Et omnium clariſſime ad *Cod. Peſachim* k), *dicendum eſt, quoniam infert, non attendunt ad FILIAM VOCIS, propterea quod* verba Deut. XXX. 12. *NON DE COELIS EST, innuant, in NVLLO PRORSVS loco eundum nobis eſſe in ſententiam FILIÆ VOCIS.* Hanc enim formulam, R. Samuele fil. R. Judæ Aben Tibbon judice l), non adhibent, niſi ubi *ſummum rei contemptum, quam nil quicquam* æſtimant, indicare voluerint.

§. 59. De quo minus dubitabit, qviſquis mente recolit, quod Eliam quandoque autorem (ſecundarium ſcil.), ſeu mediatorem faciant FILIÆ VOCIS a Deo provenientis m): *cui,* quoties aliquid a ſola penes ipſos recepta con-



---

דקאמר ר׳ יהושע לא בשמים היא משמע דאית ליה דבשום דוכתא אין משגיחין בבת קול: g) Hoc urgere videntur *Toſaphoth* ad *Peſach. Jevamm.* & *Chüllin;* & diſerte reſpondent, exceptionem hanc nullam eſſe; quia per locum Biblicum e Deut. XXX, 12. aperte docuerit, *nullibi locorum ad eam attendendum eſſe.* h) Verba ebræa vid. ad (f). i) Verba vid. ad (b). k) Vid. ad lit. c) l) In Explicatione vocum difficiliorum in *Maimonidis* More Nebuchim occurrentium, Operi præmiſſa, in Edit. *Sabionet.* quæ A. C. 1553. prodiit ſub *Veſpaſiano Gonzaga.* ad lit. ש, verbis: כשירצו רז״ל לגלות דעתם על דבר פחות בעיניהם ולא יחשבוהו למאומה אומרים לא משגחינן ביה לא אשגח ביה אין משגיחין בבת קול. i. e. *Quando Doctores noſtri p. m. mentem ſuam circa rem nimis vilem ipſis viſam, quam nullius prorſus pretii æſtimant, declarare volunt; dicunt, non attendimus ad eam, non reſpicit eam, v. g. non reſpiciunt ad FILIAM VOCIS,* i. e. nihil eam æſtimant. Conf. *Raſchi* ad cod. *Chagiga* f. 22. b. l. 9. ubi verba כלום משגיח לך *numquid reſpiciet te?* explicat, לא ישמע לך *non audiet te.* In eo ſenſu, quem exprimit infr. §. 64. m) Vid. *Berach.* f. 3. a. l. 29. ſqq. *Schabbath* c. II. f. 33. b. l. 29. ſqq.

consuetudine docuerit, *assensum minime præbendum* esse, rotunde statuunt n) Quamvis alias in quolibet casu ipsis inexplicabili solutionem Ejus canonicam anxie expectent, & devotis subinde expetant precibus o). Si enim vocis internuncio, in visibili quadam forma apparenti assensum denegare ausint; quid ni negarent incertæ ab ipso formatæ voci? sicubi rem minus gratam illis denunciarit. Ad hæc extrema autem, suisque alioquin adversa hypothesibus, nunquam applicuissent animum; nisi satis nota ipsis fuisset *Vox* illa de Christo *cœlitus delapsa*, a tot suorum testibus audita, ut negari amplius non potuerit. Cujus adeo virtutem saltem ac efficaciam, novo hoc paradoxo conati sunt ex animis credentium eripere: quorum propriis partim sensibus diutius se opponere non valuerant.

§. 60. Recte itaque XIV. tota *primitivæ Ecclesiæ* antiquitas unanimi docuit *consensu*, non solum Christum, aut hunc cum solo Baptista, *cœlos* tunc *apertos* & *Spiritum S.* in forma columbæ visibili, per aperturam illam *descendentem*, ac in Christo manentem *vidisse;* sed *omnem* in universum *turbam*, in utraque fluminis *ripa dispersam*, itidem *suis conspexisse oculis: suisque* item distincte *audivisse auribus, quicquid cum Christo Pater*, *voce cœlitus delapsa, locutus fuerit*, & mox de Eo promulgarit aliis. Eodem prorsus modo, si sola exceperis terribilia, vi pacti omittenda; quo olim ipsorum Majores ad montem Sinai Deum cum Mose loquentem, & mox promulgantem Decalogum audiverant, reliquaque viderant spectacula. Singulorum

& conf. omnino supr. §. 28. p. 367. sqq. n) Vid. Cod. *Jevammoth* f. 102. a. l. 7. sqq. *Menachoth* f. 32. a. l. 9. 10. coll. Glossa. *Bava bathra* f. 115. b. in Glossa ad lineam textus 3 o) Specimen ejus vid. cod. *Bava mezia* cap. I. θ. ult. cap. II. θ. 8. cap. III. θ. 4. 5. ad quam conf. *Maim.* & *Bartenur. Ediijoth* cap. VIII. θ. 7. *Kidduschin* fol. 71. a. lin. 22. sqq. *Menach.* f. 45. a. lin. 20. sqq. *R. Dav Kimchi* ad Ezech. XLII, 5. *Maimon.* Hilc. Gesela c. XIII. §. 10. Ad quod etiam, ad mentem plurimorum, collineat frequentissimum, illud תיקו, in omni Gemara ubivis obvium: quod ordinarie legunt תשבי יתרץ קשיות ובעיות; quamvis Elias Levita *vanam dicat* hanc *explicationem*. Frequens ejus *apparitio*, cujus passim in Talmude fit mentio, ac ab ipso *Aben Esra*, homine alioquin minime credulo, approbata ad Mal. IV, 23. ubivis ferme aliquam continet informationem. Vid. *Berach.* f. 3. a. l. 30. f. 6. b. l. 18. Chagiga f. 15. b. l. 30. *Bava mezia* f. 59. b. l. 37. f. 84. a. l. 1. sqq. f. 114. a. l. 21. Schabb. f. 33. b. l. 29. *Sanhedr.* f. 98. a. l. 28. sqq. Avoda sara f. 17. b. cc. fin f. 18. b. l. 10. Et in cod. *Sanhedr.* f. 113. a. l. ult. & b. coll. Glossa, dicitur apparuisse in Schola R. Jose Zipporensis quotidie.

rum verba, in hac Orationis serie, adducere, nimis foret prolixum. CHRYSOSTOMI supra p) jam adducta, in compendium, ut solet, reredegit THEOPHYLACTVS, *viderunt autem*, inquiens q), *OMNES, spiritum super Jesum venientem. Ne aliter existimarent forsan, vocem illam, HIC EST FILIUS MEUS DILECTVS, de Johanne fuisse prolatam: sed, viso spiritu, de Christo hoc dictum fuisse, crederent. AVGVSTINI* quædam supra r), jam dedimus: quibus cum consentit etiam HIERONYMVS s), & ipse, pro contraria sententia quibusdam t) adductus, HILARIVS u). Ante quos omnes eandem asserit sententiam GREGORIVS x), *Thaumaturgus* cognominatus. Quos recentiores ABVLENSIS y), SALMERON z), JANSENIVS a), BARRA-



p) §. 22. p. 346. sqq. §. 38. p. 404. sqq. q.) ad Matth. III, 16. p. 21. εἶδον δὲ τὸ πνεῦμα ΠΑΝΤΕΣ ἐρχόμενον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, ὅπως ἂν μὴ νομίσωσιν, ὅτι ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, διὰ τὸν ἰωάννην ἐγένετο. ἀλλὰ ἰδόντες τὸ πνεῦμα, πιστεύωσιν, ὅτι ἡ φωνὴ αὕτη διὰ τὸν Ἰησοῦν ἐστίν. r) §. 22. p. 346. Quibus adde de *Consensu Evangelistarum* lib. II. c. 14. Oper tom. IV. p. 294. ubi, AVDIEBANT, inquit, QVI ADERANT: *propter quos etiam ipsa vox facta est.* s) Verbis ultimis ad Matth. III. *sedit columba super caput Jesu; ne quis putaret, vocem Patris ad Johannem factam, non ad Dominum.* t) Vid. supr. § 13. p. 316. u) *in Matth.* Cant. circa fin. p. m. 253. *filius Dei auditu conspectuque monstratur, PLERIsque infidæ & Prophetis inobedienti, testimonium de Domino suo mittitur & CONTEMPLATIONIS, & VOCIS.* x) De *Theophania*, s. Christi Baptismo, p. 36. B. sqq. Verba ejus vid. supr. §. 22. p. 347. sqq. y) Quæstion. XCIII. in Matth. p. 357. z) Comment. in Evang. Hist. tom. IV. Part. I. tr. VII. p. 74. cujus verba: *neque dubium est, hanc vocem ab OMNIBVS, qui starent circum, exauditam fuisse. Namque ad adstantes directus fuit sermo, hic est filius meus dilectus. Neque ullum esset testimonium, probans ipsum esse Filium Dei; nisi auditum fuisset a circumstantibus. Superfluum quoque fuisset, formare ejusmodi vocem; si solus Christus eam audisset: cum ipse se nosset Filium Dei.* ——— *Decebat eum audiri a multis, quemadmodum & vox in transfiguratione non solum a Christo; sed etiam a tribus discipulis audita est. Voces etiam, quæ cælitus ad se fiebant, non propter se tantum, sed & propter adstantes factas declarat* Joh. XII. v. 30. *Christus, non propter me, inquit, facta est hæc vox; sed propter vos.* Dein verbis Hieronymi ad lit (s) citatis, adjicit: *Si tamen adstantes non audivissent hanc vocem; non putarent factam nec ad Johannem, nec ad Dominum.* Non male. a) Commentario in Concordiam Evangelicam, cap. XIV. p. 119. a.

RADIVS b), MALDONATVS c), & Protestantium plerique, jure merito unanimi sequuntur consensu: in tanta copia, ut ob multitudinem non opus sit, nominentur. Quia omnes consentire putandi sunt, qui suis non eximuntur nominibus.

§. 61. Et profecto nihil tam firmum excogitari poterit, quod receptam hanc inverteret sententiam. SILENTIVM EVANGELISTARVM, qui nuspiam distincte testentur, *spectacula* illa omni *turbæ visa, vocemque ab omnibus auditam fuisse & intellectam,* quoad *visionem* quidem sic satis infriget explicatio supra d) inculcata; ipsi quoque *auditioni* viam pandens, juxta tradita ibidem e), inoffensam minimeque lubricam. Et, si vel maxime, explicatione ista repudiata, concedatur; excusaret tamen illud, Evangelistarum propositum: qui de Johanne & Christo præcipue, & ex industria, scribere proposuerant; non de turba promiscua. Eatenus cum *Maldonato* f) diceres: *Matthæus & Marcus*, quibus & Lucam addere licebit, *quia de Christo agebant; dixerunt, eum Spiritum descendentem vidisse: Johannes de Johanne agens, Johannem vidisse, dixit. Turbam quæ aderat, vidisse, nemo* (diserte) *dixit; quia de illa agebat nemo.* Quod si dubium contra hæc *Maldonati* verba moveat id, quod Joh. I. v. 7. & 31. legimus: quasi id sibi *propositu-*

b) Tomo II. Commentar. in Concord. & historiam IV. Evangelistarum, lib. I. c. 13. p. 47. b. ubi ad quæst. *An omnes, qui aderant, cælum apertum, columbamque inde devolare, & vertici Christi insidere conspexerint; admirabilemque illam vocem, HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS, perceperint?* enarratis diversorum sententiis, *respondemus*, ait, *hæc omnia ab illis, qui aderant, sensu esse percepta. Cælos CVNCTIS apertos, columbamque descendentem, & Christi capiti insidentem, conspexerunt: vocem CVNCTI non audiverunt solum, verum etiam intellexerunt. Nam propterea cæli patuere, columba devolavit, vox sonuit; ut testatum Judæis esset, cælo Deoque testante, qui nec falli nec fallere quemquam potest; Jesum esse Dei filium, & Messiam, orbisque doctorem, spiritu sancto plenum. Judæis ergo hæc nota fuerunt* &c. c) Comment. in Matth. III. col. 83. *Credendum est* inquit *OMNIBVS, qui adstabant, apertos fuisse: id est, ab OMNIBVS tanquam apertos visos fuisse. Cum propterea verosimile sit, apertos fuisse; ut omnes intelligerent, & spiritum sanctam, & vocem de cælo descendisse.* d) §. 9. p. 314 sqq. inprimis §. 34. 35. p. 397. sqq. & p. 399. sqq. e) §. 38. p. 404. sqq. f) ad Matth. III, 16. p. 82. b. 81. a.

*posuerit, ut turbæ Christus innotesceret:* qui & ipse ad spectaculum a se visum & auditum, subinde provocare videatur. Tunc ad explicationem superius datam confugies: &, quod nuspiam in ullo Evangelistarum turbæ aspectus denegaretur, aut vocis auditio; sed ita concipiantur verba, ut *vidisse* & *audivisse*, haud immerito sit censenda g). Christi vero provocatio non tam ad hanc trahenda est apparitionem, quam identitatem essentiæ utrique communis h): vi cujus cum Patre semper & ubique commoratur, eadem cum ipso ad extra operans i). Quam infirmum autem *a nudo silentio* ducatur argumentum, ibi præcipue, ubi *circumstantiæ loquntur*; alias quoque satis superque notum est.

§. 62. Quæ positiva in contrarium a diversis diversa adducuntur argumenta; solo numero eminent, non pondere. Ipsum etiam illud, quod a verbis Christi desumitur, *vocem Patris nunquam audivistis* k), ita exponi debet; ne vel sibi ipsi adversetur, perceptionem vocis eod. loco urgenti l); vel rebus in promulgatione Decalogi gestis, in qua *Dei vocem omnes audiverant* m). Id quod facile fieri poterit; quantumvis ad violentam *Abulensis* solutionem, quod *Angelus vocem* utrinque *formarit*, *non Deus*, minime descenderis. Quam profligatam vide superius n). Saniora quidem habet *Tertullianus* o), cui & ipsi scrupulum injecisse videntur verba modo adducta, quando recitatis præcedentibus annectit: *subjungens autem, neque vocem ejus audistis unquam, neque formam ejus vidistis; confirmat, retro non Patrem, sed filium fuisse, qui videbatur & audiebatur.* De quibus suo loco dispiciemus. Nunc eo confugere, opus non est: cum alii se offerant modi, tantis non obnoxii difficultatibus. Qui defendit, Scripturam primitus literis exaratam fuisse majusculis, sine ullis accentibus, aliisque notis distinguenti-

g) Vid. Joh. VIII. v. 14. 26. 38. 40. c. XII, 50. c. XX. 15. coll. c. III, 32. h) Joh. I, 18. c. VI, 46. c. X, 30. 38. c. XIV, 7. 9. 10. 11. 20. (coll. Exod. XXIII, 21.) c. VII, 16. 19. 29. c. XII, 44. c. XVI, 32. c. XVII, 21. i) Joh. V, 17. 19. k) Joh. V, 37. Vid. supr. §. 12. p. 316. §. 13. p. 316. l) Vid. supr. §. 44. p. 410. sqq. §. 45. p. 411. sqq. Quod & fieret, si cum *Theophylacto aliisque verba, & mittens me Pater ipse testatus est de me*, ad testimonium per Prophetas in V. T. de ipso perhibitum, pertrahantur: cum de hoc, paulo inferius v. 39. asseruerit, quod *Scripturas* recipiant, existimantes, vitam per eas obtineri æternam. m) Vid. supr. §. 19. p. 331. sqq. n) §. 28. p. 364. sqq. inprimis p. 365. sqq. o) adversus Praxean libro, cap. XV. sqq.

guentibus p): diceret, *pronunciatione admirationem indicante, ſenſui conſulendum eſſe*, ut in multis aliis q). Quo facto, talis prodiret ſenſus: *an nunquam nec vocem ejus audiviſtis? nec ſpeciem ejus vidiſtis? ſed ſermonem ejus non habetis manentem in vobis.* Q. d. imo vero audiviſtis omnino vocem ejus, & vidiſtis ejus ſpeciem: verum cito excidit vobis, non diu *manet*, nec durat in vobis. Alii, (quibus religio eſt, quicquam in recepta hactenus lectione mutare, quamvis ad eſſentiam Scripturæ non pertineat,) dicerent, *Chriſtum eos alloqui* Judæorum, *qui apparationi* iſti *ad Jordanem non interfuerint*: atque adeo revera nec ſpectacula ibi exhibita videre, nec vocem cœlitus delapſam audire potuerint. Erant enim Synedrii aſſeſſores r), quorum honori adverſari putabatur, ad Johannem abire in deſertum, ejusque nova auſcultare dogmata: quaſi ipſimet non ſatis certi in ſuis fuiſſent hypotheſibus. Qui tamen alibi s) gloriabantur, *an quiſpiam Principum aut Phariſæorum in eum credidit? ſed turba hæc promiſcua, quæ non novit legem, execrabiles ſunt.* Quales ſoli Johannem videntur ſecuti; baptiſma ejus recipientes, & deinceps viſis Dei ſpectaculis, vocem ejus cœlitus delapſam audientes. Cum quo tamen, (ſi vel maxime non attenderim ad id, quod ad eosdem, ut ad Johannem, Chriſtus non provocarit; forte quod teſtimonium mere humanum non recipiat t), id inprimis pugnare deprehenditur, quod proxime de *ſermone in ipſis non MANENTE* u) ſequitur, & ſatis *auditum*, neceſſario præſupponit. Cum nil *manere* poſſit, niſi ante adfuerit.

§. 63. Fortaſſis tota rei difficultas per enodationem ambiguitatis Verborum *audire*, atque *videre* ſolvetur feliciter. Proprie ea de ſenſibus corporis externis *aurium oculorumque* ſumuntur, in ſignificatione modo indicata: metaphorice vero ad *intellectum* transferuntur: ubi illud initio idem ac *intelligere* x) denotat; hoc idem ac *conſiderare* y), *animadvertere, expendere, examinare:* & quæ deinceps amplius hinc *conſequntur*, per metonymiam antecedentis pro conſequente. Ebræorum שמע, cui apud LXX. Intt. autoresque N. T. ἀκούειν, latinorumque *audire* reſpondet, ſuos jam olim In-

p) Quæ recepta eſt modernorum ſententia, evidentiſſimis innixa rationibus. q) Vid. Interpr. Ebræo-Chald. §. antep. 179. r) Vid. ſupr. §. 44. p. 410. s) Joh. VII, 32. 45. 48. 49. t) Joh. V, 34. u) Joh. V, 38. τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε MENONTA ἐν ὑμῖν. x) Vid. Gen. XI, 7. c. XLII, 23. 2. Reg. XVIII, 26. Jeſ. XXXVI, 11. &c. y) Gen. I, 4. 10. 18, 21. 25. 31. c. XLII, 1. Eccl. I, 16. Jer. II, 31. conf. B. *Glaſſ.* Rhet. Sacr. tr. I. c. XII. p. 1302. (A. 557.) & 1404. (A. 360.) *Maim. More Nebuch.* P. I. c. 4. & 45.

Inquisitores obtinuit in *Maimonide* z), *Aben Esra* a), ac *Dav. Kimchio* b): quorum & Scripturæ ductum secutus, pridem scriptum reliqui, שמע *cum Accusativo constructum, nudam SONI PERCEPTIONEM denotat; cum* אל, *perceptionem soni cum ATTENTIONE; cum* קול *cui* ל *vel* ב *præfixum fuerit, præter perceptionem soni, & attentionem, etiam ASSENSUM infert & OBSEQUIUM* c). ראה *vidit*, ad Verba impraegnata, quibusdam dicta, trahi potest d): quæ *præter consuetam significationem, aliquam ejus qualitatem, adjunctum, aut conditionem simul involvit, APPROBATIONEM* scilicet *rei visæ.* Quum haud raro significationem ex nomine בְּאִיָּה hinc derivato mutuet e) & idem ac *rationem habere* alicujus, denotet f). Quæ si hic applicueris, constructione licet nonnihil variata; omnem in momento nodum feliciter solveris: sive Ebraismum cum quibusdam admiseris g); sive autores idiomate

 pure

z) in *More Nebuchim* Part. I. c. 45. f. 27. b. Edit. Sabion a) Comment. ad Exod. III, 18. c. XV, 26. coll. *R. Sal. Zirza* in *Mekor Chajim* ad Gen. XVI, 2. f. 13. c. 3. non procul a fine. b) lib. *Radicum*, in שמע f. 235. col. 538. l. 44. Edit. Ven. *Bomberg.* sed *Justin.* col. 518. circa fin. c) *Interpr.* §. 86. I. (Edit. II. §. 123.) d) Vid. Interpr. §. 73. (Edit. II, 102.) & §. ult. e) Hoc sensu videtur sumendum, Gen. XX, 10. מה ראית *quid vidisti? h. e. quam rationem habuisti?* Ita in Cod. *Edüjoth* c. VI. θ. 3. aliquoties: nec minus *Raschi* ad Exod III, 10. c. XXXV. v. 27. Lev. II, 1. Esth. IX, 26. itidem sæpius. In *Shebuoth* c. VI. θ. 3. Gem. cod. *Pesachim* f. 71. a. l. 7. *Maim.* Hilc. טוען c. II. §. 1. 8. *Jom. tobh.* ad *Cethub.* c. *V.* θ. 1. אין נראין דבריו *verba ejus destituuntur ratione solida.* f) Unde & sæpius per *curare* redditur, *providam rei curam habere;* & השגחה idem ac *providentia, solicita rei cura.* Cujus notationis fundamentum accurate reddidit *R. Samuel* fil. *R. Judæ Aben Tibbon* l. c. supr. ad §. 58. 451. שהאדם כשירצה לשמור הדבר ישים עינו עליו תמיד וישגיח ויציץ בה i. e. *quod, quicquid homo studiose custodire satagit, ad id oculos conjiciat continuo, respiciat ad id, & intueatur* assidue. Amantium more, adamatum quacunque occasione aspicientium. Vid. Cant. II, 9. Jes. XIV, 16. Ps. XXXIII, 14. Nebucadnezar Principi Satellitum Nebusaradani solicitam conservandi Jeremiæ curam commissurus, his utitur verbis, Jer. XXXIX, 12. *sume eum, & oculos tuos apponas eidem, nec quicquam mali eidem fieri sinas.* g) E quorum numero est *Joh. Vorstius,* Philolog. sacr. qui h. l. conf. Part. II. pag. 246. sqq.

putæ græco aut latino usos, simpliciter sequaris h). Nemo quippe non novit, apud quoscunque etiam Autores ἀκȣ́ειν sæpe idem, esse, ac ὑπακȣ́ειν vel ἐπακȣ́ειν, *auscultare, dicto audientem esse, obedire, obtemperare, parere, obsequi:* cujus contrarium παρακȣ́ειν, non modo *negligenter* & *oscitanter audire*, überhören: sed prorsus *perperam audire, non obtemperare, refractarium esse.* Quem valorem ipsa Scriptura inculcat Matth. XVIII. v. 15. 16. 17. dum παρακȣ́ειν non tantum τῷ ἀκȣ́ειν opponit; sed in eodem adhibet sensu, cum μὴ ἀκȣ́ειε. In Scriptoribus gentilium græcis pariter atque latinis passim prostant exempla. Græcorum plurima ex Demosthene, Aristide, Plutarcho, Sophocle, aliisque collegit *Henr. Stephanus* i): a quo nonnulla mutuavit *Joh. Vorstius* k). Qui, ut eundem inter latinos usum probet, provocat ad illud Ciceronis l); *tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera.* Item m) *si vos audire vellemus.* Alibi n) idem dicit, *si me Cæsar audisset*: item o) *credo, sed tum audirem, si tibi soli viveres.* Verbo *AVSCVLTANDI* sensum *obediendi* concedunt omnes. *Hi auscultare dicuntur*, verba sunt *Varronis* p), latinorum Antistitis, *qui auditis parent. A quo dictum Poëtæ* q), *audio, haud ausculto.* Cui suffragatur Cœcilius apud Nonium r): *audire ignoti quod imperant, soleo; non auscultare.* Nec non Pacuvius apud Ciceronem s): *magis audiendum, quam auscultandum censeo.* Hic ipse tamen Varro l. c. *ab AVDIENDO* inquit, *auscultare declinamus.* Et quis dubitare potest, ex eodem componi obsoletum illud *OBAVDIO*: cujus frequens usus fuit in antiqua Bibliorum versione vulgata, quam Italicam appellare consueverunt. *Augustinus* t) adducit exinde Jud. II. 20. & *non obaudierunt vocis meæ*, cum hac observatione: *græca magis locutio est.* Ob Genitivum scil., quo cum construitur, ad imitationem LXX. Intt. qui l. c. καὶ ȣ̓χ ὑπήκȣσαν τῆς φωνῆς μȣ transtulerunt, pro Ebræis לקולי ולא שמעו.

Cum

*h*) cujusmodi *Seb. Pfochen.* de lingv. gr. Nov. Test. *Puritate*, h. l. §. 49. 9. p. 19. sqq. i) Thesauro Gr. lingv. Tom. I. col. 285. k) l. c. p. 247. l) ad Curionem. m) de Nat. Deor. lib. I. n) o) pro Marcello. p) lib. V. de lingua lat. c. 8. q) apud eund. Varron. Quo sensu etiam *M. Cato* Orat. *Si se Curtius* &c. *Auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur; verum ei se nemo committit, si æger est*; ap. *A. Gellium* Noct. Att. lib. I. c. 15. p. 70. in Edit Oiselii, Gronovii vero p. 87. r) Plures exinde hæc citant, *Gronov.* ad l. c. *Cellarius* &c. s) Festus de *Verborum Significat.* lib. XIII. p. 294. Edit Amst. 1700. *Obedire, obaudire*, istius originem h. m. indicaturus. t) *Locutionis* lib. VII, tom. III. Oper. p. 96.

Cum alioquin Dativum regat, ut in illo apud *Tertullianum* u) ex Ephes. VI, v. 1. inde hausto: *OBAVDIANT & parentibus filii*; & in alio apud *Cyprianum* x) e Prov. XVII, 4. adducto: *malus OBAVDIT linguæ iniquorum.* Hoc ipsum autem est, quod *Festo* y) docente, peperit hodienum usitatissimum *OBEDIRE*, pro *obædire* z): quod perpetuo idem ac *parere*, *obtemperare*, *obsequi* denotat, cum omnibus a se descendentibus. In Glossario græco latino, calci Operum Cyrilli addito a), extat: *ὑπακοὴ obaudicio, obtemperantia, obsequium: ὑπακούω, obaudio, obtempero.*

§. 64. Quod si Ebraismum defensurus, usum apud Ebræos receptum in subsidium vocare vellet; multitudine exemplorum magis se obrutum, quam destitutum deprehendet. Si enim ex sententia *R. Abrah. b. Esra* b), שמע cum לקול constructum, perpetuo *obedire*, vel *obtemperare* denotat: numerarent quidem Masorethæ duo de viginti loca c). Sed eandem quoque significationem obtinet, voci בקול annexum d): &, extra hunc casum, aliis intervenientibus particulis, etiam cum ipso accusativo constructum. Ipse Deus, de quo Ps. XCIV. 9. dicitur, *an aurem plantans, non audiret? numquid formans oculum, non videret?* per Amosum c. V. 22. 23. de se affirmat, *eucharisticum pingium vestrorum NON INTVEBOR, & modulationem Nabliorum tuorum NON AVDIAM.* Quæ hic utriusque obtinet significatio, si Johanni applicueris, alium ilico suppeditabit conceptum. Inprimis observatu digna hic est frequentissima ista Jureconsultorum formula, לו אין שומעין *non audiunt eum* e): cui respondet nostratium, wird nicht da-



u) *Contra Marcion.* lib. V. c. 18. circa fin. x) Epist. LXVI. Florentio & Papiano scripta p. m. 167. circa fin. Edit. Brem. y) l. c. ad (s). z) Gerh. Joh. Vossius in *Etymologico*, p. 349. putat *oboedio* fuisse scribendum: ut *au* primum in *o* abiisse dicatur, ut a *plaudo explodo*; & *o* deinceps in *e*. a) col. 643. b) ll. cc. ad §. 63. lit. (a) pag. 458. In priori verba ejus sunt: כל שמע אחריו למ״ד או בי״ת הטעם שישמעו הענין שנושא הקול לא לשמוע הקול: i. e. *ubicunque* שמע *post se* ל *habet aut* ב, *sensus ejus est, quod accepturi sint rem, voce illa allatam; non ut nudam vocem audiant.* Ad Exod. XVI, 26. annotat, כבר הזכרתי כי כל שמיעה שאחריה למ״ד או בי״ת אין פירוש לשמוע הדבר רק להבין טעם הענין הנושא הדבר: i. e. *jam dudum commemoravi, quod ubicunque* שמע h. e. *audivit, post se* ל *habet, aut* ב, *non significet vocem audire; sed intelligere sensum, quem vox importat*, eumque approbare. c) *Masora finalis* f. 54. col. 1. Edit. *Buxt.* item ad Ps. LVIII, 6. d) Vid. ab. §. 63. lit. (b) & (c) pag. 457. e) v. g. cod. *Jevammoth* fol.

damit gehöret, findet kein Gehör. Quæ non excludit *auditionem* & *perceptionem* rei propositæ; sed *approbationem* f), &, ut cum Cassiodoro g) loquar, *patientiam* vel *obsequium*. Verum ne opus quidem est tam longis ambagibus. Sola Scriptura novi fœderis, imo ut magis in arctum contraham, vel solum Johannis Evangelium, unde excerpta sunt, quæ scrupulum movere putantur, abunde probabit; *AVDIRE* idem quandoque esse, ac *devote & reverenter audire, credere, observare, obtemperare, obsequi*: & *NON AVDIRE* idem, ac *non obtemperare, spernere, negligere*. Quando hoc ipso capite V. vers. 24. *verbum Christi AVDIENS*, dicitur *habere vitam æternam;* nudus *auditus* ingentem hunc effectum non operatur: sed *obsequium* ipsi præstitum. Alioquin isti quoque Judæorum, qui obloquendo Salvatori

102. a. lin. 7. sqq. אם יבוא אליהו ויאמר חולצין במנעל שומעין לו אין חולצין בסנדל אין שומעין לו: h. e. *Si ipse ELIAS venerit, ac dixerit, renuntiant nuptiis affinium per calceum, audiunt ipsum*; si vero dixerit, *non renuntiant per Sandalium, non audiunt ipsum*. Id quod iisdem ferme verbis repetitur in cod. *Menach*. f. 32. a. l. 9. sqq. *Maimon*. Hilc. *Jesode Tora* c. VIII. §. 3. אם עמד הנביא ועשה אותות ומופתים גדולים ובקש להכחיש נבואתו של משה רבינו אין שומעין לו: i. e. *si existat Propheta quispiam, qui miracula ac stupenda maxima ediderit; quærat tamen mendacii arguere vaticinium Mosis Doctoris nostri: non audiunt eum.* Quæ formula tam frequens est in ipsorum jure, ut spissa Volumina adimplerent exempla exinde collecta. Quod alteri isti, *a visu* petitæ, æquipolleat; hæc verba *Tosaphoth* ad cod. *Bava mezia* fol. 59. b. lin. 17. docere poterunt: הדאמר רבי יהושע לית משגיחין בבת קול לא שמעינן ליה לרבי יהושע אלא על בת קול דהאי מעשה דרבי אליעזר וכו' i. e. *id quod dixit R. Josua, non RESPICIVNT ad filiam vocis, non AVDIMVS eundem, nisi quantum ad filiam vocis actionis istius, quæ cum R. Eliesare gesta fuit.* Clarius e cod. *Chagiga* f. 22. b. patescit: quia verba hujus l. 9. כלום משגיח לך *numquid RESPICIET ad te?* Raschi interpretatur לא ישמע לך *non AVDIET te.* Quod enim *videre* pro quocunque alio sensu sumatur, supra ad §. 12. p. 316. indicatum fuit. Conf. Joh. IX, 29. f) eodem modo, quo *Crysostomus* de hoc nostro loco, loquitur, in Johannem Homil. XXXIX. non adeo procul a fine, col. 260. D. τὴν δὲ (ἐν τῷ Ἰορδάνῃ φωνὴν) ἤκουσάν μεν, οὐ προσέσχον δέ. i. e. *istam vero (ad Jordanem vocem) audiverant quidem; sed non attenderant.* g) lib. VII. variarum formul.

tori refractarios se præbebant, eo ipso vitæ æternæ participes facti essent quod *audiverint*, quibus se opponerent. Istæ ovium pastoris vocem AVDIRE dicuntur h), quæ obtemperant, & ductum ejus sequuntur. Cum Christus coram Pilato contradicente constitutus, *omnis* ajebat, *qui ex veritate est*, *AVDIT vocem meam* i) non in solo acquiescebat *auditu*; sed *approbatione* ejus, atque *obsequio*. Alias Pilato, qui sonum verborum absque dubio audiebat, non satis apte hæc fuissent opposita. Ipsa oppositio c. VIII. v. 47. instituta, verbis, *quisquis ex Deo est*, *verba Dei AVDIT; propterea vos NON AVDITIS*, *quia ex Deo non estis*, efflagitat; ut per *audientes* intelligamus *obedientes*; & *refractarios* & *incredulos* per *non audientes*. Alioquin nemo Judæorum accusari potuisset, quod *non audiverit*. Quum verba, sine approbatione & obsequio, perceperint omnes. Et idem sentiendum est de verbis k), *NON potestis AVDIRE sermonem meum:* & alibi l), *durus est hic sermo*, *quis potest eum AVDIRE?* h. e. approbare, ac obtemperare eidem. Istæ oves *NON AVDIVISSE* dicuntur m) fures ac latrones, quæ non *obediverant* illis, quum blandis eos alliciebant sermonibus. Satis superque audiverant Pharisæi istum a nativitate cœcum, cui visum concesserat Salvator: & nihilominus illis exprobrat, *dixi vobis jam, nec audistis* n). Nisi tamen hoc interrogative sit sumendum: quo casu, communem retineret significationem. Quod autem in reliquis *nudus aurium auditus*, assensu & obsequio destitutus, intelligi non debuerit; præter jam dicta, etiam exinde constare poterit, quod AVDIRE interdum cum *credere* permutarit Johannes o); nonnunquam cum *servare* p), vel *facere* q), aut *sequi* r); nec non *in sermone manere* s): *NON AVDIRE* autem, cum *non credere* t) interdum alternet, non nunquam cum *non servare* u), vel etiam *non locum in aliquo habere* x). Quæ omnia abunde docent; diversas has voces inter se alternare, & unam pro altera, sensu æquipollente, commode adhiberi posse. Et ne quis dixerit, *a posse ad esse, non ilico valere consequentiam;* ipsa orationis series eam hic adhibendam, clamitat. Non enim *auditum* in illis desiderat; sed *fidem*, *quod* ei quem Pater miserit, *non credant* y): & quod *sermo* per *auditum* illis cognitus, *non* diu penes

 ipsos

h) Joh. X. v. 16. coll. v. 4. it. v. 26. 27. i) Joh. XVIII, 37. k) Joh. VIII, v. 43. l) Joh. VI, 60. m) Joh. X, 8. coll. v. 3. 26. n) Joh. IX. v. 27. coll. v. 15. sqq. o) Joh. VIII, 45. c. V, 44. 46. p) Joh. VIII, v. 51. 52. 55. q) Joh. VII, 19. r) Joh. X, 4. 27. s) Joh. VIII, 31. t) Joh. V, 30. c. X, 26. 27. c. VIII, 45. c. V, 47. u) Joh. XIV, v. 24. x) Joh. VIII, 73. y) Joh. V, 38.

ipſos *manſerit* z).Reliqua, quæ hic urgent, ut vertas: *nec voci ejus obtemperaſtis unquam, nec ſpectaculum ejus curaſtis*, ſupra a) jam tetigi; & quoad ultimum, porro perſequor.

§. 65. Orationis ſeries extra dubium & controverſiam ponit, quod hæc Chriſti verba *exprobrationem* contineant actionis, quæ aliter inſtitui debuerit. Cum reverentia enim *audire* debuiſſent *vocem Dei*, eique obtemperare, ac *credere ei*, quem miſerat audiendum. Quod neglectum, ipſis exprobrat, iisdem prorſus verbis, quibus olim Moſes Deut. IX. v. 23. inobedientiam ipſorum redarguerat *. Sub eadem itaque exprobratione ac correptione intelligenda veniunt verba proxime annexa b); *nec ſpeciem ejus vidiſtis*. Quo præmiſſo, nemo ſuſpicari poterit, εἶδος h. l. exprimere Ebræorum תמונה, & reſpectum fieri ad Deut. IV. v. 12. 15. quamvis verbum additum, vel eosdem verſus in memoriam revocare queat, vel Num. XII, 8. ubi cum הביט conjungitur, ut ibi cum ראה. *Injuſtum* enim *foret, reprehendere aliquem propter id, quod aliter a ſe fieri non poterat*. Non integrum erat Judæis, aliquam Dei formam vel ſpeciem videre c): ne, eam æmulaturi, Imagines fingerent corporeas, per quas Deum incorporalem exprimere præſumerent d). Nec Græci ebræum תמונה ullibi per εἶδος reddiderunt; ſed per ὁμοίωμα e). Sæpe tamen ebræorum מראה per εἶδος expreſſerunt. f) Id ipſum autem, inter alia, frequentiſſime *ſpectaculum* denotat, aliis ad *aſpiciendum contemplandumve* oblatum. Cujusmodi erat rubus in monte Horeb ardens g), cantelabrum inſuper, aliaque vaſa ſacra Moſi ibidem ad ſpectandum exhibita h): Ezechieli currus, & Cherubi i): Danieli beſtiæ quædam, certorum portendentes imperiorum vicisſitudines k) totique populo Iſraelitico denſa nubes, fulgura, lampades, & ignis fumigans, divinæ in monte Sinai majeſtatis indices l). Quibus omnibus vox מַרְאֶה tribuitur, *ſpectaculum* potius ll. cc. reddenda, quam *viſio prophetica*; quæ toti ſimul gen.

z) ibid. a) §. 46. & 63. p. 412. ſqq. & p. 457. ſqq. * conf. Pſ. LXXXI, 12. Pſ. LXXVIII 10. 11. 36 37. 56 37 ſqq. Quo ſenſu ergo *non audiverunt* Decalogum promulgatum; eodem etiam *non audiverunt* vocem circa Chriſti baptiſmum. b) Joh. V. v. 37. οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε. c) Deut. IV, 12. 15. d) Exod. XX, 4. Deut. V, 8. c. IV, 16. 23. 25. e) Exod. XX, 4. Deut. IV, 12. 15. 16. 23. 25. c. V, 8. f) v. g. Exod. XXIV, 17. Num. VIII, 5. c. IX. 15. 16. c. XII, 8. Jeſ. LII, 14. c. LIII, 2. Ezech. I, 14. 16. 26. c. VIII, 2, Cant. V, 16. g) Exod. III, 3. h) Num. VII, 4. i) Ezech. VIII, 4. c. 16. c. X, 9. c. XI, 24. c. XLI, 21. c. XLIII. v. 3 k) Dan. VIII, 16, 27. c. IX, 23. l) Exod. XXIV, 17.

genti non competit *. Si vel maxime externam vocis ebrææ formam, Participio Hiphil convenientem, non urseris; vi cujus, ad literam notaret aliquid *videre faciens*: quod latini vocant *spectaculum*. Quod si εἶδος *spectaculum* denotat; salva regula ista, (qua talia sunt Subjecta, qualia a suis permittuntur esse prædicatis, & contra), ὁρᾷν vel *videre*, simplicem *aspectum* notare nequi. Falsum enim esset, *Judæos nunquam Dei vidisse spectacula*. Cum Scriptura ipsa, iuxta superius dicta m), testetur contrarium: omnesque modo nominati, vel oculis corporeis id viderint, quod ad *spectandum* dicitur oblatum; vel mente sua tam distincte assecuti id fuerint, ac si suis contemplati sint oculis. Quod *Maimonides* unicuique Prophetæ *visionem* habenti evenisse asserit n).

§. 66. Idem Doctor de tribus Ebræorum Synonymis ראה והביט וחזה observat o), non de solo ea *oculorum visu* usurpari; sed & *mentis*, per Metaphoram. Cum ipsa Scriptura dicat, *cor meum vidit* p). Cujus intuitu, idem sit ac *considerare, animum advertere ad aliquid assequendum, diligenter aliquid excutere* q). Et hoc absque dubio competit etiam Græcorum ὁρᾷν, eodem sensu, quo latinorum *perspicio*, ad mentis translatum oculos: ubi idem ac *expendo, examino*. Unde & Demosthenes cum ἐξετάζειν, de una eademque re, permutat illud r). *R. Salomon fil. Abrahami de Urbino* s) inter octodecim *VIDENDI* Synonyma, commemorat etiam השגיח: quod non *superficiarium* & *perfunctorium* exprimit *intuitum*; sed *accuratum* ac *diligen-*

*) Vid. *Abrabb.* contra *Maimon.* ad Exod. XIX. Quæst. XIV. fol. 167. c. 2. l. 18. sqq. Edit. Ven. it. ad v. 8. 9. f. 169. c. 3. l. 7. sqq. ad Exod. XX. 1. f. 171. c. 3. l. 20. sqq. (m) supr. §. 19. p. 331. sqq. inprimis p. 335. n) Hilc. *Jesode Tora*, c. VII. §. 2. sqq. it. in *More Nebuchim*, Part II. cap. 44. o) *More Nebuch.* Part. I. c. 4. f. 10. a. circ. fin. ita auspicatur: דע כי ראה והביט וחזה שלושה המלות האלה נופלות על ראות העין והושאלו שלשתם להשגת השכל, אמנם זה בראה מפורסם אצל ההמון וכו׳ i. e. *Scito, quod* ראה, *item* הביט *atque* חזה *tres hæ voces usurpentur quidem de visu oculorum; sed omnes tres metaphorice etiam transferantur, ad apprehensionem intellectus. Id quod de* ראה *vulgo notum est.* p) Eccl. I. 16. q) Id quod de unoquoque trium istorum Verborum plurimis exemplis l. c. comprobat. r) περὶ στεφάνε, haud procul à fine, §. 527. coll. §. 526. p. 191. Edit. Lutet. 1570. sed p. 357. Edit. Aurel. Allabr. 1607. s) in אהל מועד ad literam ר, sub ראה f. 86. b. Cui addit: חזה, נבט, צפה, השגחה, שקף, הבט, עין, שאף, שעה, פנה, שור, צוץ, שקר, שזף, שכל שכה & שקד.

*diligentem* t). Inprimis *providam* infert *curam* erga *rem visam:* quæ menti intuentis continuo obversatur, solicitam sui conservationem efflagitans. Quo sensu Psalm. XXXIII. v. 14. u) occurrit. Quod enim hic *de sede habitationis suæ PROSPICIT ad omnes terræ incolas*, dicit; id alibi Deut. XI. 12. effert x): *terra, quam Dominus Deus tuus CVRAT, jugiter OCVLI Domini Dei tui IN EAM, a principio anni usque ad anni finem.* Rabbinis significat *providere, curam & rationem* alicujus *habere* y): & *providentiam* ipsam per השגחה efferunt z). Ut autem *prospicere ad* aliquem a), vel *oculum ponere super* aliquem b), notat *curam alicujus habere:* ita oculum avertere c), vel *non intueri* d), *non videre* e), idem est, ac *contemnere.* Qui sensus evidens est, & per oppositum illustratus in illo Elisæ ad Joramum, Achabi filium: *nisi personam Josaphati Regis Judæ honorarem, non intuerer te,*

---

t) *Kimchi* in libr. Rad. sub שגח tribuit ipsi ענין חבטה בהתבוננות *significationem intuendi cum attentione.* *Phil. Aquinas* in Maarich ham. maarachoth p. 537. a. לשון הבטה בחוש העין או בהתבוננות *notationem INTVENDI, sensu oculorum, aut attentione animi.* Vid. ad p. 465. u) Verbis ממכון שבתו השגיח אל כל יושבי הארץ x) ארץ אשר יהוה אלהיך דורש אותה תמיד עיני יהוה אלהיך בה מראשית השנה ועד אחרית שנה y) Vide mox ad lit. (g) p. 465. z) *Maimon.* in More Nebuch. Part. III. c. 17. & 18. f. 140. b. sqq. *Joseph Albo* in *Jkkarim*, lib. IV. c. 7. 8. 9. 10. 11. f. 113. b. f. 114. sqq. a) ll. cc. è Psalm. XXXIII. 14. Cant. II. 9. Jes. XIV. 16. Gen. VI. 2. c. XXVI. 8. Job. XXIV. 23. c. XLII. 5. Psalm. CI. 6. Psalm CXXIII. 2. &c. b) Jer. XXXIX. 12. c. XL. 4. Gen. XXXIX. 7. c) Jes. I. 15. Ez. XXII. 9. Prov. XXVIII. 27. Ps. CXIX. 37. d) Gen. IV. 5. Jes. V. 12. c. XXII. 11. c. XXXI. 1. c. XXXVIII. 11. Amos V. 22. 1. Sam. XVI. 7. e) Ez. VIII. 12. c. IX. 9. Ps. XCIV. 7. in cod. *Schabb.* f. 104. a. l. 25. introducitur Deus loquens: אין אני יכול להסתכל ברשע; i. e. *non possum intueri impium.* Quo sensu *Chrysost.* in Joh. Hom. LXVI. non procul ab initio: *μισȣμένων ȣ̓δὲ φωνὴν ἀκȣ̃σαι ἀνεχόμεθα, ȣ̓δὲ ὄψιν ἰδεῖν ἡδέως* i. e. *Odiosorum ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre, æquo animo patimur.* Ut Alcumena probri insimulata a marito, postquam Jovem in istius formam ac vestitum conversum, accedere videt, *avertit se;* & interrogata, *quo te avertisti?* respondit: *ita ingenium meum est; inimicos semper osa sum obtuerier.* apud *Plautum*, Amphitr. Act. III. Sc. 2. v. 5. sqq. v. 18.

*te, nec te aspicerem* f). Eundem quoque inferunt Jes. V. 12. c. LVIII. 3. Ez. VIII. 12. cap. IX. v. 9. Eleganter utrumque complexus est *R. Samuel fil. R. Judæ Aben Tibbon*, in explicatione vocum difficiliorum in Maimonidis *More* occurrentium g), *Quando* inquiens, *homo rem quandam custodire avet, oculum ad eam ponit continuo, & prospicit, ac intuetur eam. Unde & Dei custodiam circa creaturas suas* occupatam, *vocant* השגחה *PROVIDENTIAM, ad hanc similitudinem. Et quum mentem suam de re quadam vili ipsis visa, quam nil quicquam æstimant, declarare volunt, dicunt: non prospicimus ad eam*, wir sehen nicht darauf; *non aspexit eam*, er hat nicht darauf gesehen, vel hat ihn nicht angesehen: v. g. *non prospiciunt ad filiam vocis*, h. e. nil æstimant, non curant eam. Quam formulam non adhibent, nisi ubi summum rei contemptum, quam nil quicquam æstimant, indicare satagunt. Et id ipsum etiam Græci exprimunt, quoties loco negationis, Præpositio-

Nnn

nes,

f) 2. Reg. III, 14. conf. ad §. 64. cit. ex Amos V. 22. 23. p. 459. g) in lit. ש, cujus verba partim supr. ad §. 59. pag. 451. citata sunt partim ad §. 63. lit. (f) pag. 457. Integra hac serie leguntur: השגחה שם משותף יאמר על עיק בני אדם בעיניו משגיח מן החלונות ונאמר על צד ההשאלה בהשגחת השם בברואים להמציאם ולהמציא להם צרכם ולהעמידם ולשמרם חמדה שאפשר להם לעמוד· אמר ממכן שבתו השגיח אל כל יושבי הארץ/ והדמיון בשתי ההשגחה שהיה סבת השיתוף על צד ההשאלה ביניהם הוא שהאדם כשירצה לשמור הדבר ישים עינו עליו תמיד וישגיח ויציץ בו: על כן קרא ענין שמירת השם לברואיו השגחה על זה הדמיון/ גם ר״זל השאילוה לדבר אח/ לדמיון והוא כשירצו לגלות דעתם על דבר פחותה בעיניהם ולא יחשבוהו למאומה אומרים לא משגחינן ביה לא אשגה ביה לא משגיחין בבת קול: Verba in textu translatis præmissa, hunc pariunt sensum: השגחה *nomen est, pluribus commune.* Proprie *dicitur de intuitu rerum suis* peracto *oculis*, v. g. Cant. II, 9. *prospiciens post fenestras. Metaphorice vero usurpatur de PROVIDENTIA Dei erga creaturas suas, ut eas producat, & productis suppeditet necessaria ipsis: quo conservet easdem, & custodiat tali ratione, qua possint subsistere.* Quo sensu *dixit* Psalm. XXXIII, 14. *de basi sessionis suæ prospicit ad omnes terræ incolas. Ratio similitudinis in duplici hoc intuitu, quæ causa est ambiguitatis istius, qua sensu adhibetur metaphorico, in eo consistit, quod homo, quando rem quandam* &c. ut est in textu ipso.

nes, vim diminuendi in compositione inferentes Verbo ὁρᾷν, ut supra h) in ἀκȣ́ειν & παρακȣ́ειν, præfixerint. Nemini namque non notum est, Παρορᾷν non tantum significare, *conniventibus aspicere oculis, per incuriam transmittere* i); sed & *contemnere*, ac negligere k). Quod & de ὑπερορᾷν obtinet l): eodem prorsus valore, quo latinorum *despicere*, itidem ex antiquato *specio*, quod idem ac *specto, video*, compositum.

§. 67. Quod si quis magis nostrates audire velit; conferre hic poterit *B. Mart. Geierum*, ad Eccl. II. v. 1. scribentem: *verbum VIDERE in ejusmodi locutionibus non nudum denotat aspectum; sed simul includit rei conspectæ plenariam fruitionem ac usum. Quomodo SCIRE, est rem scitam approbare, amare, curare &c. Est enim hæc metonymia antecedentis pro consequente in Sacris satis frequens. Sic Psal. IV, 7. quis* יראנו *ostendet, vel VIDERE faciet nos, bonum? Hic certe non sensus est, ac si e longinquo conspiciendum sibi bonum præberi optent, (quomodo forte Mosi Canaan ostensa Deut. XXXIV, 1.); sed desiderant præsentes eodem bono plenarie uti frui. Similes phrases Psal. XXVII, 13. XXXIV, Cohel. III, 13. huc, videre famem, gladium, i. e. experiri, Jer. V, 12.* Conf. Psal. XXII, 18. XXVII, 4. XXXIV, 13. XLV, 11. L, 23. LII, 8. LIV, 9. LIX, 11. XCII, 12. CVI, 5. CXII, 18. CXVIII, 7. Job. VII, 7. Quicquid horum ad verba Johannis in dubium vocata applicueris; deprehendes, ea nequaquam impedire, quo minus dixeris, omnes ad baptismum Christi præsentes, *spectaculum* illud *divinum*, tam in apertura cœli, quam Spiritu S. in Christum descendente, suis vidisse oculis. Juxta *Maimonidis* enim explicationem, hic applicatam, ἔτε εἶδ☉ αὐτȣ̃ ἑωράκατε significaret, *neque spectaculum ejus ad animum revocastis, diligenter id exami-*

h) §. 63. p. 458. i) *Guil. Budæus* Com. L. Gr. col. 905. fin. præter illud Xenophontis, quod & *Steph.* Thes. l. Gr. tom. II. col. 1421. inde mutuavit, ὁ Καλλίας δὲ παρορῶν εἰς ἐκεῖνον, εἶπεν i. e. *limis eum oculis aspiciens, dixit*; ex *Gregorio* affert πρᾶγμα πολλοῖς μὲν παρορώμενον, factum *plurimis non animadversum.* Quo traheres illud Sap. XI, 24. παροςᾷς ἁμαρτήματα ἀνθρώπων εἰς μετάνοιαν, i. e. *dissimulas peccata hominum, propter pœnitentiam*: & Job. XI, 11. ἰδὼν ἄτοπα ȣ̓ παρόψεται. k) Ut in illo Comici apud Athenæum ἐρῶμεν ἀλλοτρίων, παρορῶμεν συγγενεῖς: (LXX. Jes. LVII, 11. κἀγὼ ἐγώ σε ἰδὼν παρορῶ: conf. 1. Reg. X, 3. Eccl. XII. 14. Nah. III. 11. l) Ez. VII, 19. τὸ χρυσίον αὐτῶν ὑπεροφθήσεται. Syr. XIV, 8. πονηρὸς — ὁ ὑπερορῶν ψυχάς; 2. Macc. VII, 11, ὑπερορῶ ταῦτα, *sperno hæc*: v. 23. ὑπερορᾶτε ἑαυτὸς, διὰ τὸς αὐτȣ̃ νόμȣς. Conf. Jes. LVIII, 7. Ezech. XLVII. 12. Num. XXII. 30.

*minantes;* sed cito e memoria vestra excidit. Si autem *B. Geieri*, quem & *B. Glassius* m) præivit, atque *Flacius* n), illustrationem applicueris; reddere licebit, *neque spectaculi ejus plenam percepistis fruitionem*, non ad vestram eo *usi* salutem. Quæ quoad sensum conveniunt cum *filio R. Judæ Aben Tibbon*, ipsoque Græcorum usu. Juxta quos, verteres: *neque spectaculi ejus ullam curam ac rationem habuistis;* sed *contempsistis* illud. Quod verissimum: sive ad solam illam apparitionem, quæ circa Christi baptismum contigit, applicueris; sive, ob præmissum πώποτε, simul ad ea, quæ circa Decalogi promulgationem evenere, aut aliis oblata sunt V. T. Prophetis. De his passim occurrunt Prophetarum o), & ipsius Mosis p) querelæ. Quod autem illius etiam apparitionis, quæ circa Christi baptismum contigit, curam admodum exiguam habituri sint; jam olim Jesaias in eodem loco, quo futuram eam prædicit, itidem prævidit q). De *eadem Carne, quæ visura erat, quod os Dei loquatur*, subjungens; *omnem ejus pietatem fore instar floris campestris, marcescentis simul ac ventus sufflarit.* Ut ut enim alioquin non superstitiose nimis Articulum vel additum vel omissum observare soleam, a Socinianorum hypothesibus alienissimus. Ut qui sufficienter instructus sum, eandem literam non definitum modo Articulum notare solere; sed & indefinitum r). Ibi tamen vix negligendus erit, ubi vox eadem paulo ante præmissa fuerat, inprimis Articulo destituta s): quemadmodum hic factum esse, omnibus Versum sextum cum quinto conferentibus patet. Quando ergo in posteriori dicit כל הבשר *omnis illa caro; perinde* est ac si dixisset, *illa ipsa caro, quæ* modo *visura* dicebatur *unanimiter gloriam Domini manifestatam, & os Dei loquens; illa* inquam *ipsa æque caduca* est, variabilis atque flaccida, *ac herba viridis. Et omnis ejus pietas, ut flos agri* maturescens. Ut enim illa *exarescit*, hic *marcescit, simul ac ventus* fortior t) sufflaverit. Ita *omnis*



ap-

m) *Gram. sacr.* lib III. tr. 3. Can. 14. p. 568. (antiq. p. 265.), *Rhet. sacr.* tr. I. c. VII. p. 1121. (ant. 105.) sqq. it. c. XII. p. 1302. (ant. 557.) sqq. n) *Clav.* Script. sacr. in *videre*, col. 1301. (o) Jer. VII, 23. sqq. c. XXII, 21. Ez. XVI, 15. sqq. c. XX. v. 8. 11. sqq. v. 13. sqq. v. 16. sqq. v. 24. 30. sqq. Hos. XI, 1. 2. Psalm. CVI, 19. sqq. p) Exod. XXXII, 8. sqq. v 30. Num. XIV, 22. Deut. IX, 7. sqq. c. XXIX, 2. 3. c. XXXI, 27. 29. c. XXXII, 5. 6. 15. sqq. Cant. I, 12. coll. Targum, *R. Meir* in *Rabboth* h. l. f. 11. c. 3. circ. fin. nec non *Raschio* &c. q) Jes. XL. v. 6. 7. 8 r) Interpr. § 49 (s) cujus observator rigidus existit *Ab. Esra*, vir alioquin haud superstitiose credulus, in locis quamplurimis. t) ad literam, *ventus Domini*, conf. interpr. §. 14. 6.

apparens *pietas Carnis iſtius*, ſeu *populi ejusdem* (uti mox explicatur) tunc præſentis, quam in *ſpectaculis* illis *contemplandis, voceque* divina *audienda*, præ ſe ferre videbitur, proxima quaque perſecutione minante, flacceſcet, & in momento veluti evaneſcet. Eodem plane ſenſu, quo Hoſeas cap. V. v. 4. *pietas* inquit, *veſtra, ut nubecula matutina, & ſicut ros ſummo diluculo ſtillans, tranſit* u). Id quod eventum obtinuit, cum ventus Domini paulo vehementius flare inciperet, permitteretur que, eos durius non nihil appellari, vocarique in judicium; h. e. ſimul ac innotuerat, *conſpiraſſe* Senatores Phariſæorum ſectæ addictos x), *ut excommunicarent quotquot* Jeſum vel *Chriſtum confesſi fuerint*, vel, prout voce cœlitus delapſa audiverant, *Dei filium*. Cujus rei certitudinem eadem ſententia bis geminata, indicare voluit Propheta y): qui ſimul addidit, hoc omni non obſtante, illud DEI noſtri VERBVM, tam de *militia cultus Levitici implenda*, vſ. 2. quam quod *os Dei locuturum ſit*, Jeſum *Dei fore filium* z), *DVRATVRVM*, ſeu ratum fore *IN AETERNVM* a); per Baptiſtam b), Petrum c), poſt ſolennem confeſſionem d), alioſque Apoſtolos ejus ſocios, aperte divulgandum: quamvis apud eos, qui poſterius ex ipſo Dei ore audiverant, *non diu manſerit* e). Atque adeo nodus ille Gordius feliciter, ut opinor, eſt ſolutus. Nec negant hæc Chriſti verba, *vocem Patris* ad Jordanem cœlitus delapſam, *ab omnibus fuiſſe auditam*, & reliquum *ejus ſpectaculum ab omni turba* adſtante *oculis viſum* corporeis. Ebraice ea redderes: לא שמעתם לקולו עד עתה ולא השגחתם במראהו Germ. ihr habt ſeiner Stimm noch nie Gehör gegeben, noch auf ſeine Erſcheinungen geſehen: omnis illico ſcrupulus evaneſcit. Reliqua dubia omnia levioris ſunt momenti: nec tam operoſe profliganda.

§. 68. Quod II. proxime poſt palmarium illud recenſui f) ponderis rationem habens, non ordinis a Cl. *Joh. Lightfooto* obſervati, e verbis Baptiſtæ g) deſumtum, ſupra jam diſcuſſum fuit h). Quo B. L. remitto. Cujus ſolutio quadantenus etiam quadrat ad III. dubitandi rationem, a laudato modo *Lightfooto* primo enarratam loco. Quod *poſteaquam hæc peracta eſſent, Johannes populum moneat* i), *tunc temporis præſentem, ſtetiſſe quidem inter ipſos eundem, qui poſt illum venturus eſſet; quem tamen ipſi non noverint*

u) In quem ſenſum conf. Jer. XVIII, 14. 15. x) Joh. IX, 22. y) Jeſ. XL, 7. 8. z) Jeſ. XL, 5. coll. Matth. III, 17. &c. a) Jeſ. XL, 8. b) Joh. I, 23. ſqq. c) Vid. 1. Petr. I. 25. 2. Petr. I, 17. 18. d) Matth. XVI, 16. Joh VI, 69. e) Joh. V, 38. f) ſupr. § 13. p. 316. g) Joh. I, 34. h) Supr. §. 36. p. 400. ſqq. coll. §. 34. ſeqq. a p. 397. i) Joh. I, 26.

*rint. Vox enim,* ut verba ejus sonant k), *græca* ἕστηκεν Joh. I, 26. *omnino per præteritum perfectum reddenda est. Hæc enim dicta erant a Johanne, postquam Christus baptizatus esset, & e turba secessisset.* Quo tempore *cum Diabolo in tentatione conflictabat.* Nervum objectionis, quantum judico, in eo collocat, quod *non potuissent Eum ignorasse,* si aliquot saltem eorum, Patris de ipso vocem audivissent, & Spiritum S. in Eum descendentem suis vidissent oculis. Quia autem *ignorasse* dicantur l); satius fore, statuamus, neminem istorum spectaculum illud *vidisse*, nec vocem *audivisse* cœlestem.

§. 69. Præsupponit vir alioquin de re litteraria optime meritus, verba m) μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, respicere actum illum, quo Christus inter alios baptizabatur Judæos: & quod Legati isti eodem ad ipsum pervenerint die, turba, inter quam baptizatus fuerat, adhuc præsente. Quorum illud incertum est, hoc prorsus falsum. Incertitudinem prioris arguit dissensus Interpretum. Quorum alii n) putant, eam hic tangi historiam, qua duodecennis, post festum finitum, parentibus domum tendentibus, in medio Senatorum Doctorumque remanserat; audiens eosdem & interrogans, in templo Jerusolymitano o). Juxta quam sententiam utriusque Præteriti, ἕστηκεν *stetit* & οἴδατε *cognovistis*, significatio optime servaretur. Quum enim tum temporis inter illos agebat, omnes eum ignorabant. Qui hic *medius* stetisse dicitur, ibi refertur sedisse *in medio* docentium. Ea propter hæc repudianda non est sententia, quod ibi *sedisse* dicatur, & hic *stetisse*. Sedebat enim, auditorem agens: quoties autem interrogabat, reverentiæ ergo surgebat, *stans* inter ipsos. *AMMONIVS usque ad tempus* inquit p), *gratiæ, Christus in medio existens omnium, ignoratur. Medium autem stantem atque ignoratum dicit Christum, propter carnis indumentum.* Quia per οἰκονομίαν usitatissime *incarnationem* Dei verbi Græci intelligunt, juxta Theodoretum (q aliosque r): putares, eum V. T. tempora intellexisse, quibus subinde carnis vestitus indumento apparuisse quibusdam legitur s), vulgo ignoratus. *Alii*

 ad

k) Harm. IV. Evang. ad Marc. I, 10. p. 344. b. l) ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. m) Joh. I, 26. proxime citatis immediate præmissa. n) Ad quod *Beza* provocat. Annot. h. l. o) Luc. II, 46. p) Catena *Patr. Gr.* in Joh. *Corderii*, p. 46. verba ejus sunt: ἕως τοῦ καιροῦ τῆς ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ ὁ χριστὸς παρὼν ἐν μέσῳ πάντων ἠγνοεῖτο. Μέσον δὲ ἱστάμενον καὶ ἀγνοούμενον λέγει τὸν χριστὸν, διὰ τῆς σαρκὸς περιβολήν. q) in *Eraniste*, Dialogo II. ἀσύγχυτος dicto, Op. tom. IV. p 62. A. τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ λόγου καλοῦμεν οἰκονομίαν. r) partim citatos apud *Suicerum* Thes. Eccl. 460. col. sqq. s) *Abrahamo* Gen. XVIII. c. XXII, 11. sqq.

ad Deut. XVIII, 18. alludi putant t). Ubi Propheta promittitur excitandus, מקרב *e medio* Israelitarum: quasi substantivum, interveniente Præpositione, in adjectivum fuerit mutatum u); ut *aper de sylva* x), pro sylvestri; & οἱ ἐκ περιτομῆς y), *qui ex circumcisione*, pro circumcisis. *Medius* enim *vestrum*, vel vester dicitur z); non *in medio*. *ORIGENES invisibilem* Christi *præsentiam* intelligit a). Quod ipsi dicentis scopo adversatur. *THEODORVS BEZA* b), (ad quem respicere videtur *Joh. Lightfoot*, significationem Præteriti urgens c), putat, hic Baptistam *loqui de re præsenti & ἑστηκέναι significationem præsentis habere, ex plurimis locis liquido apparere, ut Luc. VIII, 20. Act. I, 11. Rom. V, 2. & alibi sæpe. STARE* vero, *pro versari, commode accipi: ut sensus sit, palam & inter vos versatur, quem vos nescitis.* Quod & in aliis, Præteritum præsentis habeat significationem; probat hujus ipsius capitis v. 34. ubi *testatus sum*, pro quo v. 15. Præsens, *testatur* adhibetur: ut actum designet continuum. Et quis satis valide rejiceret dicentem, idem quoad sensum, in vers. 26. dici, quod supr. v. 10. sqq. sonabat: *in mundo erat, & mundus*, quamvis per ipsum extiterit, *non agnovit ipsum. In propria venit, & proprii ipsum non recipiebant?* Nulla harum explicationum ad istum baptismi actum est restricta: & pleræque tamen sic satis sunt tolerabiles.

§. 70. Quando autem satis aperte præsupponit, eodem hæc gesta fuisse die, quo Christus baptizatus fuerat, *eadem turba*, cujus ipsius medius steterat, *adhuc præsente: e qua Christus modo secesserit*, cum Diabolo conflicturus d). In hoc nullo prorsus nititur fundamento. Quin potius contrarium

*Isaaco*, Gen. XXVI, 2, sqq. *Jacobo*, Gen. XXVIII, 13. sqq. c. XXXI. 11. sqq. c. XXXII, 25. sqq. c. XXXV, 1. seqq. *Mosi*, Exod. III, 2. sqq. *Josuæ*, Jos. V, 13. sqq. &c. t) *Lucas Brugensis*, &c. u) Juxta Intrepr. §. 15. x) Ps. LXXX, 14. coll. Jer. V, 6. c. X, 3. y) Act. X, 45. Gal. II, 12. Col. IV, 4. Tit. I, 10. z) μέσος ὑμῶν ἕστηκεν Joh. I, 26. a) Tomo V. in Joh. p. 82. circ. fin. Edit. Hüet. conf. *Caten. Patr. gr.* Corderii p. 45. b) *Annotat.* ad l. c. c) *Harmon.* IV. Evangelist. ad Marc. I, 10. p. 344. b. Verba ejus sunt: *Posteaquam hæc peracta essent, Johannes populum monet TVNC temporis PRÆSENTEM, stetisse quidem inter ipsos eundem, qui post illum venturus erat quem tamen ipsi non noverunt. Vox enim græca ἕστηκεν omnino per Præteritum perfectum reddenda est. Hæc enim dicta erant a Johanne, postquam Christus baptizatus esset, & e turba secessisset. Tunc enim cum Diabolo in tentatione conflictabat.* d) Verbis ad lit. præced. (c) citatis.

um ejus ex ipso contextu elucet. Sacerdotes ac Levitæ, Pharisæorum sectæ addicti, dicuntur interrogasse Johannem e) : non sua sponte accedentes sed autoritate Synedrii ad eum ablegati f). Quorum conditio non permisisset, ut ultro Johannem adirent, eo animo, ut nova ab ipso cognoscerent dogmata, ejusque baptisma susciperent: quasi non satis certi fuissent in sectæ suæ hypothesibus. Lavacrum pœnitentiæ prædicabat Johannes: non admittens, nisi peccata sua, interque ea etiam errores in doctrina confitentes g). Quod supercilio sacerdotum, inprimis Pharisaicis imbutorum principiis insupportabile fuisset. Utpote qui presse adhuc inhærebant Majorum traditionibus: & assueti erant, aliorum audire confessiones, eosque hostiis pro peccato vel reatu, rite in Templo peractis, expiare solenniter. In horum ergo medio Christus, cum baptizaretur, nequaquam steterat. Turba promiscua erat, quæ una cum ipso baptizabatur: utpote qui, Luca testante h), accedebat *cum baptizabatur omnis populus*; de plebe scil. quam עם הארץ vocabant, seu *terræ filios*. Benigne siquidem a Johanne accepti, ac baptizati sine ulla illis addita reprehensione: qui tamen similes istis vel prorsus repellebat, viperarum eos vocans progenies i): vel non nisi post seriam admonitionem, signaque pœnitentiæ edita, admittebat k). Adhæc absque dubio *Christus* in limine muneris Prophetici suscipiendi baptizatus fuit; eo ipso ad hanc functionem solenniter inauguratus l). *Post baptismum* autem *ILICO* m) *in desertum fuit abactus*, luctam cum Diabolo tentatore suscepturus. Ante quam peractam neminem docere potuit. Hæc autem ablegatio tum demum apparet suscepta, *quum jam fama de Jesu Messia constituto*, undique *increbresceret* n). Atque adeo iidem qui baptismo ejus interfuerant, non poterant adhuc, cum legati isti advenerant, ad Jordanem præsentes commorari; testimonium ejus, quod vidissent audivissentque, reddituri.

§. 71. Atque adeo si vel maxime admiseris, verbis in quæstionem vocatis *respectum fieri ad actum* istum *baptismalem, quo Christus medius inter alios stabat, a Johanne baptizatus:* illa tamen turba, quæ tum præsens adfuerat, dudum erat dissipata, ad suos rediens. Quia altero statim, post hoc editum testimonium, die o), Christus ad Johannem venit; & tertio ab isto

e) Joh. I, 19. 24. f) l. c. v. 19. 22. 24. g) Matth. III, 6. Marc. I, 5. Luc. III, 3. 8. h) c. III, 21. i) Matth. III, 7. k) l. c. v. 8. Luc. III. 7. 8. l) Vid. supr. §. 5. p. 311. m) Marc. I, 12. εὐθύς. n) Johannis quippe testimonium de ipso, quo Messiam eum vocarat, Joh. I, 15. 16, 17. visioni tunc apparenti junctum, ad aures Synedrii pervenerat. o) Joh.

isto die p), rursus Baptistæ visus, a quibusdam ut Doctor electus fuit; quum tamen per integros quadraginta dies, totidemque noctes a baptismo in deserto egerit, a Diabolo tentatus q). Præterea parum convicti fuissent a plebe Legati isti superciliosi, alibi r) crepantes, *an quisquam Principum ac Pharisæorum in eum credidit? sed turba hæc promiscua, quæ non novit legem, execrabiles sunt:* atque adeo ad testandum in re tanti momenti, ex ipsorum judicio, minime habiles. Quæ de significatione Præteriti ἔστηκε *STETIT.* retinenda, monet; observari tunc poterunt: sed & οἴδατε est Præteriti temporis, significans *NOVISTIS.* Ut autem Johannem de se ipso asserentem s), *ETIAM ego ignorabam eum*, non impediebat, quo minus deinceps eum nosset; olim solum ignoratum. Ita omnes illi cum Christo baptizati, quorum intuitu voculam *ETIAM* t) addidit, ut se ipsis æqualem in eo statueret, simul ac Spiritum S. in Christum descendentem viderant, Patrisque de eo vocem audiverant; procul dubio eundem deinceps agnoverunt, aliisque de eo agnoscendo, visa a se atque audita referentes, occasionem præbuerunt. Quem & ipsi Synedrii assessores agnoscerent; si viri in tanta constituti eminentia, Christum in forma adeo contemptibili incedentem, nosse potuerint. At *non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nec multi Nobiles*, vocati sunt: *sed stulta mundo judicata elegit Deus* u) &c. Quod si autem οἴδατε illud x) in Præsenti intellexeris; erat *ignorantia affectata*, & vincibilis. Nolebant nosse, & conabantur eum ignorare, quem non approbabant. *Chrysostomus* Johannem *loqui* ait y), *de cognitione vera*, quam comitatur assensus, approbatio, & amor cum reverentia; juxta receptam inter Ebræorum filios regulam z), qua *verba notitiæ sæpe de effectu notitiam consequente*, veniunt intelligenda.

§. 72. Tantum itaque abest, ex ignorantia istorum affectata sequi, turbam non audivisse vocem, nec vidisse spectacula; ut *contrarium* potius *inde eliciendum*, judicem: & quod iidem, qui Christo baptizato præsentes adfuerant, per varios de spectaculis a se visis rumores, quos reversi ubivis palam disseminabant, occasionem potius præbuerint totius hujus legationis suscipiendæ. Quæ, nisi illi vidissent audivissentque, nunquam fuisset suscepta. Certum namque est, Christum tunc temporis in Judæa nondum versatum fuis-

I, 29. p) l. c. v. 35. sqq. q) Matth. IV, 2. Marc. I, 13. Luc. IV, 2. r) Joh. VII, 32. 45. 48. 49. s) Joh. I. 31. t) l. c. κἀγώ. u) 1. Cor. I, 26. sqq. x) Joh 26. y) *Catena Patr. Gr.* Balth. Corderii p. 45. *τὴν εἴδησιν λέγει τὴν ἀληθῆ, οἷον τίς ἐστι καὶ πόθεν.* z) Interpr. §. 72. conf. Gen. XVIII, 19. Ier. I, 5. Exod. XXXIII, 17. Ruth, II, 1, c. III, 2.

fuisse, de se ipso docentem. Et nihilominus varius rumor de Messia jam exorto, atque occasione baptismi Johannei declarato, ad aures Synedrii pervenerat. Quem nemo sevisse potuit; nisi qui cum Christo baptizati, spectacula illa divina viderant, & vocem de eo cœlestem audiverant a). Quia de plebe erant, cujus exigua penes Principes Synedrii erat autoritas, mittunt eruditione ac prudentia insignes, *ἐντιμοτέρους bonorationes* Chrysostomo b) dictos, & paulo post c) *ἀξιοπίστους παρ' αὐτοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα ἔχοντας*, i. e. *fide dignos apud ipsos, ac primum obtinentes locum*; qui ob imaginariam utriusque legis notitiam, deceptionis periculo minus obnoxii, rei ibi gestæ cognoscerent certitudinem: idque non ex plebe; sed Johanne, ejusdem cum ipsis dignitatis sacerdotalis participe, ac ad testandum habili. Caute tamen agerent, & per cuniculos, multasque ambages. Ne, si ingenue aggrederentur negocium, aperte interrogantes, *an Deus Jesum voce cælitus delapsa, pro suo agnoverit filio?* rotunda ejus affirmatione, uno veluti ictu prosternerentur: non habentes, quomodo opinionem istam, qua jam plurimi de plebe imbuti erant, in posterum ex ipsorum eriperent animis. Quod enim id primario intenderint, ut experirentur, utrum per visionem istam lactatus quispiam, pro Messia se venditaret? indicat responsio Johannis d); alioquin non satis apte illis reddita. Ea vero ceu apposite data approbata; non potes non simul concedere, *turbam* illam, quæ rumore a se sparso occasionem hujus suscipiendæ legationis præbuerat, *omnia vidisse, suisque audivisse auribus*.

§. 73. *Quartam* objectionem celeber. LIGHTFOOT, his exhibet verbis: *Ipso narrante Johanne* e), *hæc revelatio SVI IPSIVS gratia, præci-*



a) Primum illud Baptistæ de Christo manifestato testimonium Ioh. I, 15. prostans, *hic erat, quem dicebam*, &c. (sc. jam ante, priusquam venerat prouti extat Matth. III, 11. Luc III, 16.) *eodem, ut videtur, die dictum, quo Jesus fuerat baptizatus*; *simul ac se turbæ subduxisset*, magis eos confirmarat, ac incitarat, ut visa ac audita ubivis locorum prædicarent. Quæ apud Matthæum extant, tantos in Auditorum animis stimulos non relinquerant; ut rem propalarent ubivis, qui nil nisi Baptistæ verba audiverant, nullo extra ordinem exhibito spectaculo. b) Homil. XV. in Ioh. 97. post med. c) coll. 100. circa fin. d) Ioh. I, 20. *ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ χριστός*, i. e. *certe non sum ego ille Messias*, sc. pro *Dei filio* cœlitus declaratus. e) Ioh. I, 3. *ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ*: quod ipse de *Messia* apparituro prædixerat, post ipsum venturo, Matth. III, 11. Luc. III, 16.

*pue saltem, si non unice*, data *erat*. Verum contrarium hujus evicimus jam supra §. 9. 35. inprimis §. 40. 41. 42. & 43. quo B. L. remitto: ne rem eandem cum nausea repetam. Verba, ad quæ vir eruditissimus respicit, *in quem VIDERIS spiritum descendentem, & manentem* &c. non sunt cum *exclusione* aliorum intelligenda; quasi solus *visurus* sit. Ne sibi ipsi Scriptura contradicat: quæ jam olim in V. T. per Jesaiam f) prædixerat *manifestata Domini gloria, videbunt OMNIS CARO VNA, quod os Domini loquatur*. Quæ in Christi baptismo suum obtinuisse eventum, pluribus supra g) docuimus. Baptista ea solum recitat, quæ ad se spectasse putat; a Deo sibi, tanquam Prophetæ, suggesta atque inspirata. Quæ turbam promiscuam concernunt, intacta relinquit, e monumentis V. T. discenda; quæ omnibus erant exposita: quamvis ad quem præcise casum trahenda sint, non omnes intellexerint. Si literæ rigide & cum exclusione sit inhærendum; etiam Baptista *videre* saltem debuisset Dei spectacula, non simul Dei vocem *audire*. Quia ejus nullibi facta eidem fuerat promissio h). Quod Jesaiæ verba l. c. v. 5. *de gloria Domini revelanda*, revelationi circa Christi baptismum factæ applicari debeant; e contextu, & autoritate N. T. tanquam testibus omni exceptione majoribus, probatum dedi i); destitutus tum temporis, *quoad specialem* scil. *hunc actum*, antiquorum Ecclesiæ Doctorum suffragio: præter unicum *Tertullianum* k), postliminio inventum; qui multis tamen in multis jam olim fuit suspectus. Atque adeo non attendissem eum, nisi Θεοπνεύστων me movisset autoritas: cui refragari, impium judicabam. Re vero jam confecta, video, etiam *Hieronymum* l) meis favere partibus, dicentem; *postquam apparuit gloria Domini, & vidit omnis caro salutare Dei: cuncta repente mutata sunt, & via Domini præparata: ita ut APPARERET IN SOLITVDINE GLORIA DEI, QVANDO BAPTIZATVS EST DOMINVS IN JORDANE, & aperti sunt cœli: & Spiritus sanctus in specie columbæ descendit, & mansit in eo: voxque Patris desuper intonantis audita est, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui; hunc audite. Et omnis caro vidit salutare Dei* &c. Huc usque pro nobis faciunt. Quibus admissis; omnes inferent, verba Johannis superius adducta, nil præjudicare debere nec Jesaiæ, nec reliquis testimoniis, superius m) pro plebe promiscua a me allatis.

§. 74.

f) Cap. XL. 5. g) §. 47. sqq. p. 413. sqq. h) Ut supr. jam monitum §. 11. p. 316. i) supr. §. 49. p. 176. k) l. c. p. 422. adductum. l) Commentar. in Jes. lib. XI. ad Ies. XL. 3. col. 301. circa fin. m) a §. 34. sqq. p. 398. sqq.

§. 74. Eodem prorsus modo, quo *Johannis* de Christo *prædicatio* nuspiam instituitur ceu medium unicum, quo Deus uti vellet, ut populum de Christo certiorem faceret, nullis unquam alliis demonstrando documentis. *Venerit ipse ad testimonium, testaturus de LVCE, quo omnes per ipsum credant* n): sed non solus. Unius positio non ilico est alterius exclusio. Esto etiam, *ipsum* (Johannem) *ad hoc VNICE venisse, aqua baptizantem, ut Christus manifestaretur Israëlitis* o). Nudam id præbere debebat occasionem, qua plurimis, ob novitatem baptismi, uno in loco concurrentibus, h. m. Deus Christum manifestaret; ut infinita hominum multitudo, evidentissimis spectaculis in singulorum sensus incurrentibus, uno actu simul confirmaretur apertissime. Etiam per Mosen erudiebantur Israëlitæ, de divinitate Legum, ab isto promulgandarum p). Quod tamen non obstabat, quo minus Deum ipsum in promulgatione Decalogi, de monte Sinai loquentem audirent omnes, quotquot montis radicibus præsentes tunc adstabant q). Ne a solius Mosis autoritate unice pependisse videantur r). Lex ipsa divina, minoris quoque momenti res, autoritate ac fide testis unius dijudicandas, prohibet; & duorum minimum ac trium testium, omni exceptione majorum, consensum postulat s). Testis vero domesticus, ac multo magis proximus agnatus, humanis pariter ac divinis legibus est suspectus, & ad testandum cum effectu inhabilis. Id quod e Scriptura ipsa evincere conatur Maimonides t), Gemaram secutus Babylonicam u). Ipsa quoque sana ratio dictitat, proniores semper fore homines erga alios sui generis ac familiæ. Quare ab his solis commendati, nunquam ab omni suspicione satis sunt immunes. Hinc Christus in Synedrio x) causam suam defensurus, in testimonio Johannis de ipso reddito, haud quaquam acquiescebat; sed intrepide asserebat, se ab homine testimonium non recipere; & habere aliud, Johanneo majus y). Resurrectionis certe suæ testes longe plures tempestive eligebat z): utpote qui haud dubie prævidebat, etiamsi solo Johannis testimonio nunquam steterit; nihilominus semper tales extituros, qui cum autore veteris *libri Nizzachon* a), sugillarent, quod de divinitate doctrinæ ejus nemo testatus fuerit



n) Joh. I, 7. o) l. c. v. 31. p) Exod. III, 15. sqq. c. IV. 5. sqq. v. 11. sqq. v. 15 16. c. XIX, 6. sqq. q) Exod. XX. vers. 1. sqq. conf. supr. §. 19. p. 331. sqq. r) l. c. p. 45. s) Num. XXXV, 30. Deut. XVII, 6. cap. XIX, 15. conf. Ruth. IV, 9. sqq. Jes. VIII. 2. Jer. XXXII, 10. sqq. Matth. XVIII, 16. t) Hilc. *Eduth*, c. XIII. §. 1. sqq. u) ad thesin IV. c. III. cod. *Sanhedrin* f. 27. b. l. 30. sqq. x) Vid. supr. p. 410. Joh. V, 34. 36. z) Joh. XV, 26. 27. Luc. XXIV, 48. Act. I, 8. c. V, 32. a) cujus verba supr. in *Præfat.* adducta sunt, p. 307. conf. etiam §. 31. p. 390. sq.

rit, nisi *plebecula de propria ipsius familia admodum tenuis.* Qui adhuc magis fauces dilaturi fuissent; si solus Johannes, ejus agnatus, ipsi præbuisset testimonium.

§. 75 *Sextum* celeberrimi *Lightfootii* b) dubium, *si populus vocem illam audivisset semel, Spiritumque descendentem vidisset; certe postea non opus fuisset, ut Johannes Christum indigitaret: nec post istiusmodi spectaculum fieri potuisse, ut Johannes majoris haberetur, quam ipse Christus; quem, & quis, & quantus esset? haud diutius populus ignorare potuerit*, imbecillitate laborat consequentiæ. Res magni momenti, inprimis a ratione nostra nonnihil alienæ, per plures uno, atque sæpius quoque, inculcari debent; antequam plenarium apud nos inveniant assensum. Quia cogitationes nostræ, apparitiones jam subductas, & non amplius visas, ad trutinam rationis sibi relictæ, examinantes, semper aliquid suppeditare solent; quo conceptum antea nobis approbatum, denuo vocent in dubium. Nunc sensuum prætendi solet fallacia: nunc præstigiarum, aut fascini timor: vel aliud quid, ad decipiendum incautos aptum. Quæ dubia, novis subinde expugnanda sunt confirmationibus. Inprimis si apparitiones priores quibusdam saltem evenerint, & non genti universæ; ut h. l. accidisse legimus. Coram his, qui spectacula exhibita præsentes viderant, ac audiverant, id saltem testatus Baptista præsumi potest; quod simul ac Dominus turbæ se subduxisset, a Spiritu S. in desertum abductus, cum diabolo conflicturus c), superstitibus adhuc, &, rem insolitam tacite penes se admirantibus, alta voce acclamasse fertur d): οὗτος ἦν, ὃν εἶπον, i. e. *bic ipse erat, quem*, (vel de quo) *dicebam*, das war eben der, von dem ich schon mehrmal gesagt habe: *post me veniens, ante me extitit; quia prior me erat.* Vidistis jam, & audivistis, quod vera de illo pronunciarim. *De absente* enim, ut optime B. noster *Mart. Chemnitius* e), *qui paulo ante præsens adfuerat, ita solemus loqui.* Reliqua omnia eius de Christo testimonia, ad illos directa deprehenduntur, qui ipsi Christo baptizato præsentes non adfuerant; suis videntes oculis, in quem Spiritus ex alto descenderit: suisque audientes auribus, quid vox cœlitus delapsa de eo prædicaverit. Incertus saltem de eo rumor, ab Autoptis disseminatus, ad ipsos pervenerat; in quo erant confirmandi. Quid quod ne apud istos quidem sine fructu fieri potuit crebra eius refricatio, qui olim præsentes suis viderant oculis, suisque adstantes perceperant auribus. Sonus aures feriens, rursus evanescit; nisi cre-

b) Harmon. IV. Evangelist. ad Marc. I. 10. p. 345. c) Matth. IV. 1. Marc. I, 12. Luc. IV, 1. d) Joh. I, 15. e) in Harm. IV. Evangelist. cap. XX. p. 195.

crebro revocetur in memoriam. De Mose, quo cum comparationem, vi propositi, ubivis hic institui, ipsa testatur Scriptura f); quod (omnes) *Israelitæ*, suis *videntes oculis*, quanta per ipsum Deus *miracula in Ægypto*, ac mari rubro *perpetrarit*, *crediderint*, *eum Dei servum* fore; quo cum intimum haberet commercium, quemque tuto sequi possent in omnibus. Quo non obstante, sapientissimus Deus consultum judicabat, ejus denuo confirmare auctoritatem; non tantum *Gloria divina* coram toto Israelitarum cœtu *in nube quadam visa, e qua Mosen alloquebatur* g): sed, ut omnes *verba*, quæ inter se in monte Sinai miscerent, distincte *audirent & perciperent*, ac deinceps *fidem ipsi haberent in æternum* h). Quo ipso tamen impedire haud potuit, quo minus contra ipsum insurgeret nunc factio Koræ, Dathan ac Abiram i); nunc frater ipse Aaron cum sorore Mirjam k); nunc universus, duobus saltem exceptis, populus l). Contra quos omnes novis semper defendendus erat declarationibus: quas nequaquam avertere valuit evidentissima illa ad montem Sinai facta apparitio. Nihil ergo novi, si idem Salvatori evenerit; & una Dei apparitio crebris Baptistæ testimoniis suffulcienda fuerit: ne penitus illa supprimeretur. Si unicum suffecisset testimonium; ipse Johannes toties illud non debuisset repetere. Qui tamen non modo antequam Christus ad baptizandum accederet, id ipsum ingeminarat m); sed eodem, quo baptizabatur die n); ac intervallo abhinc plus quam menstruo o), erga totius Synedrii Jerusolymitani legatos, ex Sacerdotibus ac Levitis electos p): & altero post hoc exantlatum die denuo q), cum Jesus in vicinia existeret: & tertio ab hinc die rursus, cum Jesum intueretur in vicinia obambulantem r). Ex quibus apparet, quod *quinquies* minimum, idem repetierit testimonium. Quod & *sexta* vice iteravit, nondum carceri inclusus; occasionem ipsi præbentibus quibusdam discipulorum suorum, autoritatis suæ æmulis s): quod nec intermisit squalido inclusus carceri; sed, quantum in viribus suis, testimonium olim de isto divulgatum, refricare annitebatur t). Quasi mortem, salva conscientia, oppetere nequeat; nisi rem eandem quacunque ablata occasione, ad nauseam usque iterando inculcaret. Usque adeo una sola declaratio, non excludit reliquas.

Ooo 3 §. 76.

f) Exod. XIV. 31. Conf. supra *Ab. Esram* ad §. 16. p. 320. sqq. g) Exod. XVI. v. 10. sqq. h) Exod. XIX. v. 9. sqq. i) Num. XVI. 1. sqq. k) Num. XII. v. 1. sqq. l) Num. XIV, 2. sqq. coll. cap. XXI, 5. sqq. m) Matth. III. v. 11. Luc. III. v. 16. n) verbis in limine §. e Joh. I, 15. citatis. o) Vid. supra §. 70. p. 470. p) Joh. I. v. 19. coll. v. 27. q) l. c. v. 30. r) l. c. v. 36. s) Joh. III. v. 24. sqq. t) Matth. XI. v. 2. sqq.

§. 76. Quod autem existimat *Celeb. Lightfoot, fieri non potuisse, ut post istiusmodi spectaculum, Johannes majoris haberetur, quam ipse Christus: quem, & quis, & quantus esset? haud diutius populus ignorare potuerit:* tum demum locum inveniret, si divinæ apparitioni devote assurrexissent, eaque approbassent omnes, quæ audiverant viderantque præsentes: ob abjectam & contemptibilem Christi formam, ab assensu præbendo minime avocati. Alioquin idem inferre liceret ex tot testimoniis Johanneis, quibus suspicionem istam a se amolitus dicitur: prioritatem ac principatum post se secuturo deferens; quem diserte *Dei* vocat *filium* u). Quibus tamen apud gentem immorigeram, Dei vero voluntati semper renitentem, nihil profecit. Potuerunt alii, & inprimis Synedrii assessores, illis, qui de plebe præsentes viderant audiverantque, regerere; quod in applicatione vocis aberrarint, baptizato tribuentes, quod meliori jure Baptistæ competeret, multa præ Christo singularia, ac prorsus eximia referenti, ratione originis, institutionis, vestitus, ac vitæ generis x). Facile etiam visum aberrare potuisse, ut columbam

u) Joh. I. v. 34. x) Conf. *Chrysost.* in Joh. I. v. 19. Hom. XV. in N. T. tom. II. c. 97. ant. med. Edit. Francof. sed *Eton.* Homil. XVI. tom. II. Op. p. 616. ἔπαθόν τι πρὸς αὐτὸν ἀνθρώπινον πάθος. εἰς γὰρ τὴν τοῦ κόσμου δόξαν ἐπτοημένοι, καὶ κατὰ πρόσωπον βλέποντες, ἀνάξιον εἶναι ἐνόμιζον, ὑποτάσσεσθαι αὐτὸν τῷ Χριστῷ. Τὸν μὲν γὰρ Ἰωάννην πολλὰ τὰ δεικνύντα λαμπρὸν ἦν· καὶ πρῶτον τὸ γένος καὶ ἐπίσημον καὶ περιφανές· ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱός· ἔπειτα ἡ δίαιτα, καὶ ἡ σκληραγωγία, ἡ τῶν ἀνθρωπίνων πάντων ὑπεροψία. Καὶ γὰρ ἐσθῆτος, καὶ τραπέζης, καὶ οἰκίας, καὶ τροφῆς δὲ αὐτῆς ὑπεριδὼν, κατὰ τὴν ἔρημον τὸν ἔμπροσθεν διέτριβε χρόνον. Ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ πᾶν τοὐναντίον ἦν· τό δε γὰρ γένος εὐτελὲς (ὃ καὶ πολλάκις αὐτῷ προύφερον, λέγοντες· οὐκ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς;) καὶ ἡ δοκοῦσα δὲ αὐτῷ πατρὶς εἶναι, τοσοῦτον ἐπονείδιστος ἦν, ὡς καὶ τὸν Ναθαναὴλ λέγειν· ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; καὶ ἡ δίαιτα δὲ κοινή, καὶ τὰ ἱμάτια δὲ οὐδὲν πλέον τῶν πολλῶν ἔχοντα. - - - ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως διητᾶτο, καὶ συμποσίοις παρεγίνετο πονηρῶν ἀνθρώπων, καὶ τελωνῶν &c. i. e. *patiebantur quoad ipsum aliquid humani. Mundanæ quippe existimationis stupore abrepti, & secundum faciem externam judicantes, indignum arbitrabantur, inferiorem ipsum haberi Christo. Multa namque Johannis generositatem ostendebant. Primum generis claritas: Principis enim Sacerdotum erat filius. Deinde vita, & asperitate, &*

bam Johanni imminentem ceu digniori, effascinati crediderint inhærere Christo. Qui, si ejus causa hæc evenissent, non tam subito eorum præsentiæ se subduxisset, diu nullibi locorum visus: sed mansisset penes eos, quid porro agendum ipsis foret, edicturus. Quod si autem se opposuissent, certitudinem sensuum suorum asseverantes; audire cogebantur y): *turba hæc, quæ legem non novit, execrabiles sunt*, & nullius fidei; ad testandum, in re præcipue tanti momenti, inhabiles z). Ita *semper Sapientia a suis judicata fuit filiis* a): nec immerito Christus generationem istam pueris assimilabat, qui in foris sedentes suis acclamant sodalibus: *tibiis cecinimus vobis, & non saltastis; lugubria cecinimus vobis, & non planxistis* b). Ab eventu minus secundo, suæque parum respondente intentioni, perperam concluditur ad negationem ipsius antecedentis: inprimis apud gentem adeo depravatam, qualis Judaico tempore Christi describitur.

§. 77. Multo minus perceptio Spectaculi exhibiti, inde in dubium vocari poterit, quod, VII. *quum primum Johannes eum digito monstrasset, discipuli se statim ei dederint, & adjunxerint: qui quanto magis citiusque* id *fecissent, si quidem modo adeo stupendo ob ipsis cælis demonstratum vidissent. Cum autem hoc non fecerint; tuto colligi, eos nihil hujusmodi de eo citius intellexisse.* Quod parum *tuto* hoc inde colligatur; vel ex hoc constare potest, quod tam antecedens fallat, quam consequens vacillet. Falsum *primo* est, quod ad primam Johannis demonstrationem digito indice factam, aliqui ipsum secuti fuerint, doctrinam ejus ambientes. Pridie idem fecerat Johannes c), longe pluribus id evincens argumentis: quibus tamen nemini persvasisse legitur,

*rerum humanarum contemtu erat insignis. Siquidem veste, mensa, domo, & ipso victu contempto, eremum ab ineunte ætate incoluerat. Quæ apud Christum omnia contrario modo se habebant. Genus quippe admodum vile, & ad incitas ferme redactum. Quod ipsum etiam multoties ipsi exprobrarunt, dicentes* Matth. XIII, 55. coll. Marc. VI, 3. Joh. VI, 42. *nonne hic ipse est iste fabri istius filius? annon mater ipsius dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus ac Joses? Ipsa patria, unde originem ducere putabatur, ignominia quadam notabatur, quemadmodum & Nathanael dicebat* Joh. I, 47. *E Nazareth numquid boni quid esse potest? Præterea conversatio est vulgaris, & vestimenta nihil a plebe differentia. - - - Victus rationem* habet *omnibus æqualem*: ipsorumque *pessimorum hominum ac publicanorum interest conviviis* &c. y) Joh. VII. v. 49. z) cod. *Pesachim* f. 49. b. l. 28. sqq. *Maim.* Hilc. *Eduth.* c. XI. §. 2. sqq. a) Matth. XI, 19. b) l. c. v. 16. 17. c) Joh. I. v. 29. sqq.

tur, ut commendatum sectaretur. Quod & alibi sine pari effectu suscepisse, præsumitur. *Deinceps* non constat, die isto, quo Christus baptizabatur, æque discendi cupidos concioni interfuisse, ac illi erant, qui tertio post adventum legatorum Synedrii die, præsentes erant: & eo ipso, quo Johannis dicuntur discipuli d), satis præparati agnoscuntur, qui sui hactenus Præceptoris ductum exequantur. Id quod quilibet de plebe vix ausit suscipere. Quibus *accedit præcipue*, quod, si vel maxime pares discendi cupidi in istorum numero tunc adfuissent, (cum dignos eos judicarit Deus supremus, qui manifestationi & *Inaugurationi* Unigeniti sui Filii, præ multis aliis interessent); non potuerint tamen ilico eidem adhærere, in contubernium ipsius, desertis suis, transeuntes: partim, ne nimis leves videantur in re maximi momenti, & de qua antea nondum sufficienter fuerant instructi; ad exemplum discipulorum Johannis, qui Doctoris sui de Christo testimonium aliquoties jam inaudiverant. Partim ob negatam ipsis sectandi occasionem. Quoniam Salvator baptizatus, simul ac post descensum Spiritus S. in ipsum, vox Patris cœlitus delapsa omnium aures ferierat, *ilico* e) ipsorum subducebatur aspectui, in desertum translatus, ad tentamen cum diabolo subeundum; & spatium concedendum spectatoribus, rem ipsis oblatam maturo expendendi judicio: ne quicquam ex præcipitantia suscepisse, jure merito accusari queant.

§. 78. Nec VIII. dici poterit, quod *Celeb. Lightf.* numero *tertio* f) urget, *si hæc cœlestis declaratio publica esset, & pariter omnibus exaudita; ægre excogitari posse, quorsum Christus pari e cœlo fretus testimonio, tribus solummodo spectantibus Apostolis, bis tamen silentium imponeret; reliquosque novem, quid ei obtigerit, studiose celari cuperet, Matth. XVII. 9.* quibus adjicit, *quæ, obsecro! tam dissimilis consilii in re pari adinveniri potest ratio?* Equidem, quam fundamenti loco ponit, *paritas* utriusque, non prorsus eadem est. Quia *spectacula* oculis utriusque objecta, & quæ sola g) divulgari, ad tempus prohibentur, prorsus diversa erant, & cum præsentibus in nullo conveniebant. Vox etiam e nubibus delapsa, superiori aliquid adjiciebat: & nuspiam legitur diserte interdicta. Interdicti vero ratio haud obscura esse potest: quam varii variam reddidere. Nec potest eadem concipi, si consideratur, quod *NEMINI* prorsus, ne suis quidem condiscipulis, nedum vulgo

d) Joh. I, 35. 37 e) Marc. I, 12. ΕΥΘΥΣ τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον. f) l. c. p. 344. b. g) Matthæi verba c. XVII. v. 9. sunt: μηδενὶ εἴπητε τὸ ΟΡΑΜΑ: Marc. IX, 9. διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ ΕΙΔΟΝ: Luc. IX, 36. ἐσίγησαν καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν, ὧν ΕΩΡΑΚΑΣΙΝ.

go h), revelare debuerint. In condiscipulis quidem, imposito hoc silentio, *præscindere voluit ansam* livoris seu *invidiæ*, *æmulationis*, *atque tristitiæ*. Ne ægre ferrent absentes, se ejus felicitatis non factos fuisse participes: atque ea propter partim livida erga sodales æstuent invidia; partim intempestivam contrahant mœstitiam, ex suspicione, se minus gratos fore Domino, quam reliqui, quos glorificationis suæ elegisset socios. Vulgo autem reticeri voluit, ut hoc ipso *cavillandi* ipsis præriperet occasionem, & odium a suis averteret discipulis, præclara illa de ipso disseminaturis. Absque dubio enim rem totam in dubium vocassent, & imposturæ notam ei inussissent: utpote coram solis domesticis suis, &, vel agnatis, vel præ reliquis dilecto, peractam: qui mendacii potius argui debeant, aut pœnæ subjici falsorum testium; quam audiri in causa adeo insolita, & omnem ferme fidem superante. In quo ultimo, mecum consentit *Hieronymus* i); aliam insuper causam adjiciens, verbis: *ne & incredibile esset, præ rei magnitudine; & post tantam gloriam, apud rudes animos sequens crux scandalum foret.* Posteriorem rationem inde hausisse videtur; quod interdictum diutius durare non debuerit, quam donec *e mortuis* Christus *resurrexisset* k). Unde & *Chrysostomus* in eam ipsam inclinat sententiam, prolixe eidem explanatam l). *Hilarius* m) autem videtur, disci-



h) Omnes enim Evangelistæ, ad lit. (g) citati in hoc conveniunt. i) Commentariorum lib. III. in Matth. XVII. Op. tom. IV. col. 78. k) Matth. XVII, 9: *ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.* Marci IX, 9. *εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς* &c. Luc. IX, 36. *αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν,* EN ΕΚΕΙΝΑΙΣ *ταῖς* ΗΜΕΡΑΙΣ *οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν.* l) in Nov. Test. tom. I. in cap. XVII. Matth. Homil. LVII. col. 617. sqq. C. D. Edit. Francof. sed *Etonensis* Homil. νϛ. seu LVI. Op. Tom. II. p. 360. l. 20. sqq. *Ὅσῳ γὰρ μείζονα ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ, τοσούτῳ δυσπαραδεκτότερα ἦν τοῖς πολλοῖς τότε, καὶ τὸ σκάνδαλον δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ ἐπετείνετο μᾶλλον ἐντεῦθεν. Διὰ τοῦτο κελεύει σιγᾷν, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πάλιν τοῦ πάθους ἀναμιμνήσκων, καὶ μονονουχὶ καὶ τὴν αἰτίαν λέγων, δι' ἣν καὶ σιγᾷν ἐκέλευσεν· οὐ γὰρ δὴ διὰ παντὸς ἐκέλευσε μηδενὶ εἰπεῖν, ἀλλ' ἕως ἀναστῇ ἐκ νεκρῶν. Καὶ τὸ δυσχερὲς σιγήσας, τὸ χρηστὸν ἐμφαίνει μόνον· τί οὖν; μετὰ ταῦτα οὐκ ἔμελλον σκανδαλίζεσθαι; οὐδαμῶς. τὸ γὰρ ζητούμενον, ὁ πρὸ τοῦ σταυροῦ καιρὸς ἦν. μετὰ γὰρ ταῦτα καὶ πνεύματος κατηξιώθησαν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημείων εἶχον φωνὴν, συνηγοροῦσαν αὐτοῖς, καὶ πάντα ὅσα ἔλεγον λοιπὸν εὐπαράδεκτα ἦν σάλπιγγος λαμπρότερον τῶν πραγμάτων ἀνακηρυττόντων αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν, καὶ οὐδενὸς σκανδάλου τοιούτου μεσολαβοῦντος τὰ γινόμενα.* i. e. *Nam quanto majora de ipso dicebantur; tanto diffici-*

discipulos, antequam dono Spiritus S. replerentur, nondum satis aptos judicasse; qui rem tantam decenter, & ut in honorem Christi vergeret, propalare valuissent. *Damascenus* n) autem, propter Judam præcipue, interdictum publi-

*liora tunc creditu multis videbantur. Et scandalum, quod a cruce oriebatur, multo magis inde crescebat. Idcirco silentium jussit: neque id simpliciter; sed cum passionis mentione, quasi causam exponat, quare opus silentio sit. Non enim perpetuum indixit silentium; sed donec a mortuis resurrexerit. Atque hic, quod jucundum erat, solum dixit; asperum vero atque amarum silentio tradidit. Quid igitur postea? Nonne idem post resurrectionem passi sunt scandalum? Minime. De tempore enim, quod crucem præcedebat, agitur. Nam postea & Spiritu recepto, & signis tuba clarius attestantibus, cæterisque rebus omnibus, ad declarandum robur ipsius undique confluentibus, nullo scandalo poterant commoveri.* Theophylactus p. 99. brevitate sua magis perspicuus est, verbis; διὰ ταπεινοφροσύνην παραγγέλλει μηδενὶ εἰπεῖν. Καὶ ἅμα ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν οἱ ἀκούοντες τοιαῦτα, ὕστερον σταυρούμενον βλέποντες αὐτὸν ἐνόμισαν γὰρ ἂν αὐτὸν πλάνον εἶναι, κατὰ φαντασίαν ποιήσαντα τὰ Θεοπρεπῆ. i. e. *Ex humilitate denunciat, nulli dicendum. Atque etiam, ne offendantur qui audirent talia, postea ipsum crucifigi videntes. Putassent enim, impostorem eum fuisse, qui hæc solum apparenter fecisset, Deo competentia.* m) in Matth. Comment. p. 298. n) Tom. II. Oper. Edit. Paris. An. 1712. Homilia de *Transfiguratione Domini* §. 7. p. 796. Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης εἷς μόνος οὐκ ἄξιος ἦν τῆς θέας τῆς θεότητος, ἀρθήτω γάρ, φησιν, ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου. μόνος μὲν, οὖν τῶν λοιπῶν ἀφιέμενος, ὅ, τε φθονερὸς τε καὶ βάσκανος, εἰς πλείονα μανίαν ἐξεπυρεύετο. - - οὕτως ἀποκλείει μὲν τῷ προδότῃ τὰ τῆς προδοσίας ἐγκλήματα· ἀποκαλύπτει δὲ τοῖς ἀποστόλοις τὴν οἰκείαν θεότητα· τὸν γὰρ Ἀνδρέαν ὁρῶν σὺν τοῖς λοιποῖς κάτω μείναντα, οὐκ εἶχεν εἰπεῖν ἀπολογίας προσχήματι, τῷ μὴ τυχεῖν τῆς θέας, πρὸς τὴν ἀπεμπολὴν τοῦ δεσπότου ἐνάγεσθαι. i. e. *Judas Iscariotes unus hic duntaxat indignus erat, qui divinitatem spectaret. Tollatur impius,* inquit Jes. XXVI, 10. *ut non videat gloriam Dei. Hic* vero *solus sejunctus a reliquis, cum invidentia & livore laboraret, majori fuisset furore incensus. - - Hoc modo proditori quidem proditionis crimen occludit: Apostolis vero Deitatem suam patefacit. Judas enim Andream infra cum cæteris mansisse videns, excusandi facinoris sui causa, dicere non poterat; se ideo impulsum, ut Dominum venderet, quod illi spectaculo non adfuisset.*

publicationis factum autumat: ne hic ab aspectu tantæ visionis exclusus, ex mera invidia se repulsum diceret; & eo magis ad insidiandum, ac prodendum incitaretur. Quod dum arriperem, si solus fuisset domi relictus. Quam *Alphonsus Tostatus* o), loco ultimo, ceu *præcipuam* affert, & *Remigio* tribuit, *ne passio Christi impediretur:* ea vix videtur apud gentem incredulam attendenda: nedum ut cum illis, quæ de proditore apud Damascenum dicuntur, ullo modo possit consistere. Ex quibus omnibus abunde constat, longe disparem utriusque manifestationis fuisse rationem: & quod eadem momenta, quæ posterioris ad tempus definitum occultationem exegerint, circa priorem nequaquam militarint. Nullis tunc Christus gaudebat sectariis, seu discipulis; quorum præcavere debuerit æmulationem, aut mœrorem: nec testes spectaculi habebat domesticos, ob commune contubernium aliis suspectos; sed meros peregrinos, ipsius favori nil quicquam daturos. Quum ne Johannes quidem eundem de facie antea cognoverit p).

§. 79. Quæ superpondii loco, numero VIII. annectit, utut varia sint, nihil tamen contra assertionem nostram, efficaciter inferunt. *Deum prædicationem designasse, partim Johannis, partim ipsius Christi, partim vero discipulorum ejus, tanquam medium, homines ad veri Messiæ cognitionem perducendi.* Si voci *medium*, adjeceris *ordinarium;* omnia erunt salva. De Johannis prædicatione, quam numero V. jam urgebat, ibidem itidem monui q); quod unius positio, non sit alterius exclusio. Id quod hic agnovisse, & approbasse videtur vir celeberrimus: dum sua sponte alios eidem adjungit sodales. *Christi* solius de se ipso *testimonium*, eodem animadvertente r), Judæis *fuisset suspectum.* Cum & penes illos s) nemo in propria causa testis sit fide dignus, nec ad absolutionem, neque damnationem. Nec discipulorum prædicatio contradictione caruit: quia testes erant domestici, in nullo judicio omni exceptione majores. Constituerat quidem hos omnes Deus, ut per prædicationem ipsorum, ceu medium ordinarium & continuum, sœpiusque per intervalla repetendum, homines ad veri Messiæ cognitionem perducantur: sed & autoritas iisdem prius erat concilianda, ut fidem ipsis haberent auditores; eodem modo, quo Mosi: quem semper Judæi Christo, apud christianos, præponunt t). Hunc Deus de monte Sinai alloquebatur, populo ad

 radi-

o) tom. X. Operum, Part. II. quæst. CII. p. 392. Edit. Colon. p) Joh. I, 31. q) supr. §. 74. p. 475. r) Joh. V, 31. coll. cap. VIII, 13. 14. s) vid. *Obad.* de *Bartenura* ad *Cethub.* cap. II. θ. 3. e *Gemara* cod. *Sanhedr.* f. 25. a. l. 15. t) Joh. IX. v. 29. conf. dicta superius Præfat. p. 306. & ad §. 31. p. 390. sqq.

radices montis adstante, & audiente; non alio fine, quam ut audientes Israelitæ ejus cum Deo colloquium, in posterum crederent ipsi in æternum u). Quæ causa quoque erat, quare Spiritus S. super Apostolos, antequam solenne prædicandi munus adirent, in festo Pentecostali effunderetur; multis hominum millibus præsentibus, omniaque considerantibus accuratissime x). Id quod de Christo multo magis erat necessarium. Ipse certe in templo docturus, elata voce clamabat y), *a me ipso non veni; sed est verax, qui me misit: - - - ab ipso sum, & ille me misit.* Alibi z) non veretur dicere: *si ego glorifico me ipsum, gloria mea, nihil est. Est pater meus, glorificans me.* Quam *glorificationem* Paulus ad facultatem *docendi*, aliaque Sacerdotis munia restringit, verbis a): *nemo sibi ipsi arripit istum honorem* b); *sed vocatus a Deo, sicut & Aaron* c). *Ita & ipse Christus non se ipsum glorificavit, ut fieret Sacerdos primarius; sed allocutus ipsum* verbis, *filius meus es tu, ego hodie genui te*, hoc ipso alloquio scil. *glorificavit* eum, ac sacerdotem & Doctorem declaravit. Quæ verba, cum præcise in *Spectaculo* illo, de quo loquimur, Deus supremus de cœlo in hunc tenorem pronunciarit d); haud obscurum præbent indicium, quod Paulus verbis allegatis eo respiciat: & hoc ipso confirmet, præsentationem illam, ad docendi munus subeundum, tunc factam esse omnibus, per utramque fluminis ripam dispersis; qui clare & distincte cuncta perceperint. Quod annectit, *Christum, quamdiu Johanni permissum fuerit, libertate uti, tamdiu illius fretum testimonio, aliud non quæsivisse;* disertæ Scripturarum adversatur literæ, & manifesto Salvatoris pronunciato: quo negat e), *se hominum* unice stare *testimonio*, &, *quod majus Johanneo habeat.* Quod & profert ibidem, & eo se in judicio supremo defendit; ad hanc apparitionem v. 37. diserte provocans f).

§. 80. Quando, sub eodem quidem numero *octavo* inserit: *hujusmodi revelationes ipsis Prædicatoribus erant concessæ; quo majori cum πληροφορίᾳ populo de veritate testes esse possint, eumque in veritate facilius confirmare.* Novum suppeditat argumentum IX. ab *ineptitudine plebis*, ad divinas reve-

u) Exod. XIX, 9. x) Act. II. v. 1. sqq. y) Joh. VII, 28. 29. z) Joh. VIII, 54. a) Ebr. V. v. 4. 5. b) Ut ausi fuerunt Korah, Dathan, Abiram. Num. XVI, 1. sqq. ac pius alioquin Rex Usias 2 Chron. XXVI, 16. sqq. male eapropter mulctati. c) Lev. VIII, 2. Num. XX, 25. Jes. LXVI, 21. d) apud Marcum c. I, 11. & Lucam cap. III, 22. coll. Ps. II, 7. e) Joh. V. v. 34. 36. sqq. ἐγὼ δ' παρὰ ἀνθρώπων τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω - - - ἔχω δὲ τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ιωάννου &c. f) Vid. supr. §. 44. p. 410. sqq.

revelationes immediate recipiendas, desumtum; utpote quæ solis *docentibus*, diu subinde se, ad illas condigne accipiendas, præparantibus, sint concessæ. Quod sola illa actio Decalogi de monte Sinai promulgati, qua cum nostram toties contuli, plenissime evertit, & prosternit penitus. Equidem, si illorum applaudendum foret sententiæ, qui contendunt, Israëlitas universos monti tunc adhærentes in sublimitatem Prophetarum elevatos fuisse, & in ecstasin quasi abreptos; *ut in visione* Prophetis alioquin propria, usu sensuum externorum cessante, intellectu *viderint*, *audiverintque Deum*, *Decalogum promulgantem*. Tunc aliquam veri speciem hæc contineret exceptio: quæ tamen per factum simile everteretur ilico. Quod enim in tot hominum myriadibus, inter quos infinita promiscuæ Ægyptiorum turbæ multitudo, parum hactenus in veræ religionis fundamentis informata, erat immixta, per singularem Dei dispensationem fieri potuisset: id longe facilius, per eandem Dei gratiam, in paucioribus locum invenisset, non modo sufficienter in Dei cultu instructis; sed & ex reverentia erga Deum, ad Johannem se conferentibus, & ad baptismum digne suscipiendum, in ipso pœnitentiæ actu deprehensis g). Qui longe majorem, ad sublimitatem illam obtinendam, attulerant capacitatem; quam populus iste per lotionem acquisiverat triduanam h). Si *R. Joseph Albo* sententia i) aliquid in recessu haberet; diceres, hic majorem Mose adfuisse k), ipsum *Dei filium*: cujus merito adstantes omnes digni evasissent. Verum sententiam istam *Abrabbanel MENDACEM* dicit l), & talem, quæ nullo modo locum invenire potuerit in universo cœtu, ad abstractiones ibi necessarias, maximam partem prorsus inhabili. Utpote qui (non per visionem, in qua sensus externi cessarent; sed) omnibus usi sensibus externis, vocem miraculose formatam, mirabiliter etiam perceperint, & distincte intellexerint. Idem & de his judicandum, qui Christo baptizato præsentes aderant, quum sæpius indicata exhiberentur spectacula. Quod *Hagar* illa Ægyptia m), item *Manoah* n), (quem *plebejum* dicunt Talmudistæ *),) ejusque *uxor* o), audiverint & perceperint sermonem ad ipsos directum; quamvis donum Prophetiæ non habuerint: ipse *Maimonides* fatetur p); sermonem audi-



g) erat enim *pœnitentiæ*, nemine extra hanc recepto, Matth. III, 2. 6. sqq. Marc. I, 4. 5. Luc. III. v. 3. 8. sqq. h) De qua vid. Exod. XIX, 10. sqq. i) supr. §. 19. p. 331. sqq. adducta. k) Vid. p. 397. l) Quæst. XIV. in Exod. XIX. f. 167. c. 2. l. 24. sqq. it. Comment. Exod. XIX. v. 9. f. 169. c. 3. l. 7. sqq. Edit. Ven. m) Gen. XVI, 7. sqq. n) Jud. XIII, 13. sqq. *) cod. *Erubin* f. 18. b. l. 15.) o) l. c. v. 3. sqq. p) *More Nebuchim* Part. II. c. 42. circa fin.

auditum cum *filia vocis* comparans, quæ & ei contingere possit, qui ad Prophetiam minime sit paratus. Utut adduci non potuerit, ad statuendum, quod Israelitæ ad montem Sinai commorantes sensum verborum divinitus pronunciatorum perceperint. Utpote quibus solius soni, reliquique fragoris de cœlo tonantis perceptionem tribuit; cujus sensum & intellectum Moses deinceps ipsis explicuerit q). Quod si & hanc vocem, originem dixeris, vel potius ansam fictitiæ Judæorum *filiæ vocis;* in aprico erit, colligere, plures hanc audire & percipere potuisse, qui nullos habuerint influxus vatidicos. Quod enim quisque Judæorum eam perceperit, istorum nemo ambigit. Cum & *Nebucadnezar* Rex impius ac gentilis veram Dei vocem audivisse dicatur r); & *Cain* s), a nemine unquam in Prophetarum chorum relatus: ut de *Gideone* t), strenuis annumerato militibus, & *Eva* u), nuper admodum concreatam integritatem exuente, nil dicam. De quibus tamen omnibus Scriptura diserte testatur; quod Dei loquentis vocem intellexerint, apta eidem responsione reddita.

§. 81. Ex hactenus dictis, satis (ut ego quidem opinor,) jam constat; nihil a parte adversa adductum fuisse tam ponderosum, ut probare sustineat, *turbam* illam, *quæ præsens* aderat, *cum Christus baptizaretur*, sive casu in Jordane adhuc consisteret x), sive per utramque ejus ripam fuerit dispersa, *spectacula* ibi exhibita, in cœlis apparenter fissis, ac Spiritu S. in forma columbæ in Christum descendente, *nec vidisse*, *nec verba* cœlitus pronunciata, *hic ipse est filius ille meus dilectus* &c. *audivisse*, satis *intellecta*. Quin potius omnes ac *singuli* ibidem tunc temporis congregati, *distincte viderunt omnia*, scil. tam *cælos* modo dicto *fissos*, quam *Spiritum S. in Christum descendentem*, eique immanentem: *ac* suis *audiverunt* auribus, & distincte intellexerunt, *quod vox* per Chasma illud cœlitus descendens *proclamaret*, *hic est filius ille meus dilectus*, *in quo complacui*. Applicarunt etiam sine ulla hæsitatione Christo baptizato, non Baptistæ: & visionem illam aliquamdiu undique inter suos disseminarunt, in quos inciderunt, plenam ipsi, ceu divino spectaculo fidem habentes; donec per alios, in autoritate potissimum constitutos, de Sacerdotibus ac Pharisæis, quidam eorum confunderentur, a recto tramite seducti. Meram proinde calumniam, quoad posterius, vibrant ista Pharisæorum verba y): *nos novimus*, *quod Mosi locutus sit Deus; hunc vero non novimus*, *unde sit?* Quamvis quacunque oblata occasione, moderni omnes continuo

q) Mor. Neb. l. c. cap. 33. r) Dan. IV, 28. sqq. s) Gen. IV, 6. sqq. t) Jud. VI, 12. seqq. c. VII. v. 2. sqq. u) Gen. III, 13. 16. x) contra dicta supra §. 34. circ. fin. & §. 35. sqq. y) Joh. IX, v. 29.

tinuo eadem ingeminent. Affectata eſt *ignorantia:* quam omnes exuere potuiſſent, & hodienum poſſent; teſtibus de propria ipſorum natione, (qui Chriſtum nunquam antea viderant, aut ullis hactenus ab ipſo (ceu homine) devincti fuerant beneficiis, ad quæ compenſanda proniores in eum forent, & hinc) omni exceptione majoribus, fidem adhibentes. Quo facto, *cognoviſſent*, & adhuc *cognoſcerent* omnes; *Inaugurationem Jeſu*, quem Chriſtiani ut Meſſiam merito veneramur, *haud obſcuriorem fore* præſentatione *Moſaica:* & *cum eo, Deum* non minus *de cælo locutum fuiſſe*, quam cum ipſorum legislatore; qui ceu Dei ſervus, Apoſtolo inferente z), longe inferior ſit Dei filio a). Quemadmodum nec *promulgatio Evangelica obſcurior eſt legali*; ſed ſuo modo illuſtrior: utpote in præſentia aliquot millium, quorum plures hoſtes Chriſti erant infenſiſſimi, in ipſa Judæorum metropoli Jeruſalem, eo in loco ſolenniter peracta, ad quem omnes propius accedere permittebantur, ab inſpectione accuratiori nullis prohibiti miſſilibus b). Quod alias ſeorſim docui c). Deo devotas jam perſolvens gratias, pro viribus, ad hoc qualecunque opuſculum utcunque abſolvendum, clementer conceſſis. Et ſimul ſupplex rogito, ut porro facultatem benigne largiatur, ad reliqua Judæorum offendicula, (ex *flagrantibus* adhuc *inter Chriſtianos bellis* ferme *continuis*, quæ vaticiniis Jeſaiæ de temporibus Meſſiæ d), parum videntur congruere, *aliisque Chriſtianorum dogmatibus, quæ* perperam intelligunt,) nefarie ab illis ipſis objecta, juſta interpretatione tollendi e medio. Et, ut ex ipſa Scriptura V. T. & propriis Judæorum ſcriptis evincam; ſingula iſtorum *feſta*, una cum *Sabbatho* ipſo, *abroganda* fuiſſe *in Meſſiæ temporibus*. Cui, una cum Patre, & Spiritu ſancto, ſit *Laus, & honor, ac gloria in ſecula ſeculorum*, Amen.

---

z) Ebr. III, 2. ſqq. Conf. ſupra §. 33. p. 395. a) Conf. ſupra §. 33. p. 395. ſqq. b) Ut boni illi Judæi, Decalogum accepturi, a propiori acceſſu arcebantur, Exod. XIX, 12. 13. 21. 22. 23. Conf. Program. ad ſeq. (c) citandum, p. 22. 25. c) Program. *Pentecoſtali*, Academiæ nomine, An. 1714. vulgato, cit. ſup. p. 5. ad (r). d) Jeſ. II, 4. c. XI, 6. ſqq.

I. A. DAN-

# J. ANDR. DANZII
# ORIGO TALIONIS AD MENTEM
## Gentilium, Judæorum ac Christianorum
## EXAMINATA
### Occasione MATTH. V, 38. 39.

### §. I.

T*Alionem* delineaturus, in vocis etymo eruendo, nullis utar verborum anfractibus. Etiam *M. Verrius Flaccus* a), ututin evolvendis vocum signifiationibus Indagatorem agat assiduum, *Talionis* mentionem fieri in XII. asserens, non indicat, quid significet b): quia *Festo* quidem judice c), credidit, esse notum. Quum lex d), ad quam provocat, *vindictam* permittat *parem*. Originem debet voci *talis*: sive hanc primitivam dixeris, sive ab Æolico τάλικος pro τηλίκος derivandam censeas e) per Syncopen. Perpetuam infert relationem ad vocem *qualis* f), eodem modo, quo *tantum* correlatum est *quanti* g)

§. II.

a) Vid. *Sueton.* de illustrib. Gram. c. 17. *A. Gellius* Noct. Att. l. 4. c. 5. l. 5. c. 17. 18. l. 16. c. 14. l. 17. c. 6. l. 18. c. 7. b) Vid. Dion. Gothofr. Auctor. lat. lingu. p. 115. c) Apud Gothofr. l. c. p. 459. d) Vid. XII. tab. fragm. tit. 25. de injuriis, n. 2. apud Gothofr. it. *Rosin.* Antiq. Rom. lib. 8. c. 6. n. LIII. p. 587. ubi habetur *si membrum rapserit, e pacto talio esto.* *A Gellius* Noct. Att. l. 20. c. 1. p. m. 1093. legit: *si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.* Verba quidem ad nostrum genium magis accommodatis: priora tamen ex parte antiquitati magis sunt consentanea. Certe *Festus* l. c. ad (b) p. 461. *Talionis* inquit, *mentionem fieri in XII. ait Verrius, hoc modo, si membrum rapserit, ni cum eo pacit, talio esto.* Antiquitus *paco dicebant*, quod *paciscor* moderni. e) cum *Vossio*, Ætymolog. L. 50. f) Ut in illo Ciceronis pro S. R. 10. a. *quæso! ut qualem te jam antea populo Romano præbuisti, talem te nobis hoc tempore impertias.* Alibi: *Talis, qualem eum esse scripseris* &c. g) Cicero pro Corn. 64. b. *Si tanta bella legisses, quanta & gessit, & confecit.* I. P. 90. a. *Cum fines*

§. II. Hujus autem intuitu *Talio* in latitudine ſua, quamcunque accepti redditionem denotat; ſive beneficiorum ea fuerit, ſive injuriarum h) Haud ſecus, ac Latinorum *par pari* i) Græcorum ἶσον ἴσῳ k) atque Ebræorum



*provinciæ tantos haberet, quantos optaverat.* h) Juxta definitionem *Du Vallii* Synopſ. Anal. Doctr. Perip. Tom. III. Op. Ariſt. p. 10. *Talio eſt reciproca quædam perpeſſio, in eo poſita quod quis tantum pati debeat, quantum egerit, tantum rependere, quantum abſtulerit.* i) De re odioſa id uſurpat *Terentius* Eunuch. III. Sc. I. 1. v. 50. ſeqq.

*Ubi nominabit Phædriam, tu Pamphilam*
*Continuo: ſi quando illa dicet, Phædriam*
*Intromittamus commeſſatum: tu Pamphilam*
*Cantatum provocemus. Si laudabit hæc*
*Illius formam: tu hujus contra. Denique*
*Par pari referto; quod eam mordeat,*

De favorabilibus Cicero Att. 88. b. *Habes ad omnia, non ut poſtulaſti, χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, ſed parta paribus reſpondimus &c.* k) Generaliora ſunt verba, quam ut intra Compotatorum, unde derivata creduntur, triclinia ſe contineant. Vid. Eraſmi Adag. Non incommode traxeris ad Menelaum, qui ſpondet, ſe futurum ſuo genero Neoptolemo ap. *Euripidem* Androm. v. 741. ſeqq.

Κἂν - - -
Σώφρων καθ᾽ ἡμᾶς, σώφρον ἀντιλήψεται.
Θυμούμενος δὲ, τεύξεται θυμουμένων.
Ἔργοισι δ᾽ ἔργα διάδοχ᾽ ἀντιλήψεται.

i. e. *quod ſi* - - fuerit *modeſtus erga nos, modeſtiam* noſtram *viciſſim experietur.*

*Iratus vero ſentiet iratos.*
*Factisque facta reſpondentia viciſſim accipiet.*

Apud eundem *Medea* minatur (in Medea, v. 809.) ſe futuram

Βαρεῖαν ἐχθροῖς, καὶ φίλοισιν εὐμενῆ.

i. e. *Gravem inimicis, & amicis benignam.* Heſiodus, improbante licet Proclo atque Tzetza, qui & Plutarchum in ſuam trahunt ſententiam, lib. I. Oper. & Dier. v. 351. juſſit

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.
Καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
Δώτῃ μὲν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ᾽ οὔτις ἔδωκεν.

rum. מדה כנגד מדה (l) Quin ipsum etiam ἀντιπεπονθὸς, ab Aristotele in

---

i. e. *Amantem te amare, & juvantem te juvare,*
*Scil. demus, qui dederit, neque demus qui non dederit.*
*Datori namque est qui dat, non danti vero nemo dat.*

Verba verbis reddit *Lucianus*, in Imagines p. 9. ille apud Aristotelem Nicom. IX. c. 1. *voluptatem* citharædo pro voluptate: persuasus, quod ἴσον ἴσῳ reddiderit; improbante Philosopho, (l) ad literam *mensura respectu mensuræ*. Usus ejus ubivis est obvius. Inprimis de retributione mali: quoties dicturi sunt, *per quod quis peccat, per idem punitur & idem.* v. g. Cod. *Sota* cap. 1. θ. 7. 8. כמדה שאדם מודד בה מודדין לו׳ היא קשטה את עצמה לעבירה המקום נוולה׳ היא גלתה את עצמה המקום גלה עליה׳ בירך התחילה בעבירה תחלה ואחר כך הבטן׳ לפיכך תלקה הירך תחילה ואחר כך הבטן ושאר כל הגוף לא פלט: שמשון הלך אחר עיניו לפיכך נקרו פלישתים את עיניו שנ׳ ויאחזהו פלשתים וינקרו את עיניו׳ אבשלום נתגאה בשערו לפיכך נתלה בשערו׳ ולפי שבא על עשר פלגשי אביו לפיכך נתנו בו עשר לונכיות שנ׳ ויסבו עשרה נערים נושאי כלי יואב׳ ולפי שגנב שלושה לבבות׳ לב אביו ולב בית דין ולב ישראל שנ׳ ויגנב אבשלום את לב אנשי ישראל׳ לפיכך נתקעו בו שלשה שבטים שנ׳ ויקח שלשה שבטים בכפו ויתקעם בלב אבשלום i. e. *In eadem mensura, qua homo metitur, remetiuntur ipsi. Adulterii insimulata exornarat seipsam ad transgressionem: Deus ille immensus dedecorat ipsam. Illa nudarat se ipsam ad transgressionem: Deus immensus revelandum jubet quicquid super ipsam. Femore inchoarat transgressionem primum, ac deinceps utero: quapropter vapulat femur primum, & deinceps uterus; reliquo tamen corpore toto non erepto. Simson oculorum suorum irritamenta sequebatur: propterea eruerunt ipsi Philistæi oculos, sicut dicitur* Jud. 16, 21. & *apprehenderunt eum, & eruerunt ei oculos. Absalom efferebat sese capillo suo, propterea in eodem capillo fuit suspensus. Et quia congressus fuerat cum decem concubinis patris sui; ideo conjecerunt in eum decem lanceas, sicut dicitur* 2. Sam. 18, 15. *& circumdederunt decem pueri portantes arma Joabi. Præterea quoniam furatus fuerat tres animos, animum scil. Patris sui item animum Synedrii atque animum Israëlitarum, prout dicitur* 2. Sam. 15, 6. *ita furabatur Absalom animum Israëlitarum: ideo infixa in eum sunt tria spicula, sicut dicitur* 2. Sam. 18, 14. *& arripuit tria spicula in manum suam, & transfixit ea per cor Absalomis.* De retributione boni amplius sequitur l. c. θ. 9.

in hoc argumento usurpatum m), non minus *æqualem* n) officiorum *pensa-*



וכן לענין הטובה מרים המתינה למשה שעה אחת שנ' ותתצב אחותו למרחוק לפיכך נתעכבו לה ישראל ז' ימים במדבר שנ' והעם לא נסע עד האסף מרים וכו' i. e. *atque ita in materia benignitatis. Mirjam præstolabatur Mosen hora unica, sicut dicitur* Exod. 2, 4. *& stiterat sese soror ejus a longinquo: quapropter commorati sunt ejus causa Israëlitæ septem dies in deserto, uti dicitur* Num. 12, 15. *& populus non est profectus, donec reciperetur Mirjam* &c. Subjungitur ibid. ead. remuneratio Josepho & Mosi facta, quod in funere alterius, iste quidem Patris, hic Josephi, procurando fuerint occupati. Cod. Sanhedr. f. 100. a. circa fin. dicitur: ר' מאיר אומר במדה שאדם מודד מודדין לו דכתיב בסאסאה בשלחה תריבנה א"ר יהושע וכי אפשר לומר כן אדם נותן מלא קומצו לעני בעולם הזה הקב"ה נותן לו מלא קומצו לעולם הבא והכתיב שמים בזרת תיכן ואתה אי אומר כן איזו היא מדה מרובה מדת טובה מרובה או מדת טובה מרובה ממדת פורענות וכו' i. e. *R. Meir docet, in eadem mensura, qua homo metitur, remetiuntur ipsi: sicut scriptum est* Jes. 27, 8. *in modio mittendo eam judicas illam. Excepit R. Josua: numquid ita potest dici? homo dat plenitudinem pugilli sui pauperibus in hoc mundo, Sanctus ille benedictus reddit eidem plenitudinem pugilli sui mundo futuro? atqui scriptum est.* Jes. 40, 12, *cælos spithama comprehendit. Et tu itane loqueris? Resp. quænam mensura boni, aut mensura vindictæ? dic, mensuram benignitatis abundantiorem fore mensura vindictæ* &c. Vid. idem ferme in Gemara Bab. Cod. Sota f. 86. l. 40. sqq. plura f. 9. 2. f. 11. a. l. 15. 16. m) Ex instituto Nicomach. lib. V. c. 8. toto (Al. c. 5.) it. Moral. Magn. lib. 1. c. 34. Eadem l. IV. c. 3. n) Ἀντὶ in compositione modo *contrarietatem* denotat, modo *vicissitudinem*, atque etiam *æqualitatem.* Illius exempla in *ἀντιβάλλειν*, *ἀντιβλέπειν*, *ἀντιλέγειν*, *ἀντικεῖσθαι*, *ἀντίχριστος*, *ἀντίθεσις*, *ἀντίθεα*, *ἀντίφρων* ex sexcentis aliis deprehendimus; in ipsa etiam hac voce *ἀντιπεπονθός*. Apud Diod. Sic. p. 26. C. (Al. p. 37) notat *diversimode, more contrario affectum*, in verbis: *ἕτερον δὲ τὸ τούτοις τοῖς τόποις ἀντιπεπονθὸς ταῖς ὥραις* h. e. *altera* scil. terræ pars, *quoad anni tempora statu his locis contrario est affecta.* Dioscor. l. 3. c. 70. *πρὸς τὸ ἀντιπάσχειν ταῖς ἐπιγινομέναις δυσουρίαις*, i. e. *ad resistendum supervenientibus urinæ mittendæ difficultatibus.* Et cui ignota sunt *ἀντιπάθεια*, *ἀντιπαθεῖν* & *ἀντιπαθής*? quorum prius dudum civitate latina donatum est vid. Plin. N. H. lib. 32. c. 2. l. 24. c. 15. De *vice recipro-*

*ca* non minus frequens est. Hanc infert ἀντιλαμβάνειν, ἀντιπελαργεῖν (quo de videatur *Phavorinus* col. 209. l. 23. sqq.) ἀντιθεραπεύειν, ἀντιδικεῖν, ἀντίλυτρον, ἀντιγραφή &c. nec a nostro ἀντιπεπονθὸς h. l. prorsus aliena est. Imprimis tamen in eo consideranda videtur *æqualitatis & comparationis* notatio quat. ἀντὶ idem est ac ἴσος. Etiam hanc boni Autores approbant. Ἀντίθεος quod in illo οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος, ὁμολογῶ τὴν ὑπεροχὴν S. Ignatio adscripto, epist. ad Philipp. c. 12. juxta Glossar. vet. ab Usserio in h. l. citatum, idem est ac ὁ τῷ Θεῷ ἀντιτρέπτων, ἢ ἐχθρός &c.) *Diis similem* Homero frequentissime significat: & vix datur ex Heroibus, cui non subinde id attribuerit. Ipsos etiam Penelopæ procos vocat ἀντιθέους, Od. ξ. v. 18. Amazones ipsi dicuntur Iliad. γ. v. 189. ζ. v. 186. &c. ἀντιάνειραι, *viris pares*; &, ut Eustathius opinatur nomina propria *Antenor* & *Isander*, ipsi unum idemque significant. Ita enim ad loc. jam cit. f. 493. Edit. Rom. scribit: Ἀντιάνειραι δὲ ἀμαζόνες ὡς καὶ προείρηται, ἢ ἐναντιούμεναι ἀνδράσι, καὶ ὡς εἰπεῖν δηϊάνειραι, ἢ ἐξισούμεναι ἄνδρασι τὰ εἰς πόλεμον, καὶ ὡς οἷον εἰπεῖν ἰσάνδραι. ὁποῖόν τι δηλοῖ καὶ τὸ ἀντήνορος ὄνομα. ἐκ τοιαύτης δὲ ἐννοίας, καὶ ἰσάνδρου κύριον ὄνομα μετ' ὀλίγα ἐρεῖ ὁ ποιητής. σεμνότερον δὲ τοῦτον πάντων τὸ ἀντίθεος, ὅτε τὸ ἰσόθεον δηλοῖ. i. e. *ἀντιάνειραι vero dicuntur Amazones, prout jam supra indicatum fuit, vel viris contrariæ, &, ut ita loqui liceat, infestæ maritis* (quasi alteræ Herculis uxores) *vel exæquatæ viris quoad res ad bellum pertinentes, quasi Isandras dixeris* (h. e. viris similes). *Cujusmodi quid denotat etiam nomen Antenoris. Ex hac ipsa etiam consideratione augustum Isandri nomen post pauca* (v. 197.) *commemorat Poeta; & ut venerabilius his omnibus, illud ἀντίθεος.* (v. 199) *quandoquidem æqualem Diis ipsis denotat.* Locus, ad quem provocat, est Iliad γ. v. 189. ubi hæc sunt Eustathii verba: ἀντιάνειραι δὲ ἀμαζόνες ἀντὶ τοῦ ἐξισούμεναι πρὸς ἄνδρας, ὡς οἷον ἰσάνδραι. ἢ ἐναντιούμεναι ἀνδράσι. καὶ ὡς ἄλλης ἀρετῶς ἐρεῖ δηϊάνειραι. Dubium, quod circa *Procos* moveri poterat, idem Eustath. solvit ad Od. ξ. v. 18. p. 528. l. 18. sqq. ed. Basil. h. m. τὸ δὲ ἀντίθεοι μνηστῆρες εἰ μὲν τοὺς ἀσεβεῖς δηλοῖ, πάνυ σφοδρῶς ἔχει. ἐπιεικέστερον δὲ αὐτοῦ μετ' ὀλίγα τὸ, μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισιν. εἰ δὲ τοὺς ἐσοθέους λέγει, διὰ τὸ γένος τυχὸν καὶ κάλλος καὶ πλοῦτον καὶ ἀνδρείαν, ὁμηρικώτερόν ἐστι. Καθὰ καὶ τὸ θεοειδῆ πον εἰπεῖν τὸν πάριν. εὐλογητικὸς γάρ ἐστι, καὶ οὐκ οἶδεν ἔξω καιροῦ κακολογεῖν ὁ ποιητής i. e. *illud ἀντίθεοι Proci, si quidem impios denotaret* (Diis contrarios), *nimis vehementer sese haberet: æquius autem hoc post pauca* (v. 27.) *illud, Procis fœdifragis. Quod si vero æquales Diis dicit propter ortum, item fortunam, & pulcritudinem, atque divitias, nec non animositatem, ingenio Homeri magis con-*

re.

*venit. Juxta id quod & Parin divina forma præditum asserit. in laudes enim valde proclivis est, nec novit extra tempus maledicere Poëta.* Sed præter hæc tria ἀντίθεος, ἀντιάνειραι, ἀντήνωρ infinita occurrunt alia hujus usus. Cæcina Albinus apud Macrobium, Saturn. VII. c. 13. p 625. ex Atejo Capitone, refert, *Pollicem qui nomen ab eo quod pollet, acceperit apud Græcos* ἀντίχειρα vocari, *quasi manum alteram.* Certe autor Introd. seu Medici, qui Galeno adscribitur, c. 10. (Tom. IV. op. gr. p. 376.) *digitorum* inquit *maximus Pollex* ἀντίχειρ *vocatur*, διὰ τὸ ὅλη τῇ χειρὶ ἄκρᾳ συνεργοῦντα, ἴσον αὐτῇ δύνασθαι, *quod toti summæ manui cooperans, eidem æquipolleat.* Ita ἀνθήλιος, & Jonice (secundum Eustath. p 1562. l. 39. ed. Rom.) ἀντήλιος, quandoque idem est ac ἰσήλιος καὶ ὅμοιος ἡλίῳ φαινόμενος *æqualis ac similis Soli apparens*, ut Phavorinus loquitur, col. 205. l. 23. In quo sensu occurrit apud Euripidem Jon. vers. 1550.

. . . τίς οἴκων θυοδόκων ὑπερτελὴς
Ἀνθήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν;

i. e. *quis supra ædes sacratas exoriens, Solis ad instar fulgentem faciem ostendit Deorum?* Eidem Euripidi Mænades Pentheum abieti insidentem lapidibus percussuræ, introducuntur Bacch. Act. IV. v. 1095. ἀντίπυργον ἐπιβᾶσαι πέτραν *turri similem ascendentes rupem.* Phavorinus c. 210. init. ἀντίπυργος inquit ἰσόπυργος, ἴσον κατὰ τὸ ὕψος τοῦ μήκους, τὸ ἀνάστημα ἔχων, i. e. ἀντίπυργος *idem est ac* ἰσόπυργος, *æquale quoad altitudinem longitudinis, habens prominentiam.* Eodem modo ἀντίβοιον tam Hesychio p. 108. quam sæpius laudato Phavorino col. 206. l. 35. id idem valet ac ἰσόβοιον ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον, i. e. *bovi simile, loco bovis consecratum:* ex Sophoclis Meleagro. Apud quem in Electra v. 110. ἀντήρεις πλαγαὶ, quas Camerarius *illisas* vocat cruentato pectori *plagas*, aliis dicuntur (ex ἐρέσσω), ab *æquali connixu* remigum, navem impellentium. Vetus Scholiastes ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, ὅταν κατ' ἴσον ἐρέσσωσι, καὶ μὴ εἰς θάτερον περιωθῆται ἡ ναῦς, i. e. *a remigibus, quando æqualiter remigant*, (hanc vocem & Phavorinus col. 205. l. 32. sqq. servat, Hesychius autem cæteroquin consentiens, pro eadem ponit ἐλαύνωσι impellunt, agitant, verberant), *quo minus in alterutram partem circumeat navis.* Huc referri possent ἀντίζυγα pro ἰσόζυγα: ἀντίκαινον pro ἰσόκαινον: ἀντικασίγνητος pro ἴσος τῷ ἀδελφῷ: ἀντίπλαστον ἀντὶ τοῦ ἰσόπλαστον, ὅμοιον ap. Sophoclem, in Inacho: ἀντίπρεπα Xenophontis, de Agesilao p. m. 654. pro ἰσόπρεπα: ἀντίρροπον juxta Hesych. pro ἴσον, ἰσοστάθμον, ἰσόζυγον, *æquipollens, æquilibrium*: ἀντίστροφος, pro ἴση, ὁμοίας

*tionem* o) denotat, quam offensarum p). Utut enim πάχειν, a quo descendit, adeo frequens versetur circa dolorifica; ut etiam sine addito, sæpe ponatur pro κακόν

ὅμοια &c. o) Si majorem τῦ πάχειν rationem habeas, diceretur *æqualiter affectum, æqualis affectio, affectio reciproca, reciprocatio.* p) Has enim non excludere Aristotelem, non modo famosior vocis significatio indicat; sed &, quod statim post principium cap. VIII. lib. V. Nicom. mentionem faciat ἀντιπληγῆναι & κολασθῆναι *reciprocarum plagarum, ac castigationis*: itemque *servitutem reputet, vindicare non posse injuriam,* δουλεία inquiens, δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει. Mor. Magn. lib. I. c. 34. p. m. 219. ubi denuo τὸ ἀντιπεπονθὸς examinat, sæpius *injuriarum* vindicandarum meminit, *plagarum*, & *excæcationis* puniendæ. q) Ut in illo Hesiodi ἐργ. α. v. 216. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, i. e. *passus vel stultus sapit.* In quæ verba Procli Scholion: τὸν γὰρ τῇ ὕβρει χρώμενον, μετὰ τὸ παθεῖν πολλὰ ἀπὸ τῆς ὕβρεως κακά, δόντα τιμωρίαν γνῶσκειν ποιεῖ, ἡλίκον ἡ ὕβρις κακόν, i. e. justitia *enim inique agentem, postquam* multa *ab injuria passus est mala, pœnas dantem animadvertere facit, quantum sit injuria malum.* Moschopulus παθὼν τουτέστι δίκην δοὺς ἐπὶ τῇ ὕβρει, *passus* ait, *idem est ac pœna affectus propter injuriam.* Alcibiades apud Platonem in Sympos. circa fin. p. m. 1207. adhortatur Agathonem, ἀπὸ τῶν αὐτοῦ παθημάτων γνόντα εὐλαβηθῆναι, καὶ μή, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὥσπερ νήπιον, παθόντα γνῶναι, *ut ex suis passionibus,* (quas paulo ante ὕβριν injuriam vocarat) *discat cavere sibi, nec, secundum proverbium, simplicium more; damnum jam passus, sapiat:* more Phrygum, qui sero sapiunt, & non nisi plagis emendati. Philippi epist. ad Atheniens. apud Demosth. post princ. p. m. 62. παθόντες οὕτως ἐμισήσατε τοὺς δράσαντας, i. e. *passi, tantopere odistis perperantes.* Respicit enim *injuriam* a Megarensibus, in intercipiendo Anthemocrito, sibi illatam, &, erecta ante portas statua, ultam. Idem in Philip. IV. circ. fin. p. m. 60. B. οἱ μὲν, ἤδη πεπόνθασιν, ἃ δὴ πάντες ἴσασιν· εἰ δ' ὅ, τι ἂν ποτε συμβῇ, πείσονται, i. e. *hi partim ea jam perpessi sunt, quæ omnes sciunt: partim quicquid tandem casus tulerit, ferent.* Et ita latinorum *pati* in illo Virgilii, Eclog. X. v. 53.

*Certum est in sylvis, inter spelæa ferarum*
*Malle pati.*

Nec non apud Ciceronem de Offic. l. I. de Temperant. *Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno?* &c. Et mox: *at Ajax millies oppetere mortem, quam illa perpeti maluisset.* Nemo quoque ignorat,

κακόν τι παθεῖν, *aliquid mali pati* q), interdum *mortem* r) ipsam. Unde multi ἀντιπεπονθὸς *reciprocam* vertunt *perpessionem* s); alii *contra passum* t) re-

πάθος *calamitatem*, *cladem*, ac *morbum* denotare, etiam nude usurpatum. Diod. Sicul. Bibl. lib. 3. p. 133. D. (Alt p. 191.) τὸ περὶ αὐτὴν πάθος &c. omnes *calamitatem Basilicæ*, cujus maritus per nefariam conjurationem obtruncatus, filiorum alter in fluvio submersus fuerat alter de tecto præcipitatus interierat, miserentur. Dyonis. Halic. Ant. Rom. lib. VIII. p. 492. ἐν ᾧ τὸ πάθος ἐγένετο, *quo tempore clades fieret*. Ælian. V. H. lib. 5. c. 19. εἶδον οἱ δικασαὶ τοῦ ἀνδρὸς τὸ πάθος, i. e. *viderunt judices viri calamitatem*: manus scil. mutilatas. ibid. cap. 20. μεμνημένοι τοῦ πάθους, ἑορτὴν ἄγουσι, i. e. *in memoriam calamitatis* (famis nim.) *festum constituerunt*. Herodian. lib. 1. c. 12. μάλιςα δὲ τὸ πάθος τῇ Ῥωμαίων πόλει ἤκμασεν i. e. *inprimis morbus ille* (pestilentiæ) *in Romanorum urbe vigebat*. Euripides in Orestis initio,

οὐκ ἔςιν οὐδὲν δεινὸν, ὧδ᾽ εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,

i. e. *Nullum est omnino malum, ut ita breviter dicam. Neque calamitas, neque afflictio divinitus veniens &c.* Ubi duo Scholiastæ græci δεινὸν pro generico æstimantes, alter πάθη μέν ἐςι τὰ συμπίπτοντα τοῖς σώμασι νοσήματα i. e. interpretatur πάθη *incidentes corporibus morbos*: alter πάθος μέν τὰ νοσήματα *passio* inquit, *denotat morbos*. Cicero de Finibus lib. 3. p. m. 65. *perturbationes* ait *animarum, quæ vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, quas Græci* πάθη *appellant, poteram ego verbum ipsum interpretans, morbos appellare; sed non conveniet ad omnia. Quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? At illi dicunt* πάθος. Idem Tusculan. lib. 3. p. m. 130. *Hoc* inquit *propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim* πάθος, *id est morbum, quicunque est motus in animo turbidus* &c. Idem in epistola Epicuri, δυσεντερικὰ πάθη vertit *viscerum morbos*. r) Demosth. contra Callippum, post med. bis, p. 721. εἴ τι πάθοι *si quid pateretur*, de Lycone Heracleota sagittis confosso. Herodian. l. 5. c. 7. *Mæsa timuit*, μή τι ἐκείνου παθόντος, πάλιν ἰδιωτεύῃ, i. e. *ne, ipso*, (Antonino) *quid passo, ipsa rursus in privatam vitam relaberetur*. Ita apud Ælian. V. H. l. 3. c. 32. τὸ πάθος Λίνου, i. e. *calamitas Lini*; & ibid. c. 36. τὸ περὶ Σωκράτην πάθος *quæ Socrati evenit passio*, utriusque mortem. Demosth. in Philip. IV. med. p. m. 56. C. εἰ γὰρ ἐγκαταλειπόμενοί τι πεισόμεθα ἡμεῖς, i. e. *si enim deserti, aliquid passi fuerimus nos*. s) *Dion*. Lambinus, quo cum facit du Valla &c. t) Ri-

*repatientiam* alii u); *retaliationem* vel *repatiens.* Suadet tamen addita subinde restrictio *boni* x), *malique* y), ut verbo πάσχειν nude & extra contextum considerato, notionem *affici* adscribas; aptam, quæ ad læta non minus trahatur, quam ardua z). Adhæc dicitur a), justum fore, τὸς εὖ πεπον-

vetus Comment. in Exod. 21. 23. u) Joh. Bernh. Felicianus interpr. vet. Scholiastarum gr. in Arist. Eth. ad Nicom. x) Ælian. V. H. lib. 13. c. 42. πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ εὖ παθόντες, i. e. *multoties a me beneficiis affecti.* Demosth. in Philipp. IV. circa fin. p. m. 60. B. συνευπεπονθότος τοῦ πλήθους τῶν Θετταλῶν, i. e. *beneficiis una affecta Thessalorum multitudine.* Et ita vi contextus sumitur, etiam restrictiva particula εὖ omissa, v. g. ap. Euripid. Hecuba, Act. II. v. 252.

Ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες, οἷα φῂς παθεῖν,
Δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ;
Ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ' - - -

*Qui a me quidem beneficiis affectus es, qualia accepisse dicis? Facis vero nil quicquam boni nobis; sed male, quantum potes? Ingratum vestrum genus!* Aristoteles Nicomach. lib. 9. c. 7. sæpissime in hac significatione utitur, vocula εὖ modo addita, modo omissa. Qui in principio εὖ παθόντες, i. e. *beneficiis affecti* dicti *fuerant*: eos mox vocat nude παθόντας. Ibid. εὖ πεποιηκότες φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τὸς εὖ πεπονθότας. Paulo post τὸ γὰρ εὖ πεπονθός ἔργον ἐστὶ εὐεργετῶν &c. conf. idem. l. c. lib. 7. c. 8. y) Demosth. Olynth. III. init. ὅπως μὴ πεισόμεθα αὐτοὶ πρότερον κακῶς, i. e. *ut ne patiamur ipsi citius infortunium.* Diod. Sic. Bibl. l. 1. p. 60. B. (Al. p. 85.) πλησίον ἐστὶ αὐτῷ τὸ κακῶς παθεῖν, i. e. *imminet ipsi magnum infortunium.* Plura autem sunt adversa, quibuscum hoc sensu construitur. Hesiod. ἔργ. v. 209. dicit, ἄλγια πάσχει *dolores patitur.* Philippus epist. ad Athenienſ. ap. Demosth. p. m. 63. B. τί δεινὸν πεπόνθατε, *quid horrendi* vel mali *passi estis?* Diod. Sic. l. c. lib. 2. p. 76. A. (Al. p. 106. fin.) οὐδὲν παθοῦσα δεινὸν, *nihil passa lethale;* cæteroquin tamen in tergo non minus, quam brachio fuerat sauciata. z) Galenus de Symptomatum differentiis, cap. I. Tom. 3. Op. p. 212. ex Platone in Philebo ait; διαφέρει δ' ἀμφοῖν τὸ πάθος τε καὶ πάθημα προσαγορευόμενον, i. e. *differt autem ab utrisque* (morbo & sanitate), *quod pathos appellatur s. pathema, latinis passio.* Et mox: ὀνομάζει δὲ καὶ τὴν ἡδονὴν πάθημα, καὶ ὅλως ἅπασαν κίνησιν, ἥν τινα τὴν ὑφ' ἑτέρου γινομένην ἐν ἑτέρῳ, i. e. *nominat autem* Plato *etiam voluptatem passionem omnemque summatim commotionem, quæ ab altero fit in alterum.* Etiam

ποιήσαντας ἀντιπεπονθέναι, *ut benefactores*, non certe vicissim puniantur, sed *æqualiter afficiantur*, beneficiis. Alibi b) ἀντιπεπονθὸς *æqualis affectio*, juxta eundem Philosophum, conservat civitates: communiones, in quibus rerum vigent permutationes, provehit c): Medico pro restituta sanitate d) ædificiorum opifici pro exstructis ædificiis e) sutori pro calceo f) atque



Aristoteles, Eudem lib. VI. cap. 7. circa finem, πάθος subdividit in ἡδὺ καὶ λυπηρὸν i. e. *injucundum & dolorificum*. Cicero de Finibus, & Tusculan. quæst. II. cc. etiam *lætitiam* sub eo comprehendit, *quasi gestientis animi elationem voluptuariam*, seu *voluptatem animi elatam & gestientem*. Suidas πάθη inquit, δύο. πόνος καὶ ἡδονή. καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ λεία κίνησις, ὁ δὲ πόνος, τραχεῖα κίνησις. καὶ ἡ μὲν ἡδονὴ εὐδοκητὴ πᾶσι ζώοις. ὁ δὲ πόνος ἀποκρουστικός, h. e. *affectiones animi duæ sunt, dolor & voluptas. Et voluptas quidem levis est motio: dolor vero aspera motio. Voluptas omnibus animantibus est accepta: dolor vero repellitur.* a) Conf. Aristoteles Nicom. lib. 9. c. 2. b) De Republ. lib. 2. c. 2. τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις. Quod Nicom. l. 5. c. 8. exprimit τῷ ἀντιποιεῖν ἀνάλογον, συμμένει ἡ πόλις, i. e. *factis propositione reciprocis subsistit civitas.* c) loco jam citato: ἐν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον, τὸ ἀντιπεπονθὸς κατ' ἀναλογίαν - - subint. αὐτάς, i. e. *in communitatibus* s. *societatibus, quibus vigent commercia, continet hujusmodi jus æqualiter pensatum secundum proportionem*, easdem Magn. Moral. lib. 1. c. 34. ὁ μὲν οὖν γεωργὸς τῷ οἰκοδόμῳ σῖτον δίδωσιν, ὁ δ' οἰκοδόμος τῷ γεωργῷ οἰκίαν. ὁμοίως δὲ οἱ ἄλλοι πάντες οὕτως ἔχουσιν, ὥστε τὰ παρ' αὐτοῖς ἀντικαταλλάττεσθαι τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις, ἔστι δ' ἡ ἀναλογία αὕτη· καὶ συνέχει δ' ἡ αὐτὸ ἀναλογία, τὴν πολιτείαν, i. e. *agricola igitur exstructori ædium dat triticum, exstructor agricolæ domum. Similiter vero alii omnes ita se habent, ut ea quæ penes se, permutent cum aliis, quæ apud alios. Est enim hujusmodi proportio - - - & continet hæc proportio rempublicam* &c. d) Arist. Nicom. l. 5. c. 8. p. m. 84. C. Eudem. lib. 4. c. 3. p. 309. D. οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων καὶ οὐκ ἴσων. ἀλλὰ τούτους δεῖ ἰσασθῆναι &c. i. e. *non ex duobus Medicis societas constat; sed ex Medico & agricola, & prorsus diversis minimeque æqualibus: quos tamen oportet exæquari.* e) II. cc. p. 84. B. & p. 309. C. δεῖ λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον παρὰ τοῦ σκυτοτόμου τὸ ἐκείνου ἔργον, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὐτοῦ, i. e. *oportet ædium opificem a sutore*

agricolæ pro præstita annona g) &c. satisfacit. Quæ omnia non vindictam postulant, sed remunerationem h): non quidem, ut Poëta i) voluit, *eadem mensu-*

*opus illius sumere, eique vicissim suum impertiri.* Vid. ad lit. (c) citata ex Magn. Mor. l. 1. c. 34. f) Nicom. ubi supra: ὅπερ ὁ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον. τοσαδὲ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν, ἢ τροφήν, i. e. *quam proportionem habet ædium exstructor ad sutorem, eandem habent calcei ad ædificium aut alimentum.* Paucis interjectis: ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τοῦτο τὸ ἔργον τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ, i. e. *quam rationem obtinet agricola ad sutorem, eandem habet sutoris opus ad opus agricolæ.* Michael Ephesius subjungit priori, f. 68. a. circ. fin. Ed. Ald. Venet. εἰ οὖν οἰκοδόμος ἴσος τῷ σκυτεῖ, ἔσται καὶ ἡ οἰκία ἴση τοῖς ὑποδήμασι, καὶ λαβὼν ὁ οἰκοδόμος τὰ ὑποδήματα, καὶ ὁ σκυτεὺς τὴν οἰκίαν, ἕξουσι τὰ ἴσα. καὶ ἔσται ἡ ἀνταλλαγὴ δικαία. καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς τοῦτο δίκαιον. διὰ τὸ κατὰ ἀναλογίαν γενέσθαι. ἐπίσης γὰρ ὠφέληται ὁ οἰκοδόμος παρὰ τοῦ σκυτέως, καὶ ὁ σκυτεὺς παρὰ τοῦ οἰκοδόμου. ἐπεὶ γὰρ ἴση ἡ οἰκία τοῖς ὑποδήμασι διὰ τὸ κατὰ τὰς τεχνίτας ἴσους εἶναι, δηλονότι ὅσον ἔλαβεν ὁ οἰκοδόμος, τοσοῦτον καὶ ὁ σκυτεύς, εἰ δὲ μὴ ἔστιν ὁ οἰκοδόμος ἴσον τῷ σκυτεῖ, ἀλλ' ὑπερέχει, δηλονότι καὶ τὸ ἔργον τοῦ οἰκοδόμου ὑπερέχει τοῦ ἔργου τοῦ σκυτέως. καὶ δεῖ γενέσθαι τὸ ἀνάλογον. ὥστε γενέσθαι τὰ ὑποδήματα ἴσα τῇ οἰκίᾳ. κἂν οὕτω γίνηται, ἔσται ἡ διανομὴ ἴση καὶ δικαία. (g) ll. cc. Magn. Mor. lib. 1. c. 34. p. 281. etiam Platonem adducit de Republ. h) Sed hanc nominat ἀντιπεπονθὸς v. g. Nicom. lib. V. c. 8. ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται ἔσται τὸ λεγόμενον. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμμένει, h. e. *si igitur primum aliqua secundum proportionem fiat adæquatio, & deinceps reciproca fiat affectio*, seu, ut interpres inserit, tantundem accipiatur, quantum datum sit, *extabit id quod a nobis dicitur. Sin minus, neque erit æqualitas, neque manere potest societas.* Interjectis quibusdam: ἔσται δὴ ἀντιπεπονθὸς, ὅταν ἰσασθῇ, i. e. *vero æqualis affectio, quum res exæquantur.* Et post pauca: εἰ δ' οὕτω μὴ ἦν ἀντιπεπονθέναι, οὐκ ἂν ἦν κοινωνία, i. e *quod si hoc modo æqualiter affici non liceret, nulla foret societas.* i) Hesiodus ἐργ. v. 348. Usurpat autem de favorabilibus:

εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι.

i. e. *Recta quidem mensura a vicino mutuum accipe, rectaque redde: Eadem mensura, & amplius, si quidem possis.* Ita usurpat Cicero

*fura &, si possis, amplius;* verum *æqualitate*, quantum fieri datur, exactissima k)

§. III. Ejusdem quoque latitudinis est Theophili ταυτοπάθεια: quamvis, in Institutionibus l) quidem, pro *pœna* substituatur *injuriarum*. Nec arctioris usus est; ἡ δὶ ἴσων ἀμοιβὴ, m), Riveto probata n); atque ἀμοιβαῖα ἀποκλήρωσις o) Dionysii Areopagitæ p), laudata Carolo du Fresne q). De isto quippe originis notatio ad præcedentem §. copiosius indicata, neminem dubitare sinit. Illud etiam in sacro Codice r) pro ἀντιπελαργία seu *beneficii a parentibus accepti remuneratione* s) usurpatur. Hoc ipse Dionysius, cujus autoritate nititur, pro *sorte* adhibet, non tam impiis, quam ele-

Rrr 2 ctis-

Epist. 269. ad Atticum lib. 13. n. 9. *Ego* inquiens *me parabam ad id quod ille mihi misisset, ut* αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, *si modo potuissem: nam hoc etiam Hesiodus adscribit*, αἴκε δύνηαι. Conf. Lucian. εἰκόνες *Imagines*, in med. Oper. Part. 2. p. m. 9. k) Sine æqualitate enim, quam Aristoteles hac voce unice urget, non subsistere potest ulla Societas. Vid. dicta ad lit. (h). Arist. Nicom. lib. V. c. 8. circa fin. ὄτε γὰρ ἂν μὴ ὅσης ἀλλαγῆς, κοινωνία ἦν. ὅτ' ἀλλαγὴ, ἰσότητος μὴ ὅσης, i. e. *Neque enim, si permutatio* s. commercium *non foret, esset societas: nec permutationi locus esset, æqualitate non existente.*

l) lib. IV. tit. 4. §. 7. m) i. e. *æqualis pensatio*. n) Comment. in Exod. 21, 24. o) i. e. *permutata*, seu actionibus conveniens, *sors*. p) Ecclesiast. Hierarch. cap. 6. init. item cap. 7. p. m. 352. A. p. 354. fin. & inprimis p. 355. A. q) Glossario med. ac inf. Latinit. tom. 2. col. 1058. r) Tim. 5, 4. s) Verba enim Apostoli sunt: χήρα μανθανέτωσαν ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις, i. e. *vidua discat - - mutuam vicem reddere parentibus.* Parentes autem, uti non nisi optime merentur de filiis, de his non nisi bona sperant. Imo, si lege divina, etiam pro malis bona reddenda sunt; ejus executio ante omnia erga parentes foret exercenda, quantumvis non adeo bene de suis quandoque meritos. Vid. Rom. 12, 17. 21. 1. Thess. 5, 15. 1. Pet. 3, 9. Augustinus Confess. lib. 9. c. 9. de matre Monica: *mutuam vicem parentibus reddiderat*, domum suam pie tractaverat &c. Plutarch. in Mario p. m. 427. C. ἀνδρὸς εἰ διαφύγοι τὰ παρόντα, μείζονας ἐλπίδων ἀμοιβὰς ἀποδώσοντος, i. e. *viri, si fortunam devitasset præsentem, majores omni spe gratias relaturi.* Supplices non nisi bona promittunt; eaque sola speramus. Julianus, Misopog. fin. ὑμῖν δὲ οἱ θεοὶ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας καὶ τιμῆς, ἣν ἐτιμήσατε δημοσίᾳ, τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῖεν, i. e. *Vobis vero pro benevo-*

ctis ad vitam gloriosam transeuntibus, juxta actionum in hac vita varietatem, conferenda t).

§. IV. Enim vero quemadmodum multis evenit vocibus u) ut mutata, quæ primitus imposita fuerat, significatione originali, progressu temporis modo latius extenderentur, modo contraherentur arctius, nonnunquam proscriberentur penitus. Ita *Talionem*, quotquot ea usi sunt probati linguæ latinæ scriptores x), pro *pensatione grati officii*, seu *beneficii remuneratione* nunquam usurparunt: sed adhibuerunt unice ad *res dolorificas*, pœnam expressuri illatæ injuriæ; sive vindictam, qua quis tale tantumque mali patitur, quale quantumque fecerat alteri. In hoc sensu sumitur in legibus XII. tabularum y) unde hausisse videntur quotquot sequioribus ævis aliquam ejus mentionem injiciunt. Cicero z) inter pœnas legibus constitutas commemorat. Cato a) de membro rumpendo, frangendoque osse. Plinius b) de cadavere, quod terra conditum fuerat, ignominiose eruendo. Imperatori c) pœna est injuriarum: Tertulliano d) cohibendæ violentiæ prospicit, & per eam commissio injuriæ, metu vicis statim occursuræ repastinatur. Augustino e) est quædam justa vindicta, quæ immoderatæ, & per hoc injustæ ultioni modum figit justum: ut, qualem quisque intulit injuriam, tale pendat supplicium. Ad reprimendas flammas odiorum, sævientiumque immoderatos animos refrenandos, *Talionem* institutam asserit; ne leviter læsus, moliatur cædem, sitiat san-

*lentia & honore, quem mihi publice tribuistis, Dii parem gratiam retribuant.* t) l. c. p. 355. B. Ἐγὼ δὲ, ὅτε μὲν ἀμοιβαίαν ἕξει τὴν ἀποκλήρωσιν ἕκαστος, εὖ οἶδα, τοῖς λογίοις ἀκολουθῶν. ἀπείλησε γὰρ, φησιν ὁ κύριος, κατ' αὐτοῦ, καὶ κομίσεται ἕκαστος, τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακόν. i. e. *Ego equidem probe scio, Scripturis consentiens, cuilibet pro meritis sortem reddendam esse Conclusit enim, inquit* 2. Cor. 5, 10. *Dominus apud se, & refert, unusquisque propria corporis. prout gessit, sive bonum, sive malum.* u) Vid. Horatius de art. Poët. vers. 60. seqq. it. 68. seqq. x) Exceptis Interpretibus, qui voces Ebr. vel Græc. §. præced. commemoratas &c. *Talionem* reddunt. y) Vid. §. 1. ad (d). z) De legibus, cit. Augustino de civ. Dei, lib. 21. c. 11. a) Originum lib. 4. citante Prisciano lib. 6. de desinentibus in os, p. m. 79. b) Nat. histor. lib. 7. c. 54. c) Institut. lib. IV. tit. 4. de injuriis, §. 7. & passim. d) adv. *Marcion.* lib. 2. c. 15. p. m. 207. e) contra faustum Manich. l. 19. c, 25. tom. VI. Oper, col. 356.

sanguinem. Atque eodem prorsus sensu sumitur aliis: pro *beneficiorum pensatione* offendi nuspiam. Et, si, præter spem, ullibi in hoc sensu occurreret, eum tamen a præsenti consideratione volumus exclusum.

§. V. Hujusmodi enim *Retalionem* in præsenti examinabimus, quam Impp. diserte *pœnam* vocant, scil. *reciproci* f) ac alibi g) *reciprocum pœnæ incursum*; Valerianus h) *genus pœnæ vicarium*. Pœna vero respicit antegressum damnum & injuriam, non beneficium i). Unde & Tertullianus (k eam sæpe dixit *vicem injuriæ*. Ob æqualitatem, quæ attendi solet, exactissimam, non inepte in consvetudinem proverbii venit Plutarchi (l τὸ Τερμέριον κακὸν, & Pausaniæ m) Νεοπτολέμειος τίσις. Uterque horum idem passus, quod aliis intulerat, ob celebritatem suam occasionem præbuit receptis in antiquitate parœmiis n): applicatis deinceps ad omnes, qui idem susti-



f) Cod. Theodos. lib. 9. tit. 2. de exhibend. & transmitte. reis. g) Cod. Theodos. lib. 9. tit. 1. leg. 7. de accusat. & inscriptionibus. h) Institut. græc. Interpr. lib. 4. tit 4. de injuriis §. 7. i) De bono disciplinæ, cit. Du Fresne Gloss. lat. col. 1058. k) Contra Marcionem lib. IV. c. 23. p. m. 178. sqq. l) in vita Thesei p. m. 5. B. i. e. *Termerium malum* m) in Messenicis, s. lib. 4. c. 17. p. m. 321. h. e. *vindicta Neoptolemica.* n) Plutarchus l. c. *Hercules* inquit, Καὶ τὸν Τέρμερον συῤῥήξαντα τὴν κεφαλὴν ἀπέκτενεν, ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ τὸ τερμέριον κακὸν ὀνομαθῆναι λέγουσι. Παίων γὰρ (ὡς ἔοικε) κεφαλῇ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁ Τέρμερος ἀπώλλυεν. οὕτω δὴ καὶ Θησεὺς κολάζων τοὺς πονηροὺς ἐπεξῆλθεν, οἷς μὲν ἐβιάζοντο τοὺς ἄλλους, ὑπ᾽ ἐκείνου καταβιαζομένους, ἐν δὲ τοῖς τρόποις τοῖς ἑαυτῶν ἀδικίας τὰ δίκαια πάσχοντας. i. e. *Termerum capite incurrentem confecit, a quo Termerium malum ferunt dictum: quippe feriens capite obvios Termerus necabat. Itidem puniebat Theseus im-improbos, ulciscebaturque eos eadem vi, qua alios illi, opprimens; admodum suæ improbitatis, justas pœnas prudentes.* Pausanias l. c. Νεοπτολέμῳ γὰρ τῷ Ἀχιλλέως ἀποκτείναντι Πρίαμον ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ἑρκείου, συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀποσφαγῆναι. καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν ἐποίησεν τις καὶ ἔδρασε, Νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσι, i. e. *Neoptolemo Achillis filio, quum jugulasset Priamum ad aram Jovis Hercei, accidit, ut & ipse ad Apollinis Delphici aram interimeretur. Venit inde in proverbii consuetudinem, ut, quoties qua quis alterum affecisset injuria, eam ipse passus esset, Neoptolemea ultio diceretur.* Euripides Andromach. postquam ordine rem, uti gesta fuerat, recensuerat, subjicit Act. V. v. 1161,

sustinuerunt, quo affixerant prius alios. Lacedæmonios largitionibus Regis Persarum pereuntes, jam dictus Pausanias commemorat, oppressisse *pœnam*, quæ *Neoptolemea* dicitur. Eo quod primi omnium Lacedæmonii ex omni antiquitatis memoria hostem dicantur muneribus sollicitasse, & belli eventum fecisse venalem o) Neque dubium, quin ad eundem sensum æquipollenter adhiberi potuisset p) *Phalaridis taurus* q), *& ara Busiridis* r); si accessiss.

*Τοιαῦθ' ὁ τοῖς ἄλλοισι θεσπίζων ἄναξ,*
*Ὁ τῶν δικαίων πᾶσιν ἀνθρώποις κριτὴς,*
*Δίκας διδόντα παῖδ' ἔδρασ' Ἀχιλλέως,*
*Ἐμνημόνευσε δ', ὥσπερ ἄνθρωπος κακὸς,*
*Παλαιὰ νείκη.*
i. e. *Talia, qui aliis vaticinatur Rex (Apollo)*
*Qui est justitiæ omnibus hominibus Judex,*
*Fecit filio Achillis danti pœnas:*
*Et recordatus est, sicut malus homo,*
*Vetera jurgia.* Conf. ibid. v. 1206. sqq. Pindarus Nemeon ζ.

o) Nam Pausania teste, l. c. *Ἀριστοκράτη τὸν Ἱκέτα Τραπεζούντιον, βασιλέα τῶν Ἀρκάδων, καὶ στρατηγὸν ὄντα ἐν τῷ τότε, διαφθείρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι χρήμασι. Πρῶτοι γὰρ ὧν ἴσμεν, Λακεδαιμόνιοι πολεμίῳ ἀνδρὶ δῶρα ἔδωσαν, καὶ ὤνιον πρῶτοι κατεστήσαντο εἶναι τὸ κράτος τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις. πρὶν δὲ ἢ παρανομῆσαι Λακεδαιμονίους ἐς τὸν Μεσσηνίων πόλεμον, καὶ Ἀριστοκράτους τοῦ Ἀρκάδος τὴν προδοσίαν, ἀρετῇ τε οἱ μαχόμενοι καὶ τύχαις ἐκ τοῦ Θεοῦ διεκρίνοντο.* i. e. *Aristocratem Hicetæ filium, patria Trapezuntium, Arcadum Regem, & eorum tunc exercitus ducem, Lacedæmonii pecunia corrupere. Primi enim omnium Lacedæmonii ex omni antiquitatis memoria hostem dicuntur muneribus sollicitasse, & venalem fecisse belli eventum. Prius enim quam ab illis circumveniretur Aristocrates, a quo Messenii proditi sunt, virtute, & fortuna Dei præsidiis directa res bellica stabat.* Vide pluribus exemplis hoc ipsum prosequentem l. c. p) juxta Martinum Del Rio Adag. Sacr. V. T. §. 30. ex Ps. 7, v. 16. p. 36. q) Vid. Lucianus prolixe in Phalari I. & II. tom. 1. Oper. p. m. 731. sqq. Cicer. Act. VI. in C. Verrem, p. m. 153. Inter illa, quæ P. Scipio bello Punico tertio Agrigentinis restituit, erat *nobilis ille taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplicii causa dimittere homines, & subjicere flammam solebat.* Ovidius hunc cum Busiride conjungit, lib. 1. de Arte Amandi v. 649. sqq.

cessisset Usus. Busiris quippe non modo ab Hercule interemptus magno Antiquitatis consensu traditur s): sed diserte dicitur quibusdam t) admodum

*Dicitur Ægyptos caruisse juvantibus arva*
*Imbribus: atque annos sicca fuisse novem;*
*Cum Trasius Busirin adit, monstraque piari*
*Hospitis effuso sanguine posse Jovem.*
*Illi Busiris, Fies Jovis hostia primus,*
*Inquit: & Ægypto tu dabis hospes aquam*
*Et Phalaris tauro violenti membra Perilli*
*Torruit. infelix imbuit auctor opus.*
*Justus uterque fuit: neque enim lex æquior ulla est,*
*Quam necis artifices arte perire sua.*

Idem Tristium lib. 3. Eleg. XI. v. 39. sqq.

*Sævior es tristi Busiride; sævior illo,*
*Qui falsum lento torruit igne bovem:*
*Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno;*
*Et dictis artes conciliasse suas.*
*Munere in hoc rerum est usus, sed imagine major:*
*Nec sola est operis forma probanda mei,*
*Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri?*
*Huc tibi, quem perdes, conjiciendus erit.*
*Protinus inclusum lentis carbonibus ure.*
*Mugiet, & veri vox erit illa bovis.*
*Pro quibus inventis, ut munus munere penses,*
*Da precor, ingenio præmia digna meo,*
*Dixerat. At Phalaris, pœnæ mirande repertor!*
*Ipse tuum præsens imbue dixit opus.*
*Nec mora, monstratis crudeliter ignibus ustus,*
*Exhibuit querulos ore tremente sonos.*

r) Virgil. Georg. lib. 3. v. 5.

*. . . . quis aut Erysthea durum,*
*Aut illaudati nescit Busiridis aras?*

s) Apollodorus Biblioth. lib. 2. cap. 4. § 11. p. m. 119. C. Jul. Hyginus Mythogr. cap. 31. p. m. 75. Diod. Sic. Bibl. hist. lib. 4. p. 157. B. (A. p. 225.) *Hercules*, inquit, μετὰ δὲ τὸν Ἀνταίȣ θάνατον παρελθὼν εἰς ἄιγυπτον ἀνεῖλε Βȣ́σιριν τὸν βασιλέα, ξενοκτονȣ̃ντα τȣ̀ς παρεπιδημȣ̃ντας, *post Antæi cædem in Ægyptum digressus, Busiridi Tyranno*

tus aris, queis ipse prius immolarat hospites. Phalaris quoque Nasoni u) eodem commemoratur a subditis suis combustus tauro, quo ipse antea exussерat alios. Verum Priscis silentibus, integrum non est modernis, parœmias obtrudere Orbi literato, Antiquorum destitutas assensu. Plures ab Hercule, Theseo, aliisque eodem supplicii genere affecti sunt, quo prius afflixerant alios x): qui nunquam abiere in proverbium. Accedit, Busiridem

*necem intulit: qui hospitum eo delatorum sanguine manus polluebat*, Servius ad Virg. l. c. *Busiris* ait *rex fuit Ægypti: qui cum susceptos hospites immolaret, ab Hercule interemtus est, cum etiam eum voluisset occidere.* Plutarchus in Parallelis Tom. 2. Oper. p. 315. ex Agathone Samio, *clava peremtum* adstruit. *Ipse* Hercules morti vicinus, ap. Ovid. Metamorph. lib. 9. v. 182. de seipso conqueritur:

*Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore*
*Busirin domui?*

t) Plutarch. in vita Thesei p. 5. *Hercules* inquit, *οἷς ἐπηβελεύετο τρόποις ἀμυνόμενος τὰς προεπιχειρᾶντας, ἔθυσε τὸν Βέρσιριν* i. e. *quibus ipse petebatur insidiis, iisdem pœnas expetens ab invasoribus, immolavit Busirim.* Idem comprobat L. An. Seneca Tragœd. Herc. Fur. Act. 2. vers. 483.

*Et qui hospitali cæde manantes foci*
*Bibere justum sanguinem Busiridis.*

Et alibi Herc. Oct. Act. 1. v. 25.

*- - - cecidit ante aras suas*
*Busiris.*

u) In Ibin. v. 439. sqq.

*Ut ve ferox Phalaris, lingua prius ense, resecta,*
*More bovis, Paphio clausus in ære, gemas.*

Cicero de Officiis lib. 2. p. m. 320. fin. *Nec vero* inquit, *ulla vis imperii tanta est, quæ præmente metu possit esse diuturna. Testis est Phalaris, cujus est præter cæteros nobilitata crudelitas. Qui non ex insidiis interiit, - - - non a paucis - - -: sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.* x) Diod. Sic. Bibl. hist. l. 4. p. 156. A. (A. p. 223.) refert, Diomedis equas pabulum non ex iis quæ terra producit, habuisse; sed ex carnibus advenarum hominum. Quibus Hercules proprium Dominum objecerit, fame bestiarum carnibus viri, qui nefarium carnis esum illas docuerat, expleta. Antæum, Cygnum, &c. addidit Plutarchus, in vita Thesei, p. 5. Qui ipse eodem modo interemisse dicitur

dem (qui quibusdam e numero existentium eliminatur penitus y), nonnullis plus quam ducentis annis Hercule seniorem describi: quo posito, ab hoc nullatenus ille potuisset interfici z). Sed missis Synonymis, ad rem ipsam accedimus.

§. VI. Est autem *Talio* pœna damno illato omnimode adæquata, in salutem læsi ac lædentis, nec non Reipublicæ commodum, legaliter suscepta.

§. VII. Non solum, fortunæ lex est, *præstare quæ exegeris* a); sed ipsi rectæ rationi consentaneum, nec a primis naturæ b) alienum, ut *tantundem quis patiatur, quantum intulit alteri* c). Et sana ratio cuique ho-

 mi-

Sinnin Pityocampten, Scironem, Cercyona Arcadem, Damasten Procrusten &c. ap. Plut. l. c. p. 4. 5. ubi subjicit: Θησεὺς κολάζων τοὺς πονηροὺς, οἷς μὲν ἐβιάζοντο τοὺς ἄλλους, ὑπ' ἐκείνου καταβιαζομένους, ἐν δὲ τοῖς τρόποις τοῖς ἑαυτῶν ἀδικίας τὰ δίκαια πάσχοντας, i. e. *Theseus puniendo impios, ulciscebatur eos, eadem vi, qua alios illi, opprimens, ad modum suæ improbitatis justas pœnas pendentes.* Ovid. Epist. Heroidum IX. quæ est Deianiræ ad Herculem, v. 67. sqq.

*Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,*
*Efferus humana qui dape pavit equas* &c.

y) Strabo Geograph. lib. 17. p. m. 929. οὐδὲ βασιλέως μὰ Δία, οὐδὲ τυράννου γενομένου τινὸς τοῦ Βουσίριδος, i. e. *per Jovem! nullus neque Rex fuit Busiris, neque Tyrannus.* Antea *fabulam* dixerat, quæ narrantur de Busiride. z) Isocrates in laudatione Busirid. p. m. 540. circa fin. οἱ αὐτοὶ τῆς Βουσίριδος ξενοκτονίας κατηγοροῦσι, καὶ φασὶν αὐτὸν ὑφ' ἡρακλέους ἀποθανεῖν, ὁμολογεῖται δὲ παρὰ πάντων τῶν λογοποιῶν, περσέως τοῦ Διὸς καὶ δανάης ἡρακλέα μὲν εἶναι τέτρασι γενεαῖς νεώτερον, Βούσιριν δὲ πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι πρεσβύτερον. i. e. *iidem sunt, qui Busiridem & cæsorum hospitum accusant, & ab Hercule interfectum dicunt. Constat autem inter omnes historicos, Perseo Jovis & Danaæ filio, quatuor ætatibus Herculem esse juniorem: Busiridem vero, plus quam ducentis annis seniorem.* a) Juxta P. Aspernatem, ap. Senec. Controvers. 1. lib. 1. p. p. 78. b) Græcis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, in Philosophorum scriptis dicuntur. Vid. A. Gellius N. A. lib. 12. c. 5. p. m. 619. Grotius de jur. B. ac P. lib. 1. c. 2. §. 3. c) Phædrus fabul. lib. 1. 26. *Sua quoque exempla debet æquo animo pati.* Euripid. Orest. v. 411.

minum dictitat, *idem juris in se admittendum esse, quod statuerit in alium* d). & instinctus naturalis sive appetitus sensitivus cuivis suppeditat bestiæ, *ab interitu se vindicare, vicesque rependere lacessenti* e) Cainum parricidii sibi conscium, tanta, in qua tunc versabatur, hominum penuria non immunem præstitit a timore, quo non exilium perhorrescebat, pœnam gratia attem-

---

οὐ δεινὰ πάσχειν, δεινὰ τοὺς ἐργασαμένους, i. e. *non grave est, gravia pati qui fecerunt.* Pindarus Od. 4. Stroph. 2. Nemeon.

Ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικε,

i. e. *facientem aliquid, etiam pati convenit.* Affine huic est illud Tragicum: τὸν δρῶντα που τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. Seneca in Hercule Fur. Act. 3. v. 735. seqq.. exprimit:

*Quod quisque fecit, patitur: auctorem scelus*
*Repetit, suoque premitur exemplo nocens.*

Julianus Apostata in Cæsaribus, p. m. 314. ᾄσθεῖσαν Δελφοῖς μαντείαν i. e. *redditum apud Delphos oraculum* voluit

εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο,

i. e. *Judicium, si quis quæ fecit perferet, æquum est.* d) Digest. lib. 2. tit. 2. Ad quem Ulpianus *hoc* inquit, *edictum summam habet æquitatem; & sine cujusquam indignatione justa. Qui enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit vel dici effecit?* e) Cicero de Fin. lib. 3. c. 5. sqq. p. m. 62. *Placet his,* inquit, *quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conservandum, & ad suum statum, & ad ea quæ conservantia sunt ejus status diligenda: alienari autem ab interitu, hisque rebus, quæ interitum videantur afferre.* Interjectis quibusdam, pergit: *Initiis ita constitutis, ut ea quæ secundum naturam sunt, ipsa propter se sumenda sint, contrariaque item rejicienda; primum est officium, (id enim appello καθῆκον) ut se conservet in naturæ statu: deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sunt, pellatque contraria.* Diog. Laertius in Zenone §. 85. τὴν δὲ πρώτην ὁρμήν φασι τὸ ζῶον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτὸ, οἰκειούσης αὐτῷ τῆς φύσεως ἀπ' ἀρχῆς· καθά φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελῶν, πρῶτον οἰκεῖον λέγων εἶναι παντὶ ζώῳ τὴν αὑτοῦ σύστασιν, καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν· οὔτε γὰρ ἀλλοτριῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτοῦ τὸ ζῶον, οὔτε ποιῆσαι ἂν αὐτὸ, μήτε ἀλλοτριῶσαι μήτε οὐκ οἰκειῶσαι. ἀπολείπεται τοίνυν λέγειν, συστησαμένην αὐτὸ οἰκείως πρὸς ἑαυτό. οὕτω γὰρ τά τε βλάπτοντα διωθεῖται, καὶ τὰ οἰκεῖα προσίεται. i. e. *Primam autem hanc animan-*

temperatam extraordinaria f); sed necem, a quocunque obvio, etiam bru-

Sss 2 to

*tis appetitionem fuisse dicunt*, seipsum tuendi *atque servandi. Natura sibi ipsum ab initio conciliante. Ut Chrysippus ait in primo de finibus, primum proprium cuique animanti ¦dicens, sui ipsius fuisse commendationem, hujusque conscientiam*, Suidas in ὁρμή dicit σύνδεσιν, Cicero l. c. statum). *Neque enim verisimile erat, animal ipsam vel ab se alienasse, vel fecisse ipsum, ut nec alienaret ab se, sibi conciliaret. Restat igitur ut dicamus, hanc ipsum sibi maxima concordia & charitate devinxisse. Ita enim &* noxia propellit, *& quæ sibi sunt propria suscipit.* Vid. Lipsius ad Senecæ epist. 121. 6. Aldobrandinus ad Laertii l. c. p. m. 416. Suidas in ὁρμή. Seneca l. c. *Cura sui animalibus inest cunctis: nec inseritur, sed innascitur. Producit fœtus suos natura, non abjicit: & quia* tutela *certissima ex proximo est, sibi quoque commissus est.* Paulo post: *Simul conciliatur saluti suæ quidque, & quæ juvant, illa petit; læsura formidat.* Mox: *natura nihil magis, quam tutelam sui, & ejus peritiam tradidit.* Vid. Basilius M. Hexaëmer. Homil. IX. p. m. 116. C. D. p. 117. A. f) Ipsa Scriptura sacra pro *miraculo* reputat, seu evidentissime *Signo* gratiæ divinæ: quod rigorem justitiæ, juxta quem interficiendus fuisset, executos non sit in Caino; sed capitis supplicium emolliendo, verterit in exilium. Ex infinitis difficultatibus, quæ Interpretes Signum Caino factum determinaturos premunt, eluctabitur, qui verba Ebræa Gen. IV. v. 15. וישם יהוה לקין אות לבלתי הכות אותו כל מוצאו reddit: *ita edidit Deus in Caino miraculum*, s. signum gratiæ extraordinariæ, *quod non interficeret eum omne inveniens ipsum.* Et huc inclinat R. Mardochai f. Eliefer Comtino, Commentario M. S. in h. l. inquiens: אות יש אומר שחזק לבו שלא יירא מההריגה/ וי"א ששם קרן במצחו וי"א שהחזיר לו את הצרעת/ וי"א ששמוקן והסוף לו אות חי"ו משה יה תחו האות/ והרויעבא ז"לא שהנכון בעיניו שעשה לו אתו שלא ייראו ולא הזכיר הכתוב את האות/ ואם כן היה ראוי לומר ויעש יהוה לקין אות כי איננו כמו אשר שם במצרים אותותיו ואת אותותי אשר שמתי בם/ ולפי דעתי שטבע העונש היה מחייב שיהרג קין כאשר אמר הוא בעצמו וחשב שנה הטבע וזהו האות והשני הוא שלא יהרג וזהו לבלתי הכות אותו כל מוצאו כי כל הרואיו נע ונד ונסתר מפני השם ומגורש מעל פני האדמה והוא בלתי נהרג יאמר כי בודאי זה הוא אות

חשב[illegible] מאת i. e. *Sunt qui dicunt, quod confirmarit animum ejus, ne timeret a nece* ſibi inferenda. *Alii vero dicunt, quod fronti ejus appoſuerit cornu. Quidam autem ſtatuunt, quod percuſſerit eum lepra. At nonnulli volunt, quod, quum nomen ejus* קין *fuerit, eidem ſuperaddiderit literam Jod, ex nomine* יה *deſumtam, vocemque* אות *non ſignum, ſed literam vertendam. Verum R. Abrab. ben Eſræ p. m. ſtatuit, ſibi rectum videri, Signum ipſi editum fuiſſe, ne timeret; quamvis Scriptura illud non commemoret. Sed, ſi ita foret debebat dixiſſe, & fecit Deus Caino ſignum. Non enim hic eodem modo ſe habebat, quo* Pſal. 78. 43. *qui expoſuit in Ægypto ſigna ſua, vel* Exod. 10, 2. *& ſigna mea, quæ propoſui inter illos. Proinde quantum ego judico, natura pœnæ urgebat, ut interficeretur Cain, quemadmodum prædicabat, ſibi ipſi. Sed Deus mutabat naturam illam; eamque mutationem, quod interficiendus non ſit, vocat* Moſes *Signum* (ſ. miraculum), *dicendo:* (& ſtatuit Deus in Caino miraculum), *dum non percutiebat ipſum primum quodque eum inveniens. Quicunque enim videbat ipſum vagum ac profugum, itemque abſconditum a Deo, atque ejectum e terra illa, non autem interfectum; dicebat, profecto hoc eſt miraculum a Deo.* Dubium autem, an ob paucitatem hominum, capitis ſupplicium mutarit Deus in exilium, ne orbis terrarum diutius incultus horreat; an, ob pœnam homicidii lege poſitiva nondum promulgatam, mitius an[illegible] na[illegible] [illegible]rtere voluerit; an vero lenitatem hanc diuturnitate compenſare int[illegible] [illegible]it. Lactantius lib. 2. cap. 9. de Orig. Err. *Exulibus* inquit, *ignis & aqua interdici ſolebat. Adhuc enim vi lebatur nefas, quamvis malos tamen homines ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur uſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum, perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte multatus.* Quæ vero ex Euripide adducuntur in Oreſt. v. 511. ſqq.

Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι,
Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων περᾶν
Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅς τις αἷμ' ἔχων κυρεῖ,
Φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτεῖναι δὲ μή. i. e.
*Recte ſanxerunt majores olim hæc,*
*Non ſinebant in conſpectum venire,*
*Neque in occurſum, quisquis forte reus eſſet ſanguinis:*
*Sed expiabant exilio, non occidere ſinebant.*

aut de homicidio caſuali tantum, vel *culpoſo* intelligenda ſunt; nequaquam

quam autem *dolose* : aut eam modo cædem prohibent, quæ privato ausu solius vindictæ ergo suscipitur. Ipse enim Tyndarus, cujus illa verba sunt, non exilio mulctandos postulabat matricidas, Orestem & Electram; sed, qua tandem etiam damnati fuerunt publicis suffragiis, vers. 912. morte, v. 535. 624.

Ἔα δ' ὑπ' ἀστῶν καταφονευθῆναι πέτροις,
*Sine vero a civibus interfici saxis,* v. 612.
Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν,
Σοί, σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην.
Μᾶλλον δ' ἐκείνη σοῦ θανεῖν ἐστ' ἀξία, i. e.
*Volentem nec invitam commovebo urbem,*
*In te & tuam sororem, ut detis lapidatu pœnam.*
*Et illa quidem magis est digna ut interficiatur, quam tu.*

Præterea filiam Clytemnestram ob manus violentas marito illatas, justum quidem capitis subiisse supplicium, (non exilium) fatetur; sed non juste s. legitime illatum. v. 537.

Θυγάτηρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἔπραξεν ἔνδικα.
ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τοῦδ' εἰκὸς ἦν αὐτὴν θανεῖν.
*Mea quidem filia mortua, persolvit* (passa est) *justa;*
*Sed non erat conveniens, interfici eam ab isto.*

Cum juxta communem Græcorum legem v. 495. per magistratus, & suffragia populi inferri id debuerit: ne alioquin per vindictam privatam, homicidia crescant in infinitum v. 499. seqq.

Χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι μὲν αἵματος δίκην
Ὁσίαν, διώκοντ' ἐκβαλεῖν τε δωμάτων
Ματέρα. - - - -
*Oportebat Orestem impingere ei dicam* (profusi) *sanguinis.*
*Justam, accusandoque injicere ex ædibus*
*Matrem.* Mox v. 457. sqq.
Εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνή,
Χ' ὢ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτενεῖ,
Κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνῳ φόνον
λύσει, πέρας δὲ ποῖ κακῶν προβήσεται; i. e.
*Si interficeret aliquem sua conjux,*
*Et illius filius rursus interficiat matrem.*
*Et deinde natus ex interfectore illo, cædem cæde*
*Solvat; finis malorum quousque procedet?* v. 515.
Ἀεὶ γὰρ εἷς ἔμελλεν ἕξειν φόνῳ,

to vel inanimato sibi inferendam g). Adoni beseck homo ferus nullisque le-

Glossa supra, verba Menelai v. 415. interpretatur: σὺ γὰρ οὐκ ὤφειλες θάνατον ἐπαγαγεῖν τῇ μητρὶ, ἀλλ' ἡ δημοσία κρίσις. i. e. *Tu enim non debebas mortem inferre matri, sed publicum judicium.* Profecto lex erat Atheniensibus præscripta, enarrata Samueli Petito inter leg. Attic. lib. 7. tit. 1. pag. 45. τὸν ἐκ προνοίας ἀποκτείναντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι, i. e. *si quis hominem sciens morti duit, capitalis esto.* Ad quam provocat Antipho περὶ τοῦ ἡρώδου φόνου. Et quamvis Demosth. adversus Midiam p. m. 391. B. ἀειφυγίαν quoque κ. δήμευσιν τῶν ὑπαρχόντων, h. e. *exilium perpetuum, bonorumque proscriptionem* annectat; intelligendum tamen id est, juxta Sam. Petit. ad l. c. p. 508. *de exilio voluntario*, quod quisque reus post primam Orationem apud Areopagitas habitam, absque Judicis sententia prooccupat. Qua ratione hæc ἀειφυγία non supplicium est, sed supplicii profugium portusque. *Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere*, inquit Cicero pro Cecinna, *aut calamitatem, eo solum vertunt; hoc est, sedem aut locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, nec apud cæteras civitates, maleficium ullum exilio esse multatum. Sed cum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ; confugiunt quasi ad aram, in exilium.* Cum Oresti Menelaus apud Euripidem l. c. v. 443. diceret:

Κᾆτ' οὐχὶ φεύγεις γῆς ὑπερβαλὼν ὅρους,
*At cur non fugis ultra terminos terræ?*

respondebat ille:

Κύκλῳ γὰρ εἱλισσόμεθα παγχάλκοις ὅπλοις.
*Circumdamur enim undique æneis armis.*

Et ita, cum Pylades adhortaretur eundem l. c. v. 757.

φεῦγέ νυν, λιπὼν μέλαθρα σὺν κασιγνήτῃ σέθεν.
*Fuge nunc, relinquens domum cum sorore tua.*

*Similiter respondebat, vers. seqq.*

οὐχ ὁρᾷς ὡς Φρουροῖς φυλασσόμεσθα πανταχοῦ.
*Non vides? custodimur præsidiis undique.*

Demosth. advers. Aristocratem p. 433. A. οἱ θεσμοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαί εἰσι. i. e. *Thesmothetæ eos, qui propter cædem solum veterunt, jus habent morte mulctandi.* g) Textus enim Ebræus Gen. IV, 14. כל מוצאי יהרגני commode in Neutro red-

ditur: *Omne inveniens me, occidet me;* & v. 15 לבלתו הכות אותו כל מוצאו *ut ne interficiat ipsum, omne inveniens ipsum.* In hanc ſententiam videntur intellexiſſe Talmudici, in Cod. Nedarim Bab. f. 41. a. l. 26. אמר ר׳ אלכסנדרי אמר ר׳ חייא בר אבא ואמרי לה א״ר יהושע בן לוי כיון שהגיע קיצו של אדם הכל מושלים בו שנ׳ והיה כל מוצאי יהרגני i. e. *Docuit R. Alexander, dixiſſe R. Chijam f. Abbæ, quamvis alii de hoc ſtatuant, dixiſſe R. Joſuam f. Levi, quum imminet finis hominis, omnia dominantur in ipſum, ſicut dicitur* Gen. IV, 14. *& eveniet, quicquid me occupabit, interficiet me.* Scil. ut Gloſſa annotat R. Salomonis, להמיתו אפילו זבוב אפילו יתוש *poteſtatem obtinent ejus interficiendi, etiam muſca atque culex.* De muſca Titum Veſpaſianum enecante, Vid. Cod. Gittin f. 56. b. l. 31. ſqq. Eandem Talmudiſtarum ſententiam profitentur quoque in Bereſchith rabba Sect. 22. circa fin. ר׳ יהודה אומר נתכנסו בהמה חיה ועוף לתבוע דמו של הבל אמר להן לכן אני אומר כל הורג א״ר לוי בא נחש הקדמוני לתבוע דינו של הבל א״ל הקב״ה לא כדין של רוצחנין דינו של קין קין הרג ולא היה לו ממי ללמוד מכאן ואילך כל הורג קין יהרג וישם ה׳ לקין אות רב אמר כלב מסר לו i. e. *R. Juda dicit, congregarant ſeſe beſtiæ domeſticæ, feræ, atque aves ad poſtulandum ſangvinem Abelis: quibus reſpondit Deus, propterea ego dico, quicquid interfecerit Cainum, occidatur. R. Levi dicebat, adventabat Serpens antiquus, poſtulando judicia Abelis: cui reſpondebat Sanctus ille benedictus, propterea ego dico, quisquis interfecerit Cainum, occidatur* denuo. *R. Nehemias dicebat, judicium Caini non formari poteſt ſecundum judicia reliquarum homicidarum. Cain enim interfecit, nemine ipſi præeunte, a quo potuiſſet diſcere,* (ita non fuiſſe faciendum): *ab hoc momento* itaque *& inpoſterum* lex eſto poſita, ut *omnis occiſurus alium, interficiatur. Et poſuit Dominus Caino ſignum. Rab dixit, adjunxit ei Canem: qui* ſcil. *cuſtodiret eum ab occiſuris,* ut adjicit autor מתנות כהונה, commentariis Raſchi. Quod clarius exprimit R. Moſ. bar Nachman, qs. dixiſſet; שמרני שלא אענש יותר ממדה שסיבבת אותי כי בעבור שאהיה נע ונד ולא אבנה לי בית וגדרות בשום מקום יהרגוני החיות כי סר צלך מעלי׳ הודה כי האדם איננו נשגב ונמלט בכוחו רק בשמירת עליון עליו׳ ומפני שאמר וישם יהוה לקין אות ולא אמר ויתן לו חשבת אות או יורה ששם לו האות קבוע שיהיה עמו תמיד׳ אולי כשיהיה נוסע ממקום למקום היה לו אות

אית מאת השם מורה לו הדרך אשר ילך בה ובזה ידע שלא יקראנו אסון בדרך ההוא׃ ובב״ר אמרו כענין זה ר׳ אבא אמר כלב מסר לו כי מפני שהיה פחדו מן החיות מסר לו אחת מהן שתלך לפניו׃ ולמקום שיפנה הכלב ללכת ידע׳ כי שם צוה לו השם ולא יהרג מב״הח׃ i. e. *custodi me, me puniar gravius, quam ne condemnasti. Nam eo quod vagus ero & profugus, nec ædificaturus mihi domum, aut sedes sepibus cinctas ullibi locorum; interficient me bestiæ, umbra* protectionis *tuæ a me, amota. Fatebatur, hominem propriis viribus superiorem fieri non posse, nec evadere, nisi custodia Supremi conservet ipsum. Quoniam vero dicitur, & posuit Dominus Caino signum, non autem & dedit ipsi Dominus signum, sive, & fecit* &c. *innuit signum ei positum fuisse fixum, futurum cum ipso continuo. Forte profecturo de loco uno ad alterum adfuit signum illud a Domino, significans ipsi viam, qua esset inturus: unde cognosceret, non eventurum sibi damnum exitiale in illo itinere. In hanc sententiam in Bereschith Rabba asserunt, R. Abba dixit, canem tradidit ipsi. Quia* a bestiis timuit, *unam istarum attribuit ipsi, quæ antecederet eum. Quocunque locorum canis se converteret eundo, illuc divinitus sibi mandatum esse, cognovit, nec se occisum iri* a bestiis. Eadem forme exhibet R. Levi ben Gerson. fol. 17. col. 3. l. 39. sqq. אהיה בסכנה גדולה כי להיותי נע ונד בארץ אהיה סוכן לקבל הפגעים והרעות הגדולות להעדר ההשגחה האלהית ממני עד שכל מוצאי מהחיות והבהמות יהרגני i. e. *Magno periculo sum expositus. Quum enim vagus ac profugus sim in hac terra, variis exponar casibus, & periculis enormibus, divina privatus providentia: adeo ut omne inveniens me* de bestiis ac jumentis, *me sit occisurum.* E Karræis Aaron posterior f. Eliæ in כתר תורה MS. eadem legit vestigia, verbis: הואיל ואשב במקום חורב ושממון אולי יטרפני החיות ועל כן אמר והיה כל מוצאי יהרגני שלא היה בארץ כי אם אדם אביו ואיך יהרגהו הוא׃ i. e. *quoniam loca deserta inhabitaturus sum & vasta, forte dilaniabit me* bestiarum quædam *propterea dicebat, eveniet, omne inveniens me, interficiet me. Non enim erat in hac terra, nisi Adam pater ipsius: quomodo vero interfectum esset illum hic?* Et quibusdam interjectis, יראת קין לא היתה כי אם מהחיות *non* inquit, *timebat sibi Cain, nisi de* bestiis. Ambrosius de Cain & Abel, lib. 2. c. 9. tom. IV. Op. p. 138. *A quo timebat occidit, qui solos parentes habebat in terris? Potuit quidem & incursus* bestiarum *timere, qui legis divinæ jura violaverat: nec præsumere*

legibus instructus nisi naturæ insitis, justum pronunciabat h) ut, præcisis manuum pedumque digitis, sibi redderetur, prout fecerat aliis. Orestes matris cæde perpetrata i), furiis ultricibus miserrime agitabatur k) nondum vocatus in judicium. Melitenses, qui Paulum naufragio subductum susceperant, homicidam aut alius criminis reum, paria judicabant perpeti debere; utut maris effugerit pericula l). Barbari hi dicuntur m), aliam itaque legem non habebant, nisi cordibus ipsorum a natura inscriptam n). E bestiis, non opus aspidem commemorem, quæ necem suo intulerit catulo,



*de subjectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi.* h) Jud. I, 7. כאשר עשיתי כן שלם לי אלהים i. e. *quemadmodum ego feci, ita reddidit mihi Deus.* i) Vid. Sophocles in Electra. k) Euripides in Orest. v. 35. sqq.

Τλήμων Ὀρέστης, ὁ δὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις
Κεῖται. τοῦ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ
Μανίαισιν. ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς
Εὐμενίδας, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.
*Afflictus Orestes, cadens in lecto*
*Jacet. Sanguis enim maternus exagitat eum*
*Furoribus: (vereor enim nominare Deas*
*Eumenidas, quæ eum certatim perterrent).*

Ibid, v. 255. cum tranquillus visus esset, subito mutatur, exclamans:

ὦ μᾶτερ, ἱκετεύω σὲ μὴ 'πίσειέ μοι
Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας.
*O mater! precor te, ne incutias mihi*
*Puellas cruentas, & quarum comæ habent speciem serpentum.*

conf. v. 260. sqq. v. 388. ad Menelaum dicit:

οὐχ ἡ πρόσοψίς μ', ἀλλὰ τἄργ' αἰκίζεται.
*Non species, sed facta me cruciant.*

A quo interrogatus, quis eum morbus perdiderit, respondet v. 396.

Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος
*Conscientia, quod sum mihi conscius, fecisse atrocia,*

l) Act. 28. v. 4. ὡς εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους, Πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃν διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης ἡ Δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. Conf. Grot. Comment.. in h. l. Bochart. Hieroz. Part. 2. lib. 3. cap. 2. Rechenb. Dissert. de Melitensium judicio. m) l. c. n) Rom. 2. v. 14. 15.

tulo, hospitis necanti antea filium o). Sola enim Philarchi autoritate res ea nititur. Certiora sunt ubivis obvia. Omnino equos, tauros, canes, asinos, arietes, hircos, sues &c. alios quotidie videmus lacessitos vices rependere p) lacessentibus; alios, minimum tempore coitus*). Elephas morsum

o) Plin. N.H. lib. 10. c. 74. fin. *De aspide* inquit, *miraculum a Philarcho traditur. Is enim autor est, cum ad mensam cujusdam veniens in Ægypto aleretur assidue, enixam catulos: quorum ab uno filium hospitis interemptum, illam reversam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, & necem intulisse catulo, nec postea in tectum id reversam.* p) Basil. M. Hexaemer. hom. 9. p. m. 117. D. ὄυπω οἱ ὀδόντες τῷ σκύλακι, καὶ ὅμως διὰ τοῦ στόματος ἀμύνεται τὸν λυπήσαντα. ὄυπω τὰ κέρατα τῷ μόσχῳ, καὶ οἶδε ποῦ τὰ ὅπλα αὐτῷ ἐμφυήσεται. ταῦτα ἀπόδειξιν ἔχει τοῦ ἀδιδάκτους εἶναι τὰς φύσεις ἁπάντων, καὶ μηδὲν εἶναι ἄτακτον μηδὲ ἀόριστον ἐν τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ πάντα ἴχνη φέρειν τῆς τοῦ ποιήσαντος σοφίας, ἐν ἑαυτοῖς δεικνύντα ὅτι ἐμπαράσκευα πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας αὐτῶν σωτηρίας παρήχθη. i. e. Joh. Argyropylo interprete, *catulus nondum obortis dentibus, jam ore quiddam minatur ei, qui dolore ipsum affecit. Nondum cornua vitulo sunt exorta; scit tamen, qui sua arma parte nascitura sint. Hæc indicant, naturales rerum omnium facultates non esse doctrina comparandas; nihilque in rebus esse non ordinatum, non certa lege providentiæ circumscriptum ac definitum; sed omnia in se circumferre quædam sapientiæ sui creatoris vestigia. Itaque orta esse se declarant; ut sint ad conservandam suam salutem suapte natura paratæ.* Ambrosius Hexaemer. lib. 6. c. 4. p. m. 77. *Habet* inquit, *suos usus natura, & sensus domesticos. Vix infantulo cœperunt dentes prorumpere, & jam novit sua arma tentare. Nondum catulo dentes, & tanquam habeat, ore propria se quærit ulcisci. Nondum cervo cornua, & tamen fronte præludit, atque ex ea, quæ nondum expertus sit, tela minitatur &c.* Galenus de usu partium lib. 1. c. 3. ἔγωγ᾽ οὖν καὶ βοὸς μόσχον πολλάκις εἶδον κυρίττοντα, πρὶν φῦσαι τὰ κέρατα, καὶ πῶλον ἵππου λακτίζοντα, μαλακαῖς ἔτι ταῖς ὁπλαῖς. Καὶ τινα κομιδῆ σμικρὸν χοῖρον, ἀμύνεσθαι ταῖς γένυσιν ἐπιχειροῦντα, γυμναῖς τῶν μεγάλων ὀδόντων. Καὶ σκύλακα νεογενῆ δάκνειν ὀριγνώμενον, ἀπαλοῖς ἔτε τοῖς ὀδοῦσιν αἴσθησιν γὰρ πᾶν ζῶον ἀδίδακτον ἔχει, τῶντε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς δυνάμεων, καὶ τῶν ἐν τοῖς μορίοις ὑπεροχῶν. *Ego namque* inquit, *bovis vitulum cornibus petere conantem sæpe numero vidi, antequam ei nata essent cornua; & pullum*

sum dentium morsu vindicat reciproco q). Leonem dicunt ex pluribus persecutoribus, eum agnoscere, qui ictum intulit, eumque invadere ex industria; reliquis, præter arietationem, nulla affectis injuria r). Camelus ac-



*equi calcitrantem, molibus adhuc ungulis; & aprum quendam perpusillum genis sese tueri conantem, magnos dentes nondum habentibus; & catulum recenter natum mordere affectantem, teneris adhuc dentibus. Omne enim animal, & suæ ipsius animæ facultates, & in quos usus partes suæ polleant, nullo doctore præsentit.* Conf. idem loc. affect. lib. 6. cap. 6. de placitis Hipp. & Plat. lib. 9. c. 8. circ. fin. Hippocr. de morb. vulg. lib. 6. Sect. 5. §. 2. *) Aristotel. histor. Anim. lib. 6. c. 18. οἵ τε γὰρ ἵπποι δάκνουσι τοὺς ἵππους καὶ καταβάλλουσι, καὶ διώκουσι τοὺς ἱππέας. καὶ οἱ ὕες οἱ ἄγριοι, χαλεπώτατοι, καίπερ ἀσθενέστατοι περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον ὄντες, διὰ τὴν ὀχείαν. καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν ποιοῦνται μάχας θαυμαστάς, θωρακίζοντες ἑαυτοὺς, καὶ ποιοῦντες τὸ δέρμα ὡς παχύτατον ἐκ παρασκευῆς, πρὸς τὰ δένδρα διατρίβοντες, καὶ τῷ πηλῷ μολύνοντες πολλάκις, καὶ ξηραίνοντες ἑαυτούς. μάχονται δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐξελαύνοντας ἐκ τῶν συοφορβείων οὕτω σφοδρῶς, ὥστε πολλάκις ἀμφότεροι ἀποθνήσκουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ταῦροι, καὶ οἱ κριοί, καὶ οἱ τράγοι &c. i. e. *Equi enim equos mordent, sternunt equitem atque insequuntur. Sues quoque feri acerrime sæviunt, quanquam per id tempus imbecilles sint, propter coitum. Dimicant inter se mirum in modum, armantes sese, & cutem quam crassissimam præparantes, indurantesque attritu arborum. Sæpe etiam luto obducto ac resiccato, tergus invictum contra ictus efficiunt. Pugnant adeo acri certamine, grege relicto, ut sæpe numero mortem uterque adversarius obeat. Simili modo & tauri efferantur, & arietes, & hirci* &c. Cervorum pugna reciproca post arcturum mense Augusto & Septembri innotescit omnibus. Sed & alias, ut Aristoteles observat l. c. cap. 29. p. m. 357. certum refugii locum habent, in petra disrupta, uno saltem aditu præditum: οὗ καὶ ἀμύνεσθαι εἰώθεν ἤδη τοὺς ἐπιτιθεμένους, *ubi etiam tueri se solet adversus irruentes.* q) Aristot. hist. animal. lib. 9. c. 1. p. m. 413. μάχονται δὲ καὶ ἐλέφαντες σφοδρῶς πρὸς ἀλλήλους, καὶ τύπτουσι τοῖς ὀδοῦσι σφᾶς αὐτούς, i. e. *Elephanti etiam pugnant inter se vehementer, & dentibus alter alterum ferit.* r) Arist. l. c. l. 9. c. 44. p. m. 450. ἀληθῆ δὲ καὶ τὰ λεγόμενα - - - τὸ, τὸν βάλλοντα τηρήσαντα ἵεσθαι ἐπὶ τοῦτον. ἐὰν δέ τις βάλλῃ μὲν μὴ, ἐνοχλῇ δὲ αὐτὸν, ἐὰν ἐπαΐξας συλλάβῃ, ἀδικεῖ μὲν οὐδὲν, οὐδὲ βλάπτει τοῖς ὄνυξι. σείσαι δὲ καὶ φοβήσας

ceptam injuriam tam alte ſibi imprimit, ac ſæpe diu ſervat, donec ulciſcendi nanciſcatur occaſionem s); ut etiam *a retalione* ſuum acceperit nomen t). Vitulus marinus tamdiu vices rependit; donec victus, vel occidatur, vel ejiciatur e ſinu occupato u). Inter aves multæ inveniuntur, quæ non modo

ἀφίησι πάλιν. i. e. *Vera etiam illa de eo narrantur - - - percuſſorem agnoſcere, atque ex obſervato invadere. Si quis etiam non percuſſerit, ſed infeſtet; hunc ſi ceperit, non unguibus lacerat, nec ulla injuria afficit: ſed quatit ſolum, atque, ubi ita perterruit dimittit.* s) Baſilius M. Hexaem. Homil. 8. poſt princ. p. m. 98. C. τὸ τῶν καμήλων μνησίκακον καὶ βαρύμηνι καὶ διαρκὲς πρὸς ὀργὴν, τί ἂν μιμήσασθαι τῶν θαλαττίων δύναιτο; πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος, μακρῷ χρόνῳ ταμιευσαμένη τὴν μῆνιν, ἐπειδὰν εὐκαιρίας λάβηται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωσιν· i. e. *Camelorum animum injuriarum memorem, gravemque furorem, atque ad iracundiam, diutius retinendam propenſionem, quis marinorum imitari queat? Olim verberibus cæſa camelus, ira longo poſt tempore recondita, cum idoneum opportunumque nacta fuerit tempus, malum illud tandem reddere ſolet.* Leo Africanus lib. 9. *Non modo* inquit, *ſe mutuo offendunt, verum homines, a quibus injuria olim affecti fuere, leviorum etiam ictuum reminiſcentes, capitaliter inſectantur.* Plura vide apud Bochart. Hieroz. Part. 1. lib. 2. c. 1. col. 75. 76 ex Iſidoro Peluſiota lib. 2. epiſt. 135. p. m. 185. Gregor. Nazianzeno, Jambico 21. verſ. 487. ſqq. p. m. 236. Chryſoſtomo, aliisque. t) גָּמַל enim, unde גָּמָל græce literis ejusd. organi permutatis κάμηλος, lat. *camelus* &c. uſitatiſſime ſignificat *rependere, retribuere*, Kimchi in Rad. cit. locis quibusd. adductis, ſubjicit: עניינם התגלות הטובה או הרעה ויש להשבת הטובה או הרעה i. e. *in his ſignificat quidem collationem boni malive, ſine intuitu alicujus præmiſſi, factam: ſunt tamen* loca, *de redditione* ſive penſatione *boni aut mali* accipienda &c. Conf. Bochart. l. c. u) Ariſtot. hiſt. animal. l. 9. c. 1. p. m. 410. D. πόλεμος μὲν οὖν πρὸς ἄλλα τοῖς ζώοις ἐστὶν, ὅσα τοὺς αὐτοὺς τε κατέχει τόπους, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ποιεῖται τὴν ζωήν. ἐὰν γὰρ ᾖ σπάνιος ἡ τροφὴ, καὶ πρὸς ἄλληλα τὰ ὁμόφυλα μάχεται. ἐπεὶ καὶ τὰς φώκας φασὶ πολεμεῖν περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, καὶ ἄῤῥενα, καὶ θήλεια θηλείαν, ἕως ἂν ἀποκτείνῃ, ἢ ἐκβληθῇ θάτερον ὑπὸ θατέρου. καὶ τὰ σκυμνία ὡσαύτως πάντα. i. e. *Pugnant inter ſe ipſa animalia, quæ loca eadem incolunt, at-*

do ova sibi invicem exedunt x): sed nonnullæ ipsos quadrupedes, tauros, equos, asinos, vulpes invadunt y), animo ulciscendi. Aliæ tam acriter resistunt vi illatæ, ut sæpe implexæ utrinque in terram decidant, præ-



*que iisdem vescuntur cibis. Nam si victus penuria sit, sit certe ob eam rem, ut vel ejusdem generis animantes pugnam inter se conserant. Et quidem marinos vitulos situs ejusdem pugnare invicem ajunt, & marem cum mare ac fœminam cum fœmina donec alter ab altero vel occidatur, vel ejiciatur. Idemque facere eorum catulos.* x) Aristot. l. c. p. 411. A. τῶν ὀρνίθων ποικιλίδες καὶ κορυδᾶνες, καὶ πίπρα καὶ χλωρεὺς, τὰ ὠὰ κατεσθίουσιν ἀλλήλων· καὶ κορώνη καὶ γλαῦξ. ἡ μὲν γὰρ τῆς μεσημβρίας, διὰ τὸ μὴ ὀξὺ βλέπειν τὴν γλαῦκα τῆς ἡμέρας, κατεσθίει ὑφαρπάζουσα αὐτῆς τὰ ὠά. ἡ δὲ γλαῦξ, τῆς νυκτὸς τὰ τῆς κορώνης. καὶ κρείττων ἡ μὲν, τῆς ἡμέρας, ἡ δὲ, τῆς νυκτός ἐστι. καὶ γλαῦξ δὲ καὶ ὄρχιλος πολέμια. τὰ γὰρ ὠὰ κατεσθίει καὶ οὗτος τῆς γλαυκός. i. e. *Avium Variæ dictæ atque alaudæ, item pipo atque lutea, ova exedunt sibi invicem; nec non cornix atque noctua. Illa enim sub meridiem, quod non clare videat noctua interdiu, ova ejus exedit surripiens: noctua vero noctu quæ sunt cornicis exedit. Etiam altera interdiu, altera noctu est potentior. Præterea noctua dissidet cum orchilo: nam & hic ova exedit noctuæ.* Vid. Plin. N. H. l. 10. c. 74. y) Arist. l. c. D. αἰγίθῳ δὲ καὶ ὄνῳ πόλεμος, διὰ τὸ παριόντα τὸν ὄνον, ξύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας τὰ ἕλκη. διά τε οὖν τοῦτο, κἂν ὀγκήσηται, ἐκβάλλει τὰ ὠὰ καὶ τοὺς νεοττοὺς. φοβούμενοι γὰρ ἐκπίπτουσιν. ὁ δὲ, διὰ τὴν βλάβην ταύτην κολάπτει ἐπιπετόμενος τὰ ἕλκη αὐτοῦ. Quæ Plinius Nat. Hist. lib. 10. cap. 74. p. m. 734. ita exhibet: *Ægidus avis minima cum asino dissidet. Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos ejus dissipat quod adeo pavet, ut voce omnino rudentis audita, ova ejiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur advolans, hulcera ejus rostro excavat.* Aristot. ubi supra, paucis interjectis: καὶ ἀλώπηξ δὲ καὶ κίρκος, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. γαμψώνυχος γὰρ ὢν καὶ ὠμοφάγος, ἐπιτίθεται, καὶ λυπεῖ κόπτων. καὶ κόραξ ταύρῳ καὶ ὄνῳ πολέμιος, διὰ τὸ τύπτειν ἐπιπετόμενος αὐτοὺς καὶ τὰ ὄμματα κολάπτειν αὐτῶν. i. e. *similiter etiam vulpes atque circus* (s. accipiter, dissident), *ob eandem causam. Cum enim hic unguibus sit aduncis carnivorusque; invadit vulpem, & tundendo afficit molestia. Etiam corvus tauro adversatur, itemque asino: quippe qui advolans feriat, & eorum laceret oculos.* Plinius l. c. *Æsalon voca-*

da supervenientibus hominibus z). Olor, quamvis sibi relictus tranquille agat, provocatus tamen ab aquila, tam strenue illi resistit, ut reportet victoriam a). Columba blandum alioquin animal, infestantes nidum suum, acri certamine inito, depellit fortiter b). Apes etiam in tam exiguo corpusculo, his, quæ eas adoriuntur c) de sede pulsuræ, renituntur fortiter: ictu acu-

---

*tur parva avis, ova corvi frangens, cujus pulli infestantur a vulpibus. Invicem hæc catulos ejus ipsamque vellit. Quod ubi viderunt corvi, contra auxiliantur, velut adversus communem hostem.* z) Aristoteles Hist. Animal. l. 9. c. 12. ubi de *Chalcide* egerat, annectit: καὶ μάχονται δὲ πρὸς τὸν ἀετὸν οὕτω σφόδρα, ὥστ' ἄμφω πολλάκις λαμβάνεσθαι ζῶντας ὑπὸ τῶν νομέων. μάχιμοι δὲ καὶ αἱ γέρανοί εἰσι πρὸς ἀλλήλας οὕτω σφόδρα, ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι μαχομένους γάρ. i. e. *Pugnat vero cum aquila adeo acriter, ut sæpius ambæ implexæ deferantur in terram, & vivæ a postoribus capiantur.* Mox: *Grues etiam pugnant inter se tam vehementer, ut dimicantes capiantur: homines enim expectare potius, quam pugna desistere, patiuntur.* a) Arist. l. c. καὶ οἱ κύκνοι δὲ . - - - τὸν ἀετὸν, ἐὰν ἄρξηται, ἀμυνόμενοι νικῶσιν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἄρχουσι μάχης. i. e. *Etiam Olores aquilam, si pugnam cœperit, repugnantes vincunt; ipsi autem nunquam, nisi provocati, pugnam inferunt.* Vid. Plin. l. c. l. 10. c. 74. b) Aristot. l. c. c. 7. p. 418. E. De columbis: ἔστι δὲ μάχιμον τὸ ζῶον, καὶ ἐνοχλοῦσιν ἀλλήλας, καὶ εἰς τὰς νεοττιὰς παραδύονται τὰς ἀλλήλων, ὀλιγάκις μέν τοι καὶ γὰρ ἂν ἄποθεν ἧττον ᾖ, ἀλλὰ παρά γε τὴν νεοττιὰν διαμάχονται ἐσχάτως. i. e. *Pugnax hoc animal est, & alter alterum infestat, nidumque alter alterius subit, sed raro. Nam etsi ex longinquo minus, tamen apud ipsum nidum summo dimicatur certamine.* c) Plin. H. N. lib. 11. c. 17. fin. *Quod si defecerit alicujus alvei cibus, impetum in proximas faciunt, rapinæ proposito.: At illæ contra dirigunt aciem, & si custos adsit, alterutra pars, quæ sibi favere sentit, non appetit eum.* Aristot. l. c. 40. de Apibus p. 443. D. ἡ δὲ μάχη αὐτῶν ἐστι, καὶ πρὸς αὐτὰς, καὶ πρὸς τοὺς σφῆκας. i. e. *præliantur autem inter se, & cum vespis.* Ibid. p. 444. C. ἤδη δὲ inquit, νοσήσαντός τινος σμήνους, ἦλθόν τινες ἐπ' ἀλλότριον, καὶ μαχόμεναι, νικῶσαι, ἐξέφερον τὸ μέλι. ἐπεὶ δ' ἀπέκτεινεν ὁ μελιττουργὸς οὕτως ἐπεξῄεσαν αἱ ἕτεραι, καὶ ἠμύνοντο, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἔτυπτον, i. e. *cum morbo*

aculei sui non solum sibi similes, ac vespas d) aggredientes; sed animalia quæcunque maxima e).

§. 8. Præter hanc *naturæ* legem, omnibus insitam animalibus; *positiva* quædam, conceptis verbis in hanc rem composita, a cunctis approbata fuit gentibus moratioribus. *Romani* inter leges Decemvirales, etiam hanc ante rostra publicatam f) exhibent: SI MEMBRVM. RVPIT. NI CVM.

*examen quoddam laboraret, agmen peregrinum invasit, & pugna conserta, adeptaque victoria, mella diripiebat. Quod cum apiarius prosterneret, victum examen statim egressum ulciscebatur, nec hominem ipsum ullo pacto impetebat.* d) Plin. H. N. lib. 11. c. 17. *Si proventus desperatur, tunc fucos abigunt.* Arist. l. c. p. 442. B. πολεμοῦσι δὲ σφόδρα αἱ μικραὶ τῷ γένει τῷ μακρῷ, καὶ πειρῶνται ἐκβάλλειν ἐκ τῶν σμηνῶν, κἂν ἐπικρατήσωσι, τοῦτο δοκεῖ ὑπερβολὴ γίγνεσθαι ἀγαθὸν σμῆνος· αἱ δ᾽ ἕτεραι &c. i. e. *præliantur autem vehementer breves cum longis, easque alveis pellere conantur: qua in pugna si illæ vicerint, optimum ita fore examen putatur: sed si hæ* &c. Mox: οἱ δὲ φῶρες καλούμενοι - - - ἐὰν ληφθῶσιν εἰς τὰ ἀλλότρια, θνήσκουσιν. i. e. *Qui autem fures vocantur, - - - si capiantur, puniuntur capite.* e) Arist. l. c. p. 443. E. κτείνουσι δὲ βάλλουσαι καὶ τὰ μεγάλα τῶν ζώων· καὶ ἵππος ἤδη ἀπέθανεν ὑπὸ μελιττῶν. i. e. *Necant vel maxima animalia ictu sui aculei. Jam equus occisus ab apibus est.* Plin. l. c. p. 758. *Est in exemplis, equos ab iis occisos.* f) Liv. lib. 3. c. 34. *ingenti hominum expectatione propositis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt: &, quod bonum, faustum, felixque Reip. ipsis, liberisque eorum esset, ire, & legere leges propositas jussere.* Mox: *Quum rumores hominum de unoquoque legum capite edito, satis correctæ viderentur, centuriatis comitiis* Decem tabularum *leges perlatæ sunt; qui nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, fons omnis publici privatique est juris* conf. l. c. 37. Dion. Halicarn. l. 10. p. m. 681. ἐπειδὴ δὲ ἀποχρώντως αὐτοῖς ἐφαίνετο τὰ γραφέντα ἔχειν, πρῶτον μὲν τὴν βουλὴν συναγαγόντες, οὐθὲν ἔτι μεμφομένου τοῖς νόμοις, προβούλευμα περὶ αὐτῶν ἐκύρωσαν. ἔπειτα τὸν δῆμον ἐκάλεσαν ἐπὶ τὴν λοχῖτιν ἐκκλησίαν, ἱεροφαντῶν τε καὶ οἰωνισῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἱερέων παρόντων, καὶ τὰ θεῖα, ὡς νόμος, ἐξηγησαμένων, ἀνέδωκαν τοῖς λοχαγοῖς τὰς ψήφους. ἐπικυρώσαντος δὲ καὶ τοῦ δήμου τοὺς νόμους, στήλαις χαλκαῖς ἐγχαράξαντες αὐτοὺς, ἐφεξῆς ἔθεσαν ἐν ἀγορᾷ, τὸν ἐπιφανέστατον ἐκλεξάμενοι τόπον. i. e. *Postquam vero visæ*

CVM. EO. PACIT. TALIO. ESTO. g). *Græci* eandem ſanctionem in diverſis promulgarunt locis; quamvis ſæpius ad ſpecialem reſtrictam caſum. Thuriis *Charondas* h) ſanxerat: ΕΑΝ ΤΙΣ ΤΙΝΟΣ ΟΦΘΑΛΜΟΝ ΕΚΚΟΨΗι, ΑΝΤΕΚΚΟΠΤΕΣΘΑΙ ΤΟΝ ΕΚΕΙΝΟΥ i); Athenienſibus *Solon* k): ΕΑΝ ΜΕΝ ΕΝΑ ΟΦΘΑΛΜΟΝ ΕΧΟΝΤΟΣ ΕΚΚΟΨΗι ΤΙΣ, ΑΝΤΕΚΚΟΠΤΕΙΝ ΤΟΥΣ ΔΥΟ l). In quem quoque ſenſum, emendata fuit ante memorata Charondæ m). *Ariſtotelis* etiam ævo ita receptam fuiſſe, hæc indicant

*ſunt ſat recte habere, primum Senatu coacto, nemine amplius de ulla lege conquerente, SC. de eis fecerunt. Deinde convocato ad centuriata comitia populo, Pontificibus, auguribus, cæterisque ſacerdotibus præſentibus, & Sacra pro more præeuntibus, calculos dederunt Centuriis. Tum plebiſcito quoque confirmatas, & in æreas columnas inciſas, una ſerie propoſuerunt in loco fori maxime conſpicuo.* Diod. Sicul. verba in hanc rem Vid. infra §. 9. ad lit. c. g) Vid. ſupra ad §. 1. lit. (a) Lipſius Tom. 4. Oper. de Leg. Reg. & X. Viral. p. 331. legem 43. ita effert: *Sei membrom rupſit, nei cum eo pacit, Talio eſtod,* h) Diod. Sic. lib. 12. p. 79. (A. 295.) εἵλοντο δὲ καὶ νομοθέτην τὸν ἄριστον τὸν ἐν παιδείᾳ θαυμαζόμενον πολιτῶν χαρώνδαν. ἔτος - - - πολλὰ δὲ καὶ ἴδια παρεπινοησάμενος ἔξευρε. i. e. *Delegerunt* (Thurii) *etiam legiſlatorem optimum qui eruditionis cultu inter cives erat ſpectatiſſimus, Charondam. Hic plurima a ſe inventa, & induſtrie excogitata adjecit.* i) Diod. Sic. l. c. p. 82. (A. 298.) *Si quis alteri oculum excuſſerit, ei viciſſim eruatur oculus.* k) Vid. Diog. Laert. lib. 1. Segm. 45. ſqq. Plutarchus de Vitis, num. 5. p. m. 78. ſqq. Plato Conviv. p. m. 1198. C. τίμιος παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γένεσιν, i. e. *honoratur & apud vos* (Athenienſes) *Solon, propter generationem legum* &c. Euſebius Præp. Ev. l. 10. c. 4. p. 471. Σόλωνα λόγος Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι. i. e. *Solonem Athenienſibus leges tuliſſe, fama communis eſt.* Conf. Marſilii Ficini argument. in Platonis Minoa fin. p. m. 564. l) i. e. *Si quis monoculo oculum effoderit, uterque ei effoditor.* Adducitur ap. Diog. Laert. l. c. Segm. 57. Sam. Petit. Leg. Attic. de Damnis, tit. 3. p. 48. m) Occaſionem hujus recenſet Diod. Sic. l. c. p. 83. (A. 298.) ἑτερόφθαλμός τις ἐκκοπεὶς τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ στερηθεὶς ὅλης τῆς ὁράσεως, τὸν μὲν ἀντεκκόψαι τὸν δράσαντα δ' ἔλαττον, ὑπέλαβε πρόστιμον ἐκτίσαι. τυφλώσαντα γὰρ ἕνα τῶν πολιτῶν, εἰ τὸ κατὰ νόμον πρόστιμον ὁ πράξας ὑπομένοι, μὴ τετυχέναι τῆς ἴσης συμφορᾶς. δίκαιον οὖν εἶναι τὸν ἑτερόφθαλμον τὴν

indicant ejus verba m): *οὐκ ἴση ζημία, ἄν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύ' ἔχοντα. ἀγαπητὸν γὰρ ἀφήρηται* n). Eodem authore, *Pythagorei* omnes nil justum putarunt, nisi *τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ*. o). *Rhadamanthus*, primus, si non omnium hominum, certe Cretensium, legislator, hanc ita condidit p) legem:

*Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο* q).

Aliorum r), qui dignitate legislatoria insignes non erant, consentientium licet, lubens hic prætereo sententiam. *Mosis* s) vero verba, quibus *Ebræos*

 obli-

*ὄρασιν ἀφελόμενον, ἀμφοτέρους ἐκκόπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἰ μέλλει τὴν ἴσην ἀναδέχεσθαι τιμωρίαν.* i. e. *accidit, ut quis uno captus oculo, alterum quoque per vim illatam amitteret, & sic facultate videndi prorsus orbaretur. Hic etsi autori facinoris unus contra oculus excussus sit, minus pœnæ tamen (quam par sit), illum exsolvisse arbitratur. Qui enim civem excæcaverit, etiamsi sat luisse pro lege scripta videatur: non pari tamen damno affectum contendebat.* Mox subjicitur, eundem calamitosa vitæ suæ conditione persuasisse *τοῖς πλήθεσι διορθώσασθαι τὸν νόμον*, *multitudini, ut legem illam corrigant;* & impetrasse *ἀκυρῶσαι μὲν τὸν ὑπάρχοντα νόμον, βεβαιῶσαι δὲ τὸν διορθωθέντα*, *ut, lege tunc existente abolita, emendatior illa in ejus surrogaretur locum.* m) Rhetor. lib. 1. c. 7. fin. p. m. 721. n) i. e. *Non est æqualis pœna, si quis altero saltem oculo utentem excæcaverit, & duos habentem: ibi enim unice charum tollitur.* o) De Moribus lib. 5. c. 8. Moral. magn. lib. 1. c. 34. Eudem. l. 4. c. 3. *Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ.* i. e. *videtur a quibusdam etiam Retaliatio jus esse simpliciter, quemadmodum Pythagorei dixerunt. Definiebant enim jus absolute, æqualem alteri redditam affectionem.* p) Apud Aristotelem l. c. Julianum Apostat. in Cæsaribus p. m. 314. q) Carolus Cantoclarus apud Julian. l. c. reddidit:

*Judicium, si quis quæ fecit perferat, æquum est.*

Dion. Lambinus in Arist. l. c.

*Si quis, quod fecit, patiatur, jus erit æquum.*

Senecæ in Herc. fur. versionem vid. supra ad §. 7. (c). p. 588. r) Vid. supra ad §. 7. lit. (c). s) Qui etiam Gentilibus *legislator* audit, cita-

obligat, digna sunt, quæ exhibeantur de hac lege, omnia. Exod. XXI. v. 23. seqq. t) *Si* inquit, *damnum evenerit, tunc reddes animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede: adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, vibicem pro vibice.* Lev. XXIV. v. 17. seqq. u) *Si quis percusserit omnem animam hominis, morte omnino afficiatur. Percutiens autem animam bestiæ, compenset eam, animam pro anima. Quicunque vero intulerit maculam proximo suo; quemadmodum fecit, ita fiat ipsi. Diffractio loco diffractionis, oculus pro oculo, dens pro dente: quemadmodum intulit maculam homini* alteri, *ita inferatur ipsi* &c. Deut. XIX. (v. 19. x) *Faciatis ei*, testi falsi convicto, *quemadmodum machinatus fuerat fratri suo*). v. 21. y) *Ne parcat oculus tuus! anima propter animam, oculus propter oculum, dens propter dentem, manus propter manum, pes propter pedem.*

§. 9. Antequam vero sensum verborum divinorum examinem, paucis inquiram in legis Originem, modumque, quo propagata ea fuerit a Natione una ad alteram. Quod *Romani* a Græcis hauserint, procul est omni dubio. Et populus, respectu reliquorum, novus est z), & corpus legum, cujus

---

tis utplurimum ex Eusebio, ap. Natal. Alexandr. Histor. Eccles. Tom. 1. Æt. mundi IV. cap. 6. Art. 1. p. 336. sqq. t) Verba divinitus inspirata sunt: ואם אסן יהיה ונתתה נפש תחת נפש: עין תחת עין שן תחת שן יד תחת יד רגל תחת רגל: כויה תחת כויה פצע תחת פצע חבורה תחת חבורה: Quo cum textus Ebræus, characteribus Samaritanis exaratus, prorsus coincidit: nisi quod principio versus ultimi, pro כויה adhibeat Synonymum radicis ejusd. מִכְוָה usitatius: v. g. Lev. XIII. v. 24. 25. 28. [illegible]. Versio autem Samaritana vocem Ebræam retinet, ו saltem, more consueto in ב mutato, [illegible]. u) Verba Ebræa utroque charactere, prorsus eadem sunt: ואיש כי יכה כל נפש אדם מות יומת: ומכה נפש בהמה ישלמנה נפש תחת נפש: ואיש כי יתן מום בעמיתו כאשר עשה כן יעשה לו: שבר תחת שבר עין תחת עין שן תחת שן כאשר יתן מום באדם כן ינתן בו: x) Rursus convenit uterque character ועשיתם לו כאשר זמם לעשות לאחיו y) Et hic conspirat uterque character, nisi quod Samaritanus copulam a principio omiserit: ולא תחוס עינך נפש בנפש עין בעין שן בשן יד ביד רגל ברגל: z) *Romulus* enim, qui genti nomen

dedit, in *septima decima* generatione abest ab *Ænea*, post excidium Trojanum captæ urbi superstite, & in Italiam translato. Livio enim lib. 1. c. 1. 2. 3. post *Æneam* numerantur successores Ascanius, Silvius, Æneas Sylvius, Latinus Silvius, Alba, Atys, Capetus, Tiberinus, Agrippa, Romulus Silvius, Aventinus, Proca, Numitor, Rhea, e qua *Romulus*. Dionysius quoque Halicarnass. Ant. Rom. l. 1. p. m. 36. l. 11. Ῥώμυλος ἦν ἕβδομος καὶ δέκατος ἀπ' Αἰνείου γεγονώς. i. e. *Romulus*, inquit, *septimus decimus erat ab Ænea genitus.* Paucis præmissis dixerat: γενεαῖς δὲ ὕστερον ἑκκαίδεκα μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐκπέμψαντες ἀποικίαν εἰς τὸ Παλάντιον &c. i. e. *Sexta decima deinde post captum Ilium ætate, miserunt coloniam in Palantium* &c. ductu, ut sequitur, *Romuli.* Forte Silvium, qui Ascanii frater erat, eidem cum hoc generationi adjudicans. Vid. l. c. p. 56. sqq. Ovid. Metamorph. lib. 14. vers. 609. seqq. Idem Dionysius l. c. p. 57. fin. τῷ ἔτει δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, ἀποικίαν στείλαντες Ἀλβανοί, Ῥωμύλου καὶ Ῥώμου τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων, κτίζουσι Ῥώμην, ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος. i. e. *Anno CCCCXXXII. post Ilium captum, Albani, Romuli & Remi ductu, coloniam mittentes, Romam condunt, anno primo septimæ Olympiadis.* Et ita libr. 2. p. m. 78. juxta correctionem Sylburgii. Alibi (lib. 1. p. 60. consentiente etiam Georg. Syncello Chronograph. p. 193. fin. & p. 194.) Porcium quoque Catonem in hanc sententiam adducit, verbis: Κάτων δὲ Πόρκιος ἐπιμελὴς γενόμενος, εἰ καί τις ἄλλος, εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. Vid. Glareani Chronolog. ap. Sylburgum p. 11. not. ad p. 57. conf. p. 760. Georg. Syncell. Chronograph. Edit. Jac. Goar. Parisiis 1652. p. 171. 177. 184. 191. p. 192. inquit: Ῥωμύλον, φασὶ, κατὰ τὸ τέλος τῆς ζ. Ὀλυμπιάδος βασιλεῦσαι τῶν Λατίνων ἀπὸ Αἰνείου, Ῥώμην τεκτῆναι καὶ μετονομάσαι τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἔθνος τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Ῥωμαίους, τοὺς πρότερον καλουμένους Λατίνους. i. e. *Romulum circa Olympiadis VII. finem, Latinis post Æneam imperasse, Romam condidisse, urbem, Gentemque Latinorum antiquioribus dictam, Romanorum postmodum suo de nomine fecisse, narrant.* Idem p. 194. ex Diod. Siculi lib. VII. ἐκτισμένης τῆς πόλεως κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ζ. Ὀλυμπιάδος. αὕτη γὰρ ἡ κτίσις ὑστερεῖ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι πλείω τῶν υ. καὶ λ'. i. e. *Urbe anno secundo Olympiadis VII. condita, prima ejus fundamenta rebus ad Trojam gestis annis plusquam 430. posteriora æstimare necesse est.* Conf. p. 195.

cujus membrum fuit productum, longe recentius a). Jam trecenti transierant anni ab V. C. Consulesque, post Reges ejectos, repudiati, Decemviris surrogatis; cum X conscriberentur Tabulæ b): quibus mox duæ adjiciebantur aliæ c). Græcorum, & inprimis Solonis, leges huc translatas fuisse,

a) Antea enim vigebant *leges Regiæ*, partim scriptæ, inscriptæ partim, ad usque Tarquinium Superbum: qui contemptis legibus, ad vim omnia referebat, & dominandi libidinem. Quo expulso, revocabantur iterum *Servianæ*, aliæque, novis quibusdam additis: cujusmodi sunt leges *Valeriæ, Sacratæ, Juliæ* &c. Vid. Justi Lipsii opera collectas leges Regias Tom. IV. Oper. p. 327. sqq. additas Dion. Halicarn. p. 780. sqq. Conf. Livius lib. 3. c. 32. fin. Dionys. Halicarn. Ant. Rom. l. 4. p. m. 245. lib. 5. init. p. 277. p. sqq. inquit: τὲς νόμες τὲς περὶ τῶν συμβολαίων τὲς ὑπὸ Τυλλίε γραφέντας, φιλανθρώπες καὶ δημοτικὲς εἶναι δοκῦντας, ὓς ἅπαντας κατέλυσε Ταρκύνιος, ἀνενεώσαντο. i. e. *Leges Tullii de contractibus, humanas admodum & populares, quas in universum Tarquinius sustulerat, revocarunt in usum.* Vid. lib. 10. mihi p. 627. b) Livius lib. 3. c. 33. *Anno* inquit, *trecentesimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab Consulibus ad Decemviros, quemadmodum ab Regibus ante ad Consules venerat, translato Imperio.* Dion. Halicarn. Ant. Rom. lib. 2. p. 97. circa fin. οἱ ἄνδρες δέκα, οἱ τριακοσίοις ὕστερον ἔτεσιν ἀπο δειχθέντες ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν νόμων &c. i. e. *Decemviri post CCC. demum annos, scribendis legibus creati.* c) Livius lib. 3. c. 34. fin. *Vulgatur deinde rumor, duas deesse Tabulas; quibus adjectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani juris. Ea expectatio, quum dies Comitiorum appropinquaret, desiderium Decemviros iterum creandi fecit.* Ibid. c. 37. *Jam & processerat pars major anni, & duæ tabulæ legum ad prioris anni decem Tabulas erant adjectæ: nec quicquam jam supererat, si hæ quoque leges centuriatis comitiis perlatæ essent, cur eo magistratu Reipubl. opus esset.* Dion. Halic. lib. 9. pag. 681. ἀτελὴς γὰρ ἡ νομοθεσία ἐφαίνετο &c. i. e. *videbatur enim aliquantum deesse legum numero.* Quibusdam interjectis p. 683. fin. οἱ περὶ τὸν Ἄππιον τὲς λοιπὲς συγγράψαντες νόμες, ἐν δέλτοις δυσὶ, καὶ ταύτας ταῖς πρότερον ἐξενεχθείσαις προσέθηκαν. i. e. *Qui circa Appium, legibus quæ deerant, in duas Tabulas scriptis, addiderunt eas decem prioribus.* Diod. Sic. lib. XII. p. 300. (A. 86.) ὗτοι δὲ τὲς νόμες ὐκ ἠδυνήθησαν

se, ultro gloriantur Romani d). *Thurii* juniores sunt Romanis, & nonnihil



συντελέσαι. i. e. *Hi vero* (Decemviri) *leges absolvere non potuere.* Interjecto Appii facinore, p. 301. (A. 87.) pergit: Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Διφίλου, ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Κάγκον Ὀράτιον καὶ Λεύκιον Οὐαλέριον Τούρπινον. ἐπὶ δὲ τούτων ἐν τῇ ῥώμῃ τῆς νομοθεσίας διὰ τὴν στάσιν ἀσυντελέστου γενομένης, οἱ ὕπατοι συνετέλεσαν αὐτήν· τῶν γὰρ καλουμένων δώδεκα πινάκων οἱ μὲν δέκα συνετελέσθησαν, τοὺς δ' ὑπολειπομένους δύο ἀνέγραψαν οἱ ὕπατοι. καὶ τελεσθείσης τῆς ὑποκειμένης νομοθεσίας ταύτην εἰς δώδεκα χαλκοῦς πίνακας χαράξαντες οἱ ὕπατοι, προσήλωσαν τοῖς πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τότε κειμένοις ἐμβόλοις. i. e. *Archonte Athenis Diphilo, Romæ COSS. creantur M. Horatius, & L. Valerius Potitus. Hi leges seditione interpellatas, tandem pertulerunt. XII enim Tabularum* (uti vocant) *Decem solummodo perfectæ erant: Duas igitur reliquas COSS. supplevere. Jura itaque populi Rom. sic absoluta, XII. Tabulis æneis inciderunt, easque pro Curia rostris adfixere.* d) Livius lib. 3. c. 31. fin. *Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet; missi legati Athenas So. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpitius Camerinus: jussique inclitas leges Solonis describere, & aliarum Græciæ civitatum instituta, mores, juraque noscere.* Mox c. 32. *annus insequens quietior, perpetuo silentio tribunorum, quod legatorum, qui Athenas ierant, legumque peregrinarum expectatio præbuit.* Paucis interjectis: *Jam redierant legati, cum Atticis legibus.* Romilii apud Dion. Halicarn. lib. 10. p. 676. hoc refertur suffragium, quod vicisse, dixerat: πρέσβεις ἑλέσθαι, τοὺς μὲν εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις τὰς ἐν Ἰταλίᾳ, τοὺς δὲ εἰς Ἀθήνας. οἵτινες αἰτησάμενοι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τοὺς κρατίστους νόμους, καὶ μάλιστα τοῖς ἡμετέροις ἁρμόττοντας βίοις, οἴσουσι δεῦρο. i. e. *Legatos mittendos, partim ad Græcas urbes, quæ sunt in Italia; partim Athenas: qui petant a Græcis leges optimas, & instituto nostro convenientissimas.* Quibusdam interjectis, πρέσβεις ἀπεδείχθησαν οἱ τοὺς παρ' Ἑλλήνων νόμους ληψόμενοι, *legati designati sunt, qui leges a Græcis peterent, Sp. Postumius, Ser. Sulpitius, A. Manlius.* Post pauca p. 678. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ καιρῷ παρεγίνοντο ἀπό τε Ἀθηνῶν καὶ τῶν ἐν Ἰταλοῖς Ἑλληνίδων πόλεων οἱ πρέσβεις, φέροντες τοὺς νόμους. Et p. 681. οὗτοι οἱ δέκα ἄνδρες συγγράψαντες νόμους ἔκ τε τῶν Ἑλληνικῶν νόμων, καὶ παρὰ τῶν σφίσιν αὐτοῖς ἀγράφων ἐθισμῶν, προὔθηκαν ἐν δέκα δέλτοις τῷ

etiam his ipsorum Tabulis e). Ut civium numerum ab Atheniensibus, quorum potissimum coloniam constituunt, acceperunt, una cum subsidiis f): ita

βȣλομένῳ σκοπεῖν. i. e. *Hi Decemviri leges tum ex Græcorum jure, tum e patriis consuetudinibus conscriptas, in X. Tabulis proposuerunt, cuilibet cognoscendas.* e) Circa natales enim XII. Tab. Thessali pristinam urbem Sybarim, ante LVIII. annos a Crotoniatis, Pythagoræ ætate atque suasu eversam, collectis civium priorum reliquiis, restaurare conabantur; post quinquennium inde pulsi. Et tum demum, Callimacho Athenis imperante, Lampon & Xenocrates, novis coloniis illuc deductis, fundamenta urbi, *Thuriæ* deinceps vocatæ, posuere, anno V. C. 309. Diodor. Sic. Bibl. Hist. l. 12. enarrato Sybaritarum excidio, tempore Pythagoræ facto, p. 295. (Λ. p. 77.) subjungit: ὕςερον δὲ ἔτεσιν ὀκλὼ πρὸς τοῖς πεντήκονλα Θετlαλοὶ συνώκισαν, καὶ μετ' ὀλίγον ὑπὸ Κροτωνιαlῶν ἐξέπεσον, πέντε ἔτεσιν ὕςερον τȣ̃ δευτέρȣ συνοικισμȣ̃, κατὰ τȣ̀ς ὑποκειμένȣς καιρȣ̀ς. ἐπ' ἄρχοντος δ' ἀθήνησι Καλλιμάχȣ συνῳκίσθη, καὶ μετὰ βραχὺ μεταςαθεῖσα εἰς ἕτερον τόπον, προσηγορίας ἑτέρας ἔτυχε, κlιςῶν γενομένων (λάμπωνος) καὶ Ξενοκρίτȣ, τȣ̃τον τὸν τρόπον &c. i. e. *Præterlapsis autem LVIII annis, Thessali in eam habitandam concesserunt: sed paulo post, quinquennio vix transacto, post alteram restaurationem, a Crotoniatis ejecti sunt. Callimacho vero Athenis summæ rerum præfecto, urbs illa inhabitari cœperat: at brevi in alium transposita locum, aliud etiam nomen accepit, Lampone & Xenocrate conditoribus, in hunc modum* &c. Quando autem Pythagoras floruerit, vid. mox seqq. & conf. Dion. Petavii Doct. Temp. Part. II. lib. 13. p. 563. 573. sqq. f) Diod. Sic. l. c. οἱ τὸ δεύτερον ἐκπεσόντες συβαρῖται, πρέσβεις ἔπεμψαν εἰς τὴν ἑλλάδα πρὸς λακεδαιμονίȣς καὶ ἀθηναίȣς, ἀξιȣ̃ντες συνεπιλαμβέσθαι τῆς καθόδȣ, καὶ κοινωνῆσαι τῆς ἀποικίας. λακεδαιμόνιοι μὲν ȣ̃ν ȣ̓ προσέχον αὐτοῖς. ἀθηναῖοι δὲ συμπράξειν ἐπαγγειλάμενοι, δέκα ναῦς πληρώσαντες, ἀπέςειλαν τοῖς συβαρίταις, ὧν ἡγεῖτο Λάμπων τὲ καὶ Ξενόκριτος. ἐκήρυξαν δὲ κατὰ τὰς ἐν πελοποννήσῳ πόλεις, κοινοποιȣ́μενοι τὴν ἀποικίαν τῷ βȣλομένῳ μετέχειν τῆς ἀποικίας. ὑπακȣσάντων δὲ πολλῶν &c. i. e. *Qui secundo e patria exacti profugerant Sybaritæ, missis in Græciam legatis, a Spartanis, & Atheniensibus contendunt, ut & reditus adjutores, & coloniæ participes esse velint. Lacedæmonii quidem petitionem illorum non admittunt. Sed Athenienses, de-*

ita & leges, in quibusdam saltem mutatas g), Pythagoræis suæque accommodatas Reipublicæ.

§. 10. E Græcis reliquis commemoratis, tam *Pythagoras*, quam *Solon*

*cretis auxiliis, X naves milite completas Sybaritis mittunt: quarum Lampon & Xenocrates Præfecti. Præconibus etiam huc illuc per urbes Peloponnesi missis, publice denunciant, liberam se copiam facere omnibus, novæ se aggregandi coloniæ. Consentientibus igitur multis* &c. Quibusdam interjectis: πολλῆς δὲ οὔσης καὶ καλῆς χώρας, οἰκήτορας ἐκ τῆς Ἑλλάδος μεταπεμψάμενοι συχνοὺς, διενείμαντο τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν ἐπίσης ἔνεμον. i. e. *Sed cum multum adhuc fertilis & elegantis agri superesset, cultores ex Græcia non paucos accersunt: inter quos & reliquas in urbe sedes & agrorum fundos æquali sorte distribuunt.* g) Diod. l. c. in fin. p. 295. (A. 79.) οὗτος δὲ ἐπισκεψάμενος τὰς ἁπάντων νομοθεσίας, ἐξελέξατο τὰ κράτιστα καὶ κατέταξεν εἰς τοὺς νόμους. i. e. *Hic* (Charondas legislator) *inspectis diligenter, & probe consideratis omnium aliorum sanctionibus, optima quæque inde excerpta in legum suarum corpus redegit.* Deinceps subjungit novas a se inventas: in quarum tamen numero nostra supra citata non habetur, manifesto indicio aliunde eam fuisse desumtam. Equidem apud Aristotelem II. Politic. c. 12. p. m. 449. conantur quidam *Charondam* Zeleuci auditorem constituere, & hunc Thaletis, cujus etiam fuerit Lycurgus. Ipse vero subjicit: ἀλλὰ ταῦτα μὲν λέγουσιν ἀσκεπτότερον τῷ χρόνῳ λέγοντες, *quod talia dicentes, inconsideratius loquantur, tempori parum apta.* Jamblicho de vit. Pythag. c. 23. p. 103. inter eos refertur *Charondas*, qui, adhuc adolescentes, Pythagoræ jam senis fuerint discipuli. Et idem autor l. c. c. 27. p. 123. ait: χαρώνδας ὁ Καταναῖος, εἷς εἶναι δοκῶν τῶν ἀρίστων νομοθετῶν, Πυθαγόρειος ἦν. i. e. *Charondas ille Catanæus, qui optimorum legislatorum unus esse videtur, Pythagoræus erat.* Ibid. c. 30. p. 254. νομοθέται πάντων ἄριστοι γεγόνασιν οἱ Πυθαγόρᾳ προσελθόντες· πρῶτον μὲν χαρώνδας ὁ Καταναῖος. i. e. *Discipuli Pythagoræ adhærentes, omnium optimi fuerunt legumlatores: primum quidem Charondas Catanæus* &c. Diog. quoque Laërtius in vita Pythag. s. lib. VIII. c. 16. de hoc asserit: πολλοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλοὺς τε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας· αὐτὰρ καὶ Ζάλευκον καὶ χαρώνδαν τοὺς νομοθέτας. h. e. *multos per Italiam bonos reddidisse, ac honestos viros: inter quos Zeleucum & Charondam legumlatores.*

*Solon* recentes h) admodum sunt, Homero non modo & Hesiodo i), sed
ipsa

h) *Solon* quatuor modo generationibus superabat Socratem, utpote frater Dropidis, (Diog. Laërt. l. 3. c. 1. de Plat. Liban. declam. 26. Proclus in Plat. Timæum l. 1. p. m. 25. fin.) cujus pronepos Critias introducitur apud Platonem, collocutor Socratis, in Timæo p. m. 1042. Lubens acquievit in judicio sacerdotis istius Ægyptii, juvenem ipsum appellantis, una cum Græcis omnibus. Ita enim ipse apud Platonem l. c p. 1043. σχεδὸν οὔτε αὐτὸν οὔτε ἄλλον Ἕλληνα οὐδενά οὐδὲν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) εἰδότα περὶ τῶν τοιούτων ἀνευρεῖν. i. e. *expertum se esse dicebat, neque seipsum neque alium Græcorum quemquam, cognitionem antiquitatis ullam habere.* Mox: καὶ τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιόν, ὦ Σόλων Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν πῶς τι τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστὲ (εἰπεῖν) τὰς ψυχὰς πάντες· οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. i. e. *Aliquem ex sacerdotibus grandem natu dixisse: O Solo Solo! Græci pueri semper estis, nec quisquam e Græcia senex. Cur istud diceret, percontante Solone, respondisse sacerdotem: quia juvenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia.* Vid. citatum a Clemente Alex. Strom. lib. 1. p. 303. cc. fin. & passim apud alios. Pythagoras vel hoc ipso suam fatetur novitatem, quod anima ipsius, postquam *Euphorbum* a Menelao circa Trojam oppugnatam occisum deseruisset, trium aliorum corpora diu inhabitarit, antequam in suum (Pythagoræ) migraret corpus. Apud Ovidium Metamorph. lib. XV. loquens introducitur v. 160. sqq.

*Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli*
*Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam*
*Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ* &c.

Malchus s. Porphyrius de vita Pythagoræ p. 28. ἀνέφερεν δ' αὐτὸν εἰς τοὺς πρότερον γεγονότας, πρῶτον μὲν Εὔφορβος λέγων γενέσθαι, δεύτερον δ' Αἰθαλίδης, τρίτον Ἑρμότιμος, τέταρτον δὲ Πύρρος, νῦν δὲ Πυθαγόρας. i. e. *Altius vero referebat se ipsum ad olim existentes, asserens, primum se Euphorbum fuisse, secundo Æthalidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, & nunc demum Pythagoram.* Heraclides Ponticus apud Diog. Laërtium lib. VIII. c. 4. ordinem nonnihil invertit, dicens, Pythagoram de se dicere solitum: ὡς εἴη ποτὲ γεγονὼς Αἰθαλίδης - - - χρόνῳ δὲ ὕστερον, εἰς Εὔφορβον ἐλθεῖν, καὶ ὑπὸ Μενέλεω τρωθῆναι. - - -

ἐπειδὴ δὲ Εὔφορβος ἀποθάνοι, μεταβῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς Ἑρμότιμον. - - ἐπειδὴ δὲ Ἑρμότιμος ἀπέθανε, γενέσθαι Πύῤῥον τὸν Δήλιον ἁλιέα. καὶ πάντα πάλιν μνημονεύειν, πῶς πρόσθεν Αἰθαλίδης, εἶτα Εὔφορβος, εἶτα Ἑρμότιμος, εἶτα Πύῤῥος γένοιτο. ἐπειδὴ δὲ Πύῤῥος ἀπέθανε, γενέσθαι Πυθαγόραν, καὶ πάντων τῶν εἰρημένων μεμνῆσθαι. i. e. *Quod fuisset aliquando Æthalides. - - aliquando post in Euphorbum venisse, atque a Menelao fuisse vulneratum. Postea vero quam Euphorbus diem obiit, ingressam in Hermotimum ipsius animam. - - Ubi autem & Hermotimus vita functus est, rursus in Pyrrhum, Delium piscatorem migrasse: illumque omnia memorasse, ut primum Æthalides fuerit, postea Euphorbus, deinde Hermotimus, ac postremo Pyrrhus effectus sit, ac deinde post mortuum Pyrrhum factum esse Pythagoram, omniumque meminisse, quæ dicta hactenus sunt.* Hieronymus Apol. adversus Ruffinum, ad ipsum, tom. 2. Oper. f. 166. H. apud Græcos Pythagoram docuisse ait, *se primum fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, ad extremum Pythagoram.* Clearchus & Dicæarchus apud A. Gellium N. A. lib. 4. c. 12. memoriæ tradiderunt, *Pythagoram dictitasse, se primo Euphorbum fuisse, postea Pyrandrum, deinde Callicleam, deinde fœminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerat Aloe.* Conf. Sophoclis Scholiastes ad Electram, Apollonii schol. ad Argonautic. lib. 1. Quam salse id derideant alii, vid. ap. Lactant. lib. 3. de falsa scient. c. 18. p. m. 273. Tertullian. de anima c. Augustin. de Trinit. lib. 10. c. 15. tom. 3. Op. p. m. 402. Lucian. in Gallo tom. 2. oper. p. 172. sqq. i) Clem. Alexandr. Stromat. 1. p. 323. Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, πολλῷ νεώτεροι τῶν Ἰλιακῶν. μεθ' οὓς μακρῷ νεώτεροι οἱ παρ' Ἕλλησι νομοθέται, Λυκοῦργός τε καὶ Σόλων, καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ, οἵ τε ἀμφὶ τὸν Σύριον Φερεκύδην, καὶ Πυθαγόραν τὸν μέγαν. i. e. *Homerus & Hesiodus fuere Iliacis multo recentiores: post quos longe fuerunt recentiores Græcorum legislatores, Lycurgus, & Solon, & septem sapientes, & Syrius Pherecydes. & magnus Pythagoras.* Conf. l. c. p. 326. 327. A. Gellius lib. 17. c. 2. p. m. 981. *De Homero* inquit, *& Hesiodo inter omnes fere scriptores convenit, ætatem eos egisse vel iisdem fere temporibus, vel Homerum aliquando antiquiorem: utrumque tamen ante Romam conditam vixisse, Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta; ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & sexaginta.* Conf. idem l. c. lib. 3. c. 11. Sed Solinus Polyh. c. 53. *Homerus*

ipsa Roma condita k) juniores. Ille Olympiade demum LXII l), hic XLVI

*rus* ait, *post Ilium captum, anno ducentesimo septuagesimo secundo humanis rebus excessit, Agrippa Sylvio Tyberini filio Albæ regnante, anno ante urbem conditam centesimo sexagesimo.* Juxta hunc Roma condita post Ilium captum, anno 433. Sed Cyrillo Alex. contr. Julian. lib. 1. p. m. 12. *συνάγονται τὰ ἀπὸ ἰλίȣ ἁλώσεως μεχρὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἔτη πέντε καὶ τετρακόσια.* i. e. *numerantur ab Ilio capto ad primam usque Olympiadem*, (cum sextæ demum anno quarto Roma condita sit.) *anni quinque & quadringenti.* Levi, decem scilicet annorum, discrepantia. Idem VII Græciæ sapientes, e quibus Solon, ponit l. c. in Olymp. *quinquagesimam*, & Cyri in Persas regnum in Olymp. LVI. sub quo Aggæus & Zacharias &c. Eusebius Præparat. Evang. lib. 10. c. 4. p. 470. B. *sub Cyri imperio omnes VII Græciæ sapientes floruisse statuit.* Quibus omnibus posterior est Pythagoras. k) Numam secundum Romanorum Regem Pythagoræ discipulum falso credidit antiquitas. Clem. Alex. Strom. lib 1. p. 304. D. Νȣμᾶς δὲ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, Πυθαγόρειος μὲν ἦν. i. e. *Numa autem Rex Romanorum, Pythagoricus quidem erat.* Ovid. Metam. lib. XV. v. 4. seqq. Cicero de Orat II. p. m. 160. *Quidam Numam Pompilium illum Regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt.* Dionys. Halicarn. Ant. Rom. lib. 2. p. 120. (A. 90.) *Multi scribunt, Numam fuisse Pythagoræ discipulum, &, quo tempore ad regnum Romanum vocatus est, apud Crotonem egisse, in philosophia occupatum.* Livius lib. 40. c. 29. *vulgatam* vocat *opinionem* illam, *qua creditur, Pythagoræ auditorem fuisse Numam.* Sed mox dicit *mendacium probabile.* lib. 1. c. 18. *Auctorem* ait, *doctrinæ ejus, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt: quem Servio Tullio regnante Romæ, centum amplius post annos, in ultima Italiæ ora circa Metapontum, Heracleamque & Crotonem, juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat* &c. Operæ pretium est, audire de hoc Dion. Halicarn. utut nonnihil prolixum. Ita autem supra citatis adjicit: ὁ χρόνος τῆς Πυθαγόρȣ ἡλικίας μάχεται πρὸς τὸν λόγον. ȣ͂ γὰρ ὀλίγοις ἔτεσιν, ἀλλὰ τέσσαρσι γενεαῖς ὅλαις ὕστερος ἐγένετο Πυθαγόρας Νȣμᾶ, ὡς ἐκ τῶν κοινῶν παρειλήφαμεν Ἱστοριῶν. ὁ μὲν γὰρ, ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος μετȣ́σης τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν παρέλαβε· Πυθαγόρας δὲ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα διέτριψεν ἐν Ἰταλίᾳ. τȣ́τȣ δέ τι μεῖζον ἔχω τεκμήριον εἰπεῖν, ὑπὲρ τȣ͂ μὴ συμφωνεῖν τȣ̀ς χρόνȣς ταῖς παραδεδομέναις ὑπὲρ τȣ͂ ἀνδρὸς ἱστορίαις, ὅτι καθ᾽ ὃν χρόνον ὁ Νȣμᾶς ἐπὶ τὴν

βασι-

βασιλείαν ἐκαλεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, ἔπω πόλις ἦν ἡ Κρότων· τέσαρσι γὰρ ὅλοις ὕςερον ἔτεσιν ἢ Νομᾶν ἄρξαι Ῥωμαίων. Μύσκελ☉ αὐτὴν ἔκτισεν, ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑπτακαιδεκάτης ὀλυμπιάδ☉· ὥτε δὴ Πυθαγόρᾳ τῷ Σαμίῳ συμφιλοσοφῆσαι τῷ μετὰ τέσαρας γενεὰς ἀκμάσαντι δυνατὸν ἦν τὸν Νομᾶν, ὅτ᾽ ἐν Κρότωνι διατρίβειν, ὅτ᾽ αὐτὸν ἐκάλουν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ῥωμαῖοι, τῇ μήπω τότ᾽ ὅση πόλει. ἀλλ᾽ ἐοίκασιν οἱ τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαντες, εἰ χρὴ δόξαν ἰδίαν ἀποφήνασθαι, δύο ταῦτα λαβόντες ὁμολογούμενα, τήν τε Πυθαγόρου διατριβὴν γονομένην ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ τὴν Νομᾶ σοφίαν· ὁμολογεῖται γὰρ ὑπὸ πάντων ὁ ἀνὴρ γενέσθαι σοφός· ἐπισυνάψαι ταῦτα καὶ ποιῆσαι Πυθαγόρου μαθητὴν Νομᾶν, οὐκέτι τοὺς βίους αὐτῶν ἐξετάσαντες, εἰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἤκμασαν ἀμφότεροι χρόνους &c. Plutarchus in Numa statim ab initio quosdam dictitare ait, Πυθαγόραν μὲν ὀψὲ γενέσθαι, καὶ τῶν Νουμᾶ χρόνων ὁμοῦ τι πέντε γενεαῖς ἀπολειπόμενον. i. e. *Pythagoram diu post secutum, atque ab Numæ seculo quinque ferme remotum ætatibus.* Unde Xylander colligit, tempus, quod inter Numæ Regis initium, & Pythagoræ in Italiam adventum intercedit, fuisse annorum circiter CL. Ciceroni de Oratore lib. 2. p. m. 160. *Numa annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras: & sapientiam constituendæ civitatis duobus prope seculis ante cognovit, quam eam Græci natam esse senserunt.* Alibi eandem ferme erroris rationem recenset, quam supra Dionysius, lib. 4. Tusc. Qu. init. p. m. 140. inquiens: *Quin etiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque Regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum Pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerent, Regisque ejus æquitatem & sapientiam a majoribus suis accepissent: ætates autem & tempora ignorarent propter vetustatem, eum qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt.* Plin. lib. 2. cap. 8. pag. 15. *Luciferi naturam Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter XLII. qui fuit urbis Romæ annus centesimus quadrogesimus secundus.* Cujus correctionem mox sequentia suppeditabunt. 1) Ita Clem. Alexandr. Strom. lib. 1. p. m. 302. Πυθαγόρας κατὰ Πολυκράτη τὸν τύραννον, περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα, εὑρίσκεται. i. e. *Pythagoras tempore Polycratis tyranni, circa sexagesimam secundam Olympiadem invenitur.* Quo cum consentit Jamblichus de vita Pythag. c. 7. p. 47. παραγένετο inquiens, ἐς Ἰταλίαν κατὰ τὴν Ὀλυμπιάδα τὴν δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα, καθ᾽ ἣν Ἐρυξίδας ὁ χαλκιδεὺς ςάδιον ἐνίκησεν. i. e. *venit in Italiam Olympiade circiter post sexagesimam secunda, qua Eryxidas Chalcidensis stadium vicit.* Eusebii Chronicon Pythagoram Philosophum claruisse dicit, Olympiadis

LXIII anno quarto; Tarquinii Superbi anno XXIII. In M. S. ejusd. Chronici codice, a Sylburgo allegato ad Dion. Halicarn. l. c. claruisse dicitur XXV anno Amyndæ Macedonum regis noni, & XIX anno Tarquinii, *Olympiadis LXII. anno quarto.* Dion. Halic. l. c. nimis late loquitur, *post L. Olympiadem egit in Italia.* Plinius autem l. c. ita videtur corrigendus, ut X non ante L, sed post illud locetur, & ex XLII fiat LXII. Quamvis enim ante *suum in Italiam discessum*, quem Aristoxeno apud Malchum de vit. Pythag. p. 7. dicente, *anno ætatis XL suscepit*, celebris jam extiterit: hoc ipsum tamen vitæ spatium vix ad dimidium dissensus Pliniani assurgit. Accedit, plures recentiorem facere ejus in Italiam adventum. Solinus cap. 11. *Pythagoras* inquit, *offensus fastu Tyrannico, relicta domo patria, Bruto consule, qui reges urbe exegit, Italiam advectus est.* Cicero quoque Tusc. Qu. lib. 4. init. p. 140. *Pythagoram* ait, *in Italia fuisse temporibus iisdem, quibus Jun. Brutus patriam liberavit.* Nisi forte hæc verba ad subsecutam potius commorationem, quam adventum trahenda dixeris; quod idem autor alibi Tusc. Qu. lib. 1. p. 103. Pythagoram *Superbo regnante*, in Italiam venisse statuat. Quod etiam A. Gellius adprobat N. A. lib. 17. c. ult. p. m. 984. dicens: *Postea Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit.* In quem locum tamen *Jac. Oisel.* tempora eligit posteriora, Olymp. LXVII. sub Sylosonte Polycratis fratre. Eo quod a Polycrate ante annos abhinc viginti duos, vix *duodeviginti annos natus* (Jamblich. l. c. c. 2. p. 31. ὑποφυομένης ἄρτι τῆς Πολυκράτους τυραννίδος περὶ ὀκτωκαίδεκατον μάλιστα ἔτος γεγονὼς &c.) commendatus Amasidi, abierat in Ægyptum. Vid. Antiphon. apud Diogenem Laërt. de vita Philos. lib. VIII. c. 3. p. m. 489. *Malchus* l. c. p. 6. l. 16. Herodot. in Thalia c. 39. Plin. H. N. lib. 36. c. 9. Verum in Polycratis tyrannidem ejus exilium spontaneum communiter collocant omnes. Jamblichus l. c. c. 18. p. 90. Φασὶν ἀφικέσθαι τὸν Πυθαγόραν ἐξ Ἰωνίας καὶ Σάμου, κατὰ τὴν Πολυκράτους τυραννίδα, ἀκμαζούσης Ἰταλίας. i. e. *Dicunt, discessisse Pythagoram ex Ionia & Samo, circa tyrannidem Polycratis, florente* tunc *Italia.* Malchus s. Porphyrius l. c. p. 11. l. 17. seqq. μετὰ δὲ ταῦτα τῆς Πολυκράτους τυραννίδος σαμίους καταλαβούσης, οὐ πρέπον ἡγούμενος ὁ Πυθαγόρας ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ βιοῦν ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, διενοήθη εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρειν. i. e. *Post hac* ex Ægypto reversus, *cum Samii Polycratis tyrannide oppressi tenerentur, Pythagoras indecorum sibi viro Philosopho arbitratus, in ejusmodi republ. vivere, meditabatur abitum in Italiam.* Conf. Diog. Laërt. l. c. p. m. 490. Etiam Strabo consentit, l. 14. p. m. 735. in-

XLVI m) floruisse creditur. Uterque vero multum commercii habuit cum Ju-

inquiens: Ἐπὶ τούτου (Πολυκράτους) δὲ καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ Βαβυλῶνα φιλομαθίας χάριν. ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν, ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον. i. e. *Sub hoc* (Polycrate) *ferunt, Pythagoram, cum gliscentem in patria videret tyrannidem, Samo excessisse, inque Ægyptum & Babylonem discendi studio abiisse. Cumque reversus eam videret durare, in Italiam navigasse, atque ibi confecisse vitæ reliquum.* Plutarchus de Placitis Philosoph. lib. 1. c. 3. fin. p. m. 878. C. μετέστη γὰρ (Πυθαγόρας) ἀπὸ Σάμου τῆς πατρίδος, τῇ Πολυκράτους τυραννίδι δυσαρεστήσας. i. e. *recessit enim* Pythagoras *a patria Samo, ob Polycratis tyrannidem sibi displicentem.* Ovidius Metamorph. lib. XV. v. 60. sqq.

*Vir fuit hic ortu Samius: sed fugerat una,*
*Et Samon, & dominos; odioque tyrannidis exsul*
*Sponte erat.*

Apulejus in Floridis, *fuit* inquit, *ferme Pythagoras id ævi, quo Polycrates Samo potiebatur.* m) Clemens Alexandr. Strom. lib. 1. p. m. 302. ἤκμασεν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. i. e. *floruit Solon circa XLVI. Olympiadem.* Diogen. Laërt. l. c. lib. 1. c. 62. p. m. 39. ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων, καθά φησι Σωσικράτης· ὅτε καὶ τίθησι τοὺς νόμους. i. e. *Florebat autem circa XLVI Olympiadem, cujus tertio anno Princeps fuit Atheniensium, ut ait Sosicrates: quo etiam tempore leges condidit.* Cyrillus Alex. lib. 1. contra Julianum p. m. 12. D. τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι, Σόλων νενομοθέτηκε, τοὺς Δράκοντος νόμους περιελὼν, πλὴν τῶν φονικῶν. i. e. *Quadragesima sexta Olympiade Solon, abrogatis Draconis legibus, præterquam de homicidiis leges tulit.* Et ita in hac Olympiade consentiunt omnes. In ejusdem saltem anno levis deprehenditur dissensus. Cum Diog. Laërtio in annum tertium consentit Anonymus, in descriptione Olymp. ap. Scal. p. 116. Eusebius v. in Chronico ap. Scal. p. 160. annum ejusdem secundum legibus condendis impendisse asserit. A. Gellius N. A. lib. 17. c. 21. p. m. 982. *Solonem, unum ex illo nobili numero sapientum* (Plato in Timæo p. m. 1042. C. vocat τῶν ἑπτὰ σοφῶν σοφώτατον. Vid. Ausonius in Ludo VII. Sapient. p. m. 273.) refert, *leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romæ regnante; anno regni ejus tricesimo tertio.*

Judæis. *Pythagoram* a Mose didicisse ejusque asseclis, probant quam plurima. Incerta sint, quæ de ejus origine Judaica referebant ætate Ambrosii n): in dubium quoque vocentur, quæ de ejus nativitate in Phœnicia vel Syria facta, speciose tradunt Neanthes o), & Jamblichus p); uterque Pythago-

Adiit autem hic regnum, juxta Dionys. Halicarn. lib. 3. p. 184. (A. 136.) ἐνιαυτῷ δευτέρῳ μάλιστα τῆς μιᾶς καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, i. e. *anno secundo primæ & quadragesima Olympiadis.* Conf. Oisel in Gellii l. c. Lud. Vives ad Augustin. de Civit. Dei lib. 18. cap. 25. n) Ambros. lib. 1. Epist. 6. quæ est ad Irenæum, tom. 3. Op. p. m. 68. *Cum ex populo Judæorum, ut plerique arbitrantur, genus duxerit, ex ejus disciplina derivavit etiam magisterii præcepta.* o) Apud Clement. Alex. Strom. lib. 1. p. m. 300. D. Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου Σάμιος, ὥς φησιν Ἱππόβοτος· ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος ἢ Τύριος· i. e. *Pythagoras equidem Mnesarchi filius, Samius erat, ut dici Hippobotus; vel, ut Neanthes, Syrius sive Tyrius.* p) De vita Pythag. c. 2. p. 28. Μνημάρχῳ τῷ Σαμίῳ κατ' ἐμπορίαν ἐν Δελφοῖς γενομένῳ, μετὰ τῆς γυναικὸς ἀδήλως ἔτι κυούσης, προεῖπεν ἡ Πυθία, χρωμένῳ περὶ τοῦ εἰς Συρίαν πλοῦ, τὸν μὲν θυμηρέστατον ἔσεσθαι καὶ ἐπικερδῆ. - - - ὁ δὲ Μνημάρχος - - ἀντὶ παρθενίδος τὴν γυναῖκα πυθαΐδα μετωνόμασεν, ἀπὸ τοῦ γόνου καὶ προφήτιδος. Ἐν δὲ Σιδῶνι τῆς Φοινίκης ἀποτεκούσης αὐτῆς, τὸν γενόμενον υἱὸν Πυθαγόραν προσηγόρευσαν. ὅτι ἄρα ὑπὸ τοῦ Πυθίου προηγορεύθη αὐτῷ. i. e. *Mnemarcho* (Alii plerique *Mnesarchum* vocant, nisi quod Justinus lib. 20. *Demaratum* dicat,) *Samio, negotiationis causa, cum uxore jam tum obscure adhuc ventrem ferente, Delphos profecto, Pythia prædixit, si Syriam versus navigationem institueret, eam quidem gratissimam lucrosissimamque fore. - - Mnemarchus autem - - loco Parthenidis, uxorem in posterum vocavit Pythaida, a genitore & vate Apollinis. Cum autem apud Sidonios Phœniciæ enixa esset, filium editum* (a prædicendo) *Pythagoram nominaverunt: quod nimirum ab Apolline Pythio prædictus esset ipsi.* Idem c. 3. p. 32. ἐξέπλευσεν εἰς τὴν Σιδῶνα· φύσει αὐτοῦ πατρίδα πεπεισμένος εἶναι. i. e. *Sidonem navigavit, eam natura patriam suam esse, persuasus.* Euseb. Præpar. Evang. lib. 10. c. 4. p. m. 470. τινὲς δ' αὐτὸν Σύριον ἢ Τύριον εἶναι λέγουσιν, i. e. *quidam vero ipsum Syrum s. Tyrium fuisse dicunt.* Præter jam citatos, Malchus quoque de vita Pythag. statim ab init. Κλεάνθης δὲ inquit, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν μυθικῶν, σύρον ἐκ πύῤῥου συρίας, cum fuisse contendit.

thagoricus. In eo tamen conveniunt omnes, quod in tenera adhuc ætate, (quæ, ut olla, quo semel est imbuta odore, eum constanter retinet,) Præceptores sectatus sit Phœnices, s. Syros q). Progressu temporis, discendi studio,

q) Diog. Laërt. lib. VIII. c. 2. ait: συςῆναι εἰς λέσβον ἐλθόντα Φερεκύδη, ὑπὸ Ζωΐλε τῦ Θείε, i. e. *commendatum fuisse simul ac Lesbum venisset, Pherecydi, a Zoilo patruo.* Paulo post: ἔτος ἤκεσε μὲν (καθὰ προείρηται) Φερεκύδε τῦ Συρίε. i. e. *Hic, ut prædiximus, principio quidem Pherecydem audivit Syrum.* Malchus l. c. post princ. ait: πρῶτον μὲν Φερεκύδη τῷ σύρίῳ ὁμιλῆσαι, *primum cum Pherecyde Syrio* eum *conversatum.* Quod altera mox pagina repetit, ex autoritate Apollonii. Clem. Alex. Strom. lib. 1. p. 300. C. (Et ita Eusebio, Præparat. Evang. lib. 10. c. 4. p. 470. D.) *Pythagoras* dicitur ὁ Φερεκύδες γνώριμος, i. e. *Pherecydis familiaris:* hunc autem pag. præced. vocarat *Syrium.* Cicer. Tuscul. Qu. lib. 1. *Pherecydes* inquit, *Syrus primum dixit, animas hominum esse sempiternas: hanc opinionem discipulus ejus Pythagoras maxime confirmavit.* Jamblichus l. c. c. 2. p. 29. itidem tradit, a patre puerum adhuc *Pherecydi Syro* concreditum: & mox p. 30. patre mortuo, ἔτι ἐφήβε αὐτῦ ὄντος, πρὸς Θαλῆν διεκομίσθη, i. e. *nondum pubertatis annos egressus, ad Thalem profectus est.* Interjectis quibusdam, p. 31. *duo de viginti annos natus,* πρὸς τὸν Φερεκύδην διεπόρθμευε, καὶ πρὸς Ἀναξίμανδρον τὸν φυσικὸν, καὶ πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον. καὶ παραγενόμενος πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, ἀνὰ μέρος ὕτως ὡμίλησεν, ὥστε πάντας αὐτὸν ἀγαπᾶν, καὶ τὴν φύσιν αὐτῦ θαυμάζειν, καὶ ποιεῖσθαι τῶν λόγων κοινωνόν. Καὶ δὴ καὶ ὁ Θαλῆς ἄσμενος αὐτὸν προσήκατο. Καὶ - - - μεταδὺς ὅσον ἠδύνατο μαθημάτων, τὸ γῆρας τε τὸ ἑαυτῦ αἰτιασάμενος, καὶ τὴν ἑαυτῦ ἀσθένειαν, προετρέψατο εἰς Ἄιγυπτον &c. i. e. *ad Pherecydem transfretravit, & ad Anaximandrum Physicum, atque ad Thalem apud Miletum. Præsens cum unoquoque ipsorum ita vicissim conversatus est, ut omnes ipsum diligerent, ac ejus admirarentur indolem, rerumque* suarum *facerent participem. Inprimis Thales benigne eum excepit. Sed - - postquam, quantum poterat in disciplinis, ei contulisset, tam senectutis suæ, quam imbecillitatis ratione habita, in Ægyptum trajicere adhortatus est.* Thales quidem *Milesius* vocatur, civitate scilicet ætate jam provectus, ob merita, ibi donatus; sed generis origine erat *Phœnix*, Herodot. Clio s. lib. 1. c. 170. Clem. Alexandr. Strom. lib. 1. p. 300. D. ubi Herodoto alium insuper adjungit testem Leandrum. Vid. l. c. p. 302. C. Superaddit Diog.

ſtudio, Chaldæam r) adiit, Perſiam, Ægyptumque s): ea præciſe ætate, qua

Diog. Laërt. lib. 1. c. 22. p. m. 15. cum fuiſſe ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι φοίνικες, εὐγενέςατοι τῶν ἀπὸ Κάδμου καὶ Ἀγήνορος, i. e. *ex Thelidarum familia, qui Phœnicum a Cadmo & Agenore deſcendentium Nobiliſſimi.* r) Jamblichus l. c. cap. 4. p. 36. fin. ὑπὸ τῶν τοῦ Καμβύσου αἰχμαλωτισθεὶς εἰς Βαβυλῶνα ἀνήχθη. κἀκεῖ τοῖς Μάγοις ἀσμένοις συνδιατρίψας, καὶ ἐκπαιδευθεὶς τὰ παρ᾽ αὐτοῖς, σεμνὰ καὶ θεῶν θρησκείαν ἐντελεςάτην ἐκμαθὼν, ἀριθμῶν τε καὶ μουσικῆς, καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων ἐπ᾽ ἄκρον ἐλθὼν παρ᾽ αὐτοῖς, ἄλλα τε δώδεκα συνδιατρίψας ἔτη. i. e. *a Cambyſi addictis captus, in Babyloniam fuit abductus, ubi cum Magis comiter eum excipientibus converſatus, ac edoctus quæ penes illos ſecretiora eſſent, ipſum Deorum cultum perfectiſſimum perdidicit. Arithmeticæ quoque ac Muſicæ aliarumque diſciplinarum faſtigium aſſecuturus penes ipſos, alios duodecim conſumſit annos.* Vid. Hieron. ep. 103. quæ eſt ad Paulinum, tom. 3. Oper. p. 5. B. Lucian. Vitar. Auction. tom. 1. Op. p. 371. ſqq. Diog. Laërt. l. c. c. 3. καὶ παρὰ Χαλδαίοις ἐγένετο καὶ Μάγοις, i. e. *etiam apud Chaldæos converſatus eſt, & Magos.* Malchus l. c. p. 9. poſt med. ἔν τε Βαβυλῶνι τοῖς τ᾽ ἄλλοις Χαλδαίοις συνεγένετο, καὶ πρὸς Ζάβρατον ἀφίκετο. i. e. *in Babylonia tam cum aliis converſabatur Chaldæis, quam frequens conveniebat Zabratum.* Perpende, an transpoſitis literis ſit, צורבא דרבנן, an vero סבוראי *opinator?* Adjicerem calculum meum; niſi titulus uterque recentiora ſaperet tempora. *Nazarati* Aſſyrii diſcipulum facit Alexander, de ſymbolis Pythagoricis, ap. Clem. Alex. Strom. lib. 1. p. m. 304. B. Ipſe quoque Lactantius lib. IV. qui eſt de vera Sapient. cap. 2. p. m. 314. videtur admittere, *Chaldæos* ab ipſo conſultos: dum *Magos* & Perſis contradiſtinguit, atque Ægyptiis. s) Incitatus perſuaſionibus Thalis præceptoris, Jamblich. l. c. cap. 23. p. 33. κατὰ τὰς Θαλέω τοῦ διδασκάλου ὑποθήκας; quas cap. 2. expreſſerat, cit. ſupra p. 535. ad lit. q) circa fin. & commendatus Amaſidi Ægyptiorum Regi, per Polycratem. Vid. ſupr. ad l). Qua ratione nave eo delatus ſit, recenſet Jamblich. l. c. c. 3. p. 34. Qui cap. 4. p. 36. ſuperaddit, πρὸς ἅπαντας τοὺς ἱερέας ἀπεδήμησεν, ὠφελούμενος παρ᾽ ἑκάςου, ὅτι ἦν σοφὸς ἕκαςος. Δύο δὴ καὶ εἴκοσιν ἔτη κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς ἀδύτοις διετέλεσεν, ἀςρονομῶν καὶ γεωμετρῶν καὶ μυούμενος οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχε πάσας θεῶν τελετάς. i. e. *Ad omnes ſacerdotes peregrinationem ſuſcepit: apud unumquemque, quarum rerum ſapientia quisque præditus erat, utiliſſime profecit. Duos enim ac*

qua utrinque plurimi dispersi degebant Judæi t); ibi quidem e Danielis scho-

*ac viginti annos apud Ægyptios in adytis confecit, Astronomiæ ac Geometriæ operam impendens, ac initiatus non cursorie, neque ut communiter fieri solet, cunctis Deorum sacris.* Conf. Diog. Laërt. l. VIII. c. 3. ipseque Antiphon, ad quem provocat, apud Malchum p. 6. post med. & seqq. Isocrates Busirid. laud. p. m. 538. Hieron. epist. 103. quæ est ad Paulinum presbyterum tom. 3. Op. prima, p. 5. B. *Pythagoras Memphiticos vates laboriosissime peragravit.* Cicero lib. V. de finibus circ. fin. tom. 4. Oper. f. 96. H. *ipse Pythagoras & Ægyptum lustravit, & Persarum magos adiit.* Plin. N. H. lib. 25. c. 2. p. m. 9. apud Lucianum, in vitarum Auctione tom. 1. Oper. p. 371. Pythagoras emtori interroganti ποῦ ἐπαιδεύθης, *ubi literis informatus es?* respondet, ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τοῖς ἐκεῖ σοφοῖς, i. e. *in Ægypto, a loci istius sapientibus.* Ipse quoque Lactantius l. c. concedit, *Pythagoram, amore indigandæ veritatis accensum, ad Ægyptios, & Magos, & Persas usque penetrasse; ut earum gentium ritus & sacra cognosceret.* Clem. Alex. Strom. lib. 1. p. 303. C. ausus est, nominetenus adducere præceptorem, inquiens: ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχηδι τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι. i. e. *narratur Pythagoras fuisse discipulus Sonchedis, archiprophetæ Ægyptii.* t) Euseb. Præpar. Evang. lib. 10. c. 4. p. 470. D. οὐ μόνον δὲ τούτῳ συγγενέσθαι ὁ Πυθαγόρας λέγεται, διατρῖψαι δὲ καὶ παρὰ τοῖς Περσῶν Μάγοις, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων δὲ προφήταις μαθητεῦσαι, καθ' ὃν χρόνον Ἑβραίων οἱ μὲν ἐπ' Αἰγύπτου, οἱ δ' ἐπὶ Βαβυλῶνος φαίνονται τὴν μετοικίαν πεποιημένοι. i. e. *Non solum autem eo* (Pherecyde, quem Syrum fuisse memorant) *doctore Pythagoram usum esse tradunt; sed etiam cum Magis apud Persas, cum Prophetis apud Ægyptios consuetudinem habuisse: quo quidem tempore partim in Ægyptum, partim Babylonem Ebræos migrasse liquet.* Non discrepant tempora. Septem enim Græciæ Sapientes omnes sub Cyro floruisse dicuntur supra. Id quomodo intelligendum sit, Vid. ap. L. Viv. in Augustin. lib. 18. de Civit. Dei, c. 25. quorum discipulus Pythagoras, ad lit. q), a Cambysis milite abductus, ad (r). Cyrill. Alex. contr. Julian. lib. 1. p. 12. fin. τεσσαρακοστῇ ἐννάτῃ ὀλυμπιάδι, Ἰουδαίων ὄντων ἐν Βαβυλῶνι, ἤτοι ὄρεσι Περσῶν καὶ Μήδων, γεγόνασι γὰρ αἰχμάλωτοι, προεφήτευον παρ' αὐτοῖς Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ. Πεντηκοστῇ ὀλυμπιάδι ἐγνωρίσθησαν οἱ ἑπτὰ σοφοί, καὶ ὁ Μιλήσιος Ἀναξίμανδρος φιλόσοφος φυσικός. Πεντηκοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι Κύρου διέποντος τὰ κράτη Περσῶν, προε-

ſchola, haud ita pridem fundata u), ſuperſtites; hic ex poſteris eorum, quos Johanan f. Kareæ illuc transtulerat x). Nec opus, ut Nazaratum Aſſyrium, quem doctorem ipſius laudat Alexander y), Ezechielem fuiſſe, dicamus z). Ipſos enim Ebræos in Palæſtina commorantes, diſcendi deſiderio, conveniſſe, teſtis

---

*προεφήτευσαν Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας· - - πεντηκοστῇ ἐνιέτῃ ὀλυμπιάδι Ἴβυκος ὁ μελοποιὸς, καὶ Φερεκύδης ὁ ἱστοριογράφος - - - γεγόνασιν. ἑξηκοστῇ δευτέρᾳ ὀλυμπιάδι Πυθαγόρας γενέσθαι λέγεται.* Conf. tamen Theophylus ad Autolycum lib. 3. p. m. 135. fin. Scalig. ad Juſtin. lib. 1. c. 7. Dionyſ. Petavius de Doctr. Temp. lib. 10. c. 12. ſqq. u) Qui una cum ſociis ſuis annumeratur Chaldæis, Babyloniæ Profeſſoribus, ad laniénam quæſitus una cum reliquis, Dan. II. v. 13. quibus mox præficiebatur, officio functus Cancellarii noſtrarum Univerſitatum, Dan. II. v. 48. x) Tempore Jeremiæ, cap. XLIII. v. 5. ſqq. c. XLIV. v. 1. ſqq. Quibus prædicebatur, futurum, ut in Babyloniam inde abducerentur, Jer. XLVI, 19. ſqq. quemadmodum Pythagoræ eveniſſe ſupra ad (r) ex Jamblicho vidimus. Cambyſes enim Cyri filius, imperio patris adjecit Ægyptum, Juſtin. lib. 1. c. 9. Herodot. lib. 3. c. 17. filio Amaſis, cui Pythagoras a Polycrate commendatus fuerat, ſuperato, Herod. l. c. c. 10. Judæorum vero etiam ſub Jojachino ac Zedekia eo abductorum 2. Reg. XXIV. v. 10. ſqq. c. XXV. v. 1. ſqq. Jer. XXXIX. v. 4. ſqq. ſemina deinceps perpetuo in Babyloniorum provinciis ſervata fuerunt; quamvis cum Serubabele, ac deinceps cum Eſra aliisque plures in Judæam redierint. Eſr. I, 8. ſqq. cap. II, 2. ſqq. cap. VII. v. 6. ſqq. Seder Olam rabba cap. 30. Ipſe Zerubabel Babylonem reverſus, ibi diem ſuum obiiſſe dicitur in Seder Olam ſuta, ad A. M. 3408. p. m. 108. quem alii ſubſecuti ſunt, continua ſerie enarrati l. c. pluribus. Penes Perſas quoque tum temporis incredibilem Judæorum numerum vixiſſe hiſtoria Eſtheris & Mardochai, nec non Nehemiæ indicat. De illa conf. Natal. Alexand. Hiſt. Eccl. tom. II. Sexta Mundi æt. Art. 2. num. 7. p. 234. Art. 5. p. 377. ſeqq. Seder Olam Rabba cap. 29. De hoc vid. Nehem. I. v. 1. ſqq. y) libro de Symbolis Pythag. apud Clem. Al. Strom. lib. p. 304. B. ſupr. p. 65. z) Clem. l. c. ſubjungit: *Ἰεζεκιὴλ τοῦτον ἡγοῦνταί τινες· οὐκ ἔστι δέ.* i. e. *Ezechielem hunc exiſtimant quidam; ſed non eſt.* a) libro, qui *Malchus* inſcribitur: *ἀφίκετο δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίους, φησὶν, ὁ Πυθαγόρας, καὶ πρὸς Ἄραβας, καὶ Χαλδαίους, καὶ Ἑβραίους, παρ' ὧν καὶ τὴν περὶ ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβώσατο.* i. e. *Adiit vero Pythagoras etiam Ægyptios, inquit* (ſci-

testis est Porphyrius a). Multi quoque tradunt, eum fuisse circumcisum b); ut admitteretur intimius. Quid autem obstat, quo minus id in Judæorum gratiam potius factum putemus, quam Ægyptiorum c)? Certe hi minus erant

---

(scilicet Diogenes libro de incredibilibus ultra Thulen), *itemque Arabes, atque Chaldæos, & Ebræos: a quibus etiam somniorum explicandorum notitiam accurate perdidicit.* Et hoc quidem adhuc juvenis fecisse videtur; antequam Ægyptios, Chaldæos, Persasque consuleret. *οἰόμενος ἐκεῖθεν αὐτῷ ῥᾴονα τὴν εἰς Ἄιγυπτον ἔσεσθαι διάβασιν*, i. e. *existimans*, (ut Jamblichus ait l. c. c. 3. p. 33.) *exinde sibi faciliorem in Ægyptum fore transitum.* Quem etiam inde factum, ibid. describit pluribus. Antequam autem hunc susciperet, (præmittit Jamblich. l. cit.) *Ἐνταῦθα συμβαλὼν τοῖς τε Μώχου τοῦ φυσιολόγου προφήταις ἀπογόνοις, καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ Φοινικοῖς ἱεροφάνταις, καὶ πάσαις τελεσθεὶς τελεταῖς ἔν τε Βύβλῳ καὶ Τύρῳ, καὶ κατὰ πολλὰ τῆς Συρίας μέρη ἐξ αἱρέσεως ἱερουργόμενα· - - τοῦ μήτι αὐτὸν τῶν ἀξιομαθήτων διαλάθῃ, ἐν θεῶν ἀποῤῥήτοις ἢ τελεταῖς φυλαττόμενα.* i. e. *Ibidem cum prophetis, qui ab Mocho* (de quo vid. Tatianus contr. Græc. p. m. 171. C.) *rerum naturalium conjectore oriundi erant, cumque aliis Phœniciæ sacrificulis congressus, cunctisque sacris cum in Byblo urbe, tum etiam Tyro initiatus fuit, quæque in multis Syriæ partibus pro sectæ varietate, sacra peragi solent*, perfecit. - - *ne quid eorum, quæ scitu digna sunt, in Deorum arcanis vel sacrificiis ipsum fugeret.* Qui omnes Syriæ sectas perscrutatus est, eo minus Judæorum Sacra præterire potest, quo majus præ aliis obtinuerant nomen. Megasthenes in tertio rerum Indicarum, *maximam de natura ejusque autore notitiam, in Syria illis adscribit, qui vocantur Judæi*, apud Clement. Al. Str. 1. p. 305. fin. Accedit, quod juxta Jamblich. l. c. ideo tam diu ibi commoratus sit, quia *προμαθὼν, ὅτι ἄποικα τρόπον τινὰ καὶ ἀπόγονα τῶν ἐν Ἀιγύπτῳ ἱερῶν τὰ αὐτόθι ὑπάρχοντα*, i. e. *jam ante didicerat, ibi locorum quodammodo esse ex sacris Ægypti quasi deductas colonias, liberosque ab illis natos.* Id quod Gentiles ordinarie Judæis applicabant, ex Ægypto illuc traductis. Juxta Hieron. tom. 3. Oper. epist. 1. quæ ad Paulinum p. 5. C. *a Brachmanis*, reversus *per Elamitos, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos*, denuo petiit *Syros Phœnices, Arabes, Palæstinos* &c. b) Clemens Alex. l. c. p. 302. C. c) Qui circumcisionem itidem observabant, forte ab Ismaële ad ipsos propagatam, qui ad

 illos

erant invidi illis d). Quicquid vero horum fuerit e): dogmata ipsa Scholam Judaicam passim redolent f). Non solùm Josephus g), & Aristobulus Peri-

illos genus referebat maternum, Gen. XVI, 1. 15. c. XVII, 25. c. XXV, 12. sqq. Herodot. lib. 2. c. 36. τὰ αἰδοῖα οἱ ἄλλοι μὲν ἐῶσι ὡς ἐγένοντο, πλὴν ὅσοι ἀπὸ τούτων ἔμαθον· Αἰγύπτιοι δὲ περιτάμνονται. i. e. *Genitalia alii quidem relinquunt, qualia natura sint; præter eos, qui ab his didicerunt. Ægyptii vero circumcidunt.* d) Imprimis Amasis, cui Pythagoras a Polycrate commendatus dicitur supra ad l) p. 531. in favorem hujus socii atque quondam hospitis, multa concessit Græcis: enarrata apud Herodot. lib. 2. c. 178. sqq. Reliqui etiam Ægyptiorum sacerdotes liberaliter communicarunt advenis Thaleti, Soloni, Platoni, aliisque, cujus causa accesserant. Soloni interroganti, apud Platonem in Timæo p. 1043. B. respondet sacerdos Ægyptius: Φθόνος οὐδείς, ὦ Σόλων· ἀλλὰ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ καὶ τῆς πόλεως ὑμῶν· i. e. *nulla* adest *invidia, o Solon! Dicam libenter tui & civitatis vestræ gratia.* Judæis vero cum præputiatis familiariter conversari, lege erat prohibitum Num. XXIII, 9. Deut. XXIII, 4. Act. X, 28. e) Cum Clem. Al. l. c. p. 302. C. diserte adjiciat δι' οὓς καὶ περιετέμετο, ἵνα δὴ καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, τὴν μυστικὴν παρ' Αἰγυπτίων ἐκμάθοι φιλοσοφίαν. i. e. *propter quos* (Ægyptiorum prophetas) *etiam fuit circumcisus, ut adyta ingrediens, Ægyptiorum mysticam disceret Philosophiam.* Malchus quoque l. c. p. 6. 7. ex Antiphone tradit, diu circum actum Pythagoram, ab Heliopolitis remissum ad Memphitas, & ab his ad Diospolitas, sub vano senioratus prætextu: hac sola fine, ne sua ipsi propalarent mysteria. Strabo insuper, ubi de Eudoxo & Platone tredecim annos cum Sacerdotibus Ægyptiis conversatis, lib 17. p. m. 933. egerat, vocat eos μυστικοὺς καὶ δυσμεταδότους, i. e. *sua per invidiam occultantes, & ægerrime communicantes*, nisi tempore devinciantur & obsequio. f) De quibus videatur Hierocles, & passim primitivæ Ecclesiæ Patres. g) Contra Apionem lib. 1. p. m. 1046. E. οὐ μόνον ἐγνωκὼς τὰ παρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐκ πλείστου γεγενημένος. i. e. *non solum quæ nostra sunt, agnovisse manifestus est; sed etiam æmulatus ea ex multis apparet.* h) Apud Clem. Al. Strom. lib. 1. p. m. 342. C. καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν μετενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιΐαν. i. e. *quemadmodum & Pythagoras multa ex nostris transtulit in suorum dogmatum traditionem.* Eusebius Præpar. Evang. lib. 13. c. 12. p. m.

Peripateticus h), multique ex Patribus i), selectissima quæque eum ex fontibus hausisse Judaicis prædicant: verum Hermippus k) quoque Berytius homo gentilis aperte fatetur, Pythagoram Philosophiam suam a Judæis traduxisse in Græciam. Numenius insuper Pythagoricus l) ipsa Prophetarum verba

p. m. 664. ex Aristobuli opere, Ptolomæo Regi inscripto, jam citata repetit & amplius addit: ὅλην τὴν γένεσιν τȣ̃ κόσμȣ Θεȣ̃ λόγȣς εἴρηκεν ὁ Μωσῆς. - - - Δοκȣ̃σι δέ μοι περιειργασμένοι πάντα, κατηκολȣθηκέναι τȣ́τῳ Πυθαγόρας τε, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, λέγοντες ἀκȣ́ειν φωνῆς Θεȣ̃, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων συνθεωρȣ̃ντες. i. e. *universam mundi creationem Dei vocem appellavit Moses. - - - Id quod ego Pythagoram, Socratem, & Platonem, cum nostra omnia curiose rimati essent, omnino secutos existimo, cum sese Dei vocem exaudire dicerent, hanc Universi molitionem contemplantes* &c. i) Clem. Alex. ac Euseb. ll cc. Origenes contra Celsum, lib. 1. p. 13. 14. Thodoritus Therapeut. lib. 1. Ambrosius lib. 1. epist. 6. tom. 3. Op. p. 68. it. Serm. 18. in Ps. 118. Justin. Martyr, ad Græcos cohortat. p. 15. Tertull. Apologet. cap. 47. de Anima cap. 2. Hieron. epist. 103. quæ est ad Paulinum, tom. 3. Op. p. 5. C. k) In primo de legislatoribus, apud Origen. contr. Celsum lib. 1. p. 13. Πυθαγόραν τὴν ἑαυτȣ̃ φιλοσοφίαν ἀπὸ Ἰȣδαίων εἰς ἕλληνας ἀγαγεῖν, i. e. *Pythagoram suam philosophiam a Judæis traduxisse in Græciam.* Josephus contr. Apionem, lib. 1. c 1046. F. Hermippum in primo de Pythagora libro, inter alia, tradidisse ait seqq. ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ ἔλεγε, καὶ Ἰȣδαίων καὶ Θρακῶν δόξας μιμȣ́μενος, καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. λέγεται γὰρ ὡς ἀληθῶς, ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰȣδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτȣ̃ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. i. e. *Hæc autem agebat & dicebat, Judæorum & Thracum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim vere, quod ille vir multas Judæorum leges in suam transtulit philosophiam.* l) in primo libro περὶ τ' ἀγαθȣ̃ apud Origenem l. c. ȣ̓κ ὀκνήσας ἐν τῇ συγγραφῇ αὐτȣ̃ χρήσασθαι καὶ λόγοις προφητικοῖς, καὶ τροπολογῆσαι αὐτȣ́ς; i. e. *non piguit eum, suis commentariis verba Prophetarum inserere, eorumque interpretari figuras.* Vid. de eodem Clem. Alex. Strom. 1. p. 342. C. Euseb. Præpar. Evang. lib. 9. c. 6. & 7. ubi fatetur Pythagoram habuisse, καὶ τὰ δόγματα, τὰς τε ἱδρύσεις, ὁπόσας Βραχμᾶνες, καὶ Ἰȣδαῖοι, καὶ Μάγοι, καὶ Αἰγύπτιοι, διέθεντο: i. e. *ritus institutaque, quotquot a Brachmanis, Judæis, Magis, Ægyptiisque sunt sancita.*

verba suis inseruit commentariis: tale quid nunquam facturus, nisi Præceptorem inde mutuasse, certo constitisset.

§. 11. De Solone res erit probatu difficilior. Convenerit quam maxime Ægyptiorum sacerdotes ea ætate, qua Judæi istorum terram undique dispersi impleverant m), multaque didicerit ab iisdem. Non solum primitivæ Ecclesiæ patres n), sed & gentilium scriptores o), id testantur de eo:

m) Eusebius Præparat. Evang. lib. 10. c. 4. p. m. 471. C. Σόλωνα δὲ καὶ αὐτὸν τῶν ἑπτὰ Σοφῶν, ὃν δὴ καὶ λόγος Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, Αἰγυπτίοις ὁμοίως φησὶν ὁ Πλάτων προσεσχηκέναι, ἡνίκα πάλιν ᾤκουν Ἑβραῖοι τὴν Αἴγυπτον. i. e. *Solonem quoque, & ipsum unum e septem illis Sapientibus, qui Atheniensibus leges tulisse fertur, Ægyptiis similiter adhæsisse Plato asserit: quo tempore rursus incolebant Ebræi Ægyptum.* Eo scilicet delati per Johannem Koreæ filium Jer. XLII. ob fœdus, quod *Apries* Ægyptiorum Rex cum Judæis inierat: in horum gratiam, ipsorum hostem Babylonium cum ingenti exercitu adortus, Jer. XXXVII. v. 5. sqq. Herodotus lib. 2. c. 161. p. m. 153. n) Euseb. loc. jam cit. Cyrillus Alexandr. contra Julian. lib. 1. p. m. 15. C. πλὴν ὅτι Σόλων τε ὁ τῶν Ἀθήνησιν εὑρετὴς, καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐν Αἰγύπτῳ γεγονότες, ὑπὲρ τοῦ τὶ πλέον τῶν ἁπάντων εἰδέναι δοκεῖν, πάντως που καὶ αὐτὰ τεθαυμάκασι τὰ Μωσέως. i. e. *Quin etiam & Solon Athenis legumlator, & ipse Plato, uterque in Ægypto ideo versatus, ut cæteris omnibus præstare scientia viderentur, scripta Mosis admirati sunt.* Idem l. c. lib. 5. p. 154. C. Σόλων μὲν γὰρ καὶ Λυκοῦργος τοὺς ἀρίστους τοῖς Ἕλλησι γεγραφέναι λέγονται νόμους. καὶ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν ὁ Μωσῆς μακροῖς δὲ καὶ ὕστερον οὗτοι γεγόνασι χρόνοις. - - - σύνδρομα τοῖς Μωσέως εἰσὶν ἑκασταχοῦ τὰ ἐκείνων, εὐδοκιμοῦσι δὲ λίαν, ὅτι τοῖς νόμοις τῶν Ἑβραίων συμφέρονται &c. i. e. *Solon enim & Lycurgus, leges optimas Græcis tulisse dicuntur. Et ambobus sane Moses antiquior, quem hi postea, longo temporum intervallo secuti sunt. - - - Illorum scripta plerumque Mosi consentiunt, eoque nomine maxime commendantur, quod cum legibus Ebræorum conveniunt.* Clem. Alexandr. Strom. lib. 1. p. m. 303. D. approbat Platonis in Timæo sententiam, introducentis τὸν σοφώτατον Σόλωνα μανθάνοντα πρὸς τοῦ βαρβάρου, *Sapientissimum Solonem, discentem a barbaro* Ægyptio. Et ita Justinus Martyr, ad Græcos cohortat. p. m. 13. B. Ibid. p. 15. B. scribit: οὐ γὰρ λανθάνειν ἐνίους ὑμῶν οἶμαι, ὅτι καὶ Ὀρφεὺς, καὶ Ὅμηρος, καὶ Σόλων ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γεγραφὼς, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ ἄλλοι

λει τινὲς, ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γενόμενοι, καὶ ἐκ τῆς Μωσέως ἱστορίας ὠφεληθέντες &c. i. e. *Non enim vestrum aliquos latere puto, Orpheum, & Homerum, & Solonem, qui Athenienſibus leges ſcripſit, & Pythagoram, & Platonem, & nonnullos alios, qui Ægyptum adierunt, & Moſæ libris adjuti ſunt* &c. o) Vid. Diod. Sicul. Biblioth. hiſt. lib. I. p. 61. cc. fin. p. 62. (A. 87. ſqq.) Præter *Platonem* in Timæo p. m. 1042. ſqq. a plerisque Patrum citatorum allegatum, idem teſtatur Plutarchus, in vit. Solon. p. 92. E. inquiens: πρῶτον μὲν οὖν εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο, καὶ διέτριψεν, ὡς καὶ πρότερον αὐτός φησι.

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς.

Χρόνον δέ τινα καὶ τοῖς περὶ Ψένωφιν τὸν Ἡλιουπολίτην, καὶ Σώγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις οὖσι τῶν ἱερέων, συνεφιλοσόφησε· παρ' ὧν καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν ἀκούσας λόγον, (ὥς Πλάτων φησὶν,) ἐπεχείρησε διὰ ποιήματος ἐξενεγκεῖν εἰς τοὺς Ἕλληνας. i. e. *Primum in Ægyptum eſt delatus, ibique commoratus, ut ipſe ante dicit,*

*Faucibus in Nili, qua littora curva Canopi.*

*Aliquantiſper etiam cum Pſenophe Heliopolita, & Sonche Saita, inter Sacerdotes literatiſſimis, in contemplanda egit ſapientia: ex quibus audivit (ut autor Plato eſt,) ſermonem Atlanticum*, (quo de vid. Plato in Timæo, p. m. 1045. A. in Critia p. 1103. Strabo lib. 2. p. m. 203.) *quem verſibus apud Græcos exorſus eſt explicare.* Idem de Iſide & Oſiride, p. 354. D. E. μαρτυροῦσι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ σοφώτατοι, Σόλων, Θαλῆς, Πλάτων, Εὔδοξος, Πυθαγόρας, (ὡς δ' ἔνιοι φασὶ καὶ Λυκοῦργος,) εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενοι, καὶ συγγενόμενοι τοῖς ἱερεῦσιν. Εὔδοξον μὲν οὖν χονούφεως φησι Μεμφίτου διακοῦσαι. Σόλωνα δὲ, Σόγχιτος Σαΐτου· Πυθαγόραν δὲ, Οἰνούφεως Ἡλιουπολίτου. i. e. *Teſtimonium perhibent* (de Ægyptiorum in rebus divinis notitia) *etiam Græcorum ſapientiſſimi, Solon, Thales, Plato, Eudoxus, Pythagoras,* & *quorundam opinione, etiam Lycurgus. Qui in Ægyptum venerunt, & cum ſacerdotibus verſati ſunt. Et ab Eudoxo quidem Chonuphin Memphitam fuiſſe auditum ajunt, a Solone Sonchiten Saitam, a Pythagora Oenuphin Heliopolitam.* Diod. Sic. Biblioth. hiſt. lib. I. cc. fin. p. 62. (A. 88.) B. Καὶ Λυκοῦργον δὲ καὶ Πλάτωνα καὶ Σόλωνα πολλὰ τῶν ἐξ Αἰγύπτου νομίμων εἰς τὰς ἑαυτῶν καλατάξαι νομοθεσίας. i. e. *Lycurgum quoque, item Platonem, atque Solonem, multas ab Ægyptiis leges mutuatas, in ſuas recepiſſe Reſpublicas*, tradunt. Luciano in Scythia tom. I. p. 595. Solon laudatur, ut ἐπιχώριος μὲν ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος. i. e. *indigena quidem, ſed qui diu in Aſia*

*&*

eo: Ipse fatetur p) ultro. Nec de sunt, qui *Jeremiam* audivisse suspicentur. Temporum ratio parum litis movebit asserenti. Incidit enim Solonis nati-

*& Ægypto peregrinatus, & cum optimis quibusque viris versatus sit.* Herodotus lib. 1. c. 30. τῆς θεωρίης ἐνδημήσας ὁ Σόλων εἵνεκα ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ Ἄμασιν. i. e. *contemplandi ergo Solon peregre profectus, in Ægyptum ad Amasin se contulit.* Diogenes Laërtius lib. 2. c. 50. de eodem Solone ait: ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον, i. e. *navigio abiit in Ægyptum.* Quod ipsum quoque testatur Heraclides de Politiis libro, citandus infra. p) Apud Platonem in Timæo p. 1043. ubi Critias interrogatus, a quo Solon, se verum didicisse, suo narrarit attavo, ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον (ἦ δ' ὅς) ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός. τούτου δὲ τοῦ νόμου μεγίστη πόλις Σάϊς. ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς. πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστι, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. - - - οἱ δὴ Σόλων ἔφη πορευθεὶς σφόδρα τε γενέσθαι παρ' αὐτοῖς ἔντιμος, καὶ δὴ καὶ τὰ παλαιὰ ἀνερωτῶν, τοὺς μάλιστα περὶ ταῦτα τῶν ἱερέων ἐμπείρους &c. *Est*, inquit, *Ægypti regio Delta, cujus e vertice scinduntur fluenta Nili. Ejus campi, Saitica præfectura nominantur. In quibus maxima civitas est, quam Saim vocant: unde Amasis fuit Rex. Vrbis ejus fundatrix Dea fuit, quam Ægyptii Neïthen, Græci Athenan nominant. - - - Quo Solon profectum se honorifice acceptum fuisse referebat. Et cum de vetustatis memoria ab illis sacerdotibus, qui in hac re cæterorum peritissimi erant, quæsisset*, didicisse &c. Conf. idem in Critia p. 1100. A. B. 1101. A. 1103. A. Plutarch. loc. ad (o) cit. *) Nam *octogenarius* diem obiisse dicitur Diogeni Laërtio, lib. 1. §. 62. de Ipso dicenti, ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα, i. e. *consummavit vitam anno ætatis octogesimo.* Quamvis Lucianus in Macrobiis, tom. 2. p. 472. *centum* annos ipsi adscripserit, inquiens: Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, οἵτινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Quod magis confirmaret nostrum institutum. Illud certum est, quod grandis admodum ætate decesserit. Æliano, Var. Hist. lib. VIII. c. 16. ὑπέργηρως ὢν, τὸν βίον ἐτελεύτησεν, *decrepitus existens, vitam finit:* & ibid. fatetur, quod propter ætatem arma amplius ferre nequeat. Perinde autem, ad rem scilicet præsentem, faciet, sive vitam ejus ad LVI usque Olympiadem produxeris; sive quinquagesimæ tertiæ anno ultimo obiisse dixeris. Illud Heraclidi Pontico apud Plutarchum, in vit. Solon. circa

nativitas *) in principia suscepti a Jeremia q) sacri officii: quod admodum juve-

circa fin. conveniret: qui ἐπεβίωσε ἀξαμένε τȣ̃ Πεισιστράτȣ τυραννεῖν, συχνὸν χρόνον, *multum temporis, post occupatam a Pisistrato tyrannidem, superstitem* eum *fuisse* statuit. Requireret celebratissimus ille cum Crœso, quem juxta Eusebium Chron. lib. 2. secundo demum Olympiadis LIV anno adiit, congressus: cujus tantum non omnes mentionem faciunt. Vid. Herodot. lib. 1. c. 20. 31. 32. 33. Plutarch. l. c. p. 93. 94. Diog. Laert. l. 1. §. 50. 51. Arrianus de Expedit. Alex. lib. 7. Joh. Tzetzes chil. 5. hist. 5. Auson. lud. sept. Sapientum. Postularet urbs illa, quam post istum, in Cypro ædificatam a suoque nuncupatam nomine contendunt, qui inibi putant defunctum. Diog. Laert. lib. 1. §. 62. ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ, i. e. *obiit autem in Cypro.* & in Pammetro l. c. §. 63.

Σῶμα μὲν ἦρε Σόλων⊙ ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ.

*Cypra defunctum subtraxit flamma Solonem.*

Atque ita Suidas in Σόλων, Valerius Max. lib. V. cap. 3. Ext. n. 3. p. m. 459. Lud. Viv. ad August. de C. D. lib. 18. c. 25. Modo non eadem ante suum cum Crœso congressum extructa fuerit. Plutarchus l. c. p. 92. fin. præmittit eam discessui in Lydiam, & ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, *deinceps in Cyprum navigavit*, subjungit suæ cum Sacerdotibus Ægyptiis conversationi. Ipse Diog. Laert. l. c. §. 50. hoc ordine ejus recenset itinera: ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύπρον. καὶ πρὸς Κροῖσον ἦλθεν, quæ ita vertit Ambrosius: *Inde in Ægyptum navigavit, atque in Cyprum profectus, postremo ad Crœsum pervenit.* Exigerent saltem literæ, quæ inter ipsum atque Pisistratum ultro citroque missæ, exhibentur apud Diog. Laert. l. c. §. 53. 66. sqq. nisi a multis habeantur pro suppostitiis. Quid quod Suidas l. c. diserte tradat, quosdam mortem ejus *ad Olympiadem LVI* rejicere. Hoc vero scilicet Solonem anno ultimo Olympiadis LIII. obiisse, juxta Isa. Casaubonum, ad Diog. Laert. l. c. §. 62. favet Phaniæ Ephesio, ap. Plutarch. l. c. asserenti, ἐλάττονα δυοῖν ἐτῶν, *minus duobus annis*, post occupatam violenter a Pisistrato rempubl. supervixisse eum: defunctum Hegestrato Athenis præturam exercente, cujus magistratus proximus fuerit Comiæ, sub quo dominari cœperit Pisistratus. Ut media incederet via, minus derogaturus autoritati ap. Suid. citatorum, Dion. Petavius de doctr. Temp. Paralipom. ad lib. 10. inter caput 10. & 11. p. 896. sqq. Pisistrati tyrannidem longius rejicit, Solonis obitum in annum Olympiadis LV. secundum collocans. Quicquid horum elegeris,

 ordi-

ordine retrogrado numerando, deprehendes, Soloni natales, (utut non nisi *octogenarium* concipias, cum Laertio supra citato, Lud. Viv. ad August. C. D. lib. 18. c. 25. Oliverio ad Valerium Max. l. c. aliisque,) in primos Jeremiæ annos cadere: quem ætate etiam nonnihil superaret, si *centenarium* concipias, cum Luciano supra allegato. Diog. Laert. citatus ad §. præced. lit. m. p. 61. præturam ejus ac *νομοθεσίαν* collocat in Olympiadis XLVI annum tertium. Et ita Cyrillus lib. 1. contr. Julian. p. 12. D. Anonymus Olympiadum collector, a Scaligero editus p. 316. Quibuscum consentit etiam Eusebius, nisi quod in annum ponat ejusdem Olympiadis secundum. Hoc vero tempore in Judæa regnabat Zedekias, regnum exorsus anno Olympiadis XLIV tertio, (Vid. Eusebii Canon Chronic. ap. Scalig. p. 166) atque adeo octennium ante conditas a Solone leges. Isidorus in Chronico, æt. IV. no. 28. p. 205. *Sedechias*, inquit, *regnat annos undecim. Per idem tempus Solon leges dedit Athieniensibus.* Sub hoc ipso vero Zedekia *Jeremias* ultimos ministerii sui in Judæa peracti annos transegit, post ejus in Babyloniam transportationem, (quam Clem. Alex. Strom. 1. p. 331. B. citatus Syncello p. 217. B. in primum Olymp. XLVIII annum collocat. Vid. Euseb. Can. Chron. ap. Scalig. p. 160. fin.) in Ægyptum abductus: quo & Solon, haud ita longo post leges a se promulgatas tempore, secessisse dicitur. Manifestissimo indicio, quod coire inter se potuerint. Inprimis si aliquamdiu Jeremias, qui Aprie s. Vaphre adhuc regnante (quem ipse cap. XLIV. v. 30. חפרע vocat,) eo delatus est, Vid. Syncellus p. 225. C. p. 227. B. p. 230. A. ibi aliquamdiu substitit. Abarbanel concedit ipsi decennium. Non tantum enim Comment. ad Jer. I. v. 6. f. 98. col. 2. med. dixerat: אחר החרבן הלך למצרים ועמד שם שנים רבות מבלי נבואה עד יום מותו i. e. *Post urbem devastatam secessit in Ægyptum, ubi substitit annos plures absque vaticinio, ad diem usque mortis.* Sed &, qui non nisi *quadraginta annos* ejus in terra Israelis ministerio adscripserat in præcedentibus, mox subjicit superioribus: ולפי זה מהתחלת נבואתו עד מותו עברו יותר מחמשים שנה: i. e. *juxta hanc igitur sententiam, a principio vaticinii ipsius ad diem usque mortis, plures quam L. prateriterunt anni.* Quo posito, Solon, qui Amasi jam imperante (Herodotus l. 1. c. 30.) eo concessit, potuit Jeremiam offendisse superstitem.

q) Cyrillus Alex. contr. Jul. lib. 1. p. 12. C. τριακοστῇ ἕκτῃ ὀλυμπιάδι προεφήτευον ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ θεσπέσιος Ἰερεμίας, ἔτι δὲ καὶ Σοφονίας. i. e. *trigesima sexta Olympiade Prophetas agebant in Judæa divinus Jeremias, & præterea Sophonias.* Et ita Eusebius, citatus Lud. Viv. ad Augu-

juvenis inierat r), & ultra XL annos in Judæa continuabat s): postea diu in

Augustini de Civ. Dei lib. VIII. c. 11. Conf. Corn. a Lap. Gasp. Sanctius &c. in Jeremiam Præfat. r) Id quod evincit totus contextus Jer. I. v. 2. 3. 5. 6. Præterquam enim quod *puer* admodum vocatus dicitur, *qui*, ob defectum experientiæ, *loqui nesciat*. Unde ad tollendam hanc exceptionem, Deus præoccupando asserit v. 5. istum, antequam formaretur in utero, & prodiret in lucem, sine intuitu notitiæ longa experientia acquisitæ, consecratum fuisse ad hoc subeundum ministerium. Ultra *quadraginta annos* in Palæstina id ipsum continuasse dicitur, a decimo tertio anno Josiæ, usque ad undecimum Zedekiæ; diuque postea vixisse in Ægypto, c. XLIII. v. 5. sqq. c. XLIV. seqq. Patrem habebat (opinione multorum) longo tempore post susceptum a se officium, superstitem: utpote qui post 18. demum annos imperii Josiæ, librum legis invenerit, 2 Reg. XXII. v. 3. sqq. Ipse quoque diu postea adhuc egit vitam cœlibem Jer. XVI, 2. vigente inter Ebræos lege, ut in prima juventute ducatur uxor, ad summum ante annum vigesimum, Cod. Kiddusch. f. 29. b. circ. fin. conf. Jevammoth c. VI. §. 6. Gem. Bab. l. c. f. 61. b. l. 37. sqq. f. 62. sqq. Quæ omnia docent, Jeremiam vix duodecimum ætatis annum supergressum, cum, ad exemplum Samuelis 1. Sam. III. v. 1. sqq. vaticinari inciperet. Conf. Abarb. Comment. ad l. c. f. 98. c. 1. 2. s) Abarbanel juxta ductum Jer. I. v. 2. 3. Comm. ad l. c. inquit: ביאר הכתוב מספר השנים מהמלכים האלה שנבא בהם ירמיהו והיה זה כדי להוכיח כמה מהשנים התמיד נבואתו כי הוא התחיל לנבאת בי"ג שנה ליאשיהו ויאשיהו מלך שלשים ואחד שנה ויצא מזה שנבא בימי מלכותו י"ז שנים שלמים ויהויקים עם יהואחז ויהויכין מלכו קרוב לי"ב שנה וצדקיהו עד החרבן יא שנה הרי לך מבואר שנבא ירמיהו ארבעים שנה כמשה רבנו וזו ראיה גדולה שהיה נער קטן בשנים כשהתחיל נבואתו i. e. *Declarat Scriptura numerum annorum a Regibus istis, sub quibus vaticinatus est Jeremias: idque, ut evincat, quot annos suum continuarit officium. Incœpit enim vaticinari anno decimo tertio Josiæ, qui annos regnavit triginta atque unum* (2. Reg. XXII. 1.). *Unde sequitur, vaticinatum eum fuisse durante imperio ipsius, annos integros 17. Jojakim autem cum Joachaso atque Jojachino regnarunt circiter 12. annos*, (conf. 2. Reg. XXIII. 31. 36. c. XXIV. 8.): *& Zedekias usque ad vastationem, annos 11.* (2. Reg. XXIV. 18.) *Quo ipso clarum redditur, vaticinatum fuisse*

in Ægypto t) docens, ibique fatis defunctus u). Verum enim vero hæc omnia evenere, quum leges ipsius, quarum causa hanc excursionem feci, dudum latæ essent. Equidem si Amasis legem quandam in suas transtulisset, juxta Herodotum x); aut Epimenides, a quo Athenas lustrante, adjutus dicitur y), id peregisset decem annis ante bellum Persicum, juxta Platonem

---

*fuisse Jeremiam 40. annos, ad exemplum Mosis Domini sui. Id quod insigne argumentum præbet, quod puer admodum parvus ætate fuerit, quum suum adiret munus.* Rotunditati numerorum aliquid largitur, & comparationi cum Mose institutæ, quam & Raschi ad l. c. persequitur, ex sententia in Siphri, ut ait, proposita. Potuissent alioquin duo de viginti numerari anni sub Josia; quum incertum sit, utrum anno Imperii ejus decimo tertio incipienti, an vergente vel decurrente, fecerit auspicia. Multi attribuunt ipsi in Judæa annos XLI. e quorum numero Hieronymus tom. V. Oper. p. 219. H. Conf. etiam Corn. a Lapide, & Sanctius ll. cc. t) Corn. a Lap. l. c non nisi *quatuor* annos ei assignat: quasi interfectus esset uno anno prius, quam Vaphre Ægyptiorum Rex a Babylone superatus: id quod, juxta Joseph. Antiq. l. 10. c. 11. p. m. 345. τῷ πέμπτῳ τῆς Ἱεροσολύμων πορθήσεως ἔτει, i. e. *quinto post excidium Hierosolymitanum anno* contigerit. Sed Abarbanel l. c. supra ad *) p. 546. *decennium* ipsi concedit: appsobante Syncello, Chronogr. p. 230. A. coll. p. 225. D. quod probabilius. u) Epiphanius de vitis Prophetarum p. m. 239. Ἱερεμίας ὁ προφήτης ἐν Τάφναις Αἰγύπτου λιθοβοληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐτελεύτησεν. i. e. *Jeremias Propheta in urbe Taphnis Ægypti a populo lapidibus oppressus, interiit.* Et ita Syncellus Chronogr. p. 225. D. ait: οὗτοι εἰδωλολατρήσαντες ἐν Αἰγύπτῳ, ἐλεγχόμενοί τε ὑπὸ τοῦ μεγάλου Ἱερεμίου, ἐλιθοβόλησαν αὐτόν. i. e. *Illi* (Judæi ad regem Ægypti Vaphrem confugientes) *cultum idololatricum in Ægypto exercentes, reprehensi ea propter ab magno Jeremia, lapidibus ei mortem inferunt.* Vid. idem p. 230. A. & B. R. D. Kimchi putat quidem, in Comment. ad Jer. XLIV, 28. *Jeremiam* cum Baruch, paucisque aliis justis, reversum fuisse in Judæam: sed Abarb. ad Jer. I, 6. f. 98. col. 2. med. rectius asserit, eum substitisse in Ægypto עד יום מותו *ad diem usque mortis suæ.* x) lib. 2. c. 177. p. 158. scilicet, ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ νομάρχῃ πάντα, ὅθεν βιοῦται. i. e. *ut singulis annis apud provinciarum præsidem quilibet demonstraret, unde viveret.* Et ita etiam Diodor. Sic. judicat, Bibl. hist. lib. 1. p. 49. A. (A. 70. init.) y) Plutarchus in vit. Solon. p. m. 84. D.

Επι-

tonem z): tardius debebat condidisse leges suas a), itinere in Ægyptum Cyprumque, ubi itidem incolebant Phœnices b), jam confecto. Enim vero reclamat ipsa causa suscepti illuc itineris. Ad concursum hominum, qui in valorem legum latarum continuo inquirebant, evitandum, peregrinationem instituit c): venia, ut per decennium sibi abesse liceat, prius impetrata,

Ἐπιμενίδης ὁ φαίστιος - - - ἐλθὼν δὲ καὶ τῷ Σόλωνι χρησάμενος φίλῳ, πολλὰ προσυπειργάσατο καὶ προωδοποίησεν αὐτῷ τῆς νομοθεσίας. i. e. *Epimenides Phæstius, - - - postquam venisset, & Solone uteretur amico* familiarissimo, *multa ei clam præstruxit, & viam præmunit ad leges conscribendas.* Vid. infra ad lit. a) z) De Legibus lib. 1. p. 780. F. (Mars. Fic. Francof. 1602. Joh. Serrani v. tom. 2. p. 642. D.) ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ὑμᾶς, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μαντείαν, θυσίας τε ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ θεὸς ἀνεῖλε. καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν, ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν. ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσονται, πράξαντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον, παθόντες τε ἢ δράσαντες πλείω κακά. i. e. *is vero, cum decem annis ante bellum Persicum ad nos venisset, juxta datum a Deo oraculum, sacrificia quædam, quæ facienda responderat Deus, celebravit. Cumque classem Persicam Athenienses formidarent, dixit, intra decem annos non venturam: ac, cum etiam advenisset, nihil eorum, quæ sperassent, Persas effecturos esse; pluribusque, quam dedissent, acceptis damnis, recessuros.* a) Quia bellum Persicum in Olymp. LXXV annum primum demum incidit. Diod. Siculus lib. XI. circ. princ. ἤχθη δὲ καὶ παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς πέμπτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄστυλος Συρακούσιος. ἐπὶ δὲ τούτων Ξέρξης ὁ βασιλεὺς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα &c. i. e. *Agebatur tunc apud Eleos LXXV Olympias, qua stadio vicit Astylus Syracusanus. Hac igitur tempestate Xerxes Persarum Rex in Græcos bellum movit.* b) Diog. Laërt. lib. VII. qui de Zenone c. 1. hunc vocat Citiensem, ἀπὸ Κύπρου πολίσματος Ἑλληνικοῦ, φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος, i. e. *ex Cypria civitate Græcanica, sed quæ Phœnices incolas haberet.* Unde & memoratus Zeno, modo Phœnix vocatur, modo Pœnulus. Suidas in Ζήνων p. 1127. C. Φοίνιξ δ' ἐπεκλήθη, ὅτι φοίνικες ἔποικοι τοῦ πολιχνίου ἐγένοντο. i. e. *Phœnix vero cognominatus est, quoniam Phœnices illius oppiduli fuerunt incolæ.* Cicero de Finibus lib. 4. juxta lectiones quorundam: *Tuus ille Pœnulus (scis enim Citticos, clientes tuos, e Phœnicia oriundos) verba versare cœpit.* c) Plutarchus in vit. Solon. p. 92. D. ἐπεὶ

trata. Leges condidit, quum Præturam gereret annuam, Olympiade XLVI. cx

ἐπεὶ δὲ, τῶν νόμων εἰσενεχθέντων ἐνίοι τῷ Σόλωνι καθ' ἑκάστην προσῄεσαν ἡμέραν, ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες, ἢ συμβουλεύοντες ἐμβάλλειν τοῖς γεγραμμένοις ὅ, τι τύχοιεν, ἢ ἀφαιρεῖν. πλεῖστοι δ' ἦσαν οἱ πυνθανόμενοι καὶ ἀνακρίνοντες, καὶ κελεύοντες αὐτὸν ὅπως ἕκαστον ἔχει, καὶ πρὸς ἣν κεῖται διάνοιαν, ἐπεκδιδάσκειν καὶ σαφηνίζειν· ὁρῶν, ὅτι ταῦτα καὶ τὸ μὴ πράττειν, ἄτοπον, καὶ τὸ πράττειν, ἐπίφθονον, ὅλως δὲ ταῖς ἀπορίαις ὑπεκστῆναι βουλόμενος, καὶ διαφυγεῖν τὸ δυσάρεστον καὶ τὸ φιλαίτιον τῶν πολιτῶν. πρόσχημα τῆς πλάνης τὴν ναυκληρίαν ποιησάμενος, ἐξέπλευσε, δεκαετῆ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ἀποδημίαν αἰτησάμενος. ἤλπιζε γὰρ ἐπὶ τῷ χρόνῳ τούτῳ καὶ τοὺς νόμους αὐτοὺς ἔσεσθαι συνήθεις. i. e. *Quia perlatis legibus, adibant indies aliqui Solonem, qui vel laudarent eos vel obtererent, vel monerent, ut tabulis intexeret vel demeret, quod cuique in mentem veniret: plurimi vero quærerent & percunctarentur, peterentque quemadmodum accipiendum quidque esset, quamque haberet sententiam, ut explanaret & enodaret. Considerans, ni faceret ea, rem insolentem fore; &, si faceret, invidiosam: atque eas ambiguitates statuens omnino declinare, importunitatemque subterfugere, & querimonias civium. Ad speciem peregrinationis munus naucleri prætexens, impetrato a populo Atheniensi, ut abesse sibi decennium liceret, navem conscendit. Interea fore sperans illis leges suas familiares.* Scilicet ut idem Plutarchus l. c. in præcedentibus ἰσχὺν τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε, i. e. *valorem legibus universis in centum annos procuraverat.* Mox: κοινὸν ὤμνυον ὅρκον ἡ βουλὴ, τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον δ' ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ, καταφατίζων, εἴ τι παραβαίη τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. i. e. *communi juramento se obstrinxit Senatus, ad confirmandum Solonis leges, peculiare autem quilibet thesmothetarum, juxta suggestum, sancte pollicitus, ut, si quam violasset legum istarum, statuam auream paris sibi ponderis Delphis dedicaret.* Herodot. lib. 1. c. 29. 30. Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα μὴ δή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι. ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τοὺς ἄν σφι Σόλων θῆται. Αὐτῶν δὴ ὦν τούτων καὶ τῆς θεωρίης ἐκδημήσας ὁ Σόλων εἵνεκεν, ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ Ἄμασιν. i. e. *Solon vir Atheniensis, quum leges, juben-*

ex communi omnium consensu d). Penes Herodotum memoriæ lapsus est e), & in Platone error scribarum f). His tamen non obstantibus, ut Ægyptiorum leges antea cognitas habuisse creditur g): ita quoque Judaicas

*jubentibus Atheniensibus tulisset, decem annos peregrinatus est, per prætextum contemplationis navibus discedens; ne quam legum, quas condiderat, cogeretur abrogare. Nam hoc Athenienses ipsi facere nequibant, maximo jurejurando adacti ad eas decem per annos servandas, quas ipsis Solon condidisset. Harum itaque legum ac contemplandi gratia, Solon peregre profectus, in Ægyptum se contulit ad Amasim.* Proclus in Tim. Plat. lib. 1. p. 29. Σόλων ἀφίκετο εἰς Αἴγυπτον οὐ καθ' ἱστορίαν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ χρόνον τινὰ κατὰ τοὺς αὐτοῦ νόμους Ἀθηναῖοι ζῶσιν, ὧν ὠμωμόκεσαν αὐτῷ, μηδένα λύσειν, τῶν τεθέντων νόμων, δηλον. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ Κροίσῳ συνεγένετο, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἔπλευσεν. ἀναστρέψας δὲ, κατέλαβε τὴν πόλιν, ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν ταραττομένην. i. e. *Solon in Ægyptum abiit, non tantum animo discendi; sed etiam ut Athenienses aliquamdiu juxta leges ipsius viverent: utpote qui manifesto juarant ipsi, quod nullam ab ipso latarum sint soluturi. Intra hoc etenim tempus tam Crœsum convenit, quam navigavit in Ægyptum. Reversus vero deprehendit urbem a Pisistratidis commotam.* Heraclides quoque libro de Politiis, Solonem testatur in Ægyptum navigasse, non nisi legibus jam conditis: ὡς δὲ διώχλουν αὐτῷ τινὲς περὶ τῶν νόμων, ἀπεδήμησεν εἰς Αἴγυπτον, i. e. *cum vero molestiam crearent ipsi quidam ob leges istas, peregre abiit in Ægyptum.* d) Vid. ad §. præced. lit. m) p. 542. it. ad hunc ipsum §. supr. *) p. 546. e) Diod. Sic. enim l. c. lit. x) p. 548. legem istam annumerat illis, ὅσοι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις παλαιότητι διήνεγκαν, *quæ apud Ægyptios Antiquitate antecellunt*, p. 48. fin. (A. 67.), nec Amasin ejus auctorem nominat: utpote qui inter ultimos referendus, non primos. f) Joh. Meursius lib. singul. de Solone cap. IX. p. 31. pluribus docet, pro δέκα bis legendum esse ρκά, h. e. *CXXI. annis ante bellum Persicum.* g) Vid supra ad o) p. 543. Plutarchum de Iside, & Diodorum Sic. Quin & legem suam palmariam, ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν, i. e. *pecuniam mutuam dandam non esse sub nexu corporis* in servitutem adducendi, Plutarch. vit. Sol. p. 86. D. ab Ægyptiis mutuavit. His enim dudum constituerat Bocchoris, ap. Diodor. Sic. l. c. lib. 1. p. 50. B. C. (A. 71.) τῶν ὀφειλόντων τὴν ἔκπραξιν τῶν δανείων ἐκ τῆς οὐσίας μόνον ἐποιήσατο, τὸ δὲ σῶμα κατ' οὐδένα τρόπον εἴασεν ὑπάρχειν ἀγώγιμον.

cas non ignoraſſe vero ſimile eſt. Eas enim non modo a Thalete, quo uſus eſt familiariter, in diverſis cum eo converſatus locis h), haurire potuit: ſed cum adoleſcens admodum negociandi animo varias peragraret terras i), inter-

γιμον. ἡγέμενος δεῖν εἶναι τὰς μὲν κτήσεις τῶν ἐργασαμένων, ἢ παρὰ κυρίου τινὸς ἐν δωρεαῖς λαβόντων. τὰ δὲ σώματα, τῶν πόλεων, ἵνα τὰς καθηκούσας λειτουργίας ἔχωσιν αἱ πόλεις καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατ' εἰρήνην. i. e. *de obæratorum facultatibus duntaxat uſuras exigere, ſed corpus in nexum ducere nullo modo concedebat. Bona illorum arbitratus eſſe, qui vel labore comparaſſent, vel per donationem a poſſeſſore legitimo accepiſſent. Sed corpora civitatibus deberi: quibus ad congrua belli, pacisque munia utantur.* h) Plutarchus vit. Solon. p. 80. C. γενέσθαι μετ' ἀλλήλων ἔν τε Δελφοῖς ὁμοῦ λέγονται, καὶ πάλιν ἐν Κορίνθῳ, Περιάνδρου σύλλογόν τινα κοινὸν αὐτῶν καὶ συμπόσιον κατασκευάσαντος. i. e. *Fuiſſe una perhibentur & Delphis, & poſt Corinthi: ubi communem quendam conventum eorum, & convivium Periander inſtruxerat.* Patæcus, referente Hermippo ap. Plutarch. l. c. p. 81. D. commemorat, etiam Mileti Solonem cum Thale converſatum. Quæ ibidem inter eosdem, cum iſte hunc ad connubium & ſobolis procreationem hortaretur, geſta ſint per nuntium ex compoſito falſa narrantem, prolixe recenſet Plutarchus l. c. B. Quin ipſe Thales, literis ad Pherecydem Syrum ſcriptis, abunde declarat, Solonem ſua uſum amicitia: apud Diog. Laert. lib. 1. c. 43. qui eſt de Thalete. Ut taceam literas Thaletis ad Solonem. ap. eund. l. c. cap. 44. Iſtum autem a Judæis didiciſſe, ſupra vidimus, ad §. 10. lit. q) p. 535. i) Plut. l. c. p. 79. B. ὁ Σόλων, τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς ἐλαττώσαντος εἰς φιλανθρωπίας τινὰς (ὥς φησιν Ἕρμιππος) καὶ χάριτας, οὐκ ἂν ἀπορήσας τῶν βουλομένων ἐπαρκεῖν, αἰδούμενος λαμβάνειν παρ' ἑτέρων, ἐξ οἰκίας γεγονὼς εἰθισμένης ἑτέροις βοηθεῖν, ὥρμησε νέος ὢν ἔτι πρὸς ἐμπορίαν. i. e. *Solon, quum facultates ſuas pater ejus munificentia (ut ait Hermippus) & largitionibus attriviſſet, nec deeſſent, qui vellent ſuppeditare ei neceſſaria, erubeſcens accipere ab aliis; quod ex ea natus eſſet domo, quæ ſuccurrere conſueviſſet aliis, contulit ſe etiamnum adoleſcens, ad mercaturam.* Crœſus, ſimul ac ad ipſum venerat, ita eum alloquitur, ap. Herodotum, lib. 1. cap. 30. p. 11. Ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολλὸς, καὶ σοφίης εἵνεκεν τῆς σῆς, καὶ πλάνης, ὡς φιλοσοφέων, τῆς πολλῆς θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυθας. i. e. *Hoſpes Athenienſis! quia multos ad Nos rumor de te emanavit, ob tuam ſapientiam, tuam-*

interque eas haud dubie Phœniciam, ob Tyrum commune Gentium emporium k), Non desunt autem qui potius studiorum, quam quæstus causa, itinera illa suscepta fuisse asserant l): eodem prorsus modo, quo Toxaris & Anacharsis Scythæ m), nec non deinceps Plato ipse n). Quam conjecturam pro-

*tuamque vagam peregrinationem, quam, utpote philosophari volens, multa videndi studio confecisti.* Etiam Luciano in Scytha tom. 1. Op. p. 595. dicitur ἀποδημήσας μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, i. e. *diu in Asia & Ægypto peregrinatus, & cum optimis quibusque viris versatus.* Thales quoque itinere a Solone studio discendi suscepta, celebrat epistola ad Pherecydem ap. Diog. Laërt. lib. 1. c. 43. k) Ita salutatur in ipso sacro Codice Jes. XXIII. v. 3. Ezech. XXVII. tot. imprimis v. 3. Strabo Geograph. lib. 16. p. m. 876. *Phœnices navigationibus semper præstitisse aliis*, asserit. Quarum inventionem, ut & astronomiæ, mercaturæ, atque ipsarummet litterarum, plerique vendicant ipsis. Dionys. Periegeta v. 907. sqq. de Phœnicibus.

Φοίνικες
Οἱ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο.
Καὶ βαθὺν οὐρανίων ἄστρων πόρον ἐφράσσαντο.

i. e. *Phœnicum regio est: primique per æquora vecti*
*Lustravere salum, primi docuere carinis*
*Ferre cavis orbis commercia, sidera primi*
*Servavere poli.*

Plin. lib. 5. c. 12. *Gens*, inquit, *Phœnicum in gloria magna literarum inventionis, & siderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Etiam Ciceroni apud Nonium de Republ. Phœnices primum *mercaturis & mercibus* suis avaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum importaverunt in Græciam. Victorius c. 4. lib. 12. l) Præter ea, quæ ad lit. i) dicta sunt, Plutarch. l. c. pergit: καί τοι φασὶν ἔνιοι, πολυπειρίας ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας, ἢ χρηματισμοῦ πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα, i. e. *quamvis alii dicant, multarum rerum usus & cognitionis potius gratia Solonem, quam quæstus, vagatum per orbem fuisse.* m) De quibus vid. Lucianus in Scytha, tom. 1. Oper. p. 591. sqq. n) Vid. Plutarch. vit. Solon. p. m. 79. E.

probat incredibile illud discendi studium, quo senescens, imo moriens adhuc flagrasse dicitur o). Quod si hæc cuidam videantur incerta: dubio tamen caret, a Cretensibus Eum fuisse adjutum, a quibus Lycurgus p), aliquot cen-

o) Subjungit enim Plutarchus l.c. f. 79. C. σοφίας μὲν γὰρ ἦν ὁμολογουμένως ἐραστής, ὅς γε καὶ πρεσβύτερος ὤν, ἔλεγε γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. i.e. *Erat enim sapientiæ ex consensu omnium amantissimus. Quippe qui vel gravis ætate, jam senescere se diceret, multa in dies addiscentem.* Ad quod dictum passim provocat Plato, v. g. Amatoribus post princ. p. m. 97. de Republ. lib. VII. p. 706. E. in Lachete, ap. Stobæum Serm. 29. circ. fin. Cicero de Senectute, ant. med. p. 361. *Quid, quod etiam Senes addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus: qui, se quotidie aliquid addiscentem senem fieri, dicit.* Valerius Max. lib. VIII. c. 7. extern. nr. 14. *Solon* ait, *quanta industria flagraverit, & versibus complexus est, quibus significat, se quotidie aliquid addiscentem senescere, & supremo vitæ die confirmavit. Quum assidentibus amicis, & quadam de re sermonem inter se conferentibus, fatis jam pressum caput erigeret: interrogatus, quapropter id fecisset, respondit; Ut cum istud, quicquid est, de quo jam disputatis, percepero, moriar.* Ælianus apud Stobæum Serm. 29. p. m. 200. refert, Solonem audivisse nepotem ex fratre, carmen quoddam Sapphus inter pocula cantantem, quo delectatus ille, προστάξαι τῷ μειρακίῳ, διδάξαι αὐτόν. ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο ἐσπούδασεν, ὁ δὲ, ἔφη, ἵνα μαθὼν αὐτὸ ἀποθάνω, i. e. *jusserit adolescentem, ut se doceret illud. Cum autem quidam interrogasset, quam ob causam hoc desideraret, respondit: ut, postquam illud didicero, moriar.* p) Equidem Xenophon de Republ. Lacedæmon. init. p. 675. C. de Lycurgo affirmat, quod in legibus Spartæ ferendis, ἐκεῖνος οὐ μιμησάμενος τὰς ἄλλας πόλεις, i. e. *haud quaquam alias imitatus sit civitates.* Verum aut omnimodam reipubl. formam intelligit, nulla prorsus in re mutatam; aut indulsit nonnihil, pro more oratorum, legislatoris laudibus. Verius Pausanias in Laconicis, s. lib. 3. c. 2. med. p. 207. ἔθηκε δὲ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους. Θεῖναι δὲ αὐτὸν λέγουσιν, οἱ μὲν παρὰ τῆς Πυθίας διδαχθέντα ὑπὲρ αὐτῶν, οἱ δὲ ὡς Κρητικὰ ὄντα νόμιμα ἐπάγοιτο. i. e. *leges quidem tulit Lacedæmoniis Lycurgus: quas eum nonnulli ab oraculo accepisse, alii autem Cretensium scita usurpasse tradidere.* Et ita etiam apud Plat. in Minoë p. 567.

p. 567. D. Socrates de Lycurgi & Lacedæmoniorum legibus interrogat, τέτων τῶν νομίμων τὰ βέλτιςα πόθεν ἥκει, οἶσθα, i. e. *legum istarum præcipuæ unde venerint, nosti?* & respondet Minos: Φασίγ' ἐκ Κρήτης, *dicunt, ex Creta.* Quibusdam interjectis, p. 568. D. Λακεδαιμόνιοι μαθόντες παρὰ Κρητῶν, i. e. *Lacedæmonii, qui a Cretensibus didicerunt.* Amplius l. c. E. δι' ὧς ἥτε Κρήτη τὸν πάντα χρόνον εὐδαιμονεῖν, καὶ Λακεδαίμων ἀφ' ὃ ἤρξατο τέτοις χρῆσθαι. i. e. *quarum legum observatione Creta per omne tempus est felix, ac etiam Lacedæmon, ex quo iis uti cœpit legibus.* Herodotus lib. 1. c. 65. αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγεσι, Λυκῦργον ἐπιτροπεύσαντα ἀδελφιδέε μὲν ἑωϋτῦ, βασιλεύοντος δὲ Λεωβώτεω Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. i. e. *Ipsi Lacedæmonii volunt, Lycurgum, quum esset tutor* (Charilai) *sui ex fratre nepotis, imperante Spartiatis Leobata, e Creta hæc attulisse.* Strabo Georg. lib. X. p. 542. Περὶ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, ὅτι κατὰ τὲς παλαιὲς χρόνες ἐτύγχανεν εὐνομεμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τὲς ἀρίςες τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίες. i. e. *De Creta in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inque primis Lacedæmonios.* Ibid. p. 546. Ephorus ait, *quosdam esse, qui dicant, ea quæ Cretensium censentur instituta, Spartanorum esse.* Τὸ δὲ ἀληθὲς, εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνε, ἠκριβωκέναι δὲ τὲς Σπαρτιάτας, i. e. *cum revera Cretenses ea excogitaverint, Spartiani accuratius elaboraverint.* Quod pluribus probat in seqq. speciatim de Lycurgo, ad Cretenses tali de causa profecto, p. 547. Aristotel. de Republ. lib. 2. c. 10. ἔοικε καὶ λέγεται δὲ, τὰ πλεῖςα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν Λακώνων. i. e. *videtur & dicitur Lacedæmoniorum Respubl. plerisque in rebus Cretensem esse æmulata.* Et mox: φασὶ γὰρ, τὸν Λυκῦργον, ὅτε τὴν ἐπιτροπείαν τὴν χαριλάε τῦ βασιλέως καταλιπὼν ἀπεδήμησε, τότε τὸν πλεῖςον διατρίψαι χρόνον περὶ τὴν Κρήτην, διὰ τὴν συγγένειαν. i. e. *Ajunt enim, Lycurgum, quamdiu relicta Charilai regis tutela peregrinatus est, tamdiu, idque diutissime, ad Cretam commoratum esse, propter cognationem.* Interjectis quibusdam, plura affert momenta, in quibus Laonica respubl. cum Cretensi conveniat: & infert, ἣ καὶ δῆλον, ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν, *ex quo etiam perspicuum est, quod exinde provenerint.* Plutarchus in vit. Lycurgi p. 41. C. ὅτως ἀπάρας, πρῶτον μὲν εἰς Κρήτην ἀφίκετο, καὶ τὰς αὐτόθι πολιτείας κατανοήσας, καὶ συγγενόμενος τοῖς πρωτεύεσι κατὰ δόξαν ἀνδράσι, τὰ μὲν ἐζήλωσε δὲ παρέλαβε τῶν νόμων, ὡς οἴκαδε μελεί-

centenis annis isto antiquior q). Ad eos enim animo discendi transiit, docente

---

σων καὶ χρησόμενος. i. e. *ita profectus, primum delatus est in Cretam. Cretensium institutis cognitis, quum usus consuetudine esset præstantiorum dignitate; leges quasdam eorum approbavit, & accepit, domum eas ad utendum deportaturus.* Paulo post F. Αἰγύπτιοι δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀφικέσθαι τὸν Λυκοῦργον οἴονται. i. e. *Ægyptii quoque apud se arbitrantur, Lycurgum fuisse:* assentientibus illis, (ut deinceps subjungit,) quibusdam Græcis. Quare autem divinam commentus sit originem, rationem affert Polybius Megalopolitanus hist. lib. 10. c. 2. nec non Strabo Geogr. p. 547. Quam vid. ad §. 13. q) Plutarchus vitam Lycurgi incipit his verbis: περὶ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου καθόλου μὲν οὐδὲν ἔστιν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον, - - - ἥκιστα δὲ οἱ χρόνοι, καθ' οὓς γέγονεν ὁ ἀνὴρ, ὁμολογοῦνται. i. e. *De Lycurgo legislatore, nihil omnino dici potest, quod controversia careat: maxima autem contentio est de tempore, quo vixerit ille.* Lycurgum cum Homero congressum esse, tradunt quidam apud Timæum, citatum Plutarcho l. c. p. 39. F. Nec abnuit id Apollodorus apud Clem. Alex. Strom. lib. 1. p. 327. A. Strabo Geogr. lib. 10. p. 547. Cicero quoque Tuscul. Qu. lib. 5. init. p. 153. *multis* ait, *ante* (septem Græciæ sapientes) *seculis Lycurgum, cujus temporibus Homerus etiam fuisse, ante hanc urbem conditam traditur:* Sed æque incerta est Homeri ætas. Cum Agesilao conjungit eum Pausanias lib. 3. c. 2. p. 207. scilicet Poryssæo, ut etiam Apollodorus cognominat, apud Clem. Alex. l. c. Eratosthenes & Apollodorus, Plutarcho commemorati l. c. οὐκ ὀλίγοις ἔτεσι πρεσβύτερον ἀποφαίνουσι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, *non paucis annis Eum affirmant, primam Olympiadem antecessisse.* Tatianus p. 174. magis determinate loquitur, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ, i. e. *ante primam Olympiadem, annis centum leges tulit.* Quocum consentiret Clem. Alexandr. Strom. lib. 1. p. 309. si verba ipsius Λυκοῦργος πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα, νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις, distinctione observata, hunc admittunt sensum: *Lycurgus centum & quinquaginta annis ante Olympiades* existens, (deinceps) *leges tulit Lacedæmoniis.* Diu enim ante promulgationem legum vixerat: & aliquamdiu regnarat, antequam peregre abiret, & apparatum condendarum sanctionum acquireret, Plut. l. c. Quibus observatis, minus dicerent tam Plato, quam Cicero; quorum ille in Minoë p. 567. D. ταῦτά

cente Thalete r). Et ab Epimenide inde ad urbem lustrandam evocato s), diserte dicitur ad leges condendas fuisse præmunitus t); multis in eam rem ipsi

ταῦτά γε ὐδέπω ἴσως ἔτη τριακόσια, ἢ ὀλίγῳ τύτων πλείω, i. e. *hæc* Lycurgi *instituta nondum forte trecentos annos, vel paulo plures impleverunt.* Hic oratione pro Flacco, Lacedæmonios ait, *septingentis jam annis amplius, unis moribus & nunquam mutatis legibus vixisse.* Vid. Cyrill. Alex. contra Julian. lib. 1. p. 12. A. Thucydid. lib. 1. p. 13. A. edit. Wechel. 1594. Marsham Can. Chron. Sec. XV. p. 450. seqq. r) Epistola ad Pherecydem, ap. Diog. Laërt. lib. 1. c. 43. ἐγὼ καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος πλώσαντες μὲν ἐς Κρήτην κατὰ τὴν κᾶθι ἱςορίην, *ego & Solon in Cretam navigavimus, ad acquirendam ibi peritiam.* s) Diog. Laërt. lib. 1. c. 110. Ἀθηναίοις τῷ τε λοιμῷ κατεχομένοις ἔχρησεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν· οἱ δὲ πέμπυσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτυ εἰς Κρήτην, καλῦντες τὸν Ἐπιμενίδην. καὶ ὃς ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοςῇ ἕκτῃ ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τῦτον τὸν τρόπον. i. e. *Cum Athenienses aliquando peste laborarent, responso a Pythia accepto, urbem expiari oportere, Niciam Nicerati filium navi misere, Epimenidemque ex Creta advocarunt. Profectus autem Olympiade quadragesima sexta, lustravit urbem, pestemque compescuit, hoc modo &c.* Pausanias in Atticis s. lib. 1. c. 14. p. 35. de eod. Epimenide: ὕςερον καὶ πόλεις ἐκάθηρεν ἄλλας τε, καὶ τὴν Ἀθηναίων. i. e. *deinceps etiam urbes lustravit, tam alias, quam inprimis Athenas.* Plutarch. vit. Solon. p. 84. D. οἵ τε μάντεις ἄγη καὶ μιασμὲς δεομένυς καθαρμῶν προσφαίνεσθαι διὰ τῶν ἱερῶν ἠγόρευον. ὕτω δὲ μετάπεμπτος αὐτοῖς ἧκεν ἐκ Κρήτης Ἐπιμενίδης ὁ Φαίςιος. ἐδόκει δέ τις εἶναι θεοφιλὴς καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθυσιαςικὴν καὶ τελεςικὴν σοφίαν. i. e. *Vates piacula quædam noxasque, quæ expianda forent, significari extis denunciarunt. Eam ob caussam accitus ex Creta, venit Epimenides Phæstius: qui habebatur vir religiosus, in rebusque sacris sapientia præcellens fanatica & mystica.* Unde καθαρτὴς cognominatus fuit, teste Jamblicho de vit. Pythag. c. 28. Apulejus quoque Floridorum II. *inclitum* dicit *fatiloquum, & Piatorem,* juxta Lectionem Lipsii, Manud. ad Philos. Stoic. lib. 2. c. 6. t) Vid. Plut. supr. ad lit. y) p. 548. apud quem tom. 2. in Convivio sept. Sapientum p. 157. D. Ardalus Epimenidem vocat Σόλωνος ξένον, *Solonis hospitem.* Diog. quoque Laërt. lib. 1. c. 112. prodit, a Cretensibus didicisse

ipsi suppeditatis. Cretenses vero, & inter eos Epimenides, legibus instructi fuerant a Rege Minoë u): cujus Rhadamanthus supra memoratus non

Solonem, inquiens: φέρεται δ' αὐτῦ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Σόλωνα τὸν νομοθέτην, περιέχουσα πολιτείαν, ἣν διέταξε Κρησὶ Μίνως. i. e. *Extat etiam ipsius* (Epimenidis) *ad Solonem conditorem legum epistola, de ea Republ. quam Minos Cretensibus tradidit.* u) Unde de eodem Diog. Laërt. l. c. συνέγραψε δὲ καὶ παλαλογάδην περὶ θυσιῶν, καὶ τῆς ἐν Κρήτη πολιτείας. καὶ περὶ Μίνω καὶ Ραδαμάνθυος, εἰς ἔπη τετρακισχίλια. i. e. *Scripsit & prosa oratione de Sacrificiis, & Republ. Cretensium: ac praeterea de Minoë & Rhadamantho, ad quatuor millia versuum.* Tacitus Annal. lib. 3. c. 26. asserit: *maxime fama* leges *celebravit Cretensium, quas Minos praescripsit.* Justino lib. XX. c. 4. Pythagoras *Cretam & Lacedaemona contendisse* dicitur, *ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges.* De iisdem scitis Cretensium, quae Lycurgus expolitiora reddita, (Vid. praeter Strabonem citatum ad p) p. 90. etiam Aristoteles de Republ. lib. 2. c. 10.) Spartanis praescripserit, Pausanias l. c. p. 207. pergit: τούτους δὲ οἱ Κρῆτες τοὺς νόμους τεθῆναί σφισιν ὑπὸ Μίνω λέγουσι. βουλεύσασθαι δὲ ὑπὲρ τῶν νόμων οὐκ ἄνευ Θεοῦ τὸν Μίνω. i. e. *Eas ipsas leges Minoi acceptas referunt Cretenses, Minoëm autem absque Dei consiliis nihil sanxisse.* Aristot. loco jam citato ait: καὶ νῦν οἱ περίοικοι τὸν αὐτὸν τρόπον χρῶνται αὐτοῖς, ὡς κατασκευάσαντος Μίνω πρώτου τὴν τάξιν τῶν νόμων. i. e. *Etiam nunc qui Cretensibus circumjecti sunt accolae, eodem modo iis utuntur, quomodo Minos primus legum ordinem descripsit.* Plato in Minoë p. 567. D. de Cretensibus: Σ. οὐκοῦν οὗτοι παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων; Μ. ναί. Σ. οἶσθα οὖν τίνες τούτων ἀγαθοὶ βασιλεῖς ἦσαν; Μίνως τε καὶ Ραδάμανθυς, οἱ Διὸς καὶ Εὐρώπης παῖδες, ὧν οἵδε εἰσὶν οἱ νόμοι. i. e. *S. Isti itaque ex Graecis omnibus antiquissimis legibus vivunt? M. Omnino. S. Scis, qui apud eos praestantissimi Reges extiterint? Minos videlicet & Rhadamanthus, Jovis & Europae filii, quorum hae leges sunt.* Interpositis quibusdam p. 568. D. ἐν Κρήτη εἷς οὗτός ἐστι τῶν ἄλλων νόμων, οὓς Μίνως ἔθηκε, μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. i. e. *In Creta inter caeteras leges, quas Minos tradidit, quaedam hujus est tenoris, ne compotent invicem usque ad ebrietatem.* Mox p. 569. C. Παλαιοτάτοις Κρῆτες οἱ Μίνωος καὶ Ραδαμάνθυος πολῖται νόμοις χρῆσθαι δοκοῦσι. i. e. *Cretenses Minois Rhadamanthique*

non modo frater x) erat, sed & judex solenniter constitutus y). §. 12.

---

*ibique cives antiquissimis uti videntur legibus.* Apollodorus Bibliothec. l. 3. §. 2. p. m. 150. Μίνως Κρήτην κατοικῶν, ἔγραψε νόμους, i. e. *Minos Cretam incolens, conscripsit leges.* Diod. Sicul. lib. V. p. 238. init. (A. 344. fin.) *Minoa dicunt*, Θεῖναι καὶ νόμους τοῖς Κρησὶν οὐκ ὀλίγους, *leges quoque tulisse Cretensibus haud paucas.* Idem lib. 1. p. 59. C. (A. 48.) inter Legumlatores, sanctiones suas Diis adscribentes, refert ἐν τῇ Κρήτῃ Μίνωα. Sed de hoc ad §. seqq. In re enim concessa, plura non coacervabo testimonia. x) Diod. Sic. lib. 5. p. 237. circa fin. (A. 344.) Μετὰ δὲ τὰς τῶν Θεῶν γενέσεις ὕστερον πολλαῖς γενεαῖς φασὶ γενέσθαι κατὰ τὴν Κρήτην ἥρωας οὐκ ὀλίγους, ὧν ὑπάρχειν ἐπιφανεστάτους τοὺς περὶ Μίνω καὶ Ραδάμανθυν. Τούτους γὰρ μυθολογοῦσιν ἐκ Διὸς γεγενῆσθαι καὶ τῆς Ἀγήνορος Εὐρώπης, ἣν φασιν ἐπὶ ταύρου διακομισθῆναι προνοίᾳ Θεῶν, εἰς τὴν Κρήτην. i. e. *Multis autem post Deorum in Creta generationem seculis, non paucos apud se heroes extitisse prædicant: inter quos celeberrimi sint Minos & Rhadamanthus. Hos Jove & Europa Agenoris filia, Tauro in Cretam provido Deum numine transportata, prognatos esse.* Eadem cum raptu Europæ, recenset lib. IV. p. 183. A. (A. 262. fin.) Apollodorus Biblioth. l. 3. §. 1. p. 148. de Europa in Cretam transvecta: ἡ δὲ ἐκεῖ συνευνασθέντος αὐτῇ Διὸς, ἐγέννησε Μίνωα, Σαρπηδόνα, Ραδάμανθυν. i. e. *Ea inibi ab Jove compressa, Minoem, Sarpedonem, ac Rhadamanthum peperit.* Plato ad lit. u) præced. cit. itidem Jovis ex Europa filios dicit, & *fratres Germanos.* Apud Homerum Iliad. ξ. v. 321. Jupiter de Europa, Phœnicis filia, asserit:

Ἣ τέκε μοι Μίνω τε καὶ ἀντίθεον Ραδάμανθυν, i. e.
*Quæ peperit mihi Minoam & divinum Rhadamanthum.*

Singularia sunt, non prætereunda tamen, quæ Ephorus habet apud Strabonem Geogr. lib. X. p. 541. Ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ραδαμάνθυος δικαιοτάτου ἀνδρὸς ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις πόλεων καὶ συνοικισμοῖς πολιτείας, σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. Τοῦτον δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως &c. i. e. *Æmulator fuit Minos prisci cujusdam Rhadamanthi viri justissimi, fratri ipsius cognominis: qui primus insulam visus sit cicurasse legibus condendis, & cohabitatione ad urbes constituendas, rebusque publicis, cum fingeret, se a Jove adferre singula, quæ promulgabat*

§. 12. Atque ita ad hunc tandem, quoad Romanos Athenienfesque, redibimus ad extrema redacti. Idque eo magis, quod quamplurimis *Talio* dicatur abfolute *jus Rhadamantheum* z). Tum ob omnimodam æqualitatem, ut *Talioni* a), ita *juftitiæ* b) propriam; quam quod Eum primum ejus credi-

---

*mulgabat decreta. Illum ergo æmulatum Minoem* &c. Ibid. p. 547. dicitur Lycurgus a Thalete quodam Lyrico didiciffe modum, *ὃν Ῥαδάμανθυς τε πρότερον, καὶ ὕστερον Μινώς, ὡς περὶ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέρει εἰς τοὺς ἀνθρώπους*, *quem Rhadamanthus prius, deinde Minos ufurpaverunt, ut leges fe a Jove acceptas promulgare dicerent.* y) Plato in Minoë p. 568. E. *Ῥαδάμανθυς ἀγαθὸς μὲν ἦν ἀνήρ. ἐπεπαίδευτο γὰρ ὑπὸ τοῦ Μίνω· ἐπεπαίδευτο μέντοι οὐχ ὅλην τὴν βασιλικὴν τέχνην, ἀλλ᾽ ὑπηρεσίαν τῇ βασιλικῇ, ὅσον ἐπιστατεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. ὅθεν καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς ἐλέχθη εἶναι. νομοφύλακι γὰρ αὐτῷ ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄστυ.* i. e. *Rhadamanthus vir quidem bonus extitit, a Minoe fiquidem inftructus erat: nec tamen regiam difciplinam omnem, fed regi tantum miniftrare in judiciis didicit. Unde Judex bonus appellatus eft. Eo enim veluti legum cuftode per urbem ufus eft Minos.* Ita ut Judicem laudat juftum, de Legibus lib. 12. p. 987. A. in Gorgia p. 357. 358. Plutarchus in vit. Thefei p. 7. B. de Tragicis Athenienfibus Minoi inimicis ait: *φασὶ τὸν μὲν Μίνω βασιλέα καὶ νομοθέτην· δικαστὴν δὲ τὸν Ῥαδάμανθυν εἶναι καὶ φύλακα τῶν ὡρισμένων ὑπ᾽ ἐκείνου δικαίων.* i. e. *Minoa ferunt quidem regem & legislatorem, Judicem autem Rhadamanthum, & juris ab eo fanciti cuftodem.* Diod. Sic. lib. IV. p. 183. B. (A. 263.) *τούτων δὲ Ῥαδάμανθυς μὲν τοῖς Κρησὶν ἐνομοθέτησε*, i. e. *horum* (fratrum ad lit. præced. nominatorum) *Rhadamanthus Cretenfibus pofuit leges.* Apollodor. Bibl. lib. 3. §. 2. p. 149. introducitur *τοῖς νησιώταις νομοθετῶν*, ut *qui Infulanis condidiffet leges.* z) Ex recentioribus fcilicet paffim. a) Ariftot. de Moribus ad Nic. lib. V. c. 8. p. 84. E. *ἔσται δὴ ἀντιπεπονθὸς, ὅταν ἰσασθῇ*, i. e. *erit igitur tum Talio, cum facta fuerit exæquatio.* Vid. fupr. §. 2. b) Ariftoteles l. c. c. 2. p. 76. B. *δοκεῖ δὲ ὅ, τε παράνομος, ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος. ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ, τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος· τὸ μὲν δίκαιον ἄρα, τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον. τὸ δ᾽ ἄδικον τὸ παράνομον, καὶ ἄνισον.* i. e. *Videtur vero injuftus effe & is, qui contra legem committit, & is, qui fibi plus vendicat, quam par fit, quique eft inæqualis. Ex quo perfpicuum eft, juftum quoque futurum, & eum qui legibus pareat, & eum qui æquus feu æqualis*

crediderint inventorem c). Neque id fine ratione speciosa. Præterquam enim quod ab ipso Jove satus putatur d): a quo etiam frater leges per ipsum propa-

*æqualis sit. Jus igitur erit, tum id quod legibus sancitur, quod legitimum appellant, tum id quod æquum est: & contra injuria, tum id quod in legem committitur, tum id quod iniquum est.* Conf. ibid. c.V. f.79. A. cap.VI. cap.VII. ubi p. 82. D. διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν. ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίχαιον· καὶ ὁ δικαστής, διχαστής &c. c) Diod. Sic. lib.V. p. 238. A. (345.) Ῥαδάμανθυν λέγουσι τὰς τε κρίσεις πάντων δικαιοτάτας πεποιῆσθαι. i.e. *Rhadamanthum in exercendis judiciis omnium justissimum fuisse prædicant.* Apud Platonem Minos p. 567. D. inquit: Ῥαδάμανθύν γε φασὶν, ὦ Σώκρατες, δίκαιον ἄνδρα· τὸν δὲ Μίνω, ἄγριόν τινα καὶ χαλεπὸν καὶ ἄδικον. i. e. *Rhadamanthum quidem o Socrates! justum virum fuisse tradunt; Minoëm autem agrestem, durum, atque injustum.* Ibid. de Legibus lib. I. Clinias Cretensis p. 769. B. ita loquens introducitur, λέγεται παρ' ἡμῖν, καὶ δὴ καὶ τὸν ἀδελφόν γε αὐτοῦ Ῥαδάμανθυν δικαιότατον γεγονέναι. τοῦτον οὖν φαῖμεν ἂν ἡμεῖς γε οἱ Κρῆτες ἐκ τοῦ τότε διανέμειν τὰ περὶ τὰς δίκας ὀρθῶς, τοῦτον τὸν ἔπαινον αὐτὸν εἰληφέναι. i. e. *Fertur apud nos, etiam fratrem ejus* (Minois) *Rhadamanthum longe justissimum fuisse omnium. Eumque nos Cretenses, quia tunc recte jus unicuique distribuerit, hanc laudem consecutum censemus.* A quo rigore juris observato, meruisse etiam creditur antiquitati fabulosæ, ut mortuis justam pronunciaret sententiam, perpetuo deinceps subeundam. Nam ut Socrates apud Platonem in Gorgia circa fin. p. 358. C. ἐπειδὰν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος τοιοῦτόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ οὐκ οἶδεν οὐδὲν, οὔθ' ὅστις, οὔθ' ὧν τινων· ὅτι δὲ πονηρός τις· καὶ τοῦτο κατιδὼν ἀπέπεμψεν εἰς Τάρταρον. ἐπισημηνάμενος, ἐάν τε ἰάσιμος, ἐάν τε ἀνίατος δοκῇ εἶναι. i. e. *quando Rhadamanthus ille hujusmodi aliquem deprehendit, nihil aliud in ipso novit, neque quisnam sit, neque ex quibus ortus; sed utrum sit malus. Cumque id compererit, dimittit in tartarum, nota impressa, utrum sanabilis, vel insanabilis esse videatur.* Sed de hoc judicio mox pluribus. d) Diod. Sic. lib. IV. p. 183. A. (A. 262. sqq.) Ἀστερίου βασιλεύοντος ἐν τῇ Κρήτῃ, Ζεὺς, ὥς φασιν, Εὐρώπην ἁρπάσας ἐκ φοινίκης, καὶ διακομίσας εἰς κρήτην ἐπὶ ταύρου, μιγεὶς αὐτῇ, τρεῖς υἱοὺς ἐγέννησε, Μίνω, καὶ Ῥαδάμανθυν, καὶ Σαρπηδόνα. i. e. *Asterio in Creta regnante, Jupiter, ut ajunt, ablatam e Phœnicia*

 cia

propagandas, immediate hauserit e). Multis primus salutatur legislatorum omnium

---

*cia Europam, super tauro in Cretam transvexit. Cumque ea commixtus, tres filios, Minoëm, Rhadamantum & Sarpedonem, procreavit.* Conf. idem lib. V. citatus supra ad x) p. 559. Apud Platonem, citatum supra ad lit. u) x), p. 558. 559. Minos & Rhadamanthus dicuntur, *οἱ Διὸς καὶ Εὐρώπης παῖδες*, *Jovis & Europæ filii.* Alibi, de legibus lib. XII. p. 987. A. Rhadamanthus est *unus istorum, qui e Diis dicuntur prognati.* Ipse Jupiter pro suo Eum agnoscit, apud Platonem in Gorgia p. 357. A. & inde apud Plutarchum de Consolat. tom. 2. Oper. p. 121. C. inquiens: *ἐποιησάμην δικαστὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ· δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν* &c. i. e. *Constitui jam meos filios Judices, duos quidem ex Asia, Minoëm videlicet & Rhadamanthum.* Atque ita apud Homerum cit. supr. ad x) p. 559. ubi conferantur plura. e) Homerus Odyss. lib. XIX. v. 178. sqq.

- - *Κνωσσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως*
*Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.* i. e.

- - *Gnossus magna urbs, ubi Minos*
*Regnavit per novem annos, Jovis magni confabulator.*

Plato in Minoë circ. fin. p. 568. A. his citatis subjungit: *ἔστιν οὖν τοῦτο Ὁμήρου ἐγκώμιον εἰς Μίνω διὰ βραχέων εἰρημένον· οἷον οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἡρώων ἐποίησεν Ὅμηρος. - - λέγει γὰρ τὸ Μίνω συγγενέσθαι ἐνάτῳ ἔτει τῷ Διῒ ἐν λόγοις, καὶ φοιτᾷν παιδευθησόμενον, ὡς ὑπὸ σοφιστοῦ ὄντος τοῦ Διός. ὅτι οὖν τοῦτο τὸ γέρας οὐκ ἔστιν ὅτῳ ἀπένειμεν Ὅμηρος τῶν ἡρώων, ὑπὸ Διὸς πεπαιδεῦσθαι, ἄλλῳ ἢ μόνῳ, τοῦτ' ἔστιν ἔπαινος θαυμαστός.* i. e. *Tanta est hæc in Minoë Homeri laus, paucis verbis explicata, ut nunquam pari laudatione heroum quenquam extulerit. - - Nam Minoëm annos novem cum Jove collocutum inquit, ad eumque disciplinæ gratia proficisci solitum, quasi Jupiter Sophista sit. Quod autem tanto munere, hoc est ab Jove eruditum esse, alium heroa nullum Homerus affecit, mira quædam laus existimanda est.* Mox: *οἱ γὰρ ὄαροι λόγοι εἰσί. καὶ ὀαριστὴς ἔστιν ἐν λόγοις. ἐφοίτα οὖν δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι παρὰ τοῦ*

omnium f). Superat longe tempora Trojana g): & ipso Deucalione (utpote cujus erat Patruus, vel potius Propatruus, h. e. proavi frater,) antiquiorem se sistit tribus, integris generationibus h). Diluvium vero a Deucalione,

τοῖς Διός. i. e. *ὄαροι namque sermones sunt, ὀαριστὴς autem est in sermonibus congrediens. Minos itaque annos novem Jovis antrum erudiendus frequentavit. Unde & didicit, & docuit inde cæteros, quæ ab Jove novem annis acceperat.* Conf. de Legibus lib. I. init. p. 769. p. 774. B. 775. A. vid. & Diod. Sic. lib. 1. p. 59. C. (A. 84.) Strabo lib. X. p. m. 541. lib. XVI. p. m. 881. f) Plinius lib. VII. cap. 56. ubi, quæ cujusque inventa sint, indicat, ait ex sententia aliorum, *Rhadamanthum primum dedisse leges.* Plato in Minoë p. 567. D. οὗτοι παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων, i. e. *Isti* (Cretenses) *ex Græcis omnibus, antiquissimis utuntur legibus.* Et p. 569. C. Σ. οὐκοῦν δοκοῦσί σοι παλαιοτάτοις Κρῆτες οἱ Μίνωος καὶ Ῥαδαμάνθυος πολῖται νόμοις χρῆσθαι; Μ. Φαίνονται. Σ. οὗτοι ἄρα τῶν παλαιῶν ἄριστοι νομοθέται γεγόνασι, νομεῖς τε καὶ ποιμένες ἀνδρῶν. i. e. *Soc. Nonne igitur videntur tibi Cretenses Minois Rhadamanthique cives, antiquissimis legibus uti? M. videntur sane. Soc. Isti ergo priscorum omnium legumlatores excellentissimi fuerunt, hominumque pastores.* Strabo lib. X. p. m. 542. Περὶ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους. i. e. *De Creta in confesso hoc est, antiquissimis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam; ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inque primis Lacedæmonios.* g) Apud Strabonem Minos dicitur θαλαττοκρατῆσαι πρῶτος, i. e. *primus maris obtinuisse imperium.* Thucydides lib. 1. p. 4. A. Μίνως παλαιότατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν ναυτικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν ἑλληνικῆς θαλάσσης ἐπιπλεῖστον ἐκράτησε· καὶ τῶν κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε, καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο &c. i. e. *Minos eorum quos auditu cognovimus, antiquissimus classem comparavit, maximamque partem maris, quod Græcum nunc vocatur, in suam potestatem redegit. Etiam Cycladum insularum imperium obtinuit, & in plerasque primus colonias deduxit.* h) Etiam Herodotus lib. 3. c. 122. p. m. 209. priorem Minoë nominare non potuit, qui maris tenuerit imperium. Et quidem ea

calione, cujus ætate contigerit, denominari, etiam iis conſtat, qui a limine ſaltem ſalutarunt literas. Quid quod Ephorus Rhadamanthum legiſlatorem longe antiquiorem faciat Minoë, Deucalionis proavo. De judicio, quod cum Minoë, ex mandato Jovis, apud inferos, ſtatim poſt inſperatum, cujusque obitum, exercere, etiam Socrati perſuaſum eſt, nil dicam: ne fabulis cuipiam ſim offendiculo. Priora vero litem videntur denunciare *Moſi*, quoad antiquitatem, legisque noſtræ originem.

§. 13. Sed ſalva res eſt. Ad Moſis antiquitatem non pertingit Rhadamanthus: & in condendis ſupra adductis non aliunde adjutus eſt, quam legibus Moſaicis. Jovem & generis ipſius ac legum autorem fingunt, ex genio ætatis fabuloſæ. Raro cupidine victi, congrediebantur illicite, quin turpitudinis notam Deorum Dearumve complexu: conarentur diluere.

---

ætate, qua neſciebant adhuc velis expanſis navium promovere curſum. Ita enim Pauſanias lib. IX. cap. 11. p. m. 732. Δαίδαλος ἔφευγεν ἐκ Κρήτης, πλοῖα ὀ μεγάλα αὐτῷ καὶ τῷ παιδὶ Ἰκάρῳ ποιησάμενος, πρὸς δὲ καὶ ταῖς ναυσὶν (ὃ μή πω τοῖς τότε ἐξεύρητο) ἱστία ἐπιτεχνησάμενος, ὡς τοῦ Μίνω ναυτικοῦ τὴν εἰρεσίαν φθάνοιεν ἐπιφορᾷ τῷ ἀνέμῳ χρώμενοι. i. e. *Dædalus aufugit e Creta, ſibi & filio Icaro non magna conficiens navigia; ſed navibus (quod nondum ea ætate inventum fuerat,) vela applicuit; quo Minois claſſem, quæ remis tantum utebatur, ſecundo impulſi vento anteverterent.* Trojanorum autem tempore navigandi peritia viguit per Græciam univerſam. Homerus enim Iliad. lib. 2. v. 510. ſqq. claſſem numerat *mille centum & octoginta ſex navium*, Dictys 1215. Dares 1170. Plutarchus 1200. quæ oppugnarant Trojam. Idem Homerus Iliad XIII. verſ 450. Minoëm vocat πρῶτον Κρήτῃ ἐπίουρον, *primum Cretæ cuſtodem*, ſive Regem. Quæ tamen temporibus Trojanis ad *centum* usque urbes excreverat; in tantum aucta, ut octoginta navium claſſe ſuccurrerit Menelao. Iliad. lib. II. verſ. 650 653. Conf. tamen Odyſſ. lib XIX. v. 175. Strab. Geogr. lib. X. p. m. 544. Et huic Menelao, qui bellum Trojæ conflavit, locus aſſignatur, ubi πρότερον ἔτι, i. e. *multo prius* habitarat Rhadamanthus: apud Pauſaniam Arcadicis, ſ. lib. VIII. c. 53. p. m. 707. Reliqua, typis jam negatis, ſupplebuntur proxime.

diluere. Inventum adulteris, libidinosisque gratissimum. Ita enim proprii flagitii culpa divino, proh scelus! imputabatur Numini. Cui resistere nefas; imo extra vires humanas positum. Interdum haud malo animo, Personæ legibusque prætextu hoc conciliabatur autoritas: ne vel illa haberetur contemtui; vel hæ citius consenescerent, aut mutarentur temere. Non solum Diodorus longum recenset catalogum eorum, qui Sanctionum suarum originem Diis adscripserint: sed Plato consultum judicat, de singulis ita persuaderi turbam imperitam. Verus Rhadamanthi pater erat Asterius, Augustino Xanthus dictus: qui Europam sibi adamatam navi, cui Bovis erat insigne, impositam, e Phœnicia subvexit in Cretam. Nec plus commercii cum Jove habuit Minos ejus frater, quam Numa Pompilius cum Dea Ægeria, aut Impostor Muhammedes cum Gabriele. Qui primum legislatorem vocant, aut comparationem instituunt cum Lycurgo, Solone, reliquisque in Græcia celebrioribus, ad quos attendebant unice; aut inter primos saltem numerant: vel attribuunt aliquid affectui.

§. 14. *Deucalionis* diluvium cum universali illo, cujus in Sacris fit mentio, non putatur coincidere. Præcipue si solam inundasse volunt Thessaliam. Etiam altero illo itidem particulari *Ogygeo*, ultra CC. & quod excurrit, annos traditur recentius. Attigerit tamen proxime Mosis tempora. Varro sub secundo Atheniensium Rege Cranao, Cecropis (Mosis, juxta Eusebium, coætanei) successore, id collocat: Eusebius vero atque Hieronymus, sub Cecrope adhuc regnante. Sed plures erant Deucaliones. Diversus est ille, a quo diluvium denominatur, ab isto cujus Rhadamanthus erat patruus, vel etiam propatruus. Promethei ille erat filius, pater Hellenis, ac Amphictyonis, secundo Atheniensium Regi adjuncti: a quo ad excidium Trojæ XII minimum distant generationes, alii ultra CCC. numerant annos. Hic vero filius erat Minois II., & pater Idumenei, in communi Græcorum exercitu Trojam oppugnantis. Quin ipse *Rhadamanthus*, cujus causa hisce usus sum ambagibus, (*Herculis*, quem docuit sagittandi artem, quique paucis ante bellum Trojanum decumbebat annis,) erat *vitricus*: Alcmena, post Amphytruonis cædem, uxore ducta. Frater quoque ipsius Sarpedon Evandrum genuit: cujus filius Sarpedon II. Rex Lyciæ intererat bello Trojano. Et Minois nepotes auxilio venisse Agamemnoni, dudum observarat Diodorus. Quod si Æacum quoque fratrem habuisset, secundum Stephanum, uti ex consensu omnium, Collegam apud inferos, & forte etiam σύγχρονον; rursus bellum Trojanum

 non

non nisi tertia superaret generatione. Istius enim nepotes Ajax atque Achilles inter eos, qui strenue ad Trojam pugnarunt, partes sibi vendicant palmarias.

§. 15. Plura pro novitate Rhadamanthi Minoisque legislatoris afferre possem testimonia, si exigeret necessitas. Quæ modo adducta sunt de nuptiis Rhadamanthi, Sarpedone, atque Æaco, hos potius Minois II. fratres arguerent, quam primi. Quemadmodum etiam tributum Atheniensibus impositum, & quæ amplius de Minotauro traduntur, Minoi II. competunt; cujus filii Theseo erant coætanei. Quod si vel maxime Minois I. germanum dixeris: non superabit tamen tempora Trojana, nisi ad summum quinque generationibus. Inter Minoëm I. & II. solus intercedebat Lycastus: *Secundus* autem præter Phædram Theseo junctam, Deucalionemque supra dictum, *genuerat* etiam *Creteum:* htc *Atropen* matrem Menelai & Agamemnonis; itemque Clymenen, unde Palamedes & Orax. omnes in bello Trojano celeberrimi. Ex Europa dicitur genitus, & hæc a Phœnice, quem Agenor genuit, Beli frater: qui celebriores filios habuit Ægyptum, atque Danaum; Agenor autem, præter commemoratum, etiam Cilicem atque Cadmum. Rhadamanthi itaque avus maternus celeberrimos habuit coætaneos *Cadmum*, *Ægyptum*, atque *Danaum*. Qui omnes Mose juniores: nedum ipsorum nepos.

§. 16. Quod vero Rhadamanthus Mosaicis legibus, commercio cum Judæis habito, tingi potuerit, probatu haud erit difficile. Non adeo urgeo promulgationem, Noachidis statim a cataclysmo universali factam: in qua continetur, *quisquis sanguinem hominis effuderit, illius rursus per hominem effundatur sanguis.* Non tam judicio forensi, quam Talionis jure naturali. Inter VII. Præcepta filiorum Noachi, hoc inprimis commemorant Talmudistæ, ad omnes ipsorum derivatum posteros. Quod si doctrinam hanc, utpote oretenus saltem propagatam, tot subsecutis generationibus, adeo obscuratam dixeris, & depravatam; ut originem suam, Rhadamanthi tempore, non amplius redoleret. Considera, renovatam eam fuisse, legibus deinceps per Mosen scriptis ac divulgatis. Verba supra vidimus. Innotuere toti Palæstinæ, Phœniciæ prius dictæ. Quo quisque erat ad exercendam justitiam pronior; eo erat in rimandis pervestigandisque talibus solicitior. Inprimis qui animo conceperat, Sanctiones aliquando præscribere aliis. Traditiones a Majoribus haustæ inhærent


tena-

tenacissime; nec deserunt utplurimum recipientem, nisi cum vita ipsa. Rhadamanthi avus maternus *Phœnix* cum Cadmo fratre (quos plerique istius faciunt avunculos) in Syria apud Tyrum regnavit, & Sydonem: *regionique de se nomen imposuit*, vocatæ prius Canaan. Nisi *Cadmus* sedem ibi fixam habuisset, missus exinde a patre ad *Europam* investigandam, haud fuisset obligatus, ut vel puellam reduceret, vel nunquam rediret in Phœniciam. Phœnicii quoque erant, quos secum habebat comites: Phœnicia vehabatur classe: & literæ ab isto in Græciam introductæ, vocantur Phœniciæ.

§. 17. Ipsum quoque Rhadamanthi patrem Asterium in Phœnicia, Palæstina deinceps dicta, vixisse, dominatum Gazæ, Epiphanius extra dubium ponit. Detestatus quippe Principum ac Tyrannorum quorundam vecordiam, quod, quos vivos in deliciis habuerant ministros, defunctos a subjectis sibi populis divino coli jusserint honore; exempli loco adfert *Marnan Asterii Cretensis Servum apud Gazæos. Marnas* nemini non Jupiter est Cretensis, Idolumque Gazense. Non opus, ridiculam Stephani rationem probemus, quasi id nominis Cretensibus *virginem* denotet: cum rectius phœnicio idiomate *Dominum hominis* inferat, ut *Barnas* filium hominis: appellatione Jovi non inepta. Colebatur autem adhuc *Marnas* iste, imperante Constantio. Hilarionis opera videtur destructus: incolis Gazæ ad Christi fidem per ipsum conversis. Hieronymi ætate jam erat dirutus. Ita enim vir venerandus de ipso: *MARNAS Gazæ luget inclusus, & eversionem templi jugiter pertremiscit.* Et alibi: *Serapis in Alexandria, & MARNÆ templum Gazæ in Ecclesias Dei surrexerunt.* Certe tam diu non durasset hic cultus, nisi ab eo fuisset institutus, qui loci erat Dominus. Apud quem tanquam patrem, *Rhadamanthus* commodam habuit occasionem, investigandi quicquid legum vigeret in gente vicina.

§. 18. Inprimis cum, etiam post patris sive mortem sive discessum, diu *Ipse ibi commoratus sit*, una cum fratre Minoë. Testatur de ipsorum hic dominatu non modo Stephanus: sed inprimis nomen *Gazæ*, in *Minois* mutatum, a novo urbis Domino. An ipsum emporium ita dixerit, an vero vicinum ipsi portum Constantiam deinceps nuncupatum, aut

aut alium vicum non longe dissitum, dubium reddunt hæc Hieronymi verba: *Medemona in tribu Juda, cujus meminit Esaias, & nunc est MENOIS oppidum, juxta civitatem Gazam.* Sed ad propositum nostrum nihil interest, quicquid horum concipias. Si duo loca diversa *Minois* memoriam retinuere, eo minus de Ejus hic præsentia erit dubitandum. Ut vero novitas omnis animos hominum ad repentinam allicit attentionem: ita nova Mosis doctrina, in terra haud diu ab Israelitis occupata, plures in sui abripiebat contemplationem. Eos inprimis, qui vel superstitioni indulgebant liberius; vel condendis aliquando legibus a puero præparant animum. Utrumque in Rhadamantho locum invenit. Quapropter, si etiam hic supra laudatorum princeps, Mosis aravit vitulo; in lege Judaica, tanquam origine reliquorum omnium prima, acquiescimus merito: sensum verborum ejus deinceps examinaturi solicitius.



J. A. DANZII

# J. A. DANZII
# CHRISTI CURATIO SABBATHICA
## VINDICATA
## EX LEGIBUS IUDAICIS
### IN MATTH. XII, 1-14.

*J. J.*

## Cap. I.

§. I.

QUid sit Sabbathum, quod a teneris dictum nobis & notum scio, definiendum hic non puto, neque vocis hujus etymon evolvendum: tum, quia scholastice hanc actionem tractare nolumus; tum quia, si quibus termini magis, quam res cordi sunt, alibi haud raro eosdem habent obvios. Hic modo caussam Pharisæorum, Servatorem nostrum, dum Sabbatho benefacit, sceleris atque maleficii incusantium, quantum in hoc studiorum fere exordio fieri potest, dijudicabimus. Non equidem illa mente, quasi nostro veritas & justitia Christi egeret patrocinio, vel ab aliis olim Viris doctrinæ elegantia celeberrimis, nunquam esset demonstratum; quam inique Pharisæi cum cæteris Judæorum optimatibus, quam impie salutares Servatoris actiones aspernati fuerint atque execrati. Sed potius, ut, cui omnia debeo & dico, etiam studia mea meditationesque consecrem.

§. II. In omnibus Judæorum cum Christo circulis observatum fere est, nihil aliud habuisse illos pro scopo, neque quicquam magis curasse, quam ut utrobique, cum apud suos, tum apud Gentes, Romanos imprimis, quorum tunc subditi erant, justum Servatorem crimini substituerent, atque ita lacessere capitaliter possent. Quam apud suos istud fecerint, præter alios Evangelii Scriptores, Lucas nobis perhibet c. 15. Qui (ut cætera loca, quæ huc faciunt, omittam) convivia Christi cum publicanis & peccatoribus male populo interpretabantur, dicentes: *οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς.* Convivia non aliter fieri arbitrantes, quam, ut ipsi forte solebant, comessationibus immodicis & compotationibus. Queis contumeliis si nihil valuerunt maledici, minime est mirandum. Etenim non ex fama Christus, sed ipsa vitæ integritate populo erat cognitus: ac insuper sciverant, non convenisse tum temporis publicanos, ut pocula haurirent; sed, quod Lucas no-

tanter dicit, *ut Christum* salutis doctorem *audirent*. Quos, ceu bonus pastor errantes suas oves, in viam reducere, ipse erat studiosissimus. Ex quæstionibus autem, queis iras profanarum gentium in hominem accensuri erant, non utique levissima fuit illa, qua (ut ex Matthæi c. 22. videmus,) ancipiti atque inevitabili periculo innocentiam Christi pessundatum, pessimis inter sese consiliis conveniebant, meditabundi suos subornantes discipulos; ut omnem fiduciam in Christum, & ingentem discendæ ex ipso veritatis cupidinem simulent, ac blandis captum collaudationibus interrogent: *num deceat Cæsari tributum pendere nec ne?* Neque dubitabant amplius de optato mali sui consilii eventu. Unde justam caussam tollendi hominis habituri, una etiam *Herodianos* (quorum maxime intererat, ut Christus e medio auferretur) committebant; ne sine testibus accusatores essent, vel, ut ubique constabat, accusare innocentem meræ invidiæ stimulo crederentur, si vel promissionibus Dei, vel Romanorum juri contradixerit: quorum alterutrum omnino fore putabant. Sed dictum factum!

§. III. Eodem etiam omnes Pharisæorum actiones tendunt, quibus Redemptorem nostrum *profanati Sabbathi* arguebant, gravibus hominum morbis clementissime, sine ullo labore, unico fere verbo, medentem. Quod eo lubentius dico, quia non unum modo atque alterum ex doctioribus novimus, qui sanctificandi Sabbathi præceptum non in Mara demum, ceu Rabbinorum plerisque placet, vel cum mannæ cœlesti cibo primum hominibus esse datum; verum illud jam dudum inter Noachi præcepta fuisse comprehensum, statuunt. Hoc est, *sanctificationem Sabbathi ex lege naturæ* nobis patere, atque ideo gentibus in terra quibusvis esse communem. Vid Christian. *Wormius*, de corrupt. antiquit. Ebr. vestigiis lib. 1. c. 16. *R. Gedalias* in שלשלת הקבלה fol. 90. b. med. *Josephus* lib. 2. contra Apion. *Grotius* de verit. relig. Chr. lib. 1. Neque obstat, quo minus hoc dicamus, si nihil, quod ajunt, expressum est de hoc in scriptis Judæorum, vel etiam, si contrarium potius ex iisdem nobis opponunt. Diserte enim in *Shemoth Rabba* Parasch. 1. fol. 96. col. 3. l. 12. seqq. Mosi (non autem Deo) tribuitur, verba sunt; ד״א ראה שאין להם מנוחה הלך ואמר לפרעה מי שיש לו עבד אם אינו נח יום אחד בשבוע הוא מת ואלו עבדיך אם אין אתה מניח להם יום אחד בשבוע הם מתים אמר לו לך ועשה להם כמו שתאמר הלך משה ותקן להם את יום השבת לנוח *Sunt, qui ajunt, (Mosem) cum videret nullam eis esse laborum intermissionem, ad Pharaonem se contulisse, eique dixisse. Servus, cui labor nan intermittitur, unico in hebdomade die, morietur. Hi servi tui sunt; qui, nisi permiseris ipse, ut unico in hebdomade die requiescant, itidem morientur. Respondit Pharao, abi fac eis, ut dixi-*

*dixisti. Abiit Moses, & ordinavit eis diem Sabbathi, quo requiescerent.* Ad quæ verba egregie pro nobis commentatur *Issachar Ben Naphthali:* וזהו שתקנו ישמח משה במתנת חלקו שהיה שמח על שבחר הק"בה שינוחו ישראל ביום שבחר הוא להם. h.e. *Atque hinc est, quod* a posteris *in ritualibus habetur, lætabitur Moses ob datam sibi sortem: lætabitur scilicet eo, quod elegit Deus O. M. eundem ipsum diem, quo requiescerent Israelitæ, quem ipse eis elegerat.* Certe non impugno verba, sed ex inde mea confirmo. Unde enim si non Deus Sabbathum præcepit, prospicere hanc necessitatem Moses potuit, nisi ipso naturæ in nobis, seu rationis ductu? Quod omnino quivis mihi largietur: nisi forte Ebræos tantummodo continuo labore mori ridicule arbitretur. Sed ipsum etiam *Talmud* adversari nobis pergunt, cujus auctoritatem, non perinde ut Rabbini, deserunt: præsertim si verbis tam perspicuis nostra refutat. Id quod ex Gemara Babylonica ad tit. *Sanhedrin* c. 7. fol. 59. a. l. 2. seqq. ostendunt, ubi expresse a sanctificatione Sabbathi Gentes removentur, verbis consequentibus: גוי שעוסק בתורה חייב מיתה ש"פ תורה צוה לנו משה מורשה לנו מורשה ולא להם וליחשבה גבי שבע מצות h. e. *Gentilis si legi operam dat, reus mortis est, q. d. legem præcepit nobis Moses in hæreditatem: nostra hæreditas est, non illorum ille autem* (Gentilis) *meditetur eam quoad septem præcepta. It.* fol. 58. b. l. antep. ריש לקיש אמר גוי ששבת חייב מיתה h. e. *opinatur Resch Lakisch*, quisquis *Gentilium observat Sabbathum, mortis reatum subit.* Non equidem ad lepidum dicti hujus interpretem *Salmanum Zebi* provocabo, qui ita in verba commentatur: Es stehet wohl גוי העוסק בתורה חייב מיתה Das ist, ein Heyd עובד ע"ז (Der Abgötterey treibet) der die fünff Bücher Mose studiret, der ist חייב מיתה (des Todes schuldig:) denn er lernet nur die תורה (das Gesetz) zu verspotten und zu vernichten, er hält es aber alles vor ein Gedicht und Lügen, darum ist er des Todes schuldig, GOtt wird ihn tödten. Es ist aber nicht zu verstehen, daß man ihn soll umbringen; man darff niemand umbringen. Wo im Talmud stehet, חייב מיתה, verstehet sich, מיתה בידי שמים (daß ihn Gott tödten werde,) das ist das כרת (die Vertilgung,) Gott kürtzet ihm sein Leben, daß er vor der Zeit stirbet. Aber ein Christ gläubet, daß das Gesetz Mose, die Propheten, und was sie geschrieben haben, אמת (die Wahrheit ist,) und lernet es nicht zu verspotten, darum thun sie recht, wann sie es lernen. Wir lehren doch die Christen selber. Hab ich doch oben bewiesen, daß auch ein Heyd, der תורה (das Gesetz) lernet, sey so gut, als ein כהן גדול (Hoherpriester:) מי יתן כל העולם (wolte Gott die gantze Welt) könte und wüste die תורה (das Gesetz) Pergant modo, qui hæc ex Sanhedrin objiciunt, ulterius ibidem legere: & deprehendent f. 59. a. l. 7. sqq. omnino

 hoc

hoc a vero alienum esse, dudum visum fuisse acutissimo R. Meir, dum scribunt: מניין שאפילי גוי ועוסק בתורה שהוא ככהן גדול ש״נ אשר יעשה אותם האדם וחי בהם כהנים לוים וישראלים לא נאמר אלא האדם הא למדת שאפילו גוי ועוסק בתורה הרי הוא ככוהן גדול h.e. *Undenam constat, quod, etiamsi Gentilis sit, qui observat legem, par æstimetur sacerdoti Maximo?* q. d. (Lev. XVIII. v. 5) *quæ quisquis hominum fecerit, certe per illa vivet. Sacerdotes, Levitæ & Israelitæ, non dicitur; sed quisquis hominum.* Quod argumentum, sive a 7 præcepta Noachi (ut faciunt) l. c. l. 11. sive ad decalogum, ibi referant, sententiam nostram non infringit. Etenim neque a Noachi temporibus, neque illis, quibus ex Ægyptiorum servitute Judæi liberati sunt, natalem legis, de *sanctificando Sabbatho* numeramus: sed diei hujus cultum cum ipsis mundi cunabulis occœpisse credimus. Id quod nemo non ex Doctoribus nostris affirmat: quorum nomina ideo non appono, ne nudo Virorum syllabo chartas suppleam. Appellandi enim fere omnes essent. Solummodo *Maimonidem*, Judeæ gentis Magistrum, loquentem hac de re, & pro sententia nostra facientem huc adducere libet; ne putent illi, sine suorum hæc scribi testimonio. Hujus verba l. 2. Doctoris perplex. c. 31. sunt, quæ sequuntur: וצונו בתורה השביתה והמנוחה לקבץ שני העניינים האמתת דעת אמתי והודת חדוש העולם המורה על מציאות השם בתחלת המחשבה ובעיון הקל וזכור חסדי השם עלינו בהניחנו מתחת סבולות מצרים וכאלו הוא חסד כולל בדעת האמיתי העיוני ותקון העניין הגשמי. h. e. vertente Cl. Buxtorfio, *Ideo* (Deus) *præcepit nobis in lege cessationem & requiem, ad duas istas rationes conjungendas: fidem nempe de novitate mundi, quæ in principio statim cogitationis, & levi facilique consideratione nos erudit de existentia Dei: deinde memoriam beneficiorum Dei in nos collatorum, dum nobis requiem largitus est a molestia intolerabilium illorum Ægypti onerum, etsi hoc beneficium comprehenderet, tum sententiam illam veram speculativam, tum ordinationem rei corporalis, vel ad corpus pertinentis.* Quæ verba omnino huc facere videbis, si *Baal* Hatturim Exod. 1. insuper adscripsero, בשביל inquientem, שבת ומילה ששמרו במצרים נגאלו, h. e. *Redempti sunt* (Israelitæ) *ex Ægypto, ob servatam* (illic) *circumcisionem, & Sabbathum.* conf. *R. Salomo* in Jesaiæ LVIII, 14. & *Midrasch Tillim* fol. 15.

§. IV. Verum quid auctoritatibus, ut vocant, multum pugnamus: ipsius rei caussas nonnihil ponderabimus. Norunt Judæi nobiscum optime, vel nosse debent quinque illas rationes, propter quas præ ceteris diem septimum Deus sibi voluerit consecrandum. Neque etiam dissimulare illas possunt, multo minus ignorare; dum Sacrum codicem nobis longe priores possede-

sederunt. Breviter ergo illas referamus, ne conqueri habeant, quasi inique nos & sine justa illa regula rem emetiri vellemus. Constat, diem hunc a Deo esse institutum, *primum* ut memoria & recordatione perpetua stupendam hujus universi structuram custodiamus. *Deinde* ut sine negotii impedimentis Gloriam Dei publice prædicare, & sacris conventibus pietatem ad rudes propagare possimus. *Rursus* ut aliqua esset a laboribus quasi respiratio. *Præterea*, ut Ebræorum populus servitutis in Ægypto, atque hujus per validam Dei manum liberationem meminissent, ac *tandem*, ut in mentem nobis dies ille revocet, futuram illam & sempiternam quietem, dudum a divinis Vatibus, a Servatore nostro, & ejus discipulis piis omnibus promissam. Quæ caussæ dum *fere* omnes eodem sese modo ad universi orbis homines habeant; (id quod propediem ostendemus,) quis dubitare posset, utrum omnibus etiam terrarum gentibus præceptum illud, de sancte habendo Sabbatho, ab universi hujus structore sit infusum?

§. V. Impium enim & homine prorsus indignum est, credere, ipsam Dei Ter Justi Maximi sapientiam ita voluisse, ut immensum hoc creaturarum artificium alii hominum, & quidem paucissimi, Judæi scilicet digne admirentur contemplenturque: alii autem modo leviter æstiment, vel ut a multis fieri constat, omnimode negligant. Neque levius peccaret, vel alio notandus esset opprobrio, si quis hominum diceret, non eodem modo, eodemque studio colendum esse cœli Numen a mortalibus; sed a Judæis tantum ita impensius, a cæteris autem tot in orbe hominibus multo remissius. Quo, qui ita statuunt, idem dicere videntur, ac si ipse Ter Sapiens Deus suo sese, in tot rerum structura, frustrare scopo seu fine voluisset. Sententia certe nullibi inter homines ferenda! neque etiam a quoquam, qui sanitatis est compos, speranda. Etenim præter jam dicta, alia insuper, quo minus ita cogitemus, obstant. Monstrandum enim, quare hominum Pater omnes iisdem exornaverit animi simul ac corporis facultatibus, si non officium idem, eandemque reverentiam postulasset ab omnibus, aut evincant Ebræi, verba Numinis Lev. XXIII. v. 3. ששת ימים תעשה מלאכה וביום השביעי שבת שבתן מקרא קדש כל מלאכה לא תעשו שבת הוא ליהוה בכל מושבתיכם modo semet respicere: quod haud difficulter equidem effectum dabunt, si legis hujus caussam, quam constituimus *quartam*, prætendunt. Sed quis nescit, tum temporis Judæos jam a reliquis terræ hujus populis omnino fuisse separatos: & cum præ injusto illo in Ægypto laborum penso Sabbathi cultum penitus cogerentur negligere, maxime præcepti hujus repetitione illos habuisse opus. Cui Deus novam insuper superaddit caussam, *symbolum* scilicet *eductionis ex Ægypto:* quæ sola Judæorum, quod fatemur, pro-

propria est. Veruntamen propter priorem illam, inter Judæos dura servitute vexatos, plane jam obsoletam & antiquatam, plurimum adnexa. Unde prior illa septimi diei ratio, tanquam nobilior & amplior, quæ ad omnes ubique gentes pertinet, (Exod. XXXI. v. 17. כי ששת ימים עשה י״י את השמים ואת הארץ וביום השביעי שבת וינפש) non modo repetitur; verum etiam recentiori huic, ac singulari (Deut. V. v. 15. וזכרת כי עבד היית בארץ מצרים ויוצאך י״י אלהיך משם ביד הזקה ובזרוע נטויה על כן צוך י״י אלחיך לעשות את יום השבת) præponitur. Cognitum ergo est, communem esse præceptionem Sabbathi omnibus hominibus. Neque tamen inficiandum, longe gravius illud & circumspectius Judæis fuisse servandum, ut a gentibus semper sint discreti, & utrique ab invicem moribus institutisque sejungantur. Meretur utique res, ut ipsis gentium exemplis illustretur, quamvis pro brevitate nostra paucissimis. *Pythagoram*, referente Plutarcho, in hujus Philosophi vita, tract. de Viris illustribus, non permisisse novimus, homines per transitum, & quasi perfunctorie Deos adorare immortales: sed præcepisse, ut continuo ex ipsa domo mente ad id parati pergant. Si vero aliquis feriis quid indignum ageret, præcepti negligens mulctabatur, & porco dabat piaculum. Macrob. l. 1. Saturn. c. 16. Quod *Græcis* quoque *omnibus* religiosum fuisse per Demosthenem & alios constat; a quo Erasmus in Chiliadibus, opulentissimum quendam hominem impietatis quondam & capitis accusatum esse apud populum refert, quod facto sacris indigno, & Bacchum, & festum ejus violasset. Modo & hoc adjiciam, quod maxime omnium superiora hæcce adjuvat. Sunt perquam multi, qui existimant, *Romanorum* rempubl. ideo tam diu floruisse, ac totius terrarum orbis factam fuisse dominam, quia *religiosissime sua semper festa coluerit.* vid. *Rudolph Hospinianus præfat. in libros 3. de Festis Ethnicorum.* Quorum ad sententiam & nos etiam faciles sumus, dum sæpius rei unius caussas una plures esse novimus: nihil tamen derogaturi sententiæ illi *Aurel. Prudentii*, in altero suo, contra Symmachum, libro caussam nobis, hujus magnificentiæ, longe potiorem relinquentis, quando canit:

*Vis dicam, quæ caussa tuos, Romane, labores*
*In tantum extulerit, queis gloria fotibus aucta*
*Sic cluat? impositis ut mundum frenet habenis,*
*Discordes linguis populos, & dissona cultu*
*Regna volens sociare Deus, subjungier uni*
*Imperio, quidquid tractabile moribus esset,*
*Concordique jugo retinacula mollia ferre*
*Constituit, quo corda hominum conjuncta teneret*

RE-

*RELIGIONIS AMOR: nec enim fit copula Christo*
*Digna, nisi simplicitas societ mens unica gentes.*
*Sola Deum novit concordia, sola benignum*
*Rite colit tranquilla Patrem &c.*

§. VI. Succedit *tertiæ rationis demonstratio*, illa nimirum *necessaria a laboribus respiratio:* qua scilicet corporibus mortalium consulitur, dum curis sex dierum & operibus valde defatigata, septimi Diei otio recreantur rursum ac reficiuntur. Quam rationem, si quis orbi universo largiri nollet; admittere omnino, quod inde statim consequeretur, absurdum deberet: oportere nimirum neminem, nisi Judæos laboribus incumbere. Cujus tamen contrarium, ubi Ebræi sunt, observatur: quippe qui fere soli cum Cyngeris, vagabundo illo, & raptu vivere adsueto populo, vitam desidia consumunt, & otio quasi congelascunt. Quorum languori merito injicienda manus esset. Verum hæc aliis curæ sunt. Agamus nunc, quod est nostrum. Dicta sacra, quæ jam supra attulimus, facimus hic iterum nostra: testimonia autem humana, dum plurima nobis inserviunt, brevitatis ergo non refero, sufficere arbitrans, quum ad *Ludovicum Cælium Rhodiginum* Lectorem dimisero, qui in libro suo lectionum antiquarum secundo c. 1. legum Latoribus dies festos, seu *Sabbatha Gentilium* adscribit. Quorum caussam hanc esse arbitratur, quia *necessario laboribus interponendum est temperamentum*, quod dicto loco quærenti monstrabit pluribus. *Ratio autem subsequens*, quod lubens fateor, una Judæorum est, ast ut supra dictum fuit, propter priores, Ebræis injusti laboris oneribus a Pharaone vexatis, penitus jam ignoratas iterum, atque e memoria miserum dilapsas, a Deo Israelitarum in Canaan reduce instituta. Pro qua utraque nos, qui populus Christi sumus, quietem Servatoris nostri in sepulcro, atque liberationem a tyrannide diaboli merito accipimus, & mystice Sabbathum priori populo in otio temporali celebrandum commendatum esse credimus: ut figura esset creationis alterius, qua cælo tot sudoribus Christi restituti, & perpetuæ inferorum servituti erepti sumus. Redit *caussa Sabbathi ultima*, quæ ad omnes ubique mortales tam aperte respicit ac clare, ut vix quenquam indigere hujus probatione putetur credibile. Etenim nemo, qui novit, omnes nos a Deo esse conditos, ut æternæ olim vitæ gaudia assequamur & delitias, (id quod merito omnes nosse debemus) dubitare amplius sine opprobrio potest: utrum Gentiles etiam feriis suis quietem æternam meditari debuerint. Non alienum esse ab hoc loco videtur, quod *Cedrenus in Comp. Histor. ex Josepho* & parva Genesi refert: *ideo ipsa* (nempe dies septima) *a Deo fausta esse jussa est, ac consecrata, & Sabbathum appellata; ut, quæ requietem afferat, & repræsentet septimum annorum millenarium,*

*rium, finemque peccantium hominum.* Conf. *Cyrillum in Johannem* l. 4. c. 51.

§. VII. Satis superque ex jam dictis constare omnibus aptum est; septimi illius diei cultum æque late ad omnes extendi in orbe homines; ut ut terris & moribus, imo ipso etiam Divini Numinis cultu maxime dissitos. Neque hinc nos dimoveat, si diem quemque septimum, a mundi statim exordio, Judæis pie ac quiete esse colendum dicant. Cum quo neutiquam gentium cæterarum festi dies, seu feriæ conveniant. Quod equidem non plane esset de nihilo; modo monstrare valerent isti sententiæ nostræ accusatores, num dies ille, quem ipsi Judæi pro Sabbatho colunt, vere septimus ab orbe creato dies sit, quo Deus, hujus universi opifex, post initia rerum quievit? Ad quod neque computatione temporis, neque aliis naturæ rationibus, firmiter quid ac plane respondent: ceu multis Mathematicorum argumentis posset ostendi, quibus nunc, dum tempus non vacat, supersedere cupimus, ad Celebr. *Wagenseilii* confutationem carminis R. Lipmanni Benevolum Lectorem dimissuri: ubi prolixius hac de re differentem reperiet. Et licet probari posset adcurate, diem esse septimum, quem Judæi celebrant, & Gentiles contra, vel septimum alium, hoc est, non a primo creationis die numeratum, Diis suis dicare: ne quicquam tamen effato nostro obstat, *voluisse* nimirum *Pharisæos* hac occasione *etiam Gentilibus Servatoris nostri caussas abominabiles reddere.* Quia festos dies Ethnicis æque, ac Judæis, & præceptos a Deo, & religioni fuisse, caussis satis, ut arbitror, convenientibus hactenus monstratum est.

§. IIX. Ultimum tandem, quo impediri posse sententiam meam video, fortassis hoc est; *non* adeo *creditu esse facile, Pharisæos*, homines bonæ inter omnes famæ studiosissimos, ita inique & dissimulanter, *sub* ipsius nimirum *sacro religionis nomine, Christum perdituros fuisse, & supplicio Romanorum tradituros.* Quod etiamsi alibi, ex illorum cum Servatore nostro, actionibus haud obscurum; minimum tamen *in hac disputatione non apparet:* neque sine animi quadam, ut ita dicam, præcipitantia creditur. Etenim soli hic cum Christo agunt, nullo, quod in sacro textu prostat, Romanorum genti addicto, præsente. Verum enim vero quis crederet, homines istos versipelles, sine suppositis testibus, rem unquam cum hoc insigni suo adversario habuisse? Præsertim cum ex relatione sacra nobis constet, illos sæpius, dum palam nihil damnabile in doctrina Christi atque integerrima ejus vita deprehendere poterant, levissimos ex plebe homines corrupisse pecuniis, ut pessima quæque scelera, a Pharisæis conficta, Christo, omnium purissimo sanctissimoque, objiciant, atque impii quodam testimonii perjurio communiant. Quod ex verbis Lucæ XI. v. 54. *Ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόμα-*

τος

τῷ αὐτῷ, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ; & cap. XIV, 1. καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν &c. non modo concludo; verum etiam ex Caipha, Pontifice Maximo, reapse intelligo: qui incogitantes suos collegas, & ineptos, ante publica synedrii subsellia appellare non est veritus; quod Christum præter objectam caussam interficiendum haud æstimarint, quando multo, ceu Johannes refert c. XI. v. 50. religionis suorum tœdio dicit: ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν, οὐδὲ διαλογίζεσθε, ὅτι συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. Egregie hic locus totius sententiæ probationem absolvit, dum verbis, quæ modo præcedunt, omnes Judæorum synedrii technas, pravas omnes machinationes penitus detegit. Apertus dico & mihi persuasissimus, nunquam Pharisæos veritatis ergo & pietatis, seu religionis tuendæ gratia, cum Christo coivisse: non enim fas illis & pietas; sed potius, ut Pseudopoliticis hodie, sola rerum utilitas, sine justi ac mali discrimine, curæ fuit. Qui Servatoris nostri tantummodo vitam venabantur, de doctrina ejus, de summo Messiæ officio, de infinitis inter hominis. miraculis, de pura vitæ sanctitate, opprimenda magis, quam juvanda soliciti. Quod dum inter consulendum, de tollenda ex hominibus veritate, una omnes meditantur, aperte cuivis, qui æque vellet esse impius, proponunt, tanquam ad nequitiæ operam malos omnes invitaturi, l. c. v. 48. dicentes: Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν. Καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ ἔθνος. Unde facile unusquisque dijudicat, hac de Sabbatho disputatione, Judæos maximopere etiam laborasse, quo salutis nostræ Recuperatorem Gentilibus quoque abominabilem facerent. Quippe qui ex stirpe Davidis oriundum sese jactitans, præcepta etiam ab ipso Deo accepta violaret: quibus tamen gentes promiscue omnes, sola inductæ natura, religiosissimum præstarent obsequium.

## Capitis I. pars altera.

§. I.

Constant abunde, quæ de Judæis hic præscivisse refert, considerandus jam ipse beneficus noster Servator, Pharisæis propter beneficia reus, subsequitur. Sed temerarium valde & supervacaneum esset, si in Christianorum orbe fidei nostræ & vitæ auctorem vellem describere. Unde quicquid alias de justitia Christi & innocentia prædicare habemus, hujus loci non puto: illud tantummodo expositurus, quinam salutis nostræ Recuperator ab ipsis accusatoribus suis habitus sit, vel haberi minimum, ex tot patratis inter illos miraculis, ex doctrinæ suæ & vitæ sanctitate, potuerit.

§. II. Non equidem dubito, persuasum omnibus ac certum esse, quod Judæi Servatorem nostrum non in vulgus suum, sed ipsis sapientiæ Magistris annumerarint, & uno ore omnes pro Viro, Legis divinæ, & patriæ, quam optime gnaro, habuerint, atque in Scholis pariter & sacris concionibus ex suggesto eum, quæ cæteris ardua fuerunt & insuperabilia, docentem explicantemque frequenter audierint. Quæ ipsissima ratio esse videtur, quare tam confidenter Christus summo Pontifici, notitiam doctrinæ ipsius tam alte dissimulanti, respondit Joh. XVIII, 20. ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ. Ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπου πάντες οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν. Τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας, τί ἐλάλησα αὐτοῖς. ἴδε, οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶπον ἐγώ. h. e. *Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quæ dixeram ego.* Quo, ut sæpius in sapientissimis Christi dictis deprehendimus, plurima simul innuit: jus nimirum & justitiæ neglectum judici suo objiciens, ac sui tandem, universi Judæorum populi doctoris, optimatum toties hospitis, & tot ubique mortalium a periculosissimis morborum malis liberatoris, tam alte dissimulatam ægre ferens notitiam. Nullo enim modo credibile est, famam ejus & rumorem non ad omnium aures pervenisse, quem puerum jam duodenarium disputantem ipsi tantopere admirati sunt, atque de stupenda Scripturæ intelligendæ prudentia collaudarunt. A quo tempore indies magis innotescere Judæis debuit, quia sapientiæ ac Dei hominumque gratiæ, ut ætatis, jucunda quotidie incrementa sumpsit. De quo non duco pluribus esse disputandum, quia ne a Pharisæis quidem, hostibus suis omnium iniquissimis, aliter unquam salutatus est: sicuti ex superius dicta legatione, de tributo Cæsari pendendo, ex interprete legis, Lucæ X, 25. nec non ex opulento illo juvene, Marci X, 17. & aliis insuper audire habemus.

§. III. Miram certe levitatem Judæi produnt, si, ut solent, ex allatis hisce exemplis sententiam nostram non admittunt; sed ipsis Novi fœderis Scriptorum verbis nos eludunt, quibus palam defraudatorum simulatio ostenditur, si ἐκπειράζων Lucæ X, 25. ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν Matth. XXII, 15. & alia ejusmodi ab impostoribus hisce profecta referunt. Habeant sibi pessimi hominum opprobrii istius gloriam, neque tamen quidquam contra nos valebunt. Neutiquam sane credi a quopiam potest, eodem etiam animo fuisse juvenem illum adeo opibus validum, de quo omnes referunt idem; quod honorem, Magistris Judæorum a discipulis suis exhiberi adsuetum, sine fuco & adulatione Servatori nostro tribuerit. Id quod tum ex rei quæsitæ gravitate,

tate, (de salute æterna erat solicitus,) tum ex inusitato illo, quem Christo tribuit, titulo (διδάσκαλε ἀγαθὲ) judicare est. Quæ salutatio nemini Judæorum ante hac attributa fuit. Quamvis enim splendidis valde nominibus Doctores suos Judæi ornarent, seu potius onerarent, si vel defuncti jam, vel minimum absentes erant: præsentes autem, referente *Lightfoot in horis Hebr. p. 869.* nunquam alia, quam רבי, אבי, Rabbi, Mar, sive Mari compellatione cohonestabant. Quos sinceros hominis affectus, quam nimirum ex animo hæcce dixerit, ipse Christus, cogitationum in homine probe intelligens, singularibus quibusdam gestibus, contestatur. Quod Marcus refert c. X, 21. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτόν. Actione iterum, quæ inprimis Magistros adversus suos discipulos decet, ceu multis Rabbinorum scriptis posset ostendi: quæ hic appellanda magis, quam exscribenda sunt. *conf. Hieros. Chagiga fol. 77. 1. It. Horajoth fol. 48. 3. It. Nedarim fol. 36. 4. Babyl. Megill. fol. 41. a.* Ita morem Magistrorum adversus discipulos dixi, non autem impostores, & vitæ insidiatores: quos osculi, seu amoris loco, ita excipit: Τί με πειράζετε ὑποκριταί; Sed homo hic valde juvenis est, cujus, ut & plebejorum exempla non ita faciles fortassis admissuri sunt. Age ergo & a senibus, iisdemque inter Judæos & vita, & fama, itemque dignitate optimis, ejusmodi testimonia require. Cui Judæorum vilis & ignobilis, seu testimonio perhibendo impar esse Nicodemus potest. ἄνθρωπος ἐκ τῶν φαρισαίων, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων. i. e. *Homo Pharisæus, & Judæorum Princeps,* Joh. III. v. 1. Οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ. Ῥαββί, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος. *Hic veniebat ad Jesum noctu, & dicebat ei: Rabbi, scimus quod Doctor es, qui a Deo venit.* Qui etiamsi solus, dum Pharisæus est, & Judæorum Doctor, satisfacere rebus nostris potuisset. Magis tamen corroborare sententiam nostram videtur, quando notanter οἴδαμεν, quam οἶδα dicere mavult; Synedrium etiam & collegas suas una secum includens, quos idem de Christo nosse perhibet. Contra quod nihil illa, omnibus fere linguis usitata, formula efficitur, qua ידעינן & ידענא (quarum hac Nicodemus usus est,) promiscue sumi ostendunt. Id quod non ita audacter dicerem, nisi ipse Nicodemus hujus sensus interpres esset, quando dicit: οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς: *Nemo enim illa signa facere potest, quæ tu facis.* Ostendant ergo formularii isti, qui sine rerum connexione textum hic dijudicant, unum, inter Judæos, Nicodemum miracula Christi vidisse pariter & audivisse; aut objecta loquendi formula abstineant. Prius omnino efficere nequeunt, dum totius Synedrii de Christo professio: (Τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ, *Quid facimus? dum homo iste multa miracula edit,* Joh. XI. v. 47.)

 opti-

optime inter nos constat. Faciant ergo, si adhuc rubor inest hominibus, posterius.

§. IV. Non autem ex titulis modo, Servatori nostro ab hominibus attributis, dicta hactenus confirmabo: quod argumentum, præsertim hodiernis moribus, omnium fere infirmissimum est. Notum enim est, quod ipsi Judæi fatentur, argentum sæpius respici ab istis, qui hos titulos petentibus concedunt, quam ingenium. Unde superbus quisque & gloriæ cupidus facile ad hunc appetitum accenditur. Præstat ergo ex opere ipso dignitatem Christi, quam ei nemo non deferebat, intueri. Inter omnes ubique Judæos receptum est, ut sine ortus discrimine, aut stirpis patriæ respectu, modo Israelitæ sint, Magistri nomine illos honorent, qui in sententiis Doctorum, a quibus Talmud nobis prostat, probe sese subegerunt. Christus autem, Magister ille ex summis optimus, & ipsius sapientiæ Pater, toties certe tum in concionibus Judæorum docendis, tum in doctiorum circulis, sententias Talmudicis receptas adhibet: ut vix sperari possit, quenquam Judæorum esse tam audacem, tam impudicum posse; ut vel ullo modo Servatorem nostrum a nominis hujus dignitate remotum cupiat. Undiquaque enim sermones ejus consummatissimam Rabbinorum sui temporis, quos Talmudistas dicimus, notitiam produnt. Absit tamen, ut hic cum illis faciamus, qui Christum ex Talmude multa mutuatum statuunt: & similitudines illas, de divite epulone, & Lazaro Lucæ XVI. de virginibus prudentibus quinque, & totidem fatuis, Matth. XXV. nec non de operariis in vinea, Matth. XX. ex Gemara Babylonica Christum desumpsisse putant. Quippe mirum valde esset, si in optimo ætatis simul & ingenii robore, etiam verborum ornamenta, ut pueri in actionibus umbraticis, mutuo ab aliis petere necessum habuisset: qui jam olim in pueritiæ annis, propter miram rerum scientiam, & facundiam oris, inter Doctores fere magnificatus est. Unde cum *Celeberrimo Carpzovio* rem potius invertimus, & Rabbinos hæcce ex Christi scriptis surripuisse ducimus: vel, quod æque credi meretur, edidisse talia antiquorum Rabbinorum nomine, ut, quæ vera ex Servatoris nostri sermonibus judicant, ex Doctorum suorum scriptis, tanquam furto ablata evincant, atque ita male fraudis Dominum insimulent.

§. V. Quamvis igitur istas similitudines ex Judæorum libris non arbitremur repetitas: multa tamen alia a Christo in Rabbinorum coronis usurpata, quæ tunc, inter Judæorum Doctores, juris publici erant, & usus triti, demonstrabimus. Quibus plane non usus est Dominus, ut sua ornatiora redderet & ampliora: sed potius, ut suomet gladio hostem jugularet, atque ad veritatem amplectendam promptiorem faceret. Id quod nostrates imitantur,

tantur, si ex scholasticorum barbaris istis dictionibus adversarios adgrediuntur: quibus omnino carere possent, nisi de reducendis tot hominibus, queis nugæ cordi sunt, multa illos solicitudo tangeret. Sed ad nostra. Prostant sane exempla quam plurima, quibus ex Christi concionibus fere, & cum Pharisæis disputationibus, Talmudis dogmata in usum, docendi vel convincendi Judæos gratia, revocantur. Quorum unum & alterum recensebimus, ne sine dicti ratione esse videamur. Clarum utique est, voluisse Dominum Pharisæorum ambitionem ex ipsorummet scriptis dicto illo Lucæ XIV. v. 11. reprimere. Quando ad eos, qui tam immodice cæteris præferri in convivio studebant, sequentem Talmudis refert sententiam: *Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται. Καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται.* i. e. *Omnis, qui se extollit, dejicietur: & qui dejicit sese, extolletur.* Quod utrumque, sive de fastu Magistrorum Judeæ gentis, sive de sententiæ hujus, inter illos, usu solicitus fueris; ex scriptis, quæ Talmudica vocant, commonstrabimus. Sententia iisdem fere verbis in tit. Erubin f. 13. b. l. 35. sqq. extat: כל המשפיל את עצמו הק״בה מגביהו וכל המגביה עצמו הק״בה משפילו וכל המחזר אחר הגדולה גדולה בורחת ממנו וכל הבורח מן הגדולה גדולה מחזרת עליו. h. e. *Qui semetipsum deprimit, eum S. B. ille exaltat; & qui seipsum exaltat, eum S. B. ille deprimit. Quicunque sectatur dignitatem, ab eo dignitas fugit: qui vero fugit dignitatem, ad eum dignitas reverti solet.* Superbiam autem hominum istorum, quos Magistros suos Judæi appellant, idem Talmud in Massech. פסחים fol. 113. b. l. 26. sqq. his verbis revellit: *Ex creaturis illæ potissimum perpetuis se invicem odiis atque contentionibus prosequuntur: canes, meretrices, galli, & Magistri.* De quo odio & æmulatione seu superbia, qua unusquisque cæteris sese omnibus præfert, ac neminem nisi semet æstimat, seu Magistri honore dignum reputat, alibi passim apud Judæorum Rabbinos, præsertim in תענות fol. 21. 23. יבמות fol. 66. שבת fol. 49. קדושין fol. 33. גטין fol. 62. varia reperies. Sufficit hoc uno Servatoris nostri notitiam in Rabbinorum tunc celebrium doctrina, quam, nunc literarum monumentis consignatam, Talmud vocant, comprobasse. Qui plura, vel pene omnia desiderat, quæ Dominus sparsim ex hisce libris, re ita exigente, adhibuit; *Hakspanii* librum de usu scriptorum Judaicorum, vel potius *Lightfooti* horas Hebraicas & Talmudicas, in quatuor Evangelistas, evolvat: qui hoc argumentum altius dijudicant. Nostrum fuit, ad id modo curas intendere; num Servator noster a Judæis merito suis Doctoribus sit annumeratus. Quod prorsus sine Judæorum jugulo esse, & premi amplius non posse, arbitror.

§. VI. Mora nobis plane non debet fieri in hisce notioribus: dum, quæ primo intuitu, monstratu difficillima videbantur, inter contemplandum, multis sese argumentis haud invite rebus nostris accommodant. Perspicuum utique & clarum omnibus sit oportet, quod nimirum *Servator noster* vera omnium bonorum opinione *eximius Judæorum Doctor* fuerit *habitus*. Dum ne illud quidem inter veritatis studiosos obscurum est, quod *noverint* iidem, & undiquaque ex rationibus infallibiliter perspexerint, *esse Jesum Messiam* illum, tot retro sæculis *ab ipso Deo*, a Prophetis toties, redimendis *mortalibus promissum*. Altius hic repeti deberet Nicodemi professio, & hominis illius Lucæ XVIII. inusitata prorsus Christum salutandi ratio, (de quibus paulo ante universalis saltim mentio fiebat); nisi haberemus testimonia hisce multam omnino partem clariora. Ipse Christus, cogitationum in hominibus scrutator, Reipubl. Judæorum Patribus cognitionem hanc attribuit, his parabolæ vinitorum Marci XII, 7. verbis: ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία. *Hic est hæres, venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas*. Quæ verba deinceps ipsius Synedrii Judæorum consiliis clara fiunt Joh. XI, 48. Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν. Καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον, καὶ τὸ ἔθνος. h. e. *Si permiserimus eum sic, omnes credent ei, venientque Romani, & tollent tum locum nostrum, tum gentem*. Quorum sensum nisi ad sententiam nostram accommodaveris, ægre aliorsum transferes. Nam quæ esset argumenti connexio: πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν. *Omnes credent ei:* ergo ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν &c. *venient Romani, & tollent nos &c.* si non hoc modo ex Paraphrasi illa *Lightfooti* verba coaptaveris: *videtur* equidem *hic homo Messias esse, per stupenda* hæc *miracula, quæ operatur. Et quid nobis est agendum? Indignum ex una parte est, Messiam interimere; & periculosum ex altera, eum tolerare: nam omnes credent in eum, & sic peribit & corruet Judaismus noster. Et cum perierit religio nostra, quid expectandum, nisi ut corruat gens tota per Romanos? qui* (ut paulo ante in hunc locum refert) *reputabunt nos Imperatori rebelles: eo quod præter ipsorum consensum populus noster acceperit Jesum hunc, pro Rege Messia*. Quod ne ex conjectura dictum a Judæorum Optimatibus putes, conf. Lucæ XIX. v. 38. & Joh. IV. v. 42. ubi ab utroque populo, Judæis nimirum & Samaritanis, palam *Servator noster Rex Judæorum & Messias est habitus*. Cui si de Procerum in gente notitia hæres, miracula, quæ a Domino ipsi aliquoties viderant, conjunge & reputa: unde certo constare debuit hominibus, esse illa charactere venturi Messiæ quam dignissima. Neque tamen miracula duntaxat argumento huic sufficiant: sed ratio superveniat alia necesse est, unde non

non conjecturæ amplius locus ſit, ſed firmiſſimæ totius populi notitiæ (Jeſum Meſſiam eſſe) aliqua probatio prodeat. Negent hæc pro lubitu Judæi, & alte diſſimulent; modo illud nobis concedant, quod definire locum naſcituri Meſſiæ impie ſolicito Herodi potuerint. Imo & hoc quoque per me rejiciant, ac quicquid de expoſitione verborum *Michæ* V. v. 1. ad percontantem Herodem facta, Matthæus nobis refert (c. II. v. 5.), dixiſſe ſeſe inficias eant: modo triſtiſſimum interpretationis hujus, vel potius mali conſilii eventum, quo tot infantes miſere trucidati ſunt, in hiſtoria nobis relinquant: ſeu R. Akibæ cum Kochab hiſtoriam, nec non R. Hillelis verba in Talm. Maſſ. סנהדרין cap. ult. אין להם משיח לישראל *Non eſt, quare Iſraelitæ expectent Meſſiam*, ulterius in manibus noſtris patiantur. Unde non opus erit, multis evincere, qui ex completis Danielis ſeptimanis certo Jeſum, quod Meſſias ſit, potuerint cognoſcere.

## Cap. II.

### §. I.

PRopediem jam conſtabit, quare de utraque, actionis hujus, parte pauca hæc præmonuiſſe oportuerit; ubi ad ipſum rei dijudicandæ argumentum erit perventum. Non, quod credo, ita amplius dictum Chriſti (Matth. XII, 8. Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. *Filius hominis etiam Sabbathi Dominus eſt:* & Joh. V, 17. Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. Judæos offendet: aut obſcurum, multo minus impium iisdem eſſe poterit, ſi, quod ſupra monſtratum eſt, *Chriſtum fuiſſe Meſſiam*, tanquam notum inter ſuos, ac plurimis rationibus certum, ſine inſigni levitatis opprobrio fatebuntur. Unde, quo porro beneficum Servatorem profanati Sabbathi arguant, ſane amplius non reperient: ſed ipſi facinoris juſtitiam comprobaturi ſunt. Etiamſi ſilere jam de verbis Joh. V. in præſentiarum velimus, ac rationes eorundem prætermittere: dum lentis paſſibus ducendi ſunt duriſſimæ frontis homines, & ſine impetu agendi. Etenim *neque* alibi, ſi agere aliquid commode vel addiſcere volumus, *a rebus ſupremis, ac captui hominum difficillimis, fieri debet exordium.* Difficiles ergo & pertinaces contra dicti hujus verba maneant, quod tamen ex Pſal. II, 11. נשקו בר *oſculamini filium*, teſte ipſo Aben-Eſra, de Meſſia perſpicuum eſt; modo illud, quod propter ſuperius allata negare nequeunt, ſincere fateantur: quod *Jeſum Meſſiam eſſe, multis & Scripturæ, & temporis, imo miraculorum Chriſti argumentis ſciverint.* Id quod omnibus juſtitiam Chriſti in hoc Sabbathi negotio planum faciet. Chriſtianis hoc probare iterum, ſupervacaneum

caneum esset: præsertim cum aliis hujus argumenti evolutio jam dudum curæ fuit. Modo hic iisdem nosmet accommodabimus, qui divino Numine destituti, atque ideo etiam mente capti, recta omnia ac divina in Christo improbant. Missis igitur quæ alias huc referri deberent, rationibus; ex libris Judæorum saltim caussæ hujus æquitatem monstrabimus. Quanta *auctoritate* gentis *Judæorum Doctores polleant*, omnes facile perspiciunt, quibus Talmud, & alia eorundem scripta in manu sunt: & propter omnium, circa hoc, notitiam vix operæ pretium est, ut inde quid exscribamus. Sed, ut undiquaque falsi criminis, quod Servatori objectum est, ratio prodeat, vel etiam in viam reduci homines errabundi & pene deperditi possint; lubet unum & alterum huc transferre. Perhibent auctores Talmudis in ראש השנה fol. 25. b. l. 4. sqq. אפילו קל שבקלין ונתמנה פרנס על הציבור הרי הוא כאביר שבאבירים h. e. *Etiam abjectorum abjectissimus, simul ac constituitur Ecclesiæ Præfectus, ecce perinde est, ac si præstantium foret præstantissimus.* Imo הוריות cap. 1. θ. 3. הורו בית דין לעקור את כל הגוף אמרו אין שבת בתורה אין ע"ז בתורה הרי אלו פטורין. *Docuerit Concilium, omnem legis substantiam abrogandam*, v. g. *dixerint, nullius Sabbathi cultum esse nobis mandatum*, vel *idololatriam nullam in lege esse probibitam; en idiotæ*, istorum sententiam ex ignorantia secuti, *immunes sunt.* Et R. Bechai fol. 207. col. 2. l. 13. tradit: צריך אתה לשמוע לו אפילו אומר לך על ימין שהוא שמאל ועל שמאל שהוא ימין. *Credendum esse Rabbinis, licet, quod dextra sinistra, & hæc vicissim dextra sit, docerent.* Erubh. f. 21. b. l. 15. sqq. דרש רבא בני הזהר בדברי סופרים יותר מדברי תורה שכל העובר על דברי סופרים חייב מיתה אמר רב פפא בריה דרב אחא מלמד שכל המלעיג על דברי חכמים נידון בצואה רותחת h. e. *Rabba concionabatur, mi fili! cautus esto in verbis Scribarum, multo magis quam verbis Legis: quia quisquis transgreditur Scribarum verba, reus fit mortis; Rab Papa autem f. Rab Achæ dixit, verba* Eccl. XII, 12. *docere, quod, quisquis irridet verba Sapientum, condemnetur ad stercus* (in inferno) *fervens.* Hæc quamvis magnopere in miseris doleamus, nec satis sana dicamus; pro argumenti nostri robore admittere tamen non dubitavimus. Non equidem quasi saniora non essent in promptu: sed potius, ut, quod modo diximus, suomet judicio ruborem obcæcatis, atque accusationis hujus contra Christum pœnitentiam excitemus. Quod si ergo tam lubrica, vel infimus quisque Rabbinorum, pro auctoritate sua, & quidem cum pace vestra, statuere potest; quidni Doctorum omnium Supremus, quæ cum lege Dei nunquam non conveniunt, sine crimine, sine periculo vestro, & vitæ insidiis doceat ac perpetret? Quid dicam, si, quod probe nostis, ipse Messias est, quem falso hic

hic reum facitis, & accusare capitis haud veremini? Ut de ipso Deo, legis vestræ Domino, atque auctore, taceam.

§. II. Hactenus sola Christi auctoritas commovere Judæos debuisset, & detinere; ne beneficia hæcce in Sabbatho tot miseris præstita, tanquam turpissimum facinus accusent aut reprobent. Condonamus autem & hanc quoque contumacissimis hominum, si ulterius videri cupiunt malevoli. Quod eo lubentius facimus: dum justissima Servatoris nostri caussa non certe rationibus tam paupertinis communitur; ut, una altera, vel propter multitudinem, vel propter accusatores eo magis convincendos, prætermissa, statim integra res corruat. Legem Dei tantopere argumentis suis accusatores prætendunt, & propter hujus transgressiones sic indignabundi excandescunt. Age ergo, & ex illa quoque justitiam Christi evolve. Dudum Scribæ illi interroganti, quodnam omnium Dei erga mortales præceptorum primum vere, ac summum sit, omniscius noster Servator Marc. XII, 30. respondit: Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεὸν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· αὕτη πρώτη ἐντολή. Καὶ δευτέρα ὁμοία αὕτη· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Hoc est primum præceptum. Et secundum illud simile: diliges proximum tuum, ut teipsum.* Quorum prius illud, dum ex Deut. VI, 5. posterius autem ex *Levit.* XIX, 18. desumptum patuit; sane aliter non potuit, quam collaudare Domini in lege divina conciliationem, dicens: Καλῶς διδάσκαλε, ἐπ' ἀληθείας εἶπας. Quæ legis divinæ universitas, dum Lucæ X. verbis rursus iisdem legis illi perito proponitur, cum Christi, ipsius Sapientiæ, in literis sacris eruditionem experiri cuperet: non possum aliter de Judæis male feriatis sentire, quam tradebamus in capite hujus actionis primo, cum indolem hominum & mores intueremur. Ipse Dominus monstrat, quam improbe malus artifex interrogarit, cujus ante probe sibi conscius fuerat; dum quæsita alio prorsus modo, quam Scribæ, quem modo recensuimus, regerit. Nihil nimirum, præter πῶς ἀναγινώσκεις? respondens. Sed, ut ut jam sæpius verba hæc in circulis Judæorum, a Christo explicata fuerint, illa tamen iterum, in præsente accusatione alte dissimulant, & in ipsissima sede sua, propter Christum occidendum, nesciunt. Immutat ergo beneficus Servator omnem controversiæ statum, ac longe eundem rectius, quam fraudis isti artifices, proponit. Ceu ex relatione *Lucæ* VI, 9. legimus: Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀπολέσαι; *Interrogabo vos aliquid: decet Sabbathis benefacere, an malefacere, servare*



*vitam,*

*vitam, an perdere?* Altius Servator verbis hisce caussam orditur, & seposita Judæorum fraudulenta quæstione, (annon, si gentibus Sabbathum curæ est, multo magis etiam Judæis sit, quod nunquam recusavit Dominus,) genus quæstionis, seu fontem multo veriorem constituit. Eligit summum, quod vocant, ex universa Dei lege præceptum, & pro thesi illud habet, seu argumento primario. A quo ad rectissimam descendit hypothesin, seu præcepti illius Divini utrinque nunc accepti, applicationem: quasi diceret circumstantibus se: si (quod a Numine nobis præceptum, atque a vobismet auditum sæpius & dictum est) *proximum non aliter, ac nosmetipsos amore* debemus, qui non immorigeri Deo, sed justitiæ ejus & voluntatis studiosi esse cupimus; sponte consequitur, quod illud maxime die Sabbathi facere studeamus, qui Deo & Divinis dicatus, atque ideo non aliis, quam piis meditationibus ac factis consumendus est. An autem commoda hominum ac vitas negligere, (cum in periculis illi sunt, ac liberare eosdem promptum nobis est,) culpari merito debeat, atque abominabile sit; sine turpitudine non quæritur. Quare si humanos esse, si sanctos, hoc est, Deum imitari, nos oportet; id quod ipse Deus agit, ac vult, omnino est efficiendum. Sin minus, ex vitiorum studio pietas Judæorum æstimanda est.

§. III. Instant præterea Judæi, & hypothesin hanc ex data thesi non concedunt. Quam tamen, si a Sabbatho abis, ipsi nobiscum comprobant: minime dubitantes, num rectum sit ac pium, si inter homines alter vitæ aut saluti studeat alterius: sed potius istud tam severe damnantes, si die Sabbathi, quo vacare ab omni negotio nos decet, hancce erga homines operam licitam arbitramur. Neque sine pietatis præscriptione sunt, qua malitiam animi tegunt. Dicunt enim, non æquiparandos, multo minus præferendos Deo Benedicto homines esse: atque ideo neutiquam propter nos deferenda, nedum violanda esse tradita nobis a Divino Numine præcepta. Id quod exemplis probe multis muniunt. v. gr. Justum esse patrifamilias, ut conjugem alat ac liberos; servis atque ancillis, ut jussa Domini rite exequantur, & laboris sui pensum diligenter absolvant: non autem æque justum, ut die Sabbathi illud faciant, ex verbis *Deut.* V, 13-15. ששת ימים תעבד ועשית כל מלאכתך ויום השביעי שבת ליי' אלהיך לא תעשה כל מלאכה אתה ובנך ובתך ואבדך ואמתך ושורך וחמרך וכל בהמתך וגרך אשר בשעריך למען ינוח עבדך ואמתך כמוך : וזכרת כי עבד היית בארץ מצרים ויוצאך יי' אלהיך משם ביד חזקה ובזרע נטויה על כן צוך יי' אלהיך לעשות את יום השבת h. e. *Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum: dies vero septimus Sabbathum est Domino Deo tuo; ne facias ullum opus, aut filius tuus, aut filia tua, aut*

*aut servus tuus, aut ancilla tua, aut bos tuus, aut asinus tuus, aut ullum jumentum tuum, aut peregrinus tuus, qui est intra portas tuas, ut quiescat servus tuus, & ancilla tua, sicut tu. Et memineris te servum fuisse in terra Ægypti. Dominum vero Deum tuum eduxisse te inde manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut observes diem ipsum Sabbathi.* Insuperabilis hominum ars est! Quando unquam res ejusmodi ordinarias & quotidianas vel probari, vel etiam fieri a Domino vidimus? Agit hic Clementissimus Servator, quæ sine periculo hominum afflictorum differri nequeunt. Non igitur quærendi sumus ab impostoribus, *num Deus mortalibus sit anteponendus*. Quod nemo pius, vel saltim sanus, quærit. Sed scire cupere, sitne homo præcepto Sabbathi potior nec ne; id pulcrum & pium, imo necessum, atque hujus loci est. Quod paucis Servator noster reddit perspicuum *Marci* II, 27. Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, ὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον. *Sabbathum hominis ergo factum est; non homo propter Sabbathum.* Abundat hujus dicti ratio apud varios ecclesiæ Dei Doctores: quam si ex mala invidia erga Christum non admittunt; ex ipsis gentilibus, qui, sine verbo Dei scripto, sola ratione utuntur, commonstrare levi negotio possem. Ex quibus omnes, quorum libri ad nos pervenerunt, uno ore *hominem in terris supremum* putant, & propter eum, quicquid a Deo mortalibus traditur, maxime factum esse arbitrantur. Sed præstat, dum laborem contrahimus, ex ipsis Judæorum libris ea evolvere. Quo inter omnes constet, quam æqui nos, in hac dijudicanda caussa, contra iniquos Christi accusatores simus. Verbis id ipsum tam perspicuis *Maimon*, Judæorum ille, in legis prudentia, facile princeps in *Hilcoth Schabbath* cap. 2. §. 3. confirmat, ut vel solis radiis exaratum ex hisce consequentibus putares: כשעושים דברים האלו אין עושין אותן לא על ידי כותים ולא על ידי קטנים ולא על ידי עבדים ולא על ידי נשים כדי שלא תהא שבת קלה בעיניהם, אלא על ידי גדולי ישראל וחכמיהם, ואסור להתמהמה בחילול שבת לחולה שיש בו סכנה שנאמר אשר יעשה אותם האדם וחי בהם ולא שימות בהם h. e. *Cum exequuntur res istas, non perficiunt eas ministerio gentilium, aut parvulorum vel servorum, aut mulierum; ne vile ipsis videatur Sabbathum: sed per adultos Israelitarum, ac ipsorum Sapientes. Etiam prohibitum est cunctari* (vel moram nectere) *in violando Sabbatho, ob ægrotum periculose decumbentem: quia dicitur* Lev. XVIII, 5. Neh. IX, 29. *quæ si fecerit homo, per ea vivet: non autem ut moriatur propterea.* Id quod a Servatoris nostri modo relato argumento, linguæ magis idiomate, quam verbis, sensu autem neutiquam, differt. Unde nemo,

Eeee 2 quod

quod arbitror, sine turpitudine amplius, contra hæc Divina Christi opera, quæ Sabbatho peregerat, disputaturus est.

§. IV. Sed religio non est hominibus, vel verba hæc non Maimonidi, sed nostratibus potius, quasi fraude supposuissent, tribuere: vel etiam ipsum auctorem erroris arguere, ac prorsus contemnere. Quod facile suis faciunt: dummodo una etiam rationes Christi, perfidia ejusmodi, possunt destruere. Non recusant enim nefarii vel manuum, vel oculorum amittere alterutrum; si illius damno lucrari pios, h. e. funditus tollere ac radicitus scirent. Ne itaque videamur uno aut levi, ut dicunt, tibicine hoc munimentum fulcire velle; argumenta, quæ utique pro hac Christi sententia facient, & testimonia Judæorum insuper non semodio aut modio, sed, quod non improbe dico, toto fere horreo possemus depromere. Sane ex præcipitantia quadam Maimon hæc non dixit: neque a nostratibus supposita sunt, alias toties, eodem in auctore, non occurrerent. Nonnulla huc transferre lubet, ne ex verbis modo prædictis improbus fiam & gloriolus. Ita idem auctor in ejusd. cap. §. 1. tradit: דחויה היא שבת אצל סכנת נפשות כשאר כל המצות׃ לפיכך חולה שיש בו סכנה עושין לו כל צרכיו בשבת על פי רופא אומן של אותו מקום׃ ספק שהוא צריך לחלל עליו את השבת ספק שאינו צריך וכן אם אמר רופא אחד לחלל עליו את השבת·ורופא אחר אומר אינו צריך מחללין עליו את השבת שספק נפשות דוחה את השבת h. e. *Violetur Sabbathum in vitæ periculo, haud secus, ac reliqua præcepta omnia. Propterea ægroto, periculose decumbenti, omnia præstant necessaria, ad præscriptum medici, in isto loco practici. Dubium sit, utrum necesse habeat, ut ejus causa profanetur Sabbathum, an minus necessitas urgeat; item quando medicorum unus judicat, ejus caussa Sabbathum violandum esse, alter neutiquam; violant nihilominus ejus causa Sabbathum.* QUIA DUBIUM CIRCA VITAM PROPELLIT SABBATHUM. Hæc autem referri magis, quam omnino permitti, aut præcipi, forte dicturus es? Neutiquam sane obscurum est, quid secundum verba hæc fieri oporteat. Verum ne & hoc quidem objiciant, paragraphum hujus capitis illico consequentem additurus sum. אמרותו ביום השבת שהוא צריך לכך וכן לשמנה ימים אין אומרים נמתין עד הערב כדי שלא לחלל עליו שתי שבתות אלא מתחילין מהיום שהוא שבת ומחללין עליו אפילו מאה שבתות כל זמן שהוא צריך ויש בו סכנה או ספק סכנה מחללים׃ ומדליקין לו את הנר ומכבים מלפניו את הנר ושוחטין לו ואופין ומבשלין ומחמין לו המין בין להשקותו בין לרחיצת גופו כללו של דבר שבת לגבי חולה שיש בו סכנה הרי היא כחול לכל הדברים שהוא צריך להן h. e. *Judicent eum, quod die Sabbathi hoc indigeat, nec minus post octiduum; ne dicant,*

*dicant, expectemus ad vesperam usque, ne ejus causa duo violemus Sabbatha. Sed incipiant eo ipso die, qui Sabbathum est, ac violent ejus causa etiam centena Sabbatha, quam diu scilicet eo indiget, atque periculum in eo est, aut dubium, an forte periculosum sit. Hinc accendunt ei candelam, eamque rursus extinguunt propter ipsum: mactant ei, & coquunt, atque elixant: item calefaciunt calida, sive ad potum ejus, sive ad corporis ablotionem.* (en quod volumus) *Canon rei universalis:* SABBATHUM RESPECTU AEGROTI, PERICULOSE DECUMBENTIS, EST INSTAR DIEI PROFESTI, QUOAD RES OMNES, QUIBUS IPSE INDIGET. Profecto ex tot jucundissimis locis ægre dijudico, quemnam alteri merito præponam. Denuo verba jam citati auctoris placent, quæ in Commentario ad יומא c. VIII. *θ. 6.* affert: ואמרם כל ספק נפשות דוחה את השבת להזהירך ולזרז אותך להקדים ולהתחיל בזה הענין ושלא לאחרו ואפילו בשבת הראשונה מן החולי שהחולה סובל חוליו ושלא נאמר אין ספק החולי יתמיד עד לשבת האחרת ונצטרך לחלל עליו השבת על כן נניחהו היום עד למחר כדי שלא נחלל עליו שני שבתות h. e. *Quando dicunt*, QUODCUNQUE DE VITA DUBIUM IMPELLIT SABBATHUM, *admonere te volunt atque excitare, ut cito ac festinans hoc negotium suscipias, neque moram nectas, etiam primo morbi Sabbatho, quo ægrotus suum suffert morbum. Neque dicamus: non est dubium, quin hic morbus duraturus sit in Sabbathum subsequens, & ejus causa coacti, Sabbathum profanare debebimus. Quapropter relinquamus eum hodie usque ad diem crastinum, ne ejus causa duo profanemus Sabbatha.* Quæ, si delicatulis ex eodem toties auctore non pro stomacho sunt, legere insuper ex *Gemara* habent Codicis יומא fol. 84. b. l. 16. seqq. unde locus hic desumebatur. Pulcre omnibus, quæ huc ex Maimonide ferebamus, verba respondent in יומא fol. 82. a. l. 25. comprehensa: אין לך דבר שעומד בפני פקוח נפש חוץ מע"ז וגלוי עריות ושפיכות דמים i. e. NIHIL *quidquam est, quod* CONSERVATIONI VITAE RESISTAT, *nisi idololatria, incestus, & homicidium.* Ibidem fol. 83. a. l. 23. כל ספק נפשות דוחה את שבת. i. e. *Omne dubium vitæ propellit Sabbathum.* Cætera, & quidem plurima, quibus idem dicitur, ne nimium actio distrahatur, brevitatis ergo omittimus. Præsertim cum jam nulli non constare possit, quod Deus legem nobis propter nosmet conservandos dederit: neque unquam voluerit, ut illa, quam nos ipsi, habeatur potior. Quo videre est cuique, quam congruenter Christus verbis *Marci* II, 27. traditis, summis Judæorum Magistris responderit. Præterquam quod abutuntur illi sæpius hoc dicto, &, ut facere amant, in sensum vere reprobum detorquent. De quo suo loco erit dicendum.

§. V. Longe adhuc explicatior erit hæc ratio, si legum omnium, quas a Deo habemus, moralium civiliumque eandem quoque constitutionem esse, ostendemus, *ut hominum* scilicet *tueantur commoda*. Ne autem nimium prolixi in hoc negotio simus; illa fere evolvemus, quarum transgressio Judæis omnino est horribilior. Ne gentes quidem nonnulli a præcepto, de discrimine ciborum, excludunt *Lev.* XX, 25. tradito: והבדלתם בין הבהמה הטהרה לטמאה ובין העוף הטמא לטהור ולא תשקצו את נפשותיכם בבהמה ובעוף ובכל אשר תרמש האדמה אשר הבדלתי לכם לטמא i. e. *Vos igitur discernetis inter bestiam mundam & immundam, inter avem immundam, & mundam: neque abominandas efficietis animas vestras ulla bestia, aut ave ulla, aut ullo, quod premit terram, quæ discrevi vobis;* si caussam imprimis *Maimonidis*, Medicorum ex Judæis præstantissimi, tuto sequi licet. Hujus enim verba in *More Nev.* part. 3. cap. 48. audire juvat:
ואומר כי כל מה שאסרתו התורה עלינו מן המאכלים מזונם מגונה
ואין בכל מה שנאסר עלינו מה שיספק שאין הזק בו רק החזיר והחלב
ואין הענין כן כי החזיר יותר לח ממה שצריך ורב הפסולת והמותרות
ורוב מה שמאכתו התורה לרוב לכלוכו ומזונו בדברים הנמאסים וכבר
ידעת הקפדת התורה על ראיית הלכלוכים ואפילו בשדות במחנה כל
שכן בתוך המדינה ואלו היתה מותרת אכילת החזיר היו השווקים עם
הבתים יותר מלוכלכים מבית הכסא כמו שתראה ארצות הצרפתים
היום כבר ידעת אמרם פי חזיר כצואה עוברת דמי וכן הלב הקרב
משביע ומפסיד העכול ומוליד דם קר מדובק ושרפתו חיתה יותר ראויה
מאכילתו וכן הדם והנבילה קשים להתעכל ומזונם רע וידוע שהטרפה
תחלת נבלה היא ודע שאלו הסימנים רוצה לומר העלאת גרה
ושסיעת פרסה בבהמות וסנפיר וקשקשת בדגים אין מציאותם
סבת ההתר ולא העדרם סבת האסור ואמנם הם סימן יודע בו
המין המשובח מן המין המגונה: Quæ ita reddidit Cl. Buxtorfius p. 495. *Dico ego, quod omnes illi cibi, qui in lege nostra nobis sunt probibiti, alimentum babeant vitiosum: nec quidquam inter omnia illa vetita esse, de quo dubitari possit, an noxium sit, nec ne, nisi porcus & adeps. Verum nullus bic dubitationi locus est. Nam porcus nimis bumidæ est naturæ. Potissima autem causa, propter quam lex nobis probibuit carnibus suillis vesci, est fæda porcorum sordities, & quod multas, sordidasque res comedant. Nosti enim, quam anxie lex omnes sordes, omnemque immunditiem probibuerit, in agris quoque & castris: ut nil dicam de ipsis urbibus. Quod si autem permissum esset porcos comedere, plateæ & domus omnes longe sordidiores essent, quam sterquilinia & latrinæ, sicut in Galliis bodie videre licet. Scis enim, quòd vulgo Rabbini dicant: Fauces porci similes esse stercori transeunti. Atque ita*

*ita Adeps intestinorum nimis satirat, concoctionem impedit, sanguinemque frigidum & crassum generat; unde longe satius est, ut comburatur, quam ut comedatur. Sanguis & morticinum difficilis sunt digestionis, & pessimi nutrimenti.* Trepha, sive *discerptum quod attinet, est nihil aliud quam initium morticini. Signa illa revocationis, vel ruminationis cibi, & fissionis ungularum, in bestiis, pinnarumque & squamarum in piscibus, noveris illa non esse caussas, propter quas sint licitæ & permissæ: sicut nec defectus illorum, caussas, cur probibeantur: sed signa tantum, unde nobilis & insignis aliqua species, ab alia minus præstantiore & noxia potest discerni.* Quorum animalium carnes sicubi comedimus; nulla nobis, imo ipsis gentilibus hujus faciendi alia est ratio, quam urgens illa necessitas: ut videre est ex verbis *Taciti Hist.* l. IV. c. 60. n. 2. *profana fædaque in usum necessitas vertit.* Quæ caussa æque a Judæis, quam nostratibus comprobatur. Ex usu apud nos quotidiano istud constat, apud illos autem haud infrequenter ostendi ex libris potest. De suilla ex tit. Talm. יומא fol. 82. a. l. 23. hæc denuo addidisse juvabit: ת״ר עוברה שהריחה בשר קדש או חזיר תוחבין לה כוש ברוטב ומניחין לה על פיה אם נתישבה דעתה מוטב ואם לאו מאכילין אותה רוטב עצמו ואם נתישבה דעתה מוטב ואם לאו מאכילין אותה שומן עצמו שאין לך דבר שעומד מפני פקוח נפש חוץ מע״ז וגלוי עריות ושפיכות דמים: h. e. *Tradunt Rabbini nostri: quando mulier gravida odoratur carnem sanctam, aut suillam, infigunt cuspidatum aliquid ad succum, & apponunt ori illius: si desiit appetere, bonum est; sin minus, in cibum ei permittunt ipsam pinguedinem, quia nulla res tibi propter conservationem vitæ dubia est, præter idololatriam, incestum, & cædem.* Notanter dicunt: אין לך דבר שעמד מפני פקוח נפש NULLA RES IN DISCRIMINE VITAE DUBIA TIBI SIT. Possumus enim de immundis omnibus idem promiscue ex Judæorum Doctoribus ostendere, quod jam referebamus de suilla. Iterum ex יומא fol. 83. a. l. 21. exscribi verba debent, quæ promiscue, de immundis omnibus, sicubi necessitas postulat, licentiam nobis faciunt מי שאחזו בולמוס מאכילין אפילו טמאים עד שיאירו עיניו h. e. *Si quem apprehendit appetitus insatiabilis, cibant eum vel rebus immundis, donec illustrentur oculi ejus.* Confer יומא in *Mischna* c. 8. §. 6. Glossa tradit: oculos isto morbo laborantium caligare, lumen autem rediens sanitatis indicium esse. Sic Davidem laborasse hoc morbo perhibent, cum panes Sacros comederet 1. *Sam.* XXI, 7. conf. de hoc *Jalkut* part. 2. fol. 18. col. 4. Asinorum carnes & canis jecur ægrotis porrigunt, יומא fol. 84. a. l. 21. מי שאחזו ורקון מאכילין אותו בשר חמור מי שנשכו כלב שוטה מאכילין אותו מחצר הכבד. h. e. *Si quis aurigine laborat, suasores sunt, ut carnem asini comedat; si*

*ſi quem canis rabidus momordit, hortantur, ut de reticulo jecoris* (ejusdem canis) *recipiat*. Verum quid in hiſce levibus tam operoſi ſumus? Ipſum Paſcha in pollutione tota eccleſia celebrat, *Peſach.* fol. 66. b. lin. 3. 1. fol. 67. a. l. 16. Et ob mortuum polluti ingredi in ipſum atrium poſſunt, pollutis nimirum pleriſque. ib. l. 2. Ne vivam! ſi non Judæi in neceſſitatis illa ratione tam faciles ſunt, ut merito hominum levitatem pius quisque horreat, atque aſpernetur. Adeo enim curæ ipſis pietas eſt & religio, ut ne quidem clauſulam illam cit. חוץ מע'ז וגלוי עריות ושפיכות דמים inviolabilem putent, ſi nimirum פקיח נפש aliqua *vitæ neceſſitas*, ſeu periculum puſillanimos; imo (turpe dictu) prava quædam libido laſcivos impulerit. Egregios iſtos hominum mores vide in *Bereſch. rab. ſect.* 15. f. 47. col. 1. l. 27. ubi tradunt: אמר רבי נחמן בר חנין כל מי שהוא לוהט אחר בולמוס של עריות סופו שמאכילין אותו מבשרו h. e. *Ex ſententia R. Nachman fil. Channin, quicunque ardet appetitu, ſive concupiſcentia libidinum; ejus finis eſt, ut veſcatur carne ſua propria.* Lotum talem fuiſſe impii ibidem impudice aſſerunt, atque ideo filiarum ſuarum concubitu ſeſe tandem explevisse. Quod exemplum multum horrore ſuo ſuperatur ab illo, quo etiam idololatriæ peccata, ſi in vitæ diſcrimine ſunt, hominibus concedunt. Quod in eod. Avod. ſara fol. 27. b. l. 24. his verbis expreſſum legimus: מנין שאם אומרים לו לאדם עבוד ע'ז ולא תהרג שיעבוד ואל יהרג ת'ל וחי בהם ולא שימות בהם h. e. *Undenam conſtat, quod, ſi cuipiam hominum dicant, cole Deos alienos, & non occideris, licitum ſit colere eosdem, ne moriatur? quia dicit Scriptura, ut vivat* (homo) *per eadem* (Dei præcepta), *non moriatur*. Vides malitiam hominum & injuriam? Præcepta, quæ propter ipſum Venerabile Numen data nobis ſunt, ſaluti ſuæ ac vitæ poſtponunt, atque ita Deo ipſi ſeſe præferunt: & Chriſtum, hominem Sabbatho, quod nonniſi hominum gratia inſtitutum eſt, antehabentem (neſcio, an inſane magis dicam, quam malitioſe) damnant.

§. VI. In remotius fere digreſſus ſum: redeundum ergo ad quæſtionem eſt, & quid porro Judæi regerant, conſiderandum. Hæc omnia reperiri in ſuis libris non equidem ire Judæi inficias poſſunt. Verum ne propter præcedentis paragraphi ambages, ipſius cauſæ noſtræ rationum inopes nos, & monſtratu fortaſſis difficile dicant; quod nimirum Sabbatho faciant, quæ a Rabbinis quibusdam conceduntur: prævenire objectioni malevolorum locis quibusdam volumus; queis abunde videbitur, non modo licere Judæis, ut, ſi neceſſitas exigit, laboribus quibuscunque & manuum opera officioſi erga homines ſint, diebus quieti debitis: verum etiam reapſe illud a Judæis fieri, ac factum eſſe, paſſim in ipſorum ſcriptis referri. Omnia

Omnia exscribere, longum esset; & pene nulla, seu nimium pauca, accusatoribus forte gloriosum. Ut igitur in neutro peccemus, tantum adhibebimus, quantum benevolo Lectori non poterit fieri molestum. In *Maimon.* Hilc. שבת c. 2. §. XI. & XIII. Parturienti omnia necessaria præstare dicuntur: nec non §. XIV. Infanti umbilicum secare, lavare eum, ac fasciis involvere: ac denique §. XV. muliere in partu mortua, fœtum extrahere. En ipsius commemorati Auctoris verba, quoad ultimum, ne, in recensendis omnibus, patientia lectoris abuti videar: האשה שישבה על המשבר
ומתה מביאין סכין בשבת אפילו דרך רשות הרבים וקורעין את כריסה
ומוציאין את כריסה ומוציאין את הוולד שמא ימצא חי שספק נפשות
דוחה את השבת אפילו לזה שאין חזקתו חי h. e. *Si qua mulier sedens in sella parturientis decumbat, afferunt cultrum ipso Sabbatho, etiam e loco publico, & ventrem dissecant, extrahuntque fœtum, quo forte vivus reperiatur: quia dubium vitæ propellit Sabbathum, atque eodem modo propter talem, qui vivus non præsumitur.* Simile huic vide Cod. שבת cap. XVIII. θ. 3. אין מילדין את הבהמה ביום טוב אבל מסעדין· ומילדין את האשה
בשבת וקורין לה חכמה ממקום למקום ומחללין עליה את השבת
וקושרין את הטיבור רבי יוסי אומר אף חותכין וכל צורכי מילה עושין
בשבת h. e. *Non obstetricantur bestiæ fœtum enitenti die festo, sed auxiliantur ei. Mulieri autem obstetricantur in Sabbatho, & accersunt ipsi sapientem* (obstetricem) *e loco uno in alium: & profanant ejus causa Sabbathum, & ligant umbilicum. R. Jose inquit, etiam secant. Et quæcunque ad circumcisionem necessaria sunt, peragunt in Sabbatho.* Gemar. l. c. fol. 128. b. l. 25. seqq. כיצד מסעדין רב יהודה אמר אוחז את הולד שלא יפול לארץ רב
נחמן אמר דוחק בבשר כדי שיצא הולד תניא כוותיה דרב יהודה כיצד
מסעדין אוחזין את הולד שלא יפול לארץ ונופח לו דד לתוך פיו כדי
שיניק אמר רש׳ בג מרחמין היינו על בהמה טהורה ביום טוב היכי
עביד אמר אביי מביא בולל של מלה ומניח לה בתוך הרחם כדי
שתזכור צערה ותרחם עליו ומזלפין מי שליא על גבי ולד כדי
שתריח ריחו ותרחם עליו ודוקא טהורה אבל טמאה לא
h. e. *Quomodo autem auxiliantur* (ei)? *Rab Juda inquit: sustinet* (quis) *fœtum, ne in terram decidat. Rab Nachman ait, reprimere quempiam carnem, ut fœtus prodeat. Mischna exotica cum R. Juda conspirat. Quomodo auxiliantur? Sustinent fœtum, ne in terram procidat, & sufflat ei quispiam in nares, & ori ejus mammam indit, ut sugat. R. Simeon filius Gamaliel refert; quando dicitur, quod misereantur*, sive *misereri faciant* (ad lit. *viscera* seu *uterum moveant*, & æstuare faciant,) *intelligendum* id esse *de jumento mundo in die feriato. Quomodo* vero *facit? Respondet Abai: affert aliquantu-*



lum

*lum salis, atque conspergit eo uterum, ut, angustia sua in memoriam revocata, ejus* (fœtus) *misereatur: etiam offundunt aquas secundinæ super fœtum, ut ejus odore percepto, illius misereatur. Id quod unice de mundo est intelligendum, de immundo neutiquam.* Quæ denuo, in *Maim.* Hilc. י״ט c. 4. §. 16. reperies. Huc insuper pertinent, quæ in יומא fol. 84. a. l. 29. recensentur in h. m. מקיזין דם לסרונכי בשבת ומי שנשכו כלב שוטה מאכילין אותו מחצר כבד שלו׳ והחושש בפיו מטילין לו סם בשבת וחכמים אומרים באלו אין בהן משום רפואה h. e. *Venam secant anguina laboranti in Sabbatho: &, si quis a cane rabido morsus fuerit; præbent ei comedendum de reticulo jecoris ejus* (canis): *& qui dolet ex ore, ei porrigunt aromata in Sabbatho. Quamvis Sapientes nostri dicant de his, nullam in illis inesse sanationis vim.* Plurimis adhuc locis pro nobis *Maimon* facit in Hilc. שבת c. 2. §. 18. מי שנפלה עליו מפולת ספק הוא שם ספק אינו שם מפקחין עליו מצאוהו חי אע״פי שנתרוצץ וא״א שיבריא מפקחין עליו ומוציאין אותו לחיי אותה שעה h. e. *Si quis ruina fuerit oppressus, re dubia, an ibi sit, an secus; aperiunt circa ipsum: quem si invenerint vivum, utut ita conquassatus sit, ut sanitati nequeat restitui; curam ejus agunt, atque extrahunt etiam ad vitam momentaneam.* Tanti ex ipsa Rabbinorum sententia hominum æstimanda vita est; ut vel pars ejusdem minutissima, quamvis & hæc dubia sit, ipso Sabbatho haud dubitanter ante habenda sit. Quod dum in singulis valet, multo magis in universo (ubi salus regionum, urbium, atque familiarum agitur,) excusabile est. Unde pergit Auctor l. c. §. XXIII. כותים שצרו על עיירות ישראל אם באו על עסקי ממון אין מחללין עליהן את השבת ואין עושין עמהן מלחמה׃ ובעיר הסמוכה לספר אפילו לא באו אלא על עסקי תבן וקש יוצאין עליהן בכלי זיין ומחללין עליהן את השבת׃ ובכל מקום אם באו על עסקי נפשות או שערכו מלחמה או שצרו סתם יוצאין עליהן בכלי זיין ומחללין עליהן את השבת. ומצוה על כל ישראל שיכולין לבוא ולצאת ולעזור לאחיהם שבמצור ולהצילם מיד הכותים בשבת. ואסור להן להתמהמה למוצאי שבת. וכשיצילו את אחיהן מותר להן לחזור בכלי זיין שלהן למקומם בשבת כדי שלא להכשילן לעתיד לבוא׃ h. e. *Si gentiles, civitates Israelitarum obsidentes, ad solas divitias diripiendas venerint, Sabbathum non violant propter ipsos, commisso cum illis prælio. At in civitate maritima, ut ut solius frumentationis gratia venerint, egressi contra ipsos armis bellicis, violant ea propter Sabbathum. Ubicunque vero ad occidendum veniunt, sive bellum fecerint, seu nuda cingant obsidione, egressi contra ipsos armis bellicis, violant ea propter Sabbathum. Habetur præceptum omni Israelitæ impositum, quo, si potest, obligatur, ut egrediatur & juvet fratres suos obsidione cinctos, eripiat-*

*piatque in Sabbatho e manu gentilium. Et ſevere interdictum eſt ipſis, ne cunctentur ad exitum uſque Sabbathi. Etiam liberatis fratribus ſuis, conceſſum eſt ipſis, die Sabbathi cum armis bellicis ad ſuum locum reverti: ne proſternant eos hoſtes poſtliminio.* Prolixiores fieri videmur tot locorum allegationibus: abrumpamus ergo confirmationis ulterioris filum, ſi hoc unum inſtar clauſulæ adjecimus, quod antecedenti pulcre reſpondet, & paragrapho ibidem XXIV. ab eodem rurſus auctore annexum eſt: וכן ספינה המטורפת בים או עיר שהקיפו כרקום או נהר מצוה לצאת בשבת להצילן בכל דבר שיכול להצילן ואפילו יחיד הנרדף מפני הכותים או מפני נחש או דוב שהוא רודף אחריו להרגו מצוה להצילו ואפילו בעשיית כמה מלאכות בשבת ואפילו לתקן כלי זין להצילו מותר. ותוקעין עליהן ומתפללין בשבת ומתריעין עליהן לעזור אותם׃ ואין מתריעין ולא זועקין על הדבר בשבת׃ h. e. *Atque ita, ſi quæ navis in mari piratis infeſtetur, aut civitas cingatur propugnaculo, vel vallo; jubentur egredi in Sabbatho, eosque, quacunque re poſſunt, diripere.* Imo propter unicum multi jubentur hunc auxilii laborem ſuſcipere ut ex ſequentibus videri poteſt. *Quod ſi vel unicus proſecutionem patiatur a gentilibus, vel ſerpente, vel ab urſo, qui interfecturus eum inſequitur; jubentur eum eripere in Sabbatho, etiam tot editis operibus, & ipſis quoque hunc in finem fabricatis armis bellicis. Et clamant propterea auxilium implorantes Sabbatho, ac claſſicum canunt eapropter, ad ſuppetias illis ferendas: quamvis alioquin ob rem aliam in Sabbatho nec implorent auxilium, nec clamitent.* E quibus clarum cuique eſt, non obtemperandum eſſe religioni, neque dubitandum de auxilii licentia, hominibus, quando periculo quodam vitæ vexantur, in die Sabbathi ferendi.

§. VII. Ita abunde quidem oſtenſum eſſe Judæis crediſiſſem, quanta illa neceſſitatis vis in diſcrimine vitæ ſit; niſi porro ſiniſtris ſuis objectionibus carpere nos vellent. Dicturi enim videntur, non prohiberi ſuis legibus, ne hominibus in die Sabbathi ſubveniatur, ſi *in difficili ſalutis caſu* ſunt: Verum tamen ex verbis ipſius *Maimonidis*, toties noſtri teſtis, & aliorum inſuper oportere, ut voluntate illud Synedrii Patrum aut Sapientum fiat, ſine quorum aſſenſu, vel comprobatione nihil eſſe tentandum. *Maim.* שבת c. II. §. 1. דחויה היא שבת אצל סכנת נפשות כשאר כל המצות׃ לפיכך חולה שיש בו סכנה עושין לו כל צרכיו בשבת על פי רופא אומן של אותו מקום. ספק שהוא צריך לחלל עליו את השבת ספק שאינו צריך וכן אם אמר רופא לחלל עליו את השבת ורופא אחד אומר אינו צריך מחללין עליו את השבת שספק נפשות דוחה את השבת׃ h. e. *Violetur Sabbathum in vitæ periculo, haud ſecus ac reliqua*

 *præ-*

*præcepta omnia. Propterea ægroto periculose decumbenti omnia præstant necessaria, ad præscriptum medici in isto loco Practici. Si dubium sit, utrum necesse habeat, ut ejus caussa profanetur Sabbathum, an minus necessitas urgeat: item quando medicorum unus judicat, ejus caussa Sabbathum violandum esse, alter neutiquam; violant nihilominus propter ipsum Sabbathum, quia dubium circa vitam propellit Sabbathum.* Id quod longe aliter a Christo factum esse constaret, qui indicta caussa, ac nesciis Synedrii Patribus, jus & sanctitatem Sabbathi violasset. Parum autem & leviter factum excusant, qui longum Hierosolymorum dissidium prætendunt: etenim in quacunque hominum multitudine Judicium a Judæis constitutum audies, si dictum denuo Auctorem consulis Hilc. *Sanhedrin* cap. 1. §. IV. Neque hic ratione utar, quæ omnium optima utique ac firmissima esset; Christum scilicet, tanquam legis Principem, prævalere omnibus Judæorum Magistris: quod jam ex supra dictis firmum est. Sed, quia ultro esse malivoli volunt, quam ex suorummet Doctorum sententiis hujus facti jus & æquitatem prospicere habeant, quanta fieri potest, brevitate, ostendam. Quantum in mora periculum, & quam suspecta eadem ipsis Judæorum Rabbinis sit, supra, ex Commentario *Maim.* ad יומא c. 8. θ. 6. החולי סובל החולי *morbus morbum trahit*, & locis aliis patefecimus: & severe omnem cunctandi rationem in gravi vitæ casu, prohibitam Judæis esse, ibid. in *Maim.* didicimus, qui Hilc. Schabb. c. II. §. II. inquit: אמדוהו ביום השבת שהוא צריך לכך וכן לשמנה ימים אין אומרים נמתין עד הערב כדי שלא לחלל עליו שתי שבתות אלא מתחילין מהיום שהוא שבת ומחללין עליו אפילו מאה שבתות כל זמן שהוא צריך ויש בו סכנה או ספק סכנה מחללין h. e. *Judicent eum die Sabbathi indigere hoc, nec minus post octiduum; ne dicant, expectabimus ad vesperam usque, ut ne ejus causa duo violemus Sabbatha: sed incipiunt in eo ipso die, qui Sabbathum est, ac violant ejus causa etiam centena Sabbatha; quamdiu eo indiget, atque periculum in eo est, aut dubium, an forte periculosum.* Et l. c. §. XXIII. ואסור להן להתמהמה למוצאי שבת h. e. *Severe interdictum est istis, ne cunctentur ad finem usque Sabbathi.* Quam festinationem, ne post consultum jam Synedrium intelligant; suis iterum scriptis præoccupandi sunt. Istud autem ex eodem toties nobis dicti *Maimonidis* capite II. Hilc. Schabb. §. XVI. sine ullo prorsus studio efficimus. Ibi enim ita commentus est Rabbi: מפקחין פיקוח נפש בשבת ואין צריך ליטול רשות מב״ד והמקדים להציל הנפש הרי זה משובח h. e. *Curam adhibent vitæ conservandæ in Sabbatho, non accepta prius a Synedrio venia: & quo magis quis festinet vitæ succurrere, eo majore laude censetur dignus.* Expressius illud idem paulo

lo post declarat l. c. §. XVII. נפל התינוק לבור עוקר חוליא ומעלהו ואע״פ שהוא מתקן בה מדרגה בשעת עקירתו. ננעל דלת בפני תינוק שובר הדלת ומוציאו ואע״פ שהוא מפצל אותה כמין עצי שראויין למלאכה שמא יבעת התינוק וימות. נפלה דליקה ויש שם אדם שחוששין שמא ישרף מכבין אות׳ להצילו מן האש ואע״פ שהוא כובש דרך ומתקנ׳ בשעת כיבוי וכל הקודם להציל הרי זה משובח ואינו צריך ליטול רשות מב״ד בכל דבר שיש בו סכנה: h. e. *Inciderit infans in foveam, remota arena eum* (aliquis) *extrahat: ut ut gradum in illo efficiat, dum eam removet. Obseruantur fores infanti præsenti; diffractis foribus, educat ipsum: ut ut findat eas lignorum instar ad opus comparatorum. Ne forte perterrefactus infans moriatur. Si, incendio diffuso, homo existat ibi, de quo, ne comburatur, sunt soliciti; restinguunt illud, ut ex igne hominem eripiant: ut ut viam sternat, eamque dum restinguit, apparet. Et quisquis accelerat periclitantem eripere, laude censetur dignus:* NEC OPUS HABET LICENTIAM PETERE A SYNEDRIO IN RE QUACUNQUE, QUAE CUM PERICULO EST CONIUNCTA. Ad quam licentiam si forte esse difficiles cupiunt, quia pro caussa salutis nostræ Recuperatoris factura est; damnamus eo magis reprobos, quia eodem in casu multo ipsimet liberiores sunt, ut in eodem Operis sui capite, §. V. iterum *Maimon* fatetur, verbis hic adscriptis: אם יש מכה בחלל גופו מן השפה ולפנים בין בפיו בין במעיו בין בכבדו ובטחולו או בשאר מקומות כל שיש בחללו הרי זה חולה שיש בו סכנה ואינו צריך אומד שחוליו כבד הוא לפיכך מחללין עליו את השבת מיד בלא אמידה. ומכה שהיא בגב היד וגב הרגל הרי היא כמכה של חלל ואינה צריכה אומד ומחללים עליה את השבת. וכן כל חולי שהרופאים אומרין שזה יש בו סכנה אף על פי שהוא בעור הבשר מבחוץ מחללין עליו את השבת על פיהם: h. e. *Si vulnus est in concavo corporis, a labiis atque interius, sive in ore, seu in intestinis, seu in jecore, aut liene, vel locis reliquis; talis est in numero ægrotorum periculose decumbentium: nec opus est, æstimetur, an gravis sit morbus ipsius. Propterea violant ejus causa Sabbathum e vestigio, non prævia æstimatione. Etiam vulnus super manum ac pedem est instar vulneris concavi, quod non indiget æstimatione, & violant propter illud Sabbathum. Atque ita omnis morbus, cui periculum inesse pronuntiant medici, ut ut in cute carnis sit exteriore: violant propter eum Sabbathum, ad ipsorum pronuntiatum.* Quæ inter festinandum sufficere contra Judæorum accusationes possunt: ut coacti jam convictæ illius malitiæ opprobrio, omnem vitæ necessitatem juvari a quovis hominum juste debere fateantur, ac nobiscum comprobent,

## Cap. III.

### §. I.

Ut autem in gravioribus illis nihil sese contra Servatoris nostri caussas effecisse isti viderint; mordent tamen eum, & allatrant, nescio quo cæco furore, in illis, quæ palam multo leviora sunt, & cuique sine studio vera esse ac recta ostenduntur; sive ex Sacris Scriptoribus, vel illo rationis lumine, sive ex ipsis iterum Rabbinorum libris istud fieri a nobis postulent. Age ergo, audiamus porro accusatores. Haud omnino sine recti specie ludi ille Magister, quem Lucas cap. XIII, 14. meminit, populum ægrotos ad Christum die Sabbathi, ut eosdem sanaret, adducentem, ex ipsis Sacræ Scripturæ testimoniis corripit, dicendo eidem, non autem Christo, quem ex injustæ caussæ conscientia verebatur: *Ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι· ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου. Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, ut sanemini, & non in die Sabbathi.* Vix, si verum fatear, audiendus est, vel pro accusatore Servatoris nostri habendus, qui palam caussam suam concedit, & ipsi Domino nequicquam obstare conatur; sed tantummodo contra discipulos invehitur, ne ægrotos die Sabbathi Christo offerant. Verum ut & ipsius simul, & illorum, denique omnium, qui hypocritam sequuntur, artificium, quod alte absconditum putant, destruendo detegam; malam pessimi artificis mentem interpretatione quadam perspicuam dabimus: ac tandem, pro actionis hujusce scopo, ex Doctorum gentis Judaicæ sententia dijudicabimus. Procul dubio aliquamdiu cum Servatore nostro de præcepto Sabbathi disputavit, & turpiter sese bene facta improbando, omnibus, qui una aderant, auditoribus dedit: vel Christum, Doctissimorum omnium, gentis suæ, Rabbinorum victorem vidit, cum ipsum salutis hominum discrimen, propter Sabbathum oportere negligi statuerent. Inde in arctius contrahit hypothesin, neque amplius illam vitæ necessitatem impugnat. Sed non ita in amplum limitationis istius sensum arguit esse dimittendum. Id quod Christum fecisse suis persuasurus est, cum promiscue die Sabbathi sanasset, quorum salutem ulterius differendo, unius saltim, vel alterius diei mora utique non perdidisset. Antequam ergo Servatoris nostri verbis hominem convincamus; dispiciemus non nihil, quousque apud Judæos ista necessitatis licentia extendatur.

§. II. Ex verbis supra a *Maim.* in Comment. ad יומא c. 8. *θ. 6.* leviter mutatis חולי סובל חוליו *morbus suum affert morbum;* non obscurum est,

eſt, omnia, vel leviora, valetudinis vitia Judæis periculoſa fuiſſe, & ad caſum neceſſitatis connumerata. Verum non ex his ita late dictis deſtruere objecta volumus, habentes inſuper alia, quæ longe ſignificantiora ſunt, & apertius pro noſtra cauſſa faciunt. Certent Judæi quovis modo, pro illo *vitæ periculo*, & unicam iſtud profanandi Sabbathi rationem habeant: nos ad illa omnia admittenda ſumus facillimi, cauſſæ Servatoris noſtri juſtitiam planam exinde & obviam omnibus reddituri. In longum ut digrediamur, hic non eſt opus: *Maimonidem* rurſus, dum in manu eſt, audiamus, in Hilc. *Schabbath* c. II. §. IV. החושש בעיניו והוא שיהיה בשתיהם או באחד מהם ציר או שהיו דמעה שותתות מהם מרוב הכאב או שהיה דם שותת מהן או שהיה בהן קדחת וכיוצא בחלאים אלו הרי זה בכלל חולה שיש בהן סכנה ומחללין עליו את השבת ועושין לו כל צרכי רפואה: h. e. *Laboret quis dolore oculorum, ſive in utroque, ſive in alterutro ſit lippitudo, aut lacrumæ ex illis, ob mæroris multitudinem, deſtillent, aut ſanguis; ſive inflammatio eis inſit, aut morbus quidam his ſimilis: talis eſt in numero ægrotorum periculoſe decumbentium. Propterea violant ejus cauſſa Sabbathum, & faciunt ipſi omnia ad ſalutem conducentia.* Et paragrapho ſtatim ſubſequente, quam pluribus allegatam ſupr. ad capitis ſecundi calcem, adſpeximus. Conf. etiam Cod. שבת f. 12. b. l. 6. *Maimonides* vero in Hilc. Schab. l. c. §. VI. הבולע נימא של מים מחמין לו חמין בשבת ועושין לו כל צרכי רפואה מפני שהיא סכנת נפשות. וכן מי שנשכו כלב שוטה או אחד מזוחלי העפר שממיתין אפילו היו ספק ממיתין ספק אין ממיתין עושין לו כל צרכי רפואה: h. e. *Deglutiat* (inquit) *quis ſanguiſugam aqueſtrem, calefaciunt ipſi calida in Sabbatho, ac præſtant omnia ad ſanitatem conducentia: quia id cum periculo vitæ eſt conjunctum. Atque ita, ſi quem canis rabidus momorderit, aut aliud ex inſectis, quorum morſus mortem inferre ſolet; ut ut dubium ſit, mortem ne inferat, an minus: præſtant* (etiam) *ipſi omnia ad ſanitatem conducentia.* Ex quibus ſatis amplitudo Judæorum neceſſitatis, quam Chriſtus nunquam eſt transgreſſus deprehenditur.

§. III. Quod ſi contra hæc omnia excipiunt, condonare ſe nobis, quæ de neceſſitate hactenus, itemque de ſanatione inconſulto Synedrio, nec non de caſibus levioribus, ſummæ neceſſitati æquiparandis demonſtravimus. Sed tamen illud ſe minus probare, quod remediis, de quorum virtute, aut ſanandi viribus nemini, imo neque ipſis Medicis conſtat, contra jus Rabbinorum & conſtitutiones, mederi ſuis ægrotis ſolitus fuerit. Prohibent enim iidem medelis contra ægrotorum mala uti, ſi virtutis earundem certitudo non penitus Medicis eſt cognita, vi verborum יומא fol. 83. a. l. 22.

a. l. 22. מי שנשכו כלב שוטה אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו ור׳ מתיא בן חרש מתיר h. e. *Si quem canis rabidus momorderit, non præbent ipsi comedendum de reticulo jecoris ejus* (en pacem hominum, & inter ſeſe concordiam!); *quamvis R. Matthias filius Chares id permiſerit.* Gloſſa marg. ad hæc verba: ואעפ שנוהגין הרופאין ברפואה זו אינה רפואה גמורה להתיר לו איסור בהמה טמאה על כך: ור׳ מתיא בן חרש מתיר קסבר רפאה גמורה היא: h. e. *Ut ut conſueverint medici hanc adhibere medelam: non eſt medela perfecta, ut ea propter permittatur ei jumentum immundum, alioquin prohibitum. Ideo autem R. Matthias permiſit, quia pro medela perfecta habuit.* Et Maim. Comment. ad Joma c. VIII. θ. 6. ואין הלכה כרבי מתתיה בן חרש בזה שהוא מתיר להאכיל לאדם ביום צום כפור הכבד של כלב שוטה כשנשך כי זה אינו מועיל אלא בדרך סגולה וחכמים סוברים כי אין עוברין על המצות אלא ברפואה בלבד ר״ל בדברים המרפאים בטבע והוא דבר אמיתי הוציאו הדעת והנסיון הקרוב לאמת אבל להתרפאות בדברים שהם מרפאים בסגולתן אסור כי כחם חלוש אינן מצד הדעת ונסיונו רחוק טענה חלושה מן הטוען׃ h. e. *Non deciſum eſt ſecundum ſententiam R. Matthiæ filii Chares, in eo, quod permiſit comedendum tradere homini, in die jejunii expiatorii, jecur canis rabidi, ſi quem momordit: id enim non juvat, niſi modo extraordinario. Sapientes vero exiſtimant, non licitum eſſe transgredi præcepta, niſi propter ſanitatem ſolam:* h. e. *per media, quæ ſua natura faciunt ad ſanitatem. Et hæc res vera eſt,* ejusque *afferunt rationem & experimentum veritati proximum. Sed ſanare rebus, quæ ſanitati nil conferunt, niſi extraordinarie, prohibitum eſt: quia vis iſtarum debilis, nec ratio patet, cur ſanitatem procurent, atque experimentum ipſum nimis eſt remotum.* Quorſum etiam ſpectant verba Gemaræ Cod. יומא fol. 84. a. l. 25. מי שאחזו ירקון מאכילין אותו בשר חמור מי שנשכו כלב שוטה מאכילין אותו מחצר כבד שלו והחושש בפיו מטילין לו סם בשבת דברי רבי מתיא בן חרש והחכמים אומרים באלו אין בהן משום רפואה׃ h. e. *Poſteaquam caro aſini adhibita fuerat contra auriginem, jecur canis rabidi contra morſum ejus, & aromata contra dentium dolores; totus ſapientum ordo reſpondet, in illis non eſſe vim ſanandi.* h. e. ex ſententia Gloſſæ בשתים הראשונות אין זו רפואה ומורה לעבור עליהן דבר תורה ולמעוטי סם דיש בו משום רפואה׃ h. e. *In duobus prioribus non eſſe virtutem ſanationis perfectæ, ut eapropter quis verba legis transgrediatur; aromata autem excipi, utpote quæ permiſſa ſint ob vim ſanandi, quam habent.* Ita cum lin. 29. & ſeqq. venæſectio in Sabbatho ex ſententia R. Matthiæ permiſſa dicebatur angina laboranti; ut reliqua modo dicta remedia commemoratis morbis affecto denuo rejiciuntur, tanquam

tanquam minus apta. Verba ipſa iſtius loci ſunt, quæ ſequuntur: מקזין דם לסרונכי בשבת ומי שנשכו כלב שוטה מאכילין אותו מחצר כבד שלו והחושש בפיו מטילין לו סם בשבת וחכמים אוסרים באלו אין בהן משום רפואה h.e. *Venam ſecant angina laboranti in Sabbatho, & ſi quis a cane rabido morſus fuerit, præbent ei comedendum de reticulo jecoris ejus* (canis ſcilicet), & *qui dolet ex ore, ei porrigunt aromata in Sabbatho. At ſapientes dicunt, in illis* (ſua natura) *non eſſe vim ſanandi*, & conſequenter prohiberi. Quæ omnia ſumma contra nos æquitate urgere arbitrantur, dum ad regulas agunt, quas ſuperius nosmetipſi fecimus noſtras, atque ideo pro veris habuimus. Ita enim appoſita §. IV. ex *Maim.* c. II. הלכות שבת verba habent: ועושין לו כל צרכי רפואה h.e. *Faciunt ipſi omnia ad ſanitatem conducentia.* it. §. VI. Cujus verba mox in paragrapho præcedente allata non iterum apponimus; ne Benevolo Lectori in re alioquin prolixa, ultro movere nauſeam videamur: ac denique §. XI. & XIII. totam Auctor paginam facit, ſola enarratione eorum, quæ die Sabbathi parturientibus, earumque fœtui, præſtant. Quæ omnia nulla ſunt, niſi *ſumme neceſſaria*, atque *adverſus mala*, quæ modo dictis accidunt, *exploratisſima*. Unde palam eſt, illa, quæ caſu contra morbum, & modo quodam extraordinario valent, in Sabbatho prorſus non eſſe adhibenda. Cujus temeritatis merito, & præter omnem invidiam Servatorem noſtrum, ægrotorum in Sabbatho Medicum, reum facerent: atque ſimul etiam argumentum noſtrum, ab auctoritate Rabbinorum in paginis prioribus, deſumptum, denuo rejicerent.

§. IV. Totus in admiratione ſum Judæorum, ex hac leviſſima ratione Chriſto ſtruere pericula volentium; quod remediis die Sabbathi, non ubique inter rudes illos notis, ægrotos juverit. Ratum per nos eſto objectum illud nobis Rabbinorum decretum: *non ſuccurrendum eſſe vitæ hominum* ac neceſſitati *in die Sabbatho, niſi modo erroris, in ferendo afflictis auxilio, penitus neſcio.* Cui ſi ſententias de bello, vel inferendo, vel depellendo, quas eodem ore omnes comprobant, obtendimus; neſcio, an ſeſe magis, quam Beneficum noſtrum Servatorem damnaturi ſint. Quam anceps bellorum ſemper & dubius eventus ſit, notum omnibus vel dictum ſaltim abunde puto. In quorum diſcrimine ſuis Judæorum Magiſtri præſcribunt, (verba ipſa caput antecedens in §. VI. exhibet) ut inter initia adventus hoſtium ac impetus rationem habeant oppidani; num magis venerint, ut civium bona diripiant, vel ut igne & ferro obvia quævis deleant. Lepidum Judæorum dictum! Quotusquisque hoſtium veram irruptionis rationem ac conſilia prodit, antequam voto potitus, quod multis ſumptibus & tempore multo præparaverat, dare effectum potuit? Sed fingo ita penetrare illos hoſtium

 ſuorum

ſuorum voluntates poſſe, (cujus contrarium promiſcue ex libris Ebræis habemus), quid obſtat, quo minus *tueri ſe ab hoſtium viribus*, eſſe dubium ducas & periculoſum. Quapropter præcepti hujus eventus num felix ſemper futurus ſit, nemo mortalium ſine inſigni quadam temeritate prædicturus eſt, *conf. Corn. Nep. in Thraſybulo cap. 1. Cic. pro M. Marcello cap. 2. Cæſ. bello civ. l. 3. 68.* Sed non leviore aliqua libertate in legibus belli navalis, quod minimum altero tanto eſt periculoſius, utuntur. §. ibidem XXIV. וכן ספינה המטורפת בים או עיר שהקיפוה כרקום או נהר מצוה לצאת בשבת לחצילן בכל דבר שיכול להצילן׃ h. e. *Atque ita, ſi quæ navis in mari a piratis infeſtetur, aut civitas cingatur propugnaculo, vel vallo; jubentur egredi in Sabbatho, eosque, quacunque re poſſunt, eripere.* Ex quibus, quantum poſſunt, pro levi hacce objectione contendant: nunquam tamen malevolentiæ ſuæ removebunt opprobrium. Nullus enim arbitror, vel ſolis inter mortales Judæis iſtis tam alte adſurgere ingenium, & ampliſſimis ita artibus increſcere, ut conciliare hæcce perquam diverſiſſima ſciant: *Prohibere, ne rebus aliis hominum ſuccurratur miſeriis, niſi quas valde neceſſarias ſcimus, atque adverſus malum, quo afflicti vexantur, nunquam irritas:* & tamen prœlia terris juxta & mari, itemque oppidanis ab hoſte obſidione cinctis, liberandi gratia, excurſiones concedere. Sciunt autem nihilominus adverſarii nullo negotio coaptare, quæ tam remote a ſe invicem diſtare nos putabamus: quando nimirum iſta præcipi dicunt de bellis tantummodo, juſſu quodam divino ſuſcipiendis, qualia paſſim in Sacris leguntur: quorum felicitas nonniſi ab impiis & ferocibus quibusque hominibus in dubium vocatur. Quamvis autem de hoſte propter Deum aggrediendo nihil ſane dictum hic novimus: tamen, quo æquiores ſimus, neque huic repugnabimus rationibus illis, quas objicere haberemus; ſed eodem rurſus auctore eos eludemus, quo ſua illi invicta ſomniant. Appoſita enim ad paragraphos mox ante allatas una tantummodo vigeſima quinta, prorſus ſine ſententiæ ſuæ refugio ſunt. Non præter rem erit, verba ipſa adſcribere: צרין על עיירות הכותים שלשה ימים קודם לשבת ועושין עמהן מלחמה בכל יום ויום ואפילו בשבת עד שכובשין אותה וא'עפי שהיא מלחמת הרשות. מפי השמועה למדו עד רדתה ואפילו בשבת, ואין צ'ל במלחמת מצוה׃ ולא כבש יהושע יריחו אלא בשבת h. e. *Obſidione cingere poſſunt gentilium civitates, tribus ante Sabbathum diebus: quo facto, quotidie cum illis ineant certamina, in ipſo etiam Sabbatho, donec eam ſubigant; ut ut bellum iſtud arbitrarium ſit. Ex quadam enim traditione habent, verba illa* Deut. XX, 20. *donec deſcenderit* intelligenda eſſe, ut pugnent *etiam in ipſo Sabbatho. Nec opus* quidem *eſt, dicamus, id valere, ſi ad id divino aliquo* man-

*mandato adiguntur.* De hoc enim nemo dubitat. *Ipſe Joſua non expugnavit Jerichuntem niſi in Sabbatho.* Quo multum Auctor indulgentior eſt, quam Flavius ille Joſephus in belli Jud. l. 1. c. V. Doctoribus Judæorum, locis alias infinitis, ſed hic ſine merito, ſuſpectus, quando perhibet: ὑπὲρ μόνου τοῦ σώματος ἀμύνονται καὶ τοῖς σάββασιν. h. e. *pro ſolo corpore Judæis etiam per Sabbatha pugnare licet.*

§. V. Cæterum ne tantum in præloquio inutiliter prorſus & fruſtra præmonuerim; confirmanda eſt Chriſti, ut Rabbini inter Judæos, auctoritas: quam contra ſolitum paulo ante, ſi non penitus rejicere, minimum tamen dubiam facere adverſarii voluerunt. Ultro non effuſi eſſe in relatione locorum, quæ immodicam Rabbinorum auctoritatem teſtantur, volebamus: quippe ne nauſea lectori fiat, cavendum duximus. Nunc autem, dum ex tenuitate illa & brevitate videri accuſatoribus noſtris aliis inſuper teſtimoniis deſtituti, occipimus; adſcribenda præter ſuperiora, nonnulla alia ſunt, ſed juſto iterum non plura. Sic teſtatur *R. Iſaac Avuhaf* in *Menorat Hammorat* fol. 23. col. 1. *Iis omnibus, quæ Rabbini noſtri in homiliis ſuis docuerunt, eadem a nobis, atque legi Moſaicæ fides tribuenda eſt: & ſi quid aliquando illis inſit, quod ſit vel hyperbolicum, vel præter naturam, vel ingenii noſtri captum excedere videatur, non illorum verbis, ſed ingenii noſtri tarditati & infelicitati culpa eſt aſſignanda.* Et R. Ezechias in *Chaskuni* ſuo, quem commentus eſt in quinque libros Moiſis: *Qui diſſentit a Doctore ſuo, perinde eſt, ac ſi diſſentiret a divina Majeſtate: qui autem credit verbis Sapientum, perinde eſt, ac ſi crederet ipſi Deo.* Probe hinc intelligunt, quam ultro improbi, ex ſola Chriſti invidia, iſtam Magiſtrorum ſuorum majeſtatem læſerint, nunquam non vel Divinæ illi æquiparandam. Verum nihil teſtimoniis hiſce ſententiæ Judæorum contradicitur, qua *unius contra multos opinionem non ſequuntur:* quanto enim plures uno vel altero colendi magis ſunt, & reverenter habendi; tanto voluntas multorum præferenda paucorum, ac multo magis unius ſaltim, eſt. Sed, ut ex objectis reſpondeam, ingenii noſtri tarditatis atque infelicitatis culpam eſſe ſtatuo, ſi vel R. Matthiæ ſententiam, vel Servatoris noſtri facta cum Rabbinis reliquis convenire non intelligimus. Leviora tamen hæc ſunt, quam ut nobis inſerviant. Præſertim cum habeamus, quæ huc, tanquam ad ipſiſſimam ſuam ſedem, accommodantur. Si negant Judæi, probari unquam inter ſuos ſententiam paucorum, renitentibus plurimis; teſtimonio illud communire *Maimonidis* poſſumus Hilc. שבת c. II. §. I. אם אמר רופא לחלל עליו את השבת ורופא אחד אומר אינו צריך מחללין עליו את השבת ספק נפשות דוחה את השבת: h. e. *Quando Medicorum unus judicat, ejus cauſa Sabbathum violandum*

*landum esse, alter neutiquam; violant nihilominus propter ipsum Sabbathum, quia dubium circa vitam propellit Sabbathum.* Hic si vel unus cum altero consentit, rata fit sententia. Cum Christo autem idem statuisse omnino nullum regerunt. Quamvis vel solus hæcce fecerit Dominus, vel facienda decreverit; nihilominus tamen totus, quod Talmudis Doctores nobiscum testantur, quam longissime ab omni abest culpa: quemadmodum ex *Massech.* יומא videmus fol. 84. a. l. 35. vid. supr. §. III. החושש בפיו מטילין לו סם בשבת והחכמים אומרים באלו אין בהן משום רפואה: h. e. *Et qui dolet ex ore, ei porrigunt aromata in Sabbatho: quamvis Sapientes dicant, in illis non esse vim sanandi.* Quandoquidem autem (ut abundare Christum rerum suarum rationibus sciant) & hæcce Judæis iterum condonaverimus: innocentes tamen nihil quidquam adversus reum suis artibus valebunt. Imo his ipsis accusationibus a crimine Christum absoluturi sunt. Etenim valde pro nobis est exemplum illud R. *Matthiæ*, quod superius objectant (cujus rationem non probatam suis Doctoribus tradunt, quia medela imperfecta esset). Quippe non damnant, imo neque cohibent sententiam, quam omnes fere & singuli rejectant. Cujus ratio si ob id valet, *quod* (ut commentarius ad *Joma* fol. 83. a. l. 22. refert) ר׳מתיא בן חרש מתיר קסבר רפואה גמורה הוא R. Matthia *pro medela jecur illud perfecta habuit:* iterum iterumque magis valere nostram dico. Siquidem *medelis suis Christus nunquam diffisus, nunquam etiam ab iisdem frustratus fuit.* Qui sive mediis quibusdam, sive solus benedictione sua Divina afflictos juverit, neutiquam tamen est culpabilis. Quia & ipse optimus rerum Auctor, sua natura (ut Rabbini volunt) ad sanitatem facit, & rerum a se conditarum virtutes solus vere intelligit. Quos si jam ante non habuerunt, largiri iisdem sine negotio, pro divino suo arbitrio, potest. Unde denuo Judæi omnes, qui opera Christi, in Sabbatho facta, abominantur, palam sui ubivis turpe vident ludibrium.

§. VI. Quamvis ita satis forsitan contra Judæos responsum sit; nihil tamen dixisse videbimur, si ipsius accusati Domini responsiones Luc. XIII. 15. expressas considerabimus, allatis jam argumentis nostris infinitis partibus potiores. Quas, ne optima quæque prætermittamus, accusatorum discipulis, ac hodie posteris adscripturi sumus: Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος καὶ εἶπεν, ὑποκριτὰ, ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ ἢ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει; Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς, ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; h. e. *Respondit autem ad illum* (quem §. I. audivimus) *Dominus & dixit: Hypocrita! unusquisque vestrum Sabbatho nonne solvit bovem*

*bovem suum, aut asinum a præsepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abrahami, quam alligavit Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die Sabbathi?* Quod argumentum Dominus in eadem cum Judæis actione repetit Luc. XIV. v. 5. Τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; h. e. *Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non illico extrahet illum die Sabbathi?* Ipsissimum sane hypocritarum omnium & accusatorum Domini jugulum, quo palam erubescere, & alto quodam silentio caussæ suæ injuriam prodere coguntur. Patet enim abunde ex scriptis Judaicis, quam illi supra modum gloriabundi de hac prærogativæ, præ hominibus cæteris excellentia sint, quod Abrahami, cunctorum Deo credentium Patris, genuinos sese filios, soli, ut opinantur, inter omnes ubique homines prædicare possint. Quo nomine adeo cæteris præferri mortalibus cupiunt, ut vel jus civitatis ipsos solos in cœlo habere putent: quo tanto reliquis gentibus præferendi sunt, quanto ipsi homines animalibus ratione destitutis præferuntur. Exempla hac de re inter omnes notissima: saltim unum vel alterum referam. Bava *Mezia* cap. VII. θ. I. מעשה ברבי יוחנן בן מתיא שאמר לבנו צא שכור לנו פועלים׃ הלך ופסק לחם מזונות וכשבא אצל אביו אמר לו בני׃ אפילו אתה עושה להם כסעודת שלמה בשעתו׃ לא יצאת ידי חובתך עמהן׃ שהם בני אברהם יצחק ויעקב. h. e. *Historia est de R. Jochanan ben Matthiæ, qui dixit filio suo: ito & conduc nobis operarios. Ivit ille, & pactus est cum illis pro victu. Cum verò veniret ad patrem, dixit ei* (pater), *mi fili! quamvis pares illis convivia, paria conviviis Salomonis, in imperio constituti, non tamen satis præstas officium tuum erga eos, quoniam illi sunt filii Abrahami, Isaaci, & Iacobi.* Imo jactant multa ecclesiæ suæ membra ipsis angelis sanctiora esse & puriora: quod in *Zennorenna* confirmatur, ubi de Jacobo fingunt Patriarcha, angelum ipsi propterea haud prævalere potuisse, quod nullum in ipso repererit peccatum. p. 24. col. 2. (in editione Wilhermstorfiensi paucis mutatis habentur.) Warum sind die Engel für ihm (dem Jacob) hinweg gegangen, und haben ihn nicht gehütet, daß ihm solt nichts geschehen? Der תירוץ (Auflösung) ist GOtt, der hat gewolt weisen, daß die צדיקים (Fromme) seynd besser, als die Engel: als wir gefinden, daß Jacob hat sich geschlagen mit dem Engel, und hat ihm nichts können thun, und hat geherrschet über den Engel. Et p. 43. Der מלאך (Engel) von Esau suchte, was für עבירה, (Ubertrettung) er hatte gethan, ob er könte Jacob weh thun, zu zerschlagen ihn. Da gefand er keine עבירה nur daß zwo Schwestern hat Jacob genommen bey ihrem Leben. Das ist Teutsch der פסוק allhier וירא כי לא יכול לו als wolt er sagen: Er hat gesehen, der מלאך er könte kein עבירה gefinden

gefinden bey Jacob, da kunt er ihm nichts thun. Quibus si Maimonidis הלכות שבת c. II. §. XII. subnectimus: ubi *gentili etiam parturienti neque pro mercede obstetricari* dicuntur, ut ut (en sanctos homines!) non sit ibi violatio Sabbathi. Et שבת fol. 128. a. l. 23. ubi *non equidem obstetricantur bestiæ fœtum enitenti, die festo, sed auxiliantur.* Luculenter videbis, Judæos tanto ubivis tumere fastu, ut cæteros hominum, si non bestiis inferiores, minimum tamen æquales, atque semet tantummodo compellandos homines existiment. Pluribus dictum hoc communiendum est, ne declinent lubrici homines hoc superbiæ encomium. In *Massech.* עבודה זרה cap. II. θ. I. habetur: אין מעמידין בהמה בפונדקאות של נכרים מפני שחשודין על הרביעה׃ לא תתיחד אשה עמהם מפני שחשודין על העריות׃ ולא יתיחד אדם עמהם מפני שחשודין על שפיכות דמים׃ h. e. *Non collocant jumenta in eodem, cum gentilibus, diversorio; quia suspecti sunt de coitu cum bestiis: nec femina illis se associabit, quia suspecti sunt de probro illi inferendo. Imo denique nec vir tuto se iis adjungat, quia suspecti sunt de effusione sanguinis.* Non modo ab omni sceleris suspicione puros se putant; verum etiam a reliquis hominum omnia sibi servitia postulant, & quidem sine retributionis pretio. Talmud l. c. בת ישראל לא תילד את הנכרית אבל נכרית מילדת בת ישראל׃ בת ישראל לא תינק בנה של נכרית׃ אבל נכרית מניקה בנה של ישראל ברשותה׃ h. e. *Filia Israëlis non fungetur officio obstetricis, si gentilis partui sit vicina: hanc tamen admittere potest, si ipsa sit paritura. Filia Israël non lactabit filium alienigenæ: sed hæc illi id officii præstabit, ubi licentiam ab ea impetrarit.* Quod ex dicto Esaiæ XLIX, 23. והיו מלכים אמניך ושרותיהם מיניקותיך *Erunt Reges nutricii tui, & Reginæ eorum lactatrices tuæ*, sine omni nostra admiratione sibi arrogant. Quippe si comparatio illorum cum Regibus tum nostris, tum aliis, aut mortalibus in orbe omnibus, fiat; soli Judæi homines, & ignobilia reliqui jumenta sunt. Ita Massechet Bava Mezia c. IX. fol. 114. b. l. 4. seqq. ubi scribunt: קבר גוים אי מטמאין שנאמר ואתן צאני צאן מרעיתי אדם אתם׃ אתן קרוין אדם ואין אומות העולם קרוין אדם אלא כבהמה׃ h. e. *Sepulcra Gentilium non reddunt Judæum immundum, quia dictum est* (Ezech. XXXIV, 31.): *& vos pecus meum estis, pecus pascuæ meæ, vos estis homines.* h. e. *Vos nempe Judæi! dicti estis homines; sed reliquæ gentes hujus mundi non veniunt nomine hominis, sed bestiæ.* vid. *Jevammoth* f. 61. a. l. 1. sqq. *Bechai* ad Num. 10. f. 174. c. 3. l. 31. sqq. Unde neque in mortis periculo juvandos alios putant. conf. יומא cap. VIII. th. 7. Quem prærogativæ suæ fastum in hac contra Christum caussa prorsus exuunt, & contra solitum obliviscuntur, vel, quod verius puto, dissimulant; ut

ut certaturi videantur, quonam opprobrio maxime fieri notabiles, & præ cæteris excellere possint. Id quod caussam esse credo, quare Christus tam duriter in hominem fuerit invectus, & coram pluribus hypocritam dixerit. Argumentum prætendens, multo magis curare nos salutem hominum debere, quam animalium: quæ si die Sabbathi non omnino debeant negligi; multo minus homines deseri a nobis oportere in angustiis, præsertim illis, in quas a diabolo, hominum illo insidiatore perpetuo, sunt redacti. Ex quibus ubique locorum ac temporum impense miserrimos eripere studeamus. Et, ne obscura quibusdam sint, quæ Dominus dixerat; exemplis illa quotidianis juxta ac fortuna factis, ut omnia dispositе agat, caussæ suæ accusatoribus, itemque reliquæ circumstantium coronæ illustrat. Utraque illa in lineis haud longe præcedentibus adscripsimus. Quorum posterius, quod mali casus esse dicebamus, insuper considerandum est. Notanter enim Dominus suos accusatores premit verbis: Τίνος ὑμῶν, *cujus ex vobis* bos aut asinus, (non Dei) &c. Ineffabilis hominum malitia. Qui se suosque cunctis in orbe mortalibus tantopere præferunt; hic, ut Christo noceant, postponi bobus cupiunt & asinis. Ut, quos clementior natura homines esse & creaturarum nobilissimos voluit; invidiæ malitia asinis viliores stupidioresque efficiat. Deserunt enim in periculo hominem: & adjuvant, si in eo est, bovem & asinum. Testes hujus stultitiæ ipsi iterum Judæi sunt. *Maimon* הלכות יום טוב c. II. §. IV. בכור שנפל לבור עושה לו פרנסה
במקומו שהרי אינו יכול להעלותו מפני שאינו ראוי לשחיטה ביום טוב׃
אותו ואת בנו שנפלו לבור מעלה את הראשון על מנת לשחטו ואינו
שוחטו ומערים ומעלה את השני על מנת לשחטו ושוחט את אי זה מהן
שירצה משום צער בעלי חיים התירו להערים׃ h. e. *Si primogenitus in foveam incidat, præbet ipsi alimentum in loco. Non enim eum potest extrahere, quia mactationi non est aptus, in die feriato. Quod si ipse ac pullus ejus in foveam inciderit, primum extrahit ea conditione, ut eum mactet, quamvis deinceps extractum non mactet. Et astute agere licet atque extrahere etiam alterum, sub conditione mactationis. Mactare autem deinceps potest, quemcunque ex illis velit. Ob angustiam bestiarum permiserunt callide agere.* Qua incomprehensibili Servatoris ratione, & Pharisæorum adversus Christum silentio, merito finiri hæc actio debet, & Domini partibus applaudi, sic utraque cognita caussa concludendo: non repugnare legi Mosis, neque in Judæorum auctoribus improbari, si die Sabbathi (quo vacare nos ab omni opere oportet, & rebus divinis studere) in conservandis hominum vitis, & depellendis eorundem periculis occupamur. Quo & gloria Dei,

Dei, & commodum humanum, ſtudium illud cujusque hominis ac temporis, juſto provehitur.

§. VII. Prorogat autem hanc ſententiam noſtram, &, ne propter Phariſæorum illud ſilentium concludamus, unus iſte tollendi operis ספר נצחון ישן נושן anonymus conſcriptor, uno ſaltim ſcelere, quam cæteri Servatoris noſtri hoſtes, auctior, quaſi ex ultimis Judæorum fæcibus ſupervenit, & notiſſima quæque obſtinate negando, actionis hujus ſententiam, omnibus undique jam explicatam & planam protrahit. Quem, ne ſuperatis jam difficillimis, trepidare ad leviſſima illa conficta & vana impoſtoris commenta videamur, audire non gravabimur, atque, ſi opus erit, actionis noſtræ examen altius iterum & ab integro repetere. En frontem hominis, en audaciam! ועוד, inquit in ſuo נצחון, p. 209. edit. cura Celebr. Wagenſeilii, ex MS. Bibliothecæ Argentorat. tradita, שאמר מי בכם אדם שיש לו צאן אחת וכו׳ והלא שקר הוא שכן גלוי לכל העמים שאין ישראלים רשאים להעלות שום בהמה בשבת לא מבאר ולא מחפורה: ומדוע השיב להם כך: ובכך היה מתיר להם לעשות מלאכה בשבת: h. e. *Porro quod ait: quis homo erit ex vobis, qui habeat ovem unam &c. Annon id falſum eſt? Notum enim omnibus gentibus, non licere Judæis extrahere illam pecudem, ſive e puteo, ſive e fovea, in Sabbatho. Quorſum autem hoc reſponſum? Nimirum eodem permittere illis voluit, facere opus Sabbatho.* Contra quæ non ideo reſpondemus, quaſi ſupplenda eſſent a nobis argumenta, quibus Sapientiſſimus Dominus cauſſam ſuam tuebatur; ſed ut turpitudo Judæorum, ſi incrementi capax eſt, in deterius aliquod mendaciorum monſtrum coëat.

§. VIII. Animalium ſalutem curare Judæos diebus Sabbathi, vel curare cum pace Rabbinorum poſſe, *Maimon* Hilc. יום טוב c. II. §. IV. teſtatur verbis ad calcem fere §. VI. appoſitis. In quibus ob beſtiarum anguſtiam nimiumque periculum non modo docentur, ut in foveam delapſas extrahendo adjuvent, ſive nutrimentis alant; verum etiam ut earum gratia ipſum Deum defraudare non vereantur. Id quod in dicto jam loco ex ipſius Auctoris verbis conſpicies. Neque hæc homini ob novitatem forte ſuſpecto, vel non ſufficiente auctoritate prædito acceptum ferunt. Deſumpta enim ſunt ex ipſo cod. Beza c. V. fol. 37. a. l. 17. ſqq. ejusque parte priori Miſchnica l. c. c. III. th. IV. בכור שנפל לבור רבי יהודה אומר ירד מומחה ויראה אם יש בו מום יעלה וישחוט ואם לאו לו ישחוט רבי שמעון אומר כל שאין מומו ניכר מבעוד יום אין זה מן המוכן׃ h. e. *Ceciderit primogenitus in foveam, R. Juda inquit, deſcendat exercitatus ac videat: ſi habeat maculam, extrahat & mactet: Sin minus, non mactet. R. Simeon inquit,*

*inquit, cujuscunque macula nota non fuit ante diem feriatum, is non est ex illis, qui mactari apti sunt.* Sententiam huic similem vide in *Beza, Gemar.* fol. 26. a. l. 13. sqq. sub nomine R. *Judæ Principis:* prior enim erat R. *Juda bar Elai.* Sed hæc ex ipsis modo dictis nonnisi fraude, & mactationis cautela fieri possunt. Religionis plena exceptio! quæ pulcre eluditur Schab. 128. b. l. 8. seqq. ubi absolute rem concedi videmus, sic sequentem in modum præcipiunt: אמר רב יהודה אמר רב בהמה שנפלה לאמת המים מביא כרים וכסתות ומניח תחתיה ואם עלתה עלתה מיתיבי בהמה שנפלה לאמת המים עושה לה פרנסה במקומה בשביל שלא תמות פרנסה אין כרים וכסתות לא/ לא קשיא הא דאיפשר בפרנסה הא דאי איפשר בפרנסה/ איפשר בפרנסה אין ואי לא מביא כרים וכסתות ומניח תחתיה/ והא קא מבטל כלי מהיכנו דרבנן צער בעלי חיים דאורייתא ואתי דאורייתא ודחי דרבנן h. e. *Dixit R. Juda, quod docuerit Rab, cujus bestia in foveam aquæ inciderit, pulvinos adducat atque cervicalia, & eidem substernat. Quæ si ascenderit, bene se habet. Atqui huic alia contrariatur Mischna, qua docetur, quod jumento in foveam incidenti, alimentum præbeat in loco suo, ut, ne moriatur. Alimentum quidem conceditur; de pulvillis ac cervicali nihil habetur. Resp. Nulla est contrarietas: hoc, si pabulo conservari potest; illud, quando solo pabulo conservari non potest. Si enim solo pabulo conservari potest, id præbeatur: sin minus, adductos pulvinos ac cervicalia ei substernat*, (quibus ascendat). Exc. *Sed hoc modo deturbat supellectilia hæc e statu, seu e dispositione sua? Resp. existimat, probibitum esse a Rabbinis, supellectile e loco suo turbare; angustiam bestiarum autem e lege* (prohiberi.) *Ubicunque autem lex scripta supervenit, Rabbinorum traditionem invertit.* Eadem iterum verbis fere iisdem toties dictus *Maimon* in hilc. Schab. c. XXV. §. XXVI. tradit. בהמה שנפלה לבור או לאמת המים אם יכול ליתן לה פרנסה במקומה מפרנסין אותה עד מוצאי שבת ואם לאו מביא כרים וכסתות ומניח תחתיה ואם עלתה עלתה/ ואף על פי שמבטל כלי מהיכנו שהרי משליכו לבור לתוך המים (*R. Joseph Karo* ואינן ראויים להשתמש בהן בעודן המים עליהן) מפני צער בעלי חיים לא גזרו· h. e. *Si bestia in foveam incidat, aut in puteum; si poterit pabulum ipsi præbere in loco suo, cibant eam usque ad exitum Sabbathi: sin minus, afferat cervicalia ac pulvillos, atque substernat eidem: si ascendit, ascendat. Et quamvis deturbet supellectile e dispositione sua, projecto eo in foveam aquarum* (ut ut, quamdiu aquis humectata, uti illo non liceat) *propter angustiam tamen vita præditorum non æstimant.* Huc insuper facturi videntur, quando enarrant, quomodo bestiam in partu juvent. *Maim.* in *Hilc. Jom* tob, c. IV. §. XVI. & *Cod. Schabb.* f. 128. b. l. 20. sqq. citata sunt supra.

Hhhh

pra. Neque impediat nos nimis acuta illa distinctio in *Maim.* Hilc.Schab.c.XXI. §. IX. & X. tradita, quo minus subtilitatis istius artifices levi saltim negotio victos, ulterius audire recusemus, si *bestiam illam manu propria educere prohibitum esse,* regerunt: quod iterum habetur ap. *Maim.* Hilc.Schab.c.XXV.§.XXVI. Attamen ne vel inania hæcce sine responsione transeant; ex jam adscriptis pauca iterum reponimus: quod secundum Schabb. 128. b. *Rabbinorum traditio cedat, si lex aliqua scripta supervenit;* & ipsa tandem præcepti verba supponimus. Deut.V. 14. ויום השביעי שבת ליהוה אלהיך לא תעשה כל מלאכה אתה ובנך ובתך ועבדך ואמתך ושורך וחמרך וכל בהמתך וגרך אשר בשערך למען ינוח עבדך ואמתך כמוך h. e. *Dies vero septimus Sabbathum est Domino Deo tuo; ne facias ullum opus, tu, aut filius tuus, aut filia tua, aut servus tuus, aut ancilla tua, aut bos tuus, aut asinus tuus, aut ullum jumentum tuum, aut peregrinus tuus, qui est intra portas tuas: ut quiescat servus tuus, & ancilla tua, sicut tu.* Unde probe Rabbini omnes & Judæi exceptionis suæ confutationem videre habent: quod nimirum, si manu propria juvare afflictos & sublevare in die Sabbathi non liceat; æque damnabile sit, si quis miseris succurrere per servos velit, vel bestias. *Davidem* de *Pomis* attulisse haud omnino erit ineptum, seu superfluum: cujus verba in Apologia Medici Ebræi p. 41. aperte dicta Servatoris nostri eadem tuentur ac comprobant, quæ tam operose anonymus, atque ex hoc valde suspectus auctor, destruit ac damnat. Ad utramque enim die Sabbathi factum, ceu sequitur refert: *Rursus inquit (Matth. 24.) orate autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbatho; quod tamen in Dominicam esse translatum Christiani asserunt, Sabbathum custodieri. Hoc etiam superius affirmasse (Matth. 12.) videtur, dum discipulos esurientes excusat, qui de Sabbatho spicas vellere cœperunt: inquit enim, necessitatis gratia, hoc fecisse, hacque de caussa illos non peccase demonstrat. Sicque profert de infirmi curatione die Sabbathi. Quoniam licet Sabbatho benefacere, sicuti quotidie experimento comprobamus, dum infirmus in discrimine vitæ permanet, quoniam tunc temporis Doctores & ignem accendi, omniaque alia, circa ægrotantis usum, fieri concedunt.* MULTI VERO EX SUPERSTITIOSIS, AC MULIERCULAE A TALIBUS CAVENT OPERATIONIBUS, PECCARE VERENTES. Egregia iterum, & vel sola, Judæi cujusdam, sufficiens nobis ratio! Quare nemini non palam exceptionis hujus, ab anonymo hoc impostore, allatæ levitas, ac præterea dijudicare omnibus promptum est, quam vere concludamus: hanc Christi cum Pharisæis actionem etiam ex ipsis Rabbinorum libris, quos nonnunquam Divinæ paginæ longe præferunt, integram esse, piam ac undiquaque inculpabilem.

*Cui pro tot erga homines nos beneficiis, & veritatis illa immissa luce, laus sit ineffabilis, & æterna Gloria!*

CLA-

*CLARISSIMO AC HUMANISSIMO*

# M. JOHANNI CONRADO WAKIO

DISPUTATIONIS AUTORI

*S. D. P.*

## JOH. ANDR. DANZ, P.P.

Ἅπτεται μῶμος καὶ τῶν ἀψαύστων, veriſſime dictum Nicetæ. Calumnia nemini parcit. Nec Deus immunis eſt a detrectatorum dentibus Non ſolum Luciani, ejus arrodunt providentiam: ipſi Alphonſi quandoque non ſatis ſibi temperant a). Parum erat, Chriſtum inter Judæos agentem, continuis ipſorum convitiis fuiſſe expoſitum: ulterius progreditur audacia. Quod Majores auſi non ſunt, veriti, ne, re comperta, quotidiano reprimerentur facto, verbis contrario: id ſupplevit poſterorum impudentia. Hos inter, autor famoſi libelli נצחון non dubitavit mendacii notam inurere veraciſſimo Salvatori, ſuam in Sabbatho præſtitam ſanationem, exemplo *Judæorum*, *beſtias e fovea extrahentium*, defendenti b). Verba blaſphema a Te adducta ſunt circa finem c). Dudum etiam commemorarat eadem Münſterus d). Sed, in reſponſione ſubjuncta, ſuo non ſatisfecit officio. Non erant concedenda, quæ injurioſa ſunt in Soſpitatorem optimum, ipſique reclamant legum Ebraicarum literæ. Impleat ſe fœtore cloacæ, in quam ceciderat, Judæus ille Meidenburgenſis e), quem Sui, reverentia Sabbathi, extrahere exinde hæſitarint: eoque etiam poſtridie ſe ſaturet. Interneccionem patiantur, Maccabæorum tempore, in rupem transfugæ f). Naufragii periculo ſuos exponat gubernator ille apud Syneſium g). De vita quidem non periclitabatur ſtercoris recreatus deliciis h). Reliqui ſuſtinendo eadem, Divinas & Talmudicas leges ſusque deque habuerunt. Omnino enim etiam hæ Chriſti adſtipulantur ſententiæ. Concedunt enim opem ferendam beſtiæ periclitanti i). Qui vero adminicula præbet beſtiæ in fo-



veam

a) Vid. Lipſ. lib. 1. monit. polit. c. 4. b) Matth. XII, 11. Luc. XIV, 5. c) Cap. III. §. 7. p. 66. d) Evangel. Ebr. Matth. ad l. c. p. 214. e) Cujus exemplo deterritus Münſterus, id videtur admittere, l. c. reſponſione ad Obj. p. 215. f) 1. Macc. I, 35. ſqq. g) Cyrenenſem, epiſt. 4. ad Euopt. fratr. p. m. 162. h) Vid. Buxt. Synag. Jud. cap. 16. p. 353. ſqq. i) Vid. Cod. Schabb. f. 128. b. l. 8. ſqq. cit. infra cap. ult. §. 8. p. 608.

veam decidenti, quibus ascendat, seque exinde eruat; ille *erigit* eam, secundum Matthæum: seu, ut Lucas inquit, ἀνασπᾶ, *sursum trahit* vel *tollit*. Facessat hinc recens Maimonidis k) subtilitas, ac si *propriam manum adhibere educendæ*, sit prohibitum; alio autem quocunque modo ascensionem promovere, legibus concessum. Quasi vero manus non adhibeat, qui projicit pulvillos ac cervicalia! aut plus peccet, qui corpori animalis perituri manum admovet, quam qui instrumento, quo mediante eruitur! Qui restim projicit in puteum prolapso, &, illa circa corpus ligata, periclitantem exinde extrahit; manus non injicit perituro, sed resti. Qui scalam demittit in profundum, ut ascendat inde præcipitatus; recte dicetur eduxisse eundem, quamvis manum ei non injecerit. Et qui carceri incluso, laqueos aliaque suppellectilia suppeditat, vel scalam etiam parieti applicat, aut muro quo detinetur; recte dimisisse eundem accusatur: utut, suppositis manibus, non sublevarit erumpentem. Actio prædicatur etiam de eo, qui immediate in eam non influit; sed saltem procurat l). Qui abstracturi erant discipulos post se, non injecturi prædicebantur manus; sed perversa dicturi verba m). Cum Paulus postulat, ut Prætores ipsi in carcerem temere conjectos educant n); nequaquam ipsorum brachiis exportari appetit. Sufficit, fores ipsis præsentibus aperiri, occasione & potestate exeundi ore ipsorum concessa. Pæonas ex Europa in Asiam habitatum abductos, ἀνασπάστους vocat Herodotus o); eodemque nomine insignit *colonos*, per Herculem, in agris hosti ademptis collocatos, Dionysius Halicarnassæus p): non certe funibus tractos. Ita enim promtam in bello operam sibi præstitam remunerabatur; quam vincti navare non potuissent. Quin ἀνασπάστος dicitur q), per successorem sibi missum, literis vel verbis, e provincia avocatus in patriam. Nulla hic opus est vi, nullis funibus. Quos tamen & ipsos non excludunt leges Talmudicæ. Siquidem de die festo, qui & ipse Sabbathum dicitur r), hunc casum enodantes, non acquiescunt pulvillis istis supra s) concessis. Generali utuntur voce יעלה t), vel יסק u) *i. e. ascendere faciat*, nomineque hinc deducto

k) Hilc. Schabb. cap. 25. §. 26. l) Vid. Interpr. §. 104. Conf. B. Glassius, Gr. sacr. lib. 3. tract. 3. can. 22. p. 290. sqq. it. l. c. can. 27. p. 320. sqq. m) Act. X. v. 30. n) Act. XVI. v. 27. o) Lib. V. c. 12. coll. c. 15. p) Antiq. Rom. lib. 1. p. 34. q) Demosth. Phil. IV. n. 4. secundum lectionem Interpr. ap. Budæum, Comm. ling. gr. col. 435. r) Vid. Bartenura Com. ad Beza, c. 1. th. 1. s) e Cod Schabb. f. 128. b. l. 9. t) Cod. Beza cap. 3. th. 4. u) Gemara l. c. f. 26. a. l. 7. 9. &c.

deducto העלאה x) quasi *ascendere factionem* dixeris. Omnia permittunt his vocibus, quæ eruendæ bestiæ inserviunt; nec funibus exclusis, nec manibus propriis y). Pone, primogenitum immaculatum, juxta Talmudistarum commenta, extrahi non licuisse; quod cibo hominum inservire nequeat. Nutriendus fuerit, objecto pabulo, ad exitum usque Sabbathi z). Poterant hæc concessisse, causam Christi defensuri. De hominum enim bestiis loquitur Salvator a), non Deo sacratis. Quod si Ebræorum leges solam primogenitam immaculatam e fovea non extrahunt, quia comedi non potest b); sequitur juxta easdem, bestiam aliam quamcunque, imprimis jam ante ad convivium diei festi destinatam c), bestiam mactationi aptam, ipsam quoque primogenitam ob maculam vel connatam vel supervenientem, extrahendam fuisse illico. De hac quidem ultima specie, expressa legis verba sonant d): reliquas exigit natura oppositorum, & idem casus, alibi e), sine restrictione ad primogenitas, de bestia in genere conceptus. Verum nec res dubio caret de primogenito adhuc immaculato. Sit ita, non extrahatur propter hominum cibum, quem præstare non potest f). Unius rei plures possunt esse causæ g). Lex certe ipsa, prudenti haud dubie consilio, alteram oppositorum partem reticet: ne prohibuisse videatur extractionem integræ. *Si* (verba sunt legis h) de primogenito) *habuerit maculam, extrahat & mactet: sin minus, non mactet.* Ipsi Gemaristæ i) observant, dicendum fuisse, *sin minus, non extrahat nec mactet.* Non debebat omitti ea vox, quæ juxta Glossam interiorem k), fundamentum erat, & causa sanciendæ legis totius. Solus verborum ordo, (quod non dicatur *educat & inspiciat*, sed *descendat & inspiciat*,) quem tantopere urget Raschi l), tanti momenti negotium non conficit. Mactatio ejus in fovea, cum Maimonide m), nec timenda fuit; nec profuisset, nisi membra etiam dissecta extraherentur inde. Adhæc talis

 esse

x) Glossa inter. ad Cod. Beza, f. 26. a. l. 23. 39. y) Vid. supr. ad k citatum Maimonidem. z) Maim. hilc. Jom tob, cap. 2. §. 4. a) ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς, Luc. XIV, 5. Primogeniti etiam plerumque penes Sacerdotes erant. Vid. Maim. hilc. Bechoroth cap. 1. §. 7. 13. 14. Part. III. Op. b) Maim. Com. ad Cod. Beza cap. 3. th. 4. it. Hilc. Jom tob, cap. 2. §. 4. c) Vid. Maim. l. c. §. 2. d) Cod. Beza c. 3. th. 4. e) Cod. Schabb. f. 128. b. l. 8. sqq. f) Maim. יד Part. III. hilc. Bechoroth, c. 1. §. 3. 10. Comment. ad Beza c. 3. th 4. g) Vid. infra ad lit. n. h) cit. Beza c. 3. th. 4. i) Cod. Beza f. 26. a. l. 8. 9. k) ad l. c. l. 22. 23. l) Gloss. cit. l. 25. sqq. ad textus l. 9. m) Comment. ad Cod. Beza l. c.

esse poterat fovea, in qua vivere non valuisset bestia, quantumvis accepisset pabulum n). Forte etiam solis pulvillis sibi projectis, ascendere nequit? Forte manifesto discruciatur dolore? Atqui etiam bestiæ in Sabbatho erat procuranda requies o). Liberetur e dolore atque afflictione, omne vita præditum p). Statutum legis deturbet statutum scribarum q). Adminiculum autem periculo avertendo impar, perinde ac nullum est. Ipsismet Judæis r) celebratur R. Josua, qui piam excogitarit fraudem, dummodo, ab angustia liberaturus, bestiam quamcunque e fovea extrahat.

Hæc atque talia plura prolixe prosequeris *Clarissime Magister!* per posteriora imprimis Dissertationis capita; integris legum verbis allegatis. Meum equidem, si exsequi visum fuisset consilium, pressius inhæsisses legibus; sepositis aliis omnibus, quæ vel nemo Judæorum exciperet, vel cæteroquin parum conveniunt ipsorum hypothesibus. Verum tam ingenuo præditus es candore, ut religio Tibi foret, quicquam alieni Patronis, reverenter admodum a Te cultis, offerre pro domesticis. Vix passus es, monstratis Talmudistarum sententiis, quicquam a me superaddi, quod Tuum non foret. Adeo tuis tantummodo plumis ornari voluisti; ut citius inermis in pugnam proruisses, quam alienis armatum armis Te stitisses conspicuum. Et methodus tota tua est, & omnis, quæ hic deprehenditur, argumentorum enucleatio. De elocutione nil attinet dicere. Nihil de his omnibus mihi vindico: imo ne singula quidem, quod probe nosti, approbo. Approbo vero enixe singularem illum, pro Christi gloria defendenda, Zelum. Approbo Tuum, quem hucusque abunde declarasti, discendi proficiendique ardorem incredibilem. Laudo pietatem in Deum, reverentiam in Patres Patriæ, atque ingens illud desiderium, prodesse Tuis. Suspicio alacritatem, in rebus difficilioribus promte suscipiendis, expediendisque pro viribus, dexterrimam. Et de hoc specimine præliminari, Tuo marte elaborato, ita Tibi gratulor; ut alterum, quo Præsidis vices sustineas, propediem secuturum ominer. Deus conatibus Tuis laudabilibus ex alto benedicat, Patronos servet benignos, Tibique de tali prospiciat sparta, qua Patriæ admodum munificæ grata præstes officia, & quæ tractare cœpisti, studia, exornes continuo. Dabam Jenæ, Non. Maji, An. cIɔ Iɔc IC.

n) Maim. hilc. Jom tob, c. 2. §. 4. coll. Cod. Schabb. f. 128. b. l. 8. seqq. o) Exod. XX, 10. c XXIII, 12. Deut. V, 14. p) Exod. XXIII, 5. coll. Cod. Schabb. f. 128. b. l. 15. 16. Beza f. 26. a. l. 7. Maim. ll. cc. q) Cod. Schabb. l. c. l. 16. r) Gem. Bab. Beza f. 26. a. l. 7. 8. f. 37. a. l. 17. sqq. Maim. hilc. Jom tob, cap. 2, §. 4.

J. A. DANZII

# JOH. ANDR. DANZII
# RITUS EXCOMMUNICATIONIS
## *AD ILLUSTRATIONEM*
## MATTH. XVIII. v. 18.

Ecclesiam suam quam maxime Sanctam voluisse DEUM, vel inde patet, quod ipse se proponit ei exemplum, quod in Sanctitate imitari debeat; quando inquit: *Sancti estote, quandoquidem ego Dominus Deus vester sum Sanctus.* Sanctiones quoque, quas in Ecclesia Judaica de legali immunditie observari volebat, id abunde comprobant. Quin imo Ipse repurgavit eam, atque Sanctitati suæ restituit, quando *Cainum*, primum fratricidam, e terra Sanctitatis suæ ejecit, atque a facie sua abire jussit; filios Aaronis *Nadab & Abihu* igne peregrino eam profanantes igne cœlitus demisso consumsit. Ministris quoque verbi sui in mandatis dedit, ut justa cura discernerent e verbi divini præscripto inter purum & impurum, inter sanctum & profanum. Nec defuisse etiam hac in parte officio suo Sacerdotes, testatur Sacra pagina. Nam & *Mirjam* Mosis soror, percussa lepra extra castra commorari jubetur. Rex *Osias* lepra tactus e templo exturbatur. Nec in N. T. cessatum est ab Ecclesia purganda; sed fideliter ejus sanctitas vindicata. Nam *Christus* ipse ingrediens aliquando templum Hierosolymitanum, venditores & emtores ex eo ejecit, & mensas nummulariorum, & cathedras columbariorum subvertit. Et quo Ecclesia ipsa Sanctitatem suam adversus hæreticos, & quosvis impios tueri posset, ipsam Singulari potestate, quæ *Clavium*, sive *Clavis ligans* dicitur, instruxit, *Matth. XVIII, 18. Quicquid ligaveritis*, inquiens, *in terra, ligatum erit in cælis.* De qua *potestate Clavium*, sive *Excommunicatione*, uti in foro appellari solet, Deo favente, pro virium mearum tenuitate in præsentiarum sum dicturus.

§. 1. שמתא in foro Ebræorum vocant, quod Nostrates *Excommunicationem:* voce non composita ex שָׁם & מִיתָה, ut *Rab* voluit: neque ex שְׁמָמָה & יִהְיֶה, sive, ut *Baal Aruch* scribit, ex שָׁם & תֶּהֱא vel תֵּיתֵי, secundum *Samuelem;* multo minus ex שֵׁם & אֶתָּא, ut quibusdam Christianis, tacentibus tamen in hoc Judæis, visum. Verum ex themate quod Arabibus, si *Golio* credimus atque *Erpenio*, in II. Conjug. cujus characterem nomen exprimit, idem est ac *ignominia affecit, vituperavit, fœdum fecit:*

nomen

nomen vero inde formatum *fœtidos, res turpis*, ac *abominanda*. Hinc Metonymice rem vel personam impuram aut pronunciare, aut tanquam pollutam separare, ne alii ejus contaminentur commercio; ac amplius per Synecdochen generis *Excommunicare*. Quanquam autem *Rabbenu Nissim* aliique de Sola *Excommunicatione* usurpari hanc vocem contendant: semel tamen iterumque in *Talmudicis* atque *Targumicis* rem denotat Deo vel Sacro usui devotam.

§. 2. Duo ejus Synonyma usitatiora sunt נידוי & חרם, quorum & illud in significatione *impuritatis* ac *rei abominandæ* passim per Scripturam sacram, & profanos Autores, e. g. *Raschium*, *Joseph Karo*, aliosque legitur: ut non sine fundamento quis diceret, ubi *menstruatam* denotat, potius Synecdochen Generis statuendam esse, quam Metonymiam Causæ. Per quam tamen alibi *Separationem* exprimit ob *impuritatem*, ac speciatim eam, quæ ob certa delicta notoria, dicitur *Excommunicatio*. Hoc, sc. חרם, nec secundum *Kimchium* solam *Exscindendi* habet notionem, aut juxta Autorem *Tosaphoth* ac *Rabbenu Nathan*, sola *anathemata Sacerdotum* exprimit, *Altissimi*, atque *Mortis:* nec opus est, ut cum Cl. *Seldeno*, in solo hoc argumento, quadruplicem ejus usum statuas: Quorum alius sit, quando *rem Deo consecratam* denotat, alius cum *rem jure Belli* s. *ob inimicitias internecioni aut odio intestino devotam;* atque si *talem jure pacis;* vel *quæ in commissum cadit*. Plus se commendant in hoc R. *Nathan* s. *Mardechai* s. *Isaac* cognominatus, atque *Lud. de Dieu:* quorum ille assignat voci notionem *excisionis*, *consecrationis*, ac *Retis:* hic, postrema, tanquam quæ ad argumentum quod tracto, minime spectat, omissa, *Rei interdictæ*, *proscriptionis ex Ecclesia*, atque Metonymice *proscriptarum personarum*. Modo in illo Excisionem extendas etiam ad privationem ab usu consueto, vitaque civili: in hoc ternario ad binarium revocato, dicas, primum significare *interdictionem*, deinde ipsam *rem, vel personas interdictas*.

§. 3. Nescio tamen, qui hæc scribenti continuo incidat, utrum forte omnium trium verborum, שמת, נדה ac חרם, significatio abstractiva, prima ac propria sit *sejungere, separare;* idque aut ob impuritatem: ut impurum, ne alios polluat, vel a communi usu separetur, vel e vita, civili modo, modo naturali; aut ob consecrationem, ne profano, vel privato impendatur usui, quod divino aut publico erat destinatum. (1.) In singulis enim significationum Speciebus §. præced. allegatis, *Separationi* suus relinquitur locus. (2) Duobus prioribus Lexicographi ac Interpretes *Separandi* notionem assignant. Atque (a). חרם in Codice *Nedarim* passim inter ea recensetur, quæ *separare* denotant. (b). thema ejus apud Arabes est

*inter-*

*interdici*, & in IV. cum qua Ebræorum Hiphil, (ubi Ebræum, incipit usitatum fieri) coincidit, *prohibere, separare.* (c) pro Ebræorum הקריש Lev. XXVII. v. 14. seqq. non modo passim in Codice *Erachin*, sed eodem cap. Biblico v. 28. sqq. adhibetur החרים. (d). Esr. X. v. 8. Spiritus S. pro eo substituit הבדלה, ac Luc. VI. v. 22. ἀφορίζειν, duo *Separandi* verba. (e). Antiquissimi *Targumistæ* Hierosolymitanus ac Jonathan Lev. XXVII. v. 28. 29. &c. reddunt per אפרשא *separationem.* (f.) Ad græcorum ἀνάθεμα pro חרם positum ea annotat *Scholiastes Syrus*, ex quibus abunde constat, voce ea audita, statim *Separandi* conceptam fuisse notionem. (3.) In Talmudicis ipsorum oppositum est *admovere.* Et quanquam ea fere inter has voces sit differentia, ut חרם reliquas superet, & cum horrendas plerumque conjunctas habeat diras, usitatius de extremo *Excommunicationis* gradu usurpetur, contradistincto prioribus: id tamen perpetuum non est; Verum in *Talmude Hierosolymitano* passim, nec raro in *Animadversionibus* ad *Rabbenu Ascher* in tali adhibetur Excommunicatione, ubi major nullo modo locum invenit: quippe quæ nec ob honorem magistri cuiquam imponitur, nec ullum percutit, nisi qui Minorem semel iterumque in ipso repetitam, post crebras admonitiones contemserit.

§. 4. Præter hæc tria Nomina usitata vocatur quandoque Ebræis *Excommunicatio* חיואי דרבנן *Vipera Rabbinorum*, ob effectum, & quod literæ initiales vocum נדוי חרם שמתא in unum conjunctæ vocabulum efficiant נחש, *Serpentem* denotans. Item איסור nonnunquam dicitur i. e. *Prohibitio*, per Synecdochen Generis. Et si nomina formes a verbis in actu *Excommunicandi* usitatis, interdum הבדלה *Separatio*, ריחוק *Eliminatio*, per eandem Synecdochen. Nonnunquam קללה *Execratio*, אלה *devotio*, מארה *maledictio*, שבועה *adjuratio*, per Metonymiam, sive *Causæ* dicas, qua actio ponitur pro effectu, cum diris illis fiat Excommunicatio; sive *effectus*, quia excommunicatus sub maledictione. Et h. m. etiam ברכה dicitur; voce insuper per *antiphrasin* in ea non inusitatam exposita.

§. 5. Inter Græca *Excommunicationis* Nomina agmen merito ducit ἀνάθεμα; quod apud LXX Interpretes in omnibus Ebræo חרם respondet. *Justinus Martyr* responsione ad quæst. 121. Ἀνάθεμα, inquit, *id dicitur, quod Deo est dedicatum atque destinatum, & in communem usum non amplius convertitur; aut id, quod a Deo per malitiam est abalienatum.* Alias, eadem origine ἀνατιθέναι (cui & *separandi* adscribunt notionem & *suspendendi*) servata, hæc observata est differentia, ut de *re Deo consecrata*

 sum-

ſumtum, ſcribatur per (η) ἀνάθημα; per (ε) vero, ut ſuperius, quando rem vel hominem denotat ἀφωρισμένον, a communione reliquorum ob delictum, vel votum, aut aliud quippiam *ſeparatum* ac diris devotum; vel ipſas execrationes ac devovendi & *ſeparandi* actum. De priori equidem in ſacra Scriptura N. T. unicum modo occurrit exemplum Luc. XXI. v. 5. nec apud LXX Interpretes magnum invenies adjumentum, cum Lev. XXVII. v. 28. Codices varient, aliis (ε) efferentibus, aliis vero (η). Apud Profanos vero paſſim deprehenditur. Ex illis in hoc negocio conſerri meretur *Lucianus* in utroque *Phalari:* ubi cum ex inſtituto de dono Apollini conſecrando agitur, nomen cum verbo ſuo a capite pariter ac calce ubivis conſpicitur. Quæ tamen ſignificatio hujus loci non eſt. Alteram autem, quæ huc ſpectat, exhibet nomen per (ε) ſcriptum ἀνάθεμα, quod cum verbo ἀναθεματίζειν hinc inde in textu N. T. ſua relinquit veſtigia.

§. 6. Actus *Excommunicandi* indicatur quoque in N. T. verbo ἀφορίζειν Luc. VI. v. 22. per Synecdochen Generis. Item ἀποσυνάγυς ποιεῖν Joh. XVI. v. 2. item δέειν *ligare* Matth. XVI. v. 19. c. XVIII. v. 18. Metaphora a captivis deſumta. Tanta vis eſt contextus in loco poſteriori, ubi h. m. vinctus pro Ethnico & publicano dicitur tractandus, cum quo nil habeant commercii, ut nil quicquam valeat, quod *Vir celebris* urget, non dici ἔξω τῇ ἐκκλησίας, ſed ἔξω σοι. cum multoties quis ob aliam, quam transgreſſionem legis, excommunicatus cauſam, uni perſonæ talis habeatur, qui alteri neutiquam. Nec majoris momenti eſt uſus verborum אסר atque שרי ſeu התיר *de re probibita & conceſſa:* Cum unius poſitio non ſit alterius excluſio. Uſurpantur enim non minus in hoc ipſo argumento de *vinculo* Excommunicationis *injiciendo* ac *relaxando*, ut tam de perſona Excommunicata prædicentur, eamque in accuſativo regant, quam Excommunicationem ipſam ſ. ejus vinculum. Conf. Cod. *Moed Katon*, ad eumque *Rabbenu Aſcher*, ac inprimis *Piskebaroſch §. 51. &c.* & verum me dixiſſe deprehendes. Utut nollem urgere, ſuffixum his verbis annexum præciſe ad perſonam referendum eſſe, atque in Accuſativo pronunciandum: multo minus ut refugio ad ſtylum Chaldaicum ſuſcepto, pronomen cui ל præfixum eſt, in eodem redderem caſu patiente. Siquidem h. m. commodiorem ſaltem occaſionem præberem Adverſario excipiendi: cum poſterius coactum ſit, prius ambiguum, ac æque bene in Dativo perſonæ exponibile; præſertim quia caſus uterque & Dativus Perſonæ atque Accuſativus Rei ſæpe in hoc argumento conjunctim in titulo *Moëd Katon* ejusque *Gloſſatore Raſchio*, itemque *Rabbenu Aſcher*, *R. Abraham f. David*, *Joſeph Karo* in *Schulchan*

*chan Aruch*, *R. Salomon* ad tit. *Nedarim &c.* occurrat, & expresse moneat *Gemara*, non dici: quod *solverint eum, sed ei.* Neque causæ nostræ quicquam decedit, si vel maxime personam in Dativo efferam, accusativum rei, ubi expressus non est, ex parallelismo phraseos supplendo. Quid enim *solvere alicui Excommunicationem suam* aliud est, quam vinculo, quo ab aliis arcebatur, soluto, liberum ei cum aliis concedere commercium? Quæ ex Josephi Lib. 1. c. 4 it. lib. 2. c. 7. de Bel. Jud. in hanc sententiam afferri poterant, nunc brevitatis studio omitto.

§. 7. Ex opinione quorundam Interpretum huc quoque accersenda forent e 1. Cor. V, v. 2. 5. ἐξαίρειν ἐκ μέσȣ αὐτῶν, ac παραδȣ̃ναι τῷ Σατανᾷ. Extra scripturam vero apud Scriptores alios alia occurrunt *Excommunicationis* f. Nomina f. descriptiones, quorum partem nude recensuisse sufficiat. Synesio dicitur ἀποκήρυξις *proscriptio;* ἀποκήρυξις τελεία *proscriptio totalis* de majori, ut videtur, Excommunicatione usurpatur: qua ferire, *in perpetuum discidium relegare* dicit Tertullianus. Clemens in Constitutionibus κατάραν eam vocat, i. e. *Execrationem.* Excommunicati vero Christianis veteribus dicebantur οἱ ἐν προσκλαύσει, quod, ut H. *Grotius* observat, non cum cæteris orabant, sed secundum verba *Tertulliani: fidelibus legationes deprecationis injungebant*, squalidi interim & mœrentes: item χειμαζόμενοι *tempestate jacti*, quod velut extra Ecclesiæ portum in mundi alto jactarentur. Hinc etiam apud Græcos occurrunt οἱ ἀγορᾶς καὶ λιμένων εἰργόμενοι *foro & portibus exclusi;* etiam οἱ ἐκκηρυπτόμενοι *publico præconio ejecti* nominati. Ipsum *Excommunicandi* actum LXX Interpretes expresserunt per διαστέλλειν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀποικίας *amandare ab ecclesia & colonia.* Josephus modo ἀπαλλοτριȣ̃ν τȣ̃ πλήθȣς *abalienare* vocat *a cætu;* modo ἐκβάλλειν τȣ̃ τάγματος *depellere e congregatione. Epiphanius* præter ἀναθεματίζειν usurpavit etiam ἐπικαταρᾶσθαι *diris execrari;* Origenes ἀπελαύνειν τȣ̃ κοινȣ̃ *arcere a communicatione;* item ἀποκωλύειν ἥκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν σύλλογον, *probibere, quo minus ad communem accedant conventum.* In Epistola Philippi ad Athenienses est μυστηρίων εἴργειν *a mysteriis*, h. e. secundum Scholiastem Aristophanis, *a sacrificiis arcere.* Justinus Martyr ad intendendam significationem verbo composito in decompositum verso, adhibuit cum *Matthæo* καταναθεματίζειν *diris devovere extremis.*

§. 8. Latine dicitur *Excommunicatio*, voce ab *Ex* privativo, ut in *exautoro*, *exarmo* &c. ac verbo *communico* formata, ut vi vocis nil sit aliud, quam *communicationis privatio*, vel ut Canonistæ inquiunt: *Extra communionem positio.* Nonnunquam vocatur *Bannus*, a germanico bannen,

 sensu

ſenſu cum *δέειν* quadantenus conveniente. Sæpius *diſciplina* vel *Cenſura Eccleſiaſtica*, Genere per Synecdochen poſito pro Specie, ac denominatione deſumta a Jurisdictione politica. *Tertullianus* dixit *cenſuram divinam*, item *Devotamentum*. Actum vero *Excommunicandi* deſcripſit per *Relegare a communicatione orationis*, & *conventus* & *omnis ſancti commercii*. item *a communicatione depellere*, *arcere*, *ſubmovere* &c. & in graviori pœna, *in perpetuum relegare diſcidium*. Cyprianus modo *Abſtinere* dixit, modo a *communicatione arcere*, *prohibere*, *cohibere*; *de Eccleſia ejicere*, *ſeu excludere*, *depellere*. Et ſic quoque multi alii. *Julius Cæſar* de moribus ac conſuetudine *Druidum*, qui alterum ex veteribus Galliæ populis genus nobile ac honoratum conſtituebant, agens, ſimilem actum deſcripſit per *interdicere ſacrificiis*. Germani vocant **den Bann**, & cum addito **den Kirchenbann**, item **den Bindeſchlüſſel**, generalius **die Kirchenſtraffe**.

§. 9. Eſt autem *Excommunicatio* a parte Rei nihil aliud quam diſciplina Eccleſiaſtica, qua Epicureiſmo & contumacia notati, ab Eccleſia conſuetoque Sanctorum commercio arcentur, in ſui converſionem, ſcandalique declinationem. Canoniſtis dicitur Cenſura a Canone vel homine prolato, privans legitima communione Sacramentorum, & quandoque hominum. Quæ ad ſolam Chriſtianorum *Excommunicationem* applicari poteſt.

§. 10. SPECIES conſtituit *Elias Levita* tres. שלשה מיני הרמות הן נדוי חרם שמתא ונידוי הוא הריחוק ואם לא הודה שב היו מחרימים אותו נקרא חרם שנכנס ברמח איבריו ואם לא הודה שב היו משמתין אותו ופי שמתא שם מיתה *Tres*, inquiens, *ſunt Anathematum Species*, NIDDUI, CHEREM, SCHAMMATA. *&* NIDDUI *quidem eſt ſimplex a cœtu Remotio. Qua ſi non convertatur, altera Excommunicationis ſpecie, quæ* חרם *dicitur, quod 248. hominis membra pertranſeat, cum multis diris eum devovent. Quod ſi ne ſic quidem convertitur, ultimo & acutiſſimo eum feriunt Anathematis telo, dicto* SCHAMMATA, *quod idem valet, ac* SCHAM MITA i. e. ibi mors. Sed deceptus bonus ille Grammaticus tribus diſtinctis vocibus *ἰσοδυναμοῦσι*; inconvenienti vocis שמתא compoſitione; atque ignorata Juriſconſultorum hypotheſi, quæ non in שמתא modo *mortem* ponit, aut *deſolationem*, ſed in *Excommunicatione* generatim, quocunque veniat nomine: ut non tantum ſilentibus, ſed & aperte contradicentibus Talmudicis hunc triplicem *Excommunicationis* ordinem ſtatuerit, e quorum infimus ſit נידוי, medius חרם, & Supremus

premus שמתא. Etiamsi expresse scripserit *Rabbenu Ascher:* חרם הוא חמור מאד מן הנידוי ומן השמתא כי יש בו נידוי ויש בו קללה ויש בו איסור הנאה מבני אדם חוץ מכדי חייו בלבד' *Cherem valde acerbum est, multo gravius, quam vel* נידוי, *vel* שמתא; *quandoquidem in eo & Separatio contineatur, & execratio, atque probibitio omnis, quod ab homine sperari potest, commodi, eo solum excepto, quod ad vitæ sufficit sustentationem.* Quid autem contra unanimem Talmudicorum consensum valeat hominis Grammatici autoritas, qui plus punctis & accentibus permutandis, locandis, examinandisque impendit operam, quam statutis Jurisperitorum, e quibus hoc discendum fuerat argumentum perfacile quilibet perspicit.

§. 11. Nec in subsidium trahi possunt illa *R. Salomonis* verba ad Codicem *Pesachim*, quibus שמתא vocat *rem gravissimam*, asserens: תלמיד שסרח היו נמנין לחלקותו ולא לנדותו משום דשמתא חמורה והושש לכבוד התורה. *Studiosum, qui fædum quid commisit, adjudicant ad flagellationem, nec ob honorem doctrinæ, eum excommunicant, quandoquidem Excommunicatio (SCHAMMATA) est res gravissima.* Siquidem, ut non urgeam gratis assumtum esse Superlativum pro Ebræorum Positivo, (1) non instituit comparationem inter נידוי ac שמתא, hocque illo vocat gravius: Sed inter *Excommunicationem* ut sic, ac flagellationem, quarum hanc statuit semper Sapientibus mitiorem fuisse judicatam, præsertim in pœna erudito infligenda. מלקות יפה להם יותר משמתא והוו מלקי להו· *Flagellatio*, idem *Raschi* alibi asserit, *non tam turpis illis judicatur, quam Excommunicatio; propterea flagris cædebant Eruditos.* (2) Res ipsa loquitur, ultimam *Excommunicationis* Speciem ibi non posse intelligi; cum nec delictum, quod erat כי אזל מבי רב לפומבדיתא ביום טוב שני של עצרת desertio Domus magistri in die secundo feriato Pentecostis, ac secessio momentanea ad Academiam *Pombeditam*, talem meruerit, sed levissimam etiam in ipso plebejo; nec Minor antea in ipso fuerit adhibita, ante quam iteratam Major non habebat locum. אין מחרימין מיד אלא למי שנתקשה על פעם ושתים שבפעם הראשון מנדין אותו ושונין לו הנדוי לאחר ל' יום וממתינין לו עוד ל' יום ומחרימין אותו *Non anathemate devovent* (inquit *Rabbenu Jacob*) Specie Excommunicationis, quæ ex malo tamen *Eliæ* judicio adhuc multo mitior est ea quæ *Schammata* dicitur, *Subito; sed eum tamen, qui semel iterumque se præbuit obduratum. Prima enim vice simpliciter eum removent, in eoque hanc levem Excommunicationem* (Nidduj) *repetunt post 30. dies. Post quos iterum*

*rum præstolantur eum 30. dies alios, antequam anathemate ipsum devovent.* (3) Ipsa *Raschi* verba pro nobis militant, illis enim cum contextu, in quem scripta sunt, diligenter collatis, sua quemlibet coget conscientia, ut fateatur, indifferenter tam apud *Raschium*, quam ipsum *Talmudis* textum voces שמתא atque נדוי fuisse adhibitas. Quanquam enim in textu prius dictum fuerit שמתיה רב יוסף *Schammatizavit eum Rab Joseph:* subjungitur tamen fuisse, qui dixerint, quod flagellis eum percusserit, ipsumque allocutus fuerit *Abaj:* כשמתיה מר דרב ושמואל דאמרי תרוויהו מנדין על שני ימים טובים של גליות א"ל ה"מ אינש דעלמא הכא צורבא מדרבנן הוא דטבא ליה עבדי דבמערבא מימנן אנגדתא דבר בי רב ולא ממינן אשמתא *Schammatizet* (ita retineo in gratiam diverse sentientium) *eum Dominus; quia Rab pariter ac Samuel uterque illorum statuit, propter duos dies feriatos tempore Exilii per Nidduj excommunicent* (ignosce b. l. versioni extortæ). *Respondit ei, verba ista de plebejo sunt intelligenda; hic vero quidam est Magistrorum præstantiorum, cui melius præstiti. Siquidem in Oriente conveniunt quidem ad flagellationem discipuli, non autem ad ejus* Schammata *excommunicationem.*

§. 12. Atque id ipsum circa verba *Rabbenu Ascher* est observandum, quando, אין משמתינן אלא על דבר חמור *non* SCHAMMATIZAMUS, inquit, scilicet Eruditum de quo sermo, *nisi propter causam gravissimam.* In quo exacte convenit cum *Maimonidis* principio capitis septimi *hilcoth Talmud Tora*, ac *Schulchan Aruch* Jore Dea §. 334. n. 42. aliisque omnibus; expresseque subjicit, ut supra *R. Salomon*, השמתא חמורה היא מן המלקות *Excommunicationem graviorem fore flagellatione.* Quando vero חכם ששמועתו רעה *Sapiens malæ famæ* obnoxius dicitur τῷ נדוי levissimæ *Excommunicationis* Speciei: Id pro me militat. Siquidem talis culpa non inter leviora referri debet delicta: sed non modo id, ob quod Eruditus *Rab Nathan f. Asjæ*, quo de in præced. §. a *Rab Joseph* excommunicatus legitur, multis modis superat; Verum absolute loquendo, unum est ex gravissimis, ob quod homo eam de qua loquimur, incurrit censuram. E *Rambam*, *Joseph Karo* ll. cc. *Rabbenu Ascher*, ipsoque adeo Talmudico textu tit. *Moëd Katon*, ac autore *Tosaphoth* clarum redditur, ad famam malam Rabbino conciliandam concurrere *blasphemationem nominis divini, studium hæreseos, opera Jeroboami similia, scortationem, luxum, ac petulantem comessationem* &c. quæ partim ex statutis Ebræorum capitalia sunt, ac reos faciunt excisionis, partim privant seculo futuro. Atqui si ob tam enormia peccata levem modo meruit *Excommunicatio-*

*nicationem*, quæ inter pœnam ac delictum servabitur proportio, si, qui altero die feriato paululum secesserat *Pombeditam*, Majori perculsus fuisset anathemate?

§. 13. Quod amplius e *Raschio* affertur, *quasi ex* שמתא *nulla unquam sit redemtio, sed* qui eo percutitur, *consumtus & perditus, non egrediatur in æternum:* cum tamen tam per *Nidduj*, quam per *Cherem* rejecti possent recipi. Id omne partim ex vitiosa Ebraicorum versione, partim ex falsa hypothesi, ac neglecta ratione, qua ducti ista protulerunt, unice videtur natum. Versio ita debet corrigi secundum verba Ebræa: כשומן שטוחין את התנור ונבלע בתוכה שאן יוצא לעולם כלומר מכה לכל מן דמשמתינן ליה דלא נפקא מיניה לעולם: *Est tanquam pinguedo fornaci illita, quæ intra eam absorbetur, nunquam ex ea egrediens.* q. d. *Plaga est excommunicatio in unoquoque quem ea devovemus, quæ nunquam ab eo egreditur*, sub: in cassum. Hanc genuinam esse, probat non modo contextus, in quem conscripta sunt; ubi egredi cum *excommunicatione* construitur, non homine: sed etiam comparationis extrema, quæ fornax & homo, oleum ac *Excommunicatio.* Oleum est, quod intime fornacem penetrat, nec ex ejus superficie defluit: sic *excommunicatio.* Quin imo retinet mea versio omnes voces in nativa significatione ac sede absque ulla vel trajectione vel immutatione, sequiturque correctissimam Editionem Venetam: Antiqua autem vim vocibus infert non exiguam. Nihil in Ebræo continetur, quod verbis: sic *consumtus est & perditus*, respondeat; nisi forte, si conjecturæ locus, pro מכה לכל מן legerint: הכי כלה למן, quod ad verbum: Sic *consumtio* s. *perditio* ei &c. Sed h. m. nil opus fuisset voce כלומר *quasi dicat.* Inscitiam vero sapit, quod non nemo temerario ausu, ut suis religiose descriptis aliquem concilliet colorem, legendum censet מכולכל. Si hæc forma occurreret, *sustentandi* haberet sensum, non *perdendi:* nisi forte, sed absque Autorum suffragio, quemadmodum a תעה dicitur Gen. XXVII, 13. מתעתע. Vid. 2. Chron. XXXVI, 16. ex ערה Jer. XXXI, 58. ערער, ex שגא Jes. XVII, 11. תשגשגי, ex שעה Jes. XI, 8. שעשע, a מהה Jes. XXIX, 9. התמהמהו, a יפה Ps. XLV, 3. יפיפית &c. tantam sibi arrogavit licentiam, ut a כלה diceret in *Püal* מכולכל; fructu in primo flore pereunte.

§. 14. Deinde falso hæc ad solum שמתא trahuntur, quæ generatim valent de *Excommunicatione*, quocunque veniat nomine. Certe turpiter alioquin respondisset in contextu *Risch Lakisch:* nec adversarii ejus

*Rab*

*Rab* & *Samuel* ſatis alioquin rigidi acquieviſſent, ut de שמתא quæſitus reſpondeat de חרם, niſi forent *ἰσοδυναμοῦντα*. Hinc etiam apud *Jonathanem* Devt. VII, 2. 26. c. XIII, 18. שמתא adhibetur pro Ebræorum חרם: ac alibi, quod h. l. de שמתא & חרם affirmatur, prædicatur quoque de נידוי. Cum ratio, cur *Rab* & *Samuel Excommunicationem* dictam putarint, quaſi *Mors* vel *Deſolatio ibi*, ea ſit, qua l. c. hoc argumentum claudunt: כל מקום שנתנו חכמים עיניהם או מיתה או עוני *in quemcunque locum Sapientes ſuos direxerunt oculos, aut mors evenit, aut calamitas.* Quod ipſum idem *Raſchi*, de cujus mente hoc loco disquirimus, de *excommunicatione* infima aſſerit, ad titulos *Nedarim* ac *Schabboth*, ejusque exempla afferuntur in *Moed Katon*, de Heroë aliquo, cane calceos Rabbinorum corrodente, ac Erudito malæ famæ. Senſus autem eſt, quod mortem acceleret aut paupertatem; non quod ad mortem usque in ea permanere debeat; id quod de נידוי ac חרם ne diſſentientes quidem admittent. Certum enim eſt, in omni *Excommunicatione* hominem redire poſſe, ac ſoluto vinculo recipi. Quod autem Eruditus ille a *R. Juda* Excommunicatus ne quidem a נידוי liberari potuit; nec contrariam juvat ſententiam, quippe quæ τῷ שמתא modo talem rigorem tribuit; nec a qualitate *excommunicationis* evenit, ſed perſonæ partim excommunicantis, cui defunctæ non inveniebatur æqualis; partim excommunicatæ, quæ morte receptionem præoccupavit. Atque ſic in illo *Jeſu* in tit. *Sanhedrin* a *R. Joſua f. Perachia* anathemate perculſo, culpa non ſubſecutæ receptionis penes utrumque ſita erat. Penes Excommunicantem quidem, quod non paſſus fuit cito placari; penes excommunicatum vero, quod pertæſus tandem redire noluerit. Ac præterea factum id a reliquis usque adeo improbabatur, ut generale eidem oppoſuerint edictum, quo *quilibet, ſiniſtra arcente, dextera jubetur admovere.*

§. 15. Quæ ex R. *Abraham* f. *Davidis in Jore Dea*, *Rabbenu Aſcher* ad tit. *Moed Katon*, ac *Rabbenu Jacob* in *Piske baroſch* citati tituli afferri poterant, plus quidem ſpeciei habent; intimius tamen conſiderata nobis non adverſantur. Cum agant tantum de formula in minori *Excommunicatione* uſitata, cujus iteratæ cum prima idem eſt effectus. שמתא etiam perperam dicatur idem eſſe ac ארור; atque in iterata *Excommunicatione* æque adhibeatur נידוי, quam in prima.

§. 16. Ex effectu Species hic ſunt dijudicandæ, non Nominibus variis. Hinc cum Chriſtiani Veteres, qui, *Grotio* dicente, *omnia proba Judæorum inſtituta libenter ſequebantur*, duas conſtituant Species, quarum aliam

aliam *Minorem* vocant, *Majorem* aliam. Illam, qua a solo usu sacræ Cœnæ suspendebantur; hanc qua simul ab omnibus officiis honoratioribus arcentur, quibus Minori vinctus excommunicatione fungi poterat. „Nul-„lum mihi dubium est, duas modo apud Ebræos *Excommunicandi* Species „dari, quarum *Majorem* communiter vocant חרם, voce Synecdochice ac-„cepta.„ Ita in *Codice Moed Katon*, *Babyl.* מנודה מהו בדברי תורה אמר רב יוסף ת"ש מנודה שונה ושונין לו נשכר ונשכרין לו מוחרם לא שונה ולא שונין לו לא נשכר ולא נשכרין לו אבל שונה הוא לעצמו שלא יפסיק את למודו ועושה לו חנות קטנה בשביל פרנסתו *Quomodo se habet Excommunicatus* (Christiani dicerent, a sacra Cœna suspensus) *in rebus Doctrinam concernentibus? Respondet Rab Joseph: veni ac audi. Suspensus docet ac docetur, mercede conducitur, & alii, ut mercede ab ipso conducantur, sinunt. Sed anathematizatus* מוחרם *nec doceat, nec ipsum alii docere possunt; non conducitur mercede ab aliis, nec alii ipsi suam pro mercede præstant operam. Studere tamen potest pro se ipso, ne suæ, quam didicerat, obliviscatur Doctrinæ, sibique ad sui sustentationem præparare tabernaculam.*

§. 17. ORIGO ejus in certo temporis puncto vix figi poterit. Recens non est. Et quanquam non assentiar Judæis, dicentibus in Codice *Erubin*, ac alibi: *Adamum, ex quo e Paradiso fuit ejectus, usque dum gigneret Sethum in sui similitudinem, integros 130. annos fuisse sub Excommunicationis fulmine, rem interea habens cum Dæmonibus:* audiendus tamen non est *Gratianus*, quando ad tempora nimis sera *Pauli* provocat. Siquidem ante hæc Christus discipulis suis potestatem contulerat *Excommunicandi*, & hanc censuram tanquam pœnam jam tum satis usitatam prædicit suis. Convenisse etiam dicuntur Judæi, ut qui Christum confiteretur, ejiceretur e Synagoga, excommunicatione proscriptus. Ante hæc tempora *Cæsar* de *Druidibus* Galliæ altera nobili familia refert, *quod, qui decretis non starent, eos sacrificiis interdicerent; iis omnes decedant, aditum eorum sermonemque defugientes, ne quid ex contagione incommodi accipiatur.* Nec *Grotius* rem acu tetigit, asserens, invaluisse, *ex quo Populus in Babyloniam abductus cum libertate amisit jus publicorum Judiciorum.* Siquidem in statum integrum restituti ea similiter usi sunt, ut patet e Cap. X. v. 8. Esdræ. Et dudum ante id temporis erat introducta. Non urgebo nunc, quos Judæi censent *Excommunicatos, cœtum Coræ, Dathan & Abiram, Israelitas in deserto totis quadraginta annis, Judam* quartum Jacobi filium, *Meros* in Libro Judicum c. V. v. 23. Nec provocabo ad *Mirjam* sororem Mosis, aut

Kkkk *Hagar*

*Hagar* Saræ ancillam. Antiquius his omnibus ac certius exemplum ſtatim circa mundi primordia deprehenditur in *Caino*, ἀνθρώπῳ πρωτοτόκῳ, qui diſertis verbis, a commercio fidelium fuit ſeparatus, ut pudore ſuffuſus facilius reſipiſceret. Si Judæorum hypotheſi inſiſteres, qua ארור formulam ſtatuunt *Excommunicandi*, ac בידוי formant ex בדד, expreſſis verbis excommunicationem in ejus hiſtoria deprehenderes. Verba enim in cap. IV. v. 11. Gen. reddere liceret: *Nunc itaque excommunicatione ſeparatus ſis a terra iſta, quæ aperuit os ſuum* &c. (quo facto, non foret Interpretibus tantus labor circa particulam מן, uſitata ſignificatione retenta): ea vero, quæ v. 12. & 14. verteres: *Exuleris & Excommunicatus in hac terra.* Quo de alias.

§. 18. CAUSA *ejus* EFFICIENS *Principalis Deus* eſt. Hic *Cainum* immediate e terra ſanctitatis ſuæ ejecit, atque peccatores obſtinatos ligare juſſit, & peccata ipſis reſervare. Ipſe etiam ligat peccatores clandeſtinos, quorum peccata omnium hominum oculos & mentes adhuc refugiunt, eosque e Sanctorum communione rejicit. *Inſtrumentalis* eſt *Eccleſia*, ad quam rem fratris ultimo deferre jubet Chriſtus; aut qui eccleſiam in hoc paſſu repræſentat, Senatus eccleſiaſticus, per Adminiſtros potiſſimum verbi divini. Quippe quibus diſcretio inter purum ac impurum commiſſa eſt, Lev. X. v. 10. Ezech. XLIV, 23. *Claves ligandi* a Chriſto traditæ Matth. XVI. v. 19. c. XVIII, 18. ac onus impoſitum, ut de peccatoribus rationem Deo reddant Ezech. III. v. 17. 18. gregi attendant Act. XX, 29. & ſuper animabus vigilent Ebr. XIII, 17.

§. 19. In Eccleſia Judaica fuit *Synedrium Magnum*, a quo in Cauſa quidem pecuniaria, unice fiebat *Excommunicatio*, הכל תלוי בדעת בית דין *Omne*, inquit, *Rabbenu Aſcher*, *dependet ab arbitrio Synedrii.* Erat hoc, ut non attendam ad conſeſſum של מומחין ושאין מומחין quem Cl. *Lightfoot*, *Authorizatorum* vocat, ac *non Authorizatorum*, triplex pro locorum varietate. *MOSES ÆGYPTIUS In principio*, inquit, *conſtituerant Senatum Magnum in Sanctuario, qui Synedrium Magnum dicitur, conſtans ex Viris LXXI. Præterea in unaquaque civitate Iſraelitarum, in qua 120. homines, aut plures, conſtituunt Synedrium minus in porta urbis ſedens, ſicut dicitur Am. V, 15. & conſtituite in porta judicium. At quantus ipſorum numerus? viginti trium. In civitate vero in qua non ſunt 120. conſtituunt judices tres, infra quos nullus eſt Senatus.* Quanquam autem in iſtiusmodi Synedrium etiam ex Laicis reciperentur, bona tamen pars erant Sacerdotes. *Non conſtituunt*, inquit idem Maimonides, *in Synedrium niſi Sacerdotes*,

*dotes, Levitas, ac tam notæ familiæ Iſraelitas, qui digni ſunt, ſuas Sacerdotibus elocare filias, quia dicitur* Num XI, 16. *& ſiſtant ſe ibi tecum, h. e. ſimiles tibi Sapientia, Reverentia atque Proſapia. Id vero Præceptum omnino eſt, ut ſint in Synedrio Magno Sacerdotes ac Levitæ, quando dicitur Deut. XVII, 9. & venias ad Sacerdotes, Levitas &c.*

§. 20. Ad hujusmodi *Synedrium* Chriſtum adduxerunt Presbyteri, Sacerdos Summus ac Scribæ, Luc. XXII. v. 66. & quia morte dignum ipſum judicabant, vinctum ab eodem remiſerunt ad Pilatum Marc. XV, 2. nempe ad ſubeundam pœnam capitalem. Quod *Grotius* de Eſſenis refert e *Joſepho* ac ſi de hac cenſura δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν ἑκατόν συνελθόντες *diſceptarent non minus, quam centum in unum coacti:* Id generalius eſt ad alia quoque pertingens judicia nec cum communi Judæorum, præſertim Phariſæorum, convenit conſuetudine. Alioquin in re potiſſimum religionem ac pietatem concernente, unusquislibet Judæorum non poterat modo delinquentem Excommunicationis vinculo conſtringere; ſed ad id faciendum in tantum erat obligatus, ut ſi omitteret, ipſe Excommunicationis incurrat reatum. Neque ab hoc pueri ac mulieres excipiuntur. Nota eſt hiſtoria de ancilla quadam, quæ Coriarium aliquem excommunicationis vinculo conſtrinxit, quo aliquot annos manſit vinctus. Præcipue tamen illi, quæ ſcripturæ navarunt operam, hac pollent jurisdictione, quam etiam erga ſe ipſos, etſi vel ipſi minori excommunicatione teneantur, nihilominus efficaciter exercere poſſunt. Hac ſaltem ſervata differentia, ut extra impietatis crimen excommunicatus pro tali tantum habeatur ab illis, qui ſunt inferiores eo, a quo fuit excommunicatus, non qui excommunicantem dignitate ſuperant. Ob honorem ſibi non collatum in propria etiam cauſa Excommunicatione ferire poterant ſtudioſi legis divinæ, id quod tamen Aulico etiam ſummo integrum non erat, ſi *Joſepho* Caro credimus, neque valebat excommunicatio, quæ ab idonea alias perſona ſuſcepta eſt ad conſequendam mercedem pro ſolutione.

§. 21. In primitiva Chriſtianorum eccleſia, in talismodi negotio Eccleſiæ vices ſuſtinebat Presbyterium, cujus mentionem facit Apoſtolus in priore ſua ad Timotheum epiſtola ſcribens: *Bene qui præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime vero laborantes in verbo & doctrina.* Hoc diſciplinæ genus, ſcribit B. *Dürrius*, intelligit autem *Excommunicationem majorem*, in primitiva Eccleſia, quando hæc nondum recepta erat in fidem & clientelam Chriſtiani Magiſtratus, exercebatur a Presbyteris, ſive ab iis, qui præſidebant, probati quique Seniores, honorem iſtum

non pretio, sed testimonio adepti. Synodi quoque universales hoc in casu ecclesiæ susceperunt partes. *Eusebius* memorat antiquitus inquisitionem fieri solitam πλήθους παρόντος. *Tertullianus* de cœtu & congregatione locutus, subjicit: *Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura divina. Nam & judicatur cum magno pondere ut apud certos de Dei conspectu: Summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conventus & omnis sacri commercii relegetur.* De Minori, ut apparet, excommunicatione verba faciens *Chrysostomus. Si dux*, inquit, *quispiam, si consul ipse, si is, qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe ac coërce, majorem tu illo habes potestatem.* Item: *Quod si ipse pellere non audes, mihi dicas, non permittam ista fieri. Animam prius tradam meam, quam alicui Dominicum corpus indigne sanguinemque meum potius effundi patiar, quam sacratissimum illum sanguinem præterquam digno concedam.*

§ 22. In nostris, qui Lutherani audimus, Ecclesiis obtinent Consistoria Ecclesiastica, Presbyterio non dissimilia. Posteaquam enim vi *pacificationis religiosæ Anno 1552. Passavii initæ, Jura Episcopalia Principibus & statibus Imperii protestanti religioni cognatis concessa fuerunt*, ipsi *Consistoria Ecclesiastica*, in quibus Theologi & Juris-Consulti consident, instituerunt, iisque *Jurisdictionem ecclesiasticam* commendarunt. Ad hæc deferre res ecclesiæ debent pastores, ab iisque rursum instrui, qua ratione hoc vel illo casu se gerant; nequaquam vero illis licitum est, quenquam *a sacra Domini cœna privato ausu aut affectu arcere*, nedum Majori notare Excommunicatione.

§. 23. OBJECTUM Excommunicationis est vel Personale vel Reale. Personale *sunt Impœnitentes sive rei gravioris delicti, aut vitæ doctrinæve Christiano homine indignæ, contumaces & incorrigibiles.* Neque tamen in quasvis personas potestas Excommunicationis Ecclesiæ competit. Nam si princeps ita delinquat, ut excommunicationem mereatur, *tunc distincte procedere* suadet Magnif. Dn. *Schilter.* Equidem non negat posse ei, *quatenus est Ecclesiæ membrum, adeoque Clavium sub potestate, jure denegari absolutionem & S. communionem*, quæ Excommunicatio minor est; Majore autem, *quæ consistit in remotione corporali ab externo ecclesiasticæ ac civilis societatis cœtu, ipsum puniri non posse. Cum ea admixtam habeat civilem coexercitionem, quam contra contumaces plenarie requirat in subsidium. Talem potestatem autem Ecclesiæ in Principem non competere.* Siquidem ipse Solus in territorio suo *obtineat supremam potestatem in utramque societatem*

*tatem, tum ecclesiasticam, tum civilem*, ut etiam totam ecclesiam ex civili societate sua removere possit.

§. 24. Eadem differentia ab antiquissimis jam temporibus fuit observata in Ecclesia Judaica. *Maimonides* e Cod. *Moed Katon* verbis tamen permutatis prodidit: *Senem sapientia excellentem, item Principem ac Patrem Synedrii hoc est Præsidem Synedrii, atque secundum ab isto, qui nefandum quid commisit, non excommunicant unquam publice, nisi quando fecerit instar Jeroboami filii Nebat, ac bujus sociorum. Verum si reliqua commisit peccata, secreto eum cedunt fustibus, quia dictum est Hos. IV, 5. si corrueris interdiu, & corruerit tecum Propheta noctu, i. e. etiamsi corruat, tege illud instar noctis. Cæterum dicitur ipsi: Tuus te maneat honos, ac domi confide, si quoque probibitum est Synedrio, in uno erudito, qui reus factus est excommunicationis, prosilire, ac subito eum excommunicare, quin potius fugiunt ab hac causa, & declinant ab ea. Ac pientissimi quidem Sapientum summæ sibi duxerunt laudi, si nunquam in commune consultarint ad excommunicandum eruditum, utut convenerint ad flagellandum ipsum, cum flagellationis reus factus est. Etiam conveniunt de eo ad percutiendum ipsum ipsa plaga rebellionis.*

§. 25. Quod vero pro circumstantia delicti ac temporis nec ipsi Principes, multo minus Eruditi ab hoc fulmine immunes fuerint, comprobant non modo canones apostolici multaque Concilia, quæ Anathemate feriunt specie Excommunicationis suprema diversa docentes, sed & illustre illud exemplum de Imperatore *Theodosio*, qui ab *Ambrosio* Episcopo Mediolanensi excommunicatus, nullis lacrymis solutionem ab excommunicationis vinculo impetrare potuit, priusquam constitutionem de judiciis non præcipitandis promulgaret, aliisque qui pœnitentium erant, ritibus servatis, publice peccatum confiteretur, & constitutum pœnitentiæ tempus susciperet. Sic *Fabianus*, Episcopus Romanus *Philippo Imperatori* aditum in ecclesiam prius non permisit, quam scelerum, quæ commiserat, faceret confessionem, iisque, qui humanitus lapsi fuerant, & in pœnitentium ordine stabant, sese adjungeret.

§. 26. Neque Judæi, potissimum qui in Babylonia degebant, destiterunt penitus ab excommunicatione Eruditorum; sed caute modo in ea suscipienda processerunt. Nota est historia de Erudito a *Rab. Joseph* excommunicato e *Codice Pesachim.* De *Jesu* a Præceptore suo *R. Josua f. Perachiæ* anathemate percusso, e tit. *Sanhedrin.* De celeberrimo *R. Eliesér* e titulo *Bava Mezia*, & *Berachoth.* Babylonici, ac *Moëd Katon* Hierosoly-

ſolymitani Talmudis, qui, indicata ſibi per R. *Akivam* nomine reliquorum excommunicatione, nullis miraculis editis obtinere potuit, ne arcto iſto conſtringeretur vinculo. *R. Simeon f. Lakiſch* a latronibus excommunicatus, ab omnibus Doctoribus in Auditorio congregatis pro legitime excommunicato declarabatur. Nec *R. Meir* immunis fuit, quo minus contra ipſum hoc telum dirigerent, & quanquam de præſtantiſſimo iſto Doctore, qui a *R. Juda* excommunicatione convinctus, in ea periit, aliquandiu a Concilio dubitatum fuerit; Tandem tamen doctrina ipſius ſtupenda non potuit eum ab illa liberare, ſi vel maxime multi eo in docendis aliis opus fore judicarent. De *Mar. Sutra Pio* cognominato dudum e *Moëd Katon* obſervavit R. *Abraham*, filius Davidis, quod quoties inſignis aliquis Rabbi Excommunicationis reus factus ſit, antequam ea iſtum conſtringeret, ſe ipſum prius in reverentiam excommunicandi Doctoris excommunicationi ſubjecerit. Atque *R. Giddel* faſſus eſt, ſe a *Rab* didiciſſe, Eruditum ſibi ipſi & vincire poſſe excommunicationis ligamenta, & rurſus relaxare. Propterea *R. Joſeph Karo* recenſitis ſuperioribus *Maimonidis* verbis immediate ſubjicit: *Verum ſi oderint famam ejus, utpote cum aſſiduus eſt in legendis Epicuræorum libris, ac bibit inter varias Muſicæ ſpecies, aut ob quem Collegæ ejus pudore ſuffunduntur, & nomen Dei profanatur per ipſum, talem excommunicationi ſubjiciunt.*

§. 27. Præter perſonas hactenus recenſitas, etiam eo tempore, quo ſchiſma, vel aliud majus periculum metuendum eccleſiæ, non temere cuivis infligendam eſſe excommunicationis pœnam, monent Canoniſtæ. *Gratianus* ſcribit: *Cum quisque fratrum*, i. e. *Chriſtianorum intus in Eccleſia conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum ſchiſmatis nullum eſt; Verum quando ita cujusque crimen notum eſt omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeveritas diſciplinæ.* Præſtat enim uno alteroque membro reſecto, reliquum corpus ſervaſſe immaculatum, quam illo cum maximo Eccleſiæ ſcandalo retento, totum corpus exponere exitio.

§. 28. Deinde ex Eccleſia aut eccleſiaſtico cœtu ejici non poſſunt, qui vel plane non ſunt in Eccleſia Chriſtiana, quales ſunt Judæi, Turcæ aliique gentiles; vel qui ſunt quidem in eccleſia Chriſtiana, adverſæ tamen religioni addicti, ut *Pontificii*, *Calviniani*, &c. vel eandem religionem nobiscum profitentur, hujus tamen aut illius Eccleſiæ particularis membra non ſunt. Qui enim in Eccleſia non ſunt, non poſſunt ex ea ejici, ſed civili

vili

vili pœna ſunt coercendi, ſi delinquunt, cæteroqui judicio divino ſunt committendi, ſi corrigi & ad mentem ſaniorem adigi nequeant. Quid ad me, inquit Apoſtolus 1. Cor. V, 12. de iis, qui foris ſunt, judicare? Nonne de iis, qui intus ſunt, vos judicatis? Nam eos, qui foris ſunt, Deus judicabit. In verſ. 11. excommunicationis objectum facit eum, qui frater nominatur 2. Theſſ. IV, 6. fratribus denunciat, ut ſubducant ſe ab omni fratre, qui inordinate incedit. Ipſe Salvator Jeſus Excommunicandum bis vocat ἀδελφόν σου, tuum fratrem, Matth. XVIII, 15. Cum Judæi e captivitate Babylonica reduces in Samaritanos tela extorquerent anathematis a *R. Elieſare* conſignata, hi ipſorum ambiebant ſocietatem conjunctisque cum ipſis viribus templum erant ædificaturi Eſr. IV, 2. unde objectum erat non inidoneum ipſorum anathemati. Secus in *Tito Romano*, quo de in Cod. *Berachot* Babyl. ac Hieroſolym. *Moed Katon.* Hinc aërem ſolummodo verberat illud excommunicationis telum, quod Romanus Pontifex quotannis die Jovis ante Paſchali in quosvis hæreticos & a fide Catholica apoſtatas ejaculatur. Siquidem ipſi ante & poſt excommunicationem ſunt & permanent iidem, qui fuerunt, ne quicquam damni inde accipiunt. Perperam etiam ſtatutum aliquando fuit in Synodis quibusdam, *oportere poſt mortem etiam hæreticos anathematizari: nam finis Excommunicationis, qui primario intenditur, hic obtineri nequit,* converſio ſcilicet delinquentis & ſalvatio ſpiritus ejus. Poſt mortem enim neque converſio neque redemtio locum habet. Id vero plane ridiculum eſt, quod tradunt *Pandectæ Talmudicæ* de cane quodam, quod calceos Rabbinorum arroderet, excommunicationi ſubjecto, cui nihilominus ob id ipſum cauda igne fuerit conſumta.

§. 29. Quod ad *delicta* attinet; Quædam illorum per naturam ſuam ſunt talia, ut excommunicationem mereantur: Quale vitium eſt perverſitas doctrinæ verbo Dei in ſcripturis revelato e diametro repugnans, ac fundamentum fidei noſtræ plane ſubvertens. *Apoſtolus* Pſeudoapoſtolos Galatas a veritate Evangelii ſemel agnita avertere conantes anathematizavit. Gal. I, 8. 9. Titum ſuum quoque monet, cap. III, 10. Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devitare. Romanos precatur (cap. XVI, 17.) obſervare eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam didicerant, facerent, & declinare ab illis.

§. 30. Hoc ipſum poſt Apoſtolorum tempora ſtrenue obſervarunt Patres Eccleſiæ priſtinæ. *Auguſtinus* ut *Gratianus* habet, *Pelagium* & *Cæleſtium* novam hæreſin ſanctam Dei eccleſiam introducentes excommunicavit, & ab Eccleſia Dei ſeparavit. Patres *Synodi Antiochenæ* Paulum *Samoſate-*

*mosatenum* hæreseos convictum, & ab omnibus manifestissime deprehensum. Falsi dogmatis reum, ab universa, quæ sub cœlo est, ecclesia christiana eliminarunt. Vid. *Euseb. hist. Eccl. Lib. 7. c. 29.* *Arius Miletii* Sectator, cum Miletio ipso Hæresiarcha, a *Petro Antistite Alexandrino* excommunicatus est; Erroris autem venia impetrata ab *Achilla* Petri successore in Ecclesiam receptus est Arius. Cum vero ipse novam hæresin, quæ ab ipso Ariana dicta, suscitaret, multosque in partes suas pertraheret, ab *Alexandro*, Achillæ successore denuo excommunicatus & sacro ordine motus fuit: Et cum ne tunc quidem quiesceret, post multas altercationes denique in *Synodo Nicena* unanimi concilii sententia ipse & qui ejus adhærebant Sententiæ, anathemati subjecti, eorumque libri igni adjudicati sunt. Vid. *Niceph. hist. Eccl. Lib. 8. a c. 5-18.*

*Apollinaris* hæresis damnata fuit in *Concilio Romæ* coacto a Damaso Romæ, & Petro Alexandriæ, Episcopis.

*Victor*, Episcopus Romanus, *Theodotum* coriarium, qui primus asseruit Christum nudum hominem esse, a communione Ecclesiæ ejecit.

*Idem Pontifex*, totius Asiæ, vicinarumque provinciarum ecclesias, tanquam contraria rectæ rationi sentientes a communione abscidit, datisque literis, universos, qui illic erant fratres, proscripsit & ab unitate ecclesiæ prorsus alienos esse pronunciavit.

§. 31. Cum hoc hæreseos crimine multa alia conjungit Apostolus, quando inquit: *Nolite errare, neque fornicarii, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Scilicet si ad finem vitæ usque tales esse perseveraverint. Nam easdem species recenset *capite* præcedente *quinto*, versu undecimo, & dicit, cum talibus, qui hujusmodi vitiis dediti, *ne cibum quidem capiendum esse, aut aliud quid habendum commercii.* Quod clare excommunicationem indigitat.

§. 32. Quædam delicta talia non videntur, ut excommunicationem per se mereantur, talia tamen evadunt ex consequente & per accidens, propter contumaciam delinquentis. *Certum est*, inquit *Gratianus*, *pro tribus criminibus aliquem excommunicari debere, cum ad Synodum canonice vocatus venire contemnit; aut si postquam illuc venerit, Sacerdotalibus respuit obedire præceptis, aut si ante finitam causæ suæ examinationem a Synodo abire præsumit.* Sic si quis semel plus potus assumsisset, quam natura ejus ferret, ex quo crapula sibi enata esset; Deinceps autem inciperet hilariorem se exhibere, atque consuetudo ejus alias esset; nonnihil etiam exci-

excideret, quippe clamando, cantando; ecquis esset, qui ob unicum hunc actum ipsum vellet excommunicatum? Citatus autem ad reddendam de excessu suo rationem, venire recusaret, merito suo excommunicaretur.

§. 33. Quædam denique delicta neque per naturam suam sunt talia, ut excommunicationem mereantur. Neque per contumaciam delinquentis evadunt talia; alia tamen subest causa, ob quam puniantur excommunicatione, pœna licet graviore, atque delictum alias meretur. Ita si fornicationis vitium adeo commune fiat, ut totus pene mundus fornicationi sit deditus, sive ut Propheta inquit זנתה הארץ *ipsa quasi terra scortetur;* merito puniretur graviore pœna atque hoc tempore fit; idque ut fornicantium multitudo minueretur, totaque respublica cum ecclesia bene audiret: Sic apud nos arbitraria hactenus pœna afficiuntur duellantes, capitali autem in Gallia, summo id omnino urgente necessitatis telo, statuque reipublicæ. In *juribus Ebræorum* tit. *Sanhedrin*, item apud *Maimonidem*, ac *Mosem Kozensem*, recensetur, quod Synedrium percutere possit, atque aliam irrogare pœnam, utut in lege nihil de eo sit mandatum. Idque non ut verba legis transgrediantur, sed ut sepimentum legi faciant. Nam historia refertur de quodam, qui Græcis in Judæos Imperantibus inequitaverat equo in Sabbatho, quem in Synedrium protractum obruerunt lapidibus. Non quod ita æquum fuerit, sed quod id tempus exigeret. Alia historia accidit de Viro quodam uxorem suam sub ficu ineunte, quem in Synedrium protractum fustibus castigarunt, non quod ita æquum fuerit, sed quia pro ratione istius temporis videbatur necessarium. Sic *Simeon f. Schattach* dicitur uno die in *Ascalon 70. suspendisse mulieres*, nondum omnibus inquisitionis, examinationis, atque admonitionis gradibus adhibitis, nec testimonio satis elucidato, sed prout ipsi pro ratione temporis visum.

§. 34. Cæterum nemo miretur, quod etiam pro capitalibus delictis Excommunicatio legatur inflicta. Cum talismodi homo penitus privetur gratiosa Dei præsentia aliisque beneficiis spiritualibus, adeo ut totus pateat tyrannidi Satanæ. Unde *Augustinus* scribit: *Nihil sic debet formidare Christianus quam separari a corpore Christi: Si enim separatur, non est membrum ejus, si non est membrum ejus, non vegetatur spiritu ejus. Quisquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Ut taceam, quod talis pro infami plane habeatur. Quid sit autem amissio famæ satis docet Poëta, sic canens:

 *Omnia*

*Omnia si perdas, famam servare memento;*
*Qua semel amissa, postea nullus eris.*

Accedunt & alia, quæ imponunt etiam revertenti; ita *Gratianus* matricidæ pœnitenti injungit, ut per annum integrum ecclesiam non ingrediatur, stet ante fores Basilicæ orans & deprecans Deum; Completo vero anno introeundi in ecclesiam licentiam habeat, sed tantum inter audientes stet, nec communicet. Præterlapsis autem tribus annis ad sacram cœnam admittatur. Oblationes non offerat, priusquam adhuc alii septem anni expleantur. Toto autem hoc tempore carnem non manducet, nec vinum bibat, exceptis diebus festis. Pedibus incedat quocunque proficiscatur, arma secum non ferat. Singulis hebdomatibus tres dies jejunet. Quæ sunt alia hic atrocia, infra suo loco dicentur prolixius.

§. 35. In *civilibus* quoque maxima interdum videtur inæqualitas esse inter delictum & pœnam, quæ tamen nequaquam talis est, si omnes circumstantiæ, quibus pœna infligitur, recte examinentur. Sic inter milites pro capitali nonnunquam crimine nonnisi relegatio ab exercitu infligitur; quæ tamen tanti ab ipsis æstimatur, ut generosiores animi præ illa eligant certa occumbere morte: Nimirum renunciatur delinquens coram toto exercitu infamis, circumstans autem cohors arma inversa tenet, armis denique ipsius per lictorem fractis, ipse ab exercitu pellitur. Sic quoque apud Res publicas quasdam adulterii crimen tantum unius mensis incarceratione plectitur, intra quod tempus incarcerato non nisi pultes & aqua ad alimentum porriguntur. Aut etiam mulcta tantum pecuniaria castigatur. In primum homicidii crimen Deus sola Excommunicatione animadvertit. Sic *Plato* in legibus *Dec. IX.* non aliam in homicidam pœnam constituit, quam Exilii.

§. 36. Quod Ebræorum statuta attinet, non male observat *Cl. Lightfoot*, adhibitam fuisse *excommunicationem*, *ut pœna esset istorum delictorum, quibus nulla alia pœna decernitur vel in paginis sacris, vel in traditionibus.* E titulo *Moed Katon*, in quo ex instituto hoc argumentum pertractatur, videre licet, in duabus causis generalibus Excommunicationem fuisse adhibitam. *In re pecuniaria*, quando, ut *Glossa* habet istius loci, per *Synedrium* de solutione admonitus, eam præfracte omittit; atque ob Epicurismum. *Epicurum* autem in Codice *Sanhedrin* explicant eum, *qui Dei verba spernit, ac discipulos sapientum.* Atque hinc est, ut in Codice *Beracboth* statuant, quod in 24. causis Synedrium Excommunicatione animadvertat

advertat

advertat ob honorem Rabbinorum. Has caufas fparfim per corpus *Talmudicum* traditas in titulis *Berachoth*, *Moed Katon*, *Gevammoth*, *Kiddufchin*, *Pefachim*, *Nedarim*, *Sanhedrin*, *Maccoth*, *Bava Kamma*, *Cholin* ac *Nidda*. In unum collegerunt fpeciatim exprimentes, *Mofes Aegyptius* in *bilchoth Talmud Tora cap. 6. Rabbenu Jacob* in *Arba Turim Part. II. §. 334. Jofeph Karo in Schülchen Aruch Part. II. §. 234. num. 43.* Atque ex noftris *Buxtorffius*, *Coccejus*, *Seldenus*, *Lightfoot*, *Daffovius*, aliique, ad quos brevitatis caufa B. lectorem remitto, ne fi fingulas caufas e fede propria Talmudis allegatas exemplo aliquo, ut conftitueram, illuftrarem, chartæ excrefcerent nimium. In genere, excommunicaturus alium accurate attendere debebat, utrum delictum talem incurreret cenfuram. Siquidem inique vel ob caufam non fatis prægnantem excommunicans, ipfe fibi hanc pœnam accerfit.

§. 37. PROCESSUS, quo peragi debet excommunicatio, varius eft. Primo quod ad delictum; Illud vel *publicum* aut publice notum effe debet, ita, ut autor reatum negare non poffit; (de occultis enim non nifi Deo rationem reddere tenemur, ab eoque pœnam, quam meremur, expectare.) Vel ipfius autoris confeffione, aut fufficientibus aliorum teftimoniis palam factum. Hac in parte multum olim peccatum fuit, quando excommunicationis fulmine ita temere prorumpebant, ut fæpe delinquentem ignorarent. Ita S. *Benedictus* dicitur excommunicaffe furem, nefciens quis ille fit. Scilicet Abbas quidam amiferat annulum: cum vero non inveniretur, qui rapuerat eum, tulit excommunicationem contra quemcunque annulum habentem: inventus autem fuit corvus, in cujus domuncula repertus eft annulus. Longe aliud nos docet *Gratianus* fcribens: *Nos vero a communione probibere quenquam non poffumus (quamvis hæc prohibitio nondum fit mortalis, fed medicinalis) nifi aut fponte confeffum, aut in aliquo, five feculari, five ecclefiaftico judicio nominatum, atque convictum.*

§. 38. Deinde confitens Reus ubi habetur, prius obfervari oportet gradus admonitionum, quam defcenditur ad ipfam excommunicationem; monente ipfo Chrifto *Matth. XVIII, 15. feqq.* Quem Paulus fecutus eft fcribens ad *Titum cap. III, 10.* hæreticum hominem μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν devita &c. Atque id ipfum inculcat *Gratianus* fcribens: *Quando autem crimen notum eft judici & aliis, aliquando reus inficiatur factum: Veluti, fi quis negaret, interfeciffe eum, quem fub oculis judicis in confpectu multorum interfecit. Hic quia fe reum negat, fine examinatione*

*ferirt non potest. Aliquando evidentia ipsa operis reum esse testatur, quando opere publico crimen suum confitetur: Tunc post secundam & tertiam correctionem sine examinatione damnandus est, si incorrigibilis extiterit.*

§. 39. Ecclesia judaica pro varietate delicti procedebat varie. In re pecuniaria nemo excommunicari poterat, nisi qui ter citatus, die nimirum secundo septimanæ quinto, ac secundo hebdomadæ sequentis, expressis nominibus tam Actoris, quam Judicum, comparere aut solvere præfracte contemserit. Sed ob Epicurismum in momento transgressionis, qui aderat, eidem incumbebat transgressorem excommunicationis vinculo constringere, ne connivendo vel executionem protrahendo, ansam præberet blasphemandi Dei. De jure quoque & delinquens notus esse debebat, ejusque delictum publice promulgari. Hinc, ut est in Codice *Moed Katon*, Talmud. Hieros. cum *R. Meirum* quærerent excommunicare, respondit illis: Non obtempero vobis, donec exprimatis, quem excommunicationis vinculo constringetis, & de quo ac quot rebus excommunicabitis. Ut sæpe, miratus sim, quo Autore, ac quo fundamento ille, qui Animadversiones conscripsit in *Schulchan Aruch*, statuerit, *in negocio Excommunicationis non opus esse testimonio, ac ratione manifesta.* Persona vero in *Epicurismo* deprehensa, ut de nomine nota sit, necesse non erat: quia in aperto crimine deprehensæ sufficiebat dicere: *Sit Vir iste, vel Mulier ea, in excommunicatione.* Nihilominus de facto sæpe accidit, ut similes cum Papicolis errarent errores. In tit. *Moed Katon* Babyl. refertur, quod canem calceos Rabbinorum corrodentem, ignorantibus illis, quis fecerit, excommunicarint. Quæ Excommunicatio adeo infeliciter cessit cani, ut igne in cauda concepto, ignominiose perierit.

§. 40. In Ecclesia Christiana aliquando ita fiebant isti admonitionum gradus. Prima persona lapsa indicabatur a pastore Ecclesiæ, simulque commendabatur precibus publicis, ut Deus oculos mentis ipsi aperire, gratiamque suam ad conversionem concedere velit. Ipsius vero nomen reticebatur, nec delictum exprimebatur. Quod si prima admonitione pœnitentia non ducebatur, post aliquot dierum intervallum, monendo instabat Pastor, simulque delictum nominetenus exprimebat; delinquentem tamen adhuc reticebat. Quod si ne tunc quidem pœnitentiæ signum aliquod edebat, & delinquens & delictum publice proferebatur, simulque e communione ecclesiæ rejectus, pro membro ejus ulterius non habebatur. Vid. *Lud. Dunte* in Decis. Casuum Consc. p. 501.

§. 41.

§. 41. Quem excommunicationis processum etiamnum hodie adhibere suadent, qui de constitutionibus Ecclesiasticis scripserunt. Primum jubent, ut minister Ecclesiæ peccata notoria libere & intrepide pro concione objurget, unum atque alterum etiam, quod præcipue regnet, sigillatim exprimendo: Autorem tamen reticeat. Deinde si concio nihil valeat apud ejusmodi hominem, privatim conveniat ipsum, & exaggeratis peccatis, serio dehortetur, ut abstineat ab impietate sua. Si nec privatæ admonitioni locum relinquat, minister Ecclesiæ ipsum deferat apud Superintendentem, qui assumto uno vel altero ex Ministerio denuo ad vitæ emendationem ipsum adhortetur. Sineque his obtemperet, ad tempus arceatur a sacra communione corporis & sanguinis Christi: quæ excommunicatio minor est. Si ne sic quidem aliquid efficiatur, coram Senatu Ecclesiastico præsentibus Senioribus populi, cum ipso agatur, omniaque experiantur, quæ ad vincendum ipsum pertinere videantur. Si vero etiam hoc, ecclesiæ judicium audire contemnat, unanimi totius consessus consensu excommunicationis sententia in ipsum feratur.

§. 42. Facto excommunicationis decreto, actus ipse peragatur per Superintendentem vel Pastorem illius Ecclesiæ, ubi excommunicatio instituenda. Nimirum in publico ecclesiæ conventu sistatur excommunicandus coram suggestu, & finita concione Pastor indicet communioni, hominem præsentem enormiter peccase, maximumque scandalum Ecclesiæ præbuisse; aliquoties autem admonitum esse, ut resipiscat: verum spretis admonitionibus, nullam plane spem resipiscentiæ ostendere: Proinde decretum esse, ipsum ex ecclesiæ pomeriis ejicere atque proscibere. Postea schedam notificationis prælegat communioni, quam vid. ap. *Dedekenn. thes. cons. Theol. Jurid.* pag. infra cit. Hac prælecta, æditūus per mediam ecclesiam personam excommunicatam educat, atque rem sibi habere jubeat. Præterea admoneat Pastor reliquum coetum, ut bene circumspiciat se, ne simile quid committat; istius autem excommunicati conversationem omnem in refugiant, quo pudefactus in mentem melius commutet.

§. 43. Lapsus memoriæ est, quando Clarissimus Buxtorffius (ex eoque multi alii, qui cum periti rerum Judicarum videri vellent, nec tamen fontes ipsorum adire poterant, ex rivulis tantummodo hauserunt, quæcunque effutiunt,) scriptum reliquit, *congregatis ecclesiæ Antistibus, candelas accendi, quæ recitatis, quibus uti consueverunt, maledictionibus, subito extingantur, quod excommunicatus luce jam cælesti sit privatus,*

*tenebrisque adjudicatus infernalibus.* Nihil de hoc, ut ut diligenter quæsiverim, deque argumento hoc præter utrumque Talmud, clarissimos quosque Ebræorum JurisConsultos contulerim, ullibi potui deprehendere, ut non dubitem, Doctissimum Virum, quod de Ecclesia Christianorum antiqua aliquando legerat, infirmitate memoriæ occupatum, adscripsisse Judæis. De hac siquidem ex *Gratiani Decretalibus constat*, *quod circumstent Episcoporum excommunicantem XII. Sacerdotes* (qui forte XII repræsentarunt Apostolos, uti Episcopus Christum; atque sic eo minus de Judæis res non potest intelligi) *lucernas ardentes in manibus tenentes, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis projiciebant in terram, & pedibus conculcabant. Mittebant quoque epistolam per parochiam, quæ continebat excommunicanti nomen, et causam excommunicationis, ne quis forte inscius communicet excommunicato.* Judæi vero multis buccinis ad horrorem excommunicandis pariter ac audientibus incutiendum inflatis, anathemate feriunt. Samaritani quantum innotescit nobis ex *Pirke Eliezer* trecentis, Jesus, ut in *tit. Sanhedrin* asseritur, quadringentis, ac *Heros* ille in *Moëd Katon* mille buccinis inflatis sujiciebantur excommunicationi. Formula, qua tam in foro, quam extra judicium, uterentur, si *R. Abr. Dav. a Rabbenu Jacob in Jore Dea* citato credimus, pro varitate delicti non nihil variabat adeo ut in leviore quidem crimine diceretur absenti: פלוני יהוה בנדוי *N. sit in excommunicatione:* Præsenti nominis cogniti, servata persona tertia (qs. indignum judicarent, cujus exprimerent nomen:) ac nudo pronomine Demonstrativo adjecto, פלוני זה בנדוי *N. hic sit in excommunicatione:* Ignoti vero nominis, ליהוי ההוא גברא בנדוי *homo iste sit in excommunicatione:* In graviori autem delicto eadem serventur, nisi quod נדוי substituatur שמתא. Quæ tamen differentia in Talmude ipso nuspiam traditur, ut non immerito *D. Seldenus*, consentiente *Maimonide*, ac *Gemara* ipsa tradat: *quanquam* נדוי *hinc inde pro excommunicatione sumatur, nihilominus in ipso tam forensi, tum extra forum solenni excommunicandi actu non Niddui, Sed Schammatha, ut magis proprium & receptum, usurpatum fuisse.* In Majore vero excommunicatione, formula quæ adhibeatur, erat secundum *Rabbenu Ascher* יהא בחרם sit in *anathemate:* juxta *Maimonidem* vero פלוני מוחרם וארור בו אלה בו שבועה בו נדוי *N. devotus esto ac maledictus.* In illo sit execratio, juramentum, ac excommunicatio. Modo non verba posteriora, quod valde apparet probabile, virtutem exprimant בֿ״ה חרם, & ad ipsam excommunicandi formulam minime spectent

ſpectent quæ adeo ſolis tribus abſolveretur vocabulis prioribus. Huic autem conciſæ adjicere ſolent omnes diras ac exſecrationes, quas undecunque poſſunt corradere. Cujusmodi exemplar exprimit *Buxtorffius* Lexic. Talmud. ad חרם, ac duo alia *Seldenus J. N. & G.* e *Pirke Elieſer* ac libro *Colbo lib. 4. cap. 7.* inter Chriſtianos uſitatam exhibet *Regino Prumienſis* ab *Hildebrando* editus *cap. CCCCX. ſeqq.*

§. 44. FINIS excommunicationis multiplex eſt; *Primarius* tamen eſt hominis peccatoris converſio. Paulus in poſteriore ſua ad Corinthios Epiſtola, *ſi quis*, inquit, *non auſcultat noſtro Sermoni, hunc notate per epiſtolam & nolite converſari cum ipſo, ut pudefiat*, hoc eſt, pudore tactus ad mentem redeat meliorem: item in *priore* ſua *ad Timotheum* ſcribit: *ſe tradidiſſe Satanæ Himenæum & Alexandrum, ut caſtigati diſcerent non maledicere*, id eſt, caſtigatione hac adducti, deſinant & doctrinam fidei blaſphemare, et falſum ſuum dogma ſpargere. Optima autem pœnitentia eſt a peccatis deſiſtere, vel ut Germanice efferri ſolet: **Nimmer thun iſt die beſte Buß.**

§. 45. Hunc finem pœnitentiæ Iudæis quoque præfixum fuiſſe, evidentiſſime patet e notabili iſta longanimitate ac tolerantia, qua de menſe in menſem excommunicati expectarunt converſionem. *Rabbenu Aſcher* inquit e codice *Moed Katen* Babylonico: *Non eſt excommunicatio infra 30 dies, intra quos ſi non converſus fuerit, repetunt in eo excommunicationem poſt iſtos 30. dies: ſi nec intra hos convertatur, præſtolantur eum adhuc 30. dies alios, antequam anathemate eum devoveant.* JEſus in *Cod. Sanhedrin* a. R. *Joſua f. Petachiæ* excommunicatus aliquoties dicitur, ab eo ad pœnitentiam agendam admonitus, ut vinculum ipſi ſolveretur. Idcirco etiam, quam primum quis converſus fuerat, vel adverſarium ſuum, quem offenderat, reconciliaret, etiam intra 30 dies ſeparationi ſuæ antea determinatas in gremium Eccleſiæ recipiebatur: vinculo Excommunicationis ſoluto.

§. 46. *Secundarius* Excommunicationis *finis* eſt eccleſiæ Beatitudo, tum ratione ſui, tum cujuslibet ejus membri. Ratione membrorum; ne alter ad alterius exemplum peccare diſcat, et ſic vitium per totam ſerpat eccleſiam; Bene igitur *Hieronymus* ſcripſit *Reſecandæ ſunt putridæ carnes, et ſcabioſa ovis a caulis repellenda, ne tota domus maſſa, corpus & pecora, ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant.* Ratione Eccleſiæ; Ne cumulatis peccatis Deus ad indignationem juſtam provocatus, matrem cum pullis perdat; quemadmodum eccleſiæ antediluvianæ accidit,

cidit, quam præter paucas animas in arca *Noæ* conservatas, Deus diluvii aqua penitus extirpavit. Idem fatum quoque experta est *Sodomitarum* ecclesia, sulphure & igne cœlitus demisso consumta. Præterea ne apud Exteros male audiat ecclesia, adversariique occasionem accipiant eam conviciandi, quasi sit tantum sceleratissimorum hominum caterva, quæ quodvis facinus impune obire sinat: Hæretici autem virtute verbi divini quidem adducti, ut fidem habeant religioni Christianæ; Christianorum vero impia vita deterreantur, quo minus fidem Christianam suscipiant: Quemadmodum Iudæi de contumacia sua appellati, quare claræ Evangelii luci assensum præbere detrectent; objiciunt nobis diversas sectas maximumque Christianorum in religione dissensum, quo dubii reddantur, utri sectæ adstipulandum sit: Manere igitur se dicunt, religioni suæ addictos, ne pejorem amplexentur, vitantes minus malam. Inprimis etiam ne Sacramenta polluantur contra claram *Christi* prohibitionem *Matth. VII.* v 6. *Nolite dare Sanctum canibus: neque projicite margaritas porcis;* Quo de *Chrysostomus* loco supra cit.

§. 47. Quod Ebræi in eo etiam æquitati justitiæ litare voluerint, delinquentes poenæ, quam meruerant, subjiciendo, vix in dubium vocare poterit, qui legem in tit. Nedarim promulgatam cum *Glossa R. Salomonis* contulerit. Ita autem illa: *audiens mentionem nominis divini in vanum prolati ex ore socii sui, obligatus est ad excommunicandum eum, et si non excommunicat eum, ipse reus fit Excommunicationis. Nam ubicunque invenitur mentio nominis divini, ibi paupertas invenitur, quæ est instar mortis, sicut dicitur Exod. IV, 19 quia mortui sunt omnes viri illi. Atqui Traditio est quocunque sapientes suos direxerunt oculos, aut mors evenit aut paupertas*, (i. e. aut moritur ille, aut in paupertatem incidit) *Propterea opus habet* (talia audiens) *excommunicare eum* (nomen Dei vane proferentem) *ut in paupertatem incidat; quæ est instar mortis.*

§. 48. EFFECTVS igitur Excommunicationis dantur multiplices. Per eam enim separatur Excommunicatus a Deo: Excommunicatio enim est a Deo et Ecclesia Separatio. E contrario vero Satanæ potestati traditur. *Omnis Christianus*, dicit *Gratianus*. *qui a Sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur; quomodo? scilicet*, quia *extra ecclesiam Diabolus est, sicut in ecclesia Christus: ac per hocquasi diabolo traditur qui ab ecclesiastica communione removetur. Unde illos, quos tunc Apostolus Satanæ esse traditos prædicat, excommunicatos a se esse demonstrat.* Excommunicatus manet sub vinculis peccatorum suorum, nam *omnes quicun-*

qee

*que ligantur in terris, Deus vult ligare in cœlis Matth. XVI, 18.* idem etiam probat *Gratianus: Quicunque* inquiens *ab unitate fidei vel societatis Petri Apostoli quolibet modo semet ipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum suorum absolvi, nec januam possunt regni cœlestis ingredi.*

§. 49. Excommunicatus arcetur ab usu sanctissimi corporis & sanguinis Christi ne tanquam indignus hospes ipsemet judicium sibi edat & bibat 1 Cor. II, 29. Et quanquam excommunicato templum ingredi liceat, peculiari tamen & separato ab aliis loco, secundum Constitutiones Saxonicas, singulis Dominicis & Festis, aliisque, quibus Sacra publica celebrantur diebus, ad auscultationem verbi divini consistere debet; finitis autem sacris templo exire, aut per æditiuum evocatur. Non admittitur ad officium Patrini in collatione baptismi; etiam deductione novorum nuptorum ad copulationem sacerdotalem prohibetur: indignus quoque æstimatur, qui ad alios Christianos congressus, quippe nuptias, conviva baptismalia &c. admittatur.

§. 50. In civili autem vita toleratur, atque permittitur ipsi contractus, aliaque commercia civilia cum aliis exercere, quæ Christianis etiam cum gentilibus intercedunt; a familiari tamen ejus conversatione omnes abstinent. Sic *S. Iohannes* aliquando venit ad balneas lavandi gratia, et ibi offendit *Cerinthum:* Quem ubi conspexit, continuo exsiliit non lotus, dicens sociis: fugiamus hinc, ne balneæ ipsæ corruant, in quibus *Cerinthus* hostis veritatis lavat; Teste *Eusebio.* Sanctus Iohannes etiam prohibet, *ne quis excommunicato osculum det*, aut *ave dicat. Gratianus* sub poena Excommunicationis interdicit, ne quis se excommunicato jungat in oratione, cibo, potu. Et *Appollinaris* senior a *Gregorio Laodicensi* Episcopo reapse excommunicatus fuit, quod cum *Athanasio* Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo, sub *Constantio* autem in exilium acto familiariter versatus fuerit.

§. 51. In foro Politico talis reputatur infamis: Sic *Stephanus* Papa catalogum faciens personarum infamium, inter eas quoque recenset excommunicatos: uti videre est apud *Gratianum Caus. VI. quæst 1. can. 17. Infames esse eas personas dicimus, quæ* &c. & *omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos* &c. Nec admittitur ad alterius accusationem. Ita statutum legitur in primo & secundo capite *concilii Chartaginensis septimi:* verba concilii sunt: *Definimus eum recte ad accusationem non admitti, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipso adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit.* Nec ad ferendum testimonium admittitur. Idem hoc statuit concilium

*Carthaginense septimum:* Cujus verba sunt: *Testes ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt:* Constitutum autem fuit, Excommunicatos durante excommunicatione, non admittere ad accusandum. Multo minus alterum Excommunicare potest. *Audivimus* scribit *Alexander II. Papa*, *quod Henricus Ravennas dictus Archiepiscopus visus sit te excommunicare. Verum quia ipse, quippe excommunicatus, te excommuuicare non potuit, Apostolica autoritate te tuosque absolvendo, mandamus exinde nunquam curare.* Scilicet Archiepiscopus Ravennas, hæreticus et excommunicatus, *Valerianum* Episcopum excommunicavit: quod cum *Alexander II.* audisset, scripsit *Valeriano* Episcopo, ut illam sententiam non curaret, absolvens eum de facto.

§. 52. Quod Judæi in hoc ultimo dissentiant, supra dictum est. Apud hos enim in Cod. *Nedarim Mar Sutra*, Pius cognominatus, cum filius *R. Rab.* reatum incurrisset Excommunicationis, prius se ipsum excommunicavit, ac deinceps alterum, ne, ut expositio habet *Rabbenu Ascher*, piger fiat, ac obliviscatur alterum solvere. Valde tamen tubito, in illis procedere id ipsum, qui ex delicto aliquo excommunicatione percussi, ejus constringebantur vinculis. Hinc quanquam ille *a Risch Lakisch* excommunicatus, statim hunc ipsum excommunicationi subjecerit, quæ firma ac valida a Doctoribus æstimata fuit; non tamen censenda est ab excommunicato provenisse, cum præter meritum suum hoc in ipsum intenderat telum *Risch Lakisch*, quod exinde metam, ad quam collimabat, non attigit.

§. 53. Alias *Ebræi* æque graves effectus excommunicationi adscribunt. Ut enim non tangam protritum illud effatum, quo mortem accelerare censetur aut miseriam morti similem: quod eventus comprobavit in *cane* Rabbinorum calceos corrodente, *Heroë* illo insignem aliquem Rabbinum angustiis afficiente, item *erudito malæ famæ* a *R. Juda* excommunicato, de quibus in *Moëd Katon;* atque *in aulico isto*, cujus in tit. *Schabbath* fit mentio, qui vipera Rabbinorum morsus sanari non potuit. Nec cum quibusdam perperam illis redeundi viam præcludam; aut e templo penitus eliminem; vel a societate, etiam uxoris ac domesticorum ad quatuor cubitus arceam aut cujusvis manibus vitam ipsorum exponam, quasi cuilibet eos interficiendi libera fuisset potestas. Quæ singula his ultimis verbis recensita legibus Ebræorum minime sunt consentanea.

§. 54. Id extra dubium est ac simpliciter excommunicatione coram Synedrio factam consequitur, quod proponam verbis *Rabbenu Ascher*

*Aſcher*, qui in *Iore Dea; Hoc eſt jus*, inquit, *Excommunicati ac anathemate percuſſi IN COMMVNI CONVERSATIONE: Non comedunt, nec bibunt cum eo, nec ſedent intra quatuor cubitos ab eo præter uxorem ſuam ac filios & domeſticos, quibus conſedere cum ipſo licitum eſt. Non in ſocietatem arceſſunt eum ad gratias agendas, ne adhibent eum ulla in re, quæ eget decemviratu. Et ligatus eſt, quantum ad lotionem ac raſionem, et* ex ſententia *R. Abr. f. Davidis, quantum ad veſtitum calceamentorum, Bona ejus in fiſcum referunt. Et quanquam permiſſum ſit cum eo colloqui. parce tamen fiat, nec niſi in ſumme neceſſariis.* Quod intelligendum puto, de percuſſo anathemate, qui nec mercede conducitur, nec alios conducere poteſt: nemo cum ipſo negotiatur, et ægre obtinet, ut tabernulam ſibi exſtruat ad vitæ miſeram ſuſtentationem. Quæ omnia Minore excommunicatione vincto, ſunt conceſſa. Etiam prohibere poteſt *Synedrium*, ut *nemo cum eo loquatur penitus & conſtituere, ut quicunque cum eo comedat, vel ſedeat intra quatuor cubitos ab eo, et ipſe percutiatur, anathemate.*

§. 55. In re doctrinam concernente, is qui Minori Excommunicatione vinctus erat, docere poterat, atque ab aliis informari: Majori autem qui conſtringebatur, nec ipſe docere poterat, nec ab aliis doctrinam expectare; proprio tamen Marte licitum erat ipſi operam dare literis, ne ſuæ, quam didicerat, obliviſcatur doctrinæ. Quantum ad cultum Dei publicum, licitum quidem erat ipſi templum ingredi, ſed, ut *Miſchna* habet in tit. *Middoth*, ordine inverſo, ut a quolibet animadverteretur. Et quanquam in Synagogis conceſſum ipſi ſit, ſeorſim ſuas ad Deum fundere preces; conſuetudine tamen (ex mente *autoris animadverſionum in Schülchan Aruch*) invaluit, ut ex ea ejiceretur ne in anguſtiam cogeret fideles reliquos, qui neceſſe habent, quatuor ab eo recedere cubitos. Quin imo ſi recte ſtatuit *Benjamin* cognomine *Lupus*, libera penes ſenatum erat facultas, in tantum rem ipſi aggravare, ut ne ejus circumcidantur filii, aut qui e ſuis vita decedat, ſepeliatur. Uxor quoque ipſius prohiberi poteſt a Synagoga, & liberi etiam a tonſtrina.

§. 56. Horrenda ſunt, et divini indicia digiti, ſi cum veritate conſentiunt, quæ recenſet *Joſephus de Eſſenis* peculiari Judæorum ſecta, quod ob delicta graviora conſortio ipſorum ejecti, ne cibum quidem oblatum capere potuerint, ſed more pecudum herbas decerpentes, fame miſerrime, niſi reciperentur, perierint. Etiam apud *Gentiles, in Druidibus*, ex ſententia *Cæſaris* id fuit obſervatum, ut quibus interdictum erat ſacrificiis, ii numero impiorum & ſceleratiſſimorum haberentur; iis omnes decederent, aditum eorum ſermonemque defugerent, ne quid ex conta-

tagione accipiant incommodi, neque iis petentibus jus redderetur, neque ullus communicaretur honos. Qui ex *Pythagoræis*, quod regulas instituti ejus non servasset, a cœtu arcebatur, eum omnes pro mortuo habebant, ita ut et κενοτάφιον ei struerent. Qui *Romanis* olim *Sacri* dicebantur, & *intestabiles*, iis ut vita indignis, *aqua interdicebatur atque igni.* Apud *Sophoclem* reperimus: *Hominem illum interdico quisquis est e regione, cui ego impero, ne quis admittat, aut alloquatur aut cum eo communicet in precibus ad Deos, aut sarificiis.*

§. 57. EVENTVS Excommunicationis alius est *in receptione*, alius quando Excommunicatus tempore excommunicationis *naturæ reddit debitum.* Enim vero durante inter Christianos Excommunicatione sive Majore, sive Minore, jubent constitutiones ecclesiasticæ, ut excommunicatus frequenter citetur ad Pastorem suum aut Superintendentem vel etiam Consistorium, lapsus sui admoneatur, miserrimaque, in qua jam viveret, vitæ conditio ipsi proponatur, nullis præterea admonitionibus, imo etiam objurgationibus parcatur, quæ ad convertendum ipsum aliquid faciant: victus si det spem veræ resipiscentiæ in ecclesiæ gremium recipiatur; præcedanea tamen peccati confessione atque ecclesiæ offensæ reconciliatione.

§. 58. Peragi solet Reconciliatio hæc sequentem *in modum:* primum sistatur excommunicatus in ecclesia coram Præfecto Diœceseos, ecclesiæ Patrono & Senioribus, aliisque de ecclesia ad hunc actum convocatis, & a Pastore quæratur: Utrum confiteatur, firmiterque credat, se peccatis suis atque cordis contumacia Deum ad iram concitasse, æternam condemnationem promeruisse, ecclesiæ vero maximum scandalum præbuisse. Utrum serio et ex animo doleat de admissis peccatis atque scandalo dato. Utrum vere & ex animo Deo atque ecclesiæ reconciliari velit. Utrum firmiter constituerit apud animum suum a talismodi peccatis imposterum abstinere, vitamque honestam ducere. Utrum in testimonium poenitentiæ suæ, & fidei confirmationem S. coenam accipere velit. Deinde in congressu publico sistatur toti ecclesiæ procumbens in genua ante altare; Pastor vero sermone ad populum habito proponat; Mandatum Dei esse, ut omnes enormiter peccantes & contumaces, a corpore ecclesiæ separentur ac segregentur, ut sic peccata sua, et iram Dei adversus peccata instar ignis ardentem agnoscere discant: In quem finem concreditam esse ecclesiæ *Clavem ligantem* Notum autem esse, quale & quantum facinus Diaboli atque corruptæ naturæ instinctu præsens persona perpetraverit, in eoque perseverare religioni sibi non duxerit, ac proinde merito suo ecclesiæ Censura notata sit. Victam autem esse Præpositorum seriis admonitioni-

nitionibus, atque constituisse ad ecclesiam redire, & cum ea reconciliari: Ideo petitionem ei ne quaquam denegandam, quin potius gratias Deo agendas esse, pro conversione hominis, et hunc in finem præsentem actum esse institutum. Tum cantentur aliquot Psalmi et cantiones poenitentiales.

§. 59. Istis decantantis *Pastor* repetat priores quæstiones, & *poenitens* ad singulas respondeat *affirmando*. Quæstionibus atque responsionibus ultro citroque datis, pastor poenitentem lætissimam illam Evangelii vocem iterum audire facit: *Mi fili! condonata tibi delicta sunto. Et* post communioni ecclesiasticæ ipsum reddat. Formulam qua mediante ista receptio fieri solet, vid. *in ordinatioue Saxonica*, apud *Dedekenn. thes. Consf. Theol. Lud. Dunte Decis. Cas. Consc.* ubi de excommunicatione agunt. Postea brevem addat ad populum admonitionem, ut Deo gratias agant pro conversione istius hominis, ipsumque rogitent, ut in poenitentia cœpta jugiter conservare poenitentem velit: Interea condonato delicto ipsum pro fratre rursum agnoscant, et lapsum nullatenus ei objiciant. Denique claudatur actus precationibus. His peractis communio incipiatur consuetis ceremoniis, & absolutus peccator una cum aliis Christianis ad sacram S naxin admittatur.

§. 60. Antiquitus complures poenitentiæ annos imposuerunt peccatori revertenti, quibus debuit tantum *pane & aqua vivere, singulis hebdomatibus dies aliquot jejunare, discalceatus incedere, ad certum tempus diebus ac noctibus ante januas ecclesiæ stare, et peccata sua deflere, longam profectionem suscipere, aliaque plura facere, quæ etiamnum apud Pontificios recepta sunt.* Vid. *Reginonem Prumiensem toto Lib. 2. de discipl. eccles. Germanor.* Præterlapso poenitentiæ tempore excommunicatus vel anathematizatus ad januas ecclesiæ venire debebat, et Episcopus cum XII. Presbyteris ipsum circumstare; ipse autem terræ prostratus veniam postulare, et de futuris cautelam spondere. Facto hoc, Episcopus idem, secundum *canonen Apostolicum XXXI*, qui ipsum excommunicaverat, nisi jam morte præceptus, apprehendens ipsum dextra, in ecclesiam introducebat, & communioni Christianæ reddebat.

§. 61. Quando apud *Ebræos* in utroque *Talmude* passim inculcatur, *non dari excommunicationem infra 30. dies*, id ita intelligendum est, quod tot dies semper constituantur ei, qui primum nexu excommunicationis constingitur: Verum quam primum intra id tempus ad sanam mentem redierit, adversarium reconciliaverit, ac solutionem a vinculo, quo ob quamcunque causam constrictus tenetur, more decenti quæsiverit,

 illico

illico recipitur: ſin vero intra tempus conſtitutum converſus non fuerit, ſi quidem ob honorem denegatum privatim excommunicatus fuerat, nihilominus tempore iſto elapſo vinculum ipſi ſolvitur, modo ejus ſolutionem decenter petierit: haud ſecus ac condemnatus ad flagellationem, ictibus 40. acceptis non percutitur amplius, ſed ſuam ſuſtinuit poenam, ſive converſus fuerit, ſive minus. At ob transgreſſionem utriusque legis excommunicatus ſolvi a vinculo ſuo prius non poteſt, quam poenitentia acta ad frugem redierit. Quæ opinio *R. Abr. f. Dav. a Rabbenu Aſcher ejusque filio* adducta, multo probabilior eſt iſta, quæ in tit. *Moed Katon* inſigni alioquin viro *Abai* tribuitur, ac ſi in re pecuniaria tantum, in puncto reconciliationis etiam intra dies determinatos receptio fieri poſſit; in transgreſſione legis vero non priusquam 30 dies præterlapſi ſint, ut ut interea temporis ad frugem redierit. Cum poenitentia quocunque tempore inveniat locum. Hinc in *Cod. Nedarim R. Abba* coram *R. Hunna* ſedente, hic mulierem aliquam nomen Dei in vanum proferentem excommunicationis nexu ligaſſet, ac illico ea præſente vinculum ipſi reſolviſſet inter tria iſta, quæ ille ex hoc facto obſervaſſe deprædicat, etiam hoc unum eſt, quod אין בין נידוי להפרדה ולא כלום *inter Excommunicationem ejusque retractationem nilquicquam interſit intervalli.*

§. 62. *Perſonæ* ſolventes eædem numero ſint, quæ ligarunt. Nam tritum illis eſt טוט אסר וטוט שרי *idem cornu ligat ac ſolvit;* quibus idem innuitur, ac ſi dicatur, ſono excommunicationis adhuc in auribus hominum perſtrepente alius percipitur, qui Excommunicationem rurſus diſſolvit. Aut illis defunctis vel peregre abſentibus, quæ ipſis exiſtimatione, ſapientia, pietate, annis & per omnia ſint æquales. Siquidem neceſſe eſt, ut accuratiſſime ſe examinet, quicunque ſuſcipit id ſolvere, quod proximus ſuus ligaverat, ut ei ſit æqualis. Hinc inſignis quidam *Doctor* a *R. Juda* excommunicatus, peribat in vinculis ſuis, quia *R. Juda* defuncto, nemo ipſi inveniebatur ſimilis. Quod ſi excommunicatus ignoret eum, a quo tali fulmine fuit percuſſus, abire poteſt ad Principem, qui ipſi ſuam ſolvat Excommunicationem. Siquidem, ut eſt apud *Rabbenu Aſcher*, in re dubia ac incerta ſequi ſolemus ea, quæ ut plurimum contingunt. Quid autem uſitatius, quam *Principem* reliquos ſuperare omnes? Si quis in ſomno fuit excommunicatus, ut ut noſcat, eum, qui ipſum excommunicaverit, opus tamen habet decem hominibus, qui leges ſciant interpretari, ut ipſum ab excommunicatione ſua ſolvant; Sin non invenerint, ad conquirendos eos intra milliare omnem adhibeat laborem. Si ne ſic quidem invenerit, ſolvant ipſi excommunicationem legere Biblia: quibus non

non inventis, alii decem ipsi solvere possunt: Quod si nec decem, in loco ubi habitat, deprehenduntur, etiam non nisi Tres ipsi solvere possunt. Id privilegi est *Erudito*, ut ab Excommunicatione, quæ execrationem sive dejerationem adjunctam non habet, se ipsum solvere possit, si ligaverat, etiam, ex sententententia *Maimonidis*, ob rem de qua reatum excommunicationis contraxerat suo merito. At reliquis id minime erat concessum, sed decem alii ipsi solvant, haud secus ac eum, qui in somno fuerat excommunicatus.

§. 63. In enodatione sive solutione ipsa inprimis ad id attendendum monent *leges Talmudicæ* tit. *Nedarim* ac alibi ut qui præsens nexibus anathematis innodatus fuerat, eidem quoque præsenti solvantur vincula: Qui vero absens excommunicatus fuerat, tam absens quam præsens recipiatur. Idque non sine ratione: fieri quippe poterat, quod bene observant *Rabbenu Nissim* ac *Rabbenu Ascher* e Talmud. Hieros. ut, qui absens vinculis suis eximeretur, interrogatus de eo ab aliis, respondeat se adhuc teneri: qui videntes, eundem trahi nihilominus in consortium ac commercium reliquorum, occasionem inde capiunt flocci pendere excommunicationem, eamque ceu inane terriculamentum parum revereri. Quod si absens fuerat excommunicatus, in aliorum consortium admissus iterum, in proclivi habebat cogitare, talem ejus fuisse solutionem, qualis ligatio. Nihilominus ne ulli præbeatur scandalum, præstat ita instituisse solutionem, ut id clare intelligat excommunicatus. Etiam eum, qui sub certa conditione sive ab aliis, sive a se ipso excommunicatus fuerat, solutione indigere censent. e tit. *Maccoth Rab*, *Alphes Rambam, Rabbenu, Jacob, Joseph Karo* aliique; modo, quo tempore conditionem posuerat, ambiguus fuerit, utrum impleretur, an minus. Solutionis formula præsenti quidem erat; *solutum tibi sit ac condonatum*; absentem autem si quando recipiunt, *isti N. inquiunt solutum sit ac condonatum.*

§. 64. Quod si vero in impietate vitæ perseveret excommunicatus, in eaque e vita discedat, denegare ipsi jubent Constitutiones Ecclesiasticæ honestam sepulturam: siquidem Deus ipse notoriis peccatoribus & impoenitentibus hæreticis honestam sepulturam deneget, jubeatque blasphemos lapidare & ignominiosa morte afficere.

§. 65. Nimirum quo magis alii a peccatis deterreantur, ab iisque sibi caveant, suadent ut omnes ceremoniæ, quæ in Christianorum sepultura observari solent, intermittantur. In silentio absque cantu & campanarum impulsu talis efferatur: quia cum abusu nominis divini conjunctum esse ducunt, si verbum Dei in cantilenis & funebribus concionibus contentum,

tentum, ad ſepulturam talis cohoneſtandam adhiberetur, qui fuit verbi divini contemtor & illuſor. Neque etiam in locum ceremoniarum conſuetarum ſubſtituantur aliæ; v. 9. loco cantus ac campanarum adhibeantur tibiæ atque tympana. Cum hoc ſpeciem illuſionis habere poſſit, atque cum aliis etiam piis ac fidelibus in hoc eos conjungerit. Nullus Parochianorum vel Chriſtianorum præter proximos agnatos ſequatur funus: quia is in vita ſua Chriſti vexillum ſequi neglexerit. Extra coemeterium eo loco, ubi ad capitale ſupplicium rapti ſepeliuntur, humetur, aut ſi tandem in coemeterio, loco tamen a reliquorum fidelium ſepulcris ſeparato. Quia ſicut in civili republica ſceleratus a virtutis ſtudioſo diſcernatur, ita & eccleſiaſtica inter hos diſtinguendum ſit. Præterea Paſtor loci illius habito gravi ad populum ſermone, ipſum ad timorem Dei, vitæ pietatem aliasque virtutes ſerio adhortetur, dehorteturque, ne vilipendant Excommunicationem, ſed juſtiſſimi Dei maximam adverſus peccata iram in ea intueantur & revereantur, & alterius exemplo edocti, cautius ſibimet mercari diſcant. Vid. *Dedekenn. Theſ. conſ. Theol. Tom. 1. p. 882.*

§. 66. In Eccleſia *Ebraica* quantum ex *utroque Talmude* e tit. *Berachoth* ac *Moëd Katon* conſtat, aliquo ſub excommunicatione ſua defuncto, ſi quidem ob transgreſſionem legis alicujus conſtrictus fuerat, *non lugent eum, nec veſtes ejus cauſa dilacerant; Sed Synedrium lapidant ejus tumulum*, non, quæ verba ſunt *R. Judæ*, qſ. acervum lapidum ſuper ipſum conſtituerint, quemadmodum ſuper *Achan: verum mittebant, qui ingentem lapidem ejus imponeret tumulo.* Forte ad judicandum, quo mortis genere fuiſſet dignus. Id vero, quod animadverſio ad *Schülchan Aruch* adjicit, ac ſi Senatus excommunicatione mortuum ſepultura ſpoliare poſſet; de conſueta intelligo ac honeſta: cum vix probabile ſit, hominem penitus manſiſſe inhumatum.

§. 67. Animus nunc foret differere, *an & quomodo Excommunicatio in Eccleſia Chriſtiana a jugo Pontificiorum liberata, vigeat aut vigere debeat, ac quam utilitatem præſtet,* Verum ne falcem videar in alienam miſiſſe meſſem, hæc hactenus ſufficiant. Deus omnia Eccleſiæ membra clementer cuſtodiat a graviore lapſu, quo Chriſto capiti ſuo vera fide unita permaneant, & ad ſalutem æternam conſerventur!

GLORIA DEO!

# JOH. ANDR. DANZII
# CURA JUDAEORUM
## IN CONQUIRENDIS PROSELYTIS
### AD MATTH. XXIII, 15.

### *CAPUT I.*
### DE
### CURÆ EXISTENTIA.

HAnc Salvator in noſtro Matthæi loco ſat apertis comprobatam dat verbis, dum infauſtam faciendorum Proſelytorum curam Phariſæis exprobraturus, in hæc erumpit ſequentia: *Περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν.* Locutio enim hæc ſi non reapſe proverbialis eſt, trito latinorum, *omnem movere lapidem*, aut græcorum *πάντα κάλων σείειν*, *omnem movere rudentem* reſpondens, uti haud abs re conjectatur Menochius a); certe quoad ſenſum tamen hic idem propemodum notat, adeoque ſummam Phariſæorum *operam*, *ſtudium*, *diligentiam* ſignificanter admodum exprimit.

At infrunito & perfrictæ frontis judæo hæc non ſatisfaciunt. Ut qui potius quo majores ſuos, quantum in ſe eſt, excuſet, & injuſte hanc dicam eis ſcribi evincat, pronunciatum Salvatoris ſuggillare ac falſitatis arceſſere, vel inde veretur minime; quod ſcilicet alioquin non modo gentiles ſponte ſua accedentes primum examinare b), ac tum demum ad ſe recipere in more

a) lib. 1. de Republ. Ebr. c. 3. quæſt, 2. *κινεῖν* habet Lucianus in fine Scythæ, alibi dicitur *ἀνασείειν*. Philo lib. de Decalogo p. m. 587. C. *οἱ τῶν πελαργῶν παῖδες, γῆν καὶ θάλατταν ἐπιπετόμενοι, πανταχόθεν ἐκπορίζουσι τοῖς γονεῦσι τὰ ἐπιτήδεια.* b) *Maim.* hilc. אסורי ביאה *cap. 13. §. 14.* המצוה הנכונה כשיבוא הגר או הגיורת להתגייר בודקין אחריו שמא בגלל ממון שיטול או בשביל שררה שיזכה לה או מפני הפחד בא להכנס לדת׃ ואם איש הוא בודקין אחריו שמא עיניו נתן באשה יהודית ואם אשה היא בודקין שמא עיניה נתנה בבחור מבחורי ישראל i. e. *firmo cautum eſt precepto, ut Proſelytum aut Proſelytam, ſi quando veniunt amplexuri religionem Judaicam, curioſe examinent, utrum propter divitias quas re-*

 *por-*

more habeant, ubi animadvertunt, id eos non alia quacunque de causa, quam unice religionis & veritatis cœlestis amore facere c). Sed & insuper tam

*portaturus sit, an vero propter dignitatem, ad quam aspirare possit, vel ob timorem, transire sub legem petierit. Quod si Vir fuerit, inquirunt, utrum oculos intenderit in mulierem Judæam; sin fœmina, curiose inquirunt, an forte oculis ferat quendam ex Israelitis juvenem.* Cod. Jevammoth c. 4. fol. 47. a. l. 32. גר שבא להתגייר בזמן הזה אומרין לו מה ראית שבאת להתגייר i. e. *Si quis hoc tempore veniat Proselytus, rogitans ut recipiatur, inquiunt ipsi: quid vidisti ob quod accedis, ut fias Proselytus?* &c. conf. pag. b. l. 12. sqq. Eadem habentur apud *Maimon.* l. c. c. 14. §. 1. *Smag.* P. 1. nr. 116. fol. 40. c. 3. l. 38. sqq. *Arba Turim* Part. 2. nr. 268. mox a principio. Hinc legitur in *Cod. Schabbath* f. 31. a. l. 18. sqq. Celeberrimus ille *Sammaj* rejecisse multos, qui peracto examine, ejus non satisfecerant desiderio. *Rabbenu Jacob* ex בעל הלכות in *Jore Dea*, n. 268. med. refert: חרש שוטה וקטן שבאו להתגייר אין מקבלין אותן מפני שאין כשרין להתנות עליהן *Si surdus, stultus, aut parvulus veniunt, rogantes ut Proselyti fiant; non recipiunt eos: eo quod apti non sint, quibus cum contrahatur.*

c) *Maim.* hilc. איסורי ביאה c. 13. §. 14. אם קבלו ולא פרשו וראו אותן שחזרו מאהבה מקבלין אותן שנאמר ותרא כי מתאמצת היא ללכת אתה ותחדל לדבר אליה i. e. *Si recipiant Præcepta hæc, nec se abstrahant; sed appareat, quod ex amore religionis accesserint, tunc accipiunt eos, quia dictum est Ruth. I, 18. postquam vidit eam in proposito abeundi secum obfirmatam, desiit ad eam loqui ulterius.* Idem ibid. c 14. §. 1. כיצד מקבלין גירי הצדק כשיבוא להתגייר ויבדקו אחריו ולא ימצאו עילה i. e. *Quomodo recipiunt Proselytos justitiæ? si accedente aliquo ut Proselytus fiat, inquisitione in ipsum facta, non invenerint causam.* Vid. l. c. sqq. coll. Cod. *Jevammoth* f. 47. b. l. 21. sqq. ib. l. 13 dicitur: ומודיעין אותו מקצת מצוות קלות ומקצת מצוות המורות מ"ט דאי פריש נפרוש i. e. *quæ ratio, quod,* antequam recipiunt proselytum, *significent ei nonnulla e Præceptis facilioribus, & quædam e gravioribus? Ut, si velit se subducere,* quo minus fiat Proselytus, *subducat. Nil enim,* ut Glossa habet, *curamus.* Ita *Maim.* l. c. c. 14. §. 5. ומאריכין בדבר הזה כדי לחבכן אם חזר בו ולא רצה לקבל הולך לדרכו *immorantur aliquandiu huic negocio, ut pungant eos* (lego לחבלן): *si quis ad se reversus, nolit recipere,*

tam abjecte de Proselytis sentiant, nec magni æstiment d): Cum non sine ratione eosdem habeant suspectos, quasi a veritate semel agnita ob causas levi-

*cipere, abeat via sua.* Idem c. 13. §. 15. כל החוזר מן הכותים בשביל דבר מחבלי העולם אינו מגירי הצדק· *Quicunque conversus fuerit Gentilium ob ullam e vanitatibus mundanis, non est e numero Proselytorum justitiæ.* Propterea, ut est in Cod. *Jevammoth* f. 24. b. l. 17. ת"ר אין מקבלין גירים לימות המשיח כיוצא בו לא קבלו גרים לא בימי דויד ולא בימי שלמה *ex sententia Doctorum non recepturi sunt Proselytos tempore Messiæ, quemadmodum nec recepere in diebus Davidis ac Salomonis. Illius quidem*, quæ verba sunt Maimonidis l. c. c. 13. §. 15. שמא מן הפחד חזרו ובימי שלמה שמא בשביל המלכות והטובה והגדולה שהיו בה ישראל חזרו· *ne forte metu fuerint conversi, neque tempore Salomonis; ne propter vigorem Regni ac felicitatem dignitatemque, qua tum florebant Judæi, se convertissent.* d) In multis enim æquiparantur cum servis. Deterioris sunt conditionis, quam spurii ac Nethinæi. *Horajoth* c. 3. f. 13. a. l. 29. כהן קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר וממזר לנתין ונתין לגר שזה גדל עמנו בקדושה וזה לא גדל עמנו בקדושה i. e. *Sacerdos præfertur Levitæ, Levita Israelitæ, Israelita spurio, spurius Nethinæo, Nethinæus Proselyto: quoniam iste adolevit nobiscum in sanctitate, hic neutiquam in sanctitate nobiscum adoleverit.* Mulieres ineptæ sunt, haud secus ac bello captæ, adulteræ, aliæque deterioris conditionis fœminæ, quæ possint nubere Sacerdoti. Cod. *Derech Erez* cap. 1. הגיורת והשבויה והמשוחררת ואלמנה עסה וסוטה, חלוצה גרושה וחללה פסולות מן הכהונה i. e. *Proselyta, & bello capta, item libertina, vidua conculcationis, adultera, exuto calceo renunciata, repudiata, ac prophanata, Sacerdotio sunt ineptæ.* Conf. Maim. hilc. מלכים c. 8. §. 4. Josephus contra Apion. lib. 1. f. 1035. 1036. Quin Genealogiis adhuc integris, ab aliorum quoque Israelitarum connubiis, quædam Nationes arcebantur in perpetuum, aliæ ad aliquot saltem generationes. Quo de vide prolixe differentem *Seldenum*, Jur. Nat. & Gent. lib. 5. cap. 14. toto. it. c. 15. 16. Præterea quam viles penes ipsos habiti sint Proselyti, etiam ex eo constat, quod, si quis Israelitam prorsus invitus interfecerit, capite fuerit plectandus; Israelita autem hunc etiam data opera & deliberato consilio interficiens, nequaquam. Vid. Maim. hilc. רוצח cap. 5. §. 4. c. 2. §. 10.

leviculas deſciſcant, & ad gentilem impietatem non ipſi tantum redeant, verum etiam Iſraelitas ſecum ſeducant e). Cauſam enim fuiſſe aurei in deſerto confecti vituli, ſepulchrorum concupiſcentiæ f), & id genus delictorum

e) *Maim.* hilc. אסורי ביאה cap. 13. §. 18. רובן חוזרין בשביל דבר ומטעין את ישראל i. e. *Multi ipſorum reſiliunt quadam de cauſa, inque errorem abripiunt ſecum Iſraelitas. Raſchi* ad *Jevamm.* f. 47. b. l. 15. אוחזין מעשיהם הראשונים ולומדים ישראל מהם i. e. *retinent opera ſua priora, quæ diſcunt ab illis Iſraelitæ. Toſiphta* ad l. c. Cod. *Jevamm.* אין בקיאים בדקדוקי מצוות וישראל למדין ממעשיהם *Parum exercitati ſunt circa legum minutias; Iſraelitæ vero doctrinam capiunt ex ipſorum Operibus.* f) Maim. l. c. fin. צא ולמד מה אירע במדבר במעשה העגל ובקברות התאוות וכן רוב הנסיונות האספסוף היו בהן תחלה׃ i. e. *Prodi ac diſce, quid in deſerto acciderit, in negotio vituli Exod. XXXII, ac ſepulcris concupiſcentiæ* Num. XI, 4. ſqq. verſ. 34. *Atque ita in pleriſque tentationibus colluvies illa extitit principio.* Quantum ad ſepulcra concupiſcentiæ, claram habemus Scripturæ literam loco nunc citato. De vitulo in deſerto luſo verba in hanc ſententiam ſonant paulo obſcurius. In שמות רבה Sect. 42. exinde id eliciunt, quod Exod. XXXII, 4. dicatur *iſti ſunt Dii tui o Iſraël, non Dii noſtri*, Supremumque Numen verſ. 7. non vocet eos populum ſuum, ſed populum Moſis. Verba f. 98. col. 3. fin. ita ſe habent: לך רד כי שחת עמך העם אין כתיב כאן אלא עמך אמר משה רבון העולם מניין הם עמי אמר הקב״ה עמך הם שעד שהיו במצרים אמרתי לך והוצאתי את צבאותי את עמי לא אמרתי לך שלא לערב בהם ערב רב אתה שהיית ענו וכשר אמורת לי לעולם מקבלין השבים ואני הייתי יודע מה הם עתידים לעשות אמרתי לך לאו ועשיתי רצונך והם הם שעשו את העגל שהיו עובדי ע״ז והם עשו אותו וגרמו לעמי לחטא׃ ראה מה כתוב אלה אלהינו אין כתיב כאן אלא אלה אלהיך שהגרים שעלו עם משה הם עשאוהו ואמרו לישראל אלה אלהיך לכך הקב״ה אמר למשה לך רד כי שחת עמך וכו i. e. *Abi deſcende, quia perdidit populus tuus; non extat hic ſcriptum: hicce populus, ſed populus tuus. Dicebat Moſes: Dominator hujus mundi! undenam illi ſunt populus meus? reſpondit Sanctus ille Benedictus, populus tuus ſunt ideo, quod illis adhuc in Ægypto exiſtentibus, dicebam tibi Exod. VII, 4. & educam exercitus meos populum meum. Non dixi tibi, ut ne*

*ne immiſceres illis miſcellaneam turbam magnam. Tu, qua es manſuetudine ac æquitate, inquiebas mihi: Omnino recipiunt convertentes ſe* (R. Moſ. Alſchech ad Exod. XXXII. fol. 146. col. 4. l. 4. fin. אמרו רז"ל שאמר השם למשה אין לי חפץ בערב רב הפועלים עם בני והשיב משה רבינו עליו השלום הלא טוב לקנות נפשות האבודות האלו להביאם אל הקדושה). *Ego vero ſatis intelligens quod facturi ſint, reſpondebam tibi negando; voluntatem tuam nihilominus perficiens. Et hi iſti ſunt, qui fecere vitulum, idololatræ exiſtentes antea iidem fecere eum nunc, ac cauſarunt populo meo peccatum. Conſidera, quod ſcriptum ſit! iſti ſunt Dii noſtri non extat hic; ſed iſti ſunt Dii tui. Gentiles quippe, qui aſcenderunt cum Moſe, iſti fecerunt illum, dixeruntque Iſraëli, iſti ſunt Dii tui. Ideo S. I. B. Moſi dicebat: abi deſcende, quia perdidit populus tuus.* In eand. ſententiam R. Sal. Jarchi Comment. ad Exod. XXXII, 4. אלה אלהיך ולא נאמר אלה אלהינו מכאן שערב רב שעלו ממצרים הם שנקהלו על אהרן והם שעשאוהו ואחר כך הטעו את ישראל אחריו: Quam prolixiſſime quoque propugnat *R. Moſ. Alſchech* f. 146. tot. Col. 2. med. ad mentem Doctorum libri זוהר inquit: חלילה לעבד אלהי אברהם יוצאי ירך יעקב אשר אמרו נעשה ונשמע בהר סיני לעשות כדבר הרע ההוא אך אין זה כי אם משכניהם הרעים הם ערב רב עלה אתם המה עשוהו בלהטיהם וכשופיהם להשרות פח טומאה בנזמי האף והחיסרה ההם באופן כי בהשליך אותם על האש יצא העגל ההוא וכו' Eamque fol. 147. toto magis diducit, atque ad ſingula fere Scripturæ verba ita applicat, ut Iſraëlitis excuſatis, Proſelyti ſoli accuſentur criminis. col. 1. l. 7. ſqq. ad verba Exod. XXXII, 1. fac *nobis*, annotat: ויעשו בערמה להסתיר דבר בחלקלקות ובקרבם שמו ארבם וימתיקו בפיהם רעה בשתי הנחות א' באמרם עשה לנו אלהים כלומר לא לישראל בני אל חי חלילה להם כי אם לנו הערב רב בלבד, ב' כי לא לאלוה לעבדו הוא חפצנו כי אם למנהיג וסרסור אשר ילכו לפנינו וגם זה לא לסרסור ומנהיג לישראל כי אם לנו לפנינו בלבד וזהו אשר ילכו לפנינו Mox ibid. l. 29. ſqq. ad v. 4. re jam confecta, Iſraelitas demum intricatos aſſerit, verbis: הנה אז שננו לשונם כמו נחש אל עם בני ישראל ואמרו אליהם אלה אלהיך ישראל והוא כי בקשו להמרותם בהם ולכפור ראשונה בדבור ראשון הלא הוא אנכי יהוה אלהיך אשר הוצאתיך מארץ מצרים וכו' ואמרו אלה אלהיך ישראל אשר העלוך מארץ מצרים להמרידם ביה אלהים אמרת אשר העלם מארץ מצרים

rum complurium. Quin & Messiam retardare g), tam ardentibus ab unoquoque ipsorum desideratum precibus h). Unde & vulgare apud ipsos proverbium i): *Graves sunt Proselyti Iraelitis, sicut plaga lepræ & scabies.* Anxie proinde eos conquisivisse Pharisæos, minime videtur probabile.

Enim vero tanti hæc non sunt, ut eapropter Apella vel quisquis alius parum reverenter de scripturæ auctoritate sentiens, quicquam obtineat contra asserti veritatem. Primum enim dici poterat, ea quæ dicta hactenus sunt ex Judæorum mente, non omnia pristinis viguisse temporibus, quibus sui adhuc juris ac libertatis erant Judæi: sed sequioribus potius ævis, post Christum scilicet Salvatorem nostrum, introducta k); Scribarumque ideo sancita

והנה עתה נהפכו כקערת רמיה כי הנה בתחלה המתיקו בפיהם רעה באמרם כי לא לישראל היו עושים כי אם להם לבדם וגם לא לאלוה רק לכרסור ואמצעי אשר ילך לפניהם ועתה שמו לאל מלתם ויאמרו לישראל אלה אלהיך ישראל לומר לא לנו כי אם לך ישראל ולא למנהיג וסרסור רק אלהיך ממש ולא במקום משה אשר העלנו רק הוא אשר העלוך ישראל מארץ מצרים וכו׳ Conf. col. 2. l. 6. sqq. l. 17. sqq. l. 23. & inprimis l. 48. sqq. it. col. 3. principio, ubi culpam omnem rejicit in *Proselytos*, tanquam Israelitarum quosdam mala fraude seducentes. Ita quoque *Abarbanel* Comment. ad Exod. l. c. fol. 210. col. 3. l. 41. sqq. מעשה העגל התחלתו היה מהערב רב שעלה עם ישראל ממצרים כי הם תמיד היו באמונותיהם הנפסדות והיו מסיתים ומדיחים לבני ישראל לעשות כמעשיהם· g) Cod. Nidda fol. 13. b. l. 13. תנו רבנן הגרים והמשחקים בתינוקות מעכבים את המשיח i. e *e traditione Doctorum nostrorum, Proselyti & jocantes cum puellis minorennibus remorantur Messiam.* h) Quotiescunque enim hujus meminerint in scriptis suis, plerumque votum inserunt: במהרה יגלה בימינו *cito reveletur in diebus nostris.* *Maimon.* Comm. ad *Sanhedrin* f. 120. c. 1. l. 54. אנו מתאוים ומקוים לימות המשיח התאוו הנביאים והחסידים ימות המשיח ורבתה תשוקתם אליו וכו׳ i) Cod. *Jevammoth* fol. 47. b. l. 15. *Kidduschim* fol. 70. b. l. antepenult. *Nidda* fol. 13. b. l. 15. קשין גרין לישראל כספחת *Quæ Maim.* hilc. *Issure biah* c. 13. §. 18. effert: קשים להם גרים לישראל כנגע צרעת k) Huic conjecturæ non levem præbent occasionem verba Cod. *Jevamm.* f. 47. a. l. 32. citata a *Maim.* hilc. Issure Bia c. 14. §. 1. Conf. *Smag.* Part. 1. nr. 116. f. 40. c. 3.

ſancita monitis, ut Gentium, inter quas degebant, jugo ſervitutis preſſi, evitarent iram, graveſque in hujuſmodi Præceptores animadverſiones l).

Deinde, quod ſpeciatim attinet *Examen memoratum*, expreſſe monent m), ne nimis duros ac rigoroſos in eo peragendo ſe præbeant. Idque, quod bene notandum, ideo, ne ad religionem Judaicam amplectendum alioquin ſatis prono, occaſionem faciant relabendi n). Certe Severitas

---

c. 3. l. 39. *Arba Turim* Part. 2. nr. 268. בזמן הזה *Tempore hoc.* Quod priſtino contradiſtinguitur, ad dies deſolatione Hieroſolymitana poſteriores, manifeſto reſtrictum per ea quæ ſequuntur: אי אתה יודע שישראל בזמן הזה דוויים דחופים סחופים ומטורפים וייסורין באין עליהם *noſtine, Iſraelitas hoc tempore languidos admodum eſſe, hinc inde depulſos, ὡς περικαθάρματα abjectos*, & ut navis fluctibus maris agitata (id quod inſerit R. Moſes Kozzenſis loc. jam cit.) *continuo conquaſſatos, quos innumeræ obruunt afflictiones?* Quam parum autem recentiores hæ Conſtitutiones conſuetudini tempore Chriſti uſitatæ præjudicare queant, in aprico eſt concludere. l) De quibus infra nonnulla e *Codicis* lib. 1. tit. 9. l. 16. Et certe, his ſolis deterritus *Ananias*, qui prius *Izatam* ad ſuas pertraxerat partes, Regi ſuaſit, ut a propoſita circumciſione deſiſteret, δεδοικέναι γὰρ (ut Joſephi verbis utar, Antiq. lib. 20. c. 2. p. m. 685. E.) ἔλεγε, μὴ τοῦ πράγματος ἐκδήλου πᾶσι γενομένου, κινδυνεύσειε τιμωρίαν ὑποσχεῖν, ὡς αὐτὸς αἴτιος τούτων, καὶ διδάσκαλος τῷ βασιλεῖ ἀπρεπῶν ἔργων γενόμενος. *Timere enim ſe*, ait, *ne re omnibus patefacta, ipſe periclitaretur tractus ad ſupplicium, tanquam horum auctor, qui non docenda Regem docuerit.* Paulo poſt: κινδυνεύσειαν δὲ καὶ αὐτοὶ τῆς αἰτίας ἐπ' αὐτοῖς ἐνεχθείσης. Atque ad hoc ſolum periculum declinandum, hodienum alio ablegant circumcidendos, quos ſubinde ad ſua pertraxerunt caſtra. Magnum horum numerum dabit *Illuſtris Esdras Edzardi*, Vir in Philologia Sacra, tractandiſque Judæis meritiſſimus. m) Cod. Jevamm. f. 47. b. l. 1. 2. ואין מרבין עליו ואין מדקדקין עליו קיבל מלין אותו מיד *nec prolixi admodum ſunt, nec nimium curioſi circa ipſum*; ſed ſi *receperit, circumcidunt eum illico.* Gloſſa ואין מרבין עליו שיפרוש דברים לאיים עליו *non multum verborum cum ipſo faciunt ad terrorem incutiendum ipſi, quo ſe abſtrahat.* Vid. l. c. l. 20. Jore Dea nr. 268. R. Moſe Mikkozi l. c. f. 40. c. 3. l. penult. n) *Maim.* l. c. c. 14. §. 2. ואין מרבין עליו ואין מדקדקין עליו שמא יגרום לטרדו ולהטותו מדרך טובה לדרך

tas *Sammai* ab ipsis improbatur Talmudicis, qui contra *Hillelis* facilitatem in admittendis Proselytis miris modis approbant; omnibus ad imitationem excitatis o). De *Surdis* & *Stolidis* merito parum sunt soliciti: cum ob defectum rationis etiam in sanctitate, quam prætendunt, geniti, ab observatione multorum Præceptorum sint immunes, gestæque cum ipsis actiones irritæ p).

Parum

לדרך רעה שבתחלה אין מושכין את האדם אלא בדברי רצין רכים וכן הוא אומר בחבלי אדם אמשכם ואחר כך בעבותות אהבה i. e. *non prolixi admodum sunt, nec nimium curiosi de eo, ne causa præbeatur excruciandi ipsum avertendique a bona* quam meditabatur, *via, ad malam. In principio enim neminem trahunt, nisi blandis benevolentiæ verbis; quemadmodum ipsa Scriptura inquit* Hos. XI, 4. *funiculis humanis traham eos*, ac tum demum *densis amoris funibus.*

o) Cod. Schab. fol. 30. b. l. penult. ת״ר לעולם יהא אדם ענותן כהילל ואל יהא קפדן כשמאי i. e. *Docent Doctores nostri, quilibet semper sit mansuetus sicut Hillel, & nullo modo curiosus admodum instar Sammai.* Quam admonitionem præmittunt historiis quorundam Proselytorum, mox recitandis: quos ab hoc rejectos, promte ille receperat.

p) Exempli loco sint *Sponsalia*, cæteroquin sancte custodienda. At quousque per illa obligentur *surdi ac stolidi*, sequentia docebunt *Maimonidis*, in hilc. אישות cap. 4. §. 9. e Cod. *Jevammoth* cap. 14. th. 1. & 2. חרש שנשא פקחת וכן חרשת שנשאת לפקח אין קידושין גמורים מן התורה אלא מדברי סופרים לפיכך אם בא פקח וקידש אשת חרש הפקחת הרי זו מקודשת לשני קידושין גמורין ונותן גט והיא מותרת לבעלה החרש/ אבל השוטה שקדש פקחת או פקח שקידש שוטה אין כאן קידושין כלל לא מדברי תורה ולא מדברי סופרים i. e. *si surdus duxerit apertæ mentis ac loquelæ mulierem, atque ita si surda nupserit aperto, sponsalia illa nullum ex lege valorem obtinent, sed unice e statutis Scribarum. Quapropter si apertus superveniens desponderit sibi uxorem surdi, quæ & ipsa aperta est, posteriori huic desponsata censetur legitime; & tradito ei libello repudii, concessa est marito priori surdo* (Vide alioquin Deut. XXIV, 4.). *sed si stultus desponderit sibi sagacem, aut sagax desponderit stolidam, nullum sponsalia obtinent momentum, nec de lege, neque e statutis scribarum.* Conf. Hilc. יבום c. 5. §. 24. seqq. In Cod. *Cholin* c. 1. th. 1. dicitur: הכל שוחטין ושחיטתן כשרה חוץ מחרש שוטה וכח *Omnes mactare possunt, ipsorumque mactatio est* legi-

Parum etiam facerent ad ampliandam Judæorum dignitatem. Sed quod de *parvulis* affert Rabbenu Jacob, vix satis solido nititur fundamento. Ipsos quippe si etiam renitentes abripiunt, circumcidendos ac baptismo initiationis mergendos, prouti hanc licentiam multa comprobant q); qua probabilitate demonstratum dabunt, ultro accedentes rejici?

Quod

---

*legitima, exceptis surdo, stolido* &c. Cod. *Trumoth.* cap. 1. th. 1. חמשה לא יתרומו ואם תרמו אין תרומתן תרומה החרש והשוטה וכו׳ *Quinque ne separent primitias, aut si fecerint, irritum esto: scilicet surdus, stolidus &c.* q) Cum parentibus quippe filii etiam infra tres annos nati, atque adeo usu rationis destituti, simul initiantur, vel ex parentum sententia, vel, in defectu patris, Concilii. Ad verba *Mischnæ* cap. 9. Cod. *Cethubboth: Proselytæ, captivæ ac ancillæ, quæ redemta, ad Judaismum adducta, ac libertati restituta fuerit, si infra tres annos ac diem unum natæ fuerint, dos esto CC.* &c. hæc in *Gemara* Babyl. l.c. f. 11. a. l. 4. sqq. annotantur: אמר רב הונא גר קטן מטבילין אותו על דעת בית דין מאי קמ״ל דזכות הוא לו וזכין לאדם שלא בפניו i.e. *Rab Hunna inquit, Proselytum minorennem baptizant e sententia Senatus* (si scilicet ut Glossa adjicit, *patrem non habeat*); *qui sic vero? quia hoc cedit ei in emolumentum: quod præstant alteri, etiam inscio* Ad verba שלא בפניו ea habentur in Glossa marginali: כלומר שלא מדעתו וקטן לאו בר דיעה הוא *idem valent, ac præter sententiam ipsius: puer enim minus capax est ferendæ sententiæ.* Paucis interjectis, l. 14. disquiritur in Gemara מאי עסיקינן בגר שנתגירו בניו ובנותיו עמו דניחא להו במאי דעביד אבוהון *de quonam loquantur verba Mischnæ?* & Resp. *De Proselyto, cujus filii filiæque simul cum ipso Judaicam amplectuntur religionem. His enim conducit in eo acquiescere, quod ipsorum præstat parens &c.* Conf. *Maim.* Hilc. *Issure bia* c. 13. §. 17. hilc. עבדים cap. 8. §. 20. ubi legimus: ישראל שתקף כותי קטן או מצא תינוק כותי והטבילו לשם גר הרי זה גר *Si quis Israelita Gentilem parvulum occuparit, aut infantem invenerit expositum, & baptizarit eum ad Proselytismum, ecce talis est Proselytus.* in Cod. *Jevam.* Hieruf. f. 8. c. 4. l. 44 רבי יוחנן בעי חא בן קטן את מוהלו על כורחו אפילו כבנו של אורכנוס *R. Johannes interrogavit: numquid filium parvulum circumcideres invitum? omnino, si vel maxime sit instar filii Hircani.*

Quod vero etiam alia de causa, quam religionis amore accedentes receperint, factum comprobat Hillelis promte admittentis Gentilem r), amplectentem hac fine Judaismum, ut summos penes illos Pontificatus honores s) consequeretur. Alia accessisse legitur, amore studiosi cujusdam mota, cujus continentia factum, ut quæstus ea desereret meretricios t). Nec Samaritanos u) traxit ad Judaismum veritas agnita; sed leonum rabies, quam hoc modo erant evitaturi. Quæ cum *Ruth*, ex sententia Talmudistarum

---

r) Cod. *Schabbath* fol. 31. a. l. 25. sqq. מעשה בגוי אחד שהיה עובר אחורי ב"ה ושמע קול סופר שהיה אומר ואלה הבגדים אשר יעשו חושן ואפוד אמר הללו למי אמר ליה לכוהן גדול אמר אותו גוי בעצמו אלך ואתגייר בשביל שישימוני כהן גדול בא לפני שמאי אמר ליה גיירני ע"מ שתשימני כהן גדול דחפו באמת הבנין שבידו בא לפני הילל גייריה וכו i. e. *Accidit cum Gentili quodam, qui transiens Sanctuarium, audiverat vocem Scribæ dicentis* ex Exod. XXVI. v. 4. *& istæ sunt vestes, quas faciant: Pectorale sacrum & Amiculum, ad quæ exceperat, cuinam hæ omnes? & cum responderetur ipsi, Pontifici Maximo; cogitabat Gentilis iste penes se, abeam Judaicam amplexurus religionem, ea fine, ut Pontificem Maximum me constituant. Accedens itaque ad Sammæum, dixit: recipe me Proselytum ea conditione, ut ponas me Pontificem Max. a quo regula architectonica, quam tum forte manu tenebat, abactus fuit. Sed postquam ad Hellelem venerat, lubens hic eum recepit* &c. s) Rex Agrippa in suis ad *Cajum Imperatorem Romanum* literis, recensitis a *Philone* libro de legat. ad Caj. p. m. 797. F. inquit: πάππων δὲ καὶ προγόνων βασιλέων ἔλαχον, ὧν οἱ πλείους ἐλέγοντο ἀρχιερεῖς, τὴν βασιλείαν τῆς ἱερωσύνης ἐν δευτέρᾳ τάξει τιθέμενοι, καὶ νομίζοντες, ὅσῳ θεὸς ἀνθρώπων διαφέρει κατὰ τὸ κρεῖττον, τοσούτῳ καὶ βασιλείας ἀρχιερωσύνην. τὴν μὲν γὰρ εἶναι θεοῦ θεραπείαν, τὴν δὲ ἐπιμέλειαν ἀνθρώπων. i. e. *Avos proavosque Reges habui, & ex his aliquot etiam SVMMOS PONTIFICES; QVAM ILLI DIGNITATEM PLVRIS FACIEBANT, QVAM REGIAM: rati, quanto Deus præstantior sit hominibus, tanto etiam Sacerdotium regno. Ministerium enim Dei esse, Cura vero hominum.* t) qua de e Cod. *Menachoth* c. 4. fol. 44. a l. 6. seqq. inprimis l. 28. seqq. evidens in hanc sententiam testimonium perhibet *Tosiphta* Cod. *Jevam.* fol. 24. b. med. u) De quibus 2. Reg. XVII. v. 25. seqq. coll. Cod. *Jevam.* fol. 24. b. l. 10. ubi גירי אריות vocantur, *Proselyti leonum.*

ſtarum x) *Eglonis Moabitarum Regis filia*, Machloni nupta, geſta adducuntur y), aliquamdiu dimiſſa; neutiquam huc ſpectant. Eam quippe *Noemi* non a religione arcebat Judaica, quam juxta Ebræorum leges z) dudum amplexa fuerat, antequam in thalamum admitteretur ſui filii: ſed quo minus itineris comitem eam reciperet, quam ſibi moleſtam non abs re poterat arguere. Nec deſunt exempla eorum, qui tempore *Davidis & Salomonis*, itemque *Mardochai & Eſther* Judæi facti; ſive metu ad id fuerint adducti, ſive ſpe dignitatis conſequendæ. Si vel maxime taceam *Gibeonitas* a) Regisque

x) Ad quos provocat *R. Sal. Jarchi* Comment. ad lib. *Ruth*, verbis הרי השיא עגלון מלך מואב את בתו למחלון דאמר מר רות בתו של עגלון היתה Ita *Targum* v. 4. c. 1. ושום תניתא רות בת עגלון מלכא דמואב: i. e. *& nomen secundæ Ruth, quæ filia erat Eglonis Moabitarum Regis.* y) Supra p. 650. ex Ruth I. v. 18. z) Quæ non permittebant Judæo, Gentilem qua talem uxorem ducere. Vid. Deut. VII, 3. c. XXIII, 3. coll. *Maimon.* hilc. *Iſſure bia* c. 12. a §. 1. ad 10. incl. Cod. *Jevam.* c. 1. f. 16. 17. f. 77. a. b. &c. Quas tamen hos Elimelechi filios transgreſſos fuiſſe, cum *Targum bujus* loci aliisque Judæis, ſine ratione ſatis prægnanti ægre ſtatuimus. Quippe non modo *Orpa* v. 15. ad Deos ſuos iterum reverſa, ſuſpicionem præbet, eos aliquando a ſe fuiſſe deſertos. Sed & *Naëmi* v. 11. ad jus *Leviratus*, quo de Deut. XXV, 5. ſeqq. oculum videtur inflectere: quod non obtinet, niſi in matrimonio firmo ac legitimo. Cum Gentili autem initum, nullius penes ipſos eſt momenti. Ita *Maimon.* hilc. אישות cap. 4. §. 15. המקדש כותית או שפחה אין קידושין אלא הרי היא אחר קידושין כמו שהיתה קודם הקידושין וכן כותי ועבד שקידשו בת ישראל אין קידושיהן קידושין i. e. *Si quis Gentilem ſibi deſponderit aut ancillam, nulla reputantur Sponſalia: ſed ipſa, Sponſalibus peractis eodem modo ſe habet, quo ante Sponſalia inita. Atque ita ſi Vir Gentilis aut ſervus filiam Iſraëlitæ ſibi deſponderint, ipſorum Sponſalia nulla ſunt.* Quia, ut eſt in Cod. *Kidduſchin* f. 68. a. l. 14. אין קידושין תופסים בחייבי לאווין *non obligant Sponſalia eos, quos lex conjungi prohibet.* Conf. plura l. c. e cap. 3. th. 15. a) Vid. 2. Sam. XXI, 1. ſeqq. *Toſiphta* Cod. *Jevam.* fol. 24. b. med. גבעונים בימי דויד נתוספו גרים על ישראל קן אלף i. e. *Gibeonitarum Davidis tempore, centum ac quinquaginta millia acceſſere ad Iſraëlitas, qui facti Proſelyti.* in *Gemara* Cod. citat. fol. 79. a. vindicta a poſteritate Saulis ſumta, cauſa affertur tantæ multitudinis

gisque *Ahasveri* subditos b), quorum expressam facit mentionem ipse Codex sacer: Talmudistæ quoque vel coacti testimonium præbent veritati. Dum non modo multos memorato tempore ad Judaismum sponte accessisse fatentur c): sed & alibi d) ne eos quidem e numero Proselytorum justitiæ (juxta *Maimonidis* verba supra p. 650. citata) eximunt, qui ob rem mundanam moti, conversionem procurarunt. Et mirum foret, qui temporibus Messiæ omnes terrarum Orbis incolæ iisdem labiis Deum celebraturi sint e); ni reciperentur religionem amplexuri Messiæ! Hic Talmudistæ rursus pudore suffusi, in nostra concedunt castra f), propriis desertis.

De

tudinis subito conversæ, quæ probatur ex 1. Reg. V. v. 29. ubi Salomoni adscribuntur *septuaginta millia bajulorum, & octoginta millia lapicidarum.* Quos ne putes Israëlitas, obstare volunt 1. Reg. IX. v. 22., nec mercenarios aliunde conductos, ob 2. Chron. II, 1. 16. quorum illud Israelitas ab operibus servilibus eximit; hoc Proselytos eo ipso numero distincte exprimit. b) Vid. Esth. VIII, 17. c) *Maimon.* hilc. *Issure bia* c. 13. §. 15. היו גרים הרבה מתגיירים בימי דויד ושלמה בפני הדיוטות והיו בית דין הגדול חוששין להם לא דוחין אותן אחר שטבלו מכל מקום ולא מקריבין אותן עד תראה אחריתם: i. e. *multi conversi fuere Proselyti in diebus Davidis ac Salomonis, præsentibus Plebejis. Quos solicite observarunt Senatores Concilii Magni, non repellentes eos, utpote jam baptizatos; neque tamen admoventes, donec ipsorum agnosceretur finis.* d) Cod. *Jevam.* f. 24. b. l. 13. seqq. Propositis altercantium sententiis, tandem א״ר יצחק בר שמואל בר מרתא משמיה דרב הלכה כדברי האומר כולם גרים הם: *inquit R. Isaac filius Samuelis, qui filius Marthæ, ex sententia Rab, decisum fore juxta verba ejus qui statuit, Omnes istos esse Proselytos.* e) Vid. Zeph. III. v. 9. Zach. XIV. v. 9. Mal. I, v. 11. Jes. II. v. 3. seqq. c. IX. v. 1. 2. c. XI. v. 6. seqq. c. XLII. v. 4. 6. c. XLVIII. v. 6. Gen. XLIX. v. 10. f) In Cod. *Avoda Sara* fol. 24. a. l. 36. verba Jes. LX. v. 7. *Omnis Grex Kedar congregabuntur ad te*, R. Elieser explicat: כולם גרים גרורים הם לעתיד לבא אמר רב יוסף מאי קרא כי אז אהפך אל עמים שפה ברורה וגו׳ א״ל אביי ודילמא מע״ז הוא דהדור בהו א״ל רב יוסף לעובדי שכם אחד כתיב: i. e. *Omnes illi erunt Proselyti tempore Messiæ sua sponte attracti. Cui respondit Rab Joseph: quis locus Biblicus id approbat?* Resp. Zeph. III. v. 9. *quia tunc effundam super populos labium purum &c. Ad quod excepit Abai: forte de idololatris*

De sententia vero illa vulgari: *Duri sunt proselyti Israelitis &c.* quantus adhuc inter ipsos Magistros reperiatur dissensus, aliis in proselytorum laudem non minus, quam in vituperium eam interpretantibus aliis, cognosci potest ex *Tosiphta* ad Cod. *Kidduscb.* f. 71. a. *Smag.* f. 40. c. 4. l. 11. seqq. *R. Bechai* in *Cad hakkemach* f. 19. c. 1. &c. Hos ergo prius conciliet sibi Judæus oportet, quam in Messiam nostrum blasphemias suas effutiat, ejusque effatum ullius falsitatis insimulet.

Quod ut tanto minus vel possit, vel ausit, tot ac tanta diligentiæ circa proselytos consideranda objicimus exempla, tam manifesta, ut non modo omnibus modis ad Judaismum hortari, sed & cogere, Judæis fuisse non illicitum, aut minimum non inusitatum, liquido commonstrent; adeoque Magistrum veritatis contra cœcos illos duces eorumque cavillas valide satis tueantur. Eorum vero numerus cum propemodum infinitus sit, aliqua duntaxat ex ipsis Judæorum monumentis in medium protulisse iisque specimen vindiciarum fecisse sufficiet.

In prima statim acie collocamus quasi, ipsum nominatissimi istius Doctori

*latris est, inter quos degit natio ista? sed huic respondit Rab Joseph*, sensum cognosci verbis seqq. queis *scriptum: ut colant eum humero uno.* Ad quæ Glossa marg. משמע אין חילוק בעובדין ישראל והאומות תהא עבודתן שוה בכל מצותיו: *sensus ipsorum literalis est, non fore dissensum inter Cultores Israelitas ac Gentes, sed cultum ipsorum æqualem futurum quoad omnia Dei Præcepta.* Ibid. fol. 3. b. l. 7. seqq. ר׳ יוסי אומר לעתיד לבוא באין אומות העולם ומתגיירין ומי מקבלינן מינייהו ודתניא אין מקבלין גרים לימות המשיח וכו׳ אלא שנעשו גרים גרורים ומניחין תפלין בראשיהן תפלין בזרועותיהם ציצית בבגדיהם מזוזה בפתחיהם כיון שרואין מלחמת גוג ומגוג אומר להן על מה באתם אומרים לו על יהוה ועל משיחו שנ׳ למה רגשו גוים וכו׳ i. e. *R. Joseph inquit: tempore Messiæ venient Gentes hujus mundi, & fient Proselyti. Numquid vero recipiemus quosdam ipsorum? nonne alibi docetur: non recipient Proselytos in diebus Messiæ &c.?* Vid. supra reliqua p. 650. e *Jevam.* f. 24. *Imo vero fient Proselyti sua sponte attracti, apponentque Phylacteria capitibus ac brachiis suis, filamenta vestibus, ac schedulas suis postibus. Aspicientibus illis bellum Gog & Magog, dicet: ad quid venistis? respondebunt ipsi: ad Dominum & ad Messiam ejus, sicut dicitur Ps. II. v. 1. ad quid cum strepitu concurrunt Gentes &c.*

ctoris Talmudici Hillelis factum. Qui certe in proselytis faciendis minime ignavus, sed nec iisdem recipiendis tam fuit curiosus, quemadmodum supra contra nos adducta requirere videbantur ipsa Judæorum placita. Examen namque vel instituebat nullum, vel sane admodum placidum. Et si quis Scripturam modo recipiebat, gratus ei erat. Cum tamen alias non nisi qui & insimul legem non scriptam pari pietatis affectu veneraretur ac susciperet, in Ecclesiæ Judaicæ gremium ab homine Pharisæo suscipiendus fuerit.

Dein geminum satis illustre exemplum Josephus lib. 20. ant. cap. 2. p. 685. exhibet, ex quo abunde datur cognoscere, tantam Judæos faciendi proselytos incessisse audaciam, ut ne aulas regias hujus rei gratia adire veriti fuerint: Similes ferme modernis Lojolitis, itidem nulli labori & operæ, quin etiam verecundiæ parcentibus. Verba ejus singula huc transferre supersedemus. Sunt enim prolixiuscula. Succincte itaque rem enarrare fuerit satis. Ad Judaismum conversus ibi memoratur Adiabenorum Rex Izates, hujusque mater Regina Helena. Et ille quidem ope Judæi cujusdam, Ananiæ nomine. Equidem hunc mercatorem vocat. At merces fortasse præ se tulit, ut earum prætextu tanto melius regiones pervagari posset, commodioremque homines cujusque etiam dignitatis & conditionis ad religionem Judaicam alliciendi occasionem nancisceretur. Ut sic non immerito διδάσκαλος Izatis & auctor consilii, Judaismum scilicet amplectendi, expresse Josepho audiat. Ac haud vane dicatur timuisse, ne si occulta proferrentur in vulgus, ipse arriperetur daturus pœnas, tanquam auctor omnium, qui non docenda Regem docuerit. Sed Regina mater Judæi hujus svasionibus sine dubio primum una cum filio inescata, tandem alio Judæo ejusdem furfuris accedente, religionem Judæorum amplexa, & Hierosolymam templum visendi desiderio profecta dicitur. Confer. Joseph. de Voisin Observ. in Pugion. Raimund. lib. 2. c. 8. § 8. p. 299. Ex quo observare liceat præterea, Izatem hunc ab aliis alio nomine Monbasum appellari, ac cum matre Helena tempore Imperatoris Claudii in terra Aratat sive majori Armenia tenuisse Imperium. Ut proinde auctor commenti istius famosissimi Schemhamphorasch, dum sub Helena hac Judæis imperante Jesum Messiam nostrum occisum fabulatur, se inanem nugivendum non semel instar Soricis prodiderit. Quo de Raim. & Joseph. cit. loc. pluribus.

Non minus apprime rei nostræ inservit, quod de Hircano, sive, ut & vocatur alioquin, Johanne, summo Judæorum Pontifice & Principe, habet idem Josephus ant. l. 13. c. 17. Dum eundem subactæ toti Idumæorum genti, sub exterminii pœna circumcisionem edixisse asserit. At vero ad circumcisionem vi adigere aliquem, quid est aliud, quam violenter obtrudere

Judai-

Judaiſmum, quem & totum Idumæi patriæ amore receperunt? aut ſi aliud, certe quia auſi ſunt illud, qua fronte ad hoc perpetrandum erubeſcent effrontes verpuli?

Ad hæc minime omnium aliquem Judæorum latere debebat aut poterat, quantopere circa convertendas mulieres bello captas atque militibus Judæorum ſingulari quopiam, quod Deut. XX, 14. conceſſum ſibi putant, vitiatas privilegio, laborare ſoleant. Fœmella enim talismodi ne gratis ſtuprata fuerit, vitiatori juxta Deut. XX, 11. neceſſario copulanda eſt matrimonio. Neque tamen antequam gentiliſmo prorſum miſerit repudium. Itaque ſi id facere non detrectet, quam lubentiſſime Judaiſmo eandem per baptiſmum initiant. At vero ſi manibus pedibusque renitatur penitus, tunc majus ſibi faceſſi credunt negotium, & longe alia rem aggrediuntur via, qua mulierem ad religionem Judaicam ſuſcipiendum perducant, imo verius cogant. Abducebant enim ſecum domum, inque ea per menſem quaſi tenebant captivam, ac tractabant fere turpiter: Deflere ibidem debebat religionem ſuam, abradere crines, ingentes alere ungues, & id genus ſe afficere aliis, quæ maximo ducebantur opprobrio. Menſe præterlapſo ſi non mutarat mentem, ita procedebant cum ea ſequentes menſes duodecim integros. Donec tandem tædio vere miſerrimæ hujus vitæ capta, proſelytiſſa aut juſtitiæ fieret, aut domicilii. Si vero domicilii, multorum incommodorum ſibi exiſtebat cauſa. Nec ſaltem ſe privabat matrimonio; verum omnem quoque prolis ad ſe transferebat curam, vitiatore ab his omnibus ſoluto. Ceu plura de his volenti videre eſt apud ſuſe eadem tractantem Slevogtium Diſp. Acad. 37. §. 15. ſeqq.

Similis fere proceſſus eſt quoad omnia, quem cum ſervo captivo inſtituere aſſolent. Hunc enim quo & ad Judaiſmum amplexandum moveant, integro pariter primo a captivitate & ſervitute anno viribus omnibus laborant & modis. Si annuit eorum deſideriis, aſſerunt in libertatem; ſed ſi renuit, in perpetuum mancipium retro vendunt gentilibus. Atque hæc dum toto illo anno diebus ferme ſingulis pollicentur & minantur, quid abeſt, quin cogant?

Immo quo quæſo tendebant alio, quæ toties quoties modo ferebat locus & occaſio, inculcabant rudi gentilium plebeculæ, & ingeminabant ſæpiſſime: Neminem niſi vel Judæum, vel mores Judæorum amplexum, & per præcepta eorum (ut loquuntur) juſtificatum, vitam æternam poſſe conſequi: quo inquam hæc ſpectabant alio, quam eo unice, ut terrore incuſſo populo, & religionem Ethnicam (quo nomine etiam Chriſtianam appellant) deſerere perſuaderent, ſuamque Judaicam, amplectendam commen-

mendarent. Et hic ne forte miseriæ, quibus durissime nonnunquam justo Dei judicio, in captivitate sudantes Judæi erant affecti, sibi essent obstaculo, quo minus suum obtinerent scopum, has ad indipiscendam in altero seculo æternam sortem fingebant conducere. Adeo nimirum gentilium satagentes videri volebant beatitudinis, ut quam vi & armis comparare nec audebant, nec poterant, hanc blandis verbis effectui dare conarentur. Atque hinc cum tanta Judæorum in convertendis, aut seducendis hominibus potius violentia partim esset, partim astutia, moti fuere primis post Christum seculis Christiani Imperatores aliquot, fibula injecta hanc coërcere Judæorum petulantiam, *ac sanguinis pœna, exilio, omniumque bonorum præscriptione cavere, ne Christianum ad religionem suam traducere & circumcidere in posterum audeant.* Vid. Codicis lib. 1. tit. 9. l. 16. & 18. it. tit. 10. tot.

Neque vero putandum, ultimis Salvatori propinquioribus, & quibus Pharisæorum secta tenebat primas, temporibus, proselytos faciendi obtinuisse demum morem: Quin potius a plurimis retro revocandus est seculis, & inde cum primis Ecclesiæ Ebræorum initiis, ab ipsis Patriarchis ejus ducenda origo. Quanquam tunc non in omnibus cum Pharisæis comparandi, & æque subinde lim[illegible]es excessisse dicendi sint. Absit ut tam rigidi eorum simus censores, & [illegible]a sentiamus de iis sinistre. Pharisæi enim isti quod ex singulari quadam [illegible]ypocrisi & in speciem sanctitatis suscepisse videntur, id Majores sui, Juda[illegible] prisci ex vero DEI timore potius & sincero religionis suæ amore fecerunt.

Et inter hos primo statim loco referendus se offert sanctissimus ex quacunque gente credentium Pater Abraham; utpote quem proselytos fecisse ipsæ sacræ memorant paginæ. Profecturum enim jussu Dei in terram sibi suisque posteris promissam Canaan, una cum uxore Sarah, fratris filio Loto, cæterisque opibus, animas quoque sumsisse secum dicunt, quas in Charan hactenus habitationis loco comparaverant, Genes. 12. 5. At hoc posterius cum de procreatione sobolis carnali minime queat intelligi: Ex Sarah quippe ceu conjuge sterili, Abraham nullam suscepisse prolem cap. præced. v. 30. dicitur; Proin de conversione animarum ad verum vivumque cultum Ebræorum interpretes antiquitatis venerandæ exponere fuere soliti: ita ut quidam illorum Abraham proselytos fecisse viros, Saram vero fœminas dixerint. Quin & si Targum Hierosol. ad Gen. XXI, 23. commentanti habemus fidem, dicendum fuerit, parasse Abrahamum in Berseba splendidum quoddam convivium, nec convivas exceptos eo ante sivisse locos suos linquere, quam proselyti facti & de Dei cultu rite informati fuerint. Expresse enim ita autor: *Non fuerunt recedentes a locis suis usque dum prosely-*

*proselytos fecisset* (Abraham) *illos*, *& docuisset viam seculi.* Qua veritate, historiamne scil. an fabulam narret, nos in præsenti non erimus judices.

Abrahamo, secundum non neminem, Jacobus connumerandus est. Hic namque in Ecclesiam suam & familiam puellas Sichemitides a furore Simeonis & Levi immunes conservatas, una cum aliis adhuc Ethnicis recepturus creditur, ut idola semoverent, vestes mutarent, immo & baptizarent sese serio admonens. vid. Genes. XXXV, 2. coll. Ab. Esra, qui istud הטהרו mundate vos, per שירחצו הגוף quod laverint corpus exserte explicat; Vnde & primam proselytobaptismi originem idem Autor Jacobo huic acceptam fert, & ad præsentem locum provocat. De cujus tamen certitudine alibi.

Ejusmodi ex veteribus exempla quis dubitaret proferri posse quamplurima? Neque enim, ut taceam alios, dubium ullum, quin Josephus in Ægypto, Moses in Midianitarum terra ex Ægypto profugus, medii inter Ethnicos subinde nonnullos in gentili superstitione aberrantes ad rectam viam reducere conati fuerint. Certe Jethronem Mosis socerum cum tota sua familia in mores Judæorum fuisse transgressum (ut loqui amat Tacitus) ex Exod. XVIII. est probabile admodum. Imo pro certo id habent Judæi commentatores ad istum locum. Qui & ante conversionem יתר, sed post eam unica adjecta literula יתרו Jethro appellatum volunt. Post *Rabboth* instar omnium conferatur *Raschi* in h. l. Quod si ita revera est, Moses citra ullam dubitationem plurimum ad id rei præ aliis contulisse putandus est.

Verum ut ad Pharisæos, quibus cum & Salvatori & nobis res est, redeamus, & indagemus caussam, ob quam tantopere in faciendis proselytis occupati fuerint, ut etiam non ubique Majorum suorum traditiones, quo quidem decebat pietatis affectu & reverentia servasse videantur: sciendum, quod fuerint genus hominum astutum & arrogans, (teste Josepho antiq. lib. 17. c. 3. p. 585.) Imo, nimium quantum inhiantes lucro, & omnium quos sol aspexit unquam superbissimi, uti sæpissime hæc Salvator noster, tum præprimis in 23. Matthæi cap. invectiva durissima, illis testatus est in faciem. Itaque nullum arbitror esse dubium, quin partim inanem sectam suam propagandi; partim sanctitatis gloriam quasi omnium optime religioni Judaicæ cuperent, captandi; & partim denique quæstum quendam ex factis proselytis sibi comparandi gratia, terram & mare circumiverint, sive, quæ Hilarii (in h. l. p.m. 416.) hujus pharaseos est paraphrasis, *in totis orbis finibus legis jugo aliquos subdere* annisi fuerint. Plane sic consentientem habemus D. Hieronymum (in homil. ad h. l. cujus verba integre

 huc

huc transscribere lectori non fuerit dividiæ: Scribæ illi, inquit, & Pharisæi totum lustrantes orbem, propter negotiationes & diversa lucra tam a discipulis captanda, quam propter imaginem sanctitatis studii habebant de gentilibus facere proselytum. Hæc ille. Cui quem lubido tenet, addat Camer. Myroth. Münster. annot. in Evang. Matth. Ebraicum, & Lightf. Hor. Ebr. & Talm. in h. l. Atque hinc etiam forte est, quod diligentiam hanc Pharisæorum, propter adhærens nimirum vitium, Salvator adeo taxet & damnet. Licet non simus nescii, magnum adhuc inter autores, etiam sanctos Patres, ut Chrysostomum, Origenem, Hilarium, aliosque, hoc in loco inveniri sententiarum divortium: quas omnes hic recensere charta, examinare modestia vetat.

Sed hæc omnia cum non usque adeo constare possint, ignorata ipsius proselytismi & proselytorum natura, de his quoque nonnulla dicenda erunt. Sit itaque

## *CAP. II.*
## DE
# CURÆ OBJECTO.

Objectum sunt Proselyti. Qui quales sint ut tanto melius innotescat, de eorum agendum 1. *nominibus*. distinctis *generibus*.

*Nomina* pro varietate linguarum sunt varia. Ebræis tam intextu sacro, quam profanis scriptis, dicuntur vulgo גירים, i. e. *peregrini, accolæ, hospites.* ex גיר *peregrinari, commorari.* Vnde & Chaldæorum ac Syrorum גיורא & ܓܝܘܪܐ. Ac ab his iterum Græcorum γειώρας, hinc & inde pro Ebr. גר á LXX. Interpp. usurpatum.

Ipsum nomen *Proselytus*, quod textus noster habet, origine græcum est; ast, ut quamplurima alia, latinitate fere donatum. Derivatum ex verbi προσέρχομαι *advenio* non aor. 2. neque præter. medio; sed 3. sing. præt. pass. προσείλυται vel προσελευται, annotante B. Er. Schmidio (in nostrum quem versamus Matthæi locum,) simulac hinc rationem reddente, cur non cum θ, sed τ potius scribendum sit.

Significatio ergo ejus vi originationis hujus admodum generalis est, ita ut generatim *advenam* aut *adventitium* qualemcunque denotare possit. Ex prima tamen impositione tantum significavit eos, qui Ethnicismo addicti habitationis solummodo causa ad Judæos accedebant, quosque postea, cum & iis, qui religionem Judæorum amplectebantur, titulus hic fieret communis, domicilii proselytos distinctionis gratia vocare sueverunt.

runt, juxta Cameron. in Myroth. ad noſtrum locum. Nomen ipſum ergo, cum non repugnet, quo minus noviter in N. T. ad religionem Chriſtianam converſis potuerit tribui, illis ex nulla alia cauſa denegatum, e contra vero *Neophytorum* nomen attributum conjicio, quam ut Chriſtiani a Judæis, hoſtibus infenſiſſimis, ſe omnino ſepararent, ac etiam nominibus ſuos diſcernerent. (Videatur tamen præter Camer. c. l. B. Slevogt. decus quondam Acad. hujus haud vulgare, Diſp. Acad. 37. §. 5.)

Atque hæc de primo hujus capitis membro ſufficiant. Sequitur alterum, de diſtinctis ſcil. proſelytorum *generibus*. Eorum alii tria, *proſelytos juſtitiæ* ſcil *domicilii*, & *mercedis;* communius tamen alii duo tantum conſtituunt, ultimum omittentes, aut ad ſecundum potius non incongrue revocantes. Quorum veſtigia lecturi, quid uterque proſelytus, *juſtitiæ* & *habitationis*, ſit, dabimus paucis. Licet enim ille tantum hujus loci, ac in dicto Matthæi unice intelligendus ſit: attamen ut id pateat, de proſelyto domicilii quoque in hoc quidem cap. tractandum erit.

Quantum igitur ad *Proſelytum juſtitiæ*, ceu ordine & dignitate priorem attinet, is ita deſcribendus venit, quod ſit gentilis, qui religione „Ethnica repudiata totam legem Moſis, ſcriptam pariter ac non-ſcriptam, „ne minimo quidem excluſo apice, ex ſolo ejus amore & gloriæ divinæ „ſtudio in ſe ſervandam ſuſcipit, indeque non commodum aliquod tem„porale, ſed & perfectam juſtitiam, & conſequenter vitam in futuro ſeculo ad piſci ſperat. Et ob hanc ex lege expectatam juſtitiam, ſalutem, ſine dubio nomen גר צדק Proſelyti juſtitiæ ei fuit inditum, (conjectante Slevogtio ſup. c. l. §. 20.) Quantumvis & multoties abſolute ac ſine addito גיר ſeu proſelytus, tanquam ſpecies potior dicatur; Ceu vel ſaltim ex Lev. XVI, 15. coll. Deut. XIV, 21. abunde videre eſt.

Porro ſynonymice quoque *Proximum* Judæi eum vocant, contradiſtinctum *Fratri*, qui Iſraëlita tantum illis eſt genere & religione talis. Sed Salvator diſtinctionis hujus perverſum ſenſum in N. Inſtr. rejiciens, omnes omnino ſine diſcrimine homines proximos, & in religionis fundamento nobiſcum conſentientes fratres noſtros eſſe docet. At hæc nonniſi obiter (Conf. Ligtf. H. H. in Matth. V, 22.) Denique his addendum venit in Actis Apoſtolorum aliquoties (ut cap. VI, 1. IX, 29. XI, 20.) obvium *Helleniſtarum* nomen: quo ideo inſigniri cenſentur proſelyti juſtitiæ, quod Helleniſmum, h. e. gentilem impietatem, Patribus ita dictam, repudiaverint (Vid. Dn. D. Olearius in plane eximia Diſſert. de ſtylo N. T. ſect. 3. memb. 3. §. 9. p. 125.) Verum ita nonnulli ſaltem. Sunt enim qui per Helleniſtas illos, Judæos germanos potius, ſed in Græcia degentes, ac

Bibliorum versione græca utentes intelligendos esse volunt. Quorum in numerum se profitetur Dn. Leusd. (in Philol. mixt. diss. 21. p. 143.) Quin alii, ut Clariss. Heinsius, Coccejus, Crotius, &c. peculiarem gentem a pure Græcis diversam, cujus dialecto N. T. sit conscriptum, statuentes, ex his locis fundamentum aliquod sibi quærunt. Quos tamen solide post alios refutavit modo laudatus Olearius d. l. Quem, quum hæc persequi sit a scopo aberrare, adeat qui volet de his plura. Nobis, quia de proselytis justis potiora sunt quæ restant, potius pergendum est.

Alterum genus proselytos domicilii sub se complectitur. Qui non erant alii, quam qui septem solummodo Noachidarum præcepta, inprimis illud de fugienda idololatria, a se servanda promitterent. Cæterum vero neque circumcisi, aut baptizati; sed prorsus gentiles. Noachidarum, quæ vocantur, præcepta sunt ista: 1. est de idololatria. 2. על ברכת הי de nominis divini benedictione (sive potius, quæ vocis hujus ambiguitas, maledictione, uti Jur. Nat. & Gent. pag. 124. & 116. Seldenus exponere mavult.) 3. homicidio. 4. revelatione turpitudinum. 5. de furto. 6. de judiciis 7. membro animalis vivi non comedendo. Priora sex a primis statim mundi initiis Adamo Deum dedisse, postremum vero post diluvium, Noachi ætate, superinduxisse pervulgata Judæorum est sententia. Ad horum observationem & professionem coram tribus, si non Israëlitis, nihilominus proselytis domicilii (vid. Selden. I. N. lib. 2. c. 3. p. 152.) faciendam publice, uti quoslibet mortales, utpote queis in Adamo & Noacho binis vicibus lata censebant, quocunque modo cogere erat licitum. Ita, quod mireris, tam præcise proselytos eis adstringebant, ut, si aliis legis præceptis operam dedisse deprehensi fuerint, mortis reos illos pronunciarint. Hinc summo jure comedebant morticinia, extra templum super quodvis altare erectum offerebant sacrificia, & istiusmodi peragebant alia, quæ tamen proselytis justitiæ non minus quam Judæis erant prohibita. Contra vero, si Noachidarum illa præcepta tantum observaverunt, assignabant illis sortem in futuro seculo; modo non, quia dictamen sanæ rationis servanda esse, sed Deus in lege dictitat, id fecerint. Hujusmodi ergo demum e gentilibus in terra sua tolerabant. Alias autem nemini in Judæorum ditione pernoctare, multo minus habitare erat concessum.

Et ex his quidem proselytorum domicilii satis superque natura constare potest. Veruntamen ne benevolum Lectoris animum linquamus in suspenso, sed tandem utra proselytorum species in Matthæo intelligenda sit, definiamus, illud unum, quod maxime huc facit non prætereundum. Nimi-

Nimirum ex quo anni Jubilæi cessavit observatio, sive, quod ad idem redit, postquam Judæi in feralem hanc captivitatem migrare & terra sua extorres esse coacti sunt, proselyti domicilii publice amplius non fuere recepti. Si qui autem e gentilibus ultro Noachidarum præcepta & verbis & opere susceperunt, illos non proselytos, quin potius pios & religiosos vocarunt (vid. act. VIII, 27. cap. X. 1. 22.) Quamobrem sat firmo hinc sumpto argumento nixi, in nostro loco non nisi proselytos justos intellectos passim volunt Interpretes. Quibus cum hac in parte calculum addere non detrectemus, de proselytis justis ceu unice huc spectantibus, missis illis alteris, in seqq. tractabimus plenius.

## *CAP. III.*
## DE
# INAUGURATIONIS ACTU.

Quemadmodum in Proselytis conquirendis sæpiuscule fuere solliciti; ita non minus curiosi & prolixi in iisdem inaugurandis & judaismo initiandis. Fieri enim id debebat per certa & rei huic destinata media, certis adhibenda ritibus, *circumcisionem* scilicet *Baptismum* & *Sacrificia*. Per hæc enim uti olim populus Israeliticus in fœdus divinum intromittendus erat; ita & quosvis alios extra gremium synagogæ Judaicæ prognatos, non nisi his tribus illius membra fieri, & fœderis divini participes reddi posse autumant. Idque hac ex ratione, quod quoad sacra omnimoda Judæis semper cum proselytis sit æqualitas, ac in corpore Legis divinæ lex una eademque eis fore perhibeatur passim Numer. XV. v. 14. seqq. At vero extitisse eadem in Israelitis, qua *circumcisionem* quidem est indubium, ac insuper tam ex primæva ejus institutione, quam tempore agni paschalis facta confirmatione clarum. Sed *Baptismus* nonnihil operosiorem probationem postulat. Matriarchas Judæorum fuisse baptizatas ex eo inducunt (Jevam. fol. 46. p. 1. l. 34) quod deficiente in illis ordinario fœderis medio, circumcisione, vix aliud præter baptismum dici queat medium, quo sub alas Majestatis divinæ congregatæ fuerint. Pro Patriarcharum autem baptismo statuminando, ad Scripturæ loca, ubi consecratio vestimentorum lotione sanguinisque aspersione facienda præcipitur, provocant (Exod. XIX, 10. 14. c. XXIV, 8.) Non obstante, quod exserta in illis ablutionis corporis, vel baptismi, non injiciatur mentio. Etenim sententia apud illos est receptissima, nullam unquam instituendam vestimentorum lotionem, aut sanguinis aspersionem, nisi corporis quoque lotio

tio vel præcesserit, vel consecutura sit. Unde Maimon. in hilc. Mikvaoth c. 1. §. 2. hanc in rem hunc formare amat canonem: *Ubicunque in lege jubetur absterſio carnis, aut lotio veſtium ob immunditiem, nil intelligitur aliud, quam immerſio totius corporis in conceptaculo aquarum.* Ut nihil de Ab. Esra dicamus, qui comm. ad Exod. XIX, 10. baptismum voce *conſecrationis* expresse mandatum statuit. De quibus singulis legendæ pluribus Cl. Dn. Præsidis Antiquit. Ebr. ad Mt. 3. 6. dictatæ: ex quibus hæc pauca excerpere non piguit. Tandem nec *sacrificia* in populo Israelitico defuisse, comprobant inde, quod post latam statim legem eadem offerre, iisque Deum sibi placare præceptum fuerit. (Conf. Exod. XX, 24. seqq.)

Sed cum hæc media non illico absque ulla mora gentilibus, quamprimum judaicam religionem se amplecti velle significant, Judæi applicent, sed potius præmittenda quædam præmittant; non fuerit iniquum, ab iisdem penitius considerandis tantisper abstinere, inque præliminaribus illis occupari.

Primo omnium cum initiando *examen inſtituunt* sciscitaturi, qua causa motus, sub alas divinæ majestatis congregati, i. e. in gremium ecclesiæ judaicæ recipi cupiat: Spe ne temporalis cujusdam felicitatis, an vero metu periculi, concupiscentia virginis, si vir, aut si mulier sit, juvenis Israëlitici sive quacunque re mundana alia? Id si deprehendunt, reprobant; Sin secus, & amore religionis eum adactum esse putant, in tantum quidem admittunt: at ut eum deterreant, de præceptorum gavitate, molestia, pœna transgressoribus statuta, quin & miseriis ac calamitatibus, quibus gens judaica durissime subinde afficiatur, sedulo monent. Ne postea dicere possit queribundus, se, si id scivisset ante, nequaquam tale jugum sibi fuisse impositurum. Porro si his non deterreatur, nec dimoveatur a proposito, demum recipiunt, præcepta tam levia quam gravia, cum pœnis, eorum ac Præmiis uberius explicant, articulos fidei suæ fundamentales prolixe inculcant, ac de cæteris, quantum satis putant, catechumenum suum instruunt, & tandem ad professionem legis publice edendam adigunt.

His itaque ceu præliminaribus rite peractis, accingunt se tandem ad rem ipsam, & quem jam satis informatum censent, sine interveniente mora *circumcidunt.* Quod plane eodem ac si Judæus fuisset circumcidendus, peragebatur modo. Nisi forsan discrimen aliquod in eo velimus quærere, quod proselytorum circumcisioni non minus, quam baptismo; Triumviratus adesse debuerit, quo de postea. Præter fœmellas, naturæ, bene-

beneficio exemtos, nemo hic ab ea erat immunis. Adeo ut etiamsi jam ante in Gentilismo adhuc, Ægyptiorum, Colchorum, &c. Æthiopum &c. (a quibus prioribus ritum hunc ad Israelitas devenisse perperam tradere audet Herdotus in Euterpe cap. 104.) more fuisset circumcisus, reiteranda nihilo secius fuerit apud judæos circumcisio, ac resanatum ex priori vulnusculum refricandum, usque dum fœderis sanguis, quem vocant provenire cerneretur.

Circumcisionem sequitur *Baptismus.* Qui cum quoad finem quidem a nostro hodienum usitato parum differat, ejusque usum juxta Selden. (de success. in Bon. Def. c. 26. p. 96.) paucissimi animadvertant, paullo uberiorem tractationem mereri videtur. Ne in limine offendamus, ante omnia distinguendus erit a lustrationibus illis quotidianis: utpote quæ corporalis, immo spiritualis immudiciei, sed leviticæ, ablutionem pro fine habebant unice. Licet autem hæc quoque in proselytorum baptismate fuerit intenta, non tamen in ea tanquam fine ultimo subsistebant, sed respiciebant aliquid amplius. Nam tansferebatur præterea per eadem gentilis in alium plane statum, & novum induebat naturam & conditionem. Mutatus enim censebatur totus, ita ut inposterum non gentilis amplius; sed Israëlita & Judæus esset quoad omnia. Hinc quamprimum baptizatus ex aquis emergebat, habebant eum veluti infantem recens ex utero egredientem, & pro ita regenerato, quasi nunquam antea fuisset natus. Exuebat omnem consanguinitatem & affinitatem pristinam. Nulla ejus amplius in matrimoniis habeatur, ratio, & sic nec lege levirationis teneri poterat. Quare, cum regeneratio tam nota, quam quod notissimum, apud Judæos fuerit, demiratur Salvator non immerito, quod Nicodemus Pharisæus eam nesciverit. Tu es Magister in Israël, inquit, & hoc nescis? Joh. III. Ex merito hanc rem persequitur sæpius citatus Seldenus (lib. I. N. & G. 2. cap. 4. p. 158. sqq) qui lectu non minus jucundus quam dignus, Lectori curioso sine dubio satisfaciet.

Præterea lustrationes illæ iterabantur sæpissime, ita ut nihil iis frequentius usu apud Judæos fuerit. At vero Proselyto-baptismus plus una vice conferebatur nemini unquam etiamsi semel eo tinctus ac Judaismo (a) repudiato ad gentilem impietatem relapsus, ab ea denuo ad judaismum reversus fuerit. Non enim post factam Apostasian fœdus baptismale irritum, quin fartum tectum ex parte Dei quidem putabatur semper. Plane ut de nostro semel cum Deo in baptismo icto Nostrates propugnare assolent. Imo Anabaptismus adeo non erat in usu, ut ne infantibus quidem a proselytis in judaismo susceptis conferendus fuerit: quippe quibus Baptismum-

(a) vid. Seld. l. 2. c. 4. p. 165. & 142

ſmum per omnes generationes imputari, indeque commodum in liberos redundare ſtatuebant.

Cæterum, quod tempus, modum & reliquas baptiſmi hujus circumſtantias concernit, non adhibeatur antequam in circumciſione inflictum vulnus conſanuerat. Neque niſi in præſentia trium minime teſtium autoritate publica conſtitutorum. Qui non ſolum rei rite curandæ, proſpicerent: ſed & ſi quando proſelytiſmus in dubium vocaretur, deeo teſtimonium ſuum perhiberent. Et quum ob Triumviratus hujus præſentiam actus judicialis fuerit habitus, cavendum ne fieret die feſto, Sabbatho, noctu. Sed tamen ſi Sabbatho aut feſto die fuiſſet eorum baptiſmus peractus, inde non reddebatur fruſtraneus aut irritus; uti e contra trium iſtorum teſtium defectus irritum facere poterat. Locus rei huic peragendæ idoneus tantum minimum debebat complecti aquæ, ut totum in eo corpus immergi, & merſione una ablui potuerit. Unde minimam ejus requiſitam longitudinem & latitudinem cubitalem, profunditatem autem tricubitalem conſtituerunt Jcti Judaici. Cujasmodi lacus 40. ſearum capax, & communi vocabulo מקוה ſeu *conceptaculum* dicitur.

Aqua requirebatur ſponte congregata, non aliunde hauſta. Perinde autem ſive ſtagnans, ſive fluens. Nam & in fluentis uti menſtruoſæ, ita proſelyto lavare licuit. Et hinc Johannem in flumine Jordane ſine ullo Judæorum offendiculo baptizaſſe legimus. Aquæ marem mares, fœminam foeminæ immittunt, ſtantesque in iis collo tenus præſentes Triumviri de gravioribus quibusdam & lævioribus præceptis denuo inſtruunt. Circa quæ, cum iterum eorum mentio facienda fuerit, monendum brevibus, diſtinctionem hanc nec Salvatorem latuiſſe, dum Matth. V, 19. minimorum præceptorum meminit. Ex Seldeno autem (I. N. lib. 2. cap. 4. p. 142.) nota, præcepta graviora eſſe, quorum transgreſſoribus excidionis pœna imminebat, aut ſupplicium ultimum ex ſententia ſynedrii irrogandum. Levia cætera, excepto tamen perjurio, quod gravioribus connumeratur, etiamſi dictis notis careat. His jam peractis ipſi tantum ſe aquæ immergebant, ac ita quidem ne unicus corporis vel capillorum apex illotus remaneret. Hic autem adultos tantum intellige. Infantes enim uti ſe ipſos immergere non poterant, ita & fortaſſis ab hujusmodi totalis immerſionis ritu, faciendæ ab aliis, eximendi ſunt. Equidem baptizabant eos una cum parentibus, & iis ſi orbati erant ad ſententiam Synedrii, parentum ſuſtinentis vices, attamen qui id factum, totine ſcil. an qua partem aliquam tantum tincti fuerint, non omnino liquet. De re ipſa interim certo ſatis conſtare ſufficit. Qua de lectionem meretur Lightfootus (Hor.

Hor. Hebr. ad Matth. III, 6. & Harmon. Evangel. ad Joh. III, 25. Contra modernos Anti-Pædo-Baptiſtas ex hoc capite Pædo-Baptiſmum feliciter aſſeverans. Scilicet cum infantum Baptiſmo nihil in V. T. & apud Judæos Salvatoris noſtri etiam temporibus fuerit notius & uſitatius, omni exceptione majori regula, qua in N. T. inſtitueretur vel confirmaretur, nullatenus indiguit; contra vero exſerta indiguiſſet prohibitione, ſi Salvator eundem improbaſſet, & ceu rejiculum voluiſſet abrogatum.

Sed hæc cum non ſint hujus loci & inſtitui, facimus miſſa, & ad ultimum, quod ſupereſt initiamentum, *ſacrificium* nimirum progreſſum facimus. Holocauſtum illud erat, ſive jumenti, ſive paris turturum aut columbarum. Cujus durante adhuc templo actualis oblatio erat neceſſaria prorſus; ſed hodie penitus eo deſtructo, ſi in omnem eventum templi reædificandi promittatur ſufficit. Neque ſic tantæ jam circumciſio & Baptiſmus habetur neceſſitatis. utpote quorum vel uno neglecto, res omnis fruſtra ſuſcepta eſt.

## *CAP. IV.*
## DE
# PROSELYTORUM STATU SIVE DIGNITATE.

Tantæ proſelyti per hactenus dicta media in gremium Reipublicæ Judaicæ adoptati dignitatis fuerunt & nobilitatis, ut inter eos & Judæos vix ullum, aut certe leviſſimum tantum diſcrimen fuerit. Etenim in duobus ſaltim, nimirum *contrahendis matrimoniis*, dein gerendis *Magiſtratus politici officiis* conſiſtebat exigua quædam diſparitas. Quam ut de proſelytorum ſtatu, & eorundem æquali cum Judæis dignitate tanto melius judicium ferri queat, prius expediemus.

Igitur primum, nempe *connubia*, quod ſpectat, licebat equidem proſelytis cum Iſraëlitis, & vice verſa his cum illis, cujuscunque ſexus, affinitatem per matrimonia contrahere; obſervato tamen ordine & diſcrimine (de quo legendus Seld. I. N. & Gen. lib. 5. c. 14. p. 646. ſeq.) Nihilominus in hoc paſſu deterioris paulo conditionis, quam ipſi Judæi, eſſe videntur, quod Pontifici maximo non ſolum, ſed & ſacerdotibus reliquis omnium promiſcue proſelytorum connubia a Deo vetita, cum fœmellis Iſraëliticis vero conceſſa ſint. (Ceu de Sacerdotibus videre eſt Lev. XXI, 5. אשה זונה וחללה לא יקחו: *mulierem meretricem ac profanam ne accipiant.* Ad cujus interdicti meliorem intelligentiam obſervandum, vocem זונה adeo extendere Judæorum Interpretes, ut non magis ſcortum, quam

virginem non Israelitidem sub ea velint intelligi. Clarius aliquando est, quod ejusdem cap. comm. 14. de Pontifice supremo extat; quippe cui præterea virginem בעמיו e populo suo ducere præcipitur. Quod h. l. ideo Aben Esra adjici judicat; כי הבתולה המתיהדת אסורה לה quod virgo Judaismum amplexa, h. e proselyta ei prohibita fuerit. vid. Seld. de succ. Pontif. lib. 2, c. 2.

Sic & quoad *honores & officia Magistratus* capessenda, disparitas quædam cernitur. Proselyti ex alterutro Parente Israelita prognati synedrii minoris, quod 23. constabat senatoribus, membra fieri poterant. At a præfecturis & officiis consularibus cæteris arcebantur. Ad synedrium magnum non nisi sanguinis defæcatissimi Judæos admittebant, & ad solium regium non nisi quendam e fratribus evehere Deus Deut. XVII, 15. jusserat. Simili fere modo, quo Paulus Neophytam populo statim præficere 1. Tim. III. 6. prohibet.

An autem ex hoc quod magistratuum & judiciorum habuerunt communionem non omnimodam, consequatur illico, eos nec cives Reipublicæ Judaicæ dicendos fuisse, uti cum incomparabili alioquin Seldeno (lib. II. Jur. Nat. cap. IV. p. 163.) contendit Menochius (de Republ. Ebr. cap. 3.) prorsus negandum videtur. Paucissimi enim sic in Monarchica & Aristocratica Republica futuri essent cives. Aristoteles vero, ad quem provocatur, quando civem magistratus communione definiendum esse asserit, (lib. III, cap. I. Ita inquiens: Πολίτης ἁπλῶς ὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεσθαι μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς civem non in genere; sed in tali vel tali Republica, Democratia nimirum existentem intellexisse, aut ut cum magno Böclero (Instit. Polit. lib. I. cap. VI. p. m. 70.) loquar, potius exemplum civis, quam ejus definitionem dedisse putandus est. Uti præter eum accurate deduxit Slevogt. (cit. dissert. §. 32.)

Verum hæc tanti momenti non sunt, ut inde simpliciter absoluteque loquendo inæqualitas inter Judæos & proselytos fuisse dicenda sit. Nam & Pontifex supremus non omnes sine discrimine virgines Israeliticas matrimonio sibi copulare poterat, sed quæ tantum ex nobilissimis Judæorum prosapiis oriundæ erant. Neque nisi viros Judæos illustres, & tam rebus gestis quam generis nobilitate claros deligebant sibi reges, & membra faciebant Synedrii. Itaque, si modo, quod vulgo probatum, a potiore sumenda denominatio, exactam inter eos æqualitatem fuisse cum Talmudistis dicendum fuerit. Hi enim parvi dictam disparitatem æstimantes, toties e contra ἰσοτιμίαν proselytorum & Judæo-

Judæorum cunt assertum, ut pro vulgari habeant diverbio: Proselytus sicut Israelita est in re quacunque.

Et ut ad specialiora descendamus, potissimum erat conspicua in his tribus: 1. quoad *nomina*. 2. *jura* 3. *privilegia*.

*Nomina* fuisse communia, tam ex sacro codice constat, quam monumentis aliis. Non minus namque proselyti, quam Judæi originarii, *Ebræi*, *Israelitæ*, quin etiam *Judæi* salutantur. Ac sive hæc gentis, sive religionis fuerint nomina, eis jure competebant. Profitebantur enim eandem, quam Judæi, religionem. Et per baptismum ita censebantur transformati, ut ethnici desierint, & in perfectos Judæos transmigrarint. Atque hinc nata videtur illa distinctio inter *Israelitas genere* sive *Ebræos ex Ebræis*, & *Israelitas* sive *Ebræos simpliciter*, cujus haud obscure Apostolus (Phil. III, 5.) meminit. Apprime quoque huc facit locus Esth. (cap. VIII 17.) ubi qui e populis Judæi facti dicuntur, per proselytos Judæorum interpretes explicant.

Omnium evidentissimum est quod in Actis (cap. II, 5.) habetur testimonium, ut in quo expresse religiosis e gentilibus, degentibus Hierosolymis, hic Judæorum titulus tribuitur. Quibus e Josepho sufficiat addidisse unicum Isa (lib. XX. ant. c. 2. p. 684.) Regem Izatem ideo circumcisionem tam vehementer desiderasse ait: quia se absque ea perfectum Judæum non fore putaverit. Cui mater exprobrans filii propositum dicit, Subditos Adiabenos Judæum in solio nequaquam toleraturos. Plura congessit Selden. (J. N. lib. II. c. 4. p. 155. sqq.) ad quæ Lectorem ea desiderantem peramenter velim remissum.

Quoad *Leges* & *Jura*, eaque sive sacra, cultum concernentia, sive civilia & forensia; omnem hic exulare disconvenientiam, vix probatione indigere videtur. Etenim totum corpus legum mosaicarum proselytos fuisse amplexos & professos publice, jam modo supra dictum fuit. Una ergo omnibus erat lex, una religio, ritus ac ceremoniæ, Judæis promiscue & Proselytis.

Atque sic etiam non poterant non iisdem, quæ ex religionis judaicæ professione & legum divinarum susceptione pendebant, gaudere *privilegiis*, *dignitatibus*, & *immunitatibus*. Fœdus divinum non magis ad Judæos spectabat, quam proselytos: quippe qui ipsi quoque בני בריח, filii fœderis, i. e. fœderati, peculium ac populus Dei audiebant. Quare licebat illis ingredi templum, in eo cum aliis orare, sacrificia offerre, de iis & Paschate comedere, & si quæ sunt ejusmodi complura alia. Porro & civile fœdus cum cæteris habebant Judæis, utpote cum quibus in

unum coaluerunt populum. Sedes in terra benedicta, quin & in ipsa Hierosolyma erant concessæ. Onera civilia, tributum, vectigal, ex æquo erant imponenda. Neque magis iisdem aggravandi proselyti, quam Judæi reliqui. (quo spectat illud Exod. XXII, 20. Lev. XIX, 33. גר לא תונו ולא תלחצנו). Gentilem quemcunque etiam proselytum domicilii, ex impia quadam traditione, impune quispiam pro lubitu poterat occidere; At qui proselytum justum interfecerat, æque ac si Judæus fuisset interfectus, supplicio plectendus, & vitæ ejus faciendus erat FINIS.

*CLARISSIMO AC LITERATISSIMO*

# D. JOH. HARTM. SCHEIBLERO

PHILOS. AC LIBR. ARTIUM MAGISTRO DIGNISSIMO, S. S. THEOL. STUD. INDEFESSO

*S. D. P.*

## JOH. ANDR. DANZ, P.P.

Biennium jam excurrit & amplius, *Clarissime Magister!* ex quo mihi innotuisti, *venerandi Patris* stipatus commendatitiis. Ab isto tempore vix a meo recessisti latere; minimum nullus dies abiit studiis destinatus, quin me adieris, & quæ tradebantur solicite ac attente hauseris. Non memini, unquam a Te intermissum fuisse, quicquid partes seduli, sed & modesti ac pii Commilitonis explere ullatenus potuit. Quod si alii subinde ægre ferunt, sciscitando ipsorum excitari diligentiam: *Tibi* nil magis acceptum fuit, quam assidue instituto examine, confirmari, & sicubi hæsitabas, dirigi rectius. Nunquam Te minus paratum offendi, nunquam proposita tractantem oscitanter. Nec dubium, quin eundem *Te* Reliquis præstiteris. Testantur id insignia illa, quæ a singulis nostri Ordinis reportasti, elogia, exantlato nuper examine. Non fuit ex omnibus qui non avitæ paternæque virtutis in *Te* deprehenderit vestigia, clarique luminis resplendescentes radios. Idem quoque præsens demonstrat Exercitatio, *Tuo* conscripta Marte. Multa sunt, quæ non permisere, ut plura de meo adderem. Sed nec *Tua* id permisit ingenuitas. Proprios Patronis profectus probaturus eras: non alienis exorare Patrocinium. Perge hac via, & rebus laudabiliter gestis, ad Celeberrimorum Majorum Tuorum gloriam assurge, vel Numine propitio, eandem supera.

JOH.

# JOH. ANDREÆ DANZII
# UXOR MARITUM REPUDIANS
## AD MARCI X. 12, seq. & I. CORINT. VII, 10. 12.

I.

SApientissima Dei immortalis constitutione adeo arcte constrictos esse conjugum animos, sacræ literæ docent, ut nulla in societate nullisque cum homine conjunctis vivere possint conjuges, quos nulla temporum injuria, imo nihil, nisi sola mors distrahere possit, & ut ea perpetua sit voluptas consuetudinis conjugalis, interruptam & per omnem vitam ducendam hanc societatis suavitatem Deus constituit.

II. Postquam vero turpissime primæ innocentiæ jacturam fecimus, plurima in hanc societatem prorupisse deprehensa sunt incommoda, adeo ut sapientes aliqui etiam omnibus modis conjugium aversati fuerint, quemadmodum *Thales Milesius* fecisse dicitur, qui, cum vegeta pariter ac provectiore ætate interrogatus fuisset, cur uxorem non duceret, respondit: quod intempestivum esset. Diog. Laërt. in Vita ipsius cit. *Alex. ab Alex.* Genial. Dierum libr. IV. c. 8. Et D. Paulus aliquando a conjugio abstinere commodissimum esse judicavit. Imo compertum habemus, in suavissimam etiam vitæ hujus delectationem non raro aliquid irrepsisse, quod alienissimos reddiderit conjugum animos, neque pati potuerit, interruptam esse suavitatem societatis, delectationem vitæ, ac victus, voluptatem consuetudinis interioris. Quare in id omni cura prudentes rerum publicarum gubernatores incubuere, ut dissidia & simultates conjugum tollerent; sive enim propinquis ea cura delata fuit, sive aliis ad hoc negotium arbitris delectis vid. *Plat.* Dial. II. p. 1118. & prolixius *Alex. ab Alex.* Genial. Dier. Libr. IV. c. 8. & ibi *Tiraquellus.*

III. Quoniam autem nonnunquam tales casus incidere compertum est, qui nullum prorsus reconciliationi futuræque inter conjuges gratiæ locum relinquere existimabantur, data est conjugibus repudiandi facultas, qua ii quoque, qui de societate per omnem vitam continuanda contraxerant, aut contrahere debuerant, potestatem habebant a conjuge divertendi omnique obligationi renunciandi.

### CAPUT I.

*Etymologia repudii cum synonymia, recitatis etiam iis, quæ de uxorum divortio distincta adhibent Græci, Ebræi, Arabes.*

Jus illud a conjuge divertendi, quo sive vir, sive mulier utebatur, quum ex more reipublicæ, in qua vivebat, solenniter conjugi matrimonium renunciaret, omnemque consuetudinis conjugalis amorem detestaretur, Romani aut *repudium*, aut *divortium* appellabant. In quibus hæc discriminis ratio.inesse dicitur, quod *futurum matrimonium repudiamus, ut a futuro matrimonio non dici possit nos divertere* (*L. 191 ff de* verborum signif.) Solvebantur enim matrimonia æque ac sponsalia; neque ea quæ viro tantum desponsata erat, dici poterat divertere, quum domum nondum esset deducta a viro, neque vir cum illa divortium facere, quod divortium sit, quum in diversas partes abeunt, qui ex connubii jure arctissimis vinculis constricti sunt, & conjux a conjuge, quamvis hic casum aut acerbius, aut æquius ferret, divertit. Quod autem divortium a diversitate *mentium* appellatum esse *Gajus* (l. Divort. 2. ff de divort) existimat; vix nobis probabile videtur, quum non omnis voluntatum dissentio, qua licet etiam capitali otio a se invicem diffideant conjuges, divortium dici possit, sed potius aut *a flexu viarum* hoc est *via in diversa tendente* (Isidorus Libr. X. Etymol. cap. 8. in Addit. Dempster ad Rosin. cap. 38. Libr. V. Antiquit. Rom.) aut quia *in diversas partes eunt conjuges*, *que distrahunt matrimonium* (*Gajus* l. c. it. *Paulus* l. inter divort. 191. ff. de verb. signif.

Repudium vero est, quum retractantur atque respuuntur ea, quæ de matrimonio, sive futuro, sive inito recepta sunt, nec tantum repudiari dicitur conjux, quando prius, quam nova nupta domum mariti subeat, pacta matrimonialia rescinduntur; sed uxor, quæ jam tum materfamilias est, repudiari dicitur. (vid. *Val. Max.* Libr. II. c. 1. & in ff. libr. XIII. tit. II. de ritu nupt. sæpius. *Seneca* de Benefic. Libr. III. c. 16. Cod. Libr. V. tit. 17. l. 13. *Sueton.* & alibi.) Quæ vox aliis quoque dictionibus ex usu dicendi consueto Romanis accommodata fuit, ita ut repudiari dicantur ea, quæ aversamur atque recusamus (vid. *Cæs.* Bell. Gall. Libr. I. c. 40. *Cic.* L. V, 9. Famil. &c.)

Nuntium denique remittere apud Romanos dicebantur, qui per libertum domo exire jubebant uxorem, aut perscriptis de divortio tabulis eas ad conjugem deferri curabant, quibus res suas sibi habere jubeatur. Ex quo dictio promanasse videtur, qua *renunciari* quicquam dicitur, quando rescinditur id, de quo antea est conventum.

Apud Atticos uxor a viro discedens ἄνδρα ἀπολείπειν, virum, deserere, vir autem uxori nuntium remittens, eam, ἀποπέμπειν seu dimittere, & ἀπόλειψιν seu τῆς ἀπολείψεως γράμματα viro conjux scribere dicebatur, quum divertendi ab eo consilium iniisset. (*Plutarch.* in Alcibiad. & Conjugal.

jugal. Præcept. f. 143.) Neque enim uxor censeri potest ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα sive virum dimittere, quem non ducebat; nova enim nupta in mariti domum deduci solebat, cujus possessione certe virum dejicere nequit, quum illius domina non sit, aut si maxime fuerit, in illa tamen non dominatur, quum ex pacto teneatur, viri imperio subesse: potest autem nihilominus a viro divertere eumque deserere. (vid. *Samuel Petitus* Comment. in lege. Atticas Libr. VI. p. 459. *Joseph. Scaligeri* Animadverf. in Euseb. 2015. cit. cit. *Seld.* de Jure N. & G. Libr. V. c. 7. p. 891.

Pari ratione in Ebræorum Republica, ut vir uxori traderet ספר כריתות seu libellum repudii, constitutum fuit, quod ipse illa superior esset, cujus moderationi præcipue res familiaris, & quæ circa eam gerebantur, subesse credebantur. Quanquam enim uxor rite in foro agere poterat, ut divortium cum viro fieret: nihilo secius tamen ea sua autoritate divortiorum tabulas non conficiebat, nec suo nomine confici curabat ex more patrio; qua ratione pariter a viro quoque divertere, non eum dimittere, sed ipsa discedere atque dimitti, non autem marito nuntium remittere censebatur. Quod usu venisse compertum habemus inter Ebræos in sponsalibus pariter atque inito matrimonio: ex quo factum, ut ea, quæ teneriore ætate viro in matrimonium collocata, sive etiam tantum desponsata fuit, quando ætate provectione & adulta viri complexus refugeret, ממאנת sive renuens appellaretur; alias מורדת sive rebellis habebatur illa, quæ cum viro integra ætate nupta fuisset, a conjugali tamen consuetudine penitus abhorrebat.

## CAPUT II.

*Existentia repudii ab uxore marito traditi penes gentes quascunque non omissis Christianis tam priorum Sæculorum, quam sequiorum; & denique de Ebræis.*

Repudiandi vero hanc seu divortii faciendi potestatem communi gentium jure introductam atque usurpatam fuisse constat: neque enim adeo omnem humanitatem exuisse populus aliquis honestatis amans existimari potest, qui non quibusdam in causis uxorem, quæ in proprium luctum familiæque dedecus nupsisset, a viro divertere posse judicaverit. Apud Romanos quidem Romulus legem rogasse fertur, qua solis viris facultas relicta erat nuntium uxori remittendi, sed non, nisi veneficii, sublatorum liberorum atque partus aut adulterii rea. Sin alia de causa domo eam exturbaverit maritus, partem bonorum viri attribuit mulieri &c. uti est apud *Plutarchum* (in vita Romul.) quæ lex tamen quum dura nimis & iniqua in

uxores

uxores videretur, qualem & ipſe Plutarchus judicat, cum tempore omnis ejus obligatio intercidit, aliaque conſuetudo ſerpere atque prodire cœpit, qua uxores quoque divertere didicerunt. Id tamen non, niſi cauſa legitime cognita viro pariter atque uxori legibus XII. tabb. ſancitum fuiſſe autor eſt *Alex. ab Alex.* (Genial. Dier. Libr. VI. c. 10.) Verum ſæculorum improbitate aucta libertate ſua circa divortia ſatis immoderate turpiterque Romanæ matronæ abutebantur, quam intolerabilem animorum levitatem *Tertullianus* (cit. Calixt. Diſſertat. de Matrimonio & Divortio (Apologet. adverſus Gentes cap. VI.) acriter perſtringit: *ubi eſt*, inquit, *illa felicitas matrimoniorum de moribus ubique proſperata, qua per annos ferme ſexcentos ab urbe Condita nulla repudium domus ſcripſit? at nunc in fœminis præ auro nullum leve eſt membrum, præ viro nullum liberum eſt oſculum: repudium vero jam & votum eſt, quaſi matrimonii fructus.* Inſignis nimirum erat matrimoniorum inconſtantia apud Romanos, poſtquam conſuetudo divortiorum prodiiſſet. Primus autem, qui uxorem repudiavit, fuit Spurius Carbilius Ruga anno ab U. C. DXX. (*Val. M.* Libr. II, c. 1.) vel ut alii habent CCCXXX. *Gell.* Libr. IV, c. 3. contigiſſe ait anno U. C. IↃXXIII. M. Attilio & P. Valerio Conſulibus; at *Libr. XVII.* c. 21. poſt Romam conditam anno quingenteſimo undecimo. *Plutarch.* in vit. Numæ *Scribit hoc falſum fuiſſe ſterilitatis cauſa, qui tamen reprehenſione non caruit* (*Val. M.* l. c.) *inviſus enim populo ob factum ſuum fuit, quamvis juraſſet, ſe uxorem quærendæ ſobolis gratiam habiturum* (*Gell.* Libr. XVII, c. 21.) Facto enim divortio & probatis in privato amicorum conſeſſu rationibus *jusjurandum præſtabant Cenſoribus*, legitimas fuiſſe divortii cauſas (*A. Gell.* Libr. XVII. c. 21. p. 1009. Hæc igitur quamvis ex lege juberentur, non minus tamen infeſtis omnium oculis aſpiciebantur ob inſolentiam facti. Nam *ὥσπερ ἐν ἐλλείψει*, inquit *Plutarchus* (in Vita Lycurgi circa finem) *εἰ σφόδρα περιέποι τὸν πρῶτον ἔχουσιν εἰπεῖν πατροκτόνον ἢ μητροφόνον, οὕτως Ῥωμαῖοι πάντες ἴσασιν, ὅτι Καρβίλιος Σπόριος ἀπέπεμψε τὴν γυναῖκα πρῶτος ἀπαιδίαν αἰτιασάμενος.*

Succeſſerunt alia leviſſima diſtracti matrimonii exempla, quemadmodum Sulpitium Gallum, Q. Antiſtium Verum, Ciceronem (*Plutarch.* in vita Cicer. vid. & plur. *Roſin:* Antiquit. Rom. Libr. V. c. 38.) & Paulum Aemilium (*Plut.* in vita illius, *Dempſter. ad Roſin.* l. c.) feciſſe, literis proditum eſt. Neque viri tantum pro ingenuo arbitrioque ſuo matrimonia ſolvebant, ſed egregie hoc quoque imitata eſt mulierum arrogantia, adeo, ut, quum *multitudo peccantium pudorem rei* ſuſtuliſſet, nulla repudio erubuerit, poſtquam *illuſtres quædam ac nobiles fœminæ non conſulum numero, ſed maritorum annos ſuos* computaſſent, exire enim videbantur *matrimonii*

*monii causa*, nubere *repudii: tamdiu* nimirum istud *timebatur, quamdiu rarum erat, quia vero nulla sine divortio acta sunt, quod sæpe audiebant, facere didicerunt.* (*Senec.* de Benefic. Libr. III, c. 16.) Nota est insolentia uxoris Mecœnatis in divertendo: *ipse enim millies*, inquit *Seneca* (Epist. 114.) *ab uxore Terentia mæcha repudiatus, millies cum ea reconciliatus, millies eam duxit.* Et alibi: (de provid. c. III.) *Feliciorem ergo tu*, inquit, *Mecœnatem* putas, *cui amoribus anxio, & morosæ uxoris quotidiana repudia deflenti somnus per symphoniarum cantum ex loginquo resonantium quæritur.* (*Tiraquell.* ad c. 8. Libr. IV. Genial. Dier. *Alex. ab Alex.*) Similia Juvenalis (Sat. IX.) habet:

- - - *fugientem sæpe puellam*
*Amplexu rapui, tabulas quoque ruperat & jam*
*signabant: tota vix hac ego nocte redemi*
*Te plorante foris.*

Infelicem profecto virum tantam proditæ atque nefariæ mulieris perversitatem degustantem! quin potius uxorios, qui ita perdite amabant, ut dissolutos hosce mores ferrent, aut quos uxoris desiderium prorsus enecabat, quomodo M. Lepidum, quum uxoris facto divortio desiderium ferre non posset, ægrum animoque & corpore confectum animam efflasse memorant (*Alex. ab Alex.* Gen. Dier. Libr. IV, c. 8. Neque hæc divertendi consuetudo vegeta tantum & integra ætate fiebat, sed ea quoque ingravescente divortiis utebantur, quam tanquam rem pervulgatam & familiarem obtigisse refert *Juvenal.* (Sat. VI) ut nuntium uxori ætate affectæ maritus remitteret:

*Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet;*
*Fiant obscuri dentes, oculique minores:*
*Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi:*
*Jam gravis es nobis, & sæpe emungeris, exi*
*Ocius, & propera, sicco venit altera naso.*

Et mulierum insolentiam quoque eo pertigisse Seneca (de remed. fort.) memoriæ prodidit, ut a viris ætate provectis turpes anus diverterent: *quam multæ* enim, inquit ille, *quos in adolescentia amaverunt, in communi reliquere senectute? quoties anile divortium risimus?*

Quamvis vero animum sua ætate adjecerit ad emendanda hæc sæculi sui vitia Cæsar Octavianus Augustus & *modum divortiis* imposuerit (*Sueton.* in vit. Augusti c. 34.) ubi quodammodo *Mos & Lex maculosum edomuit nefas Laudabanturque simili prole puerperæ* (*Horat.* Libr. IV, Od. 5.) *Damnosa tamen quid non imminuit dies?* omnis enim ea legis severitas rur-

ſum ſublata eſt, & cum priſcorum Romanorum ſtudio honeſtatis ſimul occidit, quum populus Romanus ad omnis generis flagitia deſcendere non vereretur, quam matrimoniorum inconſtantiam ea tempeſtate uſurpatam fuiſſe ex Seneca demonſtratum fuit, eamque *Martialis* falſe deridere videtur acuto Epigrammate in Theleſinam quandam (Libr. VI. Epigr. 8.)

*Aut minus, aut certe non plus trigeſima lux eſt.*
*Et nubit decimo jam Theleſina viro.*
*Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege eſt,*
*Offendor mœcha ſimpliciore minus.*

Et idem in Proculejam (Libr. X. epigr. 41.)

*Menſe novo Jani veterem Proculeja maritum*
*Deſeris atque jubes res ſibi habere ſuas.*
*Quid rogo, quid factum eſt, ſubiti quæ cauſa doloris?*
*Nil Mihi reſpondes? dicam ego, prætor erat. &c.*

Denique quid erat, quod prohiberet, quo minus fierent octo mariti.
*Quinque per autumnos?* (*Juvenal.*)
*Atticis legibus conſultius eſſe judicabatur.*

A barbaris his in rem publicam Chriſtianam infuſam quoque fuiſſe mulierum in divertendo levitatem, ea, quæ fere ab ultimis Eccleſiæ temporibus ad nos pervenerunt, monumenta teſtantur. In prima quidem ætate, quum mira ſcriptorum ſit paucitas, non adeo certum eſt, quibus de cauſis facta aut permiſſa fuerint divortia. De D. Thecla D. Apoſtoli Pauli diſcipula memorant, eam ſponſalibus renunciaſſe, quæ cum viro quodam Ampliſſimo contraxerat, ſed qui implacabili odio Chriſtianorum placita ipſumque Apoſtolum proſequebatur (*Baſil. Seleucienſis* Epiſc. in vit. Theclæ Libr. I. *Epiphanius* Hæreſ. 78. n. 16. *Selden. Ux.* Libr. III, c. 23.) Et a *Juſtino* memoriæ proditum eſt (Apolog. init.) mulierem quandam, quæ ſcortationibus aliquando dedita fuerat, marito eodem turpi facinore ſe adſtringente, quum Chriſtianam pietatem amplexa eſſet, divortium cum marito feciſſe, quod neglectis ipſius ad caſtitatis & temperantiæ ſtudium exhortationibus vagas libidines ſectari non deſtitiſſet, quas æterno ſupplicio puniendas fore ipſi dixerat. Ex quo factum, ut quam maxime uxoris animus ab eo abalienaretur, & cum nullam emendationis ſpem ſupereſſe animadverteret, divertendi conſilium capiebat: poſtquam enim vir Alexandriam abiret, nec modum ſceleribus faceret, ne participem ſe ejus flagitiis eſſe oſtenderet, *τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη*, repudio, quod Romanis dicitur, viro dato divertit.

Succedentibus temporibus autem jura divertendi liberius uſurpata fuiſſe

fuisse, non obscure colligitur ex Constantini edictis, quibus sæc. IV. a N. C. de divortiis ad arbitrium alterius conjugum faciendis cavit: *mulieri* enim *non licere*, inquit, *propter pravas suas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, velut ebrioso aut aleatori, aut mulierculario. Sed in repudio mittendo a fœmina hæc sola crimina inquiri, si homicidam vel Medicamentarium vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat.* (*Cod. Theodos.* Libr. III. tit. 16. Seld. p. 412.) Quam constitutionem tamen aliquanto liberioris juris esse voluit postea (l. 7. C. tit. de Repudiis. Eamque sententiam Patres concilii Niceni, in quorum tempora edicta hæc inciderunt, nusquam improbasse deprehendimus, qui tamen ea apud pium Imperatorem erant autoritate, ut, si religionem esse credidissent, ita in causa divertendi statui, Imperatorem ea, qua apud ipsum erant autoritate maxima, monere certe potuissent.

Hoc igitur jure mulieres usas fuisse in divertendo a viris omnino existimandum, donec Sæc. V. lege præciperetur (*C. Theodos.* Libr. III, tit. 16. l. 2.) uxorem, quæ contra leges diverterat, non, nisi quinquennio exacto nubendi potestatem habere. In quæ tempora incidit divortium, quod cum viro suo fecisse dicitur Fabiola (Epitaph. Fabiolæque est Epist. XXX. ad Oceanum *Hieronymus* cit. *Scherzero* Syst. Theol. Loco de Conjug. & Seld.) *laus Christianorum, miraculum gentilium, luctus pauperum*, quomodo eam Hieronymus celebrat.) Priore enim marito ob adulterii crimen repudiato alteri publice nupsit, quod illius factum Hieronymus comprobat, *melius esse*, asserens, *umbram subire conjugii, quam sub gloria univiræ opera exercere meretricum.*

Quum autem exiguis adhuc limitibus divertendi jus illud circumscriptum esse existimaretur, liberior ea facta est potestas Sæculo V. a Theodosio & Valentiniano, Imperatoribus, quum jam aliquot post centesimum annum a constitutione Constantiniana anni decurrissent, qua in Imperio Romano usi fuerant. Quanquam enim Patres etiam aliqui vi verborum Christi de divortio aliter sentire cogerentur: de hoc tamen negotio, quum præcipue illud fori civilis esse crederent, & aliquando de sensu jussorum divinorum ambigerent, nihil moverunt. Ita enim *Basilius M.* (in Epistolis Canonicis ad Amphilochium Episcopum Iconiensem (cit. Seld. Ux. p. 446.) Can. IX.) Domini dictum ἐξ ἴσου, inquit, *καὶ ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γάμου ἐξίστασθαι παρεκτὸς λόγου πορνείας, ἡ δὲ συνήθεια οὐχ οὕτως ἔχει*, i. e. *viris pariter atque uxoribus convenit, quod non liceat matrimonium solvere, nisi ob causam scortationis; consuetudo vero non ita habet.* Consentit *Chrysostomus* (in Matth. homil. 17. in serm. 1, seu de decem mil-

lium debitore, it. homil. in Matth. 63. & Libr. de Virg.) ἕνα τρόπον ἀφέσεως esse docens. Imperatoriis tamen edictis aliter constitutum fuit, ita, ut etiam, quæ pœna quondam a Constantino irrogata fuit iis, qui leviter matrimonia pro suo arbitratu distraherent, omnem vim obligationis ab ea lege abstulerint Imperatores supra memorati Theodosius & Valentinianus. (vid. *Novell. tit. 17.*) Et deinceps post annorum aliquot decursum ab iisdem ea divertendi potestas concessa fuit: *quando causas*, inquiunt, *repudii hac saluberrima lege apertius designamus. Sicut enim sine justa causa dissolvi matrimonia justo limite prohibemus: ita adversa necessitate pressum vel pressam, quamvis infausto, attamen necessario auxilio cupimus liberari.* Et postea uxori divertendi facultas datur, *si maritum suum adulterum, homicidam, veneficum, vel certe contra imperium nostrum aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum invenerit, si sepulcrorum dissolutorem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem vel latronum susceptorem vel abactorem aut plagiarium, vel ad contemtum sui domusve suæ ipsa inspiciente cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) cœtum ineuntem, si suæ vitæ veneno aut gladio aut alio simili modo insidiantem, si se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) afficientem probaverit.* Quibus de causis optimo jure a viro mulier divertere posse existimabatur; quod si vero pro suo ingenio divertisse compertum esset dotis mulcta & donationis ante nuptias afficiebatur, imo ad novas nuptias abire poterat, non tamen, nisi quinquennii tempore interjecto. *Quod si præter hæc nupserit* (ita lex habet) *erit ipsa quidem infamis, connubium vero illud nolumus appellari.* Adeo credebantur conjuges ex mutuo dissensu jura connubiorum rescindere posse, remque illam ad arbitrium legislatorum esse moderandam. Constitutionibus superiorum Imperatorum *Anastasius* Sæculo prope sexto subscripsit & addidit: *si constante matrimonio communi consensu tam viri, quam mulieris repudium sit missum, quo nulla causa continetur licebit mulieri non quinquennium expectare, sed post annum ad secundas nuptias convolare.*

Ex quibus certe haud obscure colligitur, quanta repudiorum ea ætate fuerit licentia, & quanta uxoribus divertendi facultas fuerit relicta, adeo, ut pii etiam Imperatores multas in hoc negotio admiserint causas non admittendas, & Imperator Justinianus juri suo inferi passus sit, ea, quæ in priscorum Romanorum Gentilium republica de divortiis constituta fuerunt a Cajo, Paulo, Ulpiano, Hermogeniano aliisque Imperatoribus a cultu veri Dei alienissimis (vid. *Digest.* tit. de Divortiis & Repudiis, qui est Libr. XXIV. tit. 2. l. 60. Cod. Tit. de Repudiis, Libr. V, tit. 17.) A quibus non longe abie-

abierunt ea, quæ a Leone poſtea de divertendi jure approbata & conſtituta fuerunt.

Quanquam autem Patres in Imperatoriis hisce decretis acquieverint: id tamen an jure ita fieret, dubitarunt nonnulli. Sæculo autem XI. Alexius Patriarcha Conſtantinopolitanus edixit, ſacerdotem, qui ſecundis nuptiis eorum, qui ex mutuo conſenſu nuptias ſolverint, benedixerit, dignitate eſſe exuendum (cit. Seld. Libr. III, c. 32.) approbat tamen connubia uxorum, quæ a maritis cauſam divertendi ipſis ſubminiſtrantibus diſceſſerunt. Quem morem in hæc usque tempora apud Græcos obſervari perhibent.

In occidentali Eccleſia antiqua aliquanto durius acceptæ fuerunt mulieres connubii jura temere reſcindentes. Ita enim ſub exitum Sæculi V. lege Burgundiorum c. 34. cit. *Seld.* Libr. III. c. 30. Ux. *ſi qua mulier maritum ſuum, cui legitime juncta eſt, dimiſerit, necetur in luto.* Qua lege non omnem quidem ipſis divertendi poteſtatem negatam fuiſſe, æquitas hujus rei poſtulat, quam deinceps demonſtrabimus, ſed perexiguis tamen limitibus eam fuiſſe circumſcriptam, probabiliſſimum videtur. Quod in ſynodo Elibertina quoque factum eſſe memoratur, quæ (Can. VIII.) gravisſime in mulierum levitatem animadvertendum eſſe duxit, quum decreverit, *ut fœminæ, quæ nulla præcedente cauſa reliquerint viros ſuos, & alteris ſe copulaverint, nec in fine accipiant communionem.* (vid. *Calixt.* Diſſert. de Matrim. & Divort. & Seld.

Ea denique divertendi conſuetudo noſtra Patrumque noſtrorum memoria in Eccleſiam Orthodoxam introducta fuit, qualem & naturalis æquitas, & divina jura permittunt, quibus conſtitutum eſſe ſcimus, ut æquali jure fœmina in divertendo utatur atque vir uti poteſt adverſus conjugem. Ne autem temere conſtitutioni divinæ contraveniatur, lege cautum eſt, ne propria privataque temeritate a conjuge mulier diſcedat. Sed ſi quidem matrimonii vincula a conjuge laxata aut prorſus abrupta eſſe exiſtimaverit, viro diem dicat, itaque in foro adverſus ipſum agat, & quum denique juſta ex cauſa, ſive ex juſto dolore contra virum agere deprehenſa fuerit, res ſuas ſibi habere ipſum jubere poteſt, datoque viro repudio diſcedere.

In republica *Atbenienſium* priſcis temporibus idem fieri conſueviſſe compertum habemus. Conſultius enim judicarunt, ut ſive vir, ſive mulier divertendi conſilium iniiſſet, cauſa ad judices deferretur, qui de ea cognoſcerent. Quod Alcibiadi aliquando obtigiſſe, literis prodidit *Plutarchus* (in vit. Alcib. f. 195.) Quum enim ſe turpiſſime omnis generis voluptatibus aliarumque mulierum cupiditati exponeret, uxor ab eo divertit, de qua, *εὔτακτος*, inquit, δ᾽ οὖσα καὶ φίλανδρος ἡ Ἱππαρέτη λυπουμένη δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ

περὶ τὸν γάμον ἐλέγχεις ξένας καὶ ἀσταῖς συνόντος ἐκ τῆς οἰκίας ἀπιοῦσα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾤχετο. Τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου μὴ φροντίζοντος ἀλλὰ τρυφῶντος ἐδέητο τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι δεῖσθαι μὴ δι' ἑτέρων ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. ὡς οὖν παρῆν τοῦτο πράξουσα κατὰ τὸν νόμον &c. Gratiam nimirum Alcibiades cum ipsa inibat, antequam ad judices res deferretur, divortiumque secundum Attica jura fieret, quæ eo tempore obtinebant. Nam ante hac apud Athenienses matrimonium ita contractum fuisse ex Johannis Antiocheni Malala MS. allegat Seld. (Jur. N. & G. Libr. V. cap. 6. p. 588. quem se reperisse dicit in bibliotheca Oxoniensi) ut mulieres cum viris essent, quoad ipsis visum fuisset, & quum alterius consuetudinem conjux respueret, jus ad alium abeundi habuisse, atque hoc modo ex vagis libidinibus vagoque concubitu prolem ipsis fuisse acquisitam, quam cuicunque matres vellent, viro alicui offerebant, qui eam velut de se susceptam summa cum lætitia accipiebat atque alebat. Postquam vero Cecrops ex Aegypto redux factus fuisset, illum legem rogavisse, qua mos ille connubiorum abrogatus fuerit, indeque Cecropem διφυῆ dictum a quibusdam creditum esse (vid. Athenæus Libr. XII.) eo, quod ita hac lege nobilitarentur Atheniensium liberi, ut quibus parentibus orti essent, ipsis constaret.

Eadem consuetudine tamen in habendis uxoribus imputos fuisse Lacedæmonios, pervulgatum est (vid. Xenophon in Rep. Lacedæm. & Plutarch. in vita Lycurgi, Tiraquell. ad Genial. Dies Alex. ab Alexandro Libr. 1, c. 24. eamque non solum indulsit civibus suis Lycurgus (Plut. in Vita Lycurgi) sed Solon etiam lege lata invidiam eorum perstringit, qui viris optime meritis & summa virtutis laude claris uxorum suarum copiam facere recusarent Plut. in (Solone.) Quod *Platonem* in Republica sua quoque constituisse *Aristoteles autor* est (Libr. II, cap. 1. Polit. atque Socratem Xantippen suam amico permisisse ex Tertull. (Apolog. c. 39.) *Tiraquellus* refert (ad Geniales dies Alex. ab Alex. Libr. I, c. 24.) Et inter Romanos Catonem Uticensem Martiam uxorem amico concessisse & post mortem recepisse, memoriæ proditum est (*Plut.* in Numa:) quod autem lenocinio hac in re usus fuerit, & usuariam amico dederit, uti loquitur *Alex. ab Alex.* (Libr. 1, c. 24. Genial. Dier.) id pernegat Mercerus (Comment. ad l. c.) in eoque se discedere asserit a sententia Suidæ, Tertulliani, Zephyri, Salviani aliorumque, existimans, id fieri non potuisse, nisi facto prius cum uxore divortio. Ideoque Catonem apud Lucanum atque alios notari, quod post obitum Q. Hortensii, cui Martia nupta erat, illam sine nova nuptiarum solennitate receperit, ac si nullum cum ea fecisset divortium.

In Muhammedanorum republica non omnis quoque uxoribus ademta

emta eſt facultas divertendi. Licet enim nullum hac de re præceptum, imo ne permiſſionem quidem ex lege Muhamedis eruere potuerimus, ſuasque uxores indigniſſime perſæpe & accipere & habere didicerint, utverum ſit illud *Ariſtotelis* (Libr. I. Polit. c. 2.) ἐν τοῖς βαρβάροις τὸ θῆλυ καὶ τὸ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, eodemque apud ipſos loco habeantur uxor & mancipium. Et ne illi quidem dimittendi uxorem neceſſitas injungitur lege Alkorani (p. 276. ſt) qui quæſtum corpore uxoris facere auſus fuerit, ſed tantum reprehenditur: certum tamen eſt, ipſis quoque a viro divertere licere, ita tamen, ut cauſam ad judices deferant, neque propria autoritate e viri poteſtate exeant; quæ enim illud fecerit, in duplum ire cogitur. Nam ita lex (*Alk.* p. 63.) præcipit: *Si le femmes de libre condition, qui n'ont point commis de concubinage; ni d' abdultere ſe, cretement, ni bubliquement, convolent en ſecondes nôces & viennent a commêtre adultere, elles ſeront chatiées doublement plus, que les filles d' amour.* Uxores autem poſſe quoque viros ſuos in jus vocare, cognitaque cauſa hac ratione jubere marito receſſus habere, in republica ipſorum; uſitatiſſimum eſt. De quo *Sr. du Loir.* in libro, qui inſcribitur: Relation du Voïage de Levant (p. 176.) *un homme peut quitter* (les femmes) *fontes -- en ſe ſeparant de la legitime, mais il' n'en eſt pas quitte à ſibon marche de de celle ci, ſoit que la diſſolution de mariage vienne de la part de la femme, ou de la ſienne. Si la femme ſ' en ſepare avec juſte raiſon, il' eſt oblige de lui laiſſer ſa dot; ſi elle eſt repudiée avec cauſe, il ne lui donne rien &c.* Et *Adamus Olearius* (itiner. Perſic. Libr. V. c. 22.) Perſam aliquem narraſſe perhibet, paucis diebus ante, quam ipſi eo preveniſſent, virum aliquem a muliere impotentiæ poſtulatum fuiſſe, inter quos ex judicum ſententia factum fuerit divortium. Alia maritum in jus vocaverat, quod indigniſſime ipſam haberet, turpiterque amplexibus conjugalibus contra omnem honeſtatem abuteretur, quæ expreſſius allegato loco habentur. Cujus rei indignitate commoti judices, quum facinus hoc ab omni humanitate alieniſſimum eſſe cenſerent, uxori a viro divertendi poteſtatem fecerunt iſte autem ob commiſſi Flagitii atrocitatem exſectus fuit. *Antonius Geufraus* (de Turc. religione & ceremoniis libr. II.) generatim de Turc. ſi alterutri conjugum matrimonium diſpliceat, ipſi, libertas ſeparationis relicta eſt, et integrum cuique ad alterius matrimonium tranſire. Divortium a. apud illos faciunt improbi mores, l. infoecunditas. Cognoſcit de iſtis rebus judex ipſorum. (cit. *Seld.* Ux Libr. III. c. 21. p. 340.

Ea apud barbaros pariter atque Chriſtianos jura ſunt & olim fuerunt, quæ paulo altius huic usque repetere voluimus, quo facilius inde colligi

poſſit

possit, communi gentium jure uxoribus quoque potestatem repudiandi maritos concessam fuisse. Insolens vero in Judæorum republica exemplum hujus rei accidisse *Josephus* (Antiquit. Libr. XV. c. 9.) refert de Salome Costobari Idumææ & Gazæ præfecti uxore, ubi, *ἐπεὶ μὲν εὐθὺς αὐτῷ γραμμάτιον ἀπολυομένη τὸν γάμον οὐ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους νόμους. Ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ᾽ ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ᾽ αὐτὴν γαμηθῆναι μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος. Accidit ut Salome cum Costobaro dissideret; quare libellum repudii illi subito mittit dissolvens matrimonium, non quidem pro more Judaico. Viro enim permissum est apud nos, illud facere* (propria autoritate) *uxorem vero divertentem nubere fas non est, nisi eam vir ipsus dimiserit.* Exemplum hoc æmulata deinceps est Herodias Aristobuli filia (vid. *Joseph.* Libr. XVIII, c. 7.) pari animi levitate inique virum deserens.

Sed non est, quod adeo omnem humanitatem exuisse Judæos nobis persuadere possimus, ut nulla de causa uxori permitterent, ut viro matrimonium renunciaret, quanquam pro suo arbitratu hoc jure uti non poterat, sed res ad judices deferenda erat, a quibus, quum causa cognita, et sat gravis deprehensa fuisset, privilegium viro irrogabatur, ut uxori res suas habere juberet usitatoque repudiandi ritu dato libello eam dimitteret, atque ita facultatem alii nubendi accipiebat. Maritus enim, uti existimat *Seldenus* (Ux. Ebr. Libr. III, cap. 18. pag. 309.) qui foedo oris aut nasi odore seu fœtore affectus erat, aut res foedas, veluti canum excrementa colligebat, aut ærifodinis se manciparat, coriisque separandis deturparat (quæ exempla amplexibus uxoriis disconvenientia habentur) tum uxor pro suo ingenio arbitrioque in iis acquiescebat, atque ea fieri permittebat, aut virum in jus rapere poterat, cum eoque coram judice de dimissione sua agere. Quibus alias graviores causas accedere potuisse, ob quas a viro diverteret, dubium non est; quando nimirum lepra maritus esset infectus, quo in causa necessitatem quoque imposuerunt leges civiles uxori (ut perhibet *Seld.* l. c.) ut a viro discedat, nisi perpetuo adessent, qui eos ab amplexibus conjugalibus arcerent. Ne dicamus de viro מורד sive refugiente amplexus conjugis, aut inepto ad consuetudines interiores conjugum; imo quando nullam suscepere sobolem post decem annorum decursum, idque aut existimaretur viri culpa accidere, aut solum ambigeretur de sterilitatis causa, uxor e viri potestate publicis judicum suffragiis vindicabatur (*Gemara Babyl.* l. ad tit. *Iabimoth*, cap. 6. fol. 616. *Maimonid.* Ischoth cap. 14. & cap. 24. *Seld.* Ux. Libr. III. c. 7. p. 276.) Et aliis denique de causis etiam mulier optimo jure divertere a viro poterat

nisi

nisi mallet cum viro manere, animoque ejus obſervaretur illud *Plutarchi* (conjugat. Præcept fol.) 143: Quid vero rivalis mea majore cum voluptate percipial. quam sic me excruciari & cum viro disſidere, domumque & thalamum deſerere?

Ex quo facile patet, *Joſephum* loco ante allegato non tam aſſerere (quanquam multa alibi quoque a vero remotisſima tradat) uxori nullatenus fas eſſe, a viro ſeu marito divertere, quemadmodum aliqui hæc verba accipiunt, & præcipue illi, viri etiam ſummi, qui novisſima verba in loco commemorato explicant: *uxori vero neque dimiſſæ licere, cuicunque, voluerit, nubere, niſi vir ejus prior conceſſerit*, cujus ſententiæ inconvenientiam infra exponemus. Sed nefas eſſe apud Ebræos, uxorem non niſi ob ſimultatem aliquam inter ſe atque maritum ortam torum ejus deſerere, & præterea ſua autoritate, ſuo nomine ſuaque manuſcriptas repudii tabulas ei mittere. Ut enim ea in divertendo levitate uti non poſſent, ſatis recte quidem in republica Judaica proſpectum erat: in eo tamen injustisſime jura connubii everterunt, quod viro quavis de cauſa, prout ipſi viſum fuerit uxores dimitti poſſe easque innocentisſimas inſigni animi levitate ædibus ſuis jure ſuo exturbari exiſtemarent. Quanquam enim acriter ſe opinioni huic ſchola Schammæana oppoſuiſſet, neque niſi ex ערות דבר ærvath dhabhar, ſive ut explicabant re turpi & admiſſo probro uxorem dimitti poſſe ſtatueret, Hilleliani tamen adeo ipſis palmam præripuere, ut etiam cœleſti ſuo oraculo בת קול ſeu voce cœlitus delapſa Hillelis ſententiam comprobatam fuiſſe ementiti fuerint (vid. *Gemar. Hieroſolymit.* ad tit. *Berachot* fol. 3. cit. 2) qua etiam ob cibum ignibus aduſtum uxor repudiari poſſe exiſtimabatur, imo ex Akibæ opinione, ſi quis pulcriorem aut magis ſibi accommodatam aliquam judicaverit, alteram (uxorem) dimitti poſſe Apella perſuaderi ſibi patiebatur.

Ea vero quæſtio quam a Judæorum Jureconſultis legumque interpretibus diu acriterque diſputata fuiſſet, ad Domini noſtri Jeſu Chriſti Soſpitatoris optimi deciſionem Phariſæi deferebant, non quidem, quod ii veritati ſtuderent, quibus mos erat a mendacio contra verum ſtare, ſed periculum faciebant (Matth. XIX, 3.) ſi qua ratione ita intercludi posſit Dominus, ut nullatenus elabi poſſet, quippe perſuaſi erant, nihil in hac controverſia conſtitui poſſe, niſi quod ſummam incurreret difficultatem. Cum Judæis igitur Chriſto res erat, de divortio, quale in Judæorum republica fieri conſueverat, ambigi ſimulabatur, non poterat ergo Dominus alio reſponſionem derivare, neque aliorſum deflectere, quam eam fuiſſe

 Marc:

*Marc. X, 11. 12.* Spiritus Sanctus docet: *ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν, καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.* Quo non tantum sæculi sui perversitatem respexisse Christum arbitramur, qua uxores quoque hoc sibi sumebant, ut ob inimicitias quasdam *quoque* e viri potestate exire discebant, quale exemplum antea ex Josepho memoravimus, sed ad omnium sæculorum divertendi potestatem, qua ex lege Judæorum uxores quoque res suas a marito vindicare posse existimabantur: quæ causæ sane non omnes pro justis haberi possunt, quum aliquæ ex iis jura connubiorum neque labefactent, neque penitus rescindant. In loco quidem Matth. XIX. huic congruo nulla perhibetur mentio juris divertendi, quo mulier contra virum uti potest, quum Evangelista ibi maxime ad solutionem quæstionis Pharisaicæ animum advertat, qui nullam litem movebant de divortio ab uxore cum marito faciendo quippe cui satis cautum atque prospectum esse credebant. Apud Marcum vero ea quoque subjiciuntur, quæ Christus de uxore quoque adjecit. Et quum nullam hic admisisse Salvator legitur causam divortii faciendi apud Matthæum, nisi solam scortationem, nihil repugnat; videlicet heic de vinculo adhuc firmo, quo arctissime constricti tenentur conjuges, sermo est, ibi de pactis matrimonialibus, quæ adulterii scelere rescinduntur, licet conjugis consuetudinem postea adulter non respuat, sed adhuc cum eo vivere recipiat.

## *CAP. III.*

### *Æquitas Repudiorum ab uxore marito mittendorum.*

*Individuam* quidem *vitæ consuetudinem* continere dicitur matrimonium (Instit. Libr. I. Tit. IX, §. 1.) quod de prima ejus institutione animoque contrahentium accipi debet. Postquam vero primorum Parentum scelere a Deo defecimus, eoque illam peccandi consuetudinem introduximus, ut nulla fides, nullaque jura ita sancte habeantur, quin contra ea venire mortales audeant, (quum id quoque in connubiis factum fuerit:) jure suo ab alterius conjugis perfidiam leges conjugiorum evertuntur; neque enim heic viri jura potiora existimari possunt, quam uxoris. Viro enim æque scelus est ac mulieri, fidem violare, & temere ea rumpere vincula, quibus perpetuo adstricti tenentur conjugum animi. Quomodo enim vir jus illud iterum invadere, illudque perfide contra Dei uxorisve voluntatem usurpare posse censebitur, cui, quum eo juste se abdicare poterat) contracto

tracto matrimonio renunciavit? Quomodocorporis sui potestatem, quam tamen non habet ipse, sed uxor (1. Cor. VII, 4.) aut alii facere (adulterium committens,) aut contra fidem datam honestatemque repetere seque sibi vindicare potest (uti malitiosus, quem vocant, conjugis desertor agit.) Eæ enim in matrimonio contrahendo leges tenendæ sunt, ut vitæ consuetudo ad extremum usque spiritum ducatur; secus si contraxerint conjuges, contra Dei institutionem peccant. Licet enim ex mutuo consensu iritas velint connubii leges, istud certe velle non possunt, quum matrimonium incuntes istud receperint. Si vero de continuando per omnem vitam consortio semel conventum fuit: nulla honestate nexus illi abrumpi possunt; sua enim natura scelus est, pacta contravenire. (confer. *Schultes.* de fide hæretic. relig. servanda.) Quod ab Ethnicis quoque creditum fuit, adeo ut ipsos etiam Deos suos Stygiam paludem contestantes pacta teneri servare commenti fuerint Poetæ, quam dicebant positam esse Θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον (*Hesid.* Theogon. v. 400.) Dii cujus jurare timent & fallere numen (*Virg.* Aeneid. VI, 324. conf. *Ovid.* III. Metam. fab. 6.

Quid si igitur contra hanc legem, quam ab ipsa natura accepimus, maritus venerit, perfidiæquæ notas turpissime subierit, quid uxori innocenti faciendum esse existimemus? ferendane erit mulieri viri improbitas, ut impudicas complectatur mulieres, stuprisque debilitatus ex lustrorum tenebris emergat, ut indignissime se habeat, omnemque tori atque amoris obligationem animo elabi patiatur? Prorsus non esse permittunt pietas & Christianæ reipublicæ constitutiones, in eoque longinqua plurimorum sæculorum memoria communi populorum suffragio consensum esse supra memoravimus.

Posse autem virum improbe rumpere sanctissima matrimonii vincula dubium non est, quum illud sæpe usu veniat, quando jura ea, quæ ad torum pertinent, rescindit, vitæque sociam aut indigne deserit, aut alius consuetudinem & amores sectatur, quod contra instituta divina est, qui duo jussit esse in carne una, non plures: vetuitque ea separari, quæ Deus conjunxit. Quod si a viro factum fuerit, jam sui juris uxor habenda est, quod sive in virum iterum transferre voluerit, atque ita amorem conjugalem redintegrare, sive sibi servare atque ita a viro divertere pro arbitratu suo potest, (*He that committeth adulterus*) *vidathet an institution de whichGod affixed especial martes of respect and sanctitus: he wourds his neighbbours boncur and inlerest in the most tender part* &c. *Heasmuch* (*or rather more*) *dis bonoureth andabuseth timself not onety by commit-*

*tinga tact of so highfel injustice, but ty making bemself accessory tothe basest perfidions ness.* (confer. Prov. VI, 43.) *Barrow* Expos. of the Decalogue.

Num vero consentaneum omni ex parte esse nequit illud *Apuleji: Mulier repudio digressa utramque habebit culpam, aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret.* Nimirum aut nihil dicamus de homine minus idoneo ad consuetudinem conjugalem, qui legitime contraxisse non creditur, & a quo nisi foemina divertere posset, in summum scortationis discrimen adduceretur innocentissima. Quam tristes præterea & inexpectatos casus incidere posse compertum est, qui, quum intolerabiles sint ob flagitiosissimum, quo viri persæpe in uxores indignissime uti possunt, animum, gratissima foret injuria, nullam divertendi potestatem uxori concedere. In statu primæ innocentiæ nullum divortii quidem usum fuisse certum est, quum neutra pars officio suo defutura fuisset: at quum peccati originalis injuria ea successit connubiorum infelicitas, iniquissimum foret judicare, omnes injurias perferre uxorem in matrimonio oportere.

Nec deinde omnis potestas uxori a Christo ademta est circa repudia, dum docet: ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται. Constante enim matrimonio atque nexu conjugali profecto nefas esse credimus mulieri, ut a viro divertat; si vero viri perversitate vincula earum pandatur, atque obligatio tollatur illius perfidia, non tam uxor maritum dimittere, aut ab eo discedere, quam a viro indigne ipsa deseri existimanda est. Tum certe in eam servitutem uxor adduci non potest, ut a viri illam indigne deserentis potestate se vindicare nequeat (1. Cor. VII, 14.) Quæ quidem *Apostolus* (*Ambrosius* in Cap. XVI. Lucæ cit. Calixt. differt. de Matrim. & Divort.) *negavit esse legis divinæ, ut conjugium qualecunque solvatur, neque ipse præcepit, neque dedit deserendi potestatem sed culpam abstulit destituto.* Accedit, quod Christus paria loco allegato faciat uxoris et mariti jura in divortiis faciendis; quod enim mulieri negat, id expressissime quoque viro negatum esse asserit. Non autem omnem viro facultatem faciendi divortia esse ademtam Matth. V, 32. & XIX, 9. edocemur, ergo neque mulieri. Quod D. Apostolus quoque asserit 1. Cor. VII, 14. In illo quidem loco Christus solam scortationis causam dirimendi matrimonii esse posse docet: postquam videlicet prius distractum est matrimonium ab adulterium committente; tum enim quamvis consilium postea mutaverit, & matrimonium jam firmum esse voluerit, imo deprecetur, quum invito etiam divor-

vortium facere, eumque abjicere integrum est conjugi. Non enim jam res hæc sui est arbitrii, quum omnis obligatio consuetudinis conjugalis ex causa adulterii sublata sit, nisi ultro conjux veniam delinquenti dederit. Præter fornicationem addit Paulus desertionem conjugis, non ut negaret doctrinam Christi, (scilicet non nisi ob adulterium divertendi potestatem accipere conjugem,) sed quod jam tum satis matrimonium inique desertum esse constet, quum neque animum cum conjuge amplius vivere impius desertor habere existimetur.

## *CAP. IV.*

### *Circumstantiæ & solennitates in divortio faciendo adhiberi solitæ.*

Quum divertendi consilium uxor iniisset, illud non, nisi certis solennitatibus adhibitis fieri poterat apud quasvis, quod sciam, gentes; si quidem ex lege fieret divortium. Apud Romanos quondam connubia solvi consuevisse tribus modis: Usurpatione, Diffarcensione, & Remancipatione ex *Jac. Rævard.* (Commet. in XII tabb. cap. 19) perhibet *Rosinus* (Antiquit. Rom. Libr. V, c. 38.) Neque *divortium ratum* erat, *nisi septem civibus Romanis puberibus adhibitis præter libertum ejus qui divortium faciebat* (*Digest.* Libr. XXIII. de divortiis lege 9.) Uxor tabulas dotales frangebat (vid. *Vetus Scholiastes Iuven.* ad Sat. IX & C. *Tacitus* Libr. II. Annal. cit. *Dempst.* ad Rosin. Libr. V, c. 38. Antiquit. Rom.) claves remittebat (*Ambrosius* Epist. 65. *Rosing. l. c.* literisque divortii ad virum perscriptis illi *res suas habere sibi jubebant.* Attico jure uxor coram judice agebat, ut sibi divertere a viro liceret, quod ipsa non per alium facere poterat, sed ipsa præsto esse legibus jubebatur, viroque, si justa repudii causa existamabatur, *ἀπολείψεως γράμματα* seu *ἀπόλειψιν* scribebat, (*Plutarch.* in Alcib.) Qua judicum suffragiis approbata connubii jura eversa habebantur.

Pari quoque ratione hodie apud nos in foro contra virum uxor agere potest & debet, si quidem repudiandi animum habet, inque judicum sententia acquiescere. Moscovitæ (ita ex Alexandr. Guagrino in descript. Sarmatiæ Europææ, Seld. Ux. Ebr. libr. III, 26.) divortia *inter se frequenter celebrant, Episcopis* permittentibus *literasque repudii dantibus divortium etiam tali modo (more gentili antiquitus observato) peragunt,*

*quum ſibi vir uxor utrinque diſciplicent, tum extra pagum in trivium ambo prodire ſolent, mantili accepto, quod inter ſe maribus tenendo per medium diſcindunt, hocque inter ſe diviſo matrimonium etiam inter ſe diviſum eſſe putant. Et uxori repudiatæ vir dicere ſolet: Vade Tu Hac, ego illac pergam* Adjicit vero: *ſed hic perverſus divortii modus nunc prorſus abolitus eſt.*

Ebræis uſitatiſſimum divortii monumentum fuit libellus, ספר כריתות ipſis dictus, h. e. excidii ſeu exciſionis ideo quod hoc ipſo conjuges diſtraherentur, & qui in unum corpus coaluerant, in partes velluti diſſecarentur, quod Syrus (Matth. XIX, 7) ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܢܐ libellum ſeu ſcriptum deſertionis appellat, quod conjux conjugem & matrimonium deſtituat, deſertionisque teſtimonium literas eſſe jubeat. Alias (Matth. V, 31) ܟܬܒܐ ܕܬܘܪܟܐ repudii ſcriptum appellatur.

Morem autem illum, quo libellus Repudii dabatur, antiquiſſimum inter Ebræos eſſe ex ſacris literis conſtat (vid. Deut. XXIV, 2.) In libris quidem hiſtoricis antiqui foederis nulla commemorantur exempla datarum ejusmodi literarum: in uſu tamen eo quoque tempore fuiſſe facile colligitur ex Eſa. L, 1. & Jer. III, 1. & 8. Similitudines enim a rebus; in vulgus notis fieri ſolent. Quemadmodum vero inter conjunctionem Dei cum Eccleſia & conjugium nonnihil ſimilitudinis intercedit: ita quoque diſtractio eorum repudio aut divortio perquam ſimilis eſt. Dictiones itaque in republica Hebræorum ad connubii jura pertinentes ſpiritus S. abdicationi ſynagogæ accommodavit, quando Jeſa. L, 1. dicit: Quis eſt ille libellus repudii, quem dedi matri veſtræ, quod eam dimiſi? aut cui ex creditoribus vendidi vos? Ecce ob flagitium venditi eſtis, & ob ſcelera veſtra repudiata eſt mater veſtra (conf. Jer. III, 1. 8.) Ex quo non obſcurum eſt, conſuetudinem illam, qua in teſtimonium facti divortii conceptis quibusdam verbis tabulæ quædam conficiebantur, eo tempore antiquisſimo obtinuiſſe.

Quibus autem verbis illæ conſcriptæ fuerint, non ita perſpicuum eſt: certum tamen, in eas ſolemnem matrimonii renunciationem relatam fuiſſe, non abſimilem illi, quæ in lingua ſemi-Babylonica exhibetur. formulæ (*Miſchna* tit. *Gittin* cap. 9. Seld. Ux. Ebr. Libr. III. cit. c. 24. p. 369. הריאת מותרת לכל אדם ודין דיהוי לוכי מיזאי ספר תירוכין ואגרת שבוקין וגט פטורין למהך להתזסבא לכל גבר דתצביין *Ecce permiſſa ſis cuivis. Et hic tibi ad me datus eſto libellus repudii, literæ deſertionis & teſtimonium dimiſſionis; licitum itaque tibi ſit, nubere vero, cui* volueris

*volueris.* Quibus poftea tempus, locum, teftes, & reliquas ad folennem matrimonii renunciationem concurrentes circumftantias apponere confueverunt. (Vid. *Maimon.* Halach Girurfchin cap. 4. *Salomon Jarchi* ad Talmud Babyl. Tit. Gittin cap. 9. fol. 85 b. *Mofen Mikolzi* Præcept. Affirmat. 50. Sepher חנין לכל n. 31. Alphef. part. 2. tit. Gittin fol. 600. a. *Buxtorff.* Grammat. Chald. & Syr. Libr. III. *Schik.* Jur. Reg. Ebr. cap. III, Aula Theor. IX. *Seld.* Ux. Ebr. III, cap. 24. *Lightfoot.* Hor. Ebr. & Thalmud in cap. V. Matth.

Neceffum vero erat, ut, fi quidem pro legitimo habendus effet ejusmodi repudii libellus, (1) nulla vi ad divortium faciendum conjuges compellerentur, nifi honeftatem publicam aliquis adeo negligeret, ut etiam cum infami vivere non dubitaret; tum enim in foro cogebatur ad faciendum divortium, alias non poterat (*Gemar. Babyl.* ad tit. *Erachin* cap. 8. fol. 21. & ad tit. *Jabimoth.* cap. 12. fol. 106. a. & tit. *Gittin* fol. 88. b. Add. *Maimon.* halach Girufchin cap. 2. *Selden.* Libr. III, cap. 25. Ux. p. 375.) (2) in tabulas vero referendum erat divortium (3) quæ præcipue contineret maritum nolle, ut uxor amplius in poffeffione rerum fuarum maneat. (4) atque ita velle, ut prorfus fint diftracti (5) uxoris nomen adjiciebatur (6) curabanturque omnia, quæ requiri poterant, donec nihil reftaret, nifi exhibitio (7) quæ fiebat præfentibus & adhibitis (8) teftibus minimum duobus ad (9) legem repudiorum (10) aut a marito ipfo aut a procuratore ejus (vid. *Selden.* l. c.) Alias conditiones in hoc negotio refert *Gerhardus* (Comment. in cap. XXIV. Deut.) quarum tamen aliquas incongruas effe ipfe judicat. Scriptas vero fuiffe has divertendi literas publica fcribarum autoritate non viri manu, uti ex *Auguftino* (Libr. XVI, contra Fauftum cap. 26) Gerhardus l. c. tradit, probabile non videtur.

Non autem permiffam apud Ebræos fuit uxori, ut viro divertendi literas traderet, fed quando jufta de caufa a viro difcedere animum induxerat, in foro agebat, ut a viro dimitteretur, qui fuo nomine illi repudii epiftolam perfcriptam exhibebat. Contigiffe vero contra Ebræorum morem, ut Salome Coftobaro repudii libellum fcriberet, Jofephus in Antiquitatibus recte afferit.

## *CAP. V.*

*Caufæ impellentes; ubi explicatur textus N. T.* λόγος πορνείας & V. T. ערות דבר

Non iisdem de caufis apud quosvis populos femper mulieres divertiffe, fupra expofuimus. Apud Romanos fumma levitate hæc a mulieribus

ribus peracta fuerunt. Apud Ebræos vero & horum sectatores Muhammedanos durius accipiuntur, quæ eadem, quo viri solebant, temeritate in repudio remittendo uti audent. Christianorum, legibus nulla relicta, est potestas uxori a viro discedendi, παρεκτὸς πορνείας λόγου, nisi adulterio commisso connubii jura temeraverit (Matth. V, 32 & XIX, 9.) πορνείας autem vox ita late patet, ut simplicem pariter scortationem atque adulterium complectatur. Quamquam enim aliqui existiment, non nisi τῇ μοιχείᾳ vocem πορνείας ll. cit. æquiparandam esse (vid. *Selden.* Ux. Ebr. Libr. III, c. 24:) existimaverim tamen, non penitus excludi simplicem scortationem, utut adulterium eadem voce notari dubium non sit; quia ea quoque matrimonia, quæ cum violata virgine contrahuntur, jure suo quoque rescinduntur ob πορνείαν, cujus suspicionis ream B. virginem Josephus repudiare quoque animum induxerat, vid. Matth. I, 19. *Justinus Martyr.* in dialogo cum Tryphone cit. *Selden.* Ux. Ebr. p. 358. quod more patrio nefas esse ducebat a sponsa admissum, ita tamen voluit, ne, quod facinus esse credebat, in sermonem hominum veniret, neque ipsi, quam eximia probitate alias esse perspexerat, deque dote cum ipsa ageret. Vix enim locum invenit, quod *Basilius M.* existimat, probe intellexisse Josephum ea, quæ cum Maria gesta fuerant, & quum justus dicatur, mysterium hoc cum ipso a Deo communicatum fuisse, ejusve rei conscientiam summum illi terrorem injecisse: quare φοβηθεὶς, inquit (Homil. Nativit. Christi) τοιαύτης γυναικὸς ἀνὴρ ὀνομάζεσθαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν, μὴ τολμήσας δημοσιεῦσαι τὰ καθ᾽ αὐτήν. *Quum pertimesceret vir ejusmodi fæminæ appellari, illi eam repudium mittere voluit, non ausus in vulgus edere ea, quæ cum ipsa acciderant.* Quomodo enim invitam deserere illum potuisse ex referentia existimabimus? quam nolebat παραδειγματίσαι h. e. infamiæ notam illi inurere, & animadversione dignam deferre, ut gravius de eo exemplum statueretur.

Πορνείαν autem μοιχείαν quoque denotare atque in se continere persuasi sumus; qua voce etiam incestum alias D. Paulus significavit 1. Cor. V, 1. Neque ullatenus stupro pollui uxor potest, nisi idem appellari mereatur adulterium. Et si ob πορνείαν ante contractum matrimonium repudia licite mittuntur, quanto magis ob adulterium. Consentiunt interpretes; ita enim Syrus Matth. XIX, 9. vertit ܕܟܠ ܕܫܒܩ ܐܢܬܬܗ ܕܠܐ ܕܠܐ ܓܐܪܐ ܘܢܣܒ ܐܚܪܬܐ ܓܐܪ * Quicunque dimiserit uxorem suam, quæ adulterium non commisit, aliam que duxerit, adulterium committit. Et *Tertullianus* (Adversus Marcionem Libr.

Libr. IV, c. 34 & Libr. de Pudicitia cap. 16) cit. Seld. Libr. III, c. 27. p. 405) *præter causam adulterii, & præter ex causa adulterii, & præter causam moechiæ habet.* Et ita quoque B. Lutherus Matth. V, 32. Anglica versio 1539. edita: *Iil hosoever put away sis wife (except it be for whoredome) causeth her ta play the whore*, generali vocabulo exponit generale vocabulum πορνείας: posterior versio habet: *except it be for advodwtry &c. committeth advowtry.* Wiclef loco Matth. V, 32. *out taken cause* fornication makéth her to do lecherie, and he that weddith the forsaken wise doth avowtrie; & eadem ratione quoque Matth. XIX, 9. vertit πορνείαν per *fornication* voce videlicet laxiorem admittente significationem, quemadmodum etiam B. Lutherus l. c. Neque dissona sunt, quæ locis citatis in versionibus Italico & Gallico sermone perscriptis habentur. (vid. *Seld.* p. 406.) *Augustinus* πορνείαν non solum proprie, sed etiam metaphorice accipit, nempe pro idololatria, imo pro quovis flagitio, quod aut par haberi potest (Libr. I. de serm. Domini in monte) quando, *propter illicitas*, inquit, *concupiscentias non tantum quæ in stupris cum alienis viris aut foeminis committuntur, sed omnino quaslibet, quæ animam corpore male utentem a lege Dei aberrare faciunt, & perniciose turpiterque corrumpunt, potest sine crimine & vir uxorem dimittere, uxor virum, quia exceptam facit Dominus causam fornicationis* (cit. *Calixt.* Differt. de Matrim. & Divort.) In quo tamen maxime dissentit Apostolus (1. Cor. VII, 12. seqq.) qui nullum jus neque viro neque mulieri concedit faciendo divortio ob conjugis a vero Dei cultu abhorrentis impietatem. Quod ipse Pater quoque animadvertisse videtur (Libr. I. Retractationum Cap. 19. cit. Calixt. ibidem) *quatenus enim*, inquit, *intelligenda atque limitanda sit hæc fornicatia, et utrum etiam propter hanc* (improprie acceptam) *liceat dimittere uxorem laboriosissima quæstio est; licere tamen propter istam, quæ in stupris committitur, nulla quæstio.*

τῇ πορνείᾳ h. l. quidam æquipollere arbitrantur usitatam Ebræorum dictionem ערות דבר (Deut. XXIV, 2.) Inter quos est *Tertullianus* (Libr. IV. contra Marcionem cit. Gerhard. Comment. in Deuter. XXIV) qui verba legis l. c. ita vertit.: *si in ea inventum fuerit negotium impudicum;* indeque deducit: *ob solam uxoris fornicationem licitum fuisse Judæis repudium* Idem statuere Burgensem ait Gerhardus (l. c.) et *Dionysius Carthus.* in. h. l. *Paulus*, inquit ille, *hoc loco haberi turpitudinem sub eadem significatione, qua & in Levitico, ubi de incestuosis & adulterinis coitibus agitur, ex quo patet, quod nullo modo licebat, repudiare uxorem, nisi propter hujusmodi turpitudinem, quæ fornicationem includit.* Sed penitius

rem intuenti atque confideranti facile de hac fententia oboriri poteft dubitatio. Lapidibus enim percuti, atque ita vita privari adulteram leges volebant; non igitur divortio tantum locus datus fuit, aut fi quando hoc factum, non tantum Judæorum ftatuta permittebant divortia, fed lege vir compellebatur, ut fine dote uxorem ædibus exturbaret, fi vel maxime adulterii fufpicionem tantum incurriffet, adeo, ut, fi ea fat gravis effet, maritus, qui uxoris fcelus tolerabat, verberibus cæderetur, donec fe eam dimiffurum reciperet (*Maimon.* halach Girufchin cap. II. et *Gemar. Babylon.* Sæpius tit. Ketuboth & tit. Jabimoth *Seld.* Ux Libr. III, c. 16. p. 299.) Quomodo igitur adulteram divortio ejectam alii nubere potuiffe nobis perfuadebimus, quum fane infamis is haberetur, qui, quod malum alius domo ejecerat, ad fe recipere non dubitaret. זה הויניא מביתו וזה מכניסה. A quo & adeo Domitianus abhorruiffe fertur (Alex. ab Alexandr. Libr. IV, c. 8. Gen. Dierum) ut equitem Romanum, qui mulierem, quam ob adulterium Martius dimiferat, uxorem duxerat, judicum eraderet albo, infamiæque nota afficeret. Jura vero Mofaica concedunt divertenti fecundas nuptias. הלכה והיתה לאיש אחר. Accedit, quod Chriftus Judæorum perverfitati (σκληροκαρδία) datum effe a Mofe divortiorum licentiam perhibeat. Quod fi igitur nulla alia de caufa, nifi adulterii ergo facere divortium licuiffet, fuo jure ufi fuiffent divortiis, non ex perverfitate. Per ערות דבר igitur potius omne ἄσχημον πρᾶγμα, quemadmodum LXX vertunt, omnem rem turpem & indecoram defignari, probabile magis videtur, ubi præcipue tamen adulterium adulteriique fufpicionem fignificari non negamus.

## CAPUT VI.

### *Effectus divortii quoad illata vel dotem, filios communi matrimonio genitos, nuptias fecundas.*

Denique quæ de dote aliisve ad eam rem pertinentibus, atque de liberis in conjugio genitis tum conftitui folebant, quando uxor divertit, quum perfequi prolixiffimum foret, & pro veritate variorum cafuum caufarumque facti divortii aliter res habere potuerit, prætereaque fe de illis, quæ de ifto jure hodie apud nos obfervantur, jure civili cautum fit, quæ profequi noftri nec eft ingenii, nec argumenti, Jureconfultorum cathedræ relinquimus. Æquiffimum certe effe arbitramur, ut uxor, quam fuo jure divertiffe conftiterit, optimo quoque jure res fuas habeat adeoque dotem & quæ ad eam pertinent, Ebræis incrementum dotis, Romanis donationem ante nuptias appella-

appellatam. Liberos quum potissimum in patria potestate sint, illi manere injuriam non esse, nisi aliter de ea re conventum fuerit, persuasum habemus.

Præcipuum vero est, quo conjugii consuetudinem abolitum esse patet, quando ad novum matrimonium ineundum animum adjicit mulier; quo facto jam prorsus de amoris redintegratione desperari debere certum est. Ea autem arcenda non est, nec prohiberi ab eo potest, quum repudiato marito sui facta sit juris, quod, in quem transferre voluerit, arbitrii ejus est, quum nulla amplius ad priorem cum viro consuetudinem illi detur obligatio: quando igitur se continere nequit, nubat; nulli heic servituti subjecta est. In qua quidem re nonnullos ex Patribus admodum injurios esse patet, inter quos & *Hieronymus* (ad Cap. XIX. Matth.) *ubicunque* inquit, *est fornicatio & fornicationis suspicio* (ubi mirum in modum videtur excedere) *libere uxor dimittitur; sic priorem dimittere (vir) jubetur uxorem, ut secundam prima vivente non habeat. Nec non quia poterat evenire, ut juxta eandem legem uxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum.* Et Augustinus (Libr. II. ad Pollent. de adulterinis conjugiis Cap. XIII.) *Mulier alligata, quamdiu sive mœchus, sive castus ejus vir vivit, mœchatur, si alteri nupserit;* &c. (cit. Calixt. l. c.) Paria habet antiquior ille Augustino Commentator in Epistolas Paulinas operibus Ambrosii appositus in 1. Cor. VII, mulieri non permittit, ut nubat, *si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasiæ, aut si illicitum impellente lascivia usum quærat uxoris, quia inferior*, inquit, *non omnino hac lege utitur, qua potior sed viro, ait, licet uxorem ducere, si dimiserit peccantem, quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier.* (conf. D. *Hildebrandus* Libr. de Nuptiis veterum Christianorum.)

Pontificii quoque hodie divortium ita fieri non permittunt, ut novum iniri possit matrimonium, nisi Pontificis Maximi sui consensu, quod initio hujus sæculi Patrum nostrorum memoria cum Margarita Valesia Henricus IV. fecit ob prolis defectum, ascita in uxorem Maria Magni Ducis Tusciæ Francisci II filia (*Thuanus* hist. Libr. 125) contra jus fasque nam

- - - *sidera terra*
*Ut distant, & flamma mari, sic utile recto.*

Idemque cum Portugalliæ Rege Alphonso Sæc. XIV. factum memorat *Franc. Loredanus* (delle lettere (Historiche parte seconda) qui conjuge filia Henrici Regis Castiliæ dimissa, ex qua tamen jam filium susceperat, uxorem duxit Eleonoram Telesiam, nobilem fœminam jam in conjugio viventem invito marito; verum, ut Autor inquit, *per non mostrare d'haver rapita la Moglie al Marito fece, ingannando il Pontifice* (deceptum dicit Pontificem

ut in consideratum illius factum aliquatenus excuset) *render nullo il primo matrimonio, onde il marito oppresso dalla potenza del Rivale, stimo meglio prendere un' esilio voluntario, che contendere co'l Rè della propria Moglie.* Et Zacharias Pontifex Maximus primum decrevisse fertur (*Gratiam* c. Concubuisti 3293 7. cit. Gerhard. LL. Theolog. de conjugio. §. 580) *ut uxor repudiato marito, qui sororem constupraverat, alteri viro nuberet, si continere nollet:* unde quidam asserunt, posse novas nuptias inire divertentem, si conjux incestus probrum admiserit. Alias tamen ex decretis Patrum Tridentinorum non admittunt novum matrimonium, secus atque barbaros pariter atque Judæos fieri solebat, imo aliquando in prima ætate Ecclesiæ (*Justin. Martyr. Apolog.* l. init. fol. 41. *Hieronymus* Tom. I. *opp.* fol. 250. seqq. Epitaph. Fabiolæ Epist. XXX. ad Occanum.) Neque vero simile videtur, quod quidam existimant (vid. *Josephus Scaliger* Animadvers. Euseb. num. 2015) ita quoque accipit *Gerhardus in Deut.* c. XXIV. *Calixt.* Dissert. de Matrim. & Divort.) non potuisse, apud Ebræos uxorem, quamvis repudiatam nubere alii, nisi prior Vir ejus permisisset, pro qua sententia verba *Josephi* (Libr. XV. Antiquit. cap. 9.) allegant: *γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ᾽ ἑαυτὴν γαμηθῆναι (ἔξεστι) μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος*, h. e. *uxori divertenti fas non est nubere, nisi eam vir prius dimiserit.* Quæ exponunt: uxori neque dimissæ licere nubere, nisi viri prioris concessu; ideoque si quidem vir voluerit, ut novum matrimonium ineat, adjicere literis repudii תהי גרושה מני ומותרת לכל איש *Esto a me dimissa & concessa cuivis.* Quod tamen ipsi Josepho contrarium esse credimus alias asserenti (Libr. XVIII, c. 7. Antiquit.) *libello* (maritus) *de non repetenda uxore, sic enim potestatem accipit alii nubere; prius enim permissum non est* Ex quo patet libello adjecta verba vim potius addere repudio, quam prohibere uxori matrimonium (vid *Seldenus* Libr. III, c. 24. Ux.) In Regum quidem connubiis tradunt (*Schikhardus* Juris Reg. Ebr. Cap. III, Theor. IX) ut neque repudiatam ipse duceret nec pateretur, ut alius uxorem duceret, quam ipse dimisisset (Hal. Malac. c. II, §. 1.) Quod tamen utrum perpetuum fuerit, dubitari fortasse potest; Davidem certe Michalem suam ab alio recepisse sacræ historiæ docent. Si vero unquam de uxoribus ita constitutum fuit, rem potius illam facti fuisse censemus, atque jure suo introductam ab iis, quibus suum, *sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas.* Quis enim eam, quæ innocens a marito, licet Rege, dimissa fuit, quum ea non sit continentia, ut perpetuo sibi a cupiditatum furoribus temperaret, perpetuos animi cruciatus juste perferre posse sibi persuadeat.

In

In Ecclesia nostra omnino concedendam facultatem mulieri divertenti statuunt Doctores alii nubere, quum nulla sit causa, cur innocentissime a conjuge destitutam aut pari pœna afficiendam esse existiment, atque illum, qui se indignum matrimonio probavit. Certe in eam servitutem adduci nequit conjux (1. Cor. VII, 15.) Accedit, quod Christus de divortio, quale inter Judæos in usu erat, ubi novum matrimonium non prohibitum fuit, docens: ejusmodi divortium fieri posse affirmat, quando matrimonium conjugis perfidia sit dissolutum. Et quum nulla obligatio uxoris detur ad prius matrimonium repudiato viro: certe a nuptiis arceri non potest.

Quæ quum sat prolixe a Theologis nostris propugnata sint: nos heic pedem figimus, nostrique Exercitii heic ponimus Finem.

# JOH. ANDREÆ DANZII
# SCHECHINA CUM PIIS
## COHABITANS,
### AD ILLUSTRANDAM
### *COHABITATIONEM CHRISTI SUIS PROMISSAM JOH. XIV. 23.*
### PROGRAMMA I.
### § I.

O Primus mundi Salvator, suis, imminente passione, valedicturus discipulis, ne ob discessum suum contristarentur nimium, his eos alloquitur verbis, in limine lectionis *Pentecostalis* occurrentibus: *si quis diligit me, sermonem meum observabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus a);* in fontibus, μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Quemadmodum *mansio* a *manere* deducitur; ita eodem valore μονὴ a μένω, *maneo, permaneo, constans inhæreo:* ad perpetuam & fixam *commorationem* denotandam; quam *habitationem*, vel *inhabitationem* dicere consuevimus, vago & desultorio contradistinctam divertendi actui. Quæ tamen non impedit, quo minus *inhabitor, ordinari habitatione* in certo loco *durante*, ad tempus, & animo ad pristinam *mansionem* redeundi, alio quandoque migret vel divertat.

§ II. Revocant Salvatoris verba in memoriam, similem ferme promissionem, populo Israelitico olim in deserto factam. Erecto quippe Tabernaculo, ac decenter initiato; Sacerdotibus quoque per intergrum septiduum legiti-



a) Joh. XIV. 23.

gitime consecratis, expiatis, atque ad Sacra rite obeunda introductis *b*), Deus toti ecclesiæ Judaicæ, ritus istos cum reverentia ac expectatione magna intuenti, per Mosen spem facit; futurum, ut *eodem die*, qui octavus erat a consecrationis initio, ad hostias secundum præscriptum peractas, *Jehova ipsis appareat c*), & *gloria domini unicuique istorum conspicienda præbeantur d*) In testimonium, quod cultus, quem tunc auspicabantur primum, gratus sibi foret ac approbatus.

§. III. Dicitur ibidem *Aaron* Pontifex maximus, omnia juxta præscriptum pro virili executus, populo elevatis manibus benedixisse, ac, postquam Piacularia quæcunque, ipsumque holocaustum ac Salutaria perfecisset *e*), *descendisse* de altari: quem mœstum referunt, quod spe sua exciderit, *Gloria Domini nondum apparente*. Ingressus vero denuo, una cum Mose, in tentorium conventus, ubi ardentissimas ad Deum preces fudisse putantur *f*), ut promissionem suam populo jam promulgatam adimplere ne dedignetur; *simul ac egressi fuerant, denuo benedicentes populo, illico apparebat* GLORIA DOMINI *universo populo. Ac egrediebatur* IGNIS *a conspectu Domini, & devorabat super ara holocaustum ac adipes quascunque, aspiciente populo universo g*).

§. IV. Si fides habenda pristinis Judæorum doctoribus *h*), memoria *vituli* a se conflati *i*), timidum reddiderat Aaronem, ut vix ausus fuerit, ad aram accedere; nisi Deus *Mosen jussisset, ut surriperet eundem k*) & vel renitentem ad cultum divinum exercendum, initiaret. Quin initiato jam, ara apparuisse putatur *l*), sub forma *vituli*: ad quam ideo accedere hæsitasset; donec Moses erexisset eundem, verbis *m*), *accede ad aram banc, & fac piaculare tuum: tenero, maturo tamen, in expiationem aurei istius conflati*, jugulato *vitulo*. Et nihilominus, cum peractis jam Sacrificiis, GLORIA DOMINI non ilico apparuisset, ita lamentatus introducitur *n*): *novi ego, quod Deus immensus mihi irascatur. Mei causa non descendit* SCHECHINA *Israëlitis. Ad hoc incitavit me frater meus Moses, qui* jussu suo *fecit, ut introirem, & pudore afficiar* solenniter, *non descendente Israëlitis* SCHECHINA. Post quam lamentationem *ilico ingressus fuerit Moses cum ipso* in Tabernaculum, *divinam implorantes gratiam*: ad quas preces SCHECHINA *Israelitis apparuerit*. Quæ in Scriptura vocatur GLO-

*b*) Lev. VIII. *c*) Lev. IX. 4. *d*) l. c. v. 6. *e*) l. c. v. 22. *f*) R. *Salomoni*, ex *Torath Cohanim* ad h. l. it. *Ab. Esræ, ac Abrabbaneli*. *g*) l. c. v. 23. 34. *h*) in *Torath Cohanim*, seu *Siphra* ad Lev. VIII. 2. §. 1. 2. f. 22. col. 1. med. it. ad Lev. IX. 23. §. 19. f. 23. col. 3. l. 35. sqq. *i*) Exod. XXXII. 1. sqq. *k*) Lev. VIII. 2. *l*) annotante *Bechai* ad Lev. IX, 7. f. 130. c. 2. l. 30. seq. & *R. Mos. fil. Nachman*, ex *Siphra* l. c. *m*) Lev. IX. 7. *n*) in *Torath Cohanim* ad Lev. IX. 23. §. 19. f. 23. c. 3.

GLORIA DOMINI; & in eo conſtitiſſe declaratur, quod *ignis* cœlitus delapſus, hoſtias in altari præparatas delingendo devorarit *o*).

§. V. Frequens fit mentio GLORIAE DOMINI per totam Scripturam V. T.; præcipue tamen in apparatu promulgationis Decalogi *p*), ac in conſecratione Tabernaculi Moſaici *q*), Templorum item per Salomonem *r*) ac Serubbabelem *s*) ædificatorum, nec non iſtius per Ezechielem *t*) delineati. Qui & alias crebram ejus mentionem facit *u*), perinde ac Moſes *x*), cum Prophetis aliis *y*). E verbis circa decalogum promulgatum, nec non Tabernaculum Moſaicum, ac Templum Salomonis occurentibus, inferres, vel *nubem* quandam in monte apparentem, ac iſtas adimplentem ædes, vel ignem ſub denſa nube in monte Sinai obvelatum, & in ara devorantem hoſtias, illam DOMINI GLORIAM denotaſſe: quam tamen verba *Haggæi* & *Malachiæ* in perſona quadam deſiderata nimium ac expetita, collocare videntur. Qui dici poterat *nube* illa, vel *igne* obvelata, ac veluti tecta. Id quod haud parum roboris acquirit é verbis Jeſaiæ *z*), loquelam huic GLORIAE DOMINI tribuentibus, ita apparituræ, *ut omnis caro videat*.

§. VI. ONKELOS ſagaciſſimus Pentateuchi interpres Chaldæus, GLORIAM DOMINI in Lege occurentem, totidem verbis effert יקרא דיהוה *a*) pro Ebræo כבוד, ſimpliciter ſubſtituendo chaldæum יקר, eidem per omnia æquipollens. Id quod & IONATHAN *ben Uſiel* fere obſervat, in transferendis libris hiſtoricis, atque Prophetis *b*). Unde hinc parum ſubſidii invenitur pro re per GLORIAM intelligenda, clarius cognoſcenda. Alter tamen iſte *Pſeudo*-IONATHAN, qui Legem tranſtulit, clarius ſuorum mentem exprimit; pro duabus Ebræorum vocibus כבוד דיהוה ubivis ferme *c*) tres יקר שכינתא דיהוה vel איקר ſudſtituens: quæ denotant *gloriam* SCHECHINAE *Domini d*). In quo & Targum Jeruſolymitanum, quoties extat *e*), cum eodem conſentit. Ipſe quoque *Onkelos* (*f*

ac

l. 35. ſqq. *o*) Lev. IX. 24. *p*) Exod. XXIV. 16. 17. Deut. V. 21. *q*) Exod, XL. 34. *r*) 1. Reg. VIII. 10. 11. 2. Chr. V. 14. c. VII. 13. *s*) Hag. II. v. 7. 9. coll. Mal. III. 1. *t*) cap. XLIII. v. 2. 4. 5. cap. XLIV. 4. *u*) Ez. I. 28. c. III. 23. c. VIII. 4. c. X. 4. 18. c. XI. 22. c. XL. 5. *x*) Exod. XVI. 10. c. XIX. 18. Num. XIV. 10. 21. c. XVI. 19. c. XVII. 7. *y*) Jeſ. XL. 5. c. LVIII. 8. c. LX. 1. Hab. II. 14. *z*) cap. XL, 5. *a*) Exod XVI. 7. c. XXIV. 16. 17. c. XL, 34. Lev. IX, 6. 23. Num. XIV, 10. 21. 22 cap. XVI, 19. cap. XX. 6. *b*) Vid 1. Reg. VIII. 11. Jeſ. XL, 5. c. LVIII. 8. Ez. I. 28 c. III. 23. c. VIII. 4. c. X. 4. c. XI. 22. 23. &c. *c*) Exod. XVI. 7. 10. c. 24. 16. c. XL. 34. Lev. IX. 4. 6. 23. Num. XIV 10. c. XX. 6. *d*) Interdum enim vocem *Schechina* omiſit, v. g. Exod. XXIV. 17. Num. XIV. 21. c. 16, 19. c. XVII. 7. *e*) vid. Deut. XXXIII. 16. *f*) v. g. Gen. IX, 27. Exod. XVII, 7. c. XV. 17. c. XXXII. 3.

ac *Jonathan* g) genuinus SCHECHINAM multoties adhibent,ubi in textu Ebræo *Deus*, vel *Jehova* adhibetur: ut, ad mentem Rabbinorum *h*), omnem a Deo *corporis* suspicionem removeant.

§. VII. MAIMONIDES quoque magnum illud eruditionis lumen in sensu GLORIAE DOMINI eruendo desudavit, non tam suam tamen, quam receptam plerorumque sententiam exhibens, verbis *i*): *Volunt, per eam intelligi* LUCEM *aliquam creatam, quam Deus miraculose alicubi habitare faciat, ad suam ostendendam magnificentiam k*). *Interdum intelligi volunt, ipsam* SUPREMI ESSENTIAM, *& veram Ejus naturam.* Quam significationem confirmari putat, ex responsione Mosi data; cui, Deum roganti, ut ejus videre liceat GLORIAM, responsum fuerit, non videbit ME ullus homo, dum vivit *l*). Haud raro, addit, intelligi *volunt laudem & glorificationem*, qua creaturæ, quælibet pro captu suo, Dei extollunt magnificentiam, ejusque celebrant majestatem *m*), Pro illustrandis duabus prioribus notationibus, alibi *n*). in ambiguitate verbi שכן eruenda occupatus, ait, id ipsum *proprie* de re corporea usurpatum, *continuationem* notare *stationis*, vel *commorationem in certo aliquo loco. Habitare* enim *in loco aliquo, nihil aliud esse, quam continuo in illo permanere. Ut, quum animantia diu in aliquo loco, sive communi, sive proprio, subsistunt, dici de iis, quod in eo nonnunquam hinc inde moveantur. Metaphorice* autem accommodari ad omne id, quod constanter & assidue alicubi permaneat; licet nec illud corpus animatum sit, nec hoc locus. Quo *sensu tropico*, addit, *attribui* etiam *Creatori; ad exprimendum continuam commorationem* שכינתו *cohabitationis suæ, aut providentiæ, in ullo loco, in quo continuo commoretur ista* SCHECHINA, *aut circa quodcunque ejus continuo occupetur providentia o*). Tandem concludit: Ubicunque ergo SCHECHINA, (vel *habitare*.) *Creatori benedicendo tribuitur*, denotat, *continuationem* שכינתו *inhabitationis suæ*, h. e. LUCEM vel *splendorem istum creatum in aliquo loco;* aut *continuationem providentiæ divinæ in re quapiam: pro ratione scil. cujusque loci* biblici.

§. VIII. Quæ de sensu verci שכן, *unde* שכינה, pro DEO, vel *gloria Dei*, apud Targumistas, omnesque Judæorum Doctores substitutum, derivatur, observat

5. 20. c. XXXIV, 6. 9. Num. XI, 20. c. XIV, 42. c. XVI, v. 3. *g*) Vid. Jud. VI, 13. Jes. XL, 22. c. LVII, 17. Jer. VII, 12. c. XXXIII, 5. Hag. I. 8. *h*) *Eliæ Levitæ* in Methurgeman rad שכן f. 154. a. *Maimon.* More Nebuch. Part. I. c. 21. f. 16. b. l. 2. sqq. Edit. Sabion. A. M. 313. *R. Bechai* ad Gen. XLVI, 4. f. 55. c. 4. l. 14. sqq. *i*) in *More Nebuch.* Part. 1. c. 64. *k*) Quam probat ex Exod. XXIV, 16. & cap. XL, 35. *l*) Exod. XXXIII, 18. coll. v. 20. *m*) Quod probat ex Jes. VI, 3. coll. Hab. III, 3. it. Jer. XIII, 16. Psal. XXIX, 9. *n*) l. c. cap. XXV, *o*) Prius probat, ad mentem

vat; conveniunt cum illis, quæ in limine de latinorum *mansione*, græcorumque μονῆ, allata fuerunt. Voces enim trium harum linguarum in eo conveniunt, quod *commorationem constantem & permanentem* denotent: nisi quod μονὴ, rarioris in Scriptura usus *p*), non tam actionem, quam *locum permanendi* inferat. Ebræa vero שכינה vi formæ suæ, quæ Nominibus *actionem* denotantibus propria est, *habitationem* exprimat, vel *cohabitationem*, aut *inhabitationem* constantem; quæ cum *mansione* coincidit. Quam vero amplius per Metaphoram, sive ἀνθρωποπάθειαν, & Metonymiam insuper, sustinet significationem, *de Deo*, & nonnunquam *pro Deo* ipso, usurpata, indicandam in sequentibus; in ista nec *mansio*, nec μονὴ, ex usu Scripturæ ad ejus exsurgit sublimitatem.

§. IX. Quam numero tertio enarrat significationem *Gloriæ*, pro *laude, glorificatione*, seu *celebratione*, frustra impugnat *Abrabbanel*. Loca Scripturæ a *Maimonide* pro notatione ista probanda, adducta *q*), sufficienter eam evincunt: ac LXX. Interpretes, aliique græci omnes, qui per δόξαν convertunt, calculum suum eidem addunt. Quum per hanc vocem in ipso N. T. sensus *laudis, honoris* ac *dignitatis*, hinc inde *r*) approbetur. Ad loca tamen ex Lev. IX. adducta, vix applicari poterit: nisi δόξαν Joh. I. 14. & c. XII. 41. occurrentem, non male eo traxeris.

§. X. Plus momenti habet, quando significationem secundo loco enarratam, qua GLORIA DEI ipsam Dei *essentiam*, ac veram ejus *naturam* denotare dicitur, simpliciter rejicit *s*).; eamque sententiam indignam judicat tanto Propheta, qualis Moses fuerit, si a Deo precibus impetrare ausus fuisset, verbis *t*): *fac quæso! videam gloriam tuam, ut ipsam Dei intueretur essentiam*, oculis *eam* lustraturus corporeis *u*). Utpote quæ a nemine mortalium cognosci perfecte possit, nisi ab ipso Deo solo. Etiam Johannes Evangelista, *Deum* inquit *x*), *nemo vidit unquam*: & Paulus *y*) *nemo* ait, *hominum eum vidit; neque videre potest*. Id quod Mosi legislatori occultum fuisse nequit. Nec *Moses Maimonides* id ignoravit. Quum diversis locis *z*) declararit, *visionem*

 *faciei*

Interpretis *Ephodi*, ex Exod. XXIV, 16. & Deut. XXXIII, 16. alterum autem ex Exod. XXIX, 45. quo cum confert Interpres nominatus Gen. III, 24. *p*) legitur tantum in hoc XIV. capite Johannis v. 2. & 23. nec non 1. Macc. VII, 38. *q*) ex Jes. VI, 3. Jer. XIII, v. 16. Ps. XXIX, 9. *r*) Vid. Joh. II, 11. c. V, 41. 44. c. VII, 18. c. VIII, 50. 54. c. IX, 24. c. XII, 43. c. XVII. 1. 4. 5. 24. *s*) in vera determinanda sententia, quid per Dei *gloriam* intelligatur? an *nubes* tantum? an vero *ignis* tantum? aut utraque conjunctim? ad Exod. XL. v. 34. f. 223. c. 4. circ. fin. & f. 224. c. I. 27. sq. *t*) Ex. XXXIII, 18. *u*) l. c. f. 224. col. 1. l. 40. sqq. *x*) c. I. 18. *y*) 1. Tim. VI, 16. *z*) More

*faciei Dei* mortalibus impossibilem fore, ac inperceptibilem: omnem que hominem, qui essentiam ejus apprehendere satagat, in sua confundi apprehensione. Finiti enim ad infinitum nullam dari proportionem.

§. XI. In eo vero, quod *Maimonides* primo loco per *Gloriam Dei*, LUCEM quandam intelligendam contendit *a*), seu splendorem extraordinarie & miraculose visam, ad indicandam majestatis ac providentiæ divinæ præsentiam, id quod & alibi *b*) iisdem prorsus verbis inculcat; memoratus *Abrabbanel* eatenus eundem approbat: ac non modo ipse assensum eidem præbet simpliciter, sed plures alios eidem assentientes nominat *c*). GLORIAM DEI ipse asserit *d*), *non fuisse nubem; sed rem Igni, ratione luminis ac splendoris sui, similem. Nubem autem circa eum fuisse, uti fumus semper est circa ignem.* Et quemadmodum lampades ignitæ apparent de medio nubium densarum; ita fuisse GLORIAM DOMINI similem Igni, in medio nubis ac caliginis densissimæ.

§ XII. Interjectis quibusdam, suam de GLORIA DEI sententiam satis rotunde verbis exprimit sequentibus *e*): *Multo convenientius est, dicere, quod* GLORIA DOMINI *illa spiritualis suprema, denotet* CAUSATUM *illum* PRIMUM, *ab ipso Benedicto productum. Hic enim initium est viarum ejus, ac principium creaturarum ejus: &* HIC IPSE EST, QUI VOCATUR STYLO SAPIENTUM *nostrorum p. m.* SCHECHINA. *Minime autem convenit, cogitemus, sanctos illos sapientes p. m.* SCHECHINAM *vocasse* LUCEM *aliquam creatam sensibilem, secundum verba magni illius Doctoris Maimonidis. Neque etiam similiter* SCHECHINAM *vocarunt ipsam ejus* ESSENTIAM, *ac quidditatem, juxta verba R. Mosis Nachmanidis. Verum* SCHECHINAM *vocarunt illum ipsum factum* seu effectum, *emanentem ab ipso benedicendo primum. Et quia est ex ordine Existentium, reliquorumque omnium principium; ejus Moses quæsivit apprehensionem: quæ denegabatur ipsi, quamdiu adhuc inter vivos ipse viveret; prout dicebat Deus f*), *certe non videbit me ullus homo, dum vivit. Nam, quoniam fœtus ille primus est, cujus nomen idem cum nomine Heri sui, cum sit sigillum Sancti istius benedicti; omnibus ejus attributis cognominatus: de eodem dixit g*), *facies meæ non videbuntur.*

§. XIII. Plura his verbis coacervantur: quæ ordine & distincte sunt examinanda. Generalis ejus thesis his constant verbis: GLORIA *Domini* in Sacris commemorata, idem est ac SCHECHINA Talmudistarum, Targustimarum, reliquorumque Doctorum Judaicorum omnium; quos *Sapientum* suorum nomine

*Nebuch.* Part. 1. cap. 21. & 32. *a*) l. c. cap. XLIV. fol. 46. b. med. Edit. Sabionet. *b*) l. c. cap. XVIII. f. 15. a. l. ult. *c*) ad Exod. XL, 34. f. 224. c. 1. l. 27. sqq. *d*) l. c. l. 13. sqq. *e*) l. c. l. 49. sqq. Quæ Ebraice etiam exhibuimus Differt. de *Inauguratione* Christi, §. 50. p. 427. in Notis. *f*) Exod. XXXIII, 20. *g*) l. c. v. 23.

mine comprehendit. Eandem verbis paululum diversis, post infinitos alios, BECHAI *fil. Ascher* in suo ad Exod XXIV. 17. Commentario *b*), ita exprimit: *Quod stylo Scripturæ dicitur* GLORIA *Domini, secundum stylum* SAPIENTUM, vocatur SCHECHINA *: hoc enim est i*), *& habitavit* GLORIA *Domini super monte Sinai ;* & alibi *k*), *ut habitet* GLORIA *in terra nostra. Est autem attributum Judicii* MANUS *vocatum, per quam creatus fuit totus hic Mundus, sicut dicitur l*), *& ista omnia manus mea fecit. Per* ISTA *intelligit existentia omnia, Superiora & inferiora m*). Alibi *n*) ex voce אכבד Hag. I, 18. probaturus, quod SCHECHINA in templo secundo extiterit, secus ac plurimi Talmudistarum statuunt *o*) quamvis non continuo; inquit, in ea voce latitare כבוד seu GLORIAM, *quæ ibi fuerit ; & idem sit, ac* SCHECHINA. Cui in præcedentibus *p*) tribuit, quod MANUS *Dei* vocetur : cum Jacobo in Ægyptum descenderit, eumque ac posteros ibidem defenderit, ac in libertatem eduxerit: Ægyptios prius per quinque famis annos sustentarit, deinceps vero plagis affecerit variis: Israelitas autem per mare rubrum ac desertum migrantes comitatus fuerit: quos antea in tantam crescere fecerit multitudinem, ut sexaginta myriadibus inde ascenderint.

§. XIV. Veritatem hujus theseos, quod scil. SCHECHINA Rabbinorum idem valeat, ac GLORIA *Domini*, in sacris occurrens, multis exemplorum testiumque myriadibus probare valerem ; si necessitas postularet, & præsens admitteret institutum. Cui sufficit, quod in loco superius ex Levit. IX. citato, v. 4. 6. & 23. extantem GLORIAM *Domini*, autor *Torath Cohanim*, per SCHECHINA reddiderit: quem ad unum omnes Judæorum Interpretes in hoc imitantur, *Jonathanis* secuti vestigia, vertentis v. 4. *hoc ipso die gloria* SCHECHINAE *Domini revelabitur vobis* : v. 6. *ilico revelabitur vobis gloria* SCHECHINA *Domini :* & v. 23. *ilico revelabitur gloria* SCHECHINA *Domini universo populo.* Quam interpretationem nequicquam tollit IGNIS, versu 24. in executione GLORIAE promissæ substitutus, *incendens hostias* ; ac eapropter *Ignis devorans vocatus q*): utut in subsidium vocetur *Ignis* ille, qui vel in Templo Salomoneo hostias devoravit præparatas *r*) ; vel Gideonis *s*), Manoæ *t*), ac Eliæ *u*) victimas accendit oblatas. Dubio huic dudum satisfecit *Abrabbanel*, in præceden-



*b*) fol. 100. c. 1. l. 28. sqq. *i*) Exod. XXIV, 16. *k*) Psal. LXXXV, 10. *l*) Jes. LXVI, 2. *m*) Eo ferme descripta ordine, quo Col. I, 16. coll. Joh. I, 3. *n*) ad Gen. XLVI, 27. f. 56. c. 2. l. 14. sqq. *o*) Cod. *Joma* Bab. f. 21. b. l. 18. sqq. *Maccoth* Jerus. f. 32. c. 1. l. 7. 8. *Rabboth* ad Cant VIII, 9. f. 38. c. 2. l. 40. sqq. *p*) ad Gen. XLVI, 4. fol. 55. c. 4. l. 11. sqq. *q*) Exod. XXIV, 18. *r*) 2. Chr. V, 14. coll. c. VII, 1. 3. *s*) Jud. VI, 21. *t*) Jud. XIII, 20. *u*) 1. Reg. XVIII, v. 38.

dentibus adductus *x*). Neminem quippe *Ignis* ille, nec ad promulgationem Decalogi ex monte Sinai conſpicuus, nec ad Tabernaculum Moſaicum initiatum egreſſus, nedum ex reliquis privatis nominatis, læſit: cum Moſes ad illum libere acceſſiſſe dicatur *y*), & univerſus populus ad initiationem tabernaculi, impune Sacrificiis accenſis adſtiterit *z*). Perinde ac Gideon, Manoah, ac Elias. Ut *rubum* illam, in qua olim Moſi apparuerat, *accenſam non combuſſerat; a*); ita in reliquis ſolas devorabat hoſtias oblatas, offerentibus impune dimiſſis. Ob ſolam LVCEM *Igni* inſeparabiliter inhærentem, hujus inſignitur nomine; utpote in qua manifeſtaretur.

§. XV. Quoniam toties ferme pro *Deo* (יהוה vel אלהים), imo pro Pronominibus ad Deum referendis, a Targumiſtis SCHECHINA adhibetur, quoties *habitare, deſcendere, aſcendere, tranſire, venire* dicitur, aut aliquid facere *corpori* proprium; ut naturam *corporis* per hanc vocem a Deo removeant. Putares, vocem hanc *Deum ipſum* ſupremum notare, divinitatis Originem. Cum autem de hoc ipſo in infinitis locis dicatur, quod *habitare, aſcendere, tranſire, venire &c.* faciat SCHECHINA ſuum; non ſine ratione inferri licet, SCHECHINAM fore aliquid a ſupremo iſto Deo diſtinctum. Diſerte id adſtruit *Maimonides*, peculiari capite *b*), diverſis innixus rationibus: inculcat etiam *Lipmannus c*): & *Targumiſtæ*, ac Talmudiſtæ, ubicunque iſti vocem hanc cum יקר vel איקר, Ebræorum כבוד præciſe exprimentibus, conjungunt; hi autem certis tantummodo perſonis SCHECHINAM a Deo permitti aſſerunt *d*). Utrum autem *res* foret, vel *perſona*; non ſatis evidenter ubivis deſcribitur.

§. XVI. Et hinc factum, ut hæſitent autores, ipſimet etiam Chriſtiani, in voce iſta latine ſatis commode transferenda. Ad ductum *Maimonidis e*), redderes *glorioſam Dei cohabitationem*, vel *præſentiam* PROVIDENTIAE *divinæ glorioſam*. *Manaſſes ben Iſrael* ſimpliciter per *Divinitatem* reddidit *). Alii noſtratium *f*) *præſentiam Dei Majeſtaticam* vertunt: quidam nudam *majeſtatem*; Ebræorum כבוד, cui quandoque reſpondet, forte expreſſuri. *B.* noſter GLASSIVS *g*) *præſentiam* ſeu *majeſtatem*, aut *majeſtatis apparitionem*, quam *Lipmannus h*) גילוי השכינה, *Paulus i*) autem ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, vocat.

*x*) §. *In eo vero* &c. *y*) Exod XXIV, 18. *z*) Lev. IX, 24. coll. *Abrabban.* f. 188. c. 1. l. 53. ſqq. *a*) Exod. III, 2. *b*) More Nebuch. Part. I. cap. XXI. f. 16. a. & b. *c*) in *Nizzachon* §. 124. ad Deut. IV, 39. p. 76. lin. 19. *d*) Vid. *Kidduſchin* f. 70. b. l. 31. 33. *Berach.* f. 6. a. l. 26. ſqq. *Pirke Avoth* cap. III, th. 2. & 6. *Nedarim.* f. 3[illegible]. a. l. 17. 18. *Schabb.* f. 30. b. l. 25. 26. it. f. 139. a. l. 13. ſqq. *e*) loco citato ad (b) *) Concil. Lev. 1. p. 183. 184 &c. *f*) *Tayler* ad *Targ. Hieroſol.* Exod. XXXIV. v. 6. & 9. *g*) Rhetor. ſacr. tr. I. c. VIII. de ἀνθρωποπαθ. p. 152. (1156.) *h*) l. c. ad (c).

vocat. Nonnullis placet vertere *inhabitationem* Dei *gratiosam*: Buxtorfius *k*) generaliter transfert per *habitationem, cohabitationem.* Addit tamen, quod *in specie dicatur de præsentia, gloria, & majestate divina, aut divinitate; quando dicitur hominibus esse præsens, aut cum eis conversari, auxilio suo, gratia & salutari præsentia adesse.* Christianus *Gerson l*) reddidit, *die gœttliche Beywohnung.*

§. XVII. Memoratu vero dignum est, quod versio Arabica in Polyglottis Anglicanis כבוד יהוה transtulerit ANGELUM *Domini m*). Ad quam sententiam explicari poterit *Malachias n*): quando pro densa nube tabernaculum Mosaicum ac templum Salomonis, ad *Gloriam Dei* demonstrandam, occupante, substituit ANGELUM FOEDERIS, *quem desiderarint*; *Haggæo o*) ea propter, *desiderium omnium Gentium* vocatum. Nec desunt inter ipsosmet Judæos, qui per SCHECHINAM intelligunt *Angelum*, vel *Archangelum*, Angelorum Principem, quem nunc *Michaelem* nominant, nunc *Metatorem*; nunc *Angelum*, cui omnia Heri sui competant attributa, ac in cujus medio sit ipsum Domini sui nomen. Qui Abrahamo, Jacobo, ac Mosi in rubo apparuerit, Israelitas per mare rubrum, vastumque illud desertum, in columna nubis atque Ignis, deduxerit; Decalogum ipsis promulgarit, cum Mose in monte locutus fuerit; & potestatem habeat, condonandi hominum peccata; nunc *Angelus facierum* dictus, nunc ipsa *Dei facies*, atque *Imago*. In ipso opere *Talmudico p*), *ad Cabbalistarum* placita alioquin minus attento, *R. Oschaja* introducit SCHECHINAM sub nomine *Legati*, ubivis locorum existentis. *Abbrabanelis* sententiam superius jam vidimus *: quo cum in hoc consentit *Manasse ben. Israel* †, & cordatiores Judæorum plerique, a nobis inposterum ordine adducendi pluribus.

§. XVIII. Nunc tempori inservientes, observamus, *Eliam Levitam* in suo *Meturgeman q*) scripsisse, *Sapientes* suos p. m. *Spiritum Sanctum* vocasse *Schechinam*; *eo quod inhabitet Prophetas.* Subjicit tamen, sed *forte in eo alia continetur significatio, Cabbalistis usitata: quam ego ignoro.* Id quod etiam in suo *Tisbi r*) declarat, verbis: *Cabbalistæ magna habent circa vocem* שכינה *mysteria; cum quibus nihil mihi est negocii.* Quæ iisdem pene verbis repetit *Philippus Aquinas s*):



conf. etiam. §. 108. p. 62. §. 189. p. 110. frequentissime, & §. 253. p. 138. *i*) Tit. II. 13. *k*) Lex. Chald. Talmud. col. 2394. *l*) versione German. cap. XI. cod. *Sanhedrin.* *m*) Lev. IX, 4 *n*) cap III, 1 *) §. *Interdictis.* *o*) cap. II. 7. †) Conciliat. quæst. LXIV. p. 67. *p*) *Bava bathra* f. 25. a. l. 26. dicitur שלוח, & l. 33 מלאך *q*) f. 124. a. l. 14. seqq. *r*) in rad. שכן fol. 91. a. in fin. Edit. Basil. A. M. 361. *s*) in *Dictionario*, quod vocat *absolutissimum*, p. 459. a. post med.

§. XIX. Cui sentententiæ corroborandæ inserviret, quod cum in plurimis Talmudistarum t) locis SCHECHINA a populo Israëlitico *recessisse* dicitur, alibi *u*) legatur, *Spiritus Sanctus* post mortem Haggæi, Sachariæ, ac Malachiæ, ab Israelitis *subductus*. Quo spectat & illud, quod Jona e patria profugisse perhibetur, ut impulsum *Spiritus Sancti*, ad prædicandum Ninevitis eum in Palæstina incitantis, evitaret: cum extra eam, juxta eorum hypothesin, SCHECHINA non commoraretur *x*). Ita etiam opinionem asserentium, quod ex Gentilibus septem veri *Prophetæ* fuerint, a *Spiritu sancto* agitati, eversuri urgent, SCHECHINAM non immorari super Gentes *y*). Quod Moses a sua se separarit uxore, ex quo SCHECHINA eundem quocunque alloqueretur tempore *z*); id *Philo a*) effert, ex quo incœpit *Prophetam* agere, *divino afflatus Spiritu*. In *cod. Berachoth b*) mater Samuelis Hanna Pontifici Eli exprobrat, quod *Spiritus Sanctus* non commoretur apud ipsum; quod male de ipsa judicasset *c*): quod mox *d*) absentiæ SCHECHINAE tribuunt. Quando ad nuntium de vita Josephi, ejusque dignitate, Jacobi *spiritus revixisse* dicitur *e*); *Onkelos* transtulit, & inhabitabat rursus *Spiritus sanctus* Jacobum patrem ipsorum: quæ *Ionatham* effert, & commorabatur *Spiritus Prophetiæ*, qui subduxerat, se ab illo, cum vendiderant Josephum *, rediit rursus super eum. Utriusque sententiam exprimere voluit *Raschi f*;) quando SCHECHINAM rursus eum inhabitasse asserit. Idem quoque R. Salomon *Spiritum sanctum*, & SCHECHINAM, ceu æquipollentia, in eadem adhibet periodo. Scil. cum Jehova apparuisset Abrahamo; hic *pronus cecidisse* dicitur, *in faciem suam g*), *præ timore* SCHECHINÆ. Nam *antequam circumcideretur*, *non habuisse robur standi*, *cum* SPIRITUS SANCTUS *juxta ipsum se stiterat*. Forte etiam nonnihil momenti conferet collatio aspectus *Goloriæ domini*

t) *Rosc. hasschana* f. 31. a. l. 35. sqq. *Ecba rabb.* Præfat. f. 56. c. 2. l. 2. sqq. *Aboth R. Nathan* cap. XXXIV. f. 9. c. 1. conf. IALKUT ad Jer. 1. f. 59. c. 3. circa fin. & ad 1. Ez. IX, 3. f. 70. c. 1. *u*) *Sanhedr.* f. 11. a. l. 24. 25. *x*) ad preces Mosis, juxta *Bav. batra* f. 15. b. l. 26. 27. conf. *Raschi*, ac *R. D. Kimchi* ad Jon. l. 3. *Tanchuma* f. 52. c. 3. l. 20. Edit. Ven. *R. Joseph.* fil. *Iekatill.* in *Schaare Ora* f. 7. b. l. 16. sqq. Hinc admiratio illa, descripta Act. X. 45. ob dona *Spiritus S.* gentibus collata. *y*) *Bava bathra* f. 15. b. l. 2. sqq. it. lin. 26. *z*) cod. *Schabbath*, f. 87. a. l. 13. sqq. *Pesachim* f. 87. b. l. 10. sqq. *Avoth. R. Nathan* cap. II. f. 2. c. 1. l. 3. sqq. *Tanchuma* f. 53. c. 3. l. 2. sqq. *a*) de vita Mosis lib. III. circa princ. p. 664. D. σχεδὸν ἀφ' οὗ τὸ πρῶτον ἤρξατο προφητεύειν καὶ θεοφορεῖσθαι. *b*) Bab. f. 31. b. l. 5. sqq. *c*) 1. Sam. I, 15. *d*) l. c. l. 8. *e*) Gen. XLV, 26. 27. * obluctum immodicum, juxta *Schabbath* fol. 30. b. l. 25. 26. *f*) Commentario ad l. c. *g*) Gen. XVII, 1. 3.

*mini b*), quam SCHECHINAM vocant *i*), instar *Ignis ardentis*, cum apparatione *Spiritus Sancti* super Apostolos, in *linguis ignitis k*). Quod tamen totum argumentum alias examinabitur diligentius.

§. XX. Rectam interim festi, in memoriam instituti *Spiritus Sancti* super primos Christianos effusi, celebrationem haud parum promovebit; si memineritis, *cives optimi!* illis saltem *inhabitationem mansionemque* suam, ac Patris sui, promisisse Christum *l*), *qui ipsum diligant*, ejusque reverenter *observent sermonem*. Non commoratur *Sanctus Spiritus* in corde peccatis mancipato. Abigunt hæc hospitem salvandis omnibus summopere necessarium. Haud secus ac SCHECHINAM, juxta pristinos Ebræorum doctores, expulisse dicitur *neglectus Præceptorum Dei*, non solum ab Adamo in peccatum prolapso *m*); sed, postquam sæpius redierat, tandem ab Israëlitis omnibus *n*). SCHECHINA quippe non *facit mansionem*, nec *inhabitat* quempiam *ob risum protervum*, nec ob *animum dissolutum*, neque ob *confabulationem ludicram*, aut *verba otiosa*? ut etiam *Simeon fil. Assai*, vel juxta alios, *Simeon fil. Sumæ* dudum docuisse dicitur *o*). Id quod pluribus confirmat ex recentioribus *Manasse ben Israel p*), multique alii *q*).

§. XXI. Agite igitur *Cives Charissimi!* & ita hoc festo vestros componite mores; ut ex illis eluceat, *Deum* sacrosanctum apud Vos *divertisse*, suamque ibi *mansionem* occupasse, perpetuo *duraturam*. Id quod, post alia, declarabitis etiam, si erga Dei ministros, Vos a malo avocantes, divinum insuper pro vobis cultum administrantes, vobisque ac Ecclesiæ toti, ad exemplum Mosis ac Aaronis *r*), elevatis manibus benedicentes, vestram exerceatis liberalitatem. P. P. feria Pentecostes prima, d. 19. Maji, 1720.

## PROGRAMMA II.

### §. XXII.

Gratiosa illa Dei Patris ac Filii COHABITATIO, quam *diligentibus Christum, ejusque observantibus sermonem*, promittit Evangelii Pentecostalis introitus *a*), occasionem ante hunc annum præbebat, disserendi de Ebræorum שכינה, in omnibus Targumistarum, Talmudicorum,

---

*b*) juxta Exod. XXIV, 17. *i*) vid. supr. §. *Plura*. *k*) Act. II, 3. *l*) l. c. in limine ex Joh. XIV, 23. *m*) secundum autorem *Schaare Ora* f. 6. b. l. 29. sqq. *n*) juxta citata superius, ad §. *Cui*, lit. (t). *o*) in cod. *Schabbath* f. 30. b. l. 21. sqq. it. in *Pesachim* f. 117. a. l. 22. sqq. coll. *Berachoth* f. 31. a. l. 22. *p*) *Conciliatore* in Lev. l. 2. p. 183. 184. *q*) v. 8. *Abraham* El. *Seba*, in *Zeror hammor*, Sect. ויקרא f. 91. c. 1. l. 41. sqq. & col. 2. *r*) l. c. supr. ex Lev. IX. §. *Si fides*.
*a*) Joh. XIV, 23.

rum, ac præcipue Cabbaliſtarum Scriptis, utramque ferme paginam ſupplente. Non tantum æqualis utriusque ſignificatio id urgebat; ſed recepta potiſſimum inter plurimos, Judæos pariter ac Chriſtianos, ſententia, *Spiritum ſanctum* per eam vocem *fore intelligendum:* de quo ceu palmario objecto, in hoc feſto ſacra occupatur Chriſtianorum meditatio. Cum autem alii *b*) *Chriſto* potius id nominis tribuendum putent; non prius certum ferri poterit judicium, quam ſi paulo plenius cognoverimus, quid de SCHECHINA jam olim docuerit, & adhuc hodie profiteatur Eccleſia Judaica.

§. XXIII. Targumicorum loca quædam jam olim congeſſit *Joh. Stephanus Rittangelius c*); e Talmudicis pauca *Buxtorfius d.*) Nos præterlapſo anno ſumma ſaltem tetigimus capita; contenti, lectorem ad fontes e quibus hauſimus, remiſiſſe. Cum autem promiſſio data, quod ipſa Judæorum verba pluribus in poſterum adducenda ſint; ex parte ſaltem hac vice promiſſioni ſatisfacturi, paucorum verba, latine tamen, & pro majori obtinenda fide, ad literam ferme reddita, communicabimus. Cum ſpiſſum compilandum ſit volumen, ſi omnia Antiquorum loca excerpi debeant.

§. XXIV. Paulo plenius iſtorum de SCHECHINA ſententiam congeſſit *R. Joſeph Gekatilja*, quem alii *Caſtilienſem* dicunt, in libro שערי אורה *e*): ubi, omiſſis, ſine detrimento genuini ſenſus, hinc inde vel ad rem ipſam minus neceſſariis, vel e ſerie Scripturæ hauriendis, leguntur ſequentia *f*): SCHECHINA fuit continuo *cohabitans* cum Iſraelitis ab hora præparati *Habitaculi*, de quo dicit Scriptura *g*), & faciant mihi Sanctuarium, ut *cohabitem* in ipſorum medio. Opus autem habes, magnam tenere radicem. Scito, quod in principio creationis hujus mundi, radicaliter SCHECHINA in his inferioribus extiterit. Ecce enim diſpoſitio creatorum omnium ſecundum ordinem graduum ita erat inſtituta, ut ſuperi reſpectum haberent ad ſuperiora, & inferiores ad infima. Quapropter SCHECHINA fuit *commorata* in his inferioribus. Et cum eſſet SCHECHINA infra; deprehendebantur cœli atque terra unum aliquod conſtituere. Id quod continetur verbis *h*): & perfecti fuerunt cœli atque terra, omnisque eorum exercitus. Nam conſummabantur

*b*) inter quos autor libelli Anglice conſcripti, ſub tit. *the Judgment of the ancient Jewish Church, againſt the Unitarians*, qui creditur *Petrus Allix* fuiſſe, in fronte verſionis Germanicæ, a *max. Rev. Dn.* Præpoſito *Seidel* confectæ, nominatus. *c*) ad libr. יצירה Abrahamo adſcriptum, p. 112. ſqq. *d*) in Lexico Chald. Talm. & Rabbinico, col. 2394. ſqq. *e*) i. e. *Portæ Lucis*, qui Compendium continet *Theologiæ Cabbaliſticæ*, impreſſus eſt *Mantuæ*, An. 321. i. e. 1561. Chriſti in 4to, absque Commentario. *f*) fol. 6. b. l. 21. ſeqq. *g*) Exod. XXV, 8. *h*) Gen. II, 1.

tur hæc ab illis, & ab his implebantur illa: dum canales & scaturigines perfecte operarentur, & a Superis influxus fierent in inferiora, Jehova benedicendo e superis adimplente inferiora. Cujus rei signum prostat verbis *i*): cœli sunt thronus meus, & hæc terra scabellum pedum meorum. Unde patet, quod Jehova benedicendus commoratus fuerit in medio, æqualiter inter superiora & inferiora.

§. XXV. Adventante (pergit Autor *k*) *Adamo* primo, & in peccatis prolapso; dissipabantur ordines, & confringebantur Canales, & desinebant benedictionum piscinæ: subducebatur SCHECHINA, & dissolvebatur nexus.

§. XXVI. Adventante vero *Abrahamo*, *Isaaco* atque *Jacobo* p. m. qui incipiebant retrahere eam (SCHECHINAM) ad hæc inferiora, præparabantque eidem tres thronos, extrema eam attrahentes attractionis parte, & sua faciebant corpora SCECHINAE thronos. Verum nec quicquam attrahi potuit SCHECHINA in hanc terram ad *cohabitationem* fixam; sed casuali saltem *cohabitatione* super eosdem *habitabat*. Id quod tecte indicatur per illud *l*), & ascendit Deus de nexu Abrahami. Et de hoc loquuntur dicentes: Patres ipsi sunt quadriga. Deprehendebatur tunc in ipsorum diebus SCHECHINA in aëre volitans: nec inveniebat quietem plantæ pedis sui in hac terra, prout in principio creationis fuerat.

§. XXVII. Superveniente *Mose* Doctore nostro p. m. *m*), totoque cum ipso Israële; qui parabant *habitaculum* & vasa: corrigebant quoque destructionem Canalium, & recte disponebant ordines, ac reparabant benedictionum piscinas, derivantes eo aquas vivas e receptaculo fontano: redire faciebant SCHECHINAM ad *habitandum* in inferioribus in tentorio (per Mosen erecto). Non tamen super pavimento; quemadmodum in creationis primordio. Quod arcanum continetur in illis *n*): facient mihi Sanctuarium, ut *habitem* inter ipsos. Ita inveniebatur SCHECHINA hospiti similis, de loco uno migranti in alium. Nam ea propter dicebat *o*) *habitabo* inter ipsos; non autem *habitabo* infra, sed inter illos, ad similitudinem hospitis: q. d. quocunque locorum iverint, ibo cum illis, & *habitabo* in medio eorum; non tamen in loco fixo. Id quod tecte significatur verbis *p*): & eveniebat, cum *proficisceretur* Arca &c.

§. XXVIII. Deinceps *q*) ob rationem hujus arcani dolebat *David*, cupiens SCHECHINAE fixum determinare locum hic inferius: id quod tecte significatur verbis *r*), qui juravit Domino, vovit robusto Jacobi; quod non ingressurus sim tentorium domus meæ &c. nec concessurus sim somnum

 oculis

*i*) Jes. LXVI, 1. *k*) l. c. l. 29. sqq. *l*) Gen. XVII, 22. *m*) l. c. l. ult. *n*) Exod. XXV, 8. *o*) l. c. *p*) Num. X, 35. *q*) Pergit l. c. f. 7. 2. l. 6. sqq. *r*) Psal. CXXXII,

oculis meis, donec invenerim locum Jehovæ, *habitacula* robusto Jacobi. Porro scriptum est *s*), certe elegit Jehova Zion, expetit in *sedem habitandi* sibi: hæc mea quies erit usque in æternum. Et quoniam quærebat David locum fixum constituere quieti SCHECHINAE, dicebatque *t*): surge o Jehova! ad quietem tuam, tu, & arca roboris tui; rectæ censebantur cogitationes ipsius coram SCHECHINA ipsa; nisi quod miserit, edixeritque eidem Jehova per Nathanem, ---- quod fileus ædificare debeat *u*). ---- Quid *x*) fecit Rex David? præparavit argentum, aurum &c. omne id *y*), juxta ordines dispositionis, ac necessitatem SCHECHINAE, juxta id, quod scriptum est *z*) ---- Et id omne *a*) in structuram Quadrigæ, *thronum*, ac *habitationem* pro SCHECHINA.

§. XXIX. Postea venit *Salomo*, qui ædificavit domum istam, & ordine digessit omnes dispositiones, ac figuras, eo modo, quo Pater ipsius p. m. ordinaverat. Quo facto, descendebat SCHECHINA ad hæc inferiora, & *habitabat* in domo perpetuitati dicata, juxta id quod scriptum 1. Reg. VIII, 12. 26. 27. Numquid in rei veritate *habitare* solet Deus cum ullo homine super hac terra? Ecce hi cœli & cœlorum non potuerunt te continere: multo minus domus hæc, quam ædificavi. Nunc igitur *b*) surge Jehova Deus! ad requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ. ---- Et *c*) cum absolvisset Salomo precari; tunc *ignis* aliquis *descendebat* de cœlis & *devorabat quodcunque holocaustum*, & *hostias* quascunque. GLORIA audem IEHOVAE *replebat domum* istam. Deprehenditur SCHECHINA reversa ad requiem suam, in domo seculis duratura. Quo tempore redibant Canales ad derivationes omnes, ad effundendum benedictionem per domum Sanctuarii. Id quod scriptum extat *d*): sicut ros &c. ---- & alibi *e*) de Zione &c. ---- De domo enim Sanctuarii Canales omnes derivabantur in omnes in universum provincias LXX nationum, respectu LXX Principum. E Jerusalem quoque accipiebant dimensum sicut scriptum est *f*): & benedicentur per te omnes terræ cognationes. ---- Quod si, sic. invenitur SCHECHINA emittens benedictionem quamcunque in mensura competente ad omnes terræ provincias, e domo Sanctuarii *g*).

§. XXX. Nunc nostrum est, (pergit memoratus R. Joseph *h*), signi-

2. 3. 4. 5. *s*) l. c. v. 13. 14. *t*) l. c. v. 8. *u*) conf. 2. Sam. VII, 5. 6. 7. 1. Reg. VIII, 19. *x*) pergit. l. c. l. 13. sqq. *y*) loc. c. l. 21. *z*) 1. Chr. XXVIII, 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. *a*) Pergit autor l. c. l. 33. sqq. *b*) Pergit f. 7. b. l. 3. sqq. è 2. Chr. VI, v. 41. 42. *c*) c. VII, 1. *d*) Ps. CXXXIII, 3. *e*) Ps. L, 2. conf. pluribus in שערי אורה f. 24. b. l. 7. *f*) Gen. XII, 3. *g*) Quæ in compendium redacta idem autor repetit fol. 74. b. l. 7. sqq. *h*) l. c. f. 7. b. l. 16. sqq.

significare tibi, quod SCHECHINA illa soli adjudicata sit Israeli, juxta id quod scriptum est *i*): faciant mihi Sanctuarium, ut *habitem* in medio ipsorum: alibi *k*), quos eduxi e terra Ægypti, ut ipsorum *habitem* medio: item *l*), & constituam *habitationem* meam in medio ipsorum. Quod arcanum dudum significavimus tibi. Scil. hanc ipsam (SCHECHINAM) templum fore, ubi Jehova benedicendus in medio *habitet*. Jehova quippe benedictus Israeli dixit: recipite ad vos *habitaculum* meum, quod ego *inhabito*, tunc non separabor a vobis in æternum. Et quamvis immunditiem contrahatis; non tamen a vobis SCHECHINA separabitur, juxta id quod scriptum est *m*): *cohabitans* cum illis in medio impuritatis ipsorum. Et cum concedit Deus benedictus Israelitis donum hoc, ut *cohabite* CHECHINA inter ipsos; inveniuntur omnes thesauri Dei benedicti, & gazæ ejusdem, atque Conclavia ejus, ac omnes influentiæ species, & omnis benedictionis emanatio in Israelitarum manu deposita. Tradit quoque in manum Israelitarum claves ad quemcunque thesaurum, ad aperiendum & recipiendum omnem influxum, ac benedictionem a SCHECHINA. Et hoc ipsum est, quod dicitur *n*): ponam *habitaculum* meum inter vos, & indesinenter *ambulabo* inter vos, & ero vobis Deus.

§. XXXI. Atque adeo *o*) SCHECHINA est veluti משכנו *habitaculum* *p*), & משכונו *q*) *pignus* Sancti benedicti in manu Israelitarum, (hypothecæ loco positum). Cum itaque peccarent Israelitæ coram ipso, & vastaretur templum; ecce hoc suum *habitaculum* & *pignus* oppignorabat in manum Israelitarum, & abire jubeat cum illis in exilium. Quod tecte insinuatur verbis *r*): hæc sunt deposita הַמִּשְׁכָּן מִשְׁכַּן *Habitaculi istius*, *pignoris* testimonii, (de meo erga Israelitas amore). Et hoc ipsum est, quod dicimus *s*): dilecti nimis sint Deo Israelitæ! quod, quocunque locorum exularunt, SCHECHINA semper cum ipsis extiterit, (ut pignus Dei, apud ipsos depositum). Exulantibus illis in Ægypto, SCHECHINA cum ipsis erat, sicut dicitur *t*): omnino in exilium ad exulandum abductus fui cum domo Patris tui, dum essent in Ægypto: & alibi *u*) scriptum est: ego descendam tecum in Ægyptum. (Quæ Jonathan reddidit: *ego sum ille, qui* VERBUM *meum descensurus sum tecum in Ægyptum* & VERBUM *meum ascendere*



*i*) Exod. XXV, 8. *k*) Ex. XXIX, 46. *l*) Lev. XXV, 11. *m*) Lev. XV, 16. *n*) Lev. XXVI, 11. 12. *o*) Ita pergit l. c. 25. sqq. *p*) ut paulo superius I, 19. in auctore היכל *templum*. *q*) levi punctorum mutatione, ex מִשְׁכָּנוֹ fit מִשְׁכּוֹנוֹ per Paronomasiam. *r*) Exod. XXXVIII, 21. *s*) cod. *Magilla* Bab. f. 29. a. l. 13. sqq. *Taanith* Jer. f. 64. c. 1. l. 12. *Siphre* ad Num. X, 35. fol. 12. c. 2. l. 32. sqq. Edit. Ven. *t*) 1. Sam. II, 27. *u*) Gen. XLVI, 4.

*dere faciet te* &c. *x*) Exularint in Babyloniam; SCHECHINA erat cum illis, ſicut dicitur *y*): propter vos miſſus fui in Babyloniam. Exularint in Elam; SCHECHINA una cum illis erat, prout dicitur *z*): ponam *ſolium* meum in Elam. larint in Idumæa; SCHECHINA cum ipſis, ſicut dicitur *a*): quis eſt ille veniens ex Edom? Similiter quoque, cum reverſuri erunt, SCHECHINA eos comitabitur, uti dicitur *b*): & שב *revertetur* Jehova Deus tuus cum turba captiva tua, tui miſertus. Non enim השיב dicitur, ut reddendum putes, *reverti faciet*; ſed שב, quod idem ac *revertetur*, vel *redibit*. Alibi *c*) dicitur: mecum de Libanon Sponſa. R. Meir dicit, rem explicari poſſe per Parabolam a Rege deſumtam, qui ſervo ſuo dicat, ſi me quæſiveris, en! ero apud filios meos, ſicut dicitur *d*): *cohabitabo* cum illis in medio impuritatum ipſorum: item *e*) quando polluunt *habitaculum* meum: & porro dicitur *f*): ne polluant caſtra ſua, in quibus *ego habito*: alibi vero dicitur *g*): ne polluatis terram illam, in qua vos habitatis; nam ego *habito* in medio ejusdem. Certe ego Jehova *habito* in medio filiorum Iſrael. Huc usque ille.

§. XXXII. Pleraque prolixi hujus diſcurſus ita ſunt comparata, ut ſuadere videantur, SCHECHINAM a Deo ſupremo, quem divinitatis dicimus originem, prorſus non differre; ſed cum eo per omnia coincidere, ut aliquod ejus attributum; ſolo conſpicuam effectu, defenſione ſc. providentia, aut inſpiratione. Inprimis cum autor alibi moneat, *h*) cavendum eſſe, *ne quis, quod abſit! duos concipiat; cum unus ſaltem ſit.* Deprehenduntur nihilomius in adductis, e quibus non immerito inferre quis poſſet, diverſa ſignificari ſuppoſita. Cujusmodi illud, quod SCHECHINÆ inferiora tantum tribuit., ac ad ſolam reſtringit gentem Iſraeliticam: & alibi *i*) *Scabellum pedum* throni, cui Jehova *k*) inſideat, eam vocare non dubitat: in quem ſenſum etiam *Jonathan ben Uſiel* כסא כבוד *thronum honoris*, cui Jehova inſidet *l*), SCHECHINAM tranſtulit. Præcipue autem, quod SCHECHINAM vocat *templum, in quo* Jehova benedictus *habitet* inter Iſraelitas: item *habitaculum*, vel tabernaculum ejus, ac *pignus* in manus Iſraelitarum, ceu arrham vel teſtem amoris *debiti*, depoſitum, & velut oppignera-

*x*) quæ *R. Becbai* fol. 55. c. 4. l. 11. ſecutus antiquos, accommodat SCHECHINAE. *y*) Jeſ. XLIII, 14. quaſi legeretur שִׁלַּחְתִּי *z*) Jer. XLIX, 30. *a*) Jeſ. LXIII, 1. *b*) Deut. XXX, 3. *c*) Cant. IV, 8. Quomodo Jehova quaſi maritum ſe gerat Iſraelitarum, autor *Portarum lucis* pluribus enarrat fol. 42. b. circa fin. & f. 43. a init. *d*) Lev. XVI, 16. *e*) cap. XV, 31. *f*) Num. V. 3. *g*) cap. XXXV, 34. *h*) eod. libro f. 76. b. l. 10 11. *i*) eod. lib. f. 43. a. l. 2. *k*) juxta Jeſ. LXVI, 1. *l*) Jer. XVII, 12. coll. c. III, 17.

gneratum. De quo ejus ſenſu eo minus dubitabit, qui contulerit ejus verba, quibus per SCHECHINAM idem notari aſſerit, quod alias per *domum Sanctuarii*, *tentorium conventus*, ac vocem אדני, a Cabbaliſtis exprimatur *m*). Ut enim illa locum commorationis divinæ exprimunt: ita de nomine אדני haud uno in loco *n*) pronunciat, id fore *templum* nominis יהוה, quod in iſto *commoretur*, & per illud pronuncietur, & ita manifeſtetur hominibus. Ut autem thronus ejusque ſcabellum differt ab eo, qui eidem inſidet; item templum & habitaculum ab eo, qui in iis habitat; nec non pignus ab eo, qui oppignerat illud, tradens in poteſtatem alterius: ita differre diceres SCHECHINAM occupatam, inhabitatam ac oppignoratam a Jehova, ab hoc ipſo, qui eam occupet, inhabitet, & oppinerarit Iſraelitis. Quod אדני non eadem vox ſit cum יהוה, in omnium incurrit oculos; & ipſa literarum diverſitas ac ordo abunde comprobat.

§. XXXIII. Originem uſus ADONAI, in quo *Jehova habitet*, ſæpe nominatus *R. Joſeph* alibi *o*), Talmudicos *p*) ſecutus, adſcribit Abrahamo, Gen. XVIII, 3. Jehovam, cum tres viri juxta ipſum conſtiſtuti eſſent, ita alloquenti: *Adonai! ſi nunc gratiam inveni in oculis tuis, ne quæſo! transeas me.* Equidem in cod. *Schebuoth q*) eſt non nemo, qui vocem hanc ibi occurrentem *communem pluribus* judicat, in plurali vertendam, *Domini mei!* Sed plures ibidem merito eidem contradicunt; efferentes etiam hoc nomen, ut reliqua omnia in hoc argumento occurrentia, ſanctum fore, ſoli Deo tribuendum. Rationem quidem ſui aſſerti non adjiciunt. *R. Bechai r*) autem ex hac cauſa rejiciendam putat prioris ſententiam, quod *in omnibus codicibus* אֲדֹנָי *cum Kamez ſcriptum deprehendatur.* Quæ a punctis deſumta, vocem conſtituit ex duabus compoſitam *s*). *R. Sal. Iſaacides t*) urget principium capitis, ubi *Jehova* dicitur eidem apparuiſſe. Quibus & alia non minus prægnans adjici poterat: quod reliqua verba ad unum ſaltem ſint directa; nec dicatur, in oculis *veſtris*, neque ne *tranſeatis* ſervum *veſtrum*: uti juxta prioris ſententiam, dicendum fuiſſet.

§. XXXIV. *In Bereſchith rabba u*) *R. Caija* docet, quod verba

 iſta:

*m*) Vid. l. c. f. 6. b. l. 9. & 21. it. fol. 8. a. l. 15. *n*) Vid. l. c. f. 10. a. l. 34. b. l. 4. & dudum antea fol. 4. b. l. 29. ſqq. f. 5. a. l. 2. 4. *o*) ejusd. libri fol. 74. b. l. 7. ſqq. it. l. 27. *p*) cod. *Berach.* f. 7. b. l. 1. ſqq. ubi *R. Jochanan nomine R. Simeonis b. Iochai* ita pronunciat. *q*) fol. 35. b. l. 16. ſqq. Quæ etiam adducuntur in *Ialkut Simoni*, ad §. 18. f. 23. c. circa finem. *r*) Comment. in locum Geneſeos cit. f. 26. col. 3. l. 38. *s*) Ex אֶדֶן & הֱוִי, ut *columen* aut *baſin* cujuslibet *Entis* in hoc univerſo *exiſtentis* denotet. *t*) in *Gloſſa* ad cod. *Schebuoth* l. c. l. 18. quæ tertia eſt Gloſſæ. *u*) Sect. XLVIII. f. 53. col. 2. l. 23. ſqq.

ista: ADONAI! *si nunc gratiam inveni in oculis tuis*, Abraham *dixerit ad maximum trium istorum; qui fuerit* MICHAEL. In proxime præcedentibus *x*) introducitur Sanctus ille benedicendus Abrahamum his allocutus verbis: *Cum nondum circumcisus esset, divertebant apud te filii hominum præputiati: nunc Ego, & filii familiæ meæ revelamur tibi.* Quæ in *Sohar y*) eodem sensu, verbis saltem Chaldaicis efferuntur h. m. *Dixit R. Abba, antequam circumcideretur Abraham, erat obstructus. Cum autem circumcisus fuisset, revelabat sese eidem tota, ac habitabat super eodem* SCHECHINA *plenissime, prouti decet.* Suam in Rabboth sententiam ex eo probant *z*) quod scriptum extet *a*): *& sustulit oculos suos, & vidit;* (voce *& vidit*, bis repetita), *quod ecce tres viri constituti sint juxta ipsum. Vidit scil.* SCHECHINAM, *& vidit Angelos.---- Nam tres illi erat* MICHAEL, *Raphael & Gabriel.* In paulo longius præcedentibus ejusd. Sectionis *b*), *R. Barachias nomine R. Levi* introducitur *dixisse:* versu 1. *legi, Abrahamum fuisse sedentem, qui quæsiverit stare: sed dixisse eidem Sanctum benedicendum, sede modo! in bonum omen tuis posteris. Quomodo tu nunc es? sedens,* SCHECHINA *stante, Ita posteri tui sedebunt, &* SCHECHINA *stabit juxta eosdem. Cum enim Israelitæ in Synagogas ac Auditoria ingressi, recitant confessionem fidei, ipsi sedent in honorem* (vel ad Gloriam) *meam; cui Ego ad latus, prout dicitur c*)*: Deus stat in concilio fortis Dei.---- R. Samuel fil. R. Cajæ & R. Jodan nomine R. Chaninæ* (pro illustrando superiori) *dicebant: ad quamcunque laudem, qua Israelita S. B. celebrant, suam super eos habitare facit* SCHECHINAM. E quorum inter se collatione abunde constabit, quod ADONAI, SCHECHINA, & MICHAEL sint æquipollentia, & eandem denotent *Angelum d*).

XXXV. Quæ ipsa sententia haud uno *Talmudis* loco confirmatur. In cod. *Joma e*) hæc celebratur inter eos *doctrina* apud omnes recepta: *Tribus in via quadam incedentibus, primarius in medio incedat, reliquorum major ab istius dextera, & inferior a latere ejus sinistro. Nam ita invenimus de tribus illis Angelis ministerii apud Abrahamum:* MICHAEL *in medio incedebat, Gabriel ab ejus dextera, & Raphaël a sinistra. In Bava mezia f*) quærunt*: quinam fuerunt tres isti viri*, juxta Abrahamum consisten-

*x*) ejusd. loci l. 8. seqq. *y*) Part. I. f. 65. c. 3. l. 7. 8. Edit. *Sulzbazensis*, novæ autem *Amstelod.* f. 98. b. l. 1. sqq. *z*) l. c. f. 53. c. 2. l. 10. sqq. *a*) Gen. XVIII, 2. *b*) col. 1. l. 11. sqq. *c*) Psalm. LXXXII, 1. *d*) Quod ex *Bava bathra* f. 25. a. l. 26. ad quod ante hunc annum, ex præcipitantia quadam, provocabatur, probari nequit. Cum *Legatus* & *Angelus* ibi occurrens SCHECHINA ipsa. *e*) f. 37. a. l. 28. sqq. *f*) fol. 86. b. l. 41. sqq. ed. Amst.

ſiſtentes? MICHAEL, *Gabriel, ac Raphael.* MICHAEL *venerat, ut lætum nuntium afferret Saræ; Raphael, ut ſanaret Abrahamum*, ob circumciſionem langueſcentem: *Gabriel autem abierat ad evertendam Sodomam.* In cod. *Derech Erez g)* pluribus ead. referunt, verbis ſequentibus: *Tres Angeli, qui ad Abrahamum Patrem noſtrum veniebant, erant Gabriel,* MICHAEL, *ac Raphael. Gabriel veniebat, ad evertendum Sodomam ac Gomorrham; Raphael ad ſanandum Abrahamum:* MICHAEL, *ut Saræ lætum afferret nuntium de pariendo filio. Erat autem* MICHAEL *in medio, & Gabriel a latere ejus dextero, ac Raphael a ſiniſtro. Dum intueretur Abraham pater noſter Angelos hos, & ſuperveniret* SCHECHINA, *ſtans juxta ipſum; dixit reliquis: Domini mei! expectate hinc, usque dum expediam me apud* SCHECHINAM, *quæ Major eſt vobis* &c. SCHECHINAM hic vocat, quem ſuperius dixerat MICHAELEM; cujus hoc fuiſſe officium tradunt; ut Saræ lætum de partu Iſaaci afferret nuntium: quod in Scriptura ſacra *h)* Jehova denunciaſſe, refertur. Eodem, quoad præcipuum, ſenſu quo Major (ex adverſo) expectare rogatur minores, in cod. *Schabbath i)*, his verbis: *Dixit Rabb, major eſt introductio viatorum, quam acceptatio ipſius* SCHECHINAE, *prout ſcriptum extat k): & dixit, o* ADANAI! *ſi nunc inveni gratiam in oculis tuis, ne quæſo! tranſeas &c. Dicebat R. Eleaſar, veni ac vide! quod non ſecundum morem Sancti illius benedicendi ſe habeat conſuetudo carnis & ſanguinis. Mos eſt carni ac ſanguini, ne minor majori dicat, expecta! donec veniam ad te. Sed ecce de ipſo Sancto benedicto ſcriptum eſt l): & dixit* Abraham, ADONAI! *ſi nunc gratiam inveni &c. expecta donec introduxero iſtos viatores*, Gabrielem ſc. atque Raphaelem.

§. XXXVI. A quibus ſuam mutuatus eſt Gloſſam *m) Raſchi, qua* contendit quod *Angelum iſtum medium vocarit* ADONAI ſ. Dominum Abrahamus: *cum hoc ordine ante ipſum venerint, ut* MICHAEL *in medio procederet, Gabriel ab ejus dextera, & Raphael a ſiniſtra. Et quod Sanctum benedicendum allocutus ſit: quia in præcedentibus ſcriptum n), quod apparuerit ipſi Jehova; & deinceps o), ecce tres viri. Dixerit itaque Sancto iſti benedicendo p), ne quæſo! tranſeas a vicinitate ſervi tui: expecta me hic, donec introduxerim viatores iſtos.*

§. XXXVII. Abunde itaque hæc probant, quod SCHECHINAM habuerint pro *Angelo*: quem MICHAELEM hic dixere. Idem plures alii rotundis

*g)* cap. III. poſt med. f. 19. col. 2. ante fin. Edit. Amſt. *h)* Gen. XVIII, v. 10. & 13. *i)* Bab. fol. 127. a. l. 37. ſqq. *k)* Gen. XVIII, 3. *l)* l. c. *m)* ad cod. *Schebuoth*, f. 35. b. l. 16. ſqq. *n)* Gen. XVIII, 1. *o)* l. c. v. 3. *p)* l. c. v. 3.

tundis afferunt verbis. *R. Becbai*, cum paulo ante dixisset *q*), SCHECHINAM *Abrahamo fuisse revelatam; qua se dignum effecisset, quod in Praecepto circumcisionis fuerit occupatus: quæ in Tabernaculo apparuerit, sub voce* GLORIAE DOMINI *r*); & *Mosi innotuerit per* IGNEM *in rubo ardentem s*); Ubi tamen Angelus Jehovæ visus dicitur. Paulo post e *Bereschith rabba t*) adducit: *ubicunque locorum invenis* MICHAELEM, *ibi est Gloria* SCHECHINAE. Id quod eodem prorsus sensu *in Sohar u*) habetur, verbis saltem chaldæis, quæ ibi erant Ebræa: *in omni loco, quo invenis* MICHAEL, *qui Princeps est istorum* (Angelorum); *ibi est* SCHECHINA.

§. XXXVIII. In sacra quidem Scriptura ante captivitatem Babylonicam exarata, nullius Angeli nomen exprimitur. Quod & *Resch Lakisch* observat, in loco e *Bereschith rabba x*) allegato; ANGELI tamen cujusdam sine certo nomine adducti frequens fit mentio, in tali Orationis serie, qua a natura *Dei supremi* nihil prorsus discrepare videtur. Quod autor liberi in limine adducti *y*), per *Angelum Redemtorem z*) SCHECHINAM intellexerit; dudum observavit *Menasse ben Israel a*), ex eoque B. *Theodoricus Hackspan b*).

§. XXXIX. Haud raro tamen in tali orationis serie in Sacris mentio fit *Angeli* cujusdam, ubi Deus supremus hominum offensus impietate, eosdem comitari recusat, & sui loco *Angelum* aliquem promittit comitem: qui necessario, ob oppositionem manifestam, diversus est dicendus ab ipso Deo, divinitatis origine. Cujusmodi v. g. post vitulum ab Israelitis conflatum *c*) ubi legitur: *Angelus meus ibit ante te; ego vero in die quo visitaturus sum, etiam in ipsorum animadvertam peccatum.* Et paulo post *d*): *mittam ante te Angelum* &c. *sed* EGO *non ascendam in medio tuo.* Et cum Moses precibus instaret, ut Deus determinet, quam secum missurus esset *e*)? nil aliud obtinuit, quam VVLTVS *ejus* cum ipso ituros esse *f*): per quos communiter *Angelum facierum* DEi intelligunt, secundum stylum Jesaiæ *g*). Quæ verba *R. Becbai* per oppositionem interpretanda putat *h*), q. d. מלאך שהוא פניו *Angelum, qui est ejus* VVLTVS. Ut cum Mose conveniat *i*) aliisque

*q*) in ביאור תורה על ad Gen. XVIII, fol. 26. col. 2. l. 37. sqq. *r*) Lev. IX, 23. *s*) Exod. III, 2. *t*) l. c. superius col. 3. l. 30. *u*) ad Gen. fol. 11. col. 1. l. 22. 23. *x*) Sect. XLVIII. f. 53. coll. 2. l. 12. *y*) circa medium ejusd. *z*) quo de Gen. XLVIII. v. 16. *a*) *conciliatore* Quæst. LXIV. p. 87. *b*) Tractatu de usu *librorum Rabbiniorum*, libro *Nizzachon* R. Lipmanni adjecto, cap. II. §. 113. p. 373. *c*) Exod. XXXII, 34. *d*) Exod. XXXIII, 2. 3. *e*) Exod. XXXIII, 12. *f*) l. c. v. 14. *g*) cap. LXIII, 9. *h*) l. c. f. 98. c. l. 24. *i*) Exod. XXXIII, 14.

aliisque Scripturæ locis *k*); eumque denotet, quem alio nomine שר פנים *Principem facierum Dei*, dicere consueverunt.

§. XL. Quem ipsum eundem dicunt cum *Angelo* isto, *in cujus medio* esse dicitur *nomen Dei l*) h. e. *Deus ipse*, juxta communem linguæ Ebreæ indolem *m*): cui usitatissime nomen מיטטרון seu METATORIS, (quo sensu castrorum *metator* & urbis, apud Ciceronem occurrit), tribuunt: qui, ut & nominibus proxime præcedentibus memoratus, idem sit ac SCHECHINA. In quo acquieverit Moses, verbis *n*): *si nunc inveni gratiam* in oculis tuis, *o* ADONAI *incedat quæso!* ADONAI *in medio nostro.* Quam vocem SCHECHINAE æquipollentem fore, jam supra monuimus verbis ex שערי אורה adductis. Ut plura autem nunc addantur, chartæ prohibet angustio.

§. XLI. Cognovistis *dilecti*! SCHECHINAM non modo ob peccatum Adami, ab inferioribus hisce fuisse subductam; nec per Patriarchas revocari potuisse, ut sedem fixam in terra figeret: retractam quoque ardentissimis Mosis ac Aaronis precibus, in tabernaculum ab ipsis erectum *o*), mox, cum vitulum conflarint, rursus se subduxisse. Et quamvis Judæis, si non unice, ut isti gloriantur, præcipue tamen se affuturam promiserit, iisque comitem se præbuerit in omnibus afflictionibus, atque exsiliis: ob flagitia tamen ipsorum deseruit eosdem, in suum reversa locum *p*). Non promiscue omnibus Salvator suam promisit *cohabitationem*, *mansionem apud ipsos facturus*; sed illis saltem, *qui ipsum diligunt*, omnes mundi illecebras ac voluptates susque deque habentes, ac *ejus observaturi sunt sermonem.*

§. XLII. Cui conditioni annexæ *Cives optumi*! vestram accommodetis vitam: Deique Sacerdotibus, quibus SCHECHINA, aut METATRON præesse dicitur *q*), ut Pontifex maximus, *vestræ erga Christum dilectionis* indicia evidentia edetis, liberaliter remunerando eosdem; qui altari inservientes, de eod. vitam sustentare obligantur *r*). P. P. prima Pentecostes feria, ipsis Calendis Junii MDCCXXI.

## PROGRAMMA III.

§. XLIII.

IN Argumento de SCHECHINA cum piis *cohabitante* vel *commorante*, ante biennium ex hoc loco, circa finem similis allocutionis *a*) observavimus, quod *Schechinam* intelligant, ubi in Scriptura sacra adducitur *Angelus*, sive



*k*) Deut. IV, 37. coll. Mal. III, 1. *l*) quo de Exod. XXIII, v. 20. 21. *m*) Qua de Interpr. §. 29. *n*) Exod. XXXIV, 9. *o*) Lev. IX, 23. 24. juxta sensum, anno præterlapso, traditum, §. *Si fides. p*) juxta Hos. V. 15. *q*) in *Ialkut Rubeni* f. 99. c. 4. l. 11. sqq. ex צִיוּנִי *R. Menachem r*) 1. Cor. IX, 13. Num. XVIII, 8. Deut. XVIII, 1. 2. *a*) impr.

five *Redemtor* ille cognominetur *b*), five *facierum c*), aut *fœderis d*); vel proprio nomine *Michaël e*), aut appellativo *Angelus*, cum hac restrictione, quod *nomen Dei* Supremi *in medio ejus* sit *f*): unde *Angelum* dicunt, *cujus nomen idem cum nomine Domini sui.* Quem ipsum ab officio, quod sustinet, usitatissime מיטטרון, interdum מיטטור compellare consuevit Ecclesia Judaica.

§. XLIV. Ut itaque constet, quo jure id fiat, quodque determinet officium; non inconsultum erit, voces ipsas, quoad originem pariter ac significationem, paulo intimius cognoscere. Judæi in origine ejus determinanda hæsitant; nunc ad græcam, nunc Chaldæam, vel latinam, provocantes linguam; ad Ebræam vix unquam. Utut dupliciter id fieri potuisse, linguæ gnarus, non dubitaret asserere: præcipue si innotuerit eidem sententia *Tikkunim* *), ad quam provocat *R. Ruben fil. Hoschke g*), his expressa verbis, מטטרון *vocatur interdum* מטטור, *quum Præfectum agit super* מטרא, *i. e. pluviam.* Quo ipso originem vocis apud Ebræos in Scriptura usitatissimæ, מָטָר scil. suppeditat; quæ *pluviam* significat, a Deo supremo, unice dependentem †) omnibus præferendo *Hyadibus*. Non prorsus quippe inusitatum est Ebræis, ut loco Dagesch fortis adhibeant quandoque ipsam literam, quæ per notam illam fuisset supplenda: ut in ישׂשכר *h*) מהויאל *i*), יראייה *k*) ישׁרדם *l*) עממ"א *m*) &c. factum. Ad quorum imitationem, simplicior מטטור inflecti potuisset ad receptissimam apud Ebræos formam גִּבּוֹר *n*) *fortis*, Concretis denotandis aptam; & altera aucta in fine מטטרון, ad analogiam formæ non minus receptæ שִׁבָּרוֹן *o*) *confractio*, actionem usitate denotantis. Quo analogia utrinque servata, prior legenda fuisset מְטַטּוֹר, q. d. *imbrifer*, vel *Imbricitor*, ut Jovem vocat *Apulejus* †) ὀμβροφόρος, aut ex *Hyadibus*; & posterior מְטַטְּרוֹן, q. d. ἔμβρημα vel ἐμβρία: Dagesch characteristico utrinque per literam, (quam illud virtualiter denotaret,) actu allatam, exhibito. Et, si vel maxime ob receptam hactenus pronunciationem, qua prior effertur METATOR, posterior METATRON, modo indicatam analogiam spreveris: aliter tamen origo Ebræa מטר servari potuisset, si dixeris, voces indicatas inflectendas fore ad analogiam istarum, quæ penes Ebræos ac Rabbinos, prorsus extraordinarie quan-

c. III, 1. *e*) Dan. X, 13. 21. Jud. v. 9. Apoc. XII, 7. coll. *Jalkut Rubeni* maj. f. 99. c. 3. l. pen. & col. 4. l. 1. sq. cum Exod. XXIII, 25. coincidit c. XXXII, 34. מלאכי, autem per anagramma est מיכאל. *f*) Exod. XXIII, 21. *) cap. 75. f. 94. b. l. 11. ibi ad libr. *Rasiel* provocat: ibi v. nondum vidi. *g*) in Jalkut Rubeni majori f. 24. c. 2. l. 40. sq. †) juxta Job. V, 10. Deut. XI, 14. c. XXVIII, 12. coll. cod. *Taanith* circa princip. & *Sanhedrin* circ. fin. ibi f. 2. a. l. 31. sq. hic f. 113. a. l. 47. sq. *h*) Gen. XXX, 18. *i*) Gen. IV, 18. *k*) Jer. XXXVII, 13. *l*) Jer. XVII, 18. vel חִפָּזוֹן *festinatio* Exod. XII, 11. &c. †) de *mundo* circa fin. p. 75. Edit. Elmenhorst. antep. *Quem ipsum. b*) ut Gen. XLVIII, 16. *c*) ut Jes. LXIII, 9. *d*) Mal.

quandoque ſecundam radicalem geminant, ut voces Biblicæ הצוצרה *p*) עזאזל *q*) חגוגי, ex חגה *r*), & חזיז ex חזה *s*), una cum Rabbinorum חטוטרת *t*), it. שפופרת *u*), מטוטלית *x*), aliisque. Ut non provocemus ad linguam Arabicam, in qua ipſe character Conjugationis XII. poſtulat, ut ſecunda radicalis geminetur, inſerta litera quieſcibili: unde etiam extra eam, plura hinc affert exempla mediæ geminatæ *Bochartus y*), Ad quorum imitationem legi poſſent מְמַטְרוֹן & מַטָּטוֹר *z*). Nihil tamen juvaret operoſa hæc ex lingua Ebræa derivatio. Cum nuspiam ad eam reſpiciant antiqui Ebræorum Scriptores *), has voces, etiam ſine iutuitu ad *pluviæ gubernationem;* certo tribuentes Angelo: & inepte admodum diceretur *vox*, vel *digitus Dei* Moſi factus *pluviarum præfectus* †), cum oſtendiſſet ei terram ab Iſraelitis occupandam **), vel juberet eum aſcendere ad montem Abarim *b*): nec melius hoc nomine veniret is, qui Bileamo viam monſtraſſe dicitur, per quam iret ad Balakum. Ut non urgeam, inter honoris titulos XCII. Angelo METATORI apud *R. Akivam c*) tributos, nullam mentionem fieri *pluviarum præfecturæ*.

§. XLV. Neglecta itaque hac vocum iſtarum, (quarum poſterior ſimplici ſolum ן Afformativum adjicit *d*), literis ור transpoſitis), Origine Ebræa; nihilominus de genuina earum ſignificatione, e qua Officii vel functionis ejus ratio, & dependens inde dignitas ex parte dijudicari poteſt, præter *R. Nathan q*), *Eliam Levitam. r*), *Dav. de Pomis s*), *Philippum Aquinatem t*), *Davidem Cohen de Lara u*) in Lexicis ſuis, plures ex Commentatoribus Scripturæ fuerunt ſoliciti. E quibus eminet *R. Moſ. bar Nachman x*) & *Bechai*, uterque ad Exod. XII, 12. Illius verba latine reddita ad literam ſonant *y*): miniſterio LEGATI, *miſſi ab ipſo Benedicto, ad quascunque perficiendas operationes, quæ in hoc mundo ſunt peragendæ. Qui ipſe eſt Magnus ille Angelus, qui ea propter cognominatus fuit* מטטרון*: utpote cujus vocis ſignificatio eſt* מורה דרך, h. e. ὁδηγὸς *vel* MONSTRATOR VIAE. *Quo ſenſu occurrit in Siphre z*), *digitus Sancti illius benedicti factus eſt* מטטרון METATOR vel ὁδηγὸς *Moſis*



ſtii: conf. *Ennius* ap. Macrob. Saturn. l. VI, c. 2. p. m. 542. *p*) Hoſ. V, 8. Num. X, 2. & paſſim. *q*) Lev. XV, 8. 10. 26. *r*) juxta *Kimch.* ad Pſalm. V, 2. Pſal. XXXIX, 4. *s*) Job. XXVIII, 26. c. XXX. 25. & Zach. X, 1. *t*) in *Jore Dea* §. 274. apud *Kimch.* in rad. גב, & ad Jeſ. 30. 6. unde mutuavit *R. Sal. ben Melech* ad Lev. XXI, 20. nec non *Raſchium* ad Jeſ. l. c. ſignificat *gibbum. u*) i. e. *fiſtula* cava. Præter ll. cc. in *Muſaph. Aruch*, ac *Buxt.* L. T. col. 2501. crebro occurrit in eod. *Mikvaoth.* VI. th. 2. 5. 7. 9. *Chagiga* f. 22. a. l. 8. 9. 18. 20. *Erubin* f. 47. b. l. 21. ſqq. *Jevammoth* f. 15. a. circ. fin. & paſſim alibi. *x*) *Perpendiculum*, cod. *Kilajim* c. VI. th. ult. f. 30. a. l. 6. *Schabb.* f. 54. a. l. 24. *Kelim* cap. XII. th. 8. f. 21. b. l. 16. *Maim. Hilc. Schabb.* c. XX. §. 10. *y*) *Hieroz.* Part. I. lib. II. cap. 56. col. 654. l. 40. ſqq. *z*) ut effertur in

*ſis, cui oſtendit totam terram Iſraelis. It. in Jelammedenu* *), *& audivit Balak, quod venerit Bileam: miſerat enim* מטטרן h. e. *ὁδηγὸν a)* VIAE DVCEM *ante facies ſuas. Et amplius ibidem b), vide! Ego cœpi ponere ante facies tuas, ſi fas eſt dicere, ipſe tibi factus ſum* מטטרן, ſeu *viæ dux. Nec mireris! quum ecce ego aliquando acturus ſim* מטטור VIAE DVCEM *ante hominem præputiatum Cyrum prout dicitur c), ego ante facies tuas ibo: ante mulierem quoque Ego præcedam aliquando, ante Deboram ſc. atque Barakum, ſicut dicitur d): certe Jehova egreſſus jam eſt ante tuas facies. Et in hoc ſenſu in multis aliis locis. Atque ita audivi, quod* NUNTIUS *in lingua græca dicatur* מטטר. Quæ ipſiſſima verba *R. Bechai e)* expreſſo ipſorum autore repetit: niſi quod pro ultima periodo ſubſtituat, *atque ita dicitur* NUNTIUS *in lingua græca* מנטטור, (forte lat. *Mandatarius*;) quaſi non ex auditu aliorum habuerit, ſed cognitione propria. *Elias* autem *Germanus f)* ingenue ſuam fatetur ignorantiam, quod a Cardinali, ſuo in Ebraicis diſcipulo, audiverit, vocem מטטור penes Græcos denotare *nuntium:* quod forte ita ſe habere poſſit. Etiam *David de Pomis g)*, ad linguam græcam provocat, in qua *cuſtodem* ſignificet; prout ex aliis audiverit. Quam tamen notationem *R. Bechai h)*, perinde ac *Rabbenu Nathan i) R. Jeſaias Horwitz k)*, ac ipſe *R. Akiva l)* ex lingua chaldaica derivant: utpote in qua *m)* vocem מִשְׁמַרְתִּי *Onkelos* chaldaice transtulerit

in *Pardes Rimmonim* Part. 21. cap. 15. fin. f. 122. c. 4. *) Niſi forte eximendus autor *Tanchuma*, circa fin. Paraſch. תשא f. 48. c. 3. l. 19. ſqq. dicens: *in deſerto ego incedebam ante eos* METATOR, *juxta* Exod. XIII, 21. *Jehova incedebat ante eos interdiu humilians ipſis altiora, & extollens valles,* והמטרתי & PLVERE FECI *ipſis panem de cœlo* †) in *Siphre* ad Deut. XXXII, 49. f. 59. c. 3. l. 23. Edit. Ven. coll. *Bereſch. rabba* Sect. V, f. 7. c. 2. l. 18. ſeqq. **) Deut. XXXIV, 1. ſqq. *b)* Deut. XXXII. 39. *c)* in *Othijoth R. Akivæ*, ſub fin. lit. א f. 11. c. 3. l. 5. ſq. & c. 4. l. 1. ſqq. *d)* De cujus uſu conf. Cl. *Hillerus*, Onomaſtico p. 184. ſqq. *q)* in *Aruch* f. 102. c. 4. l. 46. ſqq. *r)* in *Tisbi* f. 53. a. Edit. Baſil. Conr. Waldkirchs, Iſnienſis autem Fagii p. 195. 196. *s)* in צמח דויד f. 116. c. 2. circa fin. & c. 4. init. *t)* in *Maarich hammaarachot* p. 290. col. 1. *u)* in שירי דויד p. 50. fin. *x)* ad Exod. XII, 12. f. 107. a. circ. fin. *y)* eadem ferme cum *Rabbenu Nathan*, niſi quod hic מטטור ſcribat, ubi ille מטטרן; ad ſignificandum, perinde fore, quam formam quis adhibere vellet. *z)* ad Deut. XXXII, 49. f. 59. c. 3. l. 23. Edit. Ven. *) h. e. *Tanchuma*, ad Num. XXII, 36. f. 85. c. 3. l. 11. Edit. Bomb. Ven. *a)* Phil. Aquinas l. c. citat hanc vocem in plur. מטטרין. *b)* ad Deut. II. 31. *c)* Jeſ. XLVIII. 2. *d)* Jud. IV. 14. *e)* f. 75. c. 3. l. 7. ſqq. *f)* l. c. ad (*r*). *g)* l. c. ad *h)* Comment. ad Exod. XXXIII. 20. f. 98. c. 2. l. 18. *i)* in *Muſaph Aruch* f. 102. c. 4. l. 51. 52. *k)* in שני לוחות הברית tit. *mater omnis viventis* f. 230. c. 3. l. 31. *l)* in אותיות *m)* Gen. XXVI. 5.

lerit מטרת h. e. CUSTODIAM *Verbi mei.* Verum מ hic Præformativum eſt: & durum foret, ſi dixerit quiſpiam, ט prius in מטטרון vicem ſuſtinere Dageſch fortis, primam radicalem (נ) verbi chaldaici נטר compenſantis; utut alioquin non abnuam, literam iſtam in fine ſyllabæ certa conditione ſonum induere ſequentis *n*). *Græca* quoque origo longe eſt obſcurior. Cum μηνύτος loco prioris ט ſubſtituat נ, quod vocali affectum, in medio non poteſt abjici, & in Dageſch latere; ut eius vicem ט ſuſtineat. Accedit, quod græci Scriptores latinorum METATOR expreſſuri, ט geminum retinuerint, pro ſolo E) ſubſtituentes [I]: prout ex collatione *Baſilicorum* *o*) cum *Codice p*), ad oculum demonſtrari poterit. Quod enim latini *metum* dicunt, id græci vocant μιτάτον, in pl. μιτάτα; & quod illis eſt *metator*, his vocatur μιτάτωρ, non modo in *Baſilicis*, ſed etiam apud *Suidam q*)

§. XLVI. Equidem in plerisque locis, quæ *Ramban*, & *R. Nathan* e *Tanchuma* adducunt, ſolo primo excepto, in modernis noſtris Codicibus, tam Veneto quam Francofurtenſi, pro מטטור vel מטטורים, ſubſtituitur, ubivis שלוח vel שלוחין, in ſenſu *nuntii* vel *Nuntiorum*, qui non multum diſcrepat a prima ſignificatione ὁδηγȣ̃, voci מיטטור ab illis *tributa*. Quam & autor *Tanchumæ* haud obſcure eidem alibi attribuit. Circa finem enim Sectionis תשא *r*) verba Moſis, Exod. XIII, 21. de Deo in tertia perſona loquentis, in primam Dei loquentis convertit: *in deſerto Ego incedebam ante illos* מיטטור METATOR, vel ὁδηγὸς, aut *viæ dux*, *caſtra ipſis determinans*. Pro qua ſignificatione probanda, provocare quoque potuiſſent ad *Rabboth* in Geneſin *s*). Ubi R. Levi introducitur docens, quod *ſint Interpretum nonnulli*, *docentes ſicut ben Aſſai*, *qualis etiam Suma*, *vocem Sancti benedicti* מיטטרון METATOREM ſ. *viæ ducem factam fuiſſe Moſi*, *qua hora dixerit eidem t*): *aſcende ad montem iſtum Abarim. Factam quoque eſſe vocem Dei benedicti* מיטטרון ſeu ὁδηγὸν *propter aquas*, *juxta id*, *quod dicitur u*), *vox Domini propter aquas*, ſcil. rite locandas: *quibus viam monſtravit ad Oceanum*, *verbis x*), *congregentur hæ aquæ ab inferiori cælorum parte ad locum unum*, Oceanum ſcilicet y). Quod *Raſchi* & *Aruch* vocem מטטרון per *Gubernatorem* reddiderint, & *Anteceſſorem*, ut vult autor מתנות כהונה,

 ad

*n*) vid. Literat. §. 2. nota ad Lingualium נ. *o*) libr. LVII. tit. XII. p. 759. ſqq. *p*) lib. XII. tit. 41. *q*) Oper. Tom. II. p. 567. Edit. *Küſteri* Cantabr. 1705. ubi μιτάτωρ legitur, ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸ τȣ̃ ἄρχοντος q. d. *Metator eſt nuntius*, *qui ante Principem præmittitur.* *r*) f. 48. c. 3. l. 19. ad verba Exod. XIII, 21. *Jehova incedebat ante eos* METATOR. *s*) Sect. V. f. 7. c. 2. l. 18. ſqq. *t*) Deut. XXXII. v. 49. *u*) Pſal. XXXIX, 3 *x*) Gen. I, 9. *y*) juxta l. c. e *Rabboth* l. 15. ſqq.

ad l. c. e *Rabboth z)*; non memini, me in Commentariis istius tam Scripturæ, quam Talmudis observasse: quamvis utrinque *) vocis מטטרן meminerit, cum adjecta descriptione reali. In *Aruch* vero originalis ejus auctor *R. Nathan* posteriorem suppeditat explicationem *a)*, approbatus ab *Aquina b)*; utramque vero Animadversionum in eundem compilator *c)*.

§. XLVII. Propius ad genuinam significationem accedunt, qui origine græca atque chaldaica, si non neglecta, suppressa saltem, ad *Latium* se conferunt. Quo ipso tamen nollem simpliciter approbare *R. Levi Gersonis* filium: qui, ut probet *d)*, Prov. I, 8. per *matrem* intelligi SCHECHINAM, in gen. fœm. exprimi solitam, sive מטטרן h. e. METATOREM, provocat ad latinorum *Matronam;* quasi idem cum illo notaret, cum literæ ejus in multis cum isto conveniant. Quamvis (sepositis quæ de Jove *Orpheus*, *Eusebio e)* ac *Apulejo f)* citantibus, & de Venere *Virgilius g)* in eumque *Servius* ac *Taubm.* nec non *Macrobius h)* referunt), in divinis differentia sexus non observetur. Cum ipse Universi Creator in eodem Scripturæ capite *), nun *Pater* dicatur, nunc *peperisse* cum dolore: idem Christum *genuisse* asseritur **), voce tamen quæ sæpius de fœminis in sensu *pariendi* occurrit †) ex *utero* prodeuntem ††), & in *sinu* ejus existentem *i)*. Quin ipsos Israelitas non modo, ut *B. Lutherus* transtulit *k)*, *Hieronymum l)* secutus, in utero gestasse dicitur, & cum dolore *parturivisse m)*; sed & terram ac orbem habitabilem *n)*, per insignem Catachresin metaphoricam, voce eadem adhibita, qua *Sapientia* hypostatica ab ipso dicitur *o)* *genita*, vel *cum* aliquo quasi *dolore parta.* De qua tota locutione conferri meretur Hieronymus *p)*. Adhæc non modo Pron. fœm. gen. אַתְּ de eo usurpatur *q)*; sed & de Spiritu sancto

z) verbis מטטרן פר״שי והע״רוך מנהיג ומקדם לפנים. *) in Exod. XXIII, 21. & in cod. *Sanhedr*. f. 38. b. l. 36. *a)* Verba ejus sunt, נראה שענין הקדמה הוא *videtur singnificare anticipationem*, seu ancedere. *b)* l. c. supr. §. 3. ad †) & §. seq. *c)* utpote cujus verba proxime citabuntur in altero post seq. §. 8. (*d*). *d)* in Comm. suo ad l. c. *e)* *Præpar. Evang.* lib. III, c. 9. p. 100. *f)* l. c. supr. §. Utut *g)* Æneid. l. 11. v. 632. *h)* *Saturnal.* lib. III. cap. 8. p. m. 401. sqq. *) Deut. XXXII, 6. & 18. **) Ps. II, 7. & CX, 3. †) ut etiam *Jeremias* c. XXX, 6. non dubitarit, asserere, *interrogate quæso! & videte, nunquid pariat mas?* ††) Ps. CX, 3. coll. Mich. v. 1. *i)* Joh. I, 18. *k)* Jes. XLVI, 3. *Die ihr von mir im Leibe getragen werdet, und mir in der Mutter lieget.* *l)* cujus verba sunt, *qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva.* *m)* Deut. 32, 18. *n)* Ps. XC, 2. *o)* Prov. VIII. v. 24. 25. *p)* ad l. c. Jes. XLVI, 3. Oper. tom. III. col. 341. Edit. Martian. *q)* Num. XI, 15. quod tamen & alibi de mare invenitur, Deut. V, 24. Ez. XXVIII, 14. observante Masora fin. f. 13. col. 4. circ. fin. &

ſancto idem ſexus ſequior longe frequentius occurrit *r.*) Nec reformidant Cabbaliſtæ, SCHECHINAM metaphorice nunc *matrem* vocare, nunc *matronam s*). Ad quam tamen vocem, מיטטרון iſtorum accommodari nequit; non tam ob Generis diſcrepantiam, quam ט prius abundans; utpote quod in voce originis latinæ, vim Dageſch fortis ibi exulantis, ſuſtinere nequit *t*): itemque ob matrem lectionis, literam י, quæ pro *E* vel *I* adhiberi ſolet pro *A* autem nunquam. Quamvis quoad ſenſum optime conveniant.

§. XLVIII. Meliori tramite incedit *R. Benjamin Muſaphias* in ſuis ad *Aruch*, ſeu Lexicon *R. Nathanis*, Acceſſionibus *d*), manu in margine picta indicatis. Subjungit enim iſtius explicationibus, *vocem examinatam in lingua Romana ſignificare Præfectum, qui antecedat exercitum, ut exploret militibus locum quietis, & commorationis ſedem, vel Diverſorium.* Quo cum reapſe conſpirat *Dav. Cohen de Lara e*) niſi quod originem latinam reticuerit, ſcribens, METATOR *Principem denotat, qui figit & appropiat locum aut domos militibus.* Quibus hæc ſubjungit verba latina: METATOR *eſt menſor, qui juſſu atque autoritate Principis milites in domibus incolarum collocat, ſive in caſtris, qua parte debeat quisque tentoria figere oſtendit. Hiſp. Apoſentador, furiet.* Nemo linguæ latinæ gnarus frequentem uſum vocis METATOR, ejusque ſignificationem ac originem ignorare poterit: cum apud Scriptores claſſicos non minus quam Politicos ac Eccleſiaſticos idiomate latino uſos, admodum frequenter occurrat. Ex META derivatur, *finem* vel *terminum* rei cujuslibet denotante. Unde proxime provenit *metari:* quod idem eſt, ac *metis* poſitis, locum deligere *caſtris* locandis; quo ſenſu *Livius caſtra,* ait, prope Tiberim *metatus eſt:* &, quia de his frequentius uſurpatur, ſæpiſſime *caſtra metari* dicit, duabus vocibus in unam coaleſcentibus; quas tamen Curtius *) ſeorſim effert *metari caſtra*, approbatus pluribus. A quo *metari* immediate deſcendit functionem *metandi* exerens, METATOR: pro-

textuali maj. ad ll. cc. *r*) e multis vide Gen. I, 2. Joh. XXXIII, 4. Jeſ. XI, 2. *s*) E ſingulis libri *Sohar* partibus, brevitatis ergo, unum ſaltem adducam locum, Part. I. f. 22. a. l. 27. ſqq. P. II. f. 10. b. l. 30. ſqq. f. 51. toto, qui locus digniſſimus, ut legatur ab omnibus. P. III. f. 219. b. potiſſimum in *Raaja Mehemna*, ubivis Edit. Mant. & Amſtel. In Sultzb. autem P. II. f. 21. c. 3. l. 38. ſqq. *Jalkut Rubeni* ad Exod. XXIII, 20 f. 98. c. 4. l. 56. 57. ex Sohar refert, quod Angelus ibi introductus, ſit *Redemtor mundi*, & nunc *mas* dicatur, nunc *famina.* *t*) Quam rationem ט geminati affert *R. Recbai*, ad Ex. 24. v. 1. f. 98. c. 4. l. 24. ſqq. ea nullius eſt momenti. *d*) Ebraice: פי בלשון רומיי ממונה הולך לפני הצבא לתור לאנשי מלחמה מנוחה ובית מלון *e*) in עיר דויד f. 50. fin. ebraice מיטטור פי שר קובע ומיחד מקום ובתים לאנשי הצבא. *) lib. III. cap. VIII. §. 19.

proprie eum exprimens, qui non ſoli Principi, ut *Suidas f*) opinatur, ſed militibus quibuscunque, ſive in urbe quadam, & adjacentibus pagis, ſive in campo aperto aliquamdiu commoraturis, certum locum tanquam hoſpitium ac diverſorium determinat, in quo divertant, donec jubeantur, alibi ſuas figere manſiones & habitacula. *Feſto g*) *metari caſtra* dicuntur, *quod* METIS *dirigantur certisque finibus*. Apud *Ciceronem h*) *Saxa* quidam a Cæſare, tribunus plebis conſtitutus, introducitur ut *caſtrorum* antea *metator*, & deinceps, ut ſperaret, *urbis*. Ubi nota poſtibus ædium adſcripta, ſingulis militum ſuum aſſignabant futurum hoſpitium.

§. XLIX. Quoniam autem hi ordinarie præcedunt Principes aut exercitum, ne adventantes in incerto aberrare cogantur; prout ad hoc alludens *Optatus i*) dicit, quod *ante venturos milites* METATORES, *ut fieri ſolet, caſtrorum mittantur, qui venturis militibus hoſpitia & tentoriorum loca deſignarent*. Inde factum, ut non modo Gloſſæ Iſidori METATORES dicant *manſionum* PRAEPARATORES; ſed & Vegetius *k*) METATORES eos vocet, *qui* PRAECEDENTES *locum eligunt caſtris*. Mauritius *l*) quoque eos ſimpliciter ANTEGESTORES dicit, *qui ante agmen eunt, & loca caſtris metandis idonea deligunt, & viam, qua duci exercitus commode poſſit, vident*. Ex quo fundamento *Petrus Chryſologus* linguæ latinæ peritiſſimus, Johannem Baptiſtam Chriſti *præcurſorem*, ejusdem appellat METATOREM *m*.) Quamvis vox ipſa METATORIS, vi ſuæ originis, hujusmodi *anteceſſum* non inferat; ut perperam ſibi imaginatur *Philippus Aquinas n*), & ante ipſum *Rabbenu Nathan o*). Sed potius eum, qui *manſionis terminum definitum, deſignat aliis*; *anteceſſu* & anticipatione in voce לפניהם i.e. *ante facies ipſorum*, utpote quæ in locis, unde eum inferunt, ubivis alteri eſt annexa, notorie latitante.

§. L. Nihilominus huc alludit CYPRIANUS *p*), Confeſſores incarceratos cum *Rogatiano* adhortans, ut hunc *ſequantur* in omnibus, *viam* ipſis ad gloriam *facientem*: qui primum ipſis *hoſpitium* in carcere *præpararit*, & METATOR quodammodo ipſorum, eosdem *antecedat*. Nec minus *Ambroſius*

*f*) l. c. ſupr. *g*) de Verborum ſignificatione lib. XI. p. 239. Edit. Amſtel. 1700. *h*) Philipp. XI, v. 5. Oper. tom. II. p. 528. a. poſt. med. *i*) de *Schiſmate* Donatiſtarum lib. III. c. 4. p. 61. *k*) de re militari lib. II. cap. 7. *l*) de militia Rom. in Fragm. ap. *Turnebum* Adverſar. lib. XXIV. cap. 16. *m*) in *Sermone* quodam, quorum plures v. g. LXXX. XCII. habentur in Biblioth. Patr. maxima, tom. VII. p. 845. ſqq. *n*) l. c. ſupr. §. 3. ad lit. (*t*). *o*) l. c. §. 3. ad lit. (q) coll. §. 4. lit. (*a*) *p*) Epiſtola 81. Edit. Rigaltii Par. 166. quæ ſexta eſt in Edit. Jo. Ceſtrenſis, Brem. p. 13. circa fin.

*stus q)* quærens, *qui* METATORES *itinera disponunt* piscibus, lege naturæ certo tempore ad Aquilonis flatus contendentibus? *qui duces iter dirigunt*? Ipse quoque *Godofredus r)* vir acutissimus adjunctum illud retinet, asserendo, quod METATORES dicantur, *qui eligendi & præparandi hospitii caussa* PROCURRUNT. Quod non videntur admisisse, quotquot voce προμετάτωρ *Prometator* usi sunt *s)*; alioquin Præpositione potuissent carere. De simplici plurima occurrunt exempla tam *Metatoris* quam *metati* in ll. cc. e Codice ac Basilicis, nec non in codice Theodos. *). E quibus ad præsens institutum observationem meretur hæc *Fr. Balduini t)* ad Optati l. c. annotatio: METATA *dicuntur in jure civili hospitia, quæ provinciales præbere jubentur militibus: &* METATORES, *ipsi hospites, qui excipiuntur, l. 9. C. de metat.* Verba legis sunt: *Omnes, qui* METATA *in suis domibus præstant, sive hospitia præbuerint* METATORIBUS &c. vix aliter intelligenda. Quo sensu admisso, Ebræorum שכינה & מיטטור vel מיטטרון æque late paterent plerumque.

§. LI. Prolixa hæc nominalis descriptio hac unice fine instituta fuit, ne quis offendatur, si idem nomen מיטטור vel מיטטרון cognoverit a Cabbalistis etiam meræ applicatum creaturæ *x)*. *Grotium* nil moror *y)*, qui istorum sententiam non satis percepit. Enochi enim filio cuidam tribuit, quod isti de *Enocho* ipso *z)*, volunt intellectum, haud dubie, in odium Christianorum; secuti Pseudo-*Jonathanem*, qui Verba Gen. V. 24. chaldaice transtulit: *& coluit* Deum *Enoch in veritate coram Jehova, & ecce non erat ille cum inhabitantibus terram, verum attractus fuit, & ascendit in Expansum per Verbum coram Jehova, qui vocavit nomen ejus* מיטטרון *Scribam illum magnum.* Enim vero nihil hoc ipso efficiunt solo nomine, pluribus

Zzzz commu-

q) Hexaëmeron lib. V. cap. 10. p. 58. post med. Oper. tom. IV. r) ad Cod. lib. XII. tit. 41. not. (a). s) adducti a *Carolo du Fresne* in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis col. 919. post med. *) libr. VII. tit. 8. p. 343. sqq. t) p. 132. a. post med. u) quæ autem l. 12. habentur, *Metatorum vacationem mereri* ambiguitati adhuc sunt obnoxia. x) *Henocho* scil. fil. Jared, de quo Gen. V, 21. sqq. & qui *Bileamo* viam ad *Balakum* ostenderet, juxta Num. XXII. v. 5. sqq. v. 36. sqq. y) de Verit. Relig. Christ. lib. V. §. 22. p. m. 271. z) Poëtæ qui carmina, quibus Judæi in suis utuntur precibus, composuit, hanc tribuit sententiam autor *Tosaph.* ad cod. *Jevammoth* f. 16. b. l. 13. ac Chüllin f. 60. a. l. 33. qui simul refutat. Defendunt autem citati in *Jalkut Rubeni* f. 23. c. 3. l. 11. 16. 19. 39. 40. 58. col. 4. l. 12. sqq. l. 40. 44. f. 24. c. 1. l. 21. 51. sqq. c. 3. l. 26. it. circ. fin. & c. 4. init. it. l. 42. 46. 57. sqq. f. 25. c. 1. l. 5. c. 2. l. 3. l. 37. sqq. & passim alibi, ac præter istos etiam alii plerique.

communi. Cum definitio realis & differentia specifica rationem formalem indicet, per quam unus ab altero secernatur. Quemadmodum in humana militia diversi dantur, *Metatores*, quorum unus saltem *Generalis* vel supremus *castrorum Metator* salutatur, cui plures *Metatoris* nomen gerentes subjecti sunt: horum alii uni saltem legioni aut Chiliadi *metata* præfigunt, alii uni saltem Centuriæ. Ita loca in præcedentibus adducta *a*) docent, idem nomen מיטטור, quod Deo supremo, ejusque digito vel voci tribuitur, applicari etiam istis, qui Bileamo ceu *viæ duces* fuerant additi. Quæ nominis communicatio dignitati Creatoris supremi nil derogat.

Optime enim distinguunt ipsi Cabbalistæ inter METATOREM primum, qui *Magnus* dicitur, & emanans, non e numero Angelorum creatorum, qui arbitrium peccandi & non peccandi aliquando habuerint: & inter METATOREM secundum, parvum, ac creatum, cui non modo Servi, sed & *ancillæ* nomen competat, quique aliquamdiu vel peccare potuerit, vel non peccare *b*). Supremus ille *non creatus*, sed *emanans*, atque adeo ab omni peccandi arbitrio exemtus, ex ipsa Talmudistarum mente *c*) dicitur in primæva hujus Universi creatione Deo supremo acclamasse *d*): *lætetur Jehova de suis operibus*. Ab aliis describitur, ut autor vel *Princeps Legis e*), nec non in primæva Mundi creatione, Regis supremi *Architectus f*); qui creanda a Rege supremo percipiens, illico produxerit, & quo cum Deus, præcipue de homine creando, consultarit, & ab eo cognoverit, quod hominis peccaturi transgressiones aliquando expiaturus sit, pœna istorum in se recepta *g*). Quæ subli-

*a*) e *R. Mos. bar Nachman* Comment. ad Exod. XII, 12. *R. Nathan* Aruch, ac *Bereschith rabba* Sect. V. f. 7. c. 2. l. 18. sqq. *b*) *Tanchuma* f. 39. c. 3. l. 43. *Bechai* ad Exod. XXIV, 1. f. 98. c. 2. l. 14. sqq. c. 3. l. 6. dicitur esse *de non obnoxiis peccato*, sed מן חנטיעות *de plantatione*, scil. divina. *Emanantem* vocat, autoritate aliorum, autor *Jalkut Rubeni* f. 24. c. 4. l. 29. 30. *Eschel Abraham* f. 34. c. 1. l. 1. sqq. l. 18. sqq. l. 31. sqq. quem modo adductus autor Jalkut Rub. f. 24. c. 3. l. 29. 30. differentia inter *Magnum & Parvum* præmissa, etiam l. 36. dicit *ipsissimam* fore *Schechinam*: Inferiorem autem vel *secundum* vocat f. 24. c. 3. l. 31. 34. *creatam*: Autor *Eschel Abraham* f. 34. c. 1. l. 18. 36. 58. c. 2. l. 20. 21. *servum*, l. c. l. 27. 28. ex ipso *Sohar* p. I. f. 181. b. l. 11. Edit. Amstel. cum antea f. 24. c. 2. l. 36. 37. 38. 41. 44. 47. tam *servum* vocarat, quam ancillam. *c*) Autor *Tosaphot* cod. *Jevammoth* f. 16. b. ad l. 13. & *Chullin* f. 60. a. ad l. pen. *d*) ex Psal. CIV, 31. *e*) in *Othijoth R. Akivæ* f. 11. c. 3. l. 17. 18. cui adeo tribuenda, quæ plerique *Legi* tunc nondum existenti adscribunt, & præcipue *R. Elieser* Magnus in cap. III. f. 2. c. 3. l. 1. sqq. *f*) vi Prov. VIII. 30. *g*) *Sohar* Part. I. f. 22. a. l. 20. sqq. & b. hinc inde. Quæ deinceps f. 23. a. l. 19. SCHECHINÆ tribuit; ad signi-

ſublimia Enocho inter peccatores nato & converſanti, & inſuper diu poſt creationem Mundi genito *b*), nulla ratione poſſunt applicari. Atque adeo METATORIS nomen nullo modo, eidem competit, niſi id vel in ſenſu *cuſtodis*, cum quibusdam Ebræorum doctoribus intellexeris, quia *cuſtos portæ* cujusdam ſalutatur *i*); vel per *metatum*, aut *metatorium*, h. e. *hoſpitium* expreſſeris, quaſi *manſionem* vel *diverſorium* præbuerit SCHECHINA, a ſceleratis hominibus antediluvianis ſeſe ſubduxerit, non expreſſo. Cum vero revocata exinde, etiam certa hominum individua, v. g. Patriarchas atque Moſen inhabitaſſe dicatur *n*); tale quid etiam *Henocho* eveniſſe, conjiciendum, ob verba *R. Akivæ*, apud quem Deus introducitur loquens *o*): *& recepi eum* (METATOREM ſupremum *p*) *in Henochum filium Jared, de medio iſtorum* (peccatorum), *& aſcendere feci eum voce buccinæ ac vociferationis in ſublime q*); *ut ſit mihi teſtis, cum quatuor animantibus Mercavæ in mundo venturo.* Unde dicitur *R. Abrahamo Rowigo r*) *Operimentum* SCHECHINÆ; alibi *s*) *ſella curulis vel vehiculum* SCHECHINÆ: & *R. Jeſaia Horwitz t*) מטטרוני ait, i. e. (*metatum* vel *metatorium factus, in quo iſte* METATOR magnus) *ſe ſubduceret.* In Jalkut Rubeni habetur *u*), *Si non fuerit juſtus in hoc mundo; tunc* SCHECHINA *veſtit ſeſe in quodam Metatron, ſeu metato.* Qua ſolutione, in תיקוני זוהר prolixe *x*) approbata, tolli poſſe prior *y*) arbitratur omnem Doctoribus motam controverſiam. De ſolo METATORE ſupremo, increato, & per emanationem orto, ac impeccabili nobis ſermo in poſterum. Henocho janitore, vel *metato* ac ſervo ſupremi Principis METATORUM, qui in iſto *manſionem* aut diverſorium habuerit,) penitus excluſo.

§. LIII. Quod autem hic ipſe *Angelus* METATOR *primus & ſupremus*, idem prorſus ſit cum SCHECHINA, ab officio quod ſuſtinet, cognomen hoc accipiente; probat I. permutatio horum Nominum apud diverſos Scriptores, reipſa alioquin inter ſe conſentientes. II. aperta Cabbaliſtarum aſſertio, quod METATOR vel מיטטרון ſit ipſiſſima SCHECHINA. III. æqualis

 utrius-

ficandum, quod idem ſit cum METATORE. *b*) juxta Gen. V, 18. ſqq. *i*) *Schene Luchoth haberith* in אבן כל וזי f. 230. c. 3. l. 26. Edit. Wilhermsd. *k*) Geneſ. Sect. XIX. f. 22. c. 2. l. 12. ſqq. *l*) f. 7. c. 2. l. 18. ſqq. *m*) f. 6. b. l. 29. ſqq. (*n* in *Schaare Ora* l. c. jam l. 32. ſqq. *Rabb.* l. c. l. 15. ſq. *Peſikta Rabb.* l. c. l. 33. ſqq. & col. 3. *o* in *Oſchijoth* ab ipſo denominatis f. 10. c. 4. l. 6. ſqq. inprimis l. 13. ſqq. *p*) l. c. l. 16. *q*) e Pſal. XLVII, 6. *r*) in *Eſchel Abraham* f. 34. c. 2. l. 25. *s*) f. 23. c. 1. l. 13. *t*) in in *Scheene Luchoth habberith*, ad אבן כל חי f. 230. c. 3. l. 32. Edit. ad *i*] cit. *u*) f. 25. c. 2. l. 50. 51. *x*) cap. XXVIII. f. 73. b. & imprimis f. 74. a. *y*) l. c. l. 29. ſqq.

utriusque vocis שכינה & מטטרון significatio; inprimis si שכינה rigidissime sumta *cohabitationem* inferens, ut usus ejus postulat, pro *inhabitante* metatum, seu *hospite* ipso apud alium *divertente*, sumatur. IV. collatio functionis utriusque, quam SCHECHINA in *metato*, Patriarchis eorumque posteris in Ægypto, per mare rubrum, vastumque illud desertum, ac Jordanem, nec non in Palæstina adeunda z), diversisque exiliis, determinando, apud quoscunque Judæorum Scriptores, non solos Cabbalistas, præstitisse celebratur: quæ eadem prorsus est cum officio *Metatoris*, apud nos recepti. *Inprimis* V. realis *Angeli* METATORIS descriptio, e Talmudistarum aliorumque monumentis collecta: quæ tam sublimia continet & stupenda, ut omnem captum viresque cujuslibet creaturæ, ipsorumque adeo Angelorum sub hunc censum venientium, longissime superent, & soli SCHECHINÆ competant supremæ. A quibus tamen sigillatim nunc enarrandis, chartæ præsentis angustia nos excludit; alias bona fide supplendis.

§. LIV. Interea *Cives dilectissimi!* memores conditionis, sub qua Salvator suum Patrisque ad nos *adventum* ac *mansionem* promisit, si scil. *diligentes Ipsum, Ejus observaturi simus sermonem* a), Vobis quoque scripta opinemini! haud dissimilia libri *Sohar*, Theologiæ Cabbalisticæ post יצירה, dubio procul principis; quæ ita sonant b): *si quis hominum assiduus est in cultu domini sui* exercendo, *& sacra excolenda Lege; cum eo Sanctus benedictus commoratur, cui* SCHECHINA *ab isto se subducit: Sanctus ille benedictus longe ab eo recedit: atque omnes custodiæ sanctitatis Domini sui ab eodem se avertunt. At commoratur super eo Spiritus contaminans, & tota custodia commaculans. Si susceperit purificare sese; adjuvant eundem: & si reapse purificatus fuerit, per pœnitentiam conversus; Ille ipse, qui ab eo se subduxerat, denuo redit, super eo commoraturus.* Vestra res agitur. Ita vos gerite, ut tota SS. Trinitas *mansionem* apud Vos inveniat, nec unqum ejiciatur amplius.

§. LV. Gratos quoque Vos præstate erga Ejusdem Sacerdotes tam precibus, quam concionibus allaborantes, ut sub gratiosis SCECHINÆ alis unumquemque Vestrum retineant, sempiternæ tandem felicitati transferendum. P. P. primo festi *Pentecostalis* die, qui est 16 Maji, An. Orbis redemti MDCCXXIII.

PRO-

z) in occupanda autem ea, substitutum Principi *facierum* putant *Principem Exercitus*; de quo Jos. V, 14. h. e. *Metatori* vel *Michaeli Gabrielem*. a) Joh. XIV, 23. b) in Sect. מצורע Part. III. f. 53. b. l. 1. sqq.

## PROGRAMMA IV.

### §. LVI.

ANte annum per Dei gratiam feliciter præterlapsum, in pari ad Vos allocutione argumentum de SCHECHINA *cum piis commorante*, vi permissionis, qua optimus Salvator discessurus suos erigebat *a*), amplius illustraturi, docuimus *b*), eam intelligi per angelum, quem ecclesia Iudaica, voce licet ipsis non satis cognita מטטור vel מיטטרון compellare soleat. Quam latinam fore, & METATOREM satis quidem prolixe probatum dedimus *c*). Cum autem assertio, quod SCHECHINA *sit ille* METATOR *supremus*, propriis Iudæorum verbis exhibenda foret; chartæ angustia exclusi, nuda probationis momenta paucis indicare tunc potuimus, verbis assertum probaturis in præsentem operam reservatis.

§. VII. Quod *Angelus facierum*, vel *Michael*, ab officio quod sustinet, מטטור vel מטטרון h. e. METATOR cognominatus, prorsus idem sit cum SCHECHINA, ex eo constare opinamur, quia I. Nomina hæc commemorata inter se invicem alternant, & unum pro altero sæpissime substituitur, non modo apud diversos Scriptores, re ipsa alioquin inter se consentientes: sed subinde in eodem Autore, nec raro in eadem prorsus Orationis serie. Ex infinitis referemus paucissima. Quando in *Schemoth rabba d*) asseritur, *ubicunque locorum in Scriptura Angelus dicitur visus; ibi visa fuit* SCHECHINA. Id quod iisdem ferme verbis & rationibus *R. Mos. bar Nachman e*) accommodat *Michaeli*, scribens, *Moses prophetarum maximus non occultasse vultum suum ab aliquo Angelo. At Doctores nostri in Bereschith rabba dixerunt, Angelus hic fuit Michael: quem, juxta R. Iosen, ubicunque locorum videbant, nomine Domini nostri Sancti appellabant.* Nam *ubicunque locorum Michael visus fuit, ibi est gloria ipsius* SCHECHINAE. *Quibus verbis id volunt innuere, quod primum visus ipsi fuerit Michael, ibique extiterit Gloria* SCHECHINAE: *quam Gloriam ipse non viderat, non aptans mentem ad prophetiam. Cum autem animum attenderet, ad videndum, revelabatur ei aspectus* SCHECHINAE, *& acclamabat ipsum Deus de medio rubi istius f*) *Nam in rei veritate Angelus Redemtor g*), *de quo dicitur h*), *certe nomen meum est in ejus medio: ille ipse, qui Iacobo dicebat i*), *ego sum Deus ille Bethelis: de quo intelligenda sunt verba hæc k*), *&* clamavit



*a*) Ioh. XIV, 23. *b*) Programmat. A. C. 1723. circa fin. §. *Quod autem. c*) in precedent. §. *Propius*, & sqq. *d*) Sect. XXXII, circa finem, f. 151. c. l. 16. sqq. *e*) Comment. ad Exod. III, 2. f. 93. a. cc. fin. *f*) juxta Exod. III. 4. *g*) de quo Gen. XLVIII, 16. *h*) Exod. XXIII, 21. *i*) Gen. XXXI, 13. *k*) Exod. III, 4

*clamavit ad eum Deus. Verum vocatur hac proprietate angelus, ob gubernationem hujus Universi. Ita enim scriptum extat l), & eduxit nos Iehova ex Ægypto; alibi m), misit Angelum, & eduxit nos ex Aegypto, & rursus n) dicitur: Angelus facierum redemit eos, qui est vultus ejus* vel facies; *juxta id quod scribitur o), Facies mea ibunt, & quietem tibi conciliabunt. Iste scil. de quo dicitur p), & subito veniet ad templum suum Dominus ille, quem vos quæritis, scil. Angelus fœderis, in quo delectamini, ecce venit.* Etiam *R. Bechai* *) e Berefchith rabba similiter adducit: *in quocunque loco invenis* MICHAELEM, *ibi est gloria* SCHECHINAE. *Quapropter, quum Abraham eosdem vidisset, currebat post eos, instar currentis post* SCHECHINAM. Quod & in ipso SOHAR †) invenitur, verbis saltem Chaldæis: *in omni loco, quo invenies* MICHAELEM, *qui est caput illorum* (Angelorum), *ibi est* SCHECHINA.

§. LVIII. Quod eorum unus de *Angelo* generaliter, alii de *Michaele* speciatim pronunciant, quasi isto viso, visa fuerit SCHECHINA: id ipsum *R. Moses Alschech p)* ad Majores suos prvoocans effert: *Omnis Angelus absolute dictus in scriptura, est Princeps facierum* METATOR, *cujus nomen est, sicut nomen sui Domini, secundum sermonem Doctorum nostrorum p. m. ad textum Biblicum r), ecce ego missurus sum Angelum ante facies tuas &c. & quum dicit s), ecce Angelus meus ibit &c. Inclinat enim mens ad Gloriam Benedicendi.*

§. LIX. Eadem quoque alternatio deprehenditur in collatione *Talmudis t)* cum *Sohar u)*. Ibi ad quæstionem a quodam hæretico motam, (quo nomine Christianos pungere consueverunt), quisnam intelligatur Mosi dixisse *x)*, dum habetur: *& ad Mosen dixit, ascende ad Iehovam, & quare dicatur, ascende ad Iehovam? quum dicendum fuisset, ascende ad me?* respondetur, METATOREM, *cujus nomen coincidit cum nomine sui Domine prout dicitur y), certe nomen meum est in medio ejus, dixisse Mosi, ut ad Iehovam ascenderet.* At quod exceperit ille hæreticus; *si ita est,* (quod eodem cum Domino suo compelletur nomine), *adorent eum!* cui Resp. *scriptum adjicitur z): ne* תמר בו *h. e. ne* תמירני בו *permutes me*

*l)* Deut. VI, 21. *m)* Num. XX, 16. *n)* Ief. LXIII, 9. *o)* Exod. XXXIII, 14. *p)* Mal. III, 1. *) ad Gen. XVIII, 2. f. 26. c. 3. l. 30. sqq. † Part. I. f. 11. c. 1. l. 22. sqq. Edit. Sultzbac. *q)* ad Exod. XII, 12. f. 101. c. 4. l. 14. sqq. Edit. Amstel. An. M. 470. Chr. 1701. *r)* Exod. XXIII, 20. *s)* Exod. XXXII, 34. *t)* cod. *Sanhdr.* cap. IV. f. 38. b. l. 35. sqq. *u)* Part. II. cc. finem Sect. Veelle hammischpatim, ad Exod. XXIV, 1. f. 52. c. 1. l. 38. 39. Edit. Sultzb. sed. Amstelod. f. 125. b. l. 25. *x)* Exod. XXIV. 1. *y)* Exod. XXIII, 21. *z)* l. c. v. cod.

*me cum isto.* Exc. *Si ita est*, quod Deo non sit æqualis, *in quem finem addita sunt* verba *non condonabit prævaricationi vestræ*, si condonandi facultate non pollet *a*)? *respondebat ei, fidei articulus est in manu nostra, quod*, (ut Glossa adjicit,) *nulla potestas apud eum sit, nostra condonandi peccata*; unde *ne quidem loco tabellarii loci eum reciperemus, quia scriptum est b*): *nisi facies tuæ incedant &c.* In *Sohar*, ubi l. c. eadem movetur quæstio, mentio Hæretici omissa, verbis Scripturæ ex Exod. XXIV, 1. præmissis, subiungitur: *quisnam est ille, qui Mosi dixit, ascende ad Iehovam?*, & respondetur, *is erat* SCHECHINA.

§. LX. Equidem in subjecto allocutionis hujus determinando etiam Cabbalistas inter se dissentire, ingenue fatetur *R. Menachem Rikanatensis c*): ex utriusque tamen patris sententia, prout ab illo recensetur, constat, SCHECHINAM cum METATRON seu METATORE coincidere, & unam eandemque determinare Personam. Ne quis de eo dubitet, en! propria ipsius verba, latine saltem reddita! quibus respicit ad explicationem suam capiti præcedenti additam: qua Angelum ibi promissum *septies* SCHECHINAM dixerat, & semel *Angelum Redemptorem d*). Nunc vero ita loquitur *e*): *Circa sermonem hunc dissident inter se Sapientes Cabbalæ, juxta duas illas sententias, superius commemoratas. Sunt qui interpretantur, Deum Celsissimum exaltandum fuisse Mosen, mandando, ut ascenderet ad Iehovam, h. e.* מיטטרון *vel* METATOREM, *aliquoties nomine, quod Deo supremo appropriatum est, appellatum. Quia per hunc* מיטטרון *h. e.* METATOREM *innuitur* SCHECHINA, *ita* ordinarie *vocata. Voce ascende vult significare, ut ascendat ad locum istum gloriosum*, (ad lit. Gloriæ), *ubi est Angelus ille Redemptor f*): *nec veniat ad Deum ipsum supremum, dicentem g*) *certe non videbit me ullus homo, dum vivit h*). *Verum erat Moses in nube, ubi commorabatur* SCHECHINA *i*). *Quo ipso exaltatus fuit ac elevatus sensibiliter super reliquos Prophetas omnes, adeo ut attingeret ipsam Israelitarum Pulchritudinem k*). *Iuxta hoc vero ascensio hæc in gratiam Mosis neutiquam fuisset*

*a*) Conf. Matth. IX, 3. Marc. II, 7. Jes. XLIII, 25. Iob. XIV, 4. Psal. CXXX, 4. it. *Bechai* ad Exod. XXIII, 20. f. 98. c. 2. l. 32. sqq. *R. Ioseph Gekatilj* in *Schaar Ora*, f. 8. h. b. l. 14. sqq. *b*) Exod. XXXIII, 15. *c*) Comment. ad l. c. f. 106. c. 1. l. 16. sqq. Edit. Venetæ. *d*) ad Exod. XXIII. v. 20. sqq. f. 105. c. 3. l. 23. 24. sqq. *e*) f. 106. c. 1. l. 16. sqq. *f*) de Quo de Gen. XLVIII, 16. in *R. Menachem* f. 106. c. 1. l. 22. *g*) Exod. XXXIII, 20. *h*) Conf. cum hoc *R. Matathias de Lakrath* ad *Schaare Ora* Part. X. f. 108. b. Edit. Offenbacensis. *i*) *Rekenat* l. c. f. 106. c. 1. l. 24. *k*) l. c. l. 25. sqq. תפארת autem est, in corpore Sephirarum medio, correpræsentans, vocaturque יהוה. Vid. *Rittang.* lib. *Iezira* p. 11. & 13.

*fuisset necessaria; quia jam olim apparuerat eidem in rubo l). Necessaria tamen propter Aaronem, Nadab, Abihu, ac LXX. de Senioribus Israel. Alii vero contendunt, quod non esset fas, ut Altissimus diceret, ascende ad inferiorem. Ac eapropter interpretantur in contrarium. Quod Angelus iste* מיטטרון *b. e.* METATOR *m) Mosi dixerit, ut ascenderet.* Id quod æquipollenter *Sohar n)* tribuit *angelo fœderis; Targum Ionathanis* MICHAEL, quem *Gubernatorem* dicit Sapientiæ, vel Principem *o)*. Quæ verba manifestissime indicant, *quod Gloria Iehovæ, Michael, Angelus Redemptor*, vel *Fœderis*, & *qui Mosi in rubo apparuerit*, præcipue SCHECHINA & METATOR, de quo potissimum nunc sumus soliciti, sit una eademque persona, a Deo supremo, divinitatis origine, distincta.

§. LXI. Quod diversi autores in fundamentis fidei consentientes, inter se collati probarunt, eadem si non majori facilitate evinci poterit, si ejusdem Autoris verba, e diversis collecta locis conferantur invicem. Celeberrimus liber *Sohar* in sectione *Bereschith p)* Architectum, per quem Deus omnia creaverit, Sapientiam scil. supremam, vocat inter alia SCHECHINAM, verbis: *Regi cuidam plurima ædificanda erant ædificia, cui artifex erat Architectus, qui nil quicquam faciebat, nisi per licentiam Regis istius, juxta id quod legimus q): eram penes ipsum Architectus Regius. Certe is erat Sapientia suprema, & columna ista media, Rex infra, Deus artifex supra: atque hic idem est Mater suprema, Deus artifex infra, & hic idem est* SCHECHINA *infra. -- manus dextera, & manus Iehovæ vocata* eidem, interjectis quibusdam *r)*. Idem tamen liber in eadem Part. I. *s)* Seniorem domus, ac servum Dei immensi dicit; מטטרון h. e. METATOREM, *qui principium sit creationis suæ, Dominator in universa quæ possidet, cui dominium dederit super omnes suos exercitus.*

§. LXII. Idem *R. Moses Nachmam*, qui juxta dicta superius *t)* SCHECHINAE, ubi MICHAEL apparuisse dicitur, vel Angelus Redemtor, Angelus mundi Gubernator, qui Israelitas ex Aegypto eduxerit, Angelus facierum, vel potius Angelus qui est facies Dei, Angelus fœderis, desideratus Israelitis ceu ipsorum delectatio; alibi *u)* Angelum istum magnum, per

*l)* Exod. III, 2. *m)* in proxime præced. memoratus. *n)* Part I. f. 67. c. 3. circa fin. l. pen. & f. 68. c. 2. l. 1. sqq. Edit. Sulzb. sed Amstel. f. 102. b. circa finem l. 4. a fin. sqq. & f. 103. a l. 1. 2. *o)* vi Prov. I. 20. sqq. c. III, 19. c. VIII, 12. sqq. *p)* f. 22. a l. 26. sqq. Edit. Amstelod. in Schulzbac. vero Part I. f. 25. c. 1. l. 53. sqq. *q)* Prov. VIII. 30. *r)* l. c. f. 23. a. l. 2. 3. *s)* Sect. חיי שרה f. 126. c. 4. l. 5. 10. sqq. in *Medrasch banneelam.* *t)* §. 2. *Quod Angelus* ad Exod. III, 2. *u)* ad Exod. XII, 12. fol. 107. a.

per quem omnia Opera in hoc mundo peragenda effectui dantur, מיטטרון METATOREM exinde ait vocatum, quia vox ista ἐξηγὸν seu *viæ monstratorem* significet: qui ceu *digitus Sancti benedicti* Mosi totam terram Israelis ostenderit, & in terra occupanda vix dux ipsis extiterit *x*).

§. LXIII. An autem in *Medrasch Echa rabbati y*), cujus verba integra latine versa mox adducturi sumus z) METATRON cum SCHECHINA æquipolleat, quando iisdem immediate subjicitur *a*): *Eadem hora S. B. amare flebat, dicens, væ mihi! quid feci? habitare feceram* SCHECHINAM *meam inferius propter Israelem. Nunc vero cum peccarint, reversus sum ad locum meum primum. Absit, ne risus factus sim genti, ac subsannatio creaturis! Eadem hora venit* METATRON, *& procidit super facies suas, dicens ante ipsum: o Dominator hujus mundi! ego flebo, Tu vero flere noli. Cui respondit, si tu non permittis mihi, ut nunc plorem; in locum ego introibo, quo ut introeas, tibi permissum non est, & flebo, juxta Ier. XIII*, 7. Iudicent alii. Prorsus de eo dubitare nequit, qui considerarit, quod.

§. LXIV. Plurimi rotundis verbis aperte asserunt, SCHECHINAM fore eundem METATOREM *supremum*. In *Tikkune Sohar b*) quum palam dictum fuisset, METATRON est *ipsissima* SCHECHINA, paulo post *c*) hæc additur restrictio, si scil. *cum* י *addito* מיטטרון *scribitur*. In ipso *Sohar d*) introducitur *Pastor fidelis e*) pronuncians, quod *in* METATRON seu *Metatore, quoniam decem contineat vestientes se in ipso, decem scil. Sephiroth, apparuerit Sanctus ille benedictus in* SCHECHINA *sua, quæ ipsa easdem decem Sephiras contineat.* Ejusdem valoris est, quando ibidem, interjectis quibusdam *f*) idem asserit: *Columna medietatis est* METATRON; & paulo post *g*), METATRON *est in columna medietatis.* Cum aliunde constet SCHECHINAM per *columnam* medietatis ab eodem intelligi. Quo cum conspirant quæ in *Eschel Abraham h*) prolixe leguntur, in compendium contracta his verbis: *Columna medietatis est* METATRON, *in quo apparet Sanctus ille benedictus in* SCHECHINA *sua. R. Moses*

 *Cor-*

*y*) f. 55. c. 2. l. 2. sqq. *z*) ad rationem III. lit. g) §. *De quo &c.* *a*) l. c. l. 4. sqq. *b*) Cap. XXVIII. f. 73. b. l. 16. *c*) f. 74. a. *d*) Part. III. Sect. פנחס f. 226. c. 4. l. 25. 27. sqq. Edit. Amstel. sed Sulzb. f. 91. c. 4. l. 31. sqq. *e*) רעיה מהימנא vocatus passim per totum librum. *f*) f. 227. a. l. 15. Edit. Amstel. sed Sulzb. f. 91. c. 4. l. 5. 6. *g*) ibi l. 25. hic l. 22. *h*) Cap. I. quod continet Arcanum quatuor graduum

*Corduero* in Introductione ad Theologiam Cabbalisticam *i*), METATRON inquit, *est* SCHECHINA. In opere ipso *Pardes Rimmonim k*), cujus introitum constituit præcedens, aliorum adducta sententia subjungit: *mihi vero videtur, quod* SCHECHINA *vocetur* METATRON מיטטרון *cum* י *præcise;* sed מטטרון METATRON *absque jod, est Angelus* SCHECHINAE *legatus, etiam vocatus minister.*

§. LXV. Alibi integro & prolixo capite *l*) demonstrare conatur, quod METATRON sit SCHECHINA. Quo sensu id velit intellectum, in limine his indicat verbis *m*): *Angelus hic duobus vocatur nominibus; interdum dicitur* מטטרון, *& nonnunquam vocatur* מיטטרון *cum* [י] *jod, hac intentione. Quando Angelus hic vestimentum est* SCHECHINAE, *&* SCHECHINA *occultat sese in ejus medio, suasque ipsa ostendit operationes per eundem; tunc vocatur* מיטטרון METATRON *cum jod: indicio,* sermonem fore *de* SCHECHINA *coronata denario, quæ descendit ac occultat se, atque abscondit semet ipsam in istius medio. Non tamen* SCHECHINA *ipsa; sed scintilla ac lumen a* SCHECHINA *emanans, eaque scintilla ac lumen a decem perficitur radiis, & si dicere fas esset,* SCHECHINAE *vocarem exilium.* Interjectis quibusdam *n*), *in hoc* ait METATORE *est scaturigo obsignata,* scil. SCHECHINA [י] h. e. Jehovæ, *coronata a* [י], i. e. *a decem Sephiris, littera* [י] quæ decem valet, *e* מיטטרון METATORE *mutuata; per quem Sephiræ omnes X. in hoc mundo operantur.* Eadem ferme multis interjectis *o*), paulo clarius repetit, alias adducenda.

§. LXVI. Ad eundem provocans *R. Ruben fil. Hoschke* in *Ialkut Rubeni p*) majori, clarius loquitur, METATRON מיטטרון inquiens, *cum* י *est* SCHECHINA; *absque jod autem* מטטרון *est putus Angelus,* SCHECHINAE *minister. Qui & puer vocatur, non ratione ætatis; sed quia servitia præstat pueri coram* SCHECHINA, *in distribuendis alimentis pro omnibus turmis Angelorum de mundo hoc inferiori.* Interjectis quibusdam pergit *q*): SCHECHINA *longe excelsior est Henocho, convenienter cum illo, quod per traditionem accepi,* fori-

sanctorum f. 9. c. III. l. 26. *i*) inscripta אור נערב h. e. *Lumen dulcescens*, Part. VII. sub ט f. 37. c. II, l. 13. *k*) Porta XXIII. cap. 13. f. 153. c. II, l. 33. 34. *l*) Porta XVI, אב״יע inscripta, cap. IV, a fol. 93. c. IV. l. 10. sqq. usque ad f. 94. c. II, l. 18. *m*) l. c. l. 12. sqq. *n*) l. 20. 23. sqq. *o*) f. 94. c. I. l. 10. sqq. *p*) f. 24. c. 2. l. 2, sqq. ubi provocat ad fol. 5. libri *Pardes*. *q*) l. c. col. 3. l. 27. sqq.

*fore* METATOREM *magnum* & METATOREM *parvum; quorum magnus est ipsissima* SCHECHINA *e qua ille emanat, & de nomine ejus* SCHECHINA *vocatur* METATRON. Paulo post r) *invenimus*, inquit, *in Sohar, quod duo sint* METATORES, METATRON *maximus* & METATRON *parvus creatus*. Unde per consequentiam concluditur, magnum vel *maximum* fore *increatum*. Id quod obscure asseritur ab eodem, prolixa oratione interjecta, verbis sqq. s). *Manifestum hinc est, quod sit* METATRON *Emanationis, & Metatron creationis, qui est Nuntius.* METATRON *autem emanotionis est ille, qui Mosi apparuit in rubo* t), *nec non Ezechieli, ubi de eo dicitur* u) *tanquam aspectus hominis super eo superne. Et qui ita apparebat, est de quo dicitur* x): *in imagine nostra, juxta similitudinem nostram.* Quam consultationem liber *Sohar* y) tribuit *Architecto* z), Universi Regem his alloquenti verbis, *faciamus hominem* a): additque b) quod sit SCECHINA, ac METATRON cognominetur, *Sapientia* illa *suprema* ac *æterna* c), quæ *secundam* constituit *Sephiram* d)

§. LXVII. De quo asserto eo minus dubitandum, quo Ill. certius constat, quod utriusque vocis שכינה & מטטור eadem ferme sit significatio; nisi quod hæc Concretum denotet METATOREM, illa vero rigidissime sumta, Abstractum *Habitationem* exprimat, cum *mansione* Evangelistæ a) convenientem, & *metationi* Columellæ b) potius æqui pollentem, quam METATORI vel *metato*: nisi alterum Rabbinorum מיטטרק propius cum ebræa conveniat. Cui *Nicolaus Fullerus* c), *Coccejo* d) ac *Vitringæ* e) approbatus, rigide inhæret, vocemque שכינה vel שכינתא unice exponendam putat, per *habitationem* vel *inhabitationem*; græce κατοίκησιν aut potius σκήνωσιν vel κατασκήνωσιν, a LXX. Interpretibus suppeditatam f). Et hæc

* Zzzz 2 ipsa

r) l. c. l. 34. sqq. s) l. c. col. 4. l. 29. 30. nec non f. 10. c. I. l. 5. sqq. & impr. l. 9. coll. f. 24. c. 3. l. 29 30. 31. col. 2. l. 2. 3. f. 23. c. III. l. 40. sqq. *Tosaphot* ad cod. *Chullin* f. 60. a. l. penult. t) Exod. III, 2. u) Ezech. I, 26. x) Gen. I, 26. y) l. c. paulo supr. ad lit. (d) §. *Quod diversi &c.* z) ita denominato ex Prov. VIII, 20. a) Gen. I, 26. b) l. c. f. 22. a. l. 25. sqq. b. l. 20. sqq. f. 23. a. l. 19. coll. f. 21. a l. 13. c) *Sohar* Part. III. f. 10. b. circ. fin. Ed. Amst. sed Sulzb. f. 4. c. 4. circ. fin. d) de qua in יצירה cap. I. §. 4. *Schaare Ora* f. 82. a. l. 1. sqq. b. l. 23. sqq. *Eschel Abrah.* f. 10. c. II. III. f. 12. a. & b. f. 13. c. I. II. a) Ioh. XIV, 22. b) lib. III, cap. 15. c) Miscellaneorum sacr. lib. II. cap. 4. d) in Considerat. Resp. Iud. cap. IV. Oper. tom. VII, p. m. 30. e) Observat. sacr. lib. I. cap. 4. §. 2. p. 161. sqq. it. tom. II. lib. V, cap. 16. §. 7. p. 198. f) ad Ezech. XXXVII, 27.

ipsa significatio rigidissima subinde retineri potest; inprimis quando Deus benedictus dicitur סלק שכינתו *subduxisse* vel ascendere fecisse COHABITATIONEM *suam*, aut נסתלקה שכינה COHABITATIO *subducta*, vel in sublime elevata. In *Medrasch Echa rabbathi g)* introducitur Deus loquens: *Templo combusto, nulla mihi amplius sedes in hac terra superest.* אסלק שכינתי *subducam* COHABITATIONEM *meam ab illa, ascensurus in pristinum meum habitaculum, juxta illud h): ibo reversurus in locum meum, donec reatum suum agnoscant, meamque expetant faciem. E Bammidbar rabba i)* adducit *R. Isaac Arama k)*, unde sua mutuatus est *R. Tobias l)* quod *qua hora Sanctus benedictus hunc mundum condiderit, desideravit habere* דירה HABITACULUM *in inferioribus, cujusmodi* דירה *sibi foret apud Superos. Cum autem Adam unicum illud præceptum de vetando esu arboris scientiæ boni ac mali n) non observaret,* סלק הק״בה שכנתו *sustulit Sanctus ille benedictus suam* SCHECHINAM, *vel* HABITATIONEM *in expansum primum. Cum Kain succederet, Habelem interficiens, sustulit* SCHECHINAM vel HABITATIONEM *suam in expansum secundum. Cum generatione Enosi succedente, idololatræ fierent, juxta dicta o): tunc profonatio introducta fuit, nomine Iehova aliis tributo; ideo subduxit* SCHECHINAM vel *Cohabitationem suam in Expansum tertium. Succedente generatione antediluviana, de quibus dictum extat p), dicebant Deo recede a nobis, nam notitia viarum tuarum non delectamur; subducebat* HABITATIONEM *suam in Expansum quartum. Succedente Generatione dispersionis, quæ dicebat q): agedum! ædificemus nobis urbem, quid fecit S. B.? dispersit eos, & subduxit* COHABITATIONEM *suam in expansum quintum. Succedentibus Sodomitis, de quibus dicitur r): viri Sodomæ mali erant, & peccabant contra Jehovam valde; subduxit* COHABITATIONEM *suam in Expansum sextum. Succedente Amraphel cum sociis suis, qui exacerbabant eum; subducebat* שכינתו COHABITATIONEM *suam in Expansum septimum.* Deus hic ubivis subjectum est suam subducens SCHECHINAM: quæ in loco e *Rabboth* citato, Dei nomine omisso, passive dicitur נסתלקה השכינה *subducta fuit* SCHECHINA, vel COHABITATIO in expansum primum, secundum &c.

§. LXVIII. Quamvis hic tolerari possit COHABITATIO, perinde ac in in-

1. Chr. XXVIII, 2. 2. Chr. VI, 21. Sap. IX, 8. 2. Macc. XIV, 35. *g)* Præfat. l. c. f. 55. c. 2. l. 2. sqq. *h)* Hos. V, 15. *i)* Sect. XIII. f. 251. c. II. l. 13. sqq. *k)* in *Akedath* Iizchak, Præfat. libri שמות vel Exod. f. 108. c. III, Porta XXXIV. *l)* in מעשה טוביה Parte II. f. 19. c. III. *n)* de quo Gen. II, 17. *o)* Gen. IV, 26. *p)* Iob. XXI, 14. *q)* Gen. XI, 4. *r)* Gen. XIII,

infinitis aliis locis; ex ipsa tamen Orationis serie haud obscure patebit, quod non erraret, qui per SCHECHINAM intelligeret, *metatum* seu *commorationis locum.* Cum in *Echa rabbathi s*) Deus conqueritur, sibi non amplius fore מושב *habitationis sedem* in hac terra; & in *Akedath Iizchak t*) ac *Moase Tobija u*) desiderarit habere דירה *habitaculum* vel *hospitium*: quod cum *metato* coincidit. Ejusdem desiderii divini memini autor *Bammidbar rabba x*), & alibi *y*) etiam *R. Josua*, dicens: *conditiones statuebat Sanctus ille benedicendus cum Israelitis, in Ægypto adhuc vibentibus; quod non educturus esset eos exinde, nisi sub hac conditione, ut facerent sibi* משכן HABITACVLVM, *quo habitare* vel commorari *faceret* שכינתו *suam* SCHECHINAM *inter ipsos, juxta id quod scriptum est z*): *ut cognoscant, quod ego sim Jehova ipsorum Deus, qui eduxerim eos e terra Ægypti,* לשכני *ut* HABITEM *in ipsorum medio, h. e. ea conditione, ut habitem* (Onkelos & Jonathan, vt *habitare* vel commorari *faciam* SCHECHINAM *meam*) *inter eos. Itaque erecto* משכן HABITACVLO, *ilico descendit* SCHECHINA, *& commorata est in ipsorum medio.* Parum convenienter verteretur: ut *habitare* faciam *habitationem* meam, & descendit *habitatio.*

§. LXIX. Quemadmodum autem tam Pater, quam Filius apud pios commorantes Evangelistæ *a*) recte dicuntur SCHECHINAM, h. e. *mansionem* habentes, hospites apud eos divertentes, & SCHECHINAM agentes, *metato* ab ipsis reapse occupato. Ita eadem vox SCHECHINA usitatissime in omnibus Iudæorum scriptis, non tam *commorandi actum*, vel *commorationem* & *inhabitationem* denotat; quam *commorantem*, *cohabitantem*, vel hospitem apud alios, vel certo in loco *divertentem.* Sive Abstractum pro Concreto usurpari dixeris, per receptam apud Philologos *b*) regulam; sive ex idiotismo linguæ ebrææ, איש vel בעל supplendum statuas, cum plerisque Ebræorum Doctoribus *c*): aut post ἀνθρωποπάθειαν insuper Metonymiam effectus pro causa *d*) conceperis. Omnia enim eodem recident. Et ta-

 li-

v. 12. *s*) l. c. e. Præfat. f. 55. c. II, l. 2. *t*) l. c. l. 2. & 4. *u*) l. c. f. 19. c. III. l. 31. & 34. *x*) Sect. XII. f. 248. c. I, l. 35. sqq. *y*) in Pesikta rabb. f. 7. c. II, l. 10. sqq. *z*) Exod. XXIX, 46. *a*) Iohanni cap. XIV, 23. *b*) Conf. *B. Glassius*, Philolog. sacr. lib. III, tract. I. Can. 7. p. 25. sqq. *c*) juxta Interpr. mei §. 174. *d*) Vid. *B. Glassius* Rhetorica sacr. tract. I, cap. II, num. I. p. 1060. (vel p. 22, sqq. ut *salus pro Salvatore.*

li casu SCHECHINA cum METATORE prorsus coincidit, & hæc duo perfecta inter se constituunt Synonyma; nisi quod alterum sit ebræum & latinum alterum priore latius nonnunquam usurpatum. Quod enim *Metator* in *metato* seu hospitio vel diversorio, pro se aliisque adventuris hospitibus determinato, ipse quoque *commoretur* ac *divertat*; nemo facile vocabit in dubium. Hoc certe sensu in leg. IX. Cod. supra *e*) citata: qui *metata* in suis domibus præstant, dicuntur *hospitia prabere Metatoribus*.

§. LXX. In *Medrasch Echa rabbathi f*) Deum Ecclesia Iudaica his alloquitur verbis: *stante Templo, intra quod Tu descendebat de cælo excelso*, ומשרה שכינתך *habitare facient* SCHECHINAM *tuam*, h. e. METATOREM *etiam super me*. Ibidem in Numeros *g*) dicitur: *nullus locus in hac terra immunis est a* SCHECHINA. Ubi tn. utraque significatio locum invenire potest. *R. Ioseph Iekatilja h*) de SCHECHINA pronunciat, *quod fuerit* שׁוֹכֶנֶת *cum Israelitis perpetuo, ab hora constituti* המשכן *habitaculi*: & paulo post *i*), *quod fuerit* שכינה שרויה *locata in inferioribus*. Ut mox *k*) *Jehova benedicendus* שרוי *locatus in æquali medio, Superiorum ac inferiorum*. Et infinita occurrunt loca, ubi de SCHECHINA adhibetur שׁוֹרָה *l*) & chaldaice שְׁרְיָא *cohabitat m*) שָׁרְתָה *n*) שְׁרַת *o*) יִשְׁרֵי *p*), & interveniente Sancto benedicto, idem verbum in Pael *q*) vel Aphel *r*): cum quo verbo, ad effugiendam tautologiam, שכינה per *cohabitationem* reddi nequit; sed concretive per *cohabitantem* & *hospitem*.

§. LXXI. Quando *R. Moses Corduero s*) geminam voci שכינה significationem tribuit, usitatiorem, ut sit מְשַׁכֶּנֶת HABITARE FACIENS *in mundo in-*

*e*) Programmat. A. C. 1723. §. *Nihilominus*. *f*) Præf. cir. f. 55. c. 1. l. 27. 30. 31. *g*) Sect. XII. f. 248. c. I. 10. *h*) in *Schaare Ora* f. 61. b. I. 21. *i*) l. c. l. 25. *k*) l. 20. *l*) v. g. cod Schabb. f. 30. b. l. 25. 26. f. 92. a l. 33. *m*) in Targ. Num. V, 3. c. XVI, 3. Ps. LXXXII, 1. Raschi Comment. ad Gen. XLV, 27. Bechai ad Gen. XLVI, 27. f. 56. c. II. l. 1. 3. 4. 5. 7. 9. 18. &c. qui & ירדה *descendit*, de ead. adhibet f. 54. c. 4. l. 11. & alibi: utrumque in loco proxime e Bammidbar rab. Sect. XII. f. 248. c. I. l. 40. 42. ac ex Hiphil. in Bereschrabba Sect. XIX. f. 22. c. II. l. 17. sqq. & Bammidbar rab. Sect. XIII. f. 251. c. II. l. 18. sqq. *p*) Gen. IX, 27. *q*) Ps. LXXIV, 2. &c. *r*) Deut. XII, 11, Ier. VII, 12. &c. *s*) in *Pardes Rimmo-*

*inferior, omnem Emanationem supremam;* & minus usitatam ut sit LOCUS seu HOSPITIUM, *in quo commorentur* vel *divertant* alii. Prior exacte cum ממטור METATORE coincidit, in quantum non aliis modo determinat hospitia; sed ipse quoque eadem inhabitat: & posterior cum *metato*, quam respectu Dei Patris obtinet; cujus apud Cabbalistas nunc משכן *t*) σκηνὴ *u*) vel *tabernaculum* dicitur, nunc *palatium x*) nec non *Sanctuarium y*) atque *vestimentum z*). Quem ad modum vice versa justi dicuntur *a*) *suum sanctificare corpus, ut domus Sanctuarii atque Templum evadat, in cujus medio* SCHECHINA *commoretur, sanctum atque magnificum.* Quo respectu *ipsorum ipsorum opera, in quantum e corpore suo ædificant domum Sanctuarii, superant opus cælorum atque terræ,* h. e. *opera exercitus cælestis atque terrestris.* Quam formulam utriusque fœderis Scriptura approbat *b*): in qua SCHECHINA rursus METATOR introducitur, in corpore piorum *divertens.*

§. LXXII. Utriusque IV. *comparationem* officii, & V. *sublimitatem* METATORI tributam, Ebræorum verbis describemus alias; si quidem Deus benignissimus ulteriorem vitam, ac vires sufficientes clementissime concesserit.

§. LXXIII. Nunc angustia spatii exclusis plura non licet addere, nisi paternam ad *Cives dilectissimos* admonitionem, ut memores sint, juxta monitum Apostoli *c*) se *templum Dei* fore, quoniam *Dei spiritus eos inhabitat:* ne privent seipsos gratiosa Salvatoris promissione *d*), quod *Pater*


---

*monim,* Sect. XXIII. ערכי הכנויים cap. XXI. f. 168. col. 1. l. 40. sqq. *t*) Ibidem cap. XIII. f. 156. c. III. l. 36. 37. *Schaare Ora* f. 7. b. l. 25. 26. *u*) Apoc. XXI, 3. *x*) היכל *Schaare Ora* f. 7. b. l. 19. sqq. *y*) l. c. f. 6. b. l. 10. coll. Exod. XV, 17. 1. Cor. III, 16. 2. Cor. VI, 16. Eph. II, 21. *z*) *Pirke Eliefer* cap. III. f. 2. c. III. l. 24. coll. Pf. CIV. 2. & *Maimon. More Nebuch.* P. II. cap. XXVI. 1. Tim. VI, 16. *a*) in Nischmath Adam R. Aaron Samuelis fil. R. Mosis Schalom. cap. II, §. IV. f. 14. b. l. 20. sqq. 29. sqq. l. 36. sqq. *b*) Exod. XXV, 8. Lev. XXVI. 11. 12. ubi Onkelos & Jonathan conferri merentur, Ezech. XXXVII, 27. it. 1. Cor. III, 16. 17. c. cap. VI, 19. 2. Cor. VI, 16. Eph. II. 20. cap. III, 17. Ebr. III, 6. 1. Petr. II. v. 5. *c*) 1. Cor. III, 16. *d*) Joh.

*ter* ſuus, *ipſeque ad illos venturus ſit, cohabitationem* vel *manſionem apud eos facturi.* Qui non commorantur in homine peccati mancipio; niſi per ſeriam converſus fuerit pœnitentiam: qualem conantem ſuffulciunt *e*), *ad eumque* SCHECHINA *revertitur f*)

§. LXXIV. Cujus reditum declaraturi, gratos teſtabuntur animos erga Dei miniſtros, quotidie eosdem ad converſionem ſeriam devotis revocantes ſuſpiriis. P. P. primo feſti Pentecoſtalis die, qui in anno Orbis redemti MDCCXXIV. nunc incidit. XXVIII. Maji

XIV, 23. *e*) cod. *Schabb.* f. 104. a. l. 27. 28. *Joma* f. 38. b. l. pen. *Menach.* f. 29. b. l. 34. ſqq. *Avoda ſara* f. 55. a. l. 26. 27. *f*) *Tikkune Sohar* cap. XXII. f. 65. a. l. 17.



J. A. DANZII

# JOH. ANDR. DANZII
## PROGRAMMA
# DE PROMVLGATIONE EVANGELII HAVD OBSCVRIORE LEGALI
### IN ACTOR. II, 1. sqq.

INter diversas denominationes, quibus Scriptores Ecclesiæ Judaicæ, præter nomina in Sacris obvia, festum *Pentecostale* insigniunt, & ceu proprio quodam nomine aliis contradistinguunt, absque dubio eminet עצרת, &, sub inflexione chaldaica, עצרתא. Ejus ipse Josephus a) meminit; quamvis vim vocis non sit assecutus. Quando enim πεντηκοστὴν ait, Ἑβραῖοι ᾿ΑΣΑΡΘΑ καλοῦσι, σημαίνει δὲ τοῦτο πεντηκοστήν, videtur existimasse, a *numero* (ut addidit Sig. Gelenius) *septem septimanarum* præmissarum, hanc natam esse Ebræis denominationem. עצרתא scil. cum עשרתא confundit: quod tamen non *quinquaginta* denotat, sed *decem* saltem. Rectius alibi b) græco istam vim tribuit vocabulo.

Quoniam de ultimo festi Tabernaculorum die, qui Solemnitatem *claudit* ac *perficit*, idem עצרת vel ASARTHA in Sacris adhibetur c); *Pentecoste* autem Philoni d) ἑπτὰ ἑβδομάδων ἱερὸν ἀριθμὸν ᾿ΕΠΙΣΦΡΑΓΙΖΟΜΕΝΗ ἑπτὰ μονάδος recte dicatur, cui leges Ebræorum תשלומין non minus attribuant, quam Scenopegiis: opinabatur inde doctissimus Anglus, diu exoptatus Josephi editor, e) ASARTHA valere septem septimanarum *complementum* & ἐπισφράγισμα; quasi *clausulam* dixeris, *terminum*, *conclusionem*, *perfectionem*. Cum *limes* sit, & *meta* hebdomadum, inter Exodum famosum & *dationem legum*, inter primitias hordei potiorisque Cereris. Quo applicares verba R. Isaac Abuhab Hispani f), asserentis, primo *Quinquagenarii* istius die Israëlitis libertationem contigisse corporum, ultimo autem hoc animarum. Verum longius hæc & operose nimis sunt conquisita: falsa nituntur explicatione vocis תשלומין, quæ *compensationem* ibidem denotat, non *complementum:* &, quod maximum, non *quinquagesimo*, sed *septimo* Paschæ diei, in ipsa Scriptura g) nomen עצרת tribuitur.

Quapropter aliud quid movit Antiquitatem, ob quod nomen reliquarum etiam Solennitatum diei tributum ultimo, κατ᾽ ἐξοχὴν *Pentecosti* facerent proprium.



a) Antiquit. lib. III. c. 10. p. 93. & in Edit. Bernh. Oxon. p. 225. b) de Bel. Jud. lib. II. c. 2. κεφ. ε p. 778. Edit. Ox. c. 3. p. 103. c) Lev. 23. 36. Num. 29. 35. Neh. 8. 18. 2. Chr. 7. 9. d) de Septenario & Festis, c. VII. p. 1191. e) Notis ad Josephi Antiq. l. c. p. 224. b. f) in *Menorath hammaor* Part. V. cap. 1. f. 38. col. 3. med. g) Deut. 16, 8.

prium. Si ad *congregationem* hac voce alias h) significatam provocares; nihil haberet hæc festivitas præ aliis proprium. Cum in omnibus *conventus* contigerint. *Coërcitionem*, & *Regnum* sive *Imperium*, subjectos in officio *continens* & *constringens*, per עצרת notari; plura Scripturæ loca non sinunt nos dubitare i): ex quibus haud pauci etiam עצרת בוגדים k) *perfidorum* reddunt *Imperium* l). In sacro Codice quoties Solennitatibus tribuitur, ubivis ferme cum ליהוה conjungitur m): quod in *Jehovæ*, qui *Rex Regum* est, honorem *coërceri* debeant, & *concludi*; divino obtemperaturi mandato. Qui approbatum in Israëlitas *Imperium* obtinuisse dicitur, cum ex Ægypto egressi, ad montem Sinai consistentes, paulo ante promulgationem legis, interrogari, utrum Dei mandatis obtemperaturi sint? uno ore responderent: *quicquid dixerit Dominus, faciemus* n). Itemque Decalogo jam publicato, alacritatem obsequendi significaturi, executionem præmitterent auditioni, ingeminantes verba, *quicquid dixerit Dominus, FACIEMUS & AUDIEMUS* o). Dies promulgationis Decalogi erat veluti dies *Coronationis*, & *Homagii* solenniter præstiti p): in quo, ut loqui amant, *receperint* in se *jugum regni cælestis*, ejusque *coërcitioni* ac *Imperio* plene se subjecerint; recepti in Dei *peculium*, *Regnum sacerdotale*, ac *populum* Deo *mancipatum* q). Huc spectant verba memorati Hispani r), l. c. dicentis, solennitatem hanc in Lege quidem *festum* vocari *Septimanarum*, quia post septem Septimanas adimpletas celebretur: Majores autem ipsorum עצרת vocasse, *quia sit dies Obligationis seu constrictionis Dei cum populo suo Israel.* Raschi verba עצרת ליהוה illustrat per עצור עצמך *coërce* vel *cohibe* te ab ullo opere s). Et ipse Anglus supra memoratus, utut fluctuans, propius tamen accedit, asserendo t), nomen ASARTHA peculiaris observantiæ, a reliquis Regalium in *Pentecosten* translatum; quod *memoriam* hæc *reduceret Legis* olim *de Sina* magna cum religione & solennitate, cum RESTRICTIONIBUS SEVERIS, rituque gravissimo בעצרת, ad universam Hebræorum *σύναξιν* עצרת dictam, *promulgatæ*.

Quæ de *συνάξει* s. *Cœtu* superaddit, huc non spectant; nisi *coactum* concipias. *Coactionem* autem, voce עצרת *Pentecosti* tributa, antiquitus fuisse intellectam, etiam Cabbalistarum evincunt documenta. Autor celeberrimi libri

h) Num. 19, 36. 2. Reg. 10, 20. Jes. 1. 13. Joel. 1. 14. i) Vid. 1. Sam. 9. 17. 2. Chr. 14. 10. Jud 13. 15. c. 18. 7. k) Jer. 5. 9. l) Vid. *Kimch.* Comment. in l. c. Phil *Aquinat.* in המערכות מעריך p. 408. b. m) Conf. tamen Cod. *Pesach.* f. 68 b. l. 25. n) Exod. 19. 8. o) Exod. 24 7. conf. Cod. *Schabb.* f. 88. a. l. 27. seqq. p) Vid. *R. Sal.* Comment. ad Cant. III. v. 11. *Sohar* Part. III. Sect. אמור f. 41. col. 1. l. 23. 24 col. 2. l. 56. c. 3 l 27. 20. sqq. f. 42 c. 1. l. 50. sqq. Conf. Part. I. f. 7. c 1. 7. 8. q) Secundum dicta Exod. 19. v. 5, 6 Deut 7. v. 6. r) Part. V. cap. I. init. p. 38. c. 2. s) Comment. ad Deut. 16. v. 8. t) in

bri רעיא מהימנא u), *quid* inquit, *denotat* עצרת? *ſenſum ejus mutues ex illo* 1. Sam. IX, 17. *hic ipſe* יעצור COERCEBIT, ſ. Rex erit *in populo meo: nil aliud ergo* עצר indicat, *quam Regnum*, ſeu COERCITIONEM. Clarius adhuc *Sobar* ipſe, R. Simeoni b. Jochai ſub Adriano florenti adſcriptus x), *quid* ait, *eſt* עצרת? *niſi ubicunque omnes* OBSTRICTI *ſunt invicem*, vel alter alteri; *quaſi ſubſtantiarum* ſ. perſonarum foret *conſtrictio*. Quam *mutuam obligationem* diceres, qua Rex ſubditis, & hi Regi *conſtringuntur*. Alibi y) per *coactionem* interpretatur; ſignificatione mutuata ex Gen. XX, 18. quia עצור עצר *conſtringendo conſtrinxerat* Dominus. Cui eatenus pollicem premit laudatus modo *Paſtor fidelis* z) quatenus *coërcere* putat *pravam concupiſcentiam*, Lege tunc *lata* continuo ante oculos obverſante.

Hanc genuinam cauſam fore inſtitutæ hujus Solennitatis, convenientique exprimendæ nomine, *Tempus* celebritatis ſuſcipiendæ indicat: tenor item Liturgiæ in feſto obſervandæ, certæque Leges Judæis in Minhagim ea de re præſcriptæ: nec minus univerſalis Eccleſiæ Judaicæ ubique terrarum diſperſæ conſenſus, a Patribus primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ, ipſoque etiam Macriſio Scriptore Arabe approbatus: quin ipſa Scripturæ litera decenter explicata: ac appellationes eodem valore iſti reſpondentes.

*Quinquageſimus* determinatur dies a craſtino feſti Paſcha, ſeu manipuli hordeorum oblati a), qui erat decimus ſextus menſis primi, *Niſan* dicti: atque adeo *quinquageſimus in ſextum* incidit *menſis tertii Sivan*, quo peracta fuit ſolennis Decalogi promulgatio. Quod enim primo menſis tertii die Iſraëlitæ ex Ægypto egreſſi, & tunc de celebrandis feſtis quotannis redeuntibus nondum edocti, in deſertum Sinai pervenerint, claris docetur verbis b). *In novilunio tertio exitus filiorum Iſraël e terra Ægypti, in eo ipſo die venerunt in deſertum Sinai.* Et hoc ipſo Moſes in montem adſcendiſſe dicitur c), altero poſt die deſcendens ad populum, Dei voluntatem manifeſtaturus ipſis d), ad explorandam ipſorum mentem, an Dei Imperium recepturi ſint, nec ne? Qua cognita, tertio abhinc die ad Deum rediit e): qui juſſit, ut populum præpararet, ad Legem tertio deinceps die recipiendam f). Cujus adeo promulgatio neceſſario in

 diem

Notis ad Joſeph. Antiq. l. c. p. 225. u) ad *Sohar*, Sect. פנחס Part. III. f. 256. b. vel Edit. *Sulzb.* f. 105. c. 3. l. 48 ſqq. x) Part. III. Sect. אמור f. 41. c. 3. l. 32. ſqq. y) Sect. בלק Part. III. f. 79. c. 3. l. 51. z) Ad *Sohar* l. c. f. 41. c. 4. l. 29 30. a) Lev. 23. 15. Deut. 16. 9. Auguſtinus ſupputationem non ſatis commode inſtituit: quem plures ſequuntur alii. b) Exod. 19. 1. c) l. c. verſ. 3. ſqq. d) l. c. v. 7. e) l. c. v. 8. f) Quem

diem sextum mensis tertii Sivan incidit, qui quinquagesimus erat ab exitu ipsorum ex Ægypto. Karaei dies LI. numerantes, in principio numerandi aberrant, ab ipso festo incipientes; cum postridie festi auspicari jubeat Scriptura Lev. XXIII, 15.

Quod movit Israëlitarum Majores, *Esram* (ex mente ipsorum), atque ipsius Collegas g); ut in omnibus ferme *Principibus* hoc festo recitandis, præscriberent verba, *dedisti nobis diem festi Septimanarum hunc, ceu tempus Legis solenniter nobis promulgatæ* h) Et si quas conciones habent; omnes de laude *Legis, & Decalogi hoc die publicati* agunt; vel de prærogativa, qua ob *Legem receptam* Judæi polleant, præ aliis mundi nationibus. Herbas insuper virides per plateas publicas, privatasque ædes, inprimis autem Synagogas, spargunt: easque frondibus ornant virentibus, rosis, aliisque floribus tunc luxuriantibus. Non alio fine, quam ut memoriam revocent omnibus, quod pecude ex opposito montis Sinai, *cum Lex promulgaretur,* i) pascua herbis arboribusque vigentibus tunc temporis læto vultu germinarint ubique.

Et hac ipsa doctrina jam olim viguit inter Ebræos pariter, ac Christianos. *R. Asarias* k), *ab hora* inquit, *qua ex Ægypto exierant Israelitæ, donec legem acciperent,* QVINQVAGINTA *intercedunt dies. Quando autem acceperunt eam? in mense tertio sui exitus.* In Cod. Schabbath l) tradit totus Doctorum chorus, *die sexto* mensis hujus (Sivan) *data sunt decem Verba Israelitis. Raba dixerat, totum mundum in eo consentire; quod in principio mensis istius in desertum Sinai venerint:* ob verba Exod. XIX, 1. cum c. XII, 2. collata. Et quod *totus mundus etiam in eo consentiat, Legem in Sabbatho Israelitis fuisse traditam.* Quæ autor Seder Olam, libri antiquissimi m), combinavit verbis: *totis quinque diebus Moses ad montis verticem ascendebat, rursusque descendebat, ut populo Dei oracula declararet, & responsa populi Domino renunciaret. Sexto die mensis tertii, tradita sunt illis decem Verba: qui dies erat Sabbathi.* Alibi n), *R. Jose Galilæus opinatur, ut Doctor primus, qui statuit, in die sexto mensis istius datam fuisse Legem.* Id quod ceu dogma Misch-

supputandi modum iisdem pene verbis invenies in *Chaffekuni* ad l. c. nec non *Abrab.* Comment. l. c. f. 168. c. 4. l. 12. sqq Edit. Ven. Conf. etiam *Joh.* *Meier* Annotat. ad Seder Olam, c. V. p. 325. g) Vid. Maim. Hilc. ברכות c. I. § 5. h) Vid. *lib. Precum.* f. 80 b. post med. f. 81. b. l. antep. *Maim.* Seder Tephilla, in formula *Intermediarum.* Et ipse *Aaron f. Elia* Karaita l. c. c. X. f. 84. a. l. 3. sqq observat, quod *Preces hoc die fundendas* ordinarint *in causa Promulgationis Legis.* i) Vid Exod. 34. 3. k) In *Rabboth* Cant. II. 3. f. 14. c. 2. l. 32. sqq. l) cap. IX. f. 86. b. l. 23. sqq. Unde affert etiam *Jalkut* Simoni ad Exod. XIX, §. 278. f. 79. c. 2. circa fin. m) Rabba scil. cap. V. circa finem. n) Cod.

Miſchnicum repetitur in Cod. *Taanith* o), *die ſexto iſtius menſis datus eſt Decalogus*. Nimis argute autem illud *Reſch Lakiſch*, *ex* הששי (ſextus ille Gen. I, 31. *eruit*, ob Articulum voci additum; a R. Salomone nihilo ſecius approbatus. Quod de ſexto die menſis tertii, ſeu *quinquagiſimo* ab exitu ex Ægypto hi referunt; id ipſum ad *Pentecoſten* applicat Theoretus p); & Ebræi ad עצרת ſeu ASARTHA in limine memoratum. *R. Elaſar* q), *omnes* inquit, *conſentiunt de ASARTHA* vel *Penetcoſtis* feſto; quod aliquid indulgendum ſit hominum genio; *quia* DIES *eſt*, IN QVO LEX FVIT PROMVLGATA. Unde & ibidem dicitur quidem Rabbinæ filius per integrum jejunaſſe annum, exceptis ASARTHA r) Purim, ac Expiationum veſpera: *in* ASARTHA quidem, *quia* DIES EST PROMVLGATÆ LEGIS. Macriſius a Bernhardo s) allegatus, Judæos ſua ætate feſtum אלעצרת AL-ASARTHA peregiſſe tradit, *in memoriam concionis Sinaæ, quando Hebræis jus dictabat Optimus Maximus*. Etiam *Auguſtinus*, utut immiſſionem falcis in meſſem t) ceu terminum a quo, non ſatis perceperit; computationem tamen dierum *Quinquaginta*, divinitus mandatam u) recte ad *diem datæ Legis in Sina* protrahit x): quo ipſo in veritate N. T. *Spiritus* S. *datus ſit* de *altiſſimis* y). Quam comparationem diei *quinquageſimi* a celebratione Paſchæ; *quo Moſes legem acceperit*; & *quo Spiritus* S. *corda impleverit fidelium*, etiam alibi z) inſtituit: Niſi quod *in mirabili hac congruentia, illud certe plurimum diſcere*, addat, *quod ibi populus accedere ad locum ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos ſupervenit Spiritus* S. *qui Eum promiſſam expectantes in unum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus ſit; hic in cordibus humanis. Ibi lex extrinſecus poſita, qua injuſti terrerentur; hic intrinſecus data, qua juſtificarentur*.

Nec alieni ſunt ab hac ſententia ipſimet Caballiſticæ Theologiæ Doctores. Autor antiquiſſimi libri *Raaja Mehemna* a), *Iſraelitæ* inquit, *ex Ægypto egreſſi, eluctabantur contaminationem* Ægyptiacam, *ac Paſcha peragebant, ad menſam Patris ſui comedentes. Ab iſto tempore & ulterius numerare debebant, ut uxor ſuo acceſſura marito, quinquaginta dies Purificationis, ad* ACCIPIENDAM LEGEM; *quo uxor ſuo appropinquaret marito*. Paulo inferius b), *in feſto* ait, *Septimanarum, quod eſt* PROMVLGATIONIS LEGIS, *quo data ſunt duabus* inſculpta *tabulis Legis, offerre debent duos panes* c): *cum illa pabulum contineant, de quo dicitur* Prov. XI, 5.

 *agite*

*Joma* f. 4. b. l. 13. o) fol. 28. b. l. 24. p) Quæſt. XXXIII. in Levit. p. m. 136. q) in Cod. *Peſach.* ad c. VI. th. 2. f. 68. b. l. 25. ſeq. r) Vid. *Joſ. Scalig.* de Emendatione Tempor. p. 697. s) ad Joſephi l. c. p. 223. med t) de qua Deut. 16. 9. u) l. c. & Lev. 23. 15. x) Quæſt. ſuper Deut. nr. XXV. tom. IV Op. p. 190. y) Ibid. Quæſt. ſuper Exod. lib. II. nr. LXX. p 103. z) de piritu & litera ad Marcellinum c. XVI. tom. III. Op. p. m. 581. a) ad *Sohar* Part. III. f. 41. c. 4. l. 11. ſq. b) l. c. l. 61. ſqq. c) De quibus vid. Lev. 23. 27.

*agite, comedite panem meum.* In *Sohar* ipſo legimus d) *Cum impletæ fuiſſent ſeptem hebdomadæ, veniebat Rex ſanctus, ut copularetur cum Eccleſia Iſraelis*, LEGE DATA. *Quo ipſo coronabatur Monarcha, Unitate abſolutiſſima: ut inveniretur Unus ſuperne, & Unus inferne.* Quibusd. interjectis e) *Jacobum* inquit, *virum integerrimum perdere volebat Laban Syrus; ſed ſanctus ille benedictus liberabat eum. Unde coronatus fui ab ejus filiis, ſicut ſtatuimus, propter arborem illam* (vitæ, quæ Lex eſt), *a qua omne vinculum Fidei dependet.* Paulo poſt f), *Qua* autem pergit, *hora Rex ille ſanctus inveniebatur in corona ſua, lætitia erat Eccleſiæ Judaicæ: & cum* LEX PROMVLGARETVR, *coronabatur etiam Iſrael coronis ſupremis.*

Equidem non deſunt ex utraque Eccleſia, qui putant, Pentecoſten V. T. non in memoriam Decalogi, die quinquageſimo promulgati, fuiſſe inſtitutam; quod Scriptura diſertis verbis nuſpiam aſſerat g): ſed ut vel *memoriam* refricet *introitus in terram* promiſſam, ubi ſerere potuerint & metere h). Vel ut, *ob meſſem triticeam*, occaſio præbeatur hominibus, laudes dicendi Deo, qui panem omni carni præbeat. Alii in *ſeptenario* numero ſubſidium quærunt: e quibus ipſe Theologus per excellentiam ita dictus i); qui nimium quantum in eo ſibi gratulatur. *Abuhab* Hiſpanus non ſpernit quidem hoc fundamentum; ita tamen accommodat, ut negari prorſus non poſſit, Scripturam (ſubobſcure ſaltem) *memoriam intendiſſe* LEGIS *primum* LATÆ. Quam obſcuritatem excuſares ingenua Talmudiſtarum confeſſione, qua profitentur, *jura Sabbathi ac feſtivitatum, fore inſtar montium*, maxima mole *a pilo dependentium: quippe quæ e tenui Scripturæ fundamento in prolixas excreverint Deciſiones* k).

Ita autem poſt prolixum de *Septenario* numero diſcurſum, tandem ſubjicit: Quemadmodum *septies ſeptem annis* præterlapſis, quinquageſimus, qui Jubilæus erat, libertatem conferebat corporis ſervorum, atque fundis, ita *ſepties ſeptem diebus* a poſtridie Paſchæ conſummatis, cujus prima libertatis corporalis e ſervitute Ægyptiaca initium extiterat; quinquageſimus ſolennitati dicatus, ceu *LATÆ LEGIS dies*, primus erat manumiſſionis ac libertatis ſpiritualis Iſraëlitarum: qui antea ſine Lege, ſervi fuerint, ſuis ſervientes

Cod. *Menach.* c. XI. th. 1. IV. th. 3. *Maim.* H. Muſaph. c. VIII. §. 2. ſqq. סמ״ג H. Muſaph. nr. 202. f. 120. col. 2. d) l. c. f. 41. col. 2. l. 54. ſqq. e) l. c. col. 3. l. 20. ſqq. f) l. c. l. 20. ſqq. g) *Iſaac Abrab.* Comment. ad Lev. XXIII. Quæſt. 17. f. 261. c. 2. med. (& deinceps *Solutione* quæſt. ad l. c. verſ. 21. f. 262. c. 3. l. 31. ſqq. *R. Iſaac. Abuhab.* Menorath hammaor, Part. V. cap. 1. f. 28. c. 2 Et e Karræis *Aaron* f. *Elia* libr. Præcept. de feſto *Septiman.* cap. X. init. f. 83. b. h) Ut *Theodoretus* putat, Quæſt. 32. in Levit. p. 136. i) *Gregorius* ſc. *Nazianz.* Orat. XLIV. p. m. 706. k) Cod. *Chagiga* c. I. f. 8.

vientes cupiditatibus carnis, & juxta easdem viventes. Eodem intendit Parabola a Buxtorfio *l*) allata, de Rege, qui Principi libertatem submisse oranti, ad certum hebdomadum numerum eandem promiserit, cum filia isti tunc elocanda. Ita DEum cum Israëlitis sese gessisse: quos in Ægyptiaca servitute detentos compellarit, brachio Vos extenso inde educam, & septem a Pascha hebdomatibus numeratis, *tum vobis* etiam *filiam* meam *dilectissimam*, *LEGEM* sc. *sacrosanctam* in uxorem *DABO*, certissimum plenissimæ libertatis documentum. Magnus ille *Maimonides* m) eo ipso loco, ubi in caussis & rationibus Præceptorum reddendis occupatur, *Festum* inquit, *Septimanarum est DIES ille*, *QVO LEX DATA fuit. Ad cujus honorem pertinet, quod dies a præcedenti solenni festo* Paschæ *ad illum usque diem numerantur: quemadmodum quis optimum ac fidelissimum amicorum expectans, dies & horas numerare solet. Et hæc causa est numerationis a manipulo*, seu *die, quo egressi eramus ex Ægypto, usque ad diem PROMVLGATIONIS LEGIS: quæ præcipua fuit causa & finis Exitus ipsorum. Prout ipse dicit* n), *ut adducerem vos ad me;* accepturos scil. (ut verba hæc interpretatur R. Akiva o) ante montem Sinai Legem, in die promulgationis. *Quia vero* (pergit Maimon.), *Visio illa magna non nisi unum diem celebratur.*

Autor libri *Sohar* p), qui Ecclesiam Judaicam in Ægypto Idolis servientem mulieri confert menstruatæ, quæ a momento purificationis *septem* numerare jubetur dies q), antequam die sequenti in consortium ruat mariti, arbitratur, in honorem Sponsi Regis Regum cedere, quod *septenarius* iste *septies* fuerit numerandus, antequam exutis Ægyptiorum pollutionibus plenissime purgarentur, & die demum *septem hebdomadas* sequenti, DEO nuberent Sponso suo. Qui ceu Rex sanctus copulari cum illis noluerit, nisi *septem septimanis* integris perfecte adimpletis; cum LEX altero post die PROMVLGARETVR r). Paulo ante s) pluribus inculcat, Israëlitis per exitum ex Ægypto nondum plenam cessisse libertatem, donec LEGEM acceperint PROMVLGATAM, atque ita *coronati* fuerint *Sponsus atque Sponsa* suis *coronis*, & homo seipsum ostendere potuerit *libertati* plene donatum.

Omnes

l) in *Synagog. Jud.* c. 20. p. 441. e *Minhagim* R. Isaac Tirna. m) in *More Nebuchim* Part. III. c. 43. f. 163. a. Vid. Versionem Buxt. latinam p. 471. n) Exod. 19. 4. o) in *Mechilta* f. 24. c. 1. l. 5. Edit. Ven. p) Part. III. Sect. אמור ad Lev. 23. 15. f. 42. e. 1. l. 15. sqq. Edit. Sulzb. q) Lev. 15. 28. r) Conf. idem l. c. f. 41. col. 2. l. 54. sqq. it. *Raaja Mehemna* ad l. c. f. 41. col. 4. l. 8. sqq. supr. p. 741. Quin ipse Karaita *Aaron f. Eliahu* approbat *Septenarium* purificationi definitum, in ספר המצות de festo *Septimanarum* c. X. f. 84. a. l. 10. sqq.

Omnes in eo conveniunt, quod tum demum vere liberi evaserint Judæi; cum LEGE in se RECEPTA, peculiari modo *Dei subjecti* sint *Imperio*, ac *Coërcitioni* de Sina manifestatæ. Quam *libertatem* inde *acquisitam* tam firmiter sibi impresserunt, ut & hinc eam eliciant, ubi pauci invenirent. Exod. XXXII, 16. non placet illis in voce חָרוּת significatio *insculpti* competens; sed, voce per חֵירוּת lecta, *libertatem* concipiunt: quam R. Jehuda *ab omnibus mundi Imperiis* intelligit, & R. Nehemia *ab* ipso *mortis Angelo* t). Etiam Paulus eos vere liberos pronunciat, qui e peccatorum servitute elapsi, Deo mancipentur, justitiæ servientes u).

Quo prolixe præsupposito, temere accusabitur Scriptura de omissa ratione *Pentecostis*, *ob* PROMVLGATIONEM LEGIS celebrandæ. Non uno id loco innuit. Præter tactum Maimonidi ac Akivæ, haud obscure idem significatur verbis x): *recordaberis enim, quod servus fueris in Ægypto; ideo custodias & facias hæc ipsa Statuta.* Utpote per quæ vere in libertatem vindicatus es plenissimam. Alia, quibus dissentientes nituntur, Scripturæ loca, non *quare?* sed *quomodo?* festi celebrari rite debeat, pluribus edocent. Ob sola alimenta sibi præstita, nullibi leguntur Solennitates institutæ, quotannis redeuntes. Messis *auspicium* Paschati incidenter inseritur, per offerendum Hordei manipulum; ejusque *terminus*, frugibus collectis, Tabernaculorum solennitati: aliis ubivis causis, ob quas festa instituuntur, prævalentibus. Et, si propter alimenta corporis obligati sint ad gratias Deo solenniter, festo indicto, agendas; quanto majori jure indicendum fuit *ob animæ pabulum*, eaque præstita alimenta, quibus nutriti, æternum victuri erant y)?

Ut autem eo minus de hac ratione quisquam dubitet, omnem hæsitationem tollent appellationes aliæ, eidem festo *Pentecostis* æquali impositæ valore. Inter quas præcipue eminet יום מתן תורה i. e. DIES PROMVLGATIONIS DECALOGI z): quocum coincidit זמנא דאורייתא *tempus* LEGIS DATÆ a), nec non שבחא דאורייתא *laus legis* b). Alibi c) vocatur *dies Copulationis*, Ecclesiæ scil. Israëlitarum cum Sponso, Deo benedicto: nonnunquam חג הכנסה תחת כנפי שכינה festum *Receptionis* Israëlitarum *sub alas Majestatis divinæ*, d)

s) l. c. f. 41. c. 1. l. 19. sqq. l. 42. sqq. t) in *Schemoth rabba*, Sect. 32. init. f. 150. c. 2. l. 15. sqq. u) Rom. VI. v. 12. sqq. v. 18. 22. coll. Joh. 8. v. 36. x) Deut. XVI. 12. y) juxta Lev. 18. 5. conf. *Rabba Mehemna* ad *Sohar* Part. III. f. 41. c. 4. circ. fin. cujus verba supr. p. 741. z) Vid. *R. Isaac. Abuhab* l. c. cap. I. non procul. ab initio, f. 38. c. 2. l. 9. fin. *Maim* Seder תפלה, נוסח כל ברכות האמצעיות ant. med, Minhagim ll. cc. a) *Sohar* III. f. 41. c. 2. l. 58. b) l. c. l. 15. c) Part. I. f. 6. c. 4. l. 51. ubi in textu ipso per שבועות, *Septimanarum* festum explicatur. d) in Cod. *Jebammoth*,

*divinæ* d); vel זיווג כנסת ישראל עם בעלה *Unionis Eccleſiæ cum Sponſo ſuo* e): & haud raro *Dies Coronationis Regis ſancti, ac Reginæ*, Eccleſiæ Iſraëliticæ f). Epulum quoque hoc feſto inſtitutum, dici conſuevit שמחת התורה h. e *lætitia ob* LEGEM PVBLICATAM inſtituenda g). In quo conſentit omnis Judæorum Antiquitas: eoque ipſo abunde declarat, Solennitatem hanc in memoriam LEGIS eod. die PROMVLGATÆ fuiſſe inſtitutam. Ob quam quilibet ipſorum ingenti perfrui debeat lætitia h.)

De hac vero *Legis promulgatione* mirum in modum exultant Judæi. Summa quippe peracta legitur ſolennitate, Deo legislatore ipſo in monte altisſimo apparente, & multis hominum myriadibus ad radices montis conſiſtentibus: qui non modo ignem e nube denſisſima emicantem ſuis videbant oculis i); ſed & ſingula Legislatoris verba, e nube ignea legem promulgantis, diſtincte ſuis percipiebant auribus *k*). Idque tam clare & evidenter, ut de divina ejus origine nemo quantumvis pervicacisſimus ulla veri ſpecie, unquam dubitare potuerit: utpote ſenſuum etiam externorum aſſenſu facillime convincendus. Quapropter ſimilem urgent novæ promulgationem doctrinæ, quoties ad conflictum cum Chriſtianis ſe præparant.

Non tantum autor veteris *Nizzachon l*), *Legem* inquit, *noſtram, quam dedit nobis miniſterio Moſis Deus inter fulgura & tonitrua, in conſpectu cujuslibet viventis, non reliquemus, deſerturi propter Legem veſtram, traditam vobis clanculum, & in ſecreto; citra ullius hominis notitiam, præter gentem de familia Jeſu exiguam.* Sed hodienum quoque ad unum omnes, ſicubi in arenam cum Chriſtianis deſcendunt, de veritate Religionis diſputaturi, hoc ipſum ante omnia poſtulant; ut, antequam manum conferant, parem ipſis oſtendamus *doctrinæ Evangelicæ promulgationem*: vel æque ſolennem, vel æque ſaltem certam de divina ſua Origine, pluribus præſentibus ſufficienter demonſtrata.

Verum non eſt, ut glorietur nimium Gens obcœcata, noſtræque calumniis impetat doctrinæ originem. Nec Chriſtus Propheta per Moſen ad au-

Bbb bb diendum

e) in Sohar ll. cc. frequentisſime f) Ibid. it. Sect. ראשית f. 6. c. 4. circ. fin. Vid. ſupr. p. 738. ad p. g) *Sohar* Part III. f. 105. c. 3. l. 50. ſqq. f. 41. c. 3. l. 37. h) Conf. Cod. *Peſach.* ad cap. VI. th. 2. f. 68. b. l. 25. ſqq. i) Exod. 20. 15. 19. Deut. 4. v. 9. 35. 36. coll. c. 5. v. 21. 23. 33. k) Deut. 10. 12. 33. 36. cap. V. 4. 19. 20. 21. Conf. *Mechilta* ad Exod. 19. 9. f. 24. c. 2. l. 26. ſqq. *Abrab.* f. 169. c. 3. l. 38. *Rabboth* ad Cant. I. 2. f. 4. col. 4. *Philo* de Decalogo p. 748. it. p. 750. D. l) Apud. *VVagenſeil* Tel. Ign. Sat. p. 256.

diendum prædictus m), in latebris aut secessu ab hominum confluxu remoto inauguratus fuit; sed voce cœlitus delapsa satis solenniter circumfusæ in utraque fluminis ripa multitudini commendatus n): nec Apostolis, eodem in coelos sublato, ad docendum subordinatis Spiritus S. in occulto superfunditur; sed in conspectu numerosissimæ honestorum virorum congregationis o). De isto alibi: de his præsentis Festi agit solennitas. Si tonitru horrendum exceperis, quod deprecabantur Judæi ad publicationem Legis præsentes p); nihil ibi invenies, cui non paria in Apostolis ad docendum inauguratis respondeant.

Quod dies utrinque idem fuerit, *quinquagesimus* sc. post crastinum Paschatis; ex dictis abunde constat. Nec a vero aberrabit, qui in eundem quoque hebdomadis diem, *septimum* scil. qui Sabbathum constituit, ex recepta Pharisæorum sententia superius declarata, etiam locaret publicationem Evangelicam. Mira profecto divinæ providentiæ directione: utut Scaligero, multisque aliis, inani præjudicio abreptis, displiceat q). Si vero *primam* hebdomadis diem præferre quis velit; inveniet forte & hic inter ipsosmet Pharisæos, quoad primam Decalogi promulgationem suffragantes, licet pauciores r). Ex Sadducæis s) autem modernisque Karæis t), omnes pro se allegare poterit. Cum non primæ saltem *Legis promulgationi* primam hebdomadis diem, quæ Christianis est *Dominica*, tribuant: sed in ea Pentecosten cujuscunque anni celebrandam, pertinacissime contendant.

Quod illis erat mons Sinai ignibus fumigans u), nobis est ὑπερῷον illud, seu coenaculum in superiori ædium parte prominens x). Sive Marci illud fuerit consobrini Barnabæ, quo Petrus e carcere liberatus se conferebat y); sive alterius

m) Deut. XVIII. 15. sqq. n) Vid. Matth. III. 16. 17. Marc. I. 14. sqq. Luc. III. v. 21. sqq. o) Act. II. v. 1. sqq. p) Exod. XX. v. 16. Deut. V. v. 20. sqq. q) Prolegom. in *Emendat. Temp.* p. 17. r) *R. Josen* sc. *Galilæum*, & *R. Akibam*; si quidem promulgationem in VII. mensis *Sivan* rejiciunt, ut videtur e Cod. *Joma* f. 4. b. l. 13. sqq. & l. 17. *Schabb.* f. 86. b. l. 24. *Taanith* f. 28. b. l. 25. s) Vid. Cod. *Chagiga*, c. II. th. 4. & *Rasch.* ac *Bartenur.* ad eandem: it. Cod. *Menachoth* c. X. th. 3. collatis Intt. Examen controversiæ hujus Vid. in Gem. *Menach.* f. 65. circ. fin. *Cosri* lib. III. c. 41. med. f. 175. a. b. Edit. Ebr. Venetæ; lat. vero Buxt. p. 217. sqq. *Abrab.* ad Lev. 23. f. 262. c. 1. l. 37. sqq. t) De quibus Vid. *Aaron b. Eliahu* in ספר המצות MScto, Hilc. חג שבעות c. I. & sqq. ubi in eo defendendo est prolixissimus; nec non in כתר תורה, Sect. אמור ad Lev. 23. 15. u) Vid. Exod. XIX. 16. 18. 19. c. XX. 15. x) Act. II. 1. coll. c. I. 13. y) Act. XII. 12. sqq.

terius cujusdam z). In montem Zion multi id collocant, non procul ab arce Davidis: atque adeo in loco ſatis edito, qui conſpici potuit a multis hominum millibus.

Sicuti in montem Sinai Deus deſcendiſſe legitur in denſa nube, voce tonitruum fulgurisque horribiliter reſonante, totoque monte trepidante, omnibus ad radicem montis conſiſtentibus in ſtuporem abreptis a). Ita hic *ſonitus venti vehementiſſimi*, qui totam replevit domum, ubi Chriſto adhærentis conſederant b), ſuo ſtridore non modo congregato ibi ad devotionem excitabat: ſed continuato fragore vehementiori omnes urbis incolas, advenasque Feſti cauſa tunc ibidem commorantes, per omnes hinc inde diſperſos plateas, excitabat; ut undique ad rem novam & inſolitam cognoſcendam concurrerent, in coenaculum illud oculos animumque conjicientes c); cognituri, quid eventurum ibi ſit prodigioſum.

Fuerint circa radices montis Sinai ſexaginta hominum myriades d). Etiam hinc conveniſſe dicuntur, præter eos, qui vel conſtanter ibi habitabant, vel, vi legis *), è tota Palæſtina ad feſtum eo ſe contulerant, viri probi ex omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, nationibus e). Qui & eo dicuntur concurriſſe attoniti f); ad audiendum videndumque, quid ibi ageretur. Quanta iſtorum copia fuerit, ea indicant, quæ de tribus millibus una concione converſis, & eodem baptizatis die, recenſentur g). Cum plerique iſtorum prodigia iſta irriſerint, & divino repletos Spiritu, impie dixerint muſto madidos h).

Vice ignis, & tædarum in Sinai ardentium i), vel fulguris loco alibi k) nominati, hic ardebant *διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς*, ſingulis fidelium ſuperſedentes l). Quæ formam præbebant ignis e loco concluſo, & modice ſubito aperto erumpentis, & lingvarum inſtar emicantis: nihil tamen vicinorum, neque de conclavi ulla in re lædebant. Quam divinam virtutem temere enervare ſatagit impia Judæorum ſchola, ſimile ferme exemplum ſupponendo m), quod in ædibus Magnatis cujusdam Jeruſolymitani contigiſſe, fingunt. Qui ad actum Circumciſionis in filio *Abba* peractæ, inter cæteros urbis Proceres convivio adhibitos, etiam R. Elieſarem & R. Joſuam invitarit,

 pecu-

z) Conf. *Alexand.* in vita Barnabæ, & *Cornel.* a Lap. ad Act. I. 13. a) Exod. XIX, v. 16, 18. c. XX. 15. 18. b) Act. II. 2. c) Conf. *Oecumenius*, Chryſoſtomum ſecutus, ad l. c. d) Quod ex Ægypto egreſſi leguntur, Exod. XII. v. 37. *) Vid. Exod. 23. 14. cap. XXXIV. 23. 24 Deut. RVI. 16. e) Act. II. v. 5. 6. f) l. c. v. 6. 12. g) l. c. v. 41. h) l. c. v. 13. i) Exod. XX. 15. k) Exod. XIX. 16. conf. Jeſ. 66. 15. 16. Pſ. 29. 7. l) Act. II. 3. m) in Jeruſ. cod. *Chagiga* f. 77. c. 2. l. 33. ſqq. coll. Bab. *Chagig.* f. 17. a. in Toſaphot.

peculiari locatos conclavi. Ubi poſt calices patinasque evacuatas, reliquis ſeorſim ſaltantibus, Doctores in tanto ardore de omnibus Scripturæ partibus diſſeruerint, ut ignis de cœlo decidens, undique eos irradiaret. Quo pater Abbæ anxius de ædium incendio commotus exclamarit, numquid optimi Doctores! veniſtis, ut domum ſuper me comburatis? Qui excuſaverint factum, exemplo primæ Legis promulgationis in Sinai peractæ: quæ non niſi per ignem tradita ſit, ſecundum illa, *mons ardebat igne* n) Remotis teſtibus hæc finguntur peracta: atque adeo ſuſpecta ſunt. Nobiscum teſtium numerus erat infinitus, qui Ignem videbant omnes o).

Loco *Legislatoris* in denſa caligine p) ibidem, ſub nulla tamen ſpecie q), ſe ſiſtentis, Oracula edituri; hic nobiscum in lingvis inſtar ignis micantibus, præſentem ſe declarabat Spiritus S. r): qui una cum Patre & filio, unum Deum ſupremum, in eſſentia conſtituit indivulſa; Apoſtolis ſua ſuggerens Apophthegmata *).

De verbis ore Dei in monte Sinai pronunciatis enarrant Antiquitatum Scriptores s), quod quælibet vox in LXX. lingvis, pro numero Orbis gentium, ſonuerit, & ab unaquaque Gente in lingua ſibi vernacula, audita & intellecta fuerit. Quod ineptum quidem, & falſa, aut incertæ ſaltem, ſuperſtructum hypotheſi, quaſi Deum tunc loquentem, ſummo inducto ſilentio, quod ne aviculæ quidem turbare debuerit ſibilus t), totus terrarum Orbis audiverit u); &, repudiatis Legibus, de Mundo per ignem conflagrando fuerit ſolicitus x). In Apoſtolis autem revera aliquid hic deprehenditur ſimile. Hos ipſos enim quisque diverſiſſimarum Gentium eadem audiebat dialecto loquentes, qua natus fuerat y). Nec pauci Doctorum primitivæ Eccleſiæ, eam fovent ſententiam, ac ſi verba ab Apoſtolis uno eodemque idiomate pronunciata, tot

n) Deut. IV. 11. c. V. 23. Conf. *Jalkut* ad Exod. 19. 18. f. 80. c. 1. l. 47. ad it. Deut. 33. 2. f. 310. c. 4. l. 13. ſqq. *Siphre* f. 60. c. 4. med. o) Conf. *Iſidorus Peluſiota* lib. I. epiſt. 494. p. m. 124. ubi *linguas* has *igneas* Oraculis confert, in Sinai e medio igne editis. p) Exod. XX. 18. Deut. IV. 11. c. V. 19. q) Deut. IV. 12. r) Act. II. 3. 4. *) l. c. verſ. 4. s) Cod. *Schabb.* f. 88. b. l. 12. ſqq. *Tanchum.* f. 36. c. 1. l. 32. ſqq. Edit.. Ven. *Schemmoth Rabb.* Sect. 8. f. 113. c. 2. l. 11. ſqq. t) Vid. *Schem. rabb.* Sect. 29. circ. fin. f. 145. c. 2. l. 5. ſqq. ubi plura. u) *Mechilta* ad Sect. וישמע יתרו f. 22. a. init. it. ad Ex. XX. 2. f. 25. c. 2. poſt med. Cod. *Sebachim* cap. XIV. f. 116. a. l. 35. Unde *Jalkut* Simoni ad Ex. 18. f. 76. c. 4. circ. fin. f. 310. c. 3. l. 42. ſqq. *Siphre* Sect. וזאת הברכה f. 60. c. 2. circ. fin. *R. Iſaac Abuhab* l. c. cap. circ fin. *Abrab.* ad Exod. 19. f. 168. c. 3. circ. fin. c. 4. init. *Tanchum.* f. 98. c. 1. l. 19. *Rabboth.* in Cant. I. 2. f. 8. c. 1. l. 18. ſqq. x) *Mechilta* f. 22. a. l. 12. 13. *Sebachim* f. 116. a. l. 38. y) Act. II. v. 6. 8.

tot linguis fuerint percepta atque intellecta, quot aderant Audientium Quo de videatur Gregorius Nazianzenus prolixius z).

Nihil ergo peculiare ſupereſt in monte Sinai conſpicuum, & in ſenſus incurrens externos; quam fulgur ac tonitrua, quibus terror incutiebatur adſtantibus a). Sed hunc ipſum alloquendi modum humillimis deprecati fuerant precibus; ne præſentiſſimo exponerentur vitæ periculo. *Loquere tu nobiſcum*, dicebant Moſi, *& obtemperabimus. Ne quæſo! loquatur nobiſcum Deus, alioquin moriemur* b). Quod alibi pluribus in memoriam ipſis revocat Moſes c): additque, Deum approbaſſe hæc ipſorum deſideria d), nec unquam amplius ſimili prorſus modo terribili verba ad ipſos facturum. Quum Prophetam humano more eos docturum promittit e); ita futurum, aſſerit, ob ipſorum petitionem ab Horeb factam: *ne ſimili voce terribili* amplius *audita*, *igneque* adeo *magno viſo*, *moriantur* f). Ex pacto itaque utrinque approbato & confirmato, tremendus ille fulminis fragor in Evangelii promulgatione ceſſavit: ut Deus quod Patribus promiſerat, ipſorum poſteris ſancte ſervaret. Qui adeo absque inſigni impudentia & perfidia, poſtliminio eundem nunc poſtulare nequeunt.

Hac ſola ſine tanto olim ſtrepitu Deus in Decalogo promulgendo uti voluit; ut Moſi Oraculorum interpreti in poſterum fidem habeant g). Qua ipſi conciliata h), ipſoque ceu Dei Legato fideli ab omnibus recepto i); deinceps a ſimili alloquio abſtinuit penitus. Tabernaculi inaugurationem ſola Nubis præſentia perficiebat, domunculam adimplens erectam k). Et promiſſi memor, non alio ſigno in oculos incurrente, ſuam teſtabatur præſentiam, ac aſſenſum Salomoni, Templum a ſe extructum inauguranti l); quo concio confirmaretur convocata. *Schechinam* vocat Eccleſia Judaica hoc divinæ præſentiæ indicium. Quod *ventus* iſte *vehemens*, qui *domum repleviſſe* dicitur, apte congruenterque notabat. Et tot præterea concurrebant inſolita, quæ æque, ac olim Moſi, fidem conciliare poterant Apoſtolis, Oracula ab ipſis pronuncianda, non aliunde provenire, quam a Deo ſupremo; cujus ipſi forent Legati fide digniſſimi.

Quod non omnes, qui inaugurationi iſtorum præſentes aderant, aſſen-

 ſum

z) Orat. XLIV. quæ eſt de *Pentecoſt.* p. m. 715. ſqq. Ubi tamen recte concludit, quod *propriis audientium*, h. e. *exteris linguis*, *locuti fuerint*, ne miraculum in aliis potius contigiſſe deprehendatur, quam in Apoſtolis. a) Vid. Cod. *Joma* f. 4. b. l. 5. ſqq. b) Exod. XX. 16. c) Deut. V. v. 20. ſqq. d) Deut. V. 25. c. XVIII. 17. e) Deut. XVIII. 15. 18. 19. f) l. c. v. 16. g) Exod. XIX. 9. conf. Cod. *Joma* f. 4. b. l. 31. h) Vid. Exod. 14. 31. i) Num. XII. 7. k) Exod 40. v. 34. ſqq. l) 1. Reg. VIII. 10. 11.

ſum præbuerint m); non magis divinæ Evangelii Origine derogat, quam Iſraëlitæ divinitati Legis Moſaicæ nocuerunt, qui poſt eam nuper latam, & ſono nondum ex auribus eorum elapſo n), conflagrabant vitulum.

Quin potius divinæ acceptum feratur benignitati: quæ ideo mitiorem elegit promulgandi viam, ut de toto negocio certiores redderentur omnes. Ibi arcebantur non modo, quo minus accederent o). Quod ſuſpicacibus anſam præbere poterat, de variis cogitandi. Sed & per ſeptum excluſi prius *), mox propria impulſi conſternatione, ſtabant e longinquo p): & ob vehementiam vocis adeo perterriti erant, ut, ex mente plurium, neſcirent, quid dictum fuerit q): niſi Moſes poſtliminio ſenſum verborum, ceu Mediator r), ipſis explicuiſſet. Quin nec deſunt, qui ad primam ſtatim vocem omnes ſtatuunt exanimatos, per duodecim a monte milliaria retroactos s): nec vitæ redditos, niſi, publicatione facta, ad interceſſionem Angelorum, ipſiusque Legis jam datæ t). Hic apud nos propius accedebant Spectatores, nullo vel interdicto, vel re formidabili prohibiti. In omnia inquirere poterant accuratius, domum ipſam ingreſſi; ne qua fraude capiantur occulta. Verba miſcebant cum illis, qui Spiritu S. in forma ignea ipſis inſidente, ad docendi inaugurebantur officium, ſuisque experiebantur; ſed divina, omnesque vires transſcendentia naturales.

Lætemur itaque Chariſſimi! certiores facti, Religionem noſtram, a Chriſto Chriſtianam denominatam, ulla in re credere Judaicæ: ſed ejus Originem non minus Deo tribuendam ſupremo, quam iſtius; imo ſuperare iſtorum evidentiam in plerisque. At enim operam ſimul dabitis ſedulo, ut veſtra Vos dignos vocatione geratis.

Quod ſi enim in veteri Eccleſia ad Decalogum rite ſuſcipiendum, per triduum præparandi erant Iſraëlitæ, veſtibusque ac integro corpore lotis, ita conſecrandi, ut etiam a commercio propriarum abſtinere debuerint uxorum u): & Chriſto adhærentes, in eodem conclavi, omnium oculis expoſito, unanimiter perſeverabant, precibus & obſecrationibus vacantes x). Intelligetis omnes

conf. Hag. 2. 7. Mal. 3. v. 1. m) Act. II. 13. n) Vid. *R. Salom.* ad Cant. I. v. 12. & quæ in *Rabboth* ad Cant. l. c. fol. 11. c. 3. fin. o) Exod. XIX. 12. 13. 21. 22.

*) Exod. XX. 15. p) Exod. XX. 15. p) *Maim.* Nore Nebuchim Part. II. c. 33. e diverſis Scripturæ locis inter ſe collatis. Majorumque conſenſu inductus. Conf. *R. Moſ. bar Nachman* ad Ex. 19. 13. f. 123. a. fin. r) Juxta Deut. V. 5. s) Cod. *Schabb.* cap. IX. f. 88. b. l. 29 *Schemoth rabba* Sect. 29 f. 144. c. 4. l. 13. ſeq. f. 145. c. l. 34. *Tanchuma* f. 97. c. 2. l. 88. *Mechilta* f. 24. c. 1. l. 6. *Bechai* ad Deut. IV. 32. f. 194. c. 1. l. 23. ſeq. Videtur huc alludere Paulus 2. Cor. III. 6. t) Vid. *Rabboth* ad Cant. V. 16. f. 31. c. 2. l. 5. Cod. *Schabb.* f. 88. b. l. 29. ſeq. u) Exod. XIX. v. 10. 11. 14. 15. x) Act. I. v. 13.

omnes, Veſtrum eſſe, ab omnibus excurſionibus ad compotationes vel fornices, ſedulo cavere; corpusque & animam puram ſervare a coinquinatione, & quacunque conſuetudine illicita. *Abrogationem pravæ concupiſcentiæ* vocabant feſtum hoc veteris Patres Eccleſiæ y): quæ non poſſit non oriri ex attenta conſideratione Legis, hoc die latæ. Totum ergo Legi ruminandæ tranſigendum jubebant: & qui ſecus fecerit, eum participem non futurum Dei, nec uniendum cum ipſo, neque in hoc mundo, neque in futuro z), ſtatuebant. Quin & noctem præmiſſam inſomnem ducebant, Scripturæ per Legem, Prophetas, ac Hagiographi, intenti; ut convenienter ſe præparent, ornentque ad introitum, altero poſt die ſub *Chüppam* rite ſuſcipiendum a). Non inhabitat Spiritus S. animas impuras: ſanctus ſit, ad quem Sanctus divertat, & ibi commoretur. Frequentes itaque convenietis in cœtum Sanctorum, ubi laudibus Deo dicendis, precibusque, pro impetranda Sancti Flaminis gratia, fundendis ſolenniter occupantur: & illis, qui in hoc officio præeunt aliis, gratam mentem liberali collatione declarabitis. P. P. in ipſo *Pentecoſtali* feſto, A. C. MDCCXIV.

# JOH. ANDR. DANZII
## PROGRAMMATA
## DE
# FESTO IVDAICO SEPTIMANARVM ABROGATO ET SVRROGATO IN EIVS LOCVM
# FESTO PENTECOSTALI CHRISTIANORVM
## AD ILLVSTRANDA LOCA
Actor. II, 1. ſq. Gal. IV, 9. 10. 11. Coloſſ. II, 16. 17. & Ebr. IX, 8. 9. 17.

VIvit inter Judæos ſecta quædam ab antiquiſſimis temporibus haud obſcura: quæ ſibi addictos קראים KARÆOS vocat, qſ. *Scripturarios* diceres. Quia ſoli Scripturæ literæ, & ſenſui hinc dependenti inhærent: Ma-

14. c. II. 1. y) *Raaja Mehemna* ad Sohar Part. III. f. 41. c. 4. l. 29. 30. z) *Sohar* Part. III. Sect. אמור f. 41. c. 1. l. 11. ſqq. c. 2. l. 24. ſqq. conf. f. 42. c. 1. l. 48. ſqq. a) *Sohar* Part. I. f. 6. c. 4. l. 58. ſqq.

Majorum *traditionibus*, quas *lex oretenus propagata* continet, quoties a *lege scripta* recedunt, susque deque habitis.

Inter omnes doctrinas, quibus a Rabbanitis dissident, facile eminet illa de legitimo *festi Pentecostalis* tempore, unde ejus numerari debeat initium. Utraque pars eodem Scripturæ loco nititur Lev. XXIII, 18. ubi jubentur numerare ממחרית השבת *a crastino SABBATHI, a die, quo attulerint manipulum agitationis, septem hebdomadas integras.* De sensu vocis *Sabbath* inter se litigant. Traditionarii *ferias* intelligunt, seu *diem festum Azymorum*, in quemcunque hebdomadis diem incidat: Karæi autem *Sabbathum Creationis*, ut loqui amant, concipiendum contendunt; voce in primæva significatione, qua diem hebdomadis septimum denotat, servata. Qua opinione recepta, *Pentecoste* in primam septimanæ diem, quæ *Dominica* nobis dicitur, semper incideret: ut nunc inter Christianos, Controversiam hanc fervide admodum quælibet pars agitat. Rabbanitæ quidem, præter Scripturæ Interpretes, in diversis locis *Talmudicis*, ac libro *Cosri* vocato: Karæi itidem in suis ad Legem Commentariis, aliisque Præceptorum libris, plerumque adhuc MStis. Quorum celeberrimus *Aaron*, posterior cognominatus, *Eliæ filius*, præter Commentarium in Pentateuchum, כתר תורה ipsi vocatum, in ס׳ המצות ejusque Tractatu de *Festo Septimanarum*, per VII. integra capita, hanc prolixe tractat controversiam; rationibus utriusque partis fideliter allatis, & studiosissime examinatis. Quæ alia occasione, e MStis nondum typo vulgatis, orbi erudito innotescent.

Enarratis illis, cap. VIII. l. c. idem *Aaron posterior*, quod de viro Judæo mirari subit, non veretur subjungere: *festum* Septimanarum *in dubium vocatur a quibusdam viris, utrum de jure observari debeat a Judæis extra Palæstinam exulantibus, an non? Eo quod per ipsam* Scripturam *a certa causa dependeat, ab agitatione scilicet manipuli, sicuti clare dicitur* Lev. XXIII, 15. *& numerabitis vobis a postero die* Sabbathi, *a die quo attuleritis* MANIPVLVM AGITATIONIS, *septem hebdomadas, integræ erunt. Et mox* pergit l. cit. v. 16. *usque ad posterum diem* Sabbathi *septimi, numerabitis quinquaginta dies. Quoniam vero agitatio istius* MANIPVLI *non requiritur, nisi* IN TERRA Palæstinæ, DOMO SANCTVARII *adhuc* DVRANTE: *ideo* cum illa cadente, *cadere simul* debere putant, *celebrationem festi* Septimanarum *in hoc exilio.*

Certa est hæc ratio, quam a *Manipulo agitationis*, unde dies *quinquaginta* numerandi fit initium, derivat: quod *in sola Palæstina*, & quidem a Judæis subjugata ac possessa vigeat. Quando ipsimet sementem in ea fecerant, indeque è messe hordeacea has reportarant primitias; quas altero post festum Azymorum die, in signum grati animi, Deo, qui hanc ipsis terram fœcundam donarit, affer-

afferre debebant. Et idem judicium de *duobus Panibus triticeis*, in festo *Pentecostali*, primitiarum nomine offerendis, obtinet. De sola *terra Israelis*, & de *propria Judæorum messe* triticea erant offerendi: non pecunia emti e gentis vicinæ nondum subactæ; quamvis ad eas pertineat, qua Deus ipsis subjugandas concesserat.

Manifesta Scripturæ litera utriusque hoc modo determinat. Prius quidem Lev. XXIII, 10. QVVM VENERITIS IN TERRAM *illam, quam ego daturus sum vobis, & messueritis ejus messem; tunc afferetis* MANIPVLVM, *messis vestræ primitias &c.* & paulo post v. 14. *Statutum æternum in generationibus vestris, in omnibus* HABITATIONIBVS VESTRIS. Posterius autem l. c. v. 17. *de* HABITATIONIBVS VESTRIS *afferetis* PANES *agitationis* DVOS -- *primitias Domino*: & v. 21. *statutum æternum in omnibus* HABITATIONIBVS VESTRIS *inter generationes vestras*. Exod. XXIII, 16. vocantur *primitiæ* OPERVM TVORVM, *quum tu seminaveris in agro*. Et Deut. XVI, 10. *tributum liberalitatis* MANVS TVÆ, i. e. opera manuum tuarum acquisitum: Gentibus a facie tua expulsis, & termino tuo dilatato, Exod. XXXIV, 24.

Nec aliter hæc interpretantur Judæorum, (quos solos hic adversarios habemus,) peritissimi. Ipse autor *Mischnajoth* R. Juda, Sanctus suis cognominatus, caput VIII. Cod. *Menachoth* his orditur verbis: *Oblationes omnes, Ecclesiæ pariter ac privatorum, offerri poterunt tam de eo, quod in terra hac* (Palæstina scil.) *provenerat, quam extra eandem; & æque de novo quam veteri:* PRÆTER MANIPVLVM, & DVOS PANES; *qui afferri non possunt, nisi de recenti, & de eo, quod in hac duntaxat terra provenerat.* Quod in Gemara l. c. probant ex Lev. XXIII, 17. Cujus ipsissima verba repetit *Maimonides*, DVO inquiens, PANES *illi non afferuntur, nisi de eo, quod in eadem terra provenerat, & de recenti: sicut dicitur* Lev. XXIII, 17. *de habitationibus vestris afferetis panem agitationis &c.* In suo ad *Mischnam* supra memoratam Commentario utrumque conjungit, scribens: *Sunt verba legis de* MANIPVLO *ac* DVOBVS PANIBVS, *quod non afferendi sint, nisi de eo, quod in ipsa Palæstina natum fuerit, & de recenti. De Manipulo quidem dicit* Deus *misericors* Lev. XXIII, 10. *cum veneritis in terram, quam ego daturus sum vobis, & messueritis &c. De duobus autem Panibus istis dictum est* v. 17. *de habitationibus vestris afferetis panem agitationis, item* v. 16. & *afferetis fertum novum Domino. Præterea vocatur festum messis primitiarum operum tuorum, quum seminaveris in agro isto* Exod. XXIII, 16. In Cod. *Biccurim* c. I. ib. a. verbis Scripturæ confirmant, *nil primitiarum nomine afferendum esse* Deo, *nisi in propria ipsarum terra creverit* & adoleverit. Plures in re manifesta testes ex hostibus adducere prorsus superfluum foret.

Ut autem Mose, ejusque successore Josua adhuc inter mortales viventibus,

qui optimi Interpretes præsumuntur Legum per alterutrum ipsorum latarum, nec *Manipulum* messis *hordeaceæ* primitias, nec *duos Panes* triticeæ messis primitias Deo obtulerunt. Quia in terram, istius quidem ævo, nondum venerant; hujus autem, (quamdiu) nondum eam subegerant, nec inter tribus diviserant, ut sementem in ea facere, & de opere manuum suarum, in quo ipsi laborarint, metere potuerint. Ita hodienum ex eadem terra ejecti, in qua nec serere, nec metere illis licet, nec ullam in ea possident habitationem; ad neutrum superiorum sunt obligati: & consequenter nec ad festum ipsum celebrandum, quod ab istis dependet, & absque illis rite peragi non poterat.

Quod in deserto per quadraginta annos festum hoc non observarint, partim Scripturæ de eo silentium indicat; partim haud obscure sequitur e verbis Amosi, Deum ita loquentem inducentis: *an hostias atque fertum obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel?* Nomine *ferti* etiam veniunt *Panes duo* celebrati, atque *Manipulus:* qui omnium primum offerri debebant, & ante eos, nedum absque iis, bestiarum nulla diei festo peculiaris, quocunque veniret nomine. De Josuæ certe ævo Scriptura asserit Jos. V, 11. quod terram jam ingressi, *de annona istius postero festi Paschæ die, azymum atque tostum comederint:* quamvis *manipulum* obtulisse nuspiam dicantur; terra nimirum nondum subacta. Utut illud sub gravi pœna terram subjugatam incolentibus interdictum fuerit.

Quicquid igitur juste omiserunt Judæorum Patres, occasione exclusi, antequam Palæstinam occuparunt, & inter se diviserunt: id ipsum etiam legitime omittunt istorum posteri, e terra illa violenter rursus ejecti, omnique ejus proventu spoliati, de quo *fertum* fieri debebat. Sublata enim causa illa sub qua posita, certam festivitatem celebrare debebant; cessat ipsa festivitas.

Præter *Manipulum*, atque *duos Panes a* TERRA ISRAELITARVM dependentes, urget laudatus supra *Karæus* II. *consistentiam s. durationem Templi Jerusolymitani, in quo solo* superius enarrata *ferta*, cum aliis sacrificiis diversarum specierum, ad festum rite concelebrandum necessariis, *offerenda fuerint*. Tria quippe ad quodcunque festum Judæorum solennius celebrandum, ex ipsa Talmudistarum constitutione, Scripturæ accommodata, absolute necessaria sunt: quorum neutrum a solennitate rite peragenda abesse poterit. Expressit eadem *R. Jose Galilæus*, approbante toto Sapientum choro, in cod. *Chagiga* f. 6. b. unde sua mutuavit *Maimonides*, his expressa verbis: *ad tria Præcepta affirmativa obligati fuerunt Israelitæ, in quocunque trium festorum solennium, observanda.* Quæ sunt ראיה APPARITIO, sive ut se videndos sistant, *sicut dicitur, videatur masculus tuus.* Deinceps חגיגה FESTIVITAS, *juxta id quod dicitur:*

*tur: festivitatem agas Domino Deo tuo.* *Ac tandem* השמחה LÆTITIA, *prout dicitur: & lædaberis in festo tuo.*

Omnia hæc, per diserta Scripturæ loca, ita affixa erant Templo Jerusolymitano, & Sacerdotio Levitico duranti; ut, alterutro istorum cessante nihil istorum amplius vigere possit. Unde utroque jam destructo & abrogato, quilibet vel manibus palpare potest, *festivitatem* ipsam amplius nullo modo posse peragi. Cum in eo omnes Judæorum Doctores conveniant, quod ad id, quod vel *a terra Palæstinæ*, vel *templo Jerusolymitano* dependet, nemo extorrium, post exutum terræ Imperium, Templumque desolatum, obligetur amplius: medio adimplendi ipsis præciso. Ut nemo ad Decimas separandas, primitiasque Sacerdotibus conferendas, hodie se obstrictum judicat: ita etiam ingenue omnes fatentur, quod ad Sacrificia commemorata offerenda, hodienum, Templo jam desolato, neutiquam teneantur. Cum ad ἀδύνατα præstanda, nemo adstringi possit mortalium.

E Patribus primitivæ Ecclesiæ hoc ipsum urget *Eusebius*, in limine *Demonstrationis Evangelicæ*, prouti capite truncata nunc invenitur; pluribus id hac fine prosecutus. Quibus longe plura addi poterant: in aliud differenda tempus, quo simul tam communes Judæorum Exceptiones, quam peculiares memorati ab initio *Karai*, ordine diluentur. Pars quippe III. est cultus Levitici, certæ saltem genti, ad certum tempus, impositi: quem Prophetæ ipsi post adventum Messiæ consummandum prædicunt, nova per Messiam doctrina surrogata. Ad eas insuper IV. spectat solennitates, quas Deus dudum odisse cœperat, & propediem cessaturas minatur. Nominetenus V. vanitatem *Asarthæ*, qua voce κατ' ἐξοχὴν *Pentecosten* Judæi nominant, diutius ferre recusat. Festum *messis* VI. dicitur, & quidem *triticeæ*; quo primitias novarum frugum, sua satarum opera, offerre debebant Judæi. Qui nullibi terrarum talem obtinent: aliis autem gentibus, sub alio commorantibus climate, in longe aliud tempus hæc messis incidit. Alicubi VII. videtur *memoriam* refricare *servitutis Ægyptiacæ*: quam aliæ, præter Judæos, gentes non sustinuerunt; & hi ipsi, quorum patres perpessi eam fuerant, sub Messia pristinas oblivisci jubentur angustias, nullam liberationis ex Ægypto mentionem facturi. Et, si vel maxime VIII. contenderis, quod in memoriam Decalogi olim *hoc die promulgati* institutum fuerit: nullibi jussit Deus ejus recordationem peculiari festo prosequi. Et, ut nova majoraque Dei sub Messia beneficia obscurant pristina; ita lex nova veteri semper derogat.

Unde & IX. Paulus serio dehortatur, *ne quis alterum judicet* ἐν μέρει ἑορτῆς, quod Ebræi redderent מצד המועד *a parte festi.* Et frontem corrugat adversus Galatas, *dies* adhuc *observantes*, & *Novilunia atque tempora:* quasi obser-

 vatis

vatis illis, frustra ergo eos laborarit. Alibi Coloss. II, 17. X. dicit, *legem umbram habuisse futurorum, non ipsam rerum imaginem.* Ut autem rudis illa Pictorum delineatio, quam *σκιαγραφίαν* seu *adumbrationem* vocant, perit, simul ac imago vivis coloribus fuerit depicta. Ita cedat jam Judæorum *Asartha festo Christianorum Pentecostali*: in quo docente Luca Actor. II. Christus Doctores novi fœderis Spiritu S. *baptizavit & initiavit*, omnibusque ad rem illam stupendam inspiciendam concurrentibus ad oculum demonstravit, divino hos igne cœlitus purificari, aptosque reddi, a quibus doctrinam non fœderis percipiant, toti terrarum orbi per ipsos annunciandam.

Jesaiæ de adventu Messiæ c. XI, 1. sqq. vaticinantis verba, c. XII, 3. *& haurietis aquas cum gaudio e fontibus salutis*, Jonathan transtulit: *& accipietis doctrinam novam cum gaudio, ab Electis justorum.* Per quos plurimi nostratium *divos* intelligunt *Apostolos*, qui novam Evangelii doctrinam, post initiationem in festo Pentecostali peractam, primi in terrarum orbem disseminarunt. Quorum Successores sunt omnes legitime vocati, & ad docendum alios rite constituti.

Vestrum jam est, cives charissimi! ab his *justorum selectis* doctrinam novi fœderis, quam uberrime per hos dies festos *scaturire* facient, avide *haurire*; &, ut ad propriam cujusque salutem operetur, pura castaque Deum precari mente.

Sed & memineritis, gratum testari animum erga omnes, a quibus salutarem *hauritis*, vel jam ante *hausistis* doctrinam; in mentem perpetuo revocantes prudens illud Talmudistarum in Cod. *Bava kamma* f. 92. b. diverbium: בירא דשתית מיניה לא תשדי ביה קלא: i. e: *in fontem, é quo bibisti* aliquando *ne conjicias glebam.* Quod sola puerilis quandoque petulantia transgreditur. Ætas adulta hujusmodi puteos, è contra adversus quamcunque fortunam, cæsis circumstruit lapidibus. Gentiles, Varrone docente, honoris ergo *flores in fontes projiciebant, puteosque ipsos coronabant.* Pauli monitum est, ut *omnium bonorum participem faciat Doctorem suum, is qui verbo*, seu viva voce, ab alio *institutus* ac doctus *fuerit*. Qui notanter adjicit, ne *decipiat se ipsum* secus faciens: *Deo* vanis exceptionibus *non illudet*: sed *quicquid* hoc modo mali *seminaverit homo, hoc & metet*. P. P. ipsa Pentecostes feria A. C. MDCCXV.

PRO-

# PROGRAMMA II.

QVod eximius ille Christi martyr IGNATIUS, inter primos Ecclesiæ Christianæ, post Apostolos, Doctor in sua ad *Magnesianos* epistola a) monuit, *si usque nunc secundum Judaismum vivimus; confitemur, gratiam non recepisse:* & interjectis quibusdam b), *absurdum est, Christum JEsum præfari, & judaizare. Christianismus enim non in Judaismum credidit; sed Judaismus in Christianismum.* Id ipsum idem beatus ille martyr in sua ad *Philippenses* epistola c), (modo hæc ipsi non falso supponatur,) speciatim ad *Festorum* accommodat *solennitates:* quas *nemo cum Judæis celebrare debeat, aut symbola festi eorum recipere. Quia, qui id fecerit, particeps sit eorum, qui Dominum occiderunt, & ejus Apostolos.* PETRI HALLOIXII interpretatio d) horum verborum, (*ne in ead. mensa cum Judæis agnum Paschalem comedant, una cum illis judaice convivantes; aut partes tosti agni ad se missas, velut Judaismi symbola, recipientes,*) coacta est, & *legi divinæ* e), ac Judæorum consvetudini contraria. Ut haud immerito rationes pro ea asserenda allatas, *futiles* dixerit JAC. USSERIUS f) *& nullius ponderis:* quamvis ipsi g), aliisque sui ordinis, accuratius eas examinantibus, *certæ visæ* dicantur, & *inexpugnabiles*.

Veriorem explicationem suppeditat *Canonum*, ab *Apostolis* appellatorum, *septuagesimus* h); *si quis*, inquiens, *Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aut quisquis de numero atque ordine Clericorum, jejunaverit cum Judæis, aut festum cum ipsis egerit, aut ab eis festi xenia receperit, Azyma videlicet, aut quid simile; deponatur: si vero Laicus, à communione segregetur.* Quo cum consentiunt CONSTITUTIONES i) Apostolis tributæ, verbis: *nequaquam cum Judæis festum celebretis: nulla enim vobis cum istis nunc est societas.*

Et, ne ad solum *Pascha*, quo de primario agere videntur, ob *Azymorum* mentionem, unice traxeris, ad *Quartadecimanorum* destruendam sententiam; ZONARAS k), veritatem asserti è Scriptura probaturus, ad *Jesaiæ* verba, vel è diversis compilata locis l), vel à LXX. Intt. reddita m), provocat: *jejunium, & ferias, & festivitates vestras odit anima mea.* Ubi festa omnia Ju-

 dæorum,

a) C. VIII. p. 19 Edit. Cotel. per Joh. Cleric recusæ, Antv. 1698. b) c. X. p. 21. c) c. XIV. p. 124 d) Tom. I. illustrium Eccles. Orient. Script. in vita *Ignatii* c. XXIII p. 353. circ fin. e) Exod. XII v. 45 sqq f) Differt. *Ignatianis* c. XIV. p. 218. edit. cit. g) *Halloixio* loc. cit. h) Coll. Can VIII. (Al. V.) i) Lib. V. c. 17. p. 322. k) ad cit. Apostol. canonem LXX. l) cap. scil. I. v. 14. & c. LVIII. 3. 5. m) unius capitis I. v. 13. 14.

dæorum, Neomeniæ, & *Sabbathum* ipſum Deo diſplicere dicuntur. Unde Patres *Synodi Laodicenæ* moti, conſtituerunt n), *quod non oporteat Chriſtianos judaizare, & in Sabbatho otiari; ſed eo die operari: diem autem dominicum præferentes otiari, ſi modo posſint, ut Chriſtianos. Quod ſi inventi fuerint judaizare; ſint anathema in Chriſto.* Alibi autem o) volunt, *quod non oporteat, quæ a Judæis mittuntur feſtiva, accipere; neque una cum eis feſtum agere.*

Inprimis notatu dignum eſt, quod inter *feſta, quæ Deus diutius tolerare nolit*, Jeſaias p) diſerte referat און ועצרה *vanitatem* ASARTHÆ: & Amos, *Deum*, ait q) *non odoraturum* בעצרותיכם *in* DETENTIONES vel *clauſula eorum.* Conceſſerim, vocem Ebræam עצרה vel עצרת de ultimo Paſchæ & Tabernaculi * non minus dici quam de *Pentecoſte*; & quacunque notare *coactionem Eccleſiæ* ad cultum divinum peragendum *collectæ*; vel *clauſulam* ſolennitatum priorum: id tamen extra dubium eſt, quod ex uſu loquendi, κατ' ἐξοχὴν *Pentecoſten* notet, ASARTHAM ideo Joſepho r) dictam; ceu *clauſulam* præſcriptarum ſeptem *hebdomadarum*; à poſtero Paſchatis ad *Pentecoſten* intercedentium, juxta Autores cc. Quamvis *Aaron* ille poſterior *Eliæ filius*, *Karræus* s) hunc loquendi modum parum approbet; altera appellatione, quâ *feſtum Septimanarum* vocant, eidem prælatâ. Agnoſcit tamen id, quod a Judæis communiter ita vocetur: nec negare potuit, niſi omnem depoſuiſſet frontem. Eo vero poſito, non modo verſio verborum *Jeſaiæ* modo data, recte ſe habebit: ſive copula, per notum linguæ Idiotiſmum t), omittatur, nomine copulato in Genitivum verſo. (An, quod cauſa *feſti* hujus inſtituti; non æque clare ac reliquorum, in Sacris ſit addita? vel unico ſaltem die conſtiterit? vel ob Judæorum, quod probabilius, iniquitatem? *vanitatem* dixerit; altioris eſt indaginis). Sive etiam in ſenſu conſveto retineatur, *non ſuſtinebo vanitatem, & Aſartham*, ſeu *Penteeoſten* Judaicam. Sed & *Amoſi* verba adducta verti posſunt: *non odorabor in* ASARTHAS ſeu *Pentecoſtes veſtras*, aut *Septimanarum feſta.*

Ipſe modo nominatus *Aaron Eliæ filius*, Judæorum alioquin addictiſsimus religioni, reticere non potuit, plurimos ſuorum eam fovere ſententiam, ac ſi *feſtum hoc nemini Judæorum extra Palæſtinam exulantium* hodie *obſervandum incumbat.*

n) can. XXIX. o) can. XXXVII. coll. can. XXXVIII. & *Concilii Trullani* can. XI. p) cap. I, 13. q) cap. V. 21. *) Vid. *Lud. de Compiegne de Veil* verſ. lat. *Maim.* בקו המלרש ad c. III. §. 6. *Bernb.* ad Joſeph. Antiq. III. c. 10. p. 224 b. r) l. c. p. 93. conf. Programma in feſtum hoc anni 1714. s) Hilc. חג שבועות c. VIII. f. 82. b. circa finem שלא נזכרת תורה t) Quo de vid. *Interpr.* §. 149. V. 1. ut Gen. III. 18. &c.

*cumbat*. Cujus ſententiæ adſtruendæ duas ipſe rationes affert, anno præterlapſo, hac ipſa occaſione, adductas. Quibus longe plures, ſuperpondii loco, adjiciebantur; ſed ob chartæ anguſtiam, ſummis tantum commemoratæ capitibus, absque neceſſaria illuſtratione uberiori. Altera ſaltem illius, à *xeniis* feſto huic eſſentialibus *manipulo* ſcil. *agitationis*, & *duobus panibus*, qui *afferri non poſſint*, *niſi de frugibus in Palæſtina à Judæis ſubacta*, *ſatis & collectis* deſumta, paulo uberius fuit explicata. Ut non opus ſit, eidem plura adjicere; niſi quis Rabbaniſtæ cujusdam expetat aſſenſum, cujus ſcripta plurium Chriſtianorum, ob ipſorum facilitatem, teri poſſunt manibus. Quo caſu afferri poſſet notisſimus ille ABARBANEL, qui ad verba u) CVM VENERITIS IN TERRAM ILLAM, annotat: *Tempus feſti Septimanarum dependet à Manipulo & numeratione --- Quoniam autem præceptum Manipuli* afferendi *à terra dependet; ideo dicit, cum veneritis in terram illam, quam ego do vobis, & meſſueritis meſſem ejus, Q. d. propterea quod digni vos habebimini, ut veniatis in terram iſtam, &* agrum *ejus conſerturi ſitis, ac demeſſuri ejus meſſem; ideo præcipio, ut afferatis Manipulum, meſſis veſtræ primitias, ad Sacerdotem* Interpoſitis quibusdam pergit x): *Poterit etiam* quis *explicare verba*, QVVM VENERITIS IN TERRAM ISTAM, *quod, poſteaquam veneritis in terram illam, eamque ſubegeritis, & ſementem in ea feceritis, ejusque meſſem demeſſueritis;* TVM DEMVM *Præceptum hoc de Manipulo afferendo, in uſum introducant. Quapropter Iſraëlitæ in terram jam ingreſſi, poſtridie Paſchatis placentas non fermentatas, & toſtum comederunt; Præcepto hoc neutiquam violato* y). *Quia tunc terram nondum ſubjugarant, nec contigerat ipſis meſſis hordeacea de agro, nec placenta. Unde ſequitur, Præceptum hoc ad ſubactionem inter tribus, fuiſſe rejectum.* Si Judæos terræ incolas, immunes præſtitit ab hoc Præcepto obſervando, nondum quieta ejus poſſesſio, & negata mesſis de proprio ſato collecta; multo magis liberi ab eo erunt extorres, & in iſtiusmodi rejecti loca, ubi nec ſerere poterunt, nec metere.

Præter hanc rationem, teſte nominato Karræo, urſerunt etiam *hoſtias, ad feſtum rite celebrandum offerendas;* quæ nullibi locorum, niſi in ſolo Templo Jeruſolymitano, quod jam devaſtatum eſt, & everſum penitus, offerri potuerint. Docent id diverſa Scripturæ loca, maximam partem ab EVSEBIO adducta z). E pluribus conf. Deut. XII. v. 5. 6. it. 13. 14. 17. 18. 26. 27. cap. XIV.

u) Lev. XXIII. 10. f. 262. c. 1. l. 17. ſqq. Edit. Ven. x) l. c. l. 15. ſqq. y) Joſ. V. v. 11. z) in limine *Demonſtrat. Evangelica* lib. 1. c. 3. *) Conf. *Maim.* hilc. מעשה הקרבנות cap. XVIII. toto *More Nebuchim* Part. III. c. 32. poſt med. f. 157. a. Edit. Sabionet. *Chryſoſt.* Hom. III adv. Judæos, col 433. D Edit. Franc. *Socrat.* H. E. lib. III. c. 24. p. 192. *Ammian Marcellinus* l. XXIII. c. 1. *Spencer*, de Leg. Hebr. Rit. lib. I. c. 6. Sect. 1.

XIV. v. 23. 24. 26. c. XVI. 5. sqq. Lev. XVII. 3. sqq. *), & de hoc ipso *Septimanarum festo* Deut. XVI. v. 11. Tria ad quodcunque festum Judæorum solennius ritè celebrandum, absolute necessaria fore, *apparitionem* in templo, *festivitatem*, atque *lætitiam*; ante hunc annum jam vidimus, ipsis Talmudistarum verbis enarrata. Nullum horum adimpleri poterit, nisi in solo templo Jerusolymitano. De duobus prioribus res evidens est, ex nudis evicta terminis, ac modo citatis Scripturæ locis. *Lætitiam* autem *festi* nullam concipiunt; nisi quæ *ex carnibus Eucharisticorum lautè devoratis oritur* a).

Quod *Templo stante* hæc unice peragi possint; videt quidem quisque, rem seria animi attentione examinans. Nihilominus, ne quid videamur in odium Judæorum dixisse, aut propriæ speculationi indulsisse nimium; ipsam *Talmudistarum* explicationem, verbis magni MAIMONIDIS b) conceptam, communicabimus, veste saltem indutam latina. „APPARITIO, *inquit*, in „lege præcepta est: ut cujuslibet persona se sistat conspiciendam in atrio, cu„jusque festi die primo. Afferat autem secum oblationem Holocausti, sive „de ave quadam, sive de jumento c). Quisquis autem ad tentorium accedit „diè primo, nec Holocaustum secum affert; is non tantum non exequitur „Præceptum affirmativum; sed & transgreditur Prohibitivum, sicut dicitur „d): ne videantur facies meæ inaniter FESTIVITAS in lege expressa, in eo „consistit, ut quisque offerat in primo festi die Eucharistica, quotiescunque „venerit, ad se sistendum. Notum autem est, Eucharistica de solis fieri be„stiis. Per LÆTITIAM de festis istis solennibus dictam, intelligitur, ut „præter Eucharistica, ad festivitatem peragendam necessaria, alia insuper of„ferat, Eucharistica lætitia festivitatis dicta; prout dicitur e): & jugulabit Eu„charistica, quæ comedas ibi, ut læteris coram Domino Deo tuo„.

Et hæc quidem dicebantur *privatorum*, seu *singulorum Sacrificia*; pro statu & facultatibus cujusque discrepantia: ab hoc aucta, diminuta ab alio f) Quæ autem nomine totius Ecclesiæ, è communi Imperii, vel Templi ærario offerenda fuerint, ipsa Scriptura definito comprehendit numero g). Quæ in unam summam contraxit sæpe laudatus MAIMONIDES, ita scribens h): In

a) *Rascbi* ad cod. *Chagiga* f. 6. b. l. 13. אין שמחת החג אלא בבשר i. e. *non datur lætitia festi, nisi per carnem* Sacrificiorum. b) in Hilc. *Chagiga* c. I. § 1. c) ad offerendum קרבן עולה ויורד *oblationem*, pro qualitate offerentium, *augendam diminuendamve*. d) Deut. XVI. 16. Exod. XXIII. 15. e) Deut. XXVII. 7. f) Vid ad notam c) § præc. g) Lev. XXIII v. 18. 19. 20. & Num. XXVIII. v. 27. 28. 29. 30. h) Hilc. *Temidin Umusaph*. c. VIII. §. 1.

„in die quinquagesimo numerationis ab *allato* Manipulo inchoatæ, peragi de„bet FESTVM SEPTIMANARVM, עצרת vel ASARTHA dictum. Quo die „offerunt Augmentum, simile Augmento novilunii: scil. duos juvencos, i„tem arietem; & septem agnos, omnes in Holocaustum; nec non Hircum pia„cularem. Quæ sunt Sacrificia in ea Pentateuchi parte, quæ Lustrationes „continet i) expressa: & constituunt hujus diei Augmentum, seu *accessorium*. „Sed datis his amplius afferunt, hoc die, præter Augmentum memoratum, „fertum novum k) duos istos panes l) quibuscum offerunt Juvencum, duos „item arietes, & septem agnos, omnes in Holocausta. Hircum insuper pia„cularem, & duos agnos. Oblationes *scil.* בחומש ויקרא in Levitico indica„tas m). Deprehendimus *itaque quod* hoc die, præter duo jugia, offerri de„buerint, *nomine totius Ecclesiæ*, Juvenci tres, tres arietes, & quatuordecim „agni. In universum viginti bestiæ, totaliter consumendæ. Duo item hirci „piaculares, *ex parte* comedendi *à Sacerdotibus*: & duo agni Eucharistici, *cum* „*Sacerdotibus, etiam à Laicis* comedendi.„ Ut de *Fertis*, & *Libaminibus*, brevitatis studio nil moneamus. Quæ omnia Templo Jerusolymitano, & Sacerdotio Levitico duranti, per diserta Scripturæ loca, ita erant affixa; ut alterutro istorum, nedum utroque, cessante ac deficiente, nihil istorum vigere possit amplius.

Et, ne quis putet, festum etiam absque Sacrificiis peragi posse; in memoriam revocet, totam festi *Judaici* naturam & essentiale in tribus supra memoratis consistere. Quibus remotis, necessariò *festum* ipsum erit removendum. Quod enim in hujusmodi Oblationibus tota *festi* celebritas consistat; indicant omnia Legis loca, ubi aliquod istorum instituitur. Utpote in quibus omnibus ilico subjungitur, quæ, ejus intuitu, offerenda sint Sacrificiorum Augmenta. Unde & *Jesaias* n), festorum ac solennitatum Judaicarum finem prædicens, harum tædium ubivis cum tædio Sacrificiorum connectit, & permiscet: ut, neutrum sine altero consistere posse, indicet. Agnoverunt hoc Antiquissimi quique Ebræorum. JOSEPHVS o) *nulla prorsus*, inquit, *est festivitas, in qua non Holocasta facerent*. In TANCHVMA p) atque RAB-



i) h. e. in *Numeris*: Ebr. בחומש פיקודים. Unde explicari poterit illud *Origenis*, citatum *Eusebio* H. E. lib. VI. c. 25. è Commentario in Psalm. I. ap. *Huetium* p. 41. sqq. expressum etiam in *Philocal.* c. III. quod nec *Euseb.* nec *Hieron.* nedum *Nicephor.* intellexerunt: ut de *Rob. Steph. Huetio*, *Valesio*, ac *Marciano* nil dicam. k) nim. Num. XXVIII. 26. l) Lev. XXIII. 17. m) Lev. XXIII. 18. n) cap. I v. 11. 12. 13. 14. o) *Antiquit.* lib. III. c. 10. p 93. F. 3., p) ad Num. XXIX. 35. f. 88. c. 3. l. 38. sqq. Edit. Venet. sed Franc. f. 75. c. 2. l. 8. sqq.

RABBOTH q) Synagogam Iſraëliticam, Deum ita alloquentem introducunt: „O Dominator hujus mundi! tuum quidem eſt, dare nobis feſtivitates, no„ſtrum autem eſt, offerre coram Te oblationes decentes. Glorioſus factus es „r), dum dares nobis Novilunia, nos enim offerimus coram Te id quod dici„tur s), & in Noviluniis veſtris &c. Dediſti nobis Paſcha; obtulimus Tibi: „Pentecoſten, *vel Aſartham*; obtulimus Tibi: principium anni; obtulimus „Tibi: diem Expiationis; obtulimus Tibi: atque ita etiam in feſto *Taberna„culorum*. Ne unica quidem feſtivitate Oblationes ceſſare ſinimus. Tuum eſt, augere nobis feſtivitates; noſtrum vero, oblationes Tibi offerre, teque ho„norare. Auxeris gentem hanc Domine! glorificaberis ipſe t). *Sæpe lauda„tus* MAIMONIDES, u), *divino inquit*, obligamur Præcepto, ad feſtinandum, „& primo *quoque* feſti die offerendum. Quod ſi vero quis primo die non obtu„lerit, ſive per errorem id contingat, ſive ex deliberato conſilio; offerat die „ſecundo. *Et ita porro*. Quisquis autem moram nectit, vituperandus eſt, in „eumque applicanda verba x): mœſtitia ob ſolennitatem affectos colligam. „Qui autem totam feſtivitatem absque Sacrificio tranſire ſinit; de tali intelli„guntur verba y): perverſus eſt, qui non poteſt corrigi. *Et R.* LEVI BAR„ZELONITA z) *ait*: qui viſus in atrio, die primo feſtivitatis Sacrificium „non obtulerit; tam affirmativum reddit irritum, quam prohibitivum „transgreditur.„

Docent hæc evidenter, quod feſtivitates Judaicæ, & Oblationes Sacrificiorum tam arcto inter ſe vinculo colligatæ fuerint; ut iſtæ ſine his conſiſtere nullo modo potuerint: verum una parte negata vel deſtructa, neceſſario & altera deſtruatur, abrogata. Cum & Scriptura aſſerat a), tum demum *Eccleſiam convocandam fore*, quando offerant Holocauſtum, hoſtiam expiatoriam, & Euchariſticam. Quibus ceſſantibus, ceſſare ſolet ſua ſponte convocatio; & conſequenter feſtum ipſum.

Conatur equidem bonus ille *Karæus* AARON poſterior vocatus, hanc elidere conſequentiam; pro conſervando *Septimanarum feſto*, unam alteram ve rationem afferens b). Verum nulla iſtarum alicujus eſt momenti. Conſiſtunt enim vel in falſo præſuppoſito, quod v. g. *dies Expiationis*, ceſſantibus licet Sacrificiis, à quibus ſtante Templo pendebat, neceſſario manere debeat. Cujus

q) *Bammidbar rabba*, Sect. XXI. f. 282. c. 3. l. 32. ſqq. r) ex Jeſ. XXVI. v. 15. s) Num. X, 10. c. XXVIII, 11. t) ex Jeſ. XXVI, 15. u) Hilc. *Chagiga* c. I. §. 5. Zeph. III, 18. y) Eccl. I, 15. z) *Juris Hebræorum* lege LXXI. fin. p. 89. in verſ. *Hottingeri*. a) Lev. XXIII, v. 21. b) l. c. c. III, חג שבועות ſtatim poſt Dubia mota p. 82.

jus contrarium dudum docuit R. SIMEON B. JOCHAI c), *Messiæ* tribuens, quod olim, vigente cultu Levitico, præstiterint Sacrificia, istius typus. Vel dicta Scripturæ malitiose applicat & interpretatur; omissis illis, quæ quam maxime erant necessaria: cujusmodi illud d) quod *statutum* dicatur *æternum in ipsorum generationibus*. Ubi *in habitationibus vestris* omittit, in Palæstina sc. erectis; & *tempus* longum ac *occultum* convertit in *æternum*. Vel etiam convellit & disjungit connectenda e). Quæ omnia alias justo examinentur ordine.

Vos *cives optumi*! à jugo cultus Levitici, per Dei gratiam, liberati, nullis impensis sumtibus ad templum visitandum Jerusolymitanum, aut hostias coëmendas pretiosas, in suo quisque loco f) puram Deo offerte animam, divinis cantandis celebrandisque laudibus; cultui in æde sacra instituendo devote vacantes, *Vestramque* erga Eos, qui in hoc publice præeunt, gratitudinem largis declarantes muneribus. P. P. ipso *Pentecostes* festo A. C. M DCC XVI.

# PROGRAMMA III.

PLurimos fore ipsorummet Judæorum, qui rationibus ex ipsa Scriptura desumtis, satisque prægnantibus moti, ancipites hærent, nescii, utrum *post templum Jerusolymitanum* nunc *desolatum*, *ab extorribus e Palæstina*, festum *Septimanarum Pentecostis* celebrari debeat, nec ne? pridem docuimus; propriis ipsorum verbis enarratis a). Quibus nunc adjungimus, quod eadem festiuitas Exod. XXIII, 16. *festum messis* dicatur, scilicet, *triticeæ*, ut suppletur Exod. XXXIV, 22. verbis: *festum Septimanarum* facies tibi, *primitiarum messis triticorum*. Num. XXVIII, 26. vocatur *dies primitiarum*, *ad offerendum fertum novum*. Quod *novum* seu recens *fertum* etiam Lev. XXIII. versus 16. festo huic tribuit; subsequens v. 17. *primitias*, & v. 20. *primitiarum panem*. Quæ aliaque hujus generis b) evidenter docent, ideo festum hoc apud Judæos divinitus institutum fuisse; ut *de segete terræ* recenti jam adulta, & ad

 deme-

c) in *Sohar*, Part. II. Sect. ויקהל f. 85. c. 2. l. 53. sqq. Edit. Crac. col. 380. post. pr. d) Lev. XXIII. 21. e) in ilio Deut. XVI, 12. f) Vid. Zeph. II. 11. coll. *Theodoreto*, Sermone X. de *Oraculis*, Oper. Tom. IV. p. 640. Mal. I. v. 10. 11. inpr. ad versionem LXX. Intt.

a) Programmate ante hunc annum edito. b) v. g. de *duobus Agitationis panibus*, quos Lev. XXIII. v. 17. memorat, it. *Maimon* Hilc. תמיד ומוספין c. VIII. §. 1. seqq. & eod. *Menach*. c. IX. th. 1. Gem. l. c. f. 83. b. it. c. XI. th. 1. seqq.

demetendum matura, *Deo primitias offerant*, unico fertilitatis concessæ autori. Unde & in cod. *Biccurim* lege cautum est, *ne quis ante festum* עצרת *Asartha*, *f. Pentecostes offerat primitias. Et, cum incolæ montis Zeboim, primitias suas ante Pentecosten obtulissent, quod non receperint ab iisdem* c): *eo quod in lege script m sit* d), *festum messis primitiarum operum tuorum, quæ ipse severis in campo.* Manifesto indicio, quod terræ sub tali climatæ sitæ adstrictum sit, quæ circa tempus illud segetes ferat, ad demetendum jam maturas. Quum montana inhabitantes, ipsum festum anticipare potuerint. Id ipsum vero in regionibus his occidentalibus, multoque magis aquilonaribus inauditum: ubi invenires, quæ circa tempus hoc nondum omnem fecerint sementem.

Ut autem de segete vel nuper admodum sata, vel vix virides protrudente aristas, nemo ullis viribus maturas afferre poterit primitias. Ita ineptum foret, & parum tempori accommodatum, si quis Deo gratias ageret, pro ubertate messis pridem hoc anno concessa; cum nuperrime demum in teneros seges ascenderat culmos, & *nondum molli flavescit campus arista.* Ipsæ namque etiam Preces statui accommodatæ sint præsenti: si vel maxime cum Judæis, eas successisse dixeris in locum sacrificiorum *. Nec Legis Pericopæ festum institutum enarrantes, quæ ubivis ab iisdem prælegi consueverunt e), sub quolibet climate, definito tempore recitabuntur; quin propria quemque, prælegentem non minus quam auditorem, doceat conscientia, istarum tenorem subinde loco exilii sui parum competere: atque adeo per earum lectionem non satisfieri, ad mentem istorum, festivitatis debito. Nullibi itaque terrarum festum hoc peragi olim debuit, quam ubi segetes ad maturitatem jam pervenerant, messisque triticea messorem ad demetendum premit.

Notatu quoque dignum est, quod hoc ipso festo jubeantur afferre מסת נדבה, h. e. *μισθὸν, mercedem*, vel potius *ἀντιμισθίαν retributionem, remunerationem liberalem*, ad lit. *tributum liberalitatis* f) pro messe concessa; *pronti cuilibet istorum Deus benedixerit.* Quod, nisi de reditibus anni præterlapsi *sumendum conceperis* †, pendere non poterit, nisi qui messem jam attigerit, cognoveritque, quanta Dei erga ipsum, in benedicendis terræ frugibus, beneficentia fuerit. Sive, ad mentem *Talmudista-*

c) c. l. th. 3. d) Exod. XXIII. 16. * *Schir haschirim rabba* ad Cant. IV. 3 f. 24. c. 4. l 16. sqq. cod. *Sota* f. 5. b. l. 4 sqq *Berach.* f. 15. a. l. 3. sqq. f. 26. a. l. 40 b. l. 11. præcipue f. 32. b. l. 6. sqq. *Bammidb. rabba* Sect. XVIII. f. 272. c. 1. fin. e) Vid. cod. *Menach.* f. 110. a. l. 19. sqq. *Maimon.* Hilc. *Tephilla* cap. XIII. §. 8. sqq. è cod. *Megilla*, cap. בני העיר quod in *Gemara* l. c. IVtum est, f. 29 a. circa fin. b. sqq. inprimis f. 31. a. l. 5. sqq in *Mischnajoth* c. III. th. 4. 5.

*mudistarum* g) R. Jochanan, aut Hiskiæ, de חולין seu *communibus*, h. e. proventu usus domestici ac promiscui afferendam dixeris; sive, cum *Hillelianis* h), præter primo necessaria prandio, de ære ex *decimis secundis* acquisito; aut cum aliis i) ex utrisque conjunctim collatis, coëmendam. Ubivis enim messem aliquo modo peractam postulat. Cum nihil *privati* ac *communis* usus fieri possit, de quo non antea Consecranea, cum Decimis diversarum specierum, separata fuerint, nec *decimæ secundæ*, aut earum pretium Jerusolymæ consumi permittebantur; nisi consecranea cum Decimis primis, & certo tempore, etiam Pauperum, prius fuerint soluta. Si עצרת cum non nemine verti posset *clausula*, scil. messis plene jam *peractæ*; argumentum fortius stringeret. Cui tamen repugnant, quæ in limine de *primitiis*, è diversis adducta sunt Scripturæ locis: & quod festo *Collectionis* diserte contradistiguatur Exod. XXIII, 16. c. XXXIV, 22.

Quod si autem amplius *Memoriale* dixeris *Libertatis* plenariæ *ex servitute Ægyptiaca* k), ob Deut. XVI, 12. etiam hujus intuitu, abrogandum censebitur in diebus Messiæ. Quia tunc gentes omnes ad Ecclesiam debebant accedere: quarum plerarumque Majores nunquam in Ægypto servierant; atque adeo nullam ejus facere poterant mentionem. Nisi risui se vellent exponere, Deum hoc nomine celebrantes, quod Majores suos ex servitute liberasset Ægyptiaca: qua nunquam pressi fuerant. Quin ipsi Judæi tum temporis *pristinas oblivisci* debebant *angustias* l); majoribus tunc cumulati beneficiis, quæ memoriam pristinorum obscurarent quadantenus. Idque juxta vaticinium Jeremiæ m), jam olim prædicentis, *dies venturos, quibus non amplius dicatur, vivit Dominus, qui ascendere fecit filios Israël è terra Ægypti.*

Cum in cod. *Berachoth* n) Sapientes verba Deut. XVI, 3. ob voculam כל, eosque extenderent, ut traderent, *recordationem exitus ex Ægypto*, etiam in diebus Messiæ duraturam; opponebat se, ætate Rabban *Gamalielis* o) toti Sapientum Choro *ben Suma* p), vaticinium *Jeremiæ* citatum in contrarium adducens. Cui respondebant quidem, verba ejus non ita esse intelligenda, ac si *exitus ex Ægypto* prorsus eradicandus sit è sede sua: sed quod servitus quidem Imperiis omnibus per Messiam inferenda, *palmarium recordationis* fundamen-



f) Deut. XVI, 10. †) è cod. *Menach.* c. VIII. th. 1. coll. ad eam Comment. *Maimon.* & *Jom. Tobh.* g) cod. *Chagiga* f. 8. a. l. 7. sqq. h) l. c. l. 12. i) *Illa* scil. l. c. l. 3. 8. 9. Edit. Amst. coll. Glossa *Raschii.* k) Ut vult. *R. Isaac Abubab* in *Menorath hammaor*, Part. V. c. 1. f. 38. c. 3. l. 30 sqq. Vid. *Buxt.* Synag. Jud. c. XX p. 439. l) Jes. LXV, 16. m) cap. XVI. 14 coll. cap. XXIII, 7. n) cap. I. th. ult. o) Vid. Glossam *Raschi* ad l. e. p) in *Gemara* Bab. l. c. f. 12. b. l. 42. sqq. *Jerusol.* f. 4. c. 1. l. 10. sqq.

mentum ſit; cui tamen *exitus ex Ægypto, appendicis*, ſeu acceſſorii aut ſuperpondii *loco*, adjiciendus ſit perpetuo.

Verum, pro confirmatione hujus exceptionis, lubrico admodum utuntur fundamento, in uſu particulæ *negandi* ſito: quæ interdum non omnimode deneget; ſed ad ſenſum evidentiorem reddendum, requirat inſertionem voculæ cujusdam, ex mente ipſorum, *primario* vel *principaliter*; aliorum q) *tantum*, vel *æque*, ob Gen. XXXII, 29. XXXV, 10. Ne Deus ipſe aſſertum hic traditum, alibi Gen. XLVI, 2. transgreſſus deprehendatur. Quod tum demum valet, quando diſerta Scripturæ litera nimis evidenter id exigit, ut in ll. cc. Extra quam *negandi* vim merito retinet. Unde & ipſimet Gemariſtæ paulo poſt, priorem *ben Sumæ* ſententiam alio corroborant vaticinio, a *Jeſaia* r) ſuppeditato, verbis: *ne recordemini primorum, nec animadvertite ad antiqua.* Quorum priora Talmud *Jeruſolymitanum* s), *Babylonicum* t) autem poſteriora, *egreſſui ex Ægypto* applicat; cujus vel *non recordari* debeant, vel *animum* ad illum *non advertere*: propter *nova* tunc *propullulantia* u). Quam utrinque x) amplius illuſtri declarant parabola, a viatore deſumta: qui ex *lupi* faucibus ereptus, tamdiu eam enarret liberationem, donec in ungues inciderit *leonis*; e quibus liberatus, prioris non meminiſſe ſoleat, ſed hujus: donec cum ipſo *ſerpente* confligendum ipſi fuerit, qui anſam præbeat, ut utriusque prioris obliviſcatur, ultimam unice liberationem ubivis ingeminans. Quod prorſus *oblivioni* mancipandum, *nec in memoriam* revocandum, aut *animus* ipſi *applicandus*; id ne quidem *acceſſorii* naturam poteſt inducere: & ſi poſſet, feſti tamen dies non acceſſorium ſequuntur, ſed cauſam principalem, ob quam iſtorum inſtitui conſuevit celebratio.

Obtuſa itaque nimis hic eſt *Abrabbanelis* y) acuta alioquin ingenii acies, ac plane hebeſcit; quando *ceſſationem* largitur *recordationis*, ob quam conſervandam feſta ſunt inſtituta: ut interim minime ſequatur actualis *feſtorum abrogatio.* Ipſa profecto horum natura in *recordatione* grati cujusdam *beneficii*, celebrantibus exhibiti, conſiſtit: ut dies luctui ac jejuniis deſtinatus, in *memoria damni* vel jam illati, vel imminentis. Quæ inter ſe tam arcte cohærent, & nexu velut insolubili ita conjunguntur; ut *recordatione* utriusque *negata*, tam feſtum tollatur, quam planctus vel jejunium. Quemadmodum itaque dies publico olim adjudicati Jejunio *), converſione rerum facta, læte tranſiguntur: ita So-

q) Gemar. Jeruſol. ad l. c. f. 4. c. 1. l. 5. edit. Ven. שני ביתוכף לו הראשון לא כעקר מסכו r) cap. XLIII. 18. s) l. c lin. 17. 18. t) l. c. f. 13. a. l. 2 ſqq. u) Jeſ. 43. 19. x) in *Babylonico* quidem l. c. l. 6. ſqq. *Jeruſ.* vero l. c. l. 18. ſqq. y) in *Roſch Emuna*, c. XIII. *) De quibus *Maimon.* Hilc. תעניות c. V. §. 2. 3.

Solennitates festivæ, calamitate ingruente, vel majoribus collatis beneficiis ibi abrogantur penitus, hic transeunt in alias.

Quam festorum instituendorum abrogandorumque causam agnovisse deprehenduntur isti Talmudistarum, qui z) post urbem vastatam, *abrogatum* dicunt *volumen jejunii:* in quo certi quidam dies, ab omni jejunio & luctu ita erant exemti, *lætitiæ* atque *gaudio impendendi;* ut ne vicini quidem istorum, antecedentes & subsequentes aliqua commaculari potuerint *tristitia* a): ob beneficia scil. & miracula suis olim Majoribus, in diebus istis, exhibita. Quorum *recordatio*, orbe cum templo vastata, adeo *cessarat*, ut *pacis* quidem *tempore*, juxta sententiam Rab & R. Chaninæ, b) *læte transigantur*, secundum statuta Majorum in Glossa l. c. expressa: tempore autem calamitosa, impendantur jejunio, naturæ festorum, lætitiam exigentium c), prorsus contrario. Quo enim jure *Talmudistæ* d), ex iisque *Maimonides* e), & nemo Judæorum inferunt, quod ingentes illi cum jejunio a gente universa quotannis iterandi planctus, die decimo septimo *quarti* mensis *Tamus*, & nono mensis *Abh*, qui *quintum* in anno ipsis constituit, nec non tertio *Tisri* mensis penes ipsos *septimi*, atque dies decimo *decimi* mensis *Tebeth*, in diebus Messiæ *cessare debeant;* quia *recordatio* pristinæ *calamitatis* cessatura sit: ob vaticinium *Zachariæ* *), Dei nomine prædicentis, *jejunium* mensis *quarti, ac jejunium quinti, nec non jejunium septimi, atque jejunium decimi, evasura domui Judæ in gaudium ac lætitiam & solennitates bonas,*

Eodem profecto jure rectissime concludunt illi in *Vaijikra rabba*, ad quos *R. Joseph Albo* provocat f), consentiente *Eliesare*, quem magnum cognominant, in *capitulis* ipsi adscriptis g): quod *post Messiæ adventum*, cuncta *Judæorum festa abrogari* debeant, a Deo ipso instituta ob *recordationem liberationis* e certa *calamitate;* cujus tunc peritura sit memoria, juxta vaticinia duorum Prophetarum *Jesaiæ* h) atque *Jeremiæ* i) modo adducta. Unde & ipse *Maimonides* k), vestigiis insistens *Talmudis Jerosolymitani* l), e priori eruere conatur, *Prophetas* ipsos, atque libros *Hagiographorum* nomine in Canonem receptos, Messiæ tempore cessaturos. Quod tamen cum grano salis intelligendum; quamvis Chri-

z) cod. *Rosch hasschana* f. 18. b. l. 28. coll. *Glossa* marginali; nec non Jerus. *Megilla* ad c. I. th. 6. f. 70. c. 3. l. 34. sqq. c. 4. init. a) juxta cod. *Taanith*, c. II. th. 8. it. Jerus. *Megilla* l. c. c. 3. l. 49. sqq. l. 60. sqq. b) cod. *Rosch hascabna* l. c. l. 29. 30. c) Vid. Deut. XII. 18. c. XIV, 26. c. XVI, 14. 17. c. XXVI, 11. c. XXVII. 7. 11. coll. Mal. II, 13. cod. *Chagiga*, f. 6. b. l. 12. 13. *Maimon.* Hilc. ej. tituli, c. I. §. 1. d) cod. *Rosch hasschana* f. 18. l. 2. sqq. e) Hilc. *Taanijoth*, c. V. §. 4. & 19. *) cap. VIII, 19. f) in *Ikkarim*, Orat. III, c. 16. f. 79. a. l. 8. sqq. g) cap. XLIV. f. 26. c. 3. l. 16. h) cap. LXV, 16. i) cap. XVI, 14. & c. XXIII, 7. k) Hilc. Megilla c. II. §. 18. l) cod. Megilla c. I. ad th. 7. fol 70. col. 4. l. 50. sqq.

Christus alicubi m) *Lex* inquiat, *atque Prophetæ usque ad Johannem.* In eo consentiunt hactenus adducti, quod *recordatione* beneficii, ad quam in memoria posterorum conservandam, festa consecrabantur, *abolita*, ipso facto aboleantur Festa: in quorum numero *Asartha*, seu *Septimanarum* festum Judaicum.

Et, si vel maxime expeditum foret, *in memoriam Decalogi, hoc die promulgati, festum hoc fuisse institutum.* Neque sic tamen, ob *durationem legis moralis æternam*, festo æternitatem conciliabunt sententiæ istius Patroni. Quia Scripturæ nuspiam diserte tradit, in istius memoriam festum fuisse instituendum: utut die eodem contigerit, ex consensu Patrum primitivæ Ecclesiæ, ac Judæorum plerorumque. Non omnium beneficiorum memoriam certo die festo conservandam Deus præcepit: & *ἐθελοθρησκεία* eidem semper fuit odiosa n).

Id quod non ignorarunt ipsimet Judæorum Antistites: ingenue confessi o), quod, sicut totus Mundus ad Abrahamum usque non fuerit obligatus, nisi ad VII. Noachitarum Præcepta p); quorum nullum *festivitates* istas continet; ita neminem ad observandas easdem, præter Judæos, posse obligari. Quam causa institutionis earum nulli nisi Judæo competat. *Maimonidis, si quis* ait *), *Gentilis operam det Legi discendæ, reus sit mortis. Non occupetur, nisi in VII. Præceptis sibi traditis tantum. Atque ita si quis Gentilium Sabbathum servet, aut etiam alio hebdomadis die toto quiescat, eumque festi instar celebret; reus est mortis. Et hoc multo magis si festivitatem aliquam sibi ipsi observandam imponat &c.* In cod. *Berachoth* q) exhibent formulam Precum, qua discrimen indicant inter diem festum, & profestum: ubi satis aperte sibi solis observationem festi adjudicant, verbis; *hæreditare fecisti* NOS *sanctitatem Sabbathi, & gloriam festi statuti, & tripudium festorum solennium.* Quam *Maimonides* his verbis exhibet r): SEPARASTI & *consecrasti* NOS, *populum tuum Israel Sanctitate tua, & dedisti* NOBIS *Domine Deus noster dies statutos in lætitiam, festa, & tempora statuta in gaudium.* Alibi quoque passim inculcant, quod frustra & sine sperata mercede, quis ea servet, ad quæ servanda non sit obligatus.

Et quod Judæi ipsi, ex ratione in limine paragraphi (*&, si vel*) indicata, ad festum *Septimanarum* seu *Pentecostes* observandum, non amplius obligentur; ex eo constat, quod non modo e Karæis *Aaron posterior Eliæ filius* †) sæpius in hoc argumento jam citatus; sed e Rabbanistis quoque, præter alios, *Abrabbanel* s) fun-

m) Luc. XVI, 16. n) Jes. XXIX, 13. Matth. XV, 9. Marc. VII, 7. o) *Baba Kama* f. 38. a. l. 19. sqq. *Aboda sara* f. 3. a. l. 2 sqq. *Sanhedr.* f. 59. a. l. 6. sqq. p) de quibus cod. *Sanhedr.* f. 56. b. l. 2. sqq. *Maimon.* Hilc. *Melachim* c. IX. §. 1. sqq. *) Hilc. *Melachim* c. X § 9. q) f. 33 b. l. 14 sqq. r) Hilc. Tephilla cap. II. §. 12. †) l. c. cap. X. f. 83. b & fol 84. a. s) Quæstione XVII. ad Lev. XXIII, f. 261. c. 2. med. & ejus Solutione f. 262. c. 3. l. 31. sqq.

fundamentis haud levibus istam impugnent sententiam, quæ *Pentecosten, ob promulgationem Decalogi, institutam contendit.* Quamvis hic nequaquam in dubium vocet receptam suorum sententiam, de *promulgatione Decalogi, eodem die facta.* „Nuspiam *ait*, Lex hanc festi hujus instituti rationem reddit, ut memo„riale sit diei promulgatæ Legis. Quia nequaquam in ejus memoriam, hoc die „fixum fuit. Lex quippe divina, quam possidemus, & Prophetia, quæ in no„stris est manibus, testes sunt sibi ipsis. Adeo ut opus non fuerit, certum con„secrare diem, ad ejus conservandam memoriam. Quin potius ratio festi Se„ptimanarum instituti ea est, ut principium determinet messis triticeæ. Quem„admodum enim festum Tabernaculorum ad FINEM extitit COLLECTIO„NIS proventuum; ita erat festum Septimanarum ab INITIO COLLE„CTIONIS istorum. Voluit namque Deus benedictus, ut in LIMINE colli„gendorum proventuum, qui hominibus cibum præbeant, quorum primus „est triticum, in festo Septimanarum illud demetere incipientes festum celebra„rent, ad laudes dicendas Ei, qui panem universæ præbet carni: & aliud rur„sus in TERMINO proventuum jam collectorum. Interim nullum prorsus „dubium est, eodem die, quo festum Septimanarum celebratur, Legem fuisse „promulgatam: nemo tamen unquam jussus est, festum aliquod in ejus insti„tuere memoriam.

Quod & *Karæus* nominatus urget: *non quilibet* inquiens, *dies, quo miraculum contigit, effici debet dies sanctus.* Qui tamen multis insuper probare annititur, *diem constitutionis ad montem Sinai,* (quo promulgatio fiebat Decalogi,) *non quinquagesimum* fuisse ab exitu ex Ægypto, & *sextum mensis tertii Sivan,* ut *Talmudistæ* tradunt*): sed, *juxta sensum quidem Scripturæ simplicem, tertium istius mensis;* &, juxta proprias Rabbinistarum hypotheses, [quibus contendant, quod *die quinto hebdomadis* t) *egressi fuerint ex Ægypto, & legem die Sabbathi obtinuerint* u),] *quinquagesimum primum.* Pro viribus etiam labefactare allaborat dissentientium fundamentum, e verbis x) *in Novilunio isto tertio* desumtum: quod non *præcise primum* mensis *diem* denotet, sed *quemcunque.* Plus tamen autoritate cujusdam *R. Jesuæ,* quam solida innixus ratione. Cum ipse alibi y) origine vocis z), & locis Scripturæ parallelis a) coactus, assensum præbeat Talmudistis.

Non male tamen conjectat, quod *Rabbanistarum* opinio originem suam publicis debat *Judæorum precibus,* quas hoc festo recitandas constituerint, *de promulga-*

 *tione*

*) *Schabb.* f. 86. b. l. 23. *Raschi* ad cod. *Megilla* f. 31. a. l. 15. t) cod. *Schabb.* f. 87. b. l. 8. 14. u) l. c. f. 86. b. l. 28. x) Exod. XIX, 1. y) in כתר התורה ad Exod. XIX, 1. z) quæ ex חדש *novus fuit.* a) Provocat ad Psalm. LXXXI, 4. Hos. II, 13. ac Jes. I, 14.

*tione Legis*. Id quod intendunt & Sectiones, quas in Synagogis hoc festo prælegendas ordinarunt: præter Deut. XVI, 9. sqq. adjicientes Habac. III, 3. vel juxta alios b), cum Exod. XIX, 1. sqq. adjungentes Ezech. I. Utpote in quibus, interprete Raschio c), vel de *promulgatione Decalogi* agitur, vel de Majestate Dei conspicua, qualis ad actum istum apparebat.

Sed si vel maxime in cassum uterque laboraret, & revera festum *in memoriam Decalogi promulgati* institutum fuisset; nova tamen & majora Dei beneficia per Christum exhibita, pristinorum obscurare memoriam, ex *Jeremia* modo didicimus. Undeipsimet inferunt *Talmudici* d), *nullam* post Messiæ adventum, *futuram memoriam pristinorum in Ægypto, & post egressum. Israelitis exhibitorum miraculorum: sed istorum tantum, quæ Messiæ temporibus sint eventura.*

In quibus jam nunc, per Dei gratiam, vivimus, summis mactati beneficiis. Quæ quo grandiora sunt, eo magis quemque nostrum obligant, ad grates decenter Deo reddendas. Agite igitur *cives dilecti!* & *tributum* hoc festo *pendendum* e) ita solvite, ut, post *Lauais* oblationem Deo dicatam, talia liberaliter conferatis munera; quibus Ministri ipsius, (*Levitarum*, qui hoc die diserte jubentur f) exhilarandi, *successores*), gratum erga sacras ipsorum functiones vestrum agnoscant animum. P. P. ipsa Pentecostes feria prima M DCC XVII.

# PROGRAMMA IV.

UT demonstraremus, FESTVM SEPTIMANARVM IVDAICVM ABROGANDVM fuisse, surrogata in ejus locum festivitate Christianorum Pentecostali; superioribus aliquot annis, præter rationes duas a *Iudæo* quodam *Karæo* a) suppeditatas, diversas alias adduximus b), festo huic veluti domesticas, & speciatim eidem appropriatas. Præter quas, juvabit nunc alias accersere, omnibus istorum festis abrogandis communes. Inter quas præcipue eminet, quod *pars* sint *cultus Levitici, circa Messiæ tempora abrogandi, novo in istius locum fœdere sancito.*

Quod Festum Septimanarum, pars sit cultus Levitici, abunde docent allegata superius c). Quod vero *cultus Leviticus nec omnes obliget* d), sed eos saltem,

b) cod. Megilla f. 31. a l. 13. sqq. c) Glossa marginali l. c. d) in *Medrasch Koheleth*, ad Eccl I, 11. f. 86. c. 1. l. 2. sqq. e) Deut. XVI, 10. f) l. c. v. 11.

a) *Aarone* posteriori, *Eliæ filio*, in ס׳ המצוות ejusque tractatu de *festo Septimanarum*, cap. VIII. de quibus conf. Progr. An. 1715. & 1716. b) Progr. an. 1717. c) Progr. anni 1716. §. 6. sqq. d) vid. e *Maimonide* citata Progr. an. 1717. §. 11. *Id quod.*

tem, quibus fuit impositus; *nec semper durare debuerit:* illud quidem evincit, usitatissima illa formula לדורותיכם vel לדורותם *in generationibus vestris* e) vel *eorum* f), ut plurimum addita; & quod gentibus totius terrarum orbis, ob Sacerdotii Templique angustiam, nullo modo applicari possit g). Hoc Judæos quidem vel sola suorum traditio h) docere poterat, qua *durationi Legis* non nisi *bis mille annos* conferunt. *Ezechiel* i) leges memorati cultus *statuta* vocat *non bona*, vel parum jucunda; & *judicia, quibus* solis *victuri haud essent.* Unde & *Paulus* epistola ad Ebræos k), *ἀνωφελὲς*, seu *inutilitatem* ei tribuit. *Daniel* l) templo restaurando, totique cultui Levitico tempus LXX. *hebdomadarum* annuarum definiit; initio a primo templo vastato, juxta autorem *Seder Olam rabba* m), *Saadiam* n), *Abrabbanelem* o), *Abendanam* p), pluresque alios facto: quæ annos consti iunt 490. Intra quos *coerceri* debebat *prævaricatio*, *Piacularia obsignanda*, & juxta Keri, prorsus *consummanda*, *iniquitas* hostiis in die Expiationis offerri solitis *expianda*, *adducendaque* per Christum *seculorum justitia*; *visione prophetica obsignata.* Quibus durantibus etiam *Messias* morte crucis erat *exscindendus*, quum *nemo pro ipso* fuerit. „Unde urbem & Sanctuarium „ipsum pessundaturus erat populus Gubernatoris venturus; cessatione indu- „cta hostiæ, atque ferto. Quod ipsum tempus dudum præterlapsum, & in urbe per Titum Vespasianum desolata, suum obtinuit eventum.

Ad alia Danielis loca q), in quibus *tam Sanctuarium, quam militia cultus Levitici conculcationi exponenda* prædicuntur, nec non *tempus certum definitur jugi sacrificio*, ex industria hic non provocabimus. Quia utrinque non tam id recensetur, quod DEUS sua sponte inducturus, quam quod permissurus erat, ut ab Ecclesiæ Judaicæ suscipiatur hostibus.

Extat tamen apud *Iesaiam* locus omni exceptione major, huc trahendus: in quo *duratio cultus Levitici* adeo clare circumscribitur, suisque restricta legitur limitibus; ut nemini dubium relinquat, nisi contra rationem renitenti. Verba, in quantum huc faciunt, sunt sequentia r): „Consolamini, consolamini po-



e) Gen. XVII, 12. Exod. XII, 14. 17. c. XXIX, 42. c. XXX, 8. 10. c. XXXI, 13. Lev. III, 13. c. VI, 11. c. XXII, 3. c. XXIII, 14. 21. 31. 41. Num. IX, 10. c. X, 8. c. XV, 21. 23. c. XVIII, 23. c. XXXV, 29. f) Gen. XVII, 7. 9. Exod. XII, 42. c. XXVII, 21. c. XXX, 21. c. XXXI, 16. c. XL, 15. Lev. VII, 36. c. XXI, 17. Num. XV, 38. g) conf. Jes. II, 2. c. LXVI, 23. Zach. XIV, 16. sqq. Ps. LXXXVII, 4. sqq. h) *Sanhedr.* f. 97. 2. l. ult. i) c. XX, 25. k) c. VII, 18. coll. *Braunio* ad h. l. l) c. IX. v. 24. sqq. m) c. XXVIII. circa fin. p. 85. Edit. *Joh. Meyeri.* n) Comment. ad l. c. o) in משמיע חישועה fonte X. palm. VI. f. 62. c. 4. circ. fin. Edit. Amstel. p) in suo ad *Michlal Jophi* Spicilegio, ad Dan. l. c. f. 205. c. 4. circ. fin. & f. 206. c. 1. 2. q) c. VIII, v. 13. it. v. 12. r) Jes. XL, 1. sqq.

„pulum meum! dicet DEUS vester; loquimini ad cor Jerusolymæ, & acclamate ei, quod adimpleverit militiam suam, h. e. tempus molesti ac laboriosissimi cultus Levitici. — Voce in deserto clamante, parate viam Domini &c. „cum revelata fuerit gloria DOMINI, & viderint omnis caro & unanimiter, „quod os Domini locutum fuerit.„ Quod de temporibus Messiæ, suis manifestati s), sermo sit; utraque Ecclesia, Judaica atque Christiana, inter se consentit. Illa præeuntes habet quosdam Majorum suorum, in ipso *Talmude* Jerusolymitano t), in *Pesikta sotarta* u), atque *Rabboth* x); quos recentiores, *David Kimchi* y) *Isaac Abrabbanel* z), pluresque alii magno consensu sequuntur. Christianos in assensum rapit autoritas *Evangelistarum* a), qui una *cum Iohanne Baptista* b), Jesaiæ verba modo adducta Baptistæ in deserto agenti accommodant; cum Christus ad eum accederet, ut baptizaretur, cœlitus, in conspectu omnium, Dei filius declaratus. Quorum testimonium *Salvator ipse* corroborat; durationem Legis ac Prophetarum usque ad Johannem producens c), *Paulus* d) actiones cultus Levitici *usque ad tempus διορθώσεως*, seu *correctionis*, quod cultores sine ambitu sinuoso recta ad scopum dirigat, *impositas* asserit. Quod tum inchoabat, cum Johannes Baptismum prædicaret pœnitentiæ; Christoque baptizato, gloria Domini manifestaretur, & omnis videret caro, per utramque fluminis ripam disseminata, quod, Spiritu sancto per fissuram cœli aperti, in specie columbæ super Jesum descendente, os Domini voce cœlitus delapsa *diceret, istum* per Spiritum sibi imminentem designatum, *DEI fore filium*, quem audire deberent in posterum.

Ne quis enim, ideo quod in proxime præcedentibus Jesaias f) instare prædixerat captivitatem Babylonicam, opinetur cum *Hugone*, *Sanctio*, atque *Grotio*, hæc literaliter exponenda esse *de Judæis, e captivitate Babylonica Ierusolymam*, jussu Cyri, *deductis*. „Quibus statum florentem, tutumque, ut Grotius loquitur, contra infestos vicinos promittat, egregias victorias, magnum „denique numerum eorum, qui ipsorum exemplo atque institutione, aut „Legem totam susciperent, aut certe ab Idololatria moribusque improbis, qui „idololatriam plerumque comitantur, discederent. Quo admisso; *militiam* vers.

s) multi enim Judæorum antiquorum fatentur, Messiam, juxta vaticinia Prophetarum *venisse* quidem; sed *occultari* ob ipsorum peccata. t) cod. *Erubin* ad cap. VIII. f. 63. c. 4. l. 53. sqq *Taanith* ad c. I. f. 63. c. 4. l. 53. sqq. u) f. 58. c. 2. l. 36. sqq. Edit. Venet. A. C. 1546. x) *Vaijikra rabba* Sect. I. circa fin. f. 166. c. 3. l. 1. 2. *Echa rabbathi*, f. 60. c. 2. l. 13. sqq. cujus verba adducta vid. in Dissert. de *inauguratione Christi* ad docendum, *haud obscuriori Mosaica*, §. 47. p. 413. sqq. y) Verba ejus vid. l. c. p. 163. z) Verba ejus vid. l. c. p. 165. a) Matth. III, 3. Marc. I, 3. Luc. III, 4. b) Matth. XI, 13. Luc. XVI, 16. d) Ebr. IX, 10. f) c. XXXIX, 6. 7.

verſ. 2., quam Jeruſalem *impleviſſe* dicitur, non male ad *moleſtias captivitatis* ſufficienter *devoratas* traheres. Obſtat eidem, præter teſtimonia, è ſcriptis Rabbinorum, & inprimis novo fœdere modo allata, ſumma illa miſeria, quæ templum & urbem reſtaurantes undique premebat, & *novam ſemper conflabat militiam*. Unde etiam Danieli g) dicitur, *in anxietate temporum* reſtauranda. Qua veritate itaque dicerentur, *ſuam impleviſſe militiam*, hoc ſenſu ſumtam? Qui, Abrabbanele h) docente, in patriam reverſi, „nunquam plenam obtinuerint „libertatem; ſed perpetua ſervitute preſſi, nunc Perſis fuerint ſubjecti, nunc „Medis, mox Græcis, ac ipſis nonnumquam Romanis. Quibus etiam ſubin„de rebellarint, jus illis dicente Haſmonæo quodam, aut alio de familia Hero„dum, quisquis alteri prævalere potuerit. Inter quos omnes ne unus qui„dem de ſemine Davidis ad regiam dignitatem aſpirare potuerit „. Quæ ſatis evidenter docent, nec ad illum è captivitate Babylonica in patriam reditum, verba Vatis eſſe trahenda; nec *militiam* pro quacunque moleſtia ac calamitate, ut in illo Jobi i) *an non militia*, *ſeu certum* miſeriarum tempus, *unicuique mortalium eſt ſuper hac terra?* ſumendam: ſed pro *oneroſa militia* SACRA, *ſeu cultu Levitico*.

Latiſſimi quippe uſus eſt vox צבא in textu originali adhibita, non ad ſolam *militiam*, quatenus idem ac *bellum*, denotandam apta; ſed ad *functionem* quamcunque, inprimis *oneroſam*, multisque obſitam moleſtiis. Etiam illi, tam viri quam fœminæ, dicuntur *militare*; qui in *tentorio conventus*, vel ad portas ejus, ſua præſtabant officia k): ubi nec locus erat committendorum præliorum; nec ſexus debilior, ad arma gerenda bellica, vel profligandum hoſtem, ſatis eſt roboratus. Erat tamen in miniſterio iſto cultus Levitici magna convenientia cum profana *militia*. Hanc nemo declinare poterat annis maturus, viribusque integer corporeis; niſi annos pro varia gentium conſuetudine l) conſtitutos impleverit: poſt quos, confectis ſtipendiis, juſta cuique dabatur *militiæ vacatio*. Ita nemo Levitarum ætate maturus, & nulla corporis parte mutilatus, ante quinquageſimum vitæ annum, functiones in tabernaculo vel templo ſubeundas, ullo modo evitare poterat m). Utraque plena eſt moleſtiis, vigiliis, laboribusque, ſæpe cum vitæ periculo obeundis: ſi vel minimum in ſtatione ſeu functione rite obeunda neglexerint. Nadabh



g) Cap. IX, 25. h) in משמיע ישועה ad Dan. IX, 24. fol. 63. col. 1. l. 2. ſqq. i) Job. VII, 1.

k) Num. IV, 3. Exod. XXXVIII, 8. 1. Sam. II, 22. l) de qua vid. Diſſert. de *Inauguratione* CHRISTI ad docendum, haud obſcuriore Moſaica, §. 48. p. 416. ſqq. m) Vid.

dabh & Abihu Aaronis filii n), nec minus Uſſa o), & Bethſemitæ p), lugubri ſtrage ſua triſtia poſt ſe reliquerunt experimenta: quæ vix Marti litantes habent ſubeunda. Ut de pœna iſtorum, qui, quum vel minimum ultra dimenſum biberint, aut levi quadam pollutione maculati, vel deformitate quadam notati, aliquod ſubire conentur miniſterium, nil dicamus q). Petrus in plena Apoſtolorum Synodo *jugum* vocat, *quod nec Patres ipſorum, nec ipſi bajulare valuerint* r). Unde nemo mirabitur, ſi eadem vox צָבָא & *militi* tribuatur, & *Levitæ*: eademque צָבָא & *militiam* profanam denotet, ſive caſtrenſis ea fuerit, ſive forenſis; atque *ſacram* ſeu *Eccleſiaſticam*, in cultu occupatam determinate Levitico.

Ipſa ſcriptura ſacra in eodem loco ita ſe explicat, ut, quod *militiam* modo nominaverat, illico per *miniſterium cultus Levitici* interpretetur, & *militare* per *miniſtrare*, ſeu *obire cultum Leviticum*. Num. IV, 23. *quicunque venerit ad militandum militiam*, mox dicitur, venire *ad miniſtrandum miniſterium in tentorio conventus*. Evidenti indicio, quod צבא *militia* interdum idem ſit, ac *miniſterium cultus Levitici*: &, ut illa quandoque pro *tempore militiæ*, *unicuique* civium, pro diverſitate gentium, *determinato* ſumitur s); ita hæc pro *duratione cultus Levitici*, ſeu *tempore durationi ejus deſtinato*, haud raro ponatur. Hoc ſenſu bis occurrit Dan. VIII, v. 10. ibid. v. 13. וקודש וצבא idem eſt, ac *tam Sanctuarium*, *quam* CVLTVS LEVITICVS, *conculcationi* tradentur: Et verſ. 11. שר הצבא *princeps militiæ*, ex mente quorundam Interpretum, *Pontificem maximum* denotat, *cultus Levitici directorem*. In verſ. 12. autem וצבא תנתן *tempus fixum* eſt *cultus iſtius Levitici*: quod *durationem* ipſius dicimus.

Quam ſignificationem ſi loco ex Jeſaia allato applicueris; non tantum inter ſe conſpirabunt omnia, tam hic quam in aliis Scripturæ locis utriusque Teſtamenti occurrentia: ſed *tempus durationis cultus Levitici* tam accurate determinatur, ac ſi Jeſaias adimpletioni ipſi adſtiterit, & magis res in conſpectu ſuo geſtas deſcripſerit, quam ante aliquot ſecula prædixerit, quod diu poſt ipſius mortem foret futurum. Quum ſcil. Johannes in deſerto clamaret, & ad Chri-

Num. IV, 3. 23. 30. 35. 39. 43. 47. c. VIII, 25. conf. Maimon. Hilc. *Kele hammikdaſch* c. III, §. 8. n) Lev. X, 1. ſqq. o) 2. Sam. VI, 6. ſqq. p) 1. Sam. VI, 19. q) Vid Maimon. Hilc. *Biath. hammiktaſch* cap. I. III. IV. & VI. r) Act. XV, 10. s) Quo trahit *Kimchi* in lib. Radicum Job. VII, 1. cap. XIV, 14. Dan. VIII, 12. c. X, 1. & hoc ipſum Jeſ. 40, 2.

Chriſtum præſentem ſuoque monſtratum digito ablegaret homines t), baptiſmum introducens pœnitentiæ: CHRISTVS etiam ipſe, verbis à Jeſaia veluti mutuatis, prædicaret, *impletum eſt tempus*, *inſtatque*, *regnum DEI*, ſive Mesſiæ; *pœnitentiam agite*, & (in poſterum) *credite Evangelio* u); militia cultus Levitici ſuum jam ſortiente finem. Quoad terminum ſcil. ruinæ imminentis, divinitus conſtitutum: quamvis executio ejusdem, juxta Danielis vaticinium ſupra allegatum, in urbe vaſtata locari debeat. Cum *Schilo* non modo venerat; ſed & gentes dicto audientes ipſi fuerint x). Idem Paulus, qui ſupra y) terminum *completi miniſterii Levitici* in tempus *correctionis* poſuerat, à Baptiſta *inchoatæ*; duraſſe tamen in præcedentibus id ipſum aſſerit, quamdiu *primum tabernaculum* ſuam *habuerit conſiſtentiam* z). Quo demum deſtructo, ſimul abrogatum eſt, quicquid ad *militiam* illam pertinuerat *cultus Levitici*: cujus non minima pars erant feſtivitates illæ anniverſariæ.

Ut autem loca hactenus adducta condocent, *cultum* illum *Leviticum*, omniaque eo pertinentia ad certum tempus inſtituta, ipſa temporis maturitate evanuiſſe. Ita, ne quis contra ſanam rationem, per צבא *ſacram militiam* in genere intelligendam contendat, quaſi omnem in univerſum DEI cultum ita expleviſſe dicatur Jeruſolyma, ut non opus habeat deinceps DEO ſervire amplius; Voce in deſerto clamante, *viam* aliter *parare* jubebantur *Domino*, prout *manifeſtata DEI gloria*, *omnis caro viſura ſit*, *quod os DEI loquatur*. Non modo CHRISTVS tempori impleto ſuperius a) annectebat, ut *Evangelio crederent*, militiam ab hoc præſcriptam DEO præſtantes: ſed alia vicisſim Scripturæ loca indicant b), *dies venturos*, quibus *novum DOMINVS cum domo Iſrael*, & *cum domo Judæ pacturus ſit fœdus*; *non ſecundum illud*, *quod cum Patribus ipſorum pepigerat*, *quo die apprehendebat manum ipſorum*, *deducendo eos è terra Ægypti*. Quando *novi* mentionem facit, in relatione ad aliud; *neceſſario* reſpectus habetur ad *vetus*, ſeu *antiquatum*: ſine cujus intuitu nihil *novum* foret. Hi duo termini, *novum* & *vetus*, tam arcte inter ſe cohærent, ut, more Correlatorum, uno poſito, neceſſario ponatur & alterum. Et *vetus* nihil dicitur, niſi intuitu iſtius, quod in eodem genere *novum* eſt. Vim hujus illationis optime ſenſit, & expreſſit Apoſtolus, contra Ebræos urgens c), *ἐν τῷ λέγειν καινὴν*, *πεπαλαίωκε τὴν πρώτην*, i. e. *dum* NOVVM *dicit*, *prius* ANTIQVAVIT; vel nomine *veteris* afficit. Ut *novo fœdere* conſtituto, vetus abrogetur; nec hujus amplius, ſed illius obſervetur tenor.

Varia

t) Joh. I, 17. 23. ſqq. v. 29. ſqq. u) ut *Marcus* CHRISTUM inducit prædicantem c. I, 15. x) Gen. XLIX, 10. y) §. *extat* ad lit. d) z) Ebr. IX, 8.
a) §. præced. Marc. I, 15. b) Jer. XXXI, 15. ſqq. c) Ebr. VIII, v. ult.

Vana ſunt, quæcunque *R. David Kimchi*, ab Abrabbanele licet, & Lipmanno approbatus, pro hoc vaticinio obſcurando comminiſcitur. Quaſi *novum* idem ſit h. l. ac *renovatum*. *Novus* enim, & *renovatus* diverſa ſunt: & quod nequaquam eſſe debebat, ut prius; dici non poterit *renovatum*, ſeu confirmatum denuo. Quod confirmatur, in ſuo vigore relinquitur; id autem, cui novum ſimile non eſt, *abrogatur*, *ſimul ac novum ſupervenit*.

Equidem tempus, quando hæc eventura ſint, hic non æque determinatur, ac in ſuperius d) allegato *Jeſaiæ* loco. Ipſa tamen formula, *dies venturi*, exercitatum in ſtylo Scripturæ dijudicando, facile ad Meſſiam deducit; cui nomen הבא, ſeu ἐρχομένυ, veluti proprium eſt e). Nec fruſtra מלאך הברית *Angelus*, vel Præſes *fœderis* dicitur f); datus לברית עם *in fœdus populi* g): cujus *doctrinam* ſive legem *expectaturi ſint Inſulani* h). Qui, tempore apparitionis ejus, omnes acceſſuri erant ad tentoria Semi i): diſcrimine Judæos inter ac gentes ſublato k).

In hoc namque rurſus conſentit Judæorum antiquitas cum Chriſtianorum Eccleſia, ut Meſſiæ hoc *novi condendi fœderis* tribuat officium. Autor *Jalkut Simoni* l) è quodam *Medraſch* adducit, „jam olim tam in Lege m), quam „Prophetis n), & Hagiographis o), conſtitutum fuiſſe, ut hoc per Meſſiam „fierit. Cujus hora cum venerit, Sanctum illum benedictum confiteri, „Meum eſt, (*ſeu*, *mihi incumbit*, *vi promiſſionis datæ*,) pangere per eum fœdus „novum, *ſicut dicitur* p), ego hodie te genui. Tunc enim hora ejus eſt, „quum ejus declaratur filius„. Quod eveniſſe refertur Matth. III, 17. cap. XVII, 5. Joh. XVII, 1. itemque Rom. I, 4. Paulatim enim novum cœpit introduci fœdus. Alibi apud eundem Autorem q), nec non in *literis R. Akivæ* r), ſiſtitur DEUS *in Paradiſo ſedens*, *atque explicans Legem novam*, *quam promulgaturus eſſet per manum Meſſiæ*. Quæ, ut antecedentia & ſequentia loci ejusdem indicant, etiam *Gentiles ex inferno redimendos*, factura ſit. In *libro Precum majoris* s), ſupplices apud DEUM intercedunt, ut *venire faciat Meſſiam ſuum*

d) §. Extat. e) vid Matth. XI, 3. & *Hen. Hammondi* ad l. c. annotationes. Ubi & ad Matth. XXI, 9. Hebr. X, 37. Joh. XII, 13. Luc. VII, 20. c. XIII, 35. & c. XIX, 30. provocat. f) Mal. III, 1.

g) Jeſ. XLII, 6. h) l. c. v. 4 i) Gen. IX, 27. k) Act. X, v. 11. ſqq. v. 34. ſqq. cap XV, verſ. 9. 45. ſqq. Rom. III, 9. ſqq. verſ. 22. 29. ſqq. c. X, 12. Act. XIII, v. 46. c. XI, 1. l) ad Pſalm. II, 7. §. 621. fol. 90. c. 2 l. 3. ſqq. m) Exod. IV, 22. n) Jeſ. LII, 13. ſqq. cum quo conjungi debeat cap. XLII, 1. o) Pſ. CX, 1. Pſ. II, 7. p) Pſ. II, 7.

q) Lib. *Jalkut* ſc. in Jeſ. XXVI, 2. n. 296. f. 46. c. 1. l. 36. ſqq. r) f. 15. c. 4. med. s) fol. 8. col. 3. 4. ſub יוצר לשבת coll. f. 40. c. 4. ſub יוצר לפרשת החודש.

*ſuum, zona juſtitiæ & judicii cinctum: qui impium interfecturus ſit baculo oris ſui* t) hoſtem perditurus, & LEGEM NOVAM *innovaturus*. Ipſe ISAAC ABRABBANEL u,) hoſtis Chriſtiani nominis infenſiſſimus, *Meſſiam* intelligendum fore per *Doctorem juſtitiæ* Joelis, contendit: & verba Jeſaiæ, quibus promittit x) *aquas cum lætitia hauriendas è ſalutis fontibus*, venerandæ antiquitatis Interpres Chaldæus JONTHAN *b.* USIEL tranſtulit, *recipietis* DOCTRINAM NOVAM *cum gaudio* y). Cujus non minimum credunt momentum, quod ejus temporibus *omnes* olim inſtitutæ *Feſtivitates abrogari* debeant; ſolo *Purim*, ac *Expiationum die* manente z).

Falſitatem poſterioris annexi alibi ex inſtituto docebimus: prius autem poſtulant cuncta de *cultu Levitico abrogando* in præcedentibus adducta; in cujus locum ſuccedere debebant, ſub novo fœdere, ad DEUM decenter colendum, tradita. Ideo Meſſias Joeli l. c. *Doctor ad juſtitiam* vocatur; quod, ABRABBANELÆ interprete, *viam docere debuerit* novam, *per quam incederent; & opera, quæ ſint facienda.*

Hac itaque via nunc incedendum: hæc nobis præſtanda ſunt opera, quæ Spiritus Sanctitatis in primo Chriſtianorum Feſto Pentecoſtali ſuper Apoſtolos largiter effuſus minime abominetur; ſed ſempiternam potius nobiſcum commorandi conſervent benevolentiam. Qua ne vos ipſos, Cives dilectiſſimi? privetis; caſta DEUM colatis mente, ſacraſque ad conciones cum omni reverentia ac devotione frequentes accedite: DEI miniſtris, pro Veſtra invigilantibus ſalute, gratum larga remuneratione teſtati animum. P. P. feria Pentecoſtali prima, A. C. MDCCXVIII.

# PROGRAMMA V. & Ultimum.

## J. J.

QUod FESTVM SEPTIMANARVM JVDAICVM ABROGANDVM aliquando FVERIT, *ſurrogata* in iſtius locum *feſtivitate Chriſtianorum Pentecoſtali*, & quo præciſe tempore id contingere debuerit; anno per Dei gratiam præterlapſo, ex eo probatum dedimus, quod *pars* fuerit *cultus Levitici, circa Meſſiæ tempora abrogandi, novo in iſtius locum fœdere ſancito.* Tam antece-



t) ex Jeſ. XI, v. 4. u) ad Joel II, 23. fol. 241. col. 3. circa fin. x) Jeſ. XII, verſ. 3. y) Vid plura in Joh Andr. Eiſenmengers entdeckten Judenthum, Part. I. c. VII. pag 270. ſqq. z) Vid. *R. Joſeph. Albo*, in *Ikkarim*, Serm. I, cap. XVI. f. 79. a, l. 8. ſqq. Vid. Programm. anni 1717. §. *Eodem.*

tecedens, quam consequens è manifestis ipsius Scripturæ V. T. locis patuit. In illo demonstrando, allegatis jam olim superaddi merentur Exod. XXIII, v. 14. 16. 19 cap. XXXIV, 22. sqq. Lev. XXIII, 2. 4. 9. sqq. & potissimum v. 15. sqq. inprimis Num. XXVIII. & Deuter XVI. in quibus potiores cultus Levitici partes, ac præcipue *tria Judaeorum festa solenniora* recensentur observanda; inter quæ ibi vers. 26. seqq. hic vers. 9. seqq. etiam connumeratur *Septimanarum festum*. Totus vero Israelitarum *cultus Leviticus* adimpletus, & *consummandus* prædicitur Jes. XL, v. 2. sqq. *voce in deserto* per Johannem Baptistam *clamante*, *parate viam Domini* &c. *cum revelata fuerit* GLORIA DOMINI, *& viderint omnis caro unanimiter*, *quod os Domini locutum fuerit*; *eredendum* in posterum (*novo* cum domo Israel & cum domo Judæ *fædere*, juxta vaticinium Jeremiæ cap. XXXI, 15. sqq. *sancito*, *non secundum illud*, *quod cum Patribus ipsorum pepigerat*,) *fore Evangelio*, Deumque colendum juxta tenorem ab hoc præscriptum.

An cum reliquis legibus cultus Levitici ceremonialibus, etiam hanc Solennitatem Deus ex libera sua voluntate, & intentione prima, non imposuerit Israelitis observandam; sed voluntate mere permissoria & indulgente a), turpi Israelitarum æmulatione cum Ægyptiorum b) aliarumque gentium c) consvetudine tum temporis recepta provocatus, & tantum non coactus condescenderit, atque adeo ad eam rursus abrogandam proclivior extiterit; nostrum jam non est, examinare: nedum ut eidem fundamento nostram superstruamus sententiam, festivitatis istius cessationem hinc illaturi. Quamvis enim non SPENCERVS d) modo, pluresque alii Christianorum e), & APOSTOLI ipsi f) si Constitutiones ab illis denominatæ suam illis deberent Originem g), eo inclinent; sed ex Judæis quoque magnus ille MAIMONIDES

a) quam συγκαταβατικὸν θέλημα vocat *Theophylactus*, ad Ebr. X, v. 8. cui opponit ibid. προηγούμενον. b) Vid. Ezech. XVI, v. 26. cap. XX, 7. 8. 16. 18. 24. 30. c. XXIII, v. 2. 3. 8. 19. 21. Jos. XXIV. 14 & conf. *Kircheri* Oedipus Ægypt. tom. I. Syntag. IV. cap. 10. p. 295. sqq. c) Conf. Lev. XVII, v. 7. juxta Ab. Esræ explicationem, it. Ez. XX, 32. d) de Legibus Ebræorum ritualibus lib. III. Dissert. I. cap. I. Sect. 2. p. 9. sqq. e) *Hieron.* Comment. in cap. IV. ad Galat. v. 8. *Euseb.* Præpar. Evang. lib. VII. c. 8. circa fin. p. 312. B. C. Demonstr. Evang. lib. I. c. 6. p. 16. & 22. in fin. p. 17. init. p. 24. B. *Chrysost.* Homil. VI. in Matth. II, v. 2. col. 67. 68. Edit. Francof. *Theodoretus* Serm. VII. de Sacrificiis, Op. tom. IV. p. 584. Quibus addatur *Tertullianus* adv. Marc. lib. II. cap. 18. *Theophylactus* l. c. pag. 975. Edit. Lond. 1636. Guil. *Postellus* de Orbis Concord. l. I. c. 21. p. 75. H. *Grotius* de Verit. Relig. Christ. lib. V. c. 7. 8.

f) Constit. Apost. lib. VI. c. 20. toto, p. 350. coll. c. XXII. p. 351. sqq. Edit. Antverp. 1698. g) De quibus vid. Veterum Testimonia in Edit. cit. p. 189. *Cotelerii* judi-

DES h) magno id conatu inculcet, ABRABBANELE i) contra *R. Mos. Nachmanidem Narbonensem* prolixe, multisque aliis k), occasione oblata, defensus, & a Karræo supra laudato *Aarone fil. Eliæ* l) in hoc approbatus. Nec rationes satis speciosæ pro stabilienda ista opinione desint: non pauciores tamen vicissim obstant, quæ impediunt, quo minus adhuc eandem amplexi, novas inde inferamus Conclusiones m).

Id vero dubio procul omni positum, & ex ipsa Scriptura V. T. abunde comprobatum est, quod, *durante* etiam *adhuc cultu* Levitico, nihilominus *Deus festa Judaica fastidire cœperit*, eo ipso *istorum cessationem* aliquando futuram, clare *prædicens*. Nemo enim sui juris, liberæque ac absolutæ potestatis, quantumvis admodum longanimis, ac obfirmata præditus sit patientia, perpetuo sustinere solet, quod cum *tædio suo* est conjunctum: nisi pacto quodam, ad istam *animi ægritudinem* diutius ferendam, obligetur. Id quod de Deo, Ente liberrimo & potentissimo cogitare nefas. Nil quicquam enim afferri unquam poterit, quo probetur, Deum ullibi se obstrinxisse; nequid eorum mutaret, quæ Israelitas observanda certo loco, certoque tempore jusserat.

Scripturæ loca, quæ summam *Dei displicentiam*, *fastidium*, ac *tædium* erga festivitates Judaicas, declarant, & verbis admodum ponderosis depingunt, simulque tempus instare pronunciant, quo *prorsus cessare* debeant, diversa sunt, diversis inspirata Prophetis. JESAIAS, quamvis a ישע *salute*, ipsis denominatus recte credatur; quod præ aliis in id incubuerit sedulo, ut *læta grataque* populo annunciet *): in ipso tamen liminine muneris sui prophetici, suam quasi auspicaturus functionem, verbis his parum jucundis Deum hoc modo conquerentem introducit n): *cum veneritis, ut videamini coram me, quis*



cium l. c. p. 194. sqq. *Dallæus* de Pseudepigraphis Apostolicis: *Joh. Ernest.* *Grabe* Essey upon two Arabick Manusc. concern. the Doctrine of the Apostles: &, si vacat, *Joh. Car. Bovius* de his, Edit. Antverp. 1564. *Wilh. Whistons* Primitive Christianity Reviv'd, vol. III. London 1711.

h) in *More Nebuchim*, Part. III. cap. 32. it. cap. 29. & cap. 48. ac passim alibi. i) Ex instituto *Præfat.* in Levit. cap. IV. fol. 228. col. 2. & 3. Edit. Venet., qui veritatem sententiæ *Maim.* ex Scriptura S. & *Majorum* suorum Scriptis Tal. judiciose enucleat. k) v. g. *R. David Kimchi* Comment. ad Jer. VII, 21. sqq. & ad eundem locum jam nominatus *Isaac Abrabbanel* f. 107. col. 1. med. & col. 2. med. l) in ס׳ המצוות, tract. יום הכיפור cap. II. circa fin. & init. cap. III. f. m. 89. a. post med. & b.

m) Utpote ad has angustias nondum redacti. *) Vid. *Abrab.* Præfat. Comment. in *Jesaiam* f. 2. col. 1. l. 9. sqq. it. Præfat. in Ezech. f. 153. col. 4. l. 45. seqq. E qua origine etiam הושע nomen deducitur. n) Jes. I, v. 12.

*quæsivit hoc de manu vestra? ut mea conculcetis atria*, & mox o): *Novilunium, & Sabbathum, convocare Ecclesiam, non sustinebo vanitatem & detentionem. Novilunia vestra, & Solennitates vestras anniversarias odit anima mea, facta sunt mihi oneri, defatigatus sum ferre.* Apud AMOSUM p) Deus loquens sistitur his verbis: *odi, sprevi festa vestra, nec odorabor in* asarthas, seu *congregationes vestras.* Et apud HOSEAM q) istorum abrogationem diserte adjicit, ita pronuncians: *cessare faciam omne gaudium ejus*, (Ecclesiæ scil. Judaicæ, sub schemate mulieris adulteræ delineatæ cap. I, 2. sqq. cap. II, 4. sqq.) *festum ejus, Calendas ejus, atque Sabbathum ejus, imo omnem ejus festivitatem*; quocunque demum nomine ista veniat.

Quot verba in singulis, tot rerum occurrunt pondera. *Apparitionem* istam r), quæ singulis Israelitarum maribus *ter* quotannis suscipienda erat s), in festivitatibus eorum solennioribus, inter quas & *festum Septimanarum* continebatur, non aliter considerat, quam si *nude conculcent* pedibus suis, eoque ipso, luto ac pulvere ipsis adhærente, conspurcent contaminentque Dei atria. Ipse ABRABBANEL hostis alioquin Christiani nominis infensissimus, rei coactus veritate, non continuit se, quo minus in verba allegata in hunc commentetur modum t): „comparitione ista nequicquam delector. Quis enim postulavit „vobis, ut mea conculcetis atria? Melius mihi foret, ut prorsus non veniatis, nec offeratis oblationes; quam quod venitis ad conculcandum atria mea, „meo adjecta Sanctuario: quæ VESTRIS COMMACULATIS PEDIBUS. „*Et* KIMCHI *eadem ita explicat*, non reputo vobis honori, sed contemtui: quasi „nil aliud faciatis, quam ut atria mea conculcando contaminetis. Non potero „FERRE (*quod supplendum monet* ABEN ESRA) diutius: sunt mihi valde onerosa. Ideo removebo vos, ut cessent. *Et quid abominationem Dei, qua Judæorum festa aversatur, clarius exprimit, quam hæc AMOSI verba*; odi, sprevi „festa vestra? *q. d. juxta* Abrabbanelis u) *mentem*: ne opinemini! quod propter holocausta vestra, ter quotannis in festis vestris *offerri solita*, & propter „oblationes vestras, ac Cantica, atque modulationes Leviticarum, quæ in domo mea concinunt, re vera ipsis sim condonaturus. Nequaquam ita fiet. „Nam sperno festa vestra, quibus ascenditis in προσκυνήσεις vestris: NEC „ODORABOR IN ASARTHAS VESTRAS.„ Non minus coram me fœtent, quam

o) l. c. v. 13. 14. p) cap. V, v. 21. q) cap. II, 13. r) De qua vid. Progr. An. 1716. §. *Quod templo stante*, ex Maim. Hilc. *Chagiga*, cap. I. §. 1. fundato in cod. Talm. Bab. *Chagiga* fol. 6. b. s) Vid. Exod. XXIII, v. 14. seqq. v. 17. cap. XXXIV, 23. 24. Lev. XXIII, 4. sqq. Deut. XVI, 16. t) *Comment*. ad l. c. f. 6. col. 1. l. 16. sqq. u) Comment ad l. c. f. 249. col. 4. circa med.

quam terra coram hominibus cadavera; ad quæ nares, ut dici solet, & os obstruunt. Non digna judico, quæ vel nudo odoratu, istorum quasi indagaturus indolem, explorem. Itaque apud HOSEAM rotunde asserit, *cessare faciam;* ut in nullo amplius usu sint.

Certe verba ex JESAIA adducta tantum semper aculeum inflectorum animis relinquere, ut de *Rab Hunna* dicatur in ipso opere Talmudico x), quod, *quoties in ea inciderit*, acerbe *illacrymarit* iisdem, stupendam rerum catastrophen *deplorans;* qua *herus servum, cujus* alioquin *accessum*, avide & *anhelans expectabat, sue ipsum adhibiturus mensæ, adeo abominetur, ut nec ipsum videre, nec ab eo videri amplius sustinuerit.* Alibi y) referunt antiqui rerum Judaicarum Scriptores, quod circa tempora Templi secundi vel desolandi, vel non ita pridem desolati, Gentilis quidam (quo nomine Christianos appellare consueverunt) R. AKIVAM tunc florentem interrogarit, *quare vos Judæi! celebratis solennitates annuas? annon ita vobis dixit Deus benedictus, Novilunia vestra, & solennitates vestras odit anima mea &c.*

Quis ille fuerit Christianorum, qui dubium hoc moverit, diserte nullibi exprimitur. Cum Præceptore hujus *Akivæ* R. ELEASARE Jacobus Christi discipulus & Episcopus Jerusolymitanus, in foro superiori urbis Zipporis disseruisse legitur z): qui tamen eo usque vitam suam vix protraxit, ut cum *Akiva*, in celebritate jam constituto, colloquii potuerit. Quamvis argumentum ipsum, de *abrogatione* scil. festorum Judaicorum, ejus indoli apprime competat: utpote qui id ipsum etiam in prima Apostolorum Synodo mascule defenderit; omnesque ad Christum conversos, convertendosque ab onere cultus Levitici eximendos decreverit a). Judicent eruditi. Quisquis tamen ille fuerit; heroico præditus erat animo: qui non reformidarit, cum isto Judæorum in arenam descendere; quem Moses ipse legislator se digniorem judicasse, fingitur b); cujusque sententia ex communi Doctorum decreto, singulis ab ipso diffidentibus ubivis præfertur c). Causæ justitia fretus, neminem reformidat diffidentium, quocunque superbiat ingenii acumine.



x) Cod. Bab. *Chagiga* f. 4. b. l. 13. sqq. y) in *Tanchuma* ad Sectionem פנחס f. 88. col. 4. l. 15. sqq. Edit. Venet. sed Francof. f. 75. col. 2. l. 36. sqq. *Bammidbar rabba* Sect. XXI. fol. 282. col. 4. l. 10. sqq. z) Cod. *Aboda sara* fol. 16. b. l. 43. sqq. f. 17. a. initio. Conf. etiam l. c. f. 27. b. l. 10. sqq.

a) Act. XV, v. 13. sqq. conf. *Chrysost.* Homil. XXXIII. in Acta Apost. p. 676. *Hesych.* Presb. Jerusol. Serm. in Jacobum, ap. *Photium*, Cod. CCLXXV. col. 1526. b) *Menachoth* fol. 29. b. l. 18. sqq. *Jachasin* in vita R. Akivæ f. 36. a. l. 23. sqq. c) הליכות עולם Tract. V. cap. 1. p. 201. circa fin. *Siphre* ad Num. IX. 8. fol. 10. c. 4. l. 43. sqq. *Jachasin*

Obtuſum illud admodum, nimisque hebetatum hic deprehenditur *Akivæ* iſtius in hac, quam Chriſtiano reddidit, reſponſione; utut multi Judæorum, ex reverentia tanti ipſorum Martyris cum ſumma admiratione devote eam exoſculentur d). Argutiæ non omnes ſcopum feriunt. Reſpondebat enim, „ſi diceretur Novilunia mea, & feſtivitates meas odit anima mea; tecum ſentirem. Sed, cum dicatur Novilunia veſtra, & feſtivitates veſtras; infero, quod „de illis loquatur feſtivitatibus, quas Jerobeam inſtituerat: prout dicitur e), „& fecit Jerobeam feſtum in menſe octavo, in quinto decimo die ejusdem „menſis, ad ſimilitudinem feſti, quod in Judæa: & obtulit holocauſta ſuper „altari iſto. Ita fecit in Bethel ſacrificando vitulis &c. *Iſraelitis* ſcil. h. e. imperio decem tribuum *feſtum fecit.* „Verum iſtæ feſtivitates, (quæ penes Ju„dæos Iſraelitis oppoſitos, in imperio Judæ Davidis adhærente familiæ, in „templo Jeruſolymitano peraguntur,) non ceſſabunt in æternum: mea nim. „Novilunia. Quare? quia ſunt Dei ipſius benedicti, ſicut dicitur f): iſta ſunt „feſta anniverſaria Domini: & alibi g) ſcriptum extat, & elocutus eſt Moſes „feſta Domini. Eapropter non ceſſabunt in æternum: utpote de quibus „etiam dicitur h), confirmata ſunt in æternitatem ſeculi, inſtituta in veritate „& recto. Mens ejus eſt, verba apud Jeſaiam l. c. extantia, non loqui de *feſtivitatibus* a Deo ipſo in ſui honorem inſtitutis: utpote quas, vigore loci e Pſalmo citati, nunquam odiſſe poſſet. Sed de illis, quas Jerobeam e cerebro ſuo finxerit, in honorem vitulorum; non Jeruſolymæ, verum in urbe Bethel celebratis.

Quæ ſententia totum dicentis ſcopum impugnat, & nullo modo cum ſerie Orationis conciliari poterit. Sermo ad regnum Judaicum dirigitur, ipſamque Jeruſolymam i); non ad Iſraelitas decem tribuum, aut contra cultum vitulorum in Bethel inſtitutum. Et ne dixeris, etiam de illis quosdam fratrum ſuorum cultum Baaliticum fuiſſe imitatos, quos Propheta corripiat, vel, ut LANIADO k) ſomniat, hos *nova addidiſſe feſta & Sabbatha*, cultu in Excelſis, ſeu locis quibusdam editis peracto. Obſtant Dei ipſius verba, dicentis l), *ad quid MIHI multitudo hoſtiarum? EGO ſaturatus ſum.* Cui aliquid non offertur, aut qui id non recipit; de eo ſaturari nequit. Sacietas oblationem ſibi factam, & per-

f. 35. a. l. 27. ſqq. *Zemach David* ad A. M. 4840. f. 18. a. d) in quorum nnmero eſt etiam *Abrabbanel* ad l. c. fol. 6. col. 1. l. 37. ſqq. it. *R. Sam. Laniado* in כלי פז fol. 9, c. 4. med. & f. 10. c. 1. e) 1. Reg. XII, 32. f) Lev. XXIII, 4. g) l. c. 44. h) Pſ. CXI, 8. i) Vid. Jeſ. I, 1. 8. 21, 26. ſqq. k) in *Celi paz* l. c. f. 9. col. 1. circa fin. & col. 4. l. 33. ſqq. l) Jeſ. I, 12.

perceptionem ejus præsupponit. Unde amplius sequitur m), *MIHI* accensus *suffitus, est abominatio:* coram n) *facie MEA, ut videamini, venitis: mea conculcatis atria;* non coram vitulis, in fano apud Bethelem erecto, vel in Excelsis aliis, in quibus vel nulla erant *atria*, vel Dei dici non poterant. *DEO facta fuerant labori onerosо* o), *qui saturatus* illis fuerat, & *defatigatus*, diu illa ferendo; non vituli, aut Baal. Nulla itaque veri specie alia apud *Jesaiam* concipi possunt festa, quam quæ Deus ipse olim, ut *ad tempus durarent*, instituerat.

Nec aliter de loco AMOSI judicandum. Utut enim sæpius hic cum regno *decem tribuum*, quod specialiter *Israeliticum* dicitur, rem habuerit; reprehensus hoc nomine solenniter ab *Amazia* p) Sacerdote Bethelis, ac *in Judæam*, ceu patriam suam, *remissus, ut ibi panem comedat, ac vaticinetur;* urbe *Bethel, quæ Regis sit asylum ac sedes imperii, relicta.* Illud tamen vaticinium, e quo superius allegata adducuntur q), non ad *Israelitas decem tribuum* dirigitur, utpote qui non præsumuntur *desiderasse diem Domini* r), sibi in proxime præcedentibus s) prædictum *caliginosum:* nec dici poterant, vigente cultu vitulorum, *Domino obtulisse hostias*, quemadmodum hi, quos Propheta alloquitur t). Sed ad Judæos duarum tribuum; quos etiam disertis verbis *Zionitas* vocat u), in oppositione ad *Samariæ* subditos x). Id quod dudum agnovit acutissimus Judæorum ABRABBANEL y), ab autore antiquissimi *Medrasch* שוחר טוב dicti, approbatus, & necessariis contextus circumstantiis in assensum abreptus z). *Hoseæ* objectum dubium videri poterat. Cum vero *Sabbathi* & *Novilunii* mentionem faciat, quæ a solo *Deo* dependent: ideo nec alia hic festa videntur intelligenda, quam quæ *Deum autorem* habuerant. Ut taceam, quod eo ipso Scripturæ loco, quo legitima *festorum Dei* celebratio præscribitur *), non semper *Dei* dicantur; sed interdum, prorsus ut apud Jesaiam l. c. ראשי חדשיכם, *novilunia* VESTRA †), מועדיכם *festivitates* VESTRÆ **).

Cum autem *Hoseas* a) *gaudii* meminerit, quod *cessare facturus sit omne* ejus *gaudium;* occasionem hinc arripuit R. JOCHANAN in tractatu Talmudico *Schabbath* dicto b), etiam *Jesaiæ* verba adducta explicare quidem de festis a Deo ipso institutis, non tamen in se consideratis. Sed ratione *enormis* istius *lætitiæ*

m) l. c. v. 13. o) l. c. v. 12. p) l. c. v. 14. p) Amos VII, 10. sqq. q) c. V, 18. sqq r) l. c. s) c. V, 1. sqq v. 18. 20. t) l. c. v. 22. 23. 25. u) Amos VI, 1. x) l. c. y) ad Amos l. c. quæst. VI. f. 247. col. 4. l. 12. sqq. & *Explicat. verborum* f. 249. col. 3. med. z) *Abrabb* l. c. l. 64. sqq. titulus libri videtur ex Prov. XI, 27. desumtus. Unde dici non poterit שוחר טוב ut multi contendunt. *) Num. XXVIII. & XXIX. †) Num XXVIII, 11. **) Num XXIX, 39. a) c. II, 13. b) fol. 145. b. l. 3. sqq.

*titiæ*, quam Judæi in istis celebrandis excitarint. Quasi non festa Deus oderit; sed nimiam istis adjunctam lætitiam. In quo vestigia ejus legit R. MARDOCHÆUS sacerdos, ab ipso socero suo R. SAM. LANIADO citatus, & in eo approbatus c). Verum *gaudii* istius nullum in *Jesaia* extat indicium: & pars est essentialis cujuslibet *festivitatis* rite *obeundæ*, a Deo ipso præcepta d). Quippe qui ægre ferebat, aram suam lacrymis humectatam e). Ut adeo festorum abrogata lætitia, festa ipsa censeantur abrogata.

Nec est, ut cum plerisque f) dixeris, ob *flagitia* in festis celebrandis *servata*, cultum ipsum Deo fieri tædiosum: qui, vita cultorum legibus conformata, eundem omnibus modis esset probaturus. Quanquam hæc sententia ut nihil reticeamus, nonnihil subsidii inveniat in verbis g) לא אוכל און ועצרה per certum explicatis Idiotismum h); quo sensum referrent, *non possum* ferre *vanitatem Detentionis*. Quia, *Abrabbanele* judice i), aliter stilus fuisset formandus: nec dicendum quod *festa ipsa oderit & novilunia*; *sed malitiam operum ipsorum* celebrationi festorum annexam. Et, quod maximum, verba *Jesaiæ* c. XL. v. 1. 2. ad quæ superius k) provocabatur, animum Dei placatum indicant: qui *non de corripiendo, sed consolando populo occupatur; iniquitate ipsius jam condonata*. Et nihilominus tamen, dum maxime istorum genio indulget, ipsisque aperte subblandiri jubet, *loquendi ad cor ipsorum* l); id simul indicat, tanquam singulare beneficium, *omnem cultus Levitici militiam*, quocunque demum animo peragatur, *impletum iri*, & cum eo simul *festivitates quascunque anniversarias*, ad cultum istum onerosum pertinentes.

Nihil ergo est, quod ulla veri specie afferri possit, ad impediendum, quominus Deus decretum, de *festis Judæorum abolendis*, dudum executus, aut *eadem ex animo odisse*, dicatur; aliis in istorum locum substitutis. Verba profecto Psalmi m), ad quæ R. AKIVA supra provocabat, *omnia Præcepta ejus suffulta sunt in seculum æternitatem*, (si vel maxime פיקודים ea quoque Præcepta includeret, quæ de *diebus festis* rite obeundis sparsim leguntur), nec *pactum* Dei designant, quo suæ renunciasset libertati: nec magis *festorum* probant *perpetuitatem*, quam formulæ

c) in *Celipas*, l. c. fol. 9. col. 3 l. 5. sqq. a fine. & col. 4. d) Deut. XII, 18. c. XIV, 26. c. XVI. 11. c. XXVII, 7. vid. cod. *Chagiga* f. 6. b. l. 12. 18 & *Maim.* Hilc. *Chagiga* c. I. § 1. citati Program. 1716. §. *Quod Templo stante*. e) Mal. II. 13. f) ad quos referendus est *Raschi* ad Jes. 1, 11. sqq. ad Prov. XV, 8. provocans: *R. Dav. Kimchi, Isaac Abrabbanel*, ad l. c. com. *Laniado*, ac plerisque Christianorum. *Ab. Esra* quamvis causam hanc diserte non exprimat, provocat pro explicatione v. 11. ad Ps. L, 11. g) Jes. I, 13. h) juxta interpr. §. 149 V. 1. i) Quæst. V. in Jes. I. f. 4. c. 4 l. 15. sqq. k) Progr. anni 1718. §. *Extat tamen*, & sqq. l) Jes. XL, 2. m) CXI, 7. 8.

mulæ huic cognatæ כל ימי עולם , העולמים , חוקת עולם , לעולם , עד עולם aliis *cultus Levitici* legibus annexæ, juxta vaticinium JESAIÆ n) suo tempore *consummandi*. Nudum quippe tunc *tempus definitum*, longum tamen & ob longinquitatem sæpe *occultum* & *obscurum* o), denotant. Quod alibi intra *Jubilæum* p), spatio quinquaginta annorum, circumscribi potest; vel *duratione vitæ* ejusdem, de quo dicitur q): ut alias pluribus, ex consensu R. JOSEPH ALBO r) & R. SAADIÆ s) docuimus. Diceres, quibusdam in locis leges in deserto promulgatas vocari *æternas*; quod & in terram promissam ingressos obligent; non tamdiu saltem durantes, quamdiu oberrabant in deserto t).

Ut taceam, ABEN ESRAM verba a *R. Akiva* adducta de *solis naturæ legibus* intellexisse, quæ *omnium inscripta* sunt *cordibus*, ac expressæ in Decalogo u). Quæ procul dubio in æternum durabunt. KIMCHI de *animadversionibus* adversus Palæstinæ incolas susceptis accipit; quos ob peccata sua juste x) ejecerit, eoque ipso *fidem servarit* y), Patriarchis datam z). Proprie *Dei* notat *visitationes*: quæ vel ad bonum conferendum suscipiuntur, vel ad infligendam pœnam. Quocunque vero sensu sumatur; nostram non destruit sententiam.

Quam temere etiam impugnant, ad Dei provocantes *immutabilitatem*. Deus quippe, quoad intrinsecam suam essentiam, manet *immutabilis*: atque adeo ejus pronunciatum a), *Ego Dominus non mutor*, vigorem suum retinet; si vel in singula momenta ejus mutentur *actiones*. Liberæ hæ esse debent, ceu Entis liberrime agentis, & statui accommodandæ: qui nunc serenitatem postulat, nunc nubila. Lux tenebris mutatur, juventus senectute, æstas hyeme: quæ omnia a Deo dependent, diserte prædicente b), quod per suam providentiam ac operam, *sementis ac messis, frigus atque æstus, æstus ac hyems*, nec non *nox diesque*, quamvis cuncta sibi sint opposita, *quamdiu mundus duret, non sint cessatura*. Adamo olim omnes *arborum fructus*, præter unam c), permisit; *carne*, ad mentem plurimorum

Ggg gg

n) cap. XL, 2. quo de Progr. An. 1718. o) vi suæ originis עולם quæ *abditum, occultum, absconditum* esse denotat. p) Quo trahunt Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. coll. Lev. XXV, 40. q) 1. Sam. I, 22. Ps. 89. 2. Ps. 69. 93. r) in *Ikkarim* lib. *III.* c. 16. fol. 78. b. ant. med. s) in *Sepher Æmunoth*, Orat. *III.* f. 23. col. 4. circa fin. t) Exod. *XX*, 21. c. *XXVII*, 1. sqq. Deut. *XXIII*, 1. sqq. Qua dicere solent דבר שאינו נוהג לדורות ; illas autem דבר נוהג לדורות cod. *Chagiga* f. 6. a l. 30. sqq. & ubique. u) Comm. ad Ps. *CXI*, 8. x) unde l. c. v. 7. ומשפט & v. 8. ישר y) indicatam voce אמת & באמת v. 7. & 8. ac באמונים v. 7. z) Gen. *XV*, 16 Deut. *IX*, 5. utrumque similiter conjungitur. a) Mal. *III*, 6. b) Gen. *VIII*, 22. c) Gen. *I*, 29. c. *II*, 16. 17. c. *III*, 2. 3.

rum, illi *interdicta:* quam Noæ permiſit d). Cujus poſteris agnatarum plurimas ad connubium conceſſit e); ut carnem beſtiarum omnium, ad eſum f): Iſraelitis autem plurimarum interdixit matrimonio g), eſuque carnis diverſarum beſtiarum h). Prohibuit generaliter, homines quoscunque occidere i). Abrahamo vero imperavit, ut proprium mactaret filium k). Ne quis, niſi ex Aaronis ſeminis prognatus, hoſtias offerret, aut ſuffimentum ipſi adoleret l), idque non alibi quam in loco quem eligeret m), ſeveriſſime prohibuit Gideoni n) tamen, Manoæ o). *Samueli* p), atque *Eliæ* q), illud permiſit, etiam in loco alieno.

Sine ulla proinde hæſitatione, *Cives dilectiſſimi!* (poſtquam *feſtum Septimanarum Iudaicum* dudum *obſoleverit*, Deo ejus fundatore id faſtidiente), Chriſtianorum ritus, in memoriam *Spiritus ſancti*, viſibiliter *in Apoſtolos* circa Chriſtianiſmi incunabula *effuſi* ex deliberato conſilio introductos, religioſe exequimini: ſacris conventibus nunquam Vos ſubducentes, & talem extra eosdem vitam agentes, quæ directionem ſancti Spiritus vos in habitantis ubivis arguat. Loco autem ſacrificiorum, præcipue *Salutarium* r) pro *lætitia excitanda* ab Eccleſia V. T. immolandorum s), poſt *Laudis* t) oblationem Deo devote conſecrandam, *ſpontaneas* liberaliter diſtribuite *portiones*, illis conferendas, qui in Levitarum, (quos ſimul cum aliis hoc ipſo feſto exhilarandos Deus ſerio adhortatur u) apud nos ſucceſſere locum; iſtorum vices in miniſterii cultus divini ad aram atque ſuggeſtum rite obeundi, fideliter adminiſtrantes, ac pro veſtra ſalute nunquam non vigilantes ſoliciti. P. P. ipſa Pentecoſtes feſti feria prima.

JOH.

d) Gen. *IX*, 3. e) *Abraham* ex eod. patre *ſororem* duxit Gen. *XX*, 12. *Amram* amitam ſuam Exod. VI, 20. conf. cod. Bab. *Sanhedr.* c. VII. *ſ.* 5. fol. 56. b. l. 2. ſqq. it. f. 57. ſqq Jeruſ. *Kidduſch.* ad c. I. *ſ.* 1. f. 58. col. 2. fin. & col 3. l. 1. ſqq. f) Gen. *IX*, 3. g) Lev. *XVIII*; & *XX*. h) Lev. *XI.* Deut. *XIV*, 4. ſqq. i) Exod. XX, 11. Num. XXXV, 16. ſqq. k) Gen. XXII, 2. ſqq. l) Num. XVI, it. cap. XVII, 5. Conf Cod. Bab. *Sanhedr.* f. 89. b. l. 16. ſqq. *Toſiphta* cod. *Jebammoth*, f. 90 b. ad l. 7. m) Lev. XVII, 3. ſqq. n) Jud VI, 19. ad quem provocat auter *Peſikta ſotarta*, ad Deut. XVIII, 15. f. 77. col. 2. l. 3. o) Jud. XIII. 15. ſqq. p) 1. Sam. IX, 12. ſqq. c. XVI, 2. ſqq q) 1. Reg. *XVIII*, 19 ſqq. ad quem provocant ll. cc. omnes. r) *Raſchi* ad cod. *Chagiga* f. 6. b. l. 13. ubi, *non datur*, inquit, *lætitia feſti per carnem* Sacrificiorum. Vid. Progr. an. 1716. s) שלמי שמחת חג יגח & שלמי חגיגה dicta Rabbinis. De quibus vid. *Maim.* Hilc. *Chagiga* c. I. §. 1. poſt Deut. *XVI*, 10. ſqq. cap. *XII*, 17. c. *XIV*, 22. ſqq. t) quam durare putant, etiam reliquis Sacrificiis omnibus abrogetis. u) Deut. *XVI*, 11. 14. conf. c. *XII*, 12. 18. 19. c. *XIV*, 27. 29. c. *XVVI*, 11. ſqq. cap. *XXVII*, 7. it. *Maim.* l. c.

# JOH. ANDR. DANZII
## PROGRAMMA
# DE SPIRITV ARDENTE
## IN ESALÆ IV, 4. coll. ACT. II, 2.

IMmenſæ Dei ſapientiæ pariter & Φιλανθρωπίας ſingulare argumentum eſt, quod, quando per ſervos ſuos, prophetas, populo refractario, acerbiſſima judicia denunciavit, maximis ea permiſcuerit ſolatiis, & jucundiſſimis lenimentis. Nam, ſicut pater, juſta ita charitate temperata, ſalutem liberorum, non perniciem quærit: ita benigniſſimum Numen populum, quem ſibi peculium elegerat, everſis inquinamentis & deterſis ſordibus, tam purum, tam ſanctum, tamque felicem reddere voluit, ut in eo, tanquam loco celſo atque illuſtri, totius mundi ſalus collocata, omnibus gentibus manifeſtaretur. Hinc omnium præſtantiſſimus fons, unde Viri Dei ſuas derivabant conſolationes, erant feliciſſima Novi Federis tempora, quibus ex umbra in lucem clariſſimam prodire debebat Zionis auxilium, quod tanto ardore patres exoptarant: quæ, quum mente prophetica, quaſi præſentia intuebantur Prophetæ, in tantum affectum erumpebant, ut, quibus gaudiis exultarent, neſcire viderentur: præſertim ore pleno exclamabant, & eam extollebant felicitatem, qua Spiritus ſancti dona omnibus cujuscunque ætatis, & cujuscunque ſexus fidelibus diſtribuenda erant largiſſime. JEREMIAS a), EZECHIEL b), JOEL c), ZACHARIAS d), & reliqui ſunt tantæ beneficentiæ diſerti præcones: qui, quo magis territant minis, & ad ſanitatem revocant, tanta præclariorem prædicant futuram donorum Spiritus ſancti ubertatem, quod omnino ſummæ conſolationi perterritis eſſe oportebat, quum legis divinæ rigorem, & ſuarum virium imbecillitatem expenderent.

Omnium vero maxime id præſtitit, JESAIAS, qui, quum novi federis œconomiam tam clare, tamque perſpicue depinxerit, ut ipſius ſpectator & adminiſter fuiſſe videretur, loco evangelicæ hiſtoriæ ſcriptoris haud plane immerito habetur. Hic, quaſi teſtis auritus & oculatus Johanni, ſalutis prænuncio, Chriſto ipſi, & apoſtolis poſt ſublatum magiſtrum congregatis adſtitiſſet, Spiritus ſancti effuſionem deſcripſit, dicens e), quod ביום ההוא, *illo tempore, quo futurum ſit* צמח יהוה *Germen Jehovæ in decus & honorem*, & פרי הארץ *fru-*



a) cap. XXXI. b) cap. XI, 19. XXXVI, 26. c) cap. II, 28. ſq. III, 1. d) XII, 10. e) c. IV, 1. 2. 4.

*fructus terræ in magnificentiam & ornamentum reliquis Ifraelis, eluturus sit dominus excrementa filiarum Zionis & sanguinem Hierosolymorum ex medio ejus extersurus* ברוח משפט וברוח בער SPIRITU JUDICII & SPIRITU ARDENTE.

Duo insignia & notatu maxime digna tempora ante oculos civium suorum statuit propheta: unum calamitatum, ex justissimis Dei pœnis pendentium; alterum felicitatis summæ, non tam corporalis, quæ caduca est & inconstans, quam spiritualis: utrumque eodem notabili indicio, ביום ההוא *tempore illo*, indigitat; sed tamen ita sibi invicem opponit, ut unius commemoratione perculsi & prostrati, alterius recordatione erigantur & reficiantur. Neque timendum, ne eadem formula diversa tempora confundat, & turbet: quia adjectis circumstantiis quam optime definita sunt. Jesaias, quodnam tempus insigniat, indicat apertissime, quam *Germinis Jehovæ* mentionem facit. Unde R. DAVID KIMCHI f) ביום ההוא rectissime exposuit ביום התשועה כביאת גואל *tempore salutis, quando veniet redemtor;* & per צמח יהוה *Germen Jehovæ*, neminem alium innui voluit, quam משיח בן דויד *Messiam filium Davidis*, ex Jerem. XXIII, 5. *suscitabo Davidi germen justum.* Quippe nomine צמח Messias in prophetarum, Jesaiæ præsertim & Jeremiæ oraculis ita celebratus est; ut id ipsi ceu proprium tribuat Zacharias g). G. R. SALOMO ISAACIDES h) צמח יהוה *Germen Jehovæ* explicavit per הצדיקים הנשארים והחכמים תלמידי התורה *justos residuos, & sapientes legis studiosos:* פרי הארץ, *fructum terræ* vero per בני צדיקים *filios justorum.* Quocum ABRAHAM b. ESRA i) consentit, qui צדיקי ירושלים שימלטו לצבי הדר *justos, Ierusolymorum, qui effugient in ornamentum gloriosum,* intellexit. Sed, præterquam quod uterque subjecta diversa errore aperto confundat, sermo hic de singulari eaque illustri persona est, quæ reliquis Israelis honorem adferet & magnificentiam. Id quod alii è Judæorum magistris bene perspexerunt; in illa vero persona detegenda sunt hallucinati. Neque enim Hiskiæ, quem præter ABRABBANELEM k), alii, quos Aben Esra adduxit, innui volunt; neque Serubabeli, aut ulli e reducibus ex Babylonica captivitate, tam præclari excellentiæ characteres conveniunt. Ergo de multo illustriori cogitandum. Quæ nemo alius est, quam Messias. Quod optime vidit JONATHAN, Paraphrastes Chaldæus: qui, ut alibi semper, sic & hic loci צמח *Germen*, transtulit משיחא, *Messias.* Cujus testimonio contra Judæos tanto firmius innitimur, quo propius ætas ejus ad veterem ecclesiam judaicam accedit & quo majori auctoritate apud Talmudicos valet: qui ipsum æque majestatis divinæ par-

f) ad h. loc. g) Cap. III, 8. VI, 12. conf. Vitringa in Comment. in Jes. cap. IV, 2. p. 103. col. 1. h) ad h. loc. i) ad h. l. k) ad h. l.

participem prædicant, ac Mosen l). Nihilominus fallitur ut homo, quando פרי ראץ, *fructum terræ* exposuit, עברו אוריתא, *facientes legem*. Ubi eundem errorem cum R. Salomone Isaacide, Aben Esra, & Abrabbanele erravit, quorum ultimus *fructum terræ* incolas esse Jerusolymorum, sub Hiskia viventes, opinatus est. Hi enim omnes illum, qui gloriam dat, cum his, qui accipiunt eam, confundunt quam maxime. Qua ex parte KIMCHIVS iterum sanior est ceteris suis popularibus: qui הארץ *fructum terræ*, etiam על משיח *ad Messiam* respicere docet; quam is ratio denominationis, quam ipse dat, non proxima sit. Nam צמח יהוה, *Germen Jehovæ* audit Messias, quia propago seu filius Dei est, in quo patris imago & gloria perfectissime splendet: פרי הארץ, *vel fructus terræ* autem quoniam ex muliere virgine natus est. *Assurgit* enim, ut Jesaias alibi dixit m); *sicut radix ex terra sicca, nulla forma, nulla majestate ipsi existente* Quamdiu scilicet in terris egit, humilis & miser visus est: evectus vero ad dextram Dei, quoad humanam naturam, gloriam adtulit & decus reliquiis Israelis. Septuaginta, ut vulgo vocantur, Interpretes non verbum e verbo expresserunt; sed cum alibi n) צמח *ἀνατολὴ* transtulerunt, tum hic *ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς*, *tempore isto illucebit Deus consilio pariter & gloria in terra*, posuerunt: ut tenore alio, eoque tunc in ecclesia Judaica magis trito, tempora Messiæ indicasse viderentur. Quo eodem Zacharias sacerdos, Johannis pater respexit, dices o): *Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους*, *ex intima misericordia Dei nostri, qua invisit nos ortus ex alto.* Qui uti similem sententiam solennem, quæ augustiæ orationis ambitu, plurima de Messiæ adventu vaticinia complectebatur p), adhibuit: ita extra omnem controversiam de appropinquante novi federis oeconomia vaticinatus est; cujus filius ipsi recens natus præco primus esse debebat.

Hoc erat tempus illud summæ consolationis plenum, quo fore prædixit propheta, ut residui ex Israele sancti reddantur, *purgati* ברוח המשפט וברוח בער *per* SPIRITVM JVDICII & SPIRITVM ARDENTEM. רוח, *quando de Deo usurpatur*, ut tradit MAIMONIDES q), *vel influentiam illam intellectualem divinam a Deo prophetis instillatam, cujus virtute prophetant, significat; vel ipsius voluntatem.* Si posterior hic adplicetur significatus; nec solatii quidquam, nec spei, ut propheta intendit, ecclesiæ erigendæ *ardens ira justissimi judicis* adferet.



l) Baba Bathra fol. 134 a. lin. 14. seq. m) cap. LIII. 2. n) Jerem. XXIII, 5. Zach. III, 8. VI, 12. o) Luc. I, 78. p) Vaticinium Bileami Num. XXIV, 17. it. Jesa. IX, 1. 2. Malach. IV, 2. q) More Nebuchim P. I. c. 40.

feret. Sin prior, omnino mente Judæorum præfracta extricandus erit: qui *spiritum sanctum* infimum prophetiæ gradum r) vocant, ut nostræ fidei, qua illum tertiam Deitatis personam credimus, detrahant. R. Samuel LANIADO s) רוח המשפט, *Spiritum judicii*, exposuit quidem, דין יסורין *judicium castigationum;* רוח בער *Spiritum ardentum* vero explicavit omnino רוח קדוש מאת השם שיבער הגלל עד תומו *Spiritum sanctificationis ex Deo, qui tollet stercus, donec defecerit.* Paraphrastes Chald. רוח per מימרא *Verbum* transtulit: quæ vox æque ac משיחא Messias, de *divina persona* ab ipso sumi putatur, eaque ut plurimum *secunda*, quam Johannes λόγον cognominavit. Sed cum hic צמח יהוה *Germen Jehovæ*, quod *Messiam* esse supra ostendimus, *Spiritui* perspicue contradistinguatur; vel מימרא tertiam quoque personam divinitatis Chaldæo notare, asserendum est, ut eadem ratione, qua filius Dei מימרא vocatur, quia Pater de ipso t), per ipsum u), & ipse suo privoque jure, verba patris x) locutus est; etiam *Spiritus* מימרא nominetur. Quia & pater, & filius de ipso y), per ipsum, & ipse Patris & filii verba z) locutus est. Vel potius Chaldæus λόγον προφορικὸν respexit: quo sensu ad ipsum *Kimchius* provocavit, qui vocem רוח etiam *ex istis locis Iob. XV, 30.* ברוח פיו *per verbum oris ejus & Ies. IX, 32.* ברוח שפתיו, *per verbum labiorum ejus*, exponi posse arbitratur. Quæ interpretatio haud plane aliena est. Solennis enim & mirifica Spiritus Sancti effusio eoipso clarius manifestebatur, quod apostoli *loquerentur alienis linguis*, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου ἀποφθέγγεσθαι, *sicut spiritus dabat ipsis eloqui* a). Verum, quamvis non excludatur *effectus*; ipsius tamen causæ magis hic habenda est ratio. Quid enim opus, *effectui* inhærere? ubi causa ipsa exprimitur; quam, quæ de ista dicuntur, propius intuendam exhibent. Quem propheta prædixit *Spiritum*, purgaturum esse residuos Israelis, ut sancti vocentur; idem ille πνεῦμα ἁγιωσύνης b), *Spiritus sanctitatis* appellatur, & ipsi ἁγιασμὸς c) *sanctificatio* tribuitur: qui רוח המשפט qui *Spiritus Judicii*, Jesaiæ audit, eundem Christus promisit, redarguturum esse mundnm, περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως, *de peccato, de justitia*, & de JVDICIO d): adeo, ut iisdem prædicatis Spiritus, quem verum Deum credimus, in scriptis novi testamenti canonicis ornetur; quibus eum præsensit divine ac præ-

r) conf. Eisenmeng. entdeckt. Judenth. P. I. cap. VI. s) in Celi Pas fol. 196. a. col. 1. l. 39. t) conf. Witf. in Exercit. III. de sermon. T. II. Miscell. §. XXIII. p. 106. u) id. §. XXIV. x) idem §. XXVI. y) in promissionibus & vaticiniis. Joel. III. Joh. XIV, 16. XVI, 7. z) Procedit enim a patre & filio Joh. XVI, 14. & 15.

a) Actor. II, 4. b) Rom. I, 4. c) 2. Thess. II, 13. 1. Petr. I, II. Rom. XV, 16. d) Joh. XVI, 8. 11.

prænunciavit Jeſaias. Quod exinde potiſſimum confirmatur, quia nomine רוח בער *ſpiritus ardentis* decoratur. בער, unde בָּעַר nominis adjectivi forma apud Ebræos, quæ Chaldæorum participium Benoni conſtituit, præcipuam ſignificationem *ardendi* habet; &, quamvis diverſa alia ſonare videatur, ea tamen pleraque ad primam iſtam vim referri poſſunt. Ignis, cujus eſt ardere, CLEMENTE ALEXANDRINO docente e), duplex virtus eſt: una ad procreationem & concoctionem fructuum, animaliumque generationem & nutritionem apta, cujus imago ſol eſt; altera vero ad conſumtionem & corruptionem. Quæ poſterior vel ad purgandum valet, & vocatur *καθαρτικὴ purgatrix*, vel *ἀφανιστικὴ deletrix*: quam in adplicatione Clemens laudatus vult rectius dici *παιδευτικήν*, *correctricem*. Vis illa purgatrix aurum argentumque purum putum reddit, removet ſcorias, & vitia detrahit f): hæc vero edax eſt, & quæ arripit, conficit ea & conſumit. Hoc igne conſumtore, quæ devota, immunda, deteſtabilia, omnique eſu & uſu interdicta erant, juſſu Moſis abolebantur g). Unde, quo ex fonte pleræque radicis בער ſignificationes, *expurgandi*, *eliminandi*, *depaſcendi* luant, liquet. Sed tamen amœnius ex copioſa ſcaturigine, quam denui rivulo bibitur. Licet Spiritui ſancto hic potiſſimum vis expurgandi & eliminandi tribui videatur: inde adeo non ſpiritus expurgationis nominandus, ut, eo quod Spiritus ardens, ignisque divinus eſt, purificandi officium ipſi adſcribatur. *Ωσπερ ἀχώριστον*, inquit BASILIVS h), *τῷ πυρὶ τὸ θερμαίνειν καὶ τῷ φωτὶ λάμπειν; οὕτω τῷ πνεύματι τὸ ἁγιάζειν, τὸ ζωοποιεῖν, ἡ ἀγαθότης*: *Sicut ſejungi nequit ab igne calefacere, & a luce lucere; ita Spiritui, ſanctificatio, vivificatio, bonitas & juſtitia propria ſunt.* Calefiunt enim animi, refoventur ſpiritu, & fertiles redduntur fructuum juſtitiæ. Idcirco *τὸ πνεῦμα τὸ ζωοποιοῦν* i), *πνεῦμα ζωῆς* k) dicitur; &, MACARIVS l) ſanctiſſimæ converſationis pater, ipſi *πύρωσιν* tribuit *τὴν ἀναζωπυροῦσαν τὰς καρδίας*, i. e. *ardorem*, *corda* ſopita quaſi & obruta cineribus, *ſuſcitantem & recreantem*, ſeu reddentem in vitam. Igni & flammis vita tribuitur apud Plautum m):

*Nam ſi ignis vivet, tu extinguere extempulo.*

& Ariſtophanem n), *πῦρ ἐγρήγορε καὶ ζῇ ignis vigilat & vivit.* Ubi ergo vita, ibi

e) in Opp. edit. græc. Sylburgii fol. 347. l. 14. f) Jeſ. I, 25. Mal. III, 3. Macarius Homil 30. §. 6. p. 417. Edit. J. G. Pritii. g) Exod. XXIX, 34. Lev. VI, 23. VII, 9. VIII, 17. XIII, 52. 55. Num. XIX, 5. &c. h) Homil. de fide p. 198. i) Joh. VI, 63. 2. Cor. III, 6. k) Rom. VIII, 2. Apoc. XI, 11. l) Homil. XXV. §. IX. p. 335. m) in Aulular. I, 2. 15. n) in Lyſiſtrate v. 308.

ibi lux. Hinc Jesus *sol justitiæ*, quum se τὸ φῶς τοῦ κόσμου, h. e. *lucem mundi* vocasset, eos, qui sequerentur se, non ambulaturos in tenebris, promittebat; sed habituros τὸ φῶς τῆς ζωῆς, *lucem vitæ* o). Volebat enim mittere spiritum suum, qui perducturus esset discipulos suos in omnem veritatem p). Quapropter, cum בָּעֵר ἐμφατικώτερον sit cognomen Spiritus, si *ardens* vel *igneus* transferatur; quam si alia quacunque ratione explicetur: primæ vocis significationi, necesse est, inhæreamus. Præsertim cum in scriptis novi federis quasi digito *igneus* ille spiritus monstretur. Iohannes, prænuncius Christi, dominum suum se tanto præstantiorem extollebat; quo minus sibi concessum erat, alio quam externo signo, aqua scilicet, baptismum administrare. Quum illi, filio Dei, post se venturo, proprium esset, πνεύματι καὶ πυρὶ, *spiritu & igne*, seu *spiritu igneo* baptizare q) Quod postea confirmavit Christus r) quando se venisse ait, in terram, ad accendendum ignem, qui exarderet post baptismum suum; quum summos nempe dolores & acerbissimam mortem superasset. Id eveniebat, postquam Christus in cœlum sublatus erat. Incendebatur ignis in Apostolis, sub cujus signo visibili Spiritus sanctus manifestabatur s). En! ipsum vaticinii Iesaiæ eventum certissimum! Iam Christus, *Germen Jehovæ & terræ fructus*, infima & despicatissima conditione cum divina gloria & majestate commutata, ad dextram Patris evectus, in decus & honorem, in magnificentiam & ornatum reliquiis Israelis factus est. פְּלֵטָה *evasio*, seu reliquiæ Israelis, Apostoli ceterique fideles erant; qui Ecclesiæ Christi primitias constituebant. Hi, eadem *evasionis* nota etiam alibi a Iesaia t), Obadja u), Ioële x), præsignificantur: quorum postremi vaticinium ipse Paulus z) de credentibus in Christum explicavit. Erepti enim sunt ex cæcitate atque stultitia Israelis a), cujus Principes Dominum gloriæ rejecerunt b): erepti ex mundo c): evaserunt e timore perniciei æternæ, certiores facti suæ salutis d): superstites fuerunt judiciis divinis, quibus Judæorum impietatem Deus punivit e). Paulus f) vocavit eos λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος, *residuum secundum electionem gratiosam*: scripti erant apostoli & fideles ceteri ad vitam. Nomen enim suum scriptum habebant in cœlis h), ordinati ad vitam æternam i), & regni cælorum hæredes constituti k). *Sanctorum* nomine veniebant,

o) Joh. VIII, 12. p) Joh. XVI, 13. q) Matth. III, 11. Luc. III, 16. r) Luc. XII, 49. 50. s) Act. II, 3. t) cap. LXVI, 19. u) Obad. I, 17. x) Joel III, 5. z) Rom. X 13.

a) Joh. XII, 40. Matth. XIII, 13. seq. Rom. XI, 25. b) Act. IV, 10. 11, 23. seq. c) Joh. XVII, 14. 16. seq. d) Hebr. II, 15. Luc. I, 74. e) Euseb. Lib. III. Hist. Eccles. c. V. p. 75. f) Rom. XI, 5. h) Luc X, 20. i) Act. XIII, 48. k) Rom. VIII, 17. Gal. III, 29. Tit. III, 7.

bant, per Spiritus baptiſmum ſanctificati, & collecti ad novam eccleſiam; cujus caput, ornamentum, & καύχησις m) Chriſtus erat, germen Iehovæ.

Horum purificatio per *Spiritum ardentem* æque deſcripta eſt, ac ſi aquis fieret. רחץ enim *lotionem*, & הדיח *ſordium dejectionem* denotat; utracunque vel largiori aquarum aſperſione, vel immerſione peragatur. Neutrum tamen horum verborum minus apte adhibetur. Quandoquidem Iohannes quoque n) βαπτισμὸν πυρὸς innuit; licet βαπτίζειν non niſi aquis proprium ſit: βαπτισμὸν aquæ & ſymbolum & medium eſt munerum ſpiritus ſancti, benigne & liberaliter conferendorum: quorum ubertas *effuſionis* voce alias in ſcriptura o) exprimitur. Adeoque ratio denominationis non minus poſita eſt in donorum cœleſtium abundantia, prouti ad rem quamcunque copioſam aquarum multitudo transfertur p); quam in purificationis effectu. Quæ enim a rei natura ſunt aliena, & aqua & igne removentur: quia utrumque elementum vim habet depellendi partes impuras. Unde ſeptuaginta Interpretes poſterius verbum הדיח, ἐκκαθαρίζειν verterunt. Qui effectus tanto excellentior hic innuitur, quo clarius verbis exponitur idem ferme declarantibus. Quorum unum quidem, רחץ nimirum, *R. Samuel* LANIADO q) de *ablutione exteriori operum, alterum*, הדיח, *de interiori malarum cogitationum*, vult explicare. Sed hoc diſcrimen ſcriptorem ſacrum intendiſſe, vix probabiliter conficitur: quum דמים *ſanguines*, æque צואה *excrementum*, ad externas actiones referri poſſint; & קרב non præciſe partem, in medio totius corporis ſitam, denotet; præſertim ſi ad urbem vel regionem reſpiciat, ubi מקרב idem quod Latinorum *e medio*, in phraſi, *e medio tollere*, ſignificat. Inculcare potius utraque locutione voluit Ieſaias purgationem univerſam: ubi tamen interior exteriorem antecedit; quia hæc, illa neglecta, nulla eſt. Per *ſordes* quidem *filiarum Zionis* reſpici videtur ad luxum & ſuperbiam, quam in proxima concionis ſuæ parte propheta redarguit. Verum peccata, quæ ſuo tempore uſitata, & quotidiana carpebant; pro toto peccatorum complexu uſurpare, prophetis ſolenne eſt. Omnia enim peccata communem fontem habent, cujus veſtigia vel unicus rivulus detegere poteſt. Omnis vero impuritas e ſancta Dei eccleſia eliminanda erat penitus. Quippe Chriſtus dilexit r) *eam, & ſeipſum tradidit pro ea; ut eam ſanctificaret, purificatam lavacro aquæ per verbum, ut ſiſteret eam ſibi glorioſam, eccleſiam non habentem maculam, aut rugam; ſed ut ſit ſancta, & inculpata.*



l) Act. IX, 13. 32. m) Phil. III, 3. Rom. XV, 17. n) Matth. III, 11. o) Joel. III, 1. Act. II, 17. 33 conf. Glaſſii Philol. L. V. Tr. I cap. X. col. 1716. p) Glaſſ. l. c. col. 1716. q) in Keli pasful. 26. b. col. 2. in med. r) Epheſ. V, 25. 26. 27.

Quamobrem ipsi ecclesiæ primi conditores, apostoli, potissimum purgandi erant ab insipientia s), incredulitate t), fide pusilla u), cordis duritie x), principatus cupidiate y), aliisque imbecillitatibus, quibus ad capiendas magistri sui in terra degentis, doctrinas, inepti z) reddebantur; donec ille spiritum suum mitteret, ducentem in omnem veritatem. דמים sanguines, homicidia innocentium, Prophetarum a) inprimis, ipsiusque Christi b), denotant; quibus totus Judæorum populus commaculatus erat: fideles vero ex iis purgabantur spiritu. Hoc enim consilium est Petri c), quod iis, qui sua concione commoti fuerant, dabat. Hæc salutaris est purificatio, quæ in vitam excitat, & mentem feracem reddit d) præstantissimarum virtutum, quæ Christianos decent. Alia vero eaque minus læta est spiritus ardentis purgatio: quum incredulitate & malitia exacerbatus, consumit rebelles, eosque radicitus perdit. Cujus triste exemplum in gente Judaica statutum est: quæ, una cum republica sua, postquam divinum Spiritus solatium rejecerat, Romanorum copiis subversa & funestata fuit.

Agite ergo cives! quum tempore hoc vaticinii Jesaiæ in apostolis adimpleti memoriam recolamus, & vos, quibus eadem promissio facta est, templa spiritus ardentis præparate: ut, sordidis voluptatibus profligatis, & eluta mente sanguinaria, vita & lux in cordibus vestris oriatur. Sic enim nostra doctrinarum sedes, arx celsa erit: in qua, Gloria Jehovæ splendente, omnes veræ sapientiæ studiosi, refugium atque præsidium suum quærent. Ostendite fructibus, vos sanctificatos, sanctæ Christi ecclesiæ membra genuina esse, quæ regnum cœlorum in hæreditatem accipiunt. Spiritu ignito incensi, flagrate amore, locuplete fidei teste, & comite indivulso: vestramque mentem liberalem iis potissimum exhibete, qui per sacros hosce dies ad liquidum vivæ aquæ fontem vos perducent. P. P. FER. PRIMA PENTECOSTES. Anno Orbis per Christum redemti MDCCXXII.

JOH-

s) Matth. IX, 11. Luc. XXIV, 25. t) Marc. XVI. 14. u) Matth. XVI, 8. x) Marc. l. c. y) Marc. IX, 34. z) Joh. XVI, 12. 13. a) Matth. XXVIII, 25. b) Matth. XXVII, 23. c) Actor. II, 38. d) Joh. XV, 2.

# JOH. ANDR. DANZII
# ANIMALIA ESU INTERDICTA
## EX ACTOR. X, 12. sqq.

## Caput I.
## DE OBJECTO.

### §. I.

DUo potissimum præsenti exponenda sunt capite: ab primo quidem de animalibus Petro in visione oblatis generatim disquirendum, cujus conditionis, mundæne, an immundæ? fuerint. Deinde speciatim de generibus eorundem animalium in textu expressis agendum,

§. II. Ac primum hujus sectionis articulum, quo nimirum in genere de puritate aut impuritate horum animalium disquirere constitutum est, paucis expedire conabor. Equidem universalis ista scripturæ locutio, qua πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ linteo cœlitus demisso dicuntur exhibita, significare videtur, præter immunda, munda etiam inibi contenta fuisse animalia. Contra autem Justinus Martyr, Quæst. LXXXIX. ad Orthod. a Sanctio Comment. in Act. p. 219. citatus, ex ipsa Petri responsione infert, in *linteo fuisse tantum animalia immunda & communia.* Quæ B. Patris sententia facile probatur iis, qui textum accuratius inspiciunt. Cum enim visionis hujus scopus fuerit, ut Petrus disceret, Gentilium communionem in posterum adversandam non esse, hujusque propositionis apto schemate figurandæ causa assumerentur certa animalia, quibus velata Gentilium notio lateret; manifestum sane est, animalibus mundis nullum hic fuisse locum significare non poterant. Nec Petrus adeo præcise negasset, sibi licere ullo monstratorum frui animalium, si, præter immunda, munda etiam oblata fuissent. Annon enim relictis immundis & communibus in promtu erant, quæ lex permitteret? conf. Sanct. l. c.

§. III. Quæ sententiæ huic obstare videtur universalitas phraseos, nihil officit, si dextre accipiatur. Scriptura enim haut infrequens prædicata tribuit subjectis universaliter notatis, quæ tamen singulis subjectorum individuis non competunt. Multis evicerunt id exemplis Flac. Clav. scr. p. II. fol. 381. Glass. Phil. S. L. V. cap. XIV. p. 1360. seq. Erasm. Schmid. not. ad Matth.

XIX, 3. fol. 166. Id vero h. l. faciendum, & univerſalitatem inſinuatam non abſolute ad omnia omnino animalia, ſed limitate & ſecundum quid ad ea duntaxat animalium genera, quæ Lex divina menſis Judæorum exulare voluit, eſſe extendenda, argumenta §. præcedente allata evincunt. Quin ſi verſionem B. Lutheri, reddentis: darinnen waren allerley vierfüßige Thiere der Erden &c. ſequaris, dicendum fuerit, nec omnes omnino animalium immundorum ſpecies, ſed varias tantum Petro monſtratas fuiſſe; quod quidem in medio relinquimus.

§. IV. Cæterum dimiſſis generalibus hiſce; articulum capitis ſecundum aggrediendo, ad ipſa immunda animalia, quæ ſacer ſcriptor (fere, ut Pſaltes Pſ. XLVIII, 10.) ad quatuor ſumma genera revocat; deſcendamus. Primum itaque genus conſtituunt τὰ τετράποδα τῆς γῆς; ſecundum τὰ θηρία; ideo non inepte conjungenda, quia ex ſe invicem noſcuntur; naturis valde affinibus, & communibus munditiei characteribus gaudent; quin etiam in ipſa doctrinæ hujus ſede Lev. XI, 2. uno nomine veniunt, monente R. Salomone ben Melech, & R. Don. Jizchak Abrabbanele in Comment. ad Lev. XI, 2. fol. 242. col. 4: cujus verba apponemus: ואמרו זאת החיה אשר תאכלו הוא כולל לבהמה ולחיה כי שני מיני חבה קראם כשם חיה כאלו אמר הם החיים אשר תאכלו ולכך במקום. שנאמר כאן זאת (הבהמה כמו שאמר בתורה זאת הבהמה אשר תאכלו הוא להודיע (adde שבחיה תוכרל הבהמה ואמר הכתוב זאת החיה אשר תאכלו מכל הבהמה אשר על הארץ. h. e *Quando vero inquit: hæc eſt* חיה *FERA, quam comedetis; ſub FERA comprehendit ſimul DOMESTICAM. Utramque enim hanc beſtiarum ſpeciem appellat nomine* חיה *feræ, ac ſi dixiſſet: Iſta ſunt* חיים *VIVENTIA, vel beſtiæ, quas comedetis; atque propterea, quo loco de iisdem* (ſpecie immutata) *dicitur: hæc eſt beſtia domeſtica, prout in lege Deut. XIV, 4. hæc eſt beſtia domeſtica, quam comedetis: fit illud, ut ſignificet, in beſtia fera comprehendi etiam domeſticam. Hinc ſcriptura aſſerit h. l. Hæc eſt* חיה *beſtia fera, quam comedetis ex omni* בהמה *domeſtica, quæ ſuper terram.*

§. V. Quamvis autem per τετράποδα quævis animalia quatuor inſtructa pedibus intelligi poſſint, ſi vim vocis attendamus; tamen ad ea duntaxat vox h. l. reſtringenda eſt, quæ primo quidem ſunt aliquantæ molis, & deinde domeſtica; Illud enim oppoſitio reptilium, hoc autem ferarum evincit. Sic quoque vocabulum θηρία, cum alioquin ſit generaliſſimum, & ipſamet etiam reptilia, uſitata ſcripturæ ſynecdoche generis pro ſpecie (ne qua vid. Boch. Hieroz. p. II. col. 371. 32.) notet; non minus tamen h. l. ob neceſſariam ab animalibus quadrupedibus, reptilibus; & volatilibus diſtinctionem coercendum

dum & ad ſola animalia fera applicandum eſt. Nimirum eadem ratio harum vocum eſt, ac Hebræorum בהמה & חיה; quibus etiam in verſione LXX Interpretum ſæpenumero reſpondent, v. Gen. *I*, 24. *IX*, 2. 5. Exod *VIII*, 13. & alibi paſſim. Nam utrumque vocabulum quasvis nonnunquam beſtias ſuo ambitu concludit, nonnunquam etiam ſignificatione huic loco noſtro plane contraria illud quidem (ſed cum addito vocis ארץ, שדה) animalia fera, ut Pſ. *VIII*, 8. 1 Sam. *XVII*, 44. Jeſ. *XVIII*, 26. Deut. *XXVIII*, 26 Jer. *VII*, 33. hoc autem domeſtica, ut Num. *XXXV*, 3 deſignat. At tamen cum ſibi invicem opponuntur, tum quidem voce בהמה jumenta & greges, & omne domeſticum pecus; voce autem חיה agreſtes feræ ſignificantur. Ita certe R. Aben Eſra ad Pſ. *CXLVIII*, 10. notat, per חיה intelligendum eſſe *animal* שאינה בישוב; *quod non ſit in locis habitatis*; בהמה autem eſſe, שהוא בישוב; *quod in locis cohabitatis commoretur*, conf. Boch. Hz. *I*. Lib. *I*. c. *II*. col. 4. & 59. Talmudicis etiam diſcrimen hoc accurate obſervatur, cum ſtatuant, adipem חיה ſive ferarum eſu quidem eſſe licitum, neceſſum autem eſſe, ut ſanguis ejus terra tegatur; Et contra ſanguinem בהמה, ſive animalis domeſtici tegere, neminem obligari, at vero adipe ejus eſſe abſtinendum. Vid. Maim. hilc. Maachal. Aſur. c. I. §. 9. Unde porro certos ponunt characteres, quibus בהמה & חיה, ſive animalia domeſtica & fera diſcerni queant. vid. Maim. ad caput *III*. Cholin Miſchn. VI. fol. 116. a Edit. Venet. Syrus, qui reddidit: ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܟܠܗܝܢ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܒܥ ܪ̈ܓܠܝܗ *Et fuerunt in omnia animalia quatuor pedum*; diſtinctione hac minus curata (ni tamen aliter legerit), utrumque animalium genus in unum contraxiſſe, aut certe poſterius omiſiſſe videtur.

§. VI. Evolutis nominum ambiguitatibus, in promtu erit definire, quænam animalium cum domeſticorum, tum agreſtium genera in viſione hac Petro offerri potuerint: ea nimirum omnia, quibus veſci lege interdictum erat. Quæ certe maximam conſtituebant partem. Siquidem ex omnibus animalibus manſuetis & feris decem tantum genera cum ſubjectis ſpeciebus Deus elegit, qui Iſraelitis in cibum cederent. Recenſet ea R. Moſe ben Maim. Tr. de Cib. Vet c. *I*. §. *VIII*. his verbis: אין לך בכל בהמה וחיה שבעולם שמותר באכילה חוץ מעשרת המינין המנויין בתורה שלשה מיני בהמה והם שור שה ועז ושבעה מיני חיה איל וצבי ויחמור ואקו ודישון ותאו וזמר הם ומיניהן כגון שור הבר והמריא שהן ממין השור וכל העשרה מינין ומיניהם מעלה גרה ומפריס פרסה לפיכך מי שהוא מכירן אינו צריך לבדוק לא בפרסה ולא ברגלים. i. e. *Ex omnibus animalibus domeſticis & feris nulla ſunt, quæ comedere liceat, præter-*

*quam decem ista genera, quæ in Lege commemorantur. Tria nimirum genera animalium domesticorum, utpote bos, ovis & capra: septem ferarum genera, nempe Cervus, Caprea, Antholops, Akko* (hirci Sylvestris species), *Pygargus* (sive Tragelaphus), *Oryx, Zemer* (capreæ vel rupicapræ genus, ab agilitate saltus sic dictæ): *Ipsa nimirum, eorumque species, ut bos Sylvestris, & bubalus, quæ sunt bovis species. Omnibus enim ista decem genera & species eorum ruminant, & findunt ungulam, & propterea is, qui ea habet cognita, necesse non habet, ut ea probet ex ore aut pedibus.* Fuerit itaque in linteo menti Petrinæ objectus Camelus; item שפן sive Cuniculus, sive majoris muris genus in Palæstina, Ægypto & Lybia, qui Herodoto & aliis δίπυς, Senioribus χοιρογρύλλιος, Hieronymo ἀρκτομῦς, Arabibus اليربوع dicitur. Priorem significationem amplexus est Bochart. Geogr. Sacr. L. *I*. Can. cap. XXXV. p. m. 700. cum Spaniam a Schaphan, sive a cuniculis dictam esse contendit; posteriorem autem Hz. p. *I*. L. *III*. c. *XXXIII*. col. 1001. sqq. Adfuerit quoque Lepus, Sus (cui æquiparatur canis; *pariter enim ruminat, cum ungulæ tamen sint fissæ,* monente R. Bechai ad Lev. *XI*, 7.), quorum Lex expresse meminit Lev. *XI*, 4. sq. & Deut. *XIV*, 8. juxta cum aliis, quæ signis munditiei in scriptura significatis destituuntur.

§. VII. Tertium animalium genus Petro in visione exhibitum comprehendit *τὰ ἑρπετὰ Reptilia.* Sed & hæc vox sua non caret ambiguitate. Siquidem non minus ac Hebræum רמש interdum accipitur pro quovis gressili. „Plerumq; tamen in scriptura sumitur pro quovis animali (dicente Boch. Hz. I. L. I. „c. IV. col. 23.) quod neque בהמה quadrupes aliquantæ molis, neque avis, neque „piscis est. Si reptilibus accenset Moses minima quadrupedum, puta mures „& talpas Lev. XI, 29. & exsanguia omnia; sive super ventrem serpant, ut „vermes; sive quadrupeda sint, ut locusta; sive multipeda, ut scolopendra. „Lev. XI, 42. His adde volucria ex v. 20. cujusmodi sunt præter locustarum „nonnullas, muscæ, papiliones &c.„ Est & alia significatio, quam Boch. l. c. innuit, qua scilicet Reptile *quandoque quadrupedibus atque avibus opponitur, ita ut pisces includat;* in quam sententiam citatur Lev. XI, 46. & Rom. I, 23. Quærenti jam, quænam h. l. congruat significatio, fit obviam Syra Versio, quæ habet ܪܚܫܐ ܕܐܪܥܐ *Reptilia terræ,* adeoque ad secundam retulit. Utut vero parum forte intersit, quænam hic obtineat, secunda, an tertia: non tamen a mente S. Scriptoris longius aberrare putandus, qui tertiam assumens, etiam pisces huic includi vocabulo statuerit, cum ea sententia nec voci, nec rei significatæ repugnet. Ac voci quidem non repugnat, cum certum sit, aquatilia non minus ac terrestria reptilium nomine, vocari. Locus omnium evidentissi-

tiſſimus eſt Gen I, 20. 21. Ita enim LXX. Interpretes: *ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν*, &c. *καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν.* conf. Pſ. CIV, 25. „Omne ſcilicet, quod natat, (ita Ambroſius in Hexaem. l.V. c. 1.) reptantis ha- „bet ſpeciem vel naturam. Nam etſi in profundum cum ſe demerſerint, „aquam videantur findere, tamen cum ſupra innatant, repunt toto corpore, „quod trahunt ſuper quædam dorſa aquarum. Etiam amphibia, quæ pedes „habent, & ambulandi uſum, tamen cum in alto aquarum ſunt, non ambulant, „ſed natant, nec veſtigio utuntur pedis ad incedendum, ſed tanquam remo ad „reptandum.„ Sed neque rei ſignificatæ hæc repugnat interpretatio, cum ad oculum pateat, certe piſcium genera in Levitico fuiſſe vetita, & hæc in viſione Petro objici, nihil quicquam repugnet.

§. VIII. Revocamus itaque ad hoc reptilium, & terreſtrium quidem genus, eas ſpecies, quæ Lev. XI. 30. commemorantur; & ſunt חחולד, talpa, עכבר mus, צב crocodillus terreſtris, cum ſpeciebus ſuis, אנקה ſtellio, כח lacerti ſpecies, quam Boch. Hz. I. L. IV. c. III. col. 1069. putat eſſe Arabum ورل gvaril; לטאה letaa, lacerta ſtellioni ſimilis, maxime venenata, & terræ adhærens, quæ Arabibus وحرة Wahara dicitur. vid. eundem l. c. c. IV. p. 1073. חומט Chomet, lacerta in arenis degens, quæ Arabibus, حلكا Ib. c. V., p. 1075. תנשמת Chamæleon. Pertinent etiam huc reptilia volucria, quæ, exceptis quibusdam ſpeciebus, omnia prohibita ſunt Lev. XI, 20. ſqq. Mundorum, unde immundorum pendet cognitio, Indicem refert Maim. l. c. c. I. §. XXI. his verbis: מיני הגבים התירה תירה שמנה ואלו הן א חגב ב מין חגב והוא הרוכבית ג חרגול ד ומין חרגול והוא עוצרניא ה ארבה ו ומין ארבה והוא צפירית כרמים ז סלעם ח ומין סלעם והוא יוחנה ירושלמית *Specierum, quas Lex permiſit, octo ſunt, hæque ſequentes: Chagab, ejusque ſpecies Duchanith; Chargol, ejusque ſpecies Ozarnia; Arbe, & ſpecies ejus, Avicula vinearum; Solam, & ſpecies ejus, Juchna Hieroſolymitana* Quorum nominum interpretationem, cum adeo obſcura ſit, ut ipſe etiam Bochartus (quem, utpote omnium antecedentium conatus longiſſime ſupergreſſum, in his explicandis hactenus ſecuti ſumus, & poſtea ſequemur) ignorantiam ſuam fateatur, Hz. P. II. L. IV. c. I. col. 451. nullus hic a nobis flagitaverit. Ut, quod de nominibus beſtiarum & avium dixit R. Aben Eſra ad Prov. XXVI, 2. eſſe nimirum כחלומות בלי פתרון, *inſtar ſomniorum ſine interpretatione*, id optimo jure de locuſtarum nominibus quoque enunciari poſſit.

§. IX. Reptilium aquatilium ſcriptura nullum nominatim recenſet, ſed

ſub

ſub generalibus tantummodo cautelis prohibet. Lev. XI, 9. 10. Notandum tamen eſt, quod in Lege dicitur: *Cuicunque fuerint pinnæ & ſquamæ in aquis maribus & fluviis &c.* id quod Magiſtros accepiſſe excluſive, ut ea reptilia, quæ in vaſis aqua repletis, ciſternis, foveis & ſpeluncis vivunt, regula minime concludi putarent. Pertinet huc e cap. II. Tr. ſæp. cit. §. XVII. ubi dicitur:
המים שבכלים שהשריצו הרי אותן שרצים מותר לשתותן עם תמים
שנאמר וכל אשר לו סנפיר וקשקשת במים בימים ובנחלים אותם
תאכלו כלו במים בימים ובנחלים הוא שאתה אוכל את שיש לו
ואין אתה אוכל את שאין לו אבל בכלים בין שיש לו בין שאין לו
מותר: i. e. *Si aquæ in vaſe verminaverint, tunc iſta reptilia una cum aqua bibere licet. Dictum enim eſt: Cuicunque ſunt PINNÆ ET SQVAMÆ IN AQVIS, MARIBVS ET FLUVIIS, ILLA COMEDITIS, q. d. in aquis, maribus & fluviis id comedes, cui ſunt ſquama &c. cui vero non ſunt, id non comedes. Sed quæ in vaſis continetur, ſive ſquamas habeant, ſive minus, licita ſunt.* Itemque § XVIII.
שרץ המים שנברא בבורות ובשיחין ובמערות הואיל ואינן מים
נובעין והרי הן עצורין הרי הן כמים שבכלים ומותר ושוהה ושותה
ואינו נמנע ואף על פי שבולע בשעת שתיה מאותן השרצים הרקים.
i. e. *Reptile aquatile, quod in ciſternis, foveis & ſpeluncis genitum eſt, cum aquæ non ſunt ſcaturientes, ſed clauſæ, tum par eorum eſt ratio, ac aquarum, quæ in vaſis continentur. Incurvat enim ſe homo & bibit, nec prohibetur, quamvis tempore bibitionis quasdam beſtiolarum iſtarum abſumat.* §. XIX. במה דברים אמורים שלא
פרשו ממקום ברייתן אבל אם פירש השרץ אף על פי שחזר לתוך
הכלי או לתוך חמים או לתוך השכר מיתר ובן אם פירש לדפני הבור או
חם ער והוזר למים מותר: *De quibus hæc dicuntur? de iis, quæ non receſſerunt a loco generationis ſuæ: ſi vero digreſſum fuerit reptile, utut in vas aut ciſternam ſe receperit, manet prohibitum. Sed ſi ſubduxerit ſe ad latera dolii, ac denuo in aquas aut ſiceram inciderit, licitum eſt. Sic etiam; ſi receſſerit ad latera foveæ, aut ſpeluncæ, ac denuo ſe in aquas receperit, licitum eſt.* Denique §. XX. חמסנן את היין
או את החומץ או את השכר ואכל את היבחושין או את היתושין והתולעות
שסנן לוקה משום שרץ המים או משום שרץ העוף ושרץ המים
אפילו הזר לכלי אחר שסנן שהרי פירשו ממקום ברייתן אבל אם לא סנן
שותה ואינו נמנע כמו שפירשנו: *Percolans vinum, acetum, aut ſiceram, ſi comederit vinariolas, culices & vermes, quos percolavit, vapulat ob reptile aquatile, aut ob reptile volatile ſimul, quamvis redierit in vaſculum, poſtquam ea percolaſſet: receſſerunt enim a loco generationis ſuæ, ſi vero non percolaverit ea, bibit, nec prohibetur, prout explicavimus.*

§. X. Haud omnino fruſtra paulo prolixius Canones hos adducere placuit

cuit, cum lucem non exiguam inferant effato Salvatoris, Phariſæos redarguentis Matth. XXIII, 24. ubi dicit: Ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Liquet enim e Judæorum traditionibus §. præcedente adductis, non ſolum id olim a Judæis factum, ſed & majoris ſanctitatis gratia factum eſſe. Cum enim liceret, vinum etiam non percolatum bibere, nec vinariolæ, aliæque beſtiolæ ex lege immundæ (ſentientibus ita Magiſtris) reatum inducerent, quod ex §. XVII. & XX. clarum eſt; nihil cauſæ fuiſſe videtur, cur in his minutiis ἀκριβολογήσαντες fuerint Phariſæi, ſimilesque ſanctitatem mentientes, quam accuratius Legis ſtudium & vulgari major obſervantia, ac ſpeciatim fortaſſis evitatio periculi §. XIX. cit. ſignificati. Quod autem nonnulli ex Sapientibus circa ipſas Leges Cibarias arctioribus ſeſe adſtrinxerint vinculis, Maimonides docet cap. IV. §. X. XI. XII. e cod. Cholin c. II. f. 37. a. b.

§. XI. Quartum Genus animalium lege interdictorum complectitur τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ Syr. ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ *Volatilia cæli*, quo quidem nomine quid intelligatur, multa explicatione non indiget. Id tamen e §. VI. recolendum, minima quædam volucrium genera, ut muſcas, papiliones &c. reptilibus potius, quam avibus accenſeri. Cæterum huc referendæ omnes iſtæ ſpecies, quas Maimon. c. I. §. XIV. enumerat hunc in modum: סימני עוף טהור לא נתפרש מן התורה אלא מנה מנין טמאים בלבד ושאר מיני העוף מותרין. והמינין האסורין ארבעה ועשרים הן ואלו הן ב פרס ג עזניה ד ראה והיא הדאה האמורה במשנה תורה ה איה והיא הראה האמורה במשנה תורה ו מין האיה שכן כתוב בה למינה מכלל שהוא שני מינין ז עורב ח זרזיר שכן נאמר בעורב למינו להביא את הזרזיר ט יענה י תחמס יא שחף יב נץ יג ושרנקא והוא מין הנץ שכן כתוב בו למינהו יד כוס יו ינשוף יז ינשמת יח קאת יט רחמה כ חסידה כא האנפה כב מין האנפה שכן נאמר בה למינה כג הדוכיפת כד העטלף. *Characteres avium mundarum nulli in Lege expreſſi ſunt, numeravit enim tantum aves immundas; reliquæ autem avium ſpecies licitæ ſunt. Specierum vero prohibitarum XXIV. ſunt, eæque ſequentes:* I. *aquila* II. *Oſſifraga.* III. *Melanaetus Lev. XI, 13.* IV. ראה (*quæ eadem eſt cum ea, quæ Deut. XIV, 13.* דאה *vocatur*) *Milvus, ib. 14.* V. איה, (*quæ in Deut. l. c. dicitur* דיה) *h. e. Aeſalon, ib. VI. Species Aeſalonis. Ita enim de ea ſcriptum extat in Lege:* SECVNDVM SPECIEM SVAM *ibi hinc ſequitur, duas eſſe ſpecies.* VII. *Corvus, ib. v. 15. VIII. Sturnus; Sic enim dicitur de Corvo:* SECVNDVM SPECIEM SVAM, *ut includeretur Sturnus, ib.* IX. *Struthio fœmina.* X. *Struthio mas, ib.* XI *Larus aut Cepphus, ib.* XII. *Accipiter, ib.* XIII. *Scharnik, a quæ eſt ſpecies accipitris: de hoc enim ſcriptum eſt:* SECVNDVM SPECIEM SVAM

*ib.* XIV. *Onocrotalus, v. 17.* XV. *Catarrhactes, ib.* XVI. *Bubo, ib.* XVII. *Noctua, v. 18.* XVIII. *Ardea, ib.* XIX. *Merops sive species vulturis, ib.* XX. *Ciconia, v. 19.* XXI. *Aquilæ genus iracundum, forte Zummag Arabum, ib.* XXII. *Species quædam hujus avis; de ea enim dicitur*; SECVNDVM SPECIEM SVAM *ib.* XXIII. *Upupa.* XXIV. *Vespertilio, ib.* Hic itaque est Catalogus avium immundarum, reliquæ omnes inmundis censebantur; quarum quidem numerum multo majorem esse, & credibile est, & a Magistris quoque docetur. vid. R. Bechai ad Lev. XI, 13. Et tantum de Objecto Interdicti. Animus equidem erat, characteres horum animalium, quibus munda ab immundis discernebantur, cum ex Lege scripta, tum orali, quam vocant, desumtos exponere: verum, quia plura & potiora dicenda restant, ideo Colophonem huic capiti imponemus.

## CAPVT II.

# DE ACTV, LEGE VETITO.

§. I.

EXpositis animalium prohibitorum generibus, sequitur, ut in actum lege vetitum inquiramus. Subjuncturi postmodum pauca de pœna, qua in violatorts hujus edicti animadversum est.

§. II. Est itaque Actus ille divina Lege interdictus, Comestio. Ita enim subinde Lev. XI. dicitur: לא תאכלו, *non comedetis*, v. 3. לא יאכלו *non comedentur*. v. 13. *non comedetur*. In nostro quidem loco Apostolico duplex actus Petro injungitur, Mactatio & Comestio; dicitur enim v. 13. Ἀναστὰς πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. At prior ille saltim est præparatorius; ut vel exinde liquet, quod Petrus posteriorem duntaxat deprecatur, priore ne nominato quidem. Ac sane nullibi invenio prohibitum fuisse, animalia ex Lege immunda mactare. Quin potius certum est, quorundam animalium munditiem determinari non potuisse, nisi postquam mactata fuerint. Docet id §. XII. cap I. Maim. Tr. cit. היה הקיקבן נקלף בסכין ואינו נקלף ביד ואין בו סימן אחר אע״פ שאינו דורס ה״ז כספק היה חזק ודבק והניחו בשמש ונתרפ ונקלף ביד הרי זה מותר: i. e. *Si stomacho ejus* (avis mactatæ) *cultro quidem, non autem nuda manu cuticula detrahi possit, nullo alio charactere præsente, licet vel maxime* (avis ista) *cibos non discerpat, tamen est dubia; si vero fuerit firmus ac densus soli tamen admotus laxetur, tunc avis ista munda est.* Unde promte sequitur, animalia, saltim conditionis dubiæ, mactata fuisse: cum examen in cano-

ne

ne præſcriptum non niſi in exanimatis exerceri potuerit. conf. §, III. cap. ejusdem.

§. III. Cæterum edicto hoc tam vehemens Judæorum animis ingenita ciborum prohibitorum, ac præſertim carnis ſuillæ, averſatio; ut multis maximisque moleſtiis ſeſe objicere, quin etiam mortem oppetere mallent, quam ejusmodi carnibus ora mentemque polluere. Petri ſane (non minus ab Ezechielis IV, 14.) verba ſingularem horrorem præ ſe ferunt. Quam abhorreant hodierni Judæi a carne ſuilla, vel id argumento eſſe poteſt, quod ne nominare quidem ſuſtineant, IV. Schik. טה cum notis p. 394. ſingularis piorum hac in re conſtantia celebratur I. Macc. I, 65. 66. *πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ ἐκραταιώθησαν, καὶ ὠχυρώθησαν ἐν αὑτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά. καὶ ἐπεδέξαντο ἀποθανεῖν, ἵνα μὴ μιανθῶσι τοῖς βρώμασιν, καὶ μὴ βεβηλώσωσι διαθήκην ἁγίαν, καὶ ἀπέθανον.* Quod 2. Macc. VI, 17. ſq. & c. VII. tot Eleazari, ſeptemque fratrum Martyrum exemplis declaratur. Nobilis etiam locus hanc in rem reperire eſt apud Philonem in Flacc. fol. 758. Op. ubi enim narraſſet, in ingenti iſto tumultu, quem Alexandrini contra Judæos excitaverant, multas, easque promiſcui generis, mulieres comprehenſas, & in ſcenam deductas, aliasque protinus dimiſſas fuiſſe, ſubjicit: *εἰ δ' ἐφάνησαν ἡμέτεραι, προσέταττον οἱ ἀντὶ θεατῶν τύραννοι καὶ δεσπόται γεγονότες, κρέα χοίρεα διδόναι κομίζοντας. Ὅσαι μὲν οὖν φόβῳ κολάσεως ἐγεύσαντο, μηδὲν ἔτι προσυπομείνασαι, ἀπολύοντο, αἱ δ' ἐγκρατέστεραι βασανισταῖς πρὸς αἰκίας ἀνηκέστους.* h. e. vertente Gelenio: *quoties autem noſtræ comperiebantur, ex ſpectatoribus facti tyranni & domini, jubebant eis ſuillas carnes offerri; quas quotcunque metu tormentorum guſtabant, ſine ulla vexatione majori dimittebantur; quæ vero ſibi temperabant, tortoribus tradebantur ad cruciatus maximos &c.* Inſignis quoque locus eſt, quem nobis ſuppeditat *Illuſtris Ludolfus*, Vir cum in omnibus Oriental. Linguis, cum vero inprimis *in Æthiopica non Germanorum modo, ſed omnium Europæorum longe Eruditiſſimus*, quo inſigni elogio Virum Excellentiſſimum ex merito mactat vir ipſe eruditiſſimus Sam. Bochartus, ſub finem præfationis Hierozoico præmiſſæ. Hic, inquam, in nota 13. quam Confeſſioni Claudii Regis Æthiopum a ſe editæ ſubjecit, inſignem ex Elmacino & Patricide, Hiſtoricis Arabibus, refert hiſtoriam: quam, cum ad inſtitutum noſtrum quam maxime faciat, alibique non facile reperiatur, huc referre operæ pretium erit. Verba Elmacini ſunt hæc:

ورسم قسطنطين الملك ان لا يسكن اليهود بيت
القدس وكلمن لا يتنصر يقتل وتنصر خلق كثير خوفا

 من

من القتل * فكانوا في الباطن يهود فبلغ ذلك
قسطنطين الملك واستشار البطرك فقال له البطرك ان اليهود
لا ياكلوا لحم الخنازير ابدا فيامر الملك ان يذبح خنازير
كثيرة وتطعم اليهود منها فمن لا ياكل علم مقيم على
اليهودية فامر قسطنطين ان يعمل ذلك في يوم عيد الفصح
ويجتمعون الي الكنيسة وكل من خرج من الكنيسة
يطعم ومن لا ياكل يقتل * فقتل من اليهود في ذلك
اليوم خلق كثير *

i. e. *Et dixit Constantinus Imperator; ne habitarent Judæi Hierosolymis. Et quicunque non Christianus fieret, morte mulctaretur. Et Christiani facti sunt plurimi metu cædis, fuerunt autem secreto Judæi. Et intellexit istud Constantinus imperator, & percunctatus est Patriarcham. Et dixit* Patriarcha, *quod Judæi non vescerentur carne suilla in æternum. Itaque juberet Imperator mactari sues multas, quo gustarent Judæi de illis, & quicunque non ederet, indicium esset, quod ille persisteret in Judaismo. Et jussit Constantinus, ut fieret hoc die festo Paschatos, & congregarentur in templo; Et quicunque egrederetur ex templo, & gustaret, & qui non comederet, interficeretur. Et interfecti sunt e Judæis illo die magna pars.* Huc pertinet etiam aculeatum istud Colloquium, cujus Lightfoot. Hor. Hebr. in Matth. V, 22. p. m. 264. ex Tanchum. fol. 18. col. 4. meminit: *Dixit Ethnicus Israelitæ: paratum Tibi apud me est esculentum appositissimum. Qualenam illud? inquit alter; Cui ille; Caro suilla. Raka (inquit Judæus)! de bestiis etiam mundis apud vos non comedendam.* Ubi obiter notandum, quam familiare & contumeliosum Judæis vocabulum *Raka* fuerit; quod cum Mattheo l. c. confer; cui etiam illustrando a Lightf. adducitur.

§. IV. Verum Magistri Judæorum longius progressi docuerunt, non etiam saltim, sed & usum quorundam animalium fuisse vetitum. Cognoscitur id ex Maim. Tr. sæpius cit. cap. VIII. §. XV. כל מקום שנאמר בתורה לא תאכל לא תאכלו לא יאכלו לא יאכל אחד איסור אכילה ואחד איסור הנאה במשמע עד שיפרוט לך הכתוב כדרך שפרט בנבלה שנאמר לגר בשעריך תתננה ואכלה: ובחלב שנאמר בו יעשה לכל מלאכה או עד שיתפרש בתורה שבעל פה שהוא מותר בהנאה כגון שקצים ורמשים ודם ואבר מן החי וגיד הנשה שכל אלו מותרין בהנאה, אף על פי שהן אסורין באכילה: i. e. *Ubicunque dicitur in Lege:*

*Lege*: NON COMEDES, NON COMEDETIS, NON COMEDENT, NON COMEDETUR; *tam eſus, quam Uſus in ſenſu literali prohibetur, niſi ſcriptura expreſſe* (quoad poſterius) *contrarium definiat; quod fecit in interdicto de cadaveribus, ubi dictum eſt*: PEREGRINO, QVI EST IN PORTIS TVIS, EA DABIS, QVI COMEDET, DEVT. XIV, 21. Et de *adipe, de quo dicitur*: AD OMNE OPVS ADHIBEBITVR, LEV. VII, 24. *vel lege orali expreſſe definiatur, quod uſus ejus licitus ſit: cujusmodi animalia deteſtanda, & reptilia, & ſanguis, & membrum de animali vivente, & nervus acetabuli. Horum enim omnium uſus licitus eſt ex traditione, etſi eſu ſint interdicta.* Ita etiam §. ſequent XVI. כל מאכל שהוא אסור בהנאה אם נהנה ולא אכל כגון שמכר או נתן לכותי או לכלבים אינו לוקה ומכין אותו מכת מרדות והדמים מותרין. וכל דבר שאסור באכילה ומותר בהנאה ואף על פי שהוא מותר בהנאה אסור לעשות בו סחורה ולכוין מלאכתו בדברים אסורים חוץ מן החלב שהרי נאמר בו יעשה לכל מלאכה לפיכך אין עושין סחורה לא בנבלות ולא בטרפות ולא בשקצים ולא ברמשים, i. e. *Omnis cibus, cujus uſu interdictum eſt, ſi quidem in uſum verſus, non tamen comeſus fuerit, nimirum, ſi quis vendiderit, aut dederit Cuthæis, aut canibus, non vapulat ea de cauſa; verberant tamen ipſum fuſtigatione rebellionis, precium autem eſt licitum. Ac quicq. id licitum eſt quoad uſum, prohibitum vero quoad cibum, etſi licitum ſit ratione uſus, interdictum tamen eſt, ne quis eo commercia exerceat, aut operam ſuam quotidianam ponat in rebus vetitis, excepto adipe, de quo dicitur*: ADHIBEBITVR AD OPVS QVODCVNQVE, LEV. VII, 24. Hinc non *exercent commercia, neque cadaveribus, neque inſectis, neque reptilibus.* Pluribus Canonem hunc è ſcriptura deducit & explicat R. Bechai ad Lev. XI, 11. fol. 123. col. 1. & 3. ita commentatus: אחר שאסרם באכילה בא לבאר ואת נבלתם תשקצו לומר שאסור לסחור בהן וזהו ואת נבלתם תשקצו שכך דרשו רז״ל דגים טמאים לא יעשה בהן סחורה ע״כ׳ ואת נבלתם תשקצו׳ והנה הם שמונה דברים שאסור לסחור בהן ד׳ למעלתן וחשיבותן וד׳ לפחיתותן׳ ד׳ למעלתן הוא שאמרו ז״ל אין משתכרין בשל הקדש לפי שהקדש הוא להבה״ה והקב״ה אין לו צורך בריוח והרחבת ממון כי הכל שלו שנ׳ לי הכסף ולי הזהב אמר ה׳ צבאות ונזכר ההקדש אינו ראשי הסחור בו ולא להרויח בו אלא שיהיה מוצנע ברשותו לבדק הבית וזה בהקדש סתם׳ אבל הקדש תנאי כגון המקדיש ממון על תנאי שילוו אותו וירויחו בו הרי זו מותר ולכך נהגו בכל הקהלות שהממונים על ממון ההקדש מלוים אותו ומרויחים בו שעל תנאי זה הקדישו הבעלים׳ אבל בהקדש סתם אסור מגע בו כלל ועליו אמרו אין משתכרין בשל הקדש ולא בשל

בשל צדקה לפי שהממונה על הצדקה אסור שיסחור במעות של צדקה ולהוציאן מרשותו כדי כי לפעמים יבא שבוי ויצטרך לפדותו ולא יהיו בידו מעות מזומנים או יצטרך לזון את העניים ואין בידו וימותו ברעב או יצטרך לכסות את הערומים ואין זה ריוח אלא הפסד גדול, וגם אין לסחור בבכור ומעשר שנפל בהם מום ואי אפשר לשוחטן במקדש אלא שיאכלם כענין שכתוב בשעריך תאכלנו אבל לא שיסחור בהן, וגם פירות שביעית אסור לסחור בהן שכן פרשו רז"ל לאכלה ולא לסחורה' והרי לפדותן ואלו הן בשר נבלות וטרפה שקצים ורמשים אם ישנן ברשותו מותר למוכרן שכן אמר הכתוב או מכור לנכרי לומר שהתיר לך הכתוב למכור בהמה שהיתה כשרה וכונתך לאכול אותה לולי סבת המקרה שקרה בה אבל אין הכתוב מתיר בה שתוכל לסחור בהן כשאר הבהמות הכשרות והטהורות, ושקצים דגים טמאים הוא שכתוב כאן ואת נבלתם תשקצו ולכך הוסיף זה"ל היות האסור בו שוה בין מת בין חי,
i. e. *Postquam esu ea interdixisset, porro dicit:* Et cadavera eorum detestabimini: *q. d. interdictum esse, commercia iis exercere. Hoc enim vult sibi; quod dicitur:* Et cadavera eorum detestabimini; *sic quippe explicarunt Dd. nostri, p. m. dicentes:* Piscibus immundis commercium exerceri nequit; quia dictum est: Et cadavera eorum detestabimini. *Caterum octo sunt res, quibus commercium exercere interdictum est; quatuor quidem ob excellentiam atque dignitatem, quatuor autem ob ignobilitatem (vel vilitatem) suam. Quatuor illas, quarum dignitas obstat, recensent Doctores nostri p. m. dicentes:* Non lucrantur ex re sancta, quia res sancta est Dei Benedicti; cui non opus est lucro atque divitiarum extensione; cum omnia ejus sint, quemadmodum dicitur Hag. II, 8. Meum est argentum & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Et thesauro rerum sacrarum prohibitum est excere commercia, aut ex eo lucrum capere, sed reponendus est in loco suo ad reficiendum templum. „Procedunt autem hæc de eo „tantum, quod absolute sacrum est. Sed res sacra conditione talis, utpote „pecunia, quam quis sacravit cum conditione, ut mutuo detur & lucrum in„de hauriatur, ea licita est. Propterea in more habent omnes Synagogæ, ut, „qui pecuniæ Deo devotæ præsunt, mutuo illam dent, & lucrum faciant: sub „hac enim conditione a proprietariis dedicata est. Sed rem sacram absolute „talem attingere, eaque lucrum facere ullum, vetitum est. Atque de hoc di„xerunt Dd. nost. p. m. *non percipiunt lucrum ex iis, quæ ad res devotas pertinent, „neque ex iis, quæ ad eleemosynas.* Hinc præfecto super eleemosynas interdictum

„ctum eſt, negociari pecunia eleemoſynæ, adeoque omnino eas e loco ſuo dimittere: nonnunquam enim venit captivus, quem redimi oportet, atque „tum non adeſſet ipſi parata pecunia; aut cibandi ſunt pauperes, qui deficientibus nummis fame morerentur; aut veſtiendi ſunt nudi &c. ut adeo non foret lucrum, ſed ingens potius calamitas atque damnum. Neque negotiari „licet primitiis aut decimis, quæ ob maculam ſibi ſupervenientem in Templo mactari non licet, ſed comedantur eo modo, quo dicitur Deut. XV, 22. „*In portis Tuis comedes illud*, non vero, iis negocieris. Tandem etiam fructibus anni ſeptimi negociari vetitum. Sic enim explicarunt Dd. noſtri p. m. „illud Lev. XXV, 6. לאכלה, ut ſignificetur comedi quidem, non autem ad „negociandum adhiberi poſſe. Quatuor autem res, quæ oblivitatem ſuam „commerciis excluduntur, hæ ſunt: Caro cadaverum, & diſcerptorum, „deteſtandorum (ſive piſcium), & reptilium. Si penes quem fuerint, con„ceſſum, ipſa vendere; ita enim Scriptura determinat *Deut. 14, 21. Aut vende alieno*: quo ipſo licentiam tibi concedit, vendere jumentum, quod eſui „idoneum erat, & quod intenderas comedere, ni caſus interveniens prohibuiſſet: ſed ſcriptura Tibi non permittit, ut negociationem iis exerceas, „quemadmodum reliquis animalibus licitis atque mundis, (*Vid. Maim. l. c. c.* „*8. §. 16.*) Per שקצים intelliguntur piſces immundi, & hoc eſt, quo ſibi vult „ſcriptura h. l. dicens: *Et cadavera eorum deteſtabimini*, quod ideo addidit, ut „intelligatur interdictum circa eos æqualiter ſe tam ad vivos, quam ad mor„tuos extendere. *Hactenus Bechai. Denique generaliter concludit Maimon. l. c. c. 8. §. XVIII.* זה הכלל כל שאסורו מן התורה אסור לעשות בו סחורה וכל שאסורו מדבריהם מֻתר לעשות בו סחורה בין בספיקבין בודאי; i. e. *Hac eſt univerſalis Regula: Quicquid ex Lege prohibitum eſt, eo etiam commercia fieri vetantur. Quicquid vero prohibitum ſolis* (Scribarum) *Inſtitutis, eo licitum eſt negociari; ac tum eo, quod dubium, tum etiam eo, quod certum eſt,*

§. V. Non ſubſtiterunt hic Canonum artifices, ſed peculiari conſtitutione, & quidem ſub anathemate prohibuerunt, quaſdam immundorum animalium ſpecies, porcum nempe & canem, alere. Edictum legitur apud Maimon. Tract. Niſke Mammon, cap. V. 9. אסור חכמים לגדל חזירים בכל מקום ולגדל את הכלב אלא אם כן היה כשור בשלשלת. i. e. *Prohibuerunt ſapientes ullibi nutrire porcos, nec canem, niſi catena ligatum.* Cauſas hujus interdicti V. ap. Lightf. ad Matth. VIII, 30. p. m. 315. Non poſſum tamen mihi temperare, quin adſcribam, qua occaſione porcos alere Judæis interdictum fuerit. Referunt eam ex Maſſech. Baba Kamma. cap. VII. Miſchn. VII. Sota fol. XLIX. 2. Menachoth LXIV. 2. Lightf. l. c. p. 316. & Diſquiſ. Chorogr.

Joh.

Joh. præmiſ. c. IV. §. V. p. m. 938. Dn. D. Carp. not. ad Schik. מט p. 191. hoc facto ſe habentem: *Tradiderunt Rabbini, eo tempore, quo Hasmonæi inter ſe belligerabant, & intra urbem Hieroſolymam Hyrcanus obſeſſus, extra v. Ariſtobulus oppugnans erat, demiſiſſe obſeſſos quotidie in arcula pecuniam, pro qua oppugnantes reddiderunt agnos ad jugè ſacrificium requiſitos. Adfuiſſe autem ſenem quendam Græcæ Philoſophiæ peritum, qui oppugnantibus dixerit: quamdiu obſeſſi cultui divino ſic vacant, tamdiu in manus veſtras non tradentur. Poſtero ergo die, cum pecuniam illi denuo in arca demitterent, reddidiſſe porcum: qui cum ad medium usque muri perveniſſet, ungulas ſuas muro infixerit, eo quo tota regio Iſraelitica per quadriginta milliaria in longitudine, totidemque in latitudine contremuerit. Inde ab eo tempore, inquiunt, decretum fuiſſe, maledictum fore, qui porcos alat, quique ſuum filium Philoſophiam Græcorum doceat.*

§. VI. Cæterum minus cum hac conſtitutione conſentire videtur hiſtoria illa, quam Matth. VIII, 30. Marc. V, 11. Luc. VIII, 32. recenſent, ubi mentio fit numeroſi gregis porcorum, ſummam circiter duorum millium facientis. Unde enim tam dives proventus animalis, quod nullo modo alere licuit? Quamvis vero non ineptum foret dicere, Judæis crumenam & lucrum ſupremam eſſe ſolere legem, atque adeo minus credibile eſſe, eos lucro ac commodo domeſtico Canones traditionarios præpoſuiſſe: tamen ea potior ſine dubio eſt reſponſio, quam Viri docti ſubminiſtrant, Caſaub. Exod. XIII, Num. LXIX. & a quo cit. Schik. מט p. 392. Lightfoot. ad Matth. IIX, 32. p. m. 316. Boch. Hz. I. L. II. c. LVII. f. 697. Affirmant nimirum, porcos hos ad Judæos non pertinuiſſe, ſed ad Ethnicos inter Judæos Gadarenos habitantes. Nec enim tum temporis inſuetum fuiſſe, ut Judæi ſimul & Ethnici in terra Iſraelitica unum eandemque urbem incolerent, adducto exemplo Suſithæ ſive Hipponis a Lightfoot. Cent. Chor. Matth. præmiſſa. p. m. 137. probatur. Ita quoque Philo de Jamnia, *in de Leg. ad Caj. Op. f. 790.*: πόλις δέ ἐστιν τῆς Ἰουδαίας ἐν ταῖς μάλιστα πολυάνθρωπος ταύτην μιγάδες οἰκοῦσιν, οἱ πλείους μὲν Ἰουδαῖοι, ἕτεροι δέ τινες ἀλλόφυλοι παρεισφθαρέντες ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων, οἱ τοῖς τρόπον τινὰ αὐθιγενέσιν ὄντες μέτοικοι κακὰ καὶ πράγματα παρέχουσιν, h. e. ex verſione Gelenii: *Jamniam urbem Judeæ cumprimis frequentem populo, colunt promiſcue. Judæi quidem pars maxima, nonnulli tamen etiam alienigenæ, qui malo fato ſubrepſerant e finitimis regionibus, & cum ſint inquilini, faceſſunt indigenis negocia &c.* Quin, ut de Gadara ſpeciatim id aſſeramus, faciunt ea, quæ a Boch. l. c. ex Joſepho adducta ſunt loca. Ec quibus patet, non tantum Gadaram civitatem Græcam, ſed & a Judæis & Ethnicis promiſcue habitatam fuiſſe.

§. VII. Huc usque authoritas cum divina, tum humana animalia iſtiusmodi

modi juſſit eſſe prohibita. Supereſt, ut de pœna, qua peccantes cohibiti fuerint, aliqua dicantur. Equidem apud Petrum & alios pios ſine dubio plus momenti habuit majeſtas præcipientis, quam gravitas punientis. Hic non verbera, non flagella allegat, quæ ſe deterruerint; ſed animum divinis rite præparatum eloquiis, a tali facinore omnino abhorrentem. Verum humanæ mentes non iisdem expugnantur argumentis. Sunt, quæ ipſa virtutis pulchritudine captæ, honeſta monentibus haud difficulter obediunt; ſunt etiam, quæ, niſi graviori coërceantur manu, nihil operantur boni, plura pœnæ formidini, quam conſcientiæ recte factorum tribuentes. Hos poſtremos ut coërcerent Magiſtri Judæorum, neve divinas ſanctiones promiſcuæ violantium exponerent libidini, certum pœnæ genus decreverunt, iis irrogandum, qui ſanctitatem Legum nefario violare auſi eſſent conatu. Erat id מלקות i. e. *Vapulatio.* De qua cum multa dici poſſent, pauca tantum de forma ejus monenda eſſe duxi, L. B. plura deſiderantem ad Epiſtolam Buxtorfii P. Dedicatoriam, quam Abbreviaturas ſuas Dn. Phil. Mornæo du Pleſſis &c. commendavit, remittens, in qua argumentum hoc latisſime executus eſt. Alligatis nimirum rei utrinque ad columnam manibus, ut neque ſtaret, neque ſederet, ſ. inclinaretur; miniſter publicus pone eum lapidi inſiſtens, veſtibus usque ad femora nudatum cædebat loro taurino, cui utrinque additum lorum minus aſininum, ſed utrumque bifidum, ut ſingulæ plagæ (qui ad ſummum XIII. infligebantur) tres ictus inferrent, longiore loro pectus & anteriorem ventrem, aliis duobus tergum percutientibus, indeque emergeret numerus XXXIX. ictuum, quos lege Deut XXV, 2. doceri, Magiſtrorum erat opinio: quas etiam quinquies tuliſſe ſemet, teſtatur Apoſtolus Paulus 2. Cor. XI, 24. (cui loco ex hac obſervatione non parum lucis infertur). Inter cædendum Judex primarius verba Deut. XXVIII, 58. 59. & XXIX, 9. Pſ. LXXVIII, 38. recitabat; Judex ſecundus numerabat ictus, tertius denique cædentem, ut juſſa impigre exequeretur, monebat. V. Buxt. l. c. Schik מ״ה cum not. Dn. D. Carpz. p. 143. ſeq §. IIX.

§. IIX. Hoc itaque genus ſupplicii in eos decernebatur, qui de animalibus legaliter immundis comedere auſi erant. Affirmat id de unoquoque animalium genere Maimonides. Et ad *Τετράποδα* quidem & *θηρία* pertinet §. II. Cap. II. כל האוכל מבשר בהמה וחיה טמאה כזית לוקה מן התורה בין שאכל מן הבשר בין שאכל מן החלב לא חלק הכתוב בטמאים בין בשרם לחלבם, i. e. *Quicunque de carne beſtiæ aut feræ tantillum comederit, quantum olivam æquat, ille vapulat ex Lege, ſive de adipe comederit: nec enim ſcriptura in impuris animalibus carnem ab eorum adipe diſtingvit.* Ad reptilia volatilia pertinet

tinet ejusdem Cap. §. V. חגב טמא הרי הוא בכלל שרץ העוף והאוכל כזית משרץ העוף לוקה שנאמ' כל שרץ העוף טמא הוא לכם לא יאכלו ואי זהו שרץ העוף כגון זבוב או יתוש וצרעה ודבורה וכיוצא בהן: i. e *Cicada immunda est e numero volantium : & quicunque comederit, quantum olivam æquat, de reptili volatili, vapulat, cum dictum sit :* Omne reptile volatile erit immundum vobis, non comedetur. *Quænam autem sunt reptilia volatilia? v. g. musca, Oestrus, crabro, apis &c.* De reptilibus terrestribus agit §. VII. cap. ejusdem: שמנה שרצים האמורים בתורה שהן החולד והעכבר והצב והענקה והכח והלטאה והחומט והתנשמת האוכל מבשרם כעדשה לוקה: i. e. *Quicunque de carne octo specierum in lege commemoratarum, Talpa, mure, crocodilo terrestri, Stellione, Coach, Letaa, Chomet* (v. Cap. I. §. IIX.) *Chamæleonte, magnitudine lentis comederit, vapulat.* Conf. §. XIII. XIV. superiori Cap. §. IIX. citatos. De reptilibus aquatilibus agitur §. XX. dicti cap. itidem superiore Cap. §. IX. allato. Denique de volatilibus & piscibus simul habetur §. IV. dicti Capitis: האוכל כזית מבשר עוף טמא לוקה מן התורה שנאמר ואת אלה תשקצו מן העוף לא יאכלו והרי עבר על עשה שנאמר כל צפור טהורה תאכלו הא טמאה לא תאכלו וכן האוכל כזית מדג טמא לוקה שנאמר ושקץ יהיו לכם מבשרם לא תאכלו' ועבר על עשה שנאמר כל אשר לו סנפיר וקשקשת תאכלו מכלל שמי שאין לו סנפיר וקשקשת לא יאכל הא למדת שכל האוכל דג טמא או בהמה וחיה טמאה או עוף טמא בטל מצות עשה ועבר על לא תעשה: i. e. *Comedens de ave immunda magnitudine olivæ, vapulat ex Lege, quia dicitur :* Has detestabimini ex avibus, non comedentur &c. *Transgressus enim est præceptum affirmativum; quia dictum :* Omnem avem mundam comedetis; *unde infertur : Ergo immundam non comedetis. Sic quoque comedens instar olivæ de pisce immundo, vapulat, quia dicitur :* Et detestatio erunt vobis, de carne eorum non comedetis. *Transgreditur etiam præceptum affirmativum; quia dicitur :* Omne, cui fuerint pinnæ & squamæ, comedetis. *Unde sequitur, illud, cui pinnæ aut squamæ non fuerint, non esse comedendum. Vides itaque, quod piscem aut bestiam aut avem immundam comedens & præceptum affirmativum irritum reddat, & negativum violet.* Excipiebantur tamen ab hac pœna, qui rem dubiam comedebant, ut ex §. XVI. Cap. cit. manifestum est. Immunis quoque erat ab hoc pœnæ genere, qui rem quamcunque esu prohibitam in usum suum verterat, non tamen perinde fustigatione rebellionis evitata; V. §. XVI. Cap. VIII. hoc ipso cap. §. IV. citatum.

§. IX.

§. IX. Nec tamen promiſcue in quemvis, vel tantillum de re vetita comedentem hac pœna adnimadverſum eſt: ſed in eum duntaxat, qui tantum comediſſet, quantum olivam æquat, (quam menſuram traditionem Moſis eſſe putant): qui minus comediſſet, fuſtigabatur. Ita docet Maimon C. XIV. §. I. כל איסורי מאכלות שבתורה שיעורן בכזית בינוני בין למלקות בין לכרת בין למיתה בידי שמים׃ i. e. *Omnium ciborum in Lege probibitorum quantitas eſt inſtar olivæ mediocris, ſive ad verberationem, ſive ad exciſionem, ſive ad mortem a Deo inferendam &c.* Et §. II. ושעור זה עם כל השיעורין הלכה למשה מסיני הם׃ ואסור מן התורה לאכול כל שהוא מדבר האסור׃ אבל אינו לוקה אלא על כזית׃ ואם אכל כל שהוא פחות מכשיעור מכין אותו מכת מרדות׃ i. e. *Menſura autem bæc, cum aliis, eſt traditio Moſis de monte Sinai. Ex Lege autem interdictum eſt id omne comedere, quod eſt ex re vetita; non tamen vapulat, niſi ob quantitatem olivæ. Et ſi comederit, quantumcunque fuerit minus menſura iſta, verberant ipſum fuſtigatione rebellionis.* Conf. §. XI. cap. II. Quatenus autem quidquam olivam æquare cenſendum ſit, pro diverſis caſibus, qui contingere poſſunt, accurate, & curioſius forte determinatum eſt. Ita Maimon cap. II. §. XXI. זה שאמרנו בפר׳ זה האוכל כזית כשאכל כזית מבריה גדולה או שצרף מעט מבריה זו ומעט מבריה זו שבמינה עד שיאכל כזית׃ אבל האוכל בריה טמאה בפני עצמה כולה ה״ז לוקה מן התורה׃ ואפי׳ היתה פחותה מן החרדל׃ בין שאכלה מתה בין שאכלה חיה׃ ואפילו סרחה הבריה ונשתנית צורתה הואיל ואכלה כולה לוקה. i. e. *Quod diximus in bac Sectione:* Comedens tantum, quantum olivam æquat &c. *ita accipiendum eſt, ſi comederit inſtar olivæ de uno ſuppoſito majori, aut ſi conjunxerit parum de boc, & non nibil de alio ſuppoſito, quod ejuſdem cum priori eſt ſpeciei, usque dum comederit, quod olivam æquet. Qui vero comederit beſtiam aliquam impuram conjunctim totam, ille vapulat ex Lege, etiamſi grano ſinapis minor fuerit; ſive vivam comederit, ſive mortuam. Et quamvis beſtiola eo miputruerit, formamque ſuam perdiderit, ſi tamen totam comedit, vapulat.* Quo etiam referendi ſunt Capit XIV. §. III. VII. & IIX. Obiter autem nota, non ſolum a Chriſto, Matth. XIII, 31. 32. Marc. IV, 31. Luc. XIII, 19. rem exiguam conferri grano ſinapis; verum etiam eam loquendi formulam ſatis eſſe uſitatam Magiſtris, ut proverbialis videri poſſit. a Maimonide certe in §. XXI. cap. II. & §. IIX. cap. XIV. modo citatis uſurpatur. vid. Lightf. ad Matth. l. c. p. 358. Hotting. Primit. Heid. Diſſ. p. 59.

## CAPUT I.
# DE FINE EDICTI.

§. I.

VTcunque Judaei soli propemodum ob carnes nonnullarum animalium, ac praesertim suillas damnatas ingenti ceterarum gentium expositi fuerint ludibrio, tamen eadem a quibusdam bestiis abstinentia apud alios etiam populos obtinuit. Utrumque concluditur ex Phil. de Leg. ad Caj. Op. f. 805. scommata Caji Imper. & suorum responsiones ita referente: *Ἐπεὶ δὲ ἔνια τῶν περὶ τὰς οἰκοδομὰς διετάξατε, μέγιστον καὶ σεμνὸν ἐρώτημα ἠρώτα, διὰ τί χοιρείων κρεῶν ἀπέχεσθαι. Πάλιν πρὸς τὴν πεῦσιν γέλως ἐκ τῶν ἀντιδίκων κατερράγη τοσοῦτος, τῇ μὲν ἡδομένων, τῇ δὲ καὶ ἐπιτηδευόντων ἕνεκα κολακείας, ὑπὲρ τοῦ τὸ λεχθὲν δοκεῖν σὺν εὐτραπελίᾳ καὶ χάριτι εἰρῆσθαι, ὥς τινα τῶν ἑπομένων αὐτῷ θεραπόντων ἀγανακτεῖν ἐπὶ τῷ καταφρονητικῶς ἔχειν αὐτοκράτορος, ἐφ' οὗ καὶ τὸ μετρίως μειδιᾶσαι τοῖς μὴ πάνυ συνήθεσιν οὐκ ἀσφαλές. Ἀποκριναμένων δὲ ἡμῶν, ὅτι νόμιμα παρ' ἑτέροις ἕτερα, καὶ χρῆσις ἐνίων ὡς ἡμῖν καὶ τοῖς ἀντιδίκοις ἀπείρηται. καὶ φαμένου τινός, ὡς πολλοί γε καὶ τὰ προχειρότατα τὰ ἄρνια οὐ προσφέρονται, γελάσας, εὖγε εἶπον. ἔστι γὰρ οὐχ ἡδέα.* h. e. *Ubi vero quaedam mandata dedit de aedificiis, serio graviterque interrogavit; cur abstinetis a porcina! Ad hanc percontationem rursus risus magnus adversariorum exortus est, partim gaudentium; partim ut festivo salsoque dicto arridentium, & sic quoque captantium dominicam gratiam; adeo ut quidam e famulitio moleste ferrent, tam contemtim eos se coram principe gerere* (annon potius: eos principem habere contemtui?) *quo praesente subridere periculosum sit aliis, praeterquam admodum familiaribus. Cumque nos respondissemus, esse mores alibi alios, & adversariis itidem ut nobis interdictum esse rerum quarundam: alius vero quidam subjecisset, multos ne agnina quidem vesci ubique parabili, ridens ille, recte, inquit, insuavis enim est &c.* Causam, quae gentibus ejusmodi dictaverit leges, ut plurimum superstitionem fuisse, satis colligitur. Confirmat id Plinius L. II. Nat. Hist. c. VII. p. m. 6 superstitiosos ita describens: „Externis famulantur sacris, ca digitis Deos gestant, & monstra quo„que colunt, DAMNANT ET EXCOGITANT CIBOS, imperia dira in „ipsos, ne somno quidem quieto, irrogant &c. Cui (ni tamen quibusdam horum characterum ad sacra vel Christianorum vel Judaeorum digitum intenderit). Hinc etiam Julianus Imperator Ethnicismum omni conatu reducturus, sacerdotes suos *καθαροὺς εἶναι ἀπὸ τροφῶν διεκελεύετο, καὶ ὅσων ἀπέχεσθαι προσήκει τὴν, ὡς ἕλληνες λέγουσιν, ἁγιστείαν προῃρημένοις.* h. e. reddente Valesio,

*Jussit,*

*Juſſit, ut a cibis abſtinerent, & ab aliis omnibus a quibus temperare convenit eos, qui, ut Gentiles loquuntur, in caſtu eſſe volunt*, referente Sozom. L. V. H. E. c. III. f. 596. Atque huc Boch. Hz. I. L. II. c XXXII. f. 314. revocat priſcorum cum Græcorum, cum etiam Romanorum a bove aratore abſtinentiam. Ita a piſcibus Syros magna ſibi caviſſe ſuperſtitione, ex Ovidio, Tzetze, Menandro &c. notat Seld. de D. Synt. II. c. III. p. 260. & ex eo Hott. Prim. Heid p. 410. Nold. Conc. Part. Nov. 1526. De Ægyptiorum (quos ſupra Judæorum legati eo nomine perſtrinxerant) & Judæorum abſtinentia inſignis lacus extat apud Aben Eſram, ad Exod. VIII, 22. „Ego ſic ſtatuo (inquit), Ægyptios tempore Moſes ejusdem cum Indis fuiſſe ſententiæ, qui ultra dimidiam mundi partem conſti- „tuunt, omnesque a Chamo deſcendunt. Hi ad noſtra usque tempora nec „carnem, nec ſanguinem, nec adipem, nec ova, & omnino nihil, quod ex ani- „mali vivente prodit, comedunt; abominantur nam qui iis veſcitur, ac paſto- „ritiam artem exercere, ignominioſum putant. Sic quoque de Ægyptiis dicitur: quoniam execratio eſt Ægyptiis omnis paſtor ovium (Gen. XLVI, 36). „nec in hodiernum usque diem cuipiam permittunt, ut carnem in- „tra fines eorum comedat. Si vere eorum quispiam in alienam de- „latus fuerit regionem, ex omni loco ſe proripit, in quo carnem com- „dunt, nec ulla re veſcitur, quam σαρκοφάγος ejusmodi detigerit, vaſa quoque „ejus polluta æſtimat. Et ſic de Ægyptiis ſcriptum eſt, Gen. XLIV, 32. quoniam non poſſunt Ægyptii comedere cum Ebræis &c. Quem tamen quod generaliter nimis loquatur, ex merito caſtigat Seld. d. D. S. Synt. I. c. IV. p. 159. Cum Certum quidem ſit, Ægyptum vaccis, & omni lanato pecore, ſui itidem, atque anguila abſtinuiſſe; cæteris non item: vid. Seld. I. c. cum not. Baj p. 107. Nold. Conc. P. not. 1166. De Indorum, & ſpeciatim nobiliſſimæ Brachmannum ſectæ abſtinentia teſtatur Porphyrius & Cl. Alexandrinus apud Hoffm. Lex Univ. Tom. *I.* f. 303. De abſtinentia Sabæorum inſignis locus eſt, quem Hotting. Hiſt. Orient. Lib. I. c. *VIII.* p. 282. ex Muhammede filio Iſaaki refert, dignus qui & hic legatur: „Prohibentur edere Camelum, (alias vox Arabica „ovem m. notat jugulatam) & quicquid non ſacrificatur: Quicquid item „dentes in utraque maxilla habet conjunctim, ut porcus, canis, aſinus. Ex „avibus præter columbas & aves roſtratas nihil conceditur: nec ex germini- „bus (fructibus, herbis) niſi faba & allium. Veſcuntur alii phaſeolis, braſſica „capitata, crambe & lentibus.„ De Pythagoræorum Legibus Cibariis agit Guil. Sald. Ot. Theol. L. *IV.* Exerc. *II.* §. *II.* p. 660. ſq. confer & Senecam T. *II.* Ep. *CVIII* 534. p. Dudum a. eſt, quod hæ & ſimiles Gentilium obſervationes Cyrillus Alex. graviſſima ſententia damnaverit; quæ legitur L. *II.* in

 Jul.

Jul. p. 45. Suit. Th. Ant. Eccl. T. *II*. 471. προσποιοῦνται μὲν ὀλιγοσιτεῖν, ἐσθ' ὅτε, καὶ τῶν ἐδωδίμων ὑποποιοῦνταί τινα, δεδίασι δὲ τῶν ἐκτόπων οὐδέν. i. e. „Nonnunquam quidem ſimulant, ſe exiguo contenſus eſſe, & cibos quosdam faſtidiunt, ſed a nullis rebus abſurdis abhorrent.

§. II. In eundem ſuperſtitioſorum catalogum referebantur a gentilibus Judæi. Quod clarum fit e verbis Senecæ, l. §. præc. cit. p. 532. Ubi enim narraſſet, ſe Sotionis argumentis inſtinctum animalibus abſtinere cœpiſſe, & anno peracto non tantum facilem, ſed & dulcem conſuetudinem expertum eſſe &c. addit: „Quæris, quomodo deſierim? In Tiberii Cæſaris principatum juventæ tempus inciderat: alienigenarum ſacra movebantur: Sed „inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur quorundam animalium abſtinentia &c. Per *alienigenas* autem, *quorum ſacra movebantur*, Judæos & Ægyptios intelligi, notat Lipſius, & probat ex II. Annal. Tac. Nec excuſari forte poſſent Judæi a ſuperſtitione, ſi iisdem duntaxat permoti cauſis, quas Tacitus & Plutarchus, Viri alioquin graviſſimi (apud Boch. Hz. l. L. *II*. c. *LVII*. 698.) allegant, has ſibi leges impoſuiſſent, ac tanta cum accuratione obſervaſſent. Sed major ſine dubio erat autoritas, nec ſuperſtitio, ſed Lex Numinis ſupremi animos his vinculis innexuit; qua etiam Judæi contra Satanam & gentiles ſe tutari debebant per ea quæ monent R. Salomo ad Num. XIX. & Magiſtri in Joma fol. 67. 2. a Lightf. in Luc. I, 6. p. m. 213. citati.

§. III. Ac ſi quæras, quænam tandem ratio impulerit Deum, ut hanc legem ferret populo ſibi devoto? quemnam finem hoc edicto intenderit? aut quem fructum exinde in Judæos redundaturum quæſierit? Autores non eandem reſponſionem reponunt. R. Salomo ad Prov. XXV, 2. negat, in cauſas hujus & ſimilium præceptorum inquirendum eſſe, ita ad l. o. commentatus:
כשאתה דורש בכבוד חכמים ובסייגים שעשו לתורה ובגזרות
שגזרו בהם יש לך לחקור ולדרוש ולשאול טעם לדבר אבל כשתדרוש
במעשה מרכבה ובמעשה בראשית ובחוקים הכתובים בתורה
כגון חוקים ודברים שהשטן מקטרג עליהם ומשיב עליהם
כאכילת חזיר וכלאי כרם ושעטנז אין לך לחקור רק להסתיר
ולומר גזרת מלך היא אין חקר i. e. *cum inquiris in honorem ſapientum, & in ſepimenta, quæ Legi fecerunt, & in decreta, quæ ab eis profecta ſunt; tum poteris inveſtigare & inquirere, & rationem petere. At cum inquiris in opus quadrigæ, & opus creationis, & ſtatuta in Lege deſcripta; qualia ſunt Interdicta & res, contra quas Satanas diſputat, utpote de manducatione ſuis, heterogeneis, vinearum, & veſtimentorum; non eſt Tibi* (in cauſas) *inquirendum, ſed taceas, & dicas: Eſt decretum regis, cujus nulla datur perveſtigatio*. Atque etiam e Chriſtianis, quam caute in tali-

talibus agendum sit, monitum Guil. Sald. Ot. Theol. L. I. Ex VII. §. XI. p. 138. & L. II. Ex II. §. II. p. 220. At vero quoad præsens nec temere, nec frustra in rationes edicti inquiri, vel illud argumento est, quod ipse Legislator Lev. XI, 44. 45. innuit, sanctitatem populi in promulgatione hujus edicti, tanquam scopum, sibi fuisse propositum. Non itaque, argumento huic paulo diutius immorari.

§. IV. Inprimis hic ab Autoribus monetur, animalia edicto vetita natura immunda non fuisse: quibus nunc longius inhærere, supervacaneum forte foret. Itaque dimissis iis, eam audiamus controversiam, qua disquiritur: An sanitatis corporalis gratia hæc animalia fuerint prohibita? Affirmativam tuentur nonnulli ex Judæis, & nonnulli ex Christianis. E Judæis nominamus *R Mosen bar Nachman* Comm. ad Lev. XI, 13. e Christianis *E. Gerhardum*, qui T. III. LL. d. LL. Cc. & For. §. 23. p. 274 ed. in 4. rationem hujus edicti tertiam facit Physicam. *Siquidem*, inquit, *plerorumque istorum animalium prohibitorum esus valetudini parum congruus est; præsertim in regionibus illis calidioribus, quas Israelitæ inhabitabant &c.* At contra magno nisu sententiam hanc oppugnant R. *Abarbanel*, & R. *Arama*. Prioris verba apponemus e comment in Deut. f. 243. col. 4. איסור המאכלים שאסרה התורה כבר חשבו רבים מהמפרשים שהוא מפני בריאות הגוף ורפואתו להיות המאכלים הרעים ההם מולידים ליחות רעות וזהו דעת הרמ"בן בפסוק ואלה תשקצו מן העוף׳ וחלילה לי מלהאמין כן לפי שאם כן היה ספר תורת האלהים במדרגת ספר קטן מספרי הרפואה הקצרים בדבריהם וטעמיהם ואין זה דרך תורת האלהים ועומק כונותיה׳ וגם שעינינו הרואות האומות האוכלים בשר החזיר השקץ והעכבר ושאר העופות והבהמות והרגים טמאים חיים היום כולם חזקים בראי מוצק ואין עיף ואין כושל בהם׳ גם כי יש בריאות אחרות שהזקם מפורסם באפעה נחש שרף ועקרב ולא נזכרו כאן בכלל האסורות וגם יש מהעשבים והצמחים מזיקים מאד וממיתים בארסיותם כמו אליבור וזולתם ממה שזכרו חכמי הרפואה ולא אסרה התורה אכילתם, i. e. „Multi Interpretum (inquit) in ea sunt sententia, cibis a Lege pro„hibitis sanitatis causa interdictum esse; cum hujus generis cibi pravi pravos „generent humores, quæ est sententia Ramban ad v. 13. c. XL. Lev. Absit autem, „ut ego rem ita se habere putem. Si enim id est verum, tunc liber legis di„vinæ in eodem gradu dignitatis constitueretur cum libro exigui momenti „medico, qui & rebus sunt minuti & ponderibus: Hoc autem consuetudini „legis divini & profunditati sententiarum ejus non convenit. Quin etiam „oculi nostri vident, gentes suillam carnem, detestandum, mures & reliquas

aves

„aves, bestias, ac pisces immundos comedentes, illas, inquam, hodienum super-„esse ac vivere sanas, vegetas ac firmas instar speculi fusi, nec esse fessum aut lan-„guidum inter eas. Porro aliæ etiam dantur bestiæ, quas esse noxias omni-„bus constat, ut aspis, serpens, prester & scorpio; quæ non recensentur hic in „numero vetitorum. Dantur etiam herbæ & frutices admodum noxii, „adeoque viru ac veneno suo necantes, ut Eljacur & alii, quos Medici comme-„morant; quorum tamen esu Lex minime interdixit &c. Eadem fere habet *R. Arama* Comm. ad Lev. *XI.* ut plane constet, alterum ex altero mutuatum esse. Cæterum, ut adducta Abarbanelis argumenta examinemus, & quam vim in oppugnanda thesi contraria habeant, clarum faciamus, nunc non licet. Id saltim monebimus, habere Abarbanelem quoad thesin sibi suffragantem Cl. Theologum, Dn. D. Chemnitium p. m. in Ex. C. T. p. *IV.* art. de Jejun. p. m. 202 diserte dicentem: *Deus illa constitutione* (de discrimine ciborum V. T.) *non Physicum aut Medicum finem sibi propositum habuit &c.* Nec difficulter quispiam huic posteriori subscripserit sententiæ (si præsertim de fine principali quæstio instituatur): cum in ipsa doctrinæ hujus sede Lev. *XI,* 44. 45. non sanitas, sed sanctitas, tanquam hujus edicti, allegetur. An vero valetudo corporis finis secundarius dici, & hac distinctione conciliatio inter Bb.Dd. Chemnitium & Gerhardum institui possit, aliis disceptandum relinquitur.

§. V. Cum ergo sanitas corporalis finis, saltim primarius, constitutionis hujus haberi nequeat; ulterius progrediendum, & curatius inquirendum est, quid tandem eo nomine censeri possit. Et Judæos quidem si adeamus, monent primo in genere, has LL. in commodum Israelitarum latas esse, fidemque facere, gentem suam præ aliis ad gaudia vitæ futuræ esse electam. Ita R. *Becbai* ad Lev. *XI.* f. 132. col. 1, med. ex veteribus: למה הדבר דומה לרופא שהלך לבקר שני חולים אחד יש בו סכנה אמר להן תנו לו כל מה שמבקש לאכול' נכנס לשני אמר להן תנו לו פלוני ולא תתנו לו מאכל פלוני' ליום זה שהתיר לו המאכלים כולם מת' והת שהתיר לו מקצת ואסר לו מקצת נתרפא' אמרו לו מה זאת אמר להן זה שראותי בו סימני חיים התרתי לו זה ומנעתי ממנו זה' שראיתי בו סימני מיתה התרתו לו את הכל' כך התיר הקבה לאומות שקצים ורמשים וכל העבדות לפי שהם סוכנים לגיהנם אבל ישראל שהם לחיים אמר להם את זה תאכלו ואת זה לא תאכלו' i. e. *Res similis est Medico, visitanti duos ægrotos, quorum alter vitæ periculo erat expositus, cujus domesticis dicebat: Date ipsi, quicquid voluerit comedere. Ingressus autem ad*

*ad alterum, dicebat domesticis: Date ipsi hunc vel illum cibum, neque detis ipsi hunc illamve* (nominetenus expressum). *Postea ille, cui omnes cibos concesserat, mortuus est; Ille autem, cui quosdam concesserat, quosdam negaverat, convaluit. Interrogarunt ergo eum: Quid hoc rei est? Respondit eis: Huic, in quo signa atque indicia vitæ deprehendi, concessi hunc, prohibui istum* (cibum); *Huic autem, in quo signa mortis animadverti, omnes concessi: Sic etiam D. B. concessit gentibus quasvis res detestandas, & reptilia, omnesque transgressiones, quia illæ gehennæ sunt destinatæ, sed Israelitæ ad vitam ordinatis præcepit: Hoc comedetis, & hoc non comedetis &c.* Eadem habet R. Arama ad l. c. & R. Salomo ad v. 2. dicti cap. Speciatim *R. Arama* ad duas classes utilitatem ex hoc interdicto provenientem revocat. Prior est, quod homini adsit occasio & palæstra quasi, in qua luctando contra concupiscentias carnales obedientiam suam Deo probaret, & mercedem vitæ futuræ consequeretur. *Altera utilitas* est, (inquit Autor, cujus verba Ebræa, cum jam non sint ad manus, addere vetamur,) *quam commemoraverunt Dd. nostri dicentes*: Non data sunt præcepta, nisi ad purgandos iis homines, *Purgatio autem in eo consistit, ut homo vitam caute atque temperanter vivendo, jugum regni cælorum suscipiat, cohibendo se a multis, in quæ anima sua fertur cupido, & quibus reliquæ gentes assueverunt, idque propter interdictum divinum &c.* quæ fere coincidunt cum mente B. D. Chemnitii, Ex. C. Tr. P. IV, p. 212. (si tamen prosthesin illam de mercede Bon. Operum proprie sic dicta excipias), quartam hujus discriminis causam facientis hanc *quod Deus voluerit obedientiam veteris populi ita probare, cum verbo suo prohiberet quædam, quæ per se non erant mala vel noxia, sicut Adami obeditionem prohibitione ligni scientiæ boni & mali probavit.* Data autem esse hæc talia præcepta ad infirmandam concupiscentiam, & confirmandam rationem, prolixe deducit R. Bechai Comment. ad Levit. XI, 44. quæ ob prolixitatem huc referri nequeunt. Sed hæc utilitas, si in finibus hujus legis computanda esset, in remotis fortassis consistere posset, in propinquis non item. Altera: quam R. Arama, atque cum eo R. Abarbanel fol. 243. col. 4. (cujus verbis loquemur) affert, Legis hujus utilitas, indeque nata ratio vetandi, hæc est: לפי שהיו מתעבים ומשקצים את הנפש הטהורה והמשכלת ומולידים במזג האנושי אטימות וקלקול התאוות בעשותם באדם רוע מזג אשר ממנו תתהוה רוח הטומאה המטמאה הדעות והמעשים ומגרש רוח הטהרה והקדושה שעליה בקש דוד, ורוח קדשך אל תקח ממני i. e. *quod* (cibi istiusmodi) *detestabilem atque abominandam reddant animam puram atque intellectualem, ac in temperamento humano generent ἀτιμίαν, levesque concupiscentias, constituendo in homine pravam crasin, unde existat spiritus impurus, inquinans mentem & actiones, & expellens spiritum purum & sanctum, quem petiit David Ps. LI, 13. &c.* Quin vero ratio hæc spuria sit, nulli dubitamus. Ut enim ni-

nihil de eo principio dicamus, animi mores sequi temperamentum corporis, quod Arama multis cum ex Aristotele, tum aliunde petitis argumentis probare conatur: unde quæso Magistri evincent, singulis animalium vetitorum speciebus, ejusmodi vim quandam noxiam inesse, animos ad prava quæque disponentem? Supponitur id, non probatur.

§. VI. Patres & Doctores Ecclesiæ rationem hujus interdicti reddituri, ad typicas, quas B. Gerh. T. III. LL. & LL. CC. & For. §. 23. p. 273. vocat, plerumque inclinant. Instar omnium sit insignis locus Eusebii *L. VIII.* de Præp. Evang. c. III. a Gerh. l. c. & Lang. Ep. Med. L. *I.* ep. *LXI.* jam olim allegatus: „Moses sub hoc de esculentis ænigmate populum Israeliticum duræ cervicis „& effrenem ea docere voluit, quæ ad justitiam & pietatem pertinerent. Nam „animalia & volucres raptu & morticinio viventes non alio nomine edere ve„tuit, quam quod hujus legis symbolo eos a spoliis & cæde deterreret. Suilla „vero carne vesci prohibuit, quo Judæos admonuit, cum sus sit amica luto, & „locis uliginosis, in quibus se volutat, & oblectat; ut ea, quæ externe corpus, „intus vero animam coinquinarent, sedulo caverent, & sobrie, non ut sues in „crapula & sagina, viverent. Sic etiam B. Chemnitius l. c. secundam hujus edicti rationem reddit hanc, „quod discrimine illo ciborum mundorum & im„mundorum Deus pædagogicas quasdam figuras, significationes s. commone„factiones de cavenda immunditie & abominatione peccati, ac sectanda vitæ „sanctimonia populo V. T. proponere voluit &c. Nec displicet hæc ratio Judæis, quorum subtilissimus Bechai eodem plane modo quasdam hujus edicti partes ad mores refert. vid. Comment. ejus ad Lev. XI, 13. sq. & conf. Philon. L. de Agric. Op. f. 160. & d. Migrat. Abr. f. 311.

§. VII. Potuissemus forte in his, quæ hactenus de fine hujus præcepti dicta sunt, subsistere; nisi textus noster ulteriorem ansam suppeditaret, quædam de eadem materia conjectandi. Quemadmodum enim certum est, Petrum per animalia immunda in cibum concessa monitum didicisse, Gentes communioni ecclesiasticæ & civile esse restitutas: ita forte a scopo non multum aberraret, qui conjectaretur, per eadem animalia mensis adempta Israelitas edoctos ex intentione divina didicisse, saltim debuisse, a Gentilium communione Ecclesiastica, & Politica sibi, quam possent maxime, caverent. Sed clarior erit sententia, se repetamus animo, qualis Gentilium usus cum in V. T. interdictus, tum Petro in N. restitutus fuerit.

§. VIII. Utrumque non inepte colligitur (ut alia prætereamus) ex hac ipsa historia, cujus particulam tractamus. V, 28. enim hujus cap. inquit Petrus: *Vos scitis, nefas esse Viro Judæi κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ*, Syr. [illegible] ܠܐܢܫܐ
ܢܘܟܪܝܐ

ܢܘܟܪܝܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܪ ܫܪܒܬܗ *propius, jungit aut accedere ad virum alienigenam qui non ſit ejusdem generis*. Ubi ſane manifeſtum eſt, *Petrum proteſtari de ſuo acceſſu ad concionem incircumciſorum, & ſuam perſonam quaſi legitimam reddere*, dicente Er. Schmidio ad h. l. conf. & Sanct. p. 220. Quid autem opus fuiſſet proteſtatione, niſi id aut legi certe conſuetudini repugnaſſet? Utut autem non adeo probabile ſit, ſimplicem congreſſum cum Ethnicis fuiſſe Judæis negatum; tamen familiarius iisdem uti, & inprimis apud eos divertere, cumque iis capere cibum, haud poſtremum putabatur flagitium. Ita ſane Daniel ſanctiſſimus Propheta, cibos refugiebat regios, c. *I*, 8. Juditha Holofernis Jud. *XII*, 2. Ita ſpeciatim vetitum, *ne comedat quispiam buccellam Samaritani, Avod. ſara, fol. XLIV. 4. cit. Ott. Lex. Rabb. p. 582.* Quin Lightfootus ad I. Cor. *IX*, p. 201. monet, *ſtatutum olim fuiſſe a Juriſtis Judæorum ab Ethnicis non efflagitandam, & ne Judæis ſe Ethnico quoquam modo devinctum ſubmitteret.* Hinc amicis Antiochi occaſio, Judæos ſugillandi, (apud Diodor. cit. Grot. L. *II*. d. J. P. & B. c. XV. §. IX. 3.) *quod cum nulla alia gente menſam haberent communem.* Hinc ipſis Judæis enata opportunitas, carpendi Salvatorem, Publicanos & peccatores (per quos Gentiles non incommode intellexeris, coll. Gal. *II*, 16.) convictu ſuo dignantem. Matth. *IX*, 10. 11. Marc. *II*, 15. Luc. V, 28. 29. &c. Et hujus facti invidiam Petrum h. l. putamus deprecari, & poſtea c. *XI*, 3. excuſare quibusdam, cætera non malis, Legis tamen nimium ſtudioſis, qui habitum cum præputiatis commercium exprobraverant. Adhibita autem a Judæis hæc ſeveritas, ut credibile, non ſolum, quod Ethnicos, ipſosque etiam infantes eorum (v. Lightfoot ad 1. Cor. *VII*, 14. p. m. 194.) immundos ducerent: verum etiam, quod convictus haud infrequens ſymbolum eſſet concordiæ, non ſaltim civilis, ſed & religioſæ. Hinc notatum, quod, qui animis in negocio cultus divini diſſiderent; nonnunquam eo devenerint, ut eadem quoque menſa uti dedignarentur. De Ægyptiis probat id ex S. Script. & Herodoto Seld. d. D. S. Synt. *I. IV*. p. 153. Quin in ipſa primitiva Eccl. nefas erat cum Epiſcopis ſuſpenſis, excommunicatis, Judæis, Schiſmaticis, hæreticis, uxore clerici peccante, devota peccante, Epiſcopi vidua maritum accipiente &c. in cibo aut potu commucare. V. Epiſt. *II*. Papæ Calixti ad Epp. Galliarum Conc. Eliberit. Can. L. Arelat. II. Can. XXX. Carthag. IV. Can. LXX. Tolet. *I*. Can. *VII, XV. XVI. XVII. &c.* Hinc Dionyſius, Epiſcopus Alexandrinus Ep. ad Fabium Epiſcopum Antiochiæ (habetur ea ap. Euſ. H. Ec. L. VI. c. *XLI. XLII*.) quærit, utrum fratribus nonnullis, lapſis quidem, ſed a Martyribus ſuſceptis, ac communione orationis & ciborum dignitatis, ab Eccleſia quoque univerſa communicandum ſit? v. l. c. f. 241. Refert etiam Valeſ. not. ad Euſ. H. E. L. VII. c. V. f. ex Firmilian. Steph. Papam adeo ægre tuliſſe ſententiam Synodi Africanæ hæreticos rebaptizandos eſſe ſtatuentis, *ut legatis Synodi & tectum & hoſpitium negaret.* Et hic mos, ut apparet ex iis, quæ ſum-

me Venerand. Theologus Dn. Doct. Schmidius Fasc. Disp. 713. ex Jore deah affert, jam olim a Judæis usurpatus, & inde forte in Eccle- in Ecclesiam traductus fuit. Has igitur (ut in viam redeamus) ob causas factum putamus, cur Judæi Ethnicorum convivia adeo refugerent. Quibus adde, quod multa comedentibus cum gentilibus imminerent pericula circa cibos, aut impuros, aut illegitime mactatos &c. V. Lightfoot. ad 1. Cor. X, 25. p. 209. Sed huc etiam referenda sunt alia Ethnicorum commercia Judæis declinata; utpote, quod matrimonia aut affinitates eorum damnarent, aut certe ægerrime admitterent, V. Phil. d. spec. Leg. f. 602. Schick. מט p. 341. cum not. Dn. Carpz. quod mercimonia cum Ethnicis non nisi certis conditionibus exerceri permitterent. V. Lightf. ad 1. Cor. V, 9. p. m. 177. Sed hæc, quæ hactenus dicebantur, conversationem civilem potissimum concernunt. Ad religiosam pertinet, quod Petrus visione divina instructus, & monito spiritus confirmatus, cum sciret se ad prædicandum evangelium a Cornelio, homine præputiato vocari, prompte sequitur, v. 20. verbum divinum copiose exponit, v. 36. seq. ac gratiosis Spiritus S. donis instructum una cum cæteris præsentibus, nulla circumcisione vel prævia, vel concomitante, vel subsequente, sacro baptismatis fonte initiat, v. 47. Quod sub V. T. insolitatum fuisse, vel illud arguat, quod Petrus præter generalem Matth. XXVIII, 19. Marc. XVI, 15. datam instructionem, denuo fuerit monendus, licitum esse, & voluntati divinæ maxime congruum, ut gentes ad fidem vocentur. Confirmat etiam, quod ii, qui Petro sub initium dicam scripserant, audita ejus apologia admirabundi exclament: Igitur & gentibus Deus pœnitentiam dedit ad vitam? Act. XI, 18. Quod certe minime factum, si id tempore V. T. promiscuum & usitatum fuisset. Ac certe ipsa res docet, fontem gratiæ divinæ gentibus non adeo largiter in V. atque ipsis in N., & Judæis in utroque, fluxisse. Nullus enim gentili ad mysteria sacra & beneficia Ecclesiæ propria aditus patebat; nisi per circumcisionem divino insertus fœderi, & per proselytismum quasi totus in Judæum degenerasset, aut rectius, elevatus fuisset. Nulla tum temporis ordinaria ac solennis gentium per Apostolos aut Prophetas audiebatur vocatio; quin potius *sinebantur ingredi vias suas*, V. Act. XIV, 16. Conf. c. XVII. 30. Ps. CXLVII, 20. Quin etiam sub ipsis N. T. primordiis gratia ejusdem non statim gentibus patefacta est, V. Matth. X, 5. & conf. Act. XI, 19. Quæ tamen non ita accipienda sunt, ac si omnes omnino viæ ad salutem gentibus fuissent negatæ. Non ea mens nobis est, nec id rerum legitima exigit ad se invicem consequentia. Utut enim hæc gratia Judæorum populo, ut propria dicata fuerit; non tamen aliæ gentibus ademtæ, quæ eas ad Ecclesiam, indeque ad cœlestia deducerent bona. De quibus tamen agere, Theologorum est.

§. IX.

§ IX. Cum ergo certum sit, gentes in V. T. solenni illa & generali vocatione caruisse, atque indignas habitas, quæ promiscuo cum Judæis scoirent commercio: forte absurdus adeo haud foret, qui conjiceret, præcepto de animalibus immundis non comedendis, tanquam symbolis, Israelitas ejus ipsius rei (in quantum quidem ex divina lege sive directe, sive indirecte pendebat) admonitos fuisse: quemadmodum constat, iisdem animalibus in cibum concessis, Petrum de invitandis & admittendis intra Ecclesiam gentibus, iisque familiariter utendis fuisse instructum. Favet huic conjecturæ præter evidentem textuum Lev. XI. & Act. X. respectum ad se invicem, 1. generalis ratio judicandi de Ceremoniis & ritibus V. T. quorum (ut graviter monuit S. Vener. Dn. D. Schmid Fasc. Disp. p. 412.) *Physicas causas conquirere vel semper, vel tantum, vanum est, nec ipsi scripturæ conveniens.* Ulteriorem scopum has ll. ferendo divinam sapientiam sibi habuisse propositum, docebit vel solus Paulus exemplo evidentissimo, 1. Cor. IX, 9. & 1. Tim. V, 18. Favet 2. analogia inter signum & signatum, idque tum ex parte subjecti, tum ex parte prædicati. Ex parte subjecti quidem, quia fœdis animalium reproborum moribus exacte respondet ingens impuritas, quæ irregenitas gentilium mentes inficiebat, eaque cum connata, quam Theologi Peccatum originis vocant, tum acquisita pravis & fœdis actionibus, quarum copiosissimum catalogum exhibet Paulus Rom. I, 26. sqq. Atque hac analogia invitante factum est, ut scriptura, cum truculentos gentium mores depingere vellet, sæpissime schematibus horum animalium indutas, Lectori sistat, V. Jer. XLIX, 22. Deut. XXIIX, 49. Jer. V, 6. &c. Quin & ipsa Judæorum & Gentil. sub N. T. futura communio his tropis describitur a Jes. *XI*, 6 seq. Ipsi etiam Magistri ex præsenti Parascha Lev. *XI.* animalia sibi elegerunt nonnulla, quibus regna gentilium adumbrarent, (quamvis non tam ad mores, quam alia quædam respicientes). V. Bechai ad Lev. *XI*, 4. sq. & Schick כד p. 393. Ex parte prædicati apparet analogia, quia penitior unio fieri nequit, quam ciborum est cum corpore, unde nutritur, & incrementa sua necessario capit; haud aliter, atque ex consuetudine cum Ecclesiastica tum politica peculiaris animorum unio, indeque multiplex utilitas exsurgit. Favet 3. scopus edicti Lev. *XI*, 44. 45. insinuatus. Sublato enim promiscuo gentilibus commercio, sublata, aut certe multum præcisa erat occasia scandalorum, peccatorum, ac speciatim Idololatriæ, &c. quæ partim intellectum pravis sententiis imbuebant, partim voluntatem ad pessima quæque inclinabant. Salvis autem his facultatibus, non poterant non animæ sua constare sanctitas. Sic quoque sublatis externis nuptiis servabatur generi suus honor, nec promiscuo inficiebatur sanguine &c. Favet 4. Lev. *XX*, 24. 25. *Ego sum Dominus*

*minus Deus vester, qui distinxi vos a Gentibus, & distinguetis vos animalia munda ab immundis*, &c. ubi sane nexus inter antecedens & consequens multo arctior est, si relationem symbolicam separationis animalium immundorum ad separationem gentilium admittas; quam si in nuda & generali illa beneficii a Deo præstiti ad officium ab hominibus præstandam χάρις acquiescas. Sed plura hanc in rem addere non licet. Cui hæc non satisfaciunt, is meminerit, oro, conjecturam potius, quam certam ac definitam sententiam allatam esse.

## CAPUT IV.

### DE

# ABROGATIONE EDICTI

### §. I.

QUemadmodum Lex Ceremonialis in genere jugo δυσβαστάκτῳ comparatur Act. *XV*, 10. Ita R. *Becbai*, vel potius Magistri, quos secutus est, Veteres hanc ejus particulam, edictum nimirum de discrimine ciborum, oneri, quod asino imponitur, confert. Verba ejus sunt ad Lev. *XI*, f. 132. col. med. למה הדבר רומה לבעל הבית שהיה לתירן והיה עמו חמור וכלבטען עליהם התבואה הכלב היה משליך המשוי כי לא נסה׳ מה עשה בעל הבית התיר מעליו את המשוי כך הק״בה כיון שראה את האומות שאין בהן לחלוחית ואינן מקיימין את המצות׃ i. e. *Simile hoc est Patrifam. habenti aream, cui adsunt asinus & canis, quos oneravit frumento; sed canis projecit onus, nec enim assueverat. Quid ergo fecit Paterfam? sustulit ab ipso onus. Sic etiam fecit Deus B. postquam vidisset, non esse in gentibus vigorem, nec eos servare præcepta &c.* Sed hoc onere non solum quidam in ipso V. T. certis casibus levati, verumetiam in N. T. omnes promiscue exemti sunt. id quod præsenti cap. ostendendum.

§. II. In V. T. quidem ab his observationibus eximebat I. *Fames extrema*, quod Maim. docet c. XIV. §. XIII. האוכל מאכל אסור לתיאבון או מפני הרעב חיוב׃ ואם היה תועה במדבר ואין לו מה יאכל אלא דבר איסור הרי זה מותר מפני סכנת נפשות׃ i. e. *Comedens cibum probibitum ob desiderium aut famem, reus est: sive in deserto oberraverit, nec quicquam ei suppetierit, quod comedat, nisi res probibita; tum permissum est ob vitæ periculum*

*periculum.* Speciatim ad milites hoc privilegium pertinuiſſe, docet idem in Hilc. Melach. init cap. VIII. unde citat Schick. מס p. 395. quem vide, notasque Carpzovii. Quin etiam, qui eſurie laborabant, illicitis ſatiabantur. Ita enim Maim. cap. cit. §. XVI. מי שאחזו בולמוס מאכילין אותו דברים האסורים מיד עד שיאורו עיניו ואין מחזרין על דבר המותר אלא ממהרין כנמצא ומאכילין אותו הקל הקל תחלה אם האירו עיניו דיו ואם לאו מאכילין אותו החמור: i. e. *Si quem βέλιμος invaſerit, cum cibant cibis prohibitis confeſtim, usque dum illuminentur ejus oculi; neque circumeunt petentes rem licitam, ſed feſtinantes cibo, quemcunque occupaverint, & ſatiant, quidem leviſſimo quoque primum, ſi tum illuminati fuerint oculi ejus, ſufficit; ſin minus, cibant eum gravioribus. II. Malacia gravidarum*, ut patet ex Maimon. l. c. §. XIV. עוברה שהריחה מאכל אסור כגון בשר קדש או בשר חזיר מאכילין אותו מן המרק אם נתיישבה דעתה מוטב ואם לאו מאכילין אותה פחות מכשיעור. ואם לא נתיישבה דעתה מאכילין אותה עד שתתיישב: i. e *Si prægnans cibum interdictum odorata fuerit, utpote carnem ſanctam a. ſuillam, cibant eam juſculo. Si tum acquieverit mens ejus, bene factum; ſin minus, cibant eam particula minore, quam quantitas requirit. Si nec tum acquieverit mens ejus, cibant eam, donec acquieſcat.*

§. III. Sed tempore N. Fœderis omnis hæc obſervantia cum cæteris ceremonialibus ceſſavit. Docuit ſatis diſerte Chriſtus Matth. *XV*, 11. 17. *Non quod ingreditur in os* &c. Ita etiam, cum Luc. *X*, 8. diſcipulos moneret, *ederent, quicquid apponeretur*, ex ſententia Lightf. in h. l. p. 788. eo ipſo *a tædio & perplexitate ejus curioſitatis*, quam Canones traditionarii poſtulabant, *eos liberabat* &c. Quæ alias ex Epiſtolis Paulinis hanc in rem afferuntur & plurima & luculentiſſima, lubens prætermitto. An autem, quod Lactant. L. IV. div. Inſt. c. XVII. aſſerit, *Judæi Chriſtum occidentes hanc cauſam invidiæ ſuæ prætulerint, quod abſtinentiam ſuillæ carnis auferret*, in Hiſtoria Paſſionis expreſſe ſignificatum nondum hactenus reperire potui.

§. IV. In ſpecie præſens locus ex Actis in confirmationem abrogationis præcepti de diſcrimine ciborum, a multis Theologis & Philologis, Chemnitio, Gerhardo, Geiero, Dannhawero, Bocharto &c. citatur. At repugnat Eccleſia Abysſina, cujus Advocatus *Zaga Zabo* (qui juſſu Imperatoris Abysſinorum Legati munere apud Johannem, Portugalliæ Regem anno 1526. functus eſt) ad l. h. ab Antagoniſtis ſibi objectum ita reſpondet: referente Damiano a Goes, & ex eo Autore Der Aſiat. und Afrik. Denckw. p. 465.) „ Viſio hæc apud

„apud nos in Aethiopia ita exponitur. Animalia munda (*nempe & hæc in linteo* „*adfuisse putat*) sunt filii Israel; immunda, Gentes, ita vocatæ, quod Idololatræ sint, & immunda Diaboli opera perficiant. Dicente autem voce ad Petrum: „surge, macta; id eo sensu accipimus, Petre, baptiza, comede, h. e. prædi„ca, & annuncia fidem, & legem Dn. nostri Jesu Christi Israelitis & gentibus. „Certum est, nullibi repertum iri vel Petrum, vel alium quemcunque Aposto„lorum post hanc visionem immunda animalia vel mactasse, vel comedisse. *Et* „*paucis interjectis*: Omnes docti in eo consentiunt, linteum Petro ostensum de „gravibus & seriis ipsum docuisse materiis, quæquam salutem nostram pro„pius contingerent; non autem terrenas atque mundanas ostendere voluisse. „Non etiam exinde concludere licet, nobis adesse libertatem, impuris vesci „cibis: cum hoc ex scriptura colligi nequeat &c.„ Et sane negari nequit μυστικώτερόν τι visione hac Petro esse significatum. Quod & ipse ostendit clarissime, dum 1. sibi redditus in litera verborum, quibus præceptum efferebatur, minime acquiescens, de genuino visionis dubitat scopo, & postea a spiritu ea de re instruitur. 2. evidenter docet v. 28. sibi a Deo ostensum, ne hominum quenquam immundum duceret. 3. contra fratres, commercium cum gentilibus ipsi exprobrantes, apologiam ex hac ipsa visione parat. Conf. Act. *XV*, 7. 8. 9. Quamvis autem hæc ita se habeant, nihilominus tamen abrogatio istius edicti ex nostro loco quodammodo videtur posse colligi. Et 1. quidem ex eo, quod minus videtur probabile, sub externo symbolo actus cujusdam e Lege divina diserte prohibiti actum quendam hactenus illicitum, velut licitum, imperari. Equidem id & naturæ rei & perpetuæ scripturæ praxi non adeo consentit. Atqui illud h. l. factum foret, si interdictum de non manducando cibo ex Lege vetito, suo adhuc vigore gavisum esset. 2. ex hypothesi cap. præc. §. VII. seqq. exposita. Quæ, si assumatur, & separatio gentilium pro fine (& quid. principale atque unico) edicti de separandis animalibus immundis habeatur; denuo clarum fit, distinctione populorum sublata, sublatam etiam esse distinctionem ciborum. Cessante enim fine, cessant & media ad finem illum ducentia. 3. ex eo, quod Petrus Act. *XI*, 3. seq. clare testatur, per visionem hanc potestatem sibi factam esse, introeundi & comedendi cum gentibus. Quo facto legum de puritate aut impuritate ciborum, utpote Gentilibus adeo exacte non cognitarum, aut certe in præparatione ciborum non observatarum, ratio haberi non poterat. Unde ea piorum in V. T. a conviviis & cibis gentilium abstinentia. Et hæc quidem ad argumentum Theologorum nostrorum vindicandum dicta sunto,

*§. V.*

§. V. In Medrasch *Tanchuma* Magistri quærunt de Porco: למה נקרא שמו חזיר *quare nomen suum accepit a restiduendo* & respondent in quibusdam exemplaribus (in aliis enim aliter legitur) מפני שעתיד הקב״ה להחזירו לישראל *quia futurum est, ut Deus* restituat *eum Israeli.* Unde nonnulli etiam ex ipsis Judæis concludunt, tempore Messiæ restituendum fore esum carnis suillæ. Refert id R. Bechai ad Lev. XI. f. 132. col. 2. post med. quamvis aliam afferat explicationem. Ita autem ille: ויש נוסחאות שכתוב עתיד הקב״ה להחזירו לנו והמון סבורים שעתיד יהיה טהור לישראל׳ אבל באור הנאמן על הכח שלו שהוא מצר לישראל ולעתיד ישוב עם שאר כל הכוחות לעזור ולתמוך לישראל כי ירבה השלום בעולם שנ׳ וגר׳ זאב וגו׳: i. e. *Sunt porro Exemplaria, in quibus scriptum est, fore, ut* Deus B. restituat *illum* (sc. porcum) *nobis. Ex quo vulgus concludit, ipsum deinceps mundum Israeli futurum. Verum explicandum illud est de potentia ejus* (Regni per porcum designati), *quæ nunc affligit Israelem; sed in futuro tempore una cum cæteris potentiis omnibus convertetur ad auxilio juvandum, & sustinendum Israelem. Pax enim multiplicabitur in mundo, prout dicitur* Jes. XI, 5. Et habitabit lupus cum agno &c. *Et:* non male agent, neque corrumpent in universo monte sanctitatis meæ &c. Affert tamen *Abrabanel* in Rosch Amanah c. XIII. fol. XIIX. col. 2. cit. Dn. D. Carpz. not. r. ad Schickard. מ״ח p. 394. aliam adhuc explicationem, concedentem, *veteribus sermonem esse de porco in diebus Messiæ quoad esum & usum restituendo; sed tantum propter bella cum gentibus gerenda, & ad certum tempus &c.* Quæ posterior explicatio, si mente Autorum conveniat, sententiæ Christianæ haud parum suffragabitur. Unde enim Rabbi suam restrictionem probaret?

§. VI. Cæterum abrogatio hæc sicuti multis (ut quidem æstimare licet), non ingrata accidit; ita vicissim aliis, e circumcisione præsertim, ægerrime persuadebatur. Immutabilitas putatitia Legum Ceremonialium ita eorum animis insederat, ut vel minimo ausu contra ire nefas putarent maximum. Testantur id admonitiones, instructiones, correptiones, Paulo circa hanc materiam toties repetitæ, & magnam contradicentium Pseudo-Apostolorum impotentiam atque contumaciam arguentes. Ac speciatim huc referendi videntur ii hæretici, quos Legalium Ceremoniarum observantiam pressius ursisse Ecclesiastica testis est Historia; inque his cumprimis *Ebion* cum complicibus, de quibus Euseb. H. E. L. II. §. XVII. f. 99. δεῖν δὲ (ἡγῦντο) πάντως αὐτοῖς τῆς νομικῆς θρησκείας, ὡς μὴ ἂν διὰ μόνης εἰς τὸν χρισὸν πίςεως καὶ τῦ κατ' αὐτὴν βίου σωθησομένοις. *Legis observationem sibi omnino necessariam ducebant, quasi per solam in Christum fidem, vitamque ex ea fide traductam, salutem consequi non vale-*

*valerent*. Itemque Nazaræi, quos Epiph. l. I. T. II. f. 122. *in nullis a Judæis dissentire* testatur. Qui etiam de Cerintho L. I. T. II. hær. XXIIX. f. 110. asserit, præter Carpocratis dogmata etiam *Judaicos ritus adscivisse*, & fol. 111. auctorem fuisse seditionis Act. XI, 3. contra Petrum excitatæ. Quamvis & id constet, nonnullos horum hæreticorum longius progressos ab omnibus penitus animatis abstinuisse, quod §. seq. clarum fiet. Quid? quod ne hodie quidem Ecclesia Abyssina animalibus Lege vetitis vesci sustineat; utcunque alias jus suum usurpantes laudabili modestia condemnare nolit. quod ii testantur, qui de rebus & religione Abyssinorum scripserunt. An vero eapropter hæc Ecclesia damnanda, a que communione spirituali separanda; an vero ex legibus charitatis, Paulo Rom. XIV. tantopere inculcatis toleranda fuerit, Theologorum esto disquirere. Sed & inter adversarios nostræ libertatis quodammodo referendi Muhammedani, quos suillis abstinere notorium est. Verum enim vero nunquam Ecclesia a libertate sua se dimoveri, aut jugum harum observationum sibi denuo imponi passa est. Hinc Eus. L. I. c. IV. f. m. 16. collationem inter Patriarchas & Christianos cum in aliis, tum etiam in hoc instituit, quod neutris a certis cibis abstinere curæ fuerit. Hic quoque nulla Spyridoni religio, inter ipsa etiam jejunia suillam hospiti adponere. Quam historiam V. ap. Sozom. L. I. c. XI. f. 417.

§. VII. Et hæc quidem sive hæreticorum, sive infidelium superstitio Ecclesiæ semper damnata fuit. Irrepsit tamen alia huic confinis, majoresque radices egit. Fuerunt nempe, qui abstinentiam ab omnibus omnino animatis, nonnulli etiam a vino, sive suadebant ipsi, sive aliis docentibus morem gerebant. Diversos hæreticos ejus superstitionis reos facit Epiphanius in Panario. Ita v. g. L. I. T. II. hær. de Saturnilianis agens testatur, *plerosque ex horum disciplina animatis omnibus abstinuisse, ut affectato illo sanctioris vitæ genere nonnullos in errorem pellicerent*. Et hær. XXX. cap. XV. f. 139. de Ebionitis refert, ipsos in Libro de Circuitu Petri, de hoc S. Apostolo cum alia mendacia, tum etiam hoc confinxisse, *quod ab animatis omnibus & carnibus, reliquoque omni, quod carne constet: abstinuerit; quoniam ab iis tam Ebion olim, quam Ebionitæ omnes abhorrent &c.* conf. c. XVIII. f. 142. ubi exponit; quam impudenter historias sacras, in quibus de esu animatorum agitur, rejecerint. Porro L. II. T. I. hæres. XLVII. c. I. f. 400. de Encratitis inquit: *ἔμψυχα δὲ βδελύσσονται, ἀπαγορεύοντες, οὐχ ἕνεκεν ἐγκρατείας, οὔτε πολιτείας, ἀλλὰ κατὰ φόβον καὶ ἰνδαλμὸν τοῦ μὴ καταδικασθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἐμψύχων μεταλήψεως. Animatis vesci prohibent, non temperantiæ studio, neque peculiari ex instituto vita, sed falso quodam & affectato metu, ne ob animatorum usum sibi ipsis damnationem arcessant.* Idem,

quoad.

quoad caput rei, testatur Irenæus apud Euseb. L. IV. c. XXIX. f. 150. causas enim, quas Encratitæ suæ abstinentiæ prætulerunt, minus recte ab Epiphanio allegari, docet D. Chemn. Ex. C. Tr. P. IV. p. 280. Ejusdem superstitionis arguit quosdam *Sampsæorum, sive Elcesaitarum*, L. II. T. I. hær. L. III. f. 461. *Valesiorum*, hær. LVIII. f. 489. *Hieracitarum* L. II. T. II. hær. LXVII. f. 712. Idem furor *Manichaeos* abripuit, hær. LXVI f. 625. Denique etiam *Eustathius*, Episcopus Sebastiæ in Armenia, hujus criminis reum se fecit. V. Socrat. L. II. c. XLIII. f. 156. & Soz. L. III. f. 520. 521.

§. VIII. Cæterum nunquam hoc malum usque adeo invaluit, ut non inveniret, qui latius serpenti sese opponerent. Nam Papa Eleutherius XIV. P. R. adversus Tatianum & Encratitas, nullum cibum rejiciendum esse, decreverat, referente Diet. Brev. Pont. Rom. p. 43. ex Platina p 21. & Rolvinck. Fasc. temp. f. 43. Item Caranza Sum. Conc. p. m. 20. b. (Si tamen citati Autores id hauserint ex epistola nominato Pontifici adscripta, quod probabile, tum fides ejus asserti, non minus atque ipsarum literarum, vacillabit) Sed & Concilium Gangrense cap. II. Eustathianorum hæresin damnavit his verbis: *Si quis carnem edentem, præter sanguinem & idolis immolatum & suffocatum, cum religione & fide condemnet, velut spem propter hujusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.* Sic etiam in Priscillianistas, ejusdem superstitionis reos Concilium Toletanum I. & postea Bracarense I. Can. XXXII. anathema vibravit. Conf. Can. Apost. L. & L. II. Conc. Ancyr. Can. XIV. Negandum tamen non est, diætam, qua ab animalium carne religionis causa abstinetur, in ipsam sensim Ecclesiam admissam, ac Monachis potissimum probatam fuisse. Hinc nihil frequentius in horum laudibus commemorari videas, quam abstinentiam a carne, & aliis nonnunquam cibis. Gloriosum enim tum putabatur quam maxime, olusculis, aridoque pane, ad mensuram sumpto, famem utcunque depellere. Exempla nolo congerere, Interim adeat, cui vacat, præter alios Socr. L. IV. c. XXIII. f. 232. & 236. & L. VI. c. XVII. f. 354. Sozom. L. I. c. XIII. f 420. & L. VI. c. XXIIX. f. 673. &c. XXIX. f. 680. Evagr. L. I. c. XXI. f. 278. confer etiam, quæ in Decr. Grat. d. Consecr. dist. V. cap. XXXII. ex Fructuoso Episcopo citantur. Crediderim, & credulitatem meam firmat D. Chemn. p. IV. Ex. C. Tr. p. m. 262. eos Christianorum, qui primi hanc abstinentiam usurparunt, exemplar, ut totius vitæ Monasticæ, ita etiam hujus superstitionis ab Essæis, sive Therapevtis Philonis petiisse. Nec enim id solum constat e cit. Aut. L. d. vit. Contempl. f. 696. eos τράπεζαν καθαρὰν τῶν ἐναίμων, *mensam puram a dapibus cruentis*, h. e. animantibus, quæ sanguinem habent, servasse: verum etiam quoad alia instituta inter hos & Chri-

ſtianorum Aſcetas tantam interceſſiſſe cognationem, ut primo quidem Euſebium L. II. c. XVII. f. 54. deinde etiam Sozomenum L. I. c. XII. 419. fefellerit, putantes, dictos Therapevtas in Chriſtianorum numernm referendos eſſe. Additum errori pigmentum, quod crederetur, Jacobum, fratrem Domini, probato exemplo ſuo hac vitæ auſteritate, ab omnibus animatis ſibi temperaſſe, quod Euſeb. L. II. c. XXIII. f. 63. ex Hegeſippo refert. Et forte ipſa etiam abſtinentiæ gloria inſtitutum promovit; quantum enim opinio hæc in animis hominum valeat, expertus eſt olim Apollonius, quem *ſingulari & perpetua ſua a Venere, Carne, Vino abſtinentia*, καὶ τῇ σκληροδιαίτῳ i. e. *Victus auſteritate magnam doctrinæ revelationibusque ſuis fidem conciliaſſe*, e Philoſtrato teſtis eſt Gvil. Sald. O. T. L. I. Ex. IX. p. 189. Sed quicquid ſit de origine hujus ſuperſtitionis, illud ſaltim conſtat, non intra Monachorum clauſtra errorem cohibitum, ſed more fluminum, quæ ruptis aggerum obicibus late campos inundant, oppugnata primum, ac poſtmodum etiam expugnata Eccleſiæ libertate, omnes pariter obruiſſe. Videmus, qui Dei gratia e periculo emerſimus, hodienum tot imperia, tot nationes, tum quas P. R. ſub poteſtate habet, tum quas in Orientis regionibus remotas ſub jugum mittere nondum potuit, in his undis laborare. Quibus initiis, quove ſucceſſu id tentatum, atque perfectum fuerit, docebunt altioris cathedræ Dd. inque his vir nunquam ſatis laudatus, 2. D. Mart. Chemn. P. IV. Ex. C. Tr. p. m. 256. & ſeqq. *in Hiſtoria certaminum de Abſtinentia & Jejunio;* ad quem, cum ulterius vetemur progredi, L. B. remittimus.

VIRO JUVENI

*EXIMIO AC PRÆCLARE DOCTO*

## DN. HENRICO LUDOVICO MÜNSTER,

S. S. THEOL. & LINGV. ORIENT. CULTORI FELICISSIMO.

*S. P. D.*

JOH. ANDR. DANZ, P. P.

INter celebriores *Hillelis* ſententias non parum eminet illa quam conſignatam invenis in *Pirke Avoth* c. 1. verbis: אם אין אני לימי לי וכשאנו״ל עצמי מה לי״ ואם לא״ עכשיו אימתי i. e. *Si ego non forem mihi, quis mihi? At cum ego mihi ipſe, quid ego? Quod ſi non nunc, ecquando?* Ita mihi ſemper viſus de Te ſtatuere. Ex quo hic ſedibus raddito, tui mihi feciſti copiam, non aliter res tuas compo-

compoſuiſti, ac ſi nemo ſit amplius, qui præter te, unicum earum habeat curam. Non expectabas, ut vel publica invitatione, vel allatis alibi rationibus, aut verbis longe conquiſitis in ea pertraharis caſtra, in quibus, me qualicunque duce, hactenus militaſti ſtrenue. Tua te incidabat naturalis propenſio. Ipſe vice plus ſimplici inſtabas, ut apta tibi præbeatur occaſio, qua & vires tuas experiri, novumque ſubinde robur ex quotidiano cum aliis congreſſu poſſes acquirere. Receptus tam alacrem te gerebas, ut omnibus tuis Commilitonibus, & ipſis minime cunctantibus, palmam primo dubiam redderes; mox laborantibus illis ac remittentibus ſingulis præripere penitus. Nihil erat in iſto genere tam durum ac inacceſſum aliis, quo Tua non penetraret expedita ſolertia, pertinaxque ac obſtinata aſſiduitas. Qua tantam, aſpirante divino Numine, conſecutus es notitiam, ut proprio ductu hanc expeditionem ſuſcipere non dubitaris. Profecto *ſi Tute tibi* in ea perficienda *non fuiſſes, quis Tibi?* Tua ſunt, quæ hic conſpiciuntur, omnia. Mea nec linea. Equidem haud ſemel abs te auditum memini: *cum ego mihi ipſe, quid ego?* In hunc tenorem, cognita Patronorum voluntate de aliquo edendo Specimine, meum expetebas conſilium, & paulo poſt Præſidium. Enimvero ſolius modeſtiæ erat hæc vox. Hac præter alias egregias ingenii dotes tam exime es inſtructus, ut ſolus neſcire videaris, quæ Te ſcire norunt omnes. At nec dolenti tibi iſthæc exciderint verba. In honoribus expetendis olim ab *Hillele* uſurpata fuiſſe, frequens eſt Ebræorum ſententia. Ibi nemo ſibi ſolus ſufficit: ſed; ut Arabum huc traham parœmiam: ان كنت لم تعرف تصعد في السلم لا تسلك علي السطح *Si neſcis per ſcalas aſcendere, nunquam ambulabis in tecto.* Poſt DEVM implorandi PATRONI, quibus ad dignitatem labore & ſedulitate promeritam evcharis; abſque Eorum ope, in eodem ſtatu futurus, quo teſtis ædium apud Orientes obambulaturus, qui nec ſcalam invenit nec gradus, quibus aſcendat. Atque de his eo minus eſt, ut dubites, quo certiora jam PATRES PATRIÆ tuæ edidere ſpecimina, cum a Se ſuſcipi extollique altius, *qui miles eſt, non qui nude paludatus; qui fortis, non qui modo pellem fert pantheræ.* Quod ſi antiquitatum ille Judaicarum celebris ſcriptor de ſuæ gentes hominibus aſſerit: *μόνοις σοφίαν μαρτυροῦσι, τοῖς τὰ νόμιμα σαφῶς ἐπισταμένοις, καὶ τὴν ἱερῶν γραμμάτων δύναμιν ἑρμηνεῦσαι δυναμένοις· διὰ τοῦτο πολλῶν πονησάντων περὶ τὴν ἄσκησιν ταύτην, μόλις τινὲς δύο, ἢ τρεῖς, κατώρθωσαν καὶ τῶν πόνων τὴν ἐπικαρπίαν εὐθὺς ἔλαβον.* Integrum nobis ſit ſperare de *Chriſtiano Magiſtratu*, eos ad functiones Eccleſiaſticas aſpirantes, inprimis ſibi curæ futuros, locoque dignari honeſtiori; qui in tam ten-

sa nostratium raritate, tot devoratis molestiis, cum probitate morum scientiaque Theologica, exactum quoque Scripturæ sacræ juxta fontes suos explicandæ, acquisiverunt notitiam. Quæ cum in Te haud vulgaris reperiatur, merito Magna de te ominor. Faxit *Nomen benignissimum!* ut partem brevi sentias. Ea nunc es ætate, ut paulatim de sorte futura sit cogitandum. *Nam si non nunc, ecquando?* אם לא אקנה עתה המעלות בימי בחרות מתי אקנה אותם בימי הזקנה לא כי קשה הוא לסור מהתכונות בעת ההיא׃ מפני שהקנינים והמדות נתחזקו ונתיבו אם מעלות אם פחיתות׃ *Si in juventute,* verba sunt Glossatoris ad l. c. *ad honores non aspiravero, ecquando acquiram illos? in senectute? vix crediderim. Eo quippe tempore per est difficile, quam semel rerum fortunaque faciem assumseris, eam mutare denuo, facultatibus ac moribus ad statum eminentem vel abjectum accommdatis, nimium jam obfirmatis.* Felicem, tempore qui bene utitur. Vale. Dabam Jenæ, Idibus Decemb. An. salutis reparatæ cIɔ Iɔc LXXXVII.

# JOH. ANDR. DANZII
## de ΛΥΤΡΩ
# REDEMPTIONIS HVMANÆ,
## EX PARALLELISMO LOCORVM
## ESAIÆ LIII, 10. & 1. PETR. I, 18 19.

בש״ הקבה׃

## PROOEMIVM.

TAm arduum, tamque excellens fuit redemtionis humanæ negotium, ut omnes vires, omnes conatus hominum prorsus excederet. Ejus rei testimonium habes in Ps. XLIX, 8. 9. quando, dicitur: אח לא פדה יפדה איש לא יתן לאלהים כפרו׃ ויקר פדיון נפשם וחדל לעולם׃ h. e. *fratrem nullis modo redimere potest quisquam, nec dare Deo redemtionis ejus pretium. Est enim cara redemtio vitæ eorum: unde cessabit in æternum.* Evidentissime his ipsissa Spiritu S. illi confutantur, qui in auro ponunt spem suam atque fiduciam

ciam a). Quoniam nihil tandem frugis aut emolumenti iisdem exinde ſperandum eſt. Nullus enim, etſi divitiis nemini ſit ſecundus, maximis ſuis theſauris id efficere poteſt, ut vel fratrem ſuum, vel amicum omnium chariſſimum, & quaſi cunctorum ſecretorum arbitrum, a morte temporali, ne dicam æterna, redimat. Nulla profecto inter vanas hujus mundi opes, & delicta, quibus infinita Dei juſtitia a malitioſo hominum grege eſt læſa, datur proportio. Quare conſiderans hæc Pſalmi autor, non niſi veriſſime ſcripſit: ויקר פדיון נפשם וחדל לעולם *cara enim eſt redemtio vitæ eorum, unde ceſſabit in æternum.* Notandum vero utique eſt, Judæos, qui nihil magis amant, quam Chriſtianis contradicere, eorumque fidem refellere; in hoc tamen amice cum his conſpirare, ſcilicet: in nullius hominis poteſtate ſitum eſſe, ut confratres ſuos ab imminente mortis æternæ periculo liberare queat. Sic enim ubi hoc loco R. Salomo ben MELECH b) ſuper vocem ויקר commentatur, ſcribit: כלומר שלא יהיה ולא ימצא וכן ודבר ה׳ היה יקר בימים ההם כלומר שלא היה נמצא דבר הנבואה: *vult dicere: quod non futurum ſit, neque inveniatur in rerum natura, ſicuti* (1. Sam. III, 1.) *dicitur:* & verbum Dei pretioſum erat in iſtis diebus, i. e. *non fuit inventum verbum vaticinii.* Similia his ſunt iſta ABEN-ESRÆ c) וזה הממון מה יועילנו והנה הוא אין איש פודה אחיו מהמות ולא עוד רק גם נפשו על כן ויקר פדיון והטעם וחדל שלא יהיה זה לעולם: i. e. *hic ergo mammon quid prodeſt nobis? ecce enim non eſt vir, qui redimere poſſit fratrem ſuum a morte; imo nequidem animam ſuam,* (ſeu ſe ipſum): *Propterea* (dicitur:) *pretioſa omnino eſt redemtio. Et ſenſus* (vocis) חדל *eſt, quod talis* (redemtio) *non futura ſit in æternum.* R. Sal. ISAACIDES d) fatetur: ויקר פדיון נפשם מכל הון *pretioſior eſt redemtio animæ eorum omnibus opibus.* Opes ergo, quarum in verſu præcedenti 7. fit mentio, omniumque hominum conatus, in negotio tam magno nihil quicquam valent. Dicitur enim אח לא פדה יפדה איש *fratrem non redimendo redimet quisquam,* unquam; licet id vel maxime tentaret. Univerſalem hanc impoſſibilitatem evincit tum adverbium negandi לא, nomini איש præpoſitum; tum locutio illa Scripturæ S. alias ſolennis, quando infinitivus tempori finito, tam in oratione affirmativa, quam negativa, ad

a) Joh. XXXI, 24. b) in Michlal Jophi Pſ. XLIX. c) vid. Bibl. Buxtorfiana h. l. fol. 728. b. d) vid. Bibl. Buxtorff. h. l. ibid.

ad majorem certitudinem indicandam præponi ſuevit e). Ergo, licet in *mundanis* negotiis aliquando multum, imo fere omnia, ut imprimis hac noſtra tempeſtate, pecuniæ efficere queant: in *divinis* tamen nullus earum habetur reſpectus. De tali quippe redemtione in hoc Pſalmo ſermo eſt, quæ intercedente aliquo λύτρῳ fieri debet, quod Deo in ſatisfactionem pro læſione juſtitiæ ejus dandum foret: quemadmodum hoc voces פדה & כפר clariſſime evincunt. Ut captivus libertatem ſibi reddendam, ſtato certo pretio, pro ratione delicti & aliarum circumſtantiarum ſufficienti, vindicare tenetur: ita λύτρον, quod juſtitiæ divinæ exhibendum eſt, liberare nos debet a morte & damnatione æterna, Deumque prorſus propitium nobis reddere. Neceſſe igitur, ut etiam ad hæc præſtanda ſit ſufficiens, & adæquatum: alias noſtra redemtio in fumum abiret. Tale vero λύτρον in toto orbe nuſpiam invenitur. Quanto vero magis redemtio humani generis a parte hominum impoſſibilis fuit; tanto magis a parte Dei erat neceſſaria: quoniam infinita ejus miſericordia obſtabat, quo minus genus humanum adeo miſere penitus periret. Nimirum, quia in Adamo omnes peccarunt f), omnibus etiam mors ac damnatio æterna expectanda erat. Sed ecce! Deus, qui non vult mortem peccatoris, jam inde ab æterno apud ſe conſtituit, ut, quemadmodum *per unum hominem peccatum in mundum introiit, & per peccatum mors;* ita etiam per unius obedientiam juſti conſtituerentur multi g). Hinc *filium ſuum in mundum miſit, non ut eundem judicaret, ſed ſalvaret,* & quæreret quod perierat, Joh. III, 7. Et huic æterno Patris decreto Filii voluntas ex ea aſſe conformis fuit. Siquidem ipſe facere voluntatem divinam delectabatur h). Hoc vero eſt, quod in præſenti diſſertatione fuſius enarrare, ad parallelismum locorum mihi propoſui, ſcil. *univerſum genus humanum per Chriſtum a maledictione & damnatione aeterna eſſe redemtum.* Cave vero dicas cum *Socinianis*, redemtionem noſtram non eſſe *proprie & ſtricte ſic* dictam; ſed tantum *liberationem* qualemcunque. Quoniam contrarium ex Scriptura S. apertiſſime patet. Siquidem illa redemtionem noſtram per interveniens λύτρον contigiſſe, diſerte multoties docet; ut poſtea patebit. Hoc λύτρον vero redemtionis humanæ Chriſtus perſolvit: quando

e) vid. Dn. Præſidis Interpr. Ebr. Chald. §. 133. §. 108. n. 2. it. §. 96. Sal. GLASII Philol. S. p. m. 628. Can. 37. & p. 722. Cant. 19. De vocibus autem אח & איש quam expoſitionem & ſignificationem in hoc Pſ. loco patiantur, vid. Interpr. cit. §. 31. 32. f) conf. Petr. MUSÆI diſſ. ad Rom. V, 12. ad verba: *in quo omnes peccarunt.* Kil. 1674. it. Magn. BUDDEI Diſſ. ad eundem locum de Hamartigenia, Jenæ. 1707. g) conf. J. A. SCHMIDII Diſſ. de collatione Adami primi & ſecundi, Helmſt. 1702. h) Pſ. XL, 8.

do pro hominibus passus est & mortuus, quod ex Esa. LIII. imprimis comm. 10. & 1. Petr. I, 18. 19. collatione demonstrare annitar. Certe tam clara sunt hæc loca, ut nonnisi summa injuria ab aliquibus in dubium vocentur. Et Jesaias quidem, vel ob solum istud caput, quo utrumque Messiæ statum vivis quasi coloribus depinxit, Autoribus sæpe *Evangelista V. T.* dici meretur, & dictum hoc caput quasi *professio fidei ejus* nominari potest. Methodus tandem, qua in hac dissertatione incessurus sum, hæc erit: ut vindicato prius sensu a Spiritu S. in utroque loco proxime intento, & ab omnibus detorsionibus liberato; postea thesi mea tum ex his locis, tum etiam rationibus aliunde petitis, corroborata; hæreticorum errores, suo quemque loco, & quam breviter licebit, confutem, veritatemque pro virili defendam. Deum vero supplex, antequam ipsum opus aggrediar, rogito, ut mihi gratia sua illuminante adesse clementissime velit, eorumque opusculum in suum convertat honorem!

## §. I.

Illa Scripturæ S. effata, quæ fundamenti vicem dissertationis hujus sustinent, & ante omnia examinanda erunt, quoniam ex utroque fœdere sunt desumta; hinc eadem etiam, non solum prout ibi in fontibus suis leguntur, sed ad hæc quoque, ut ab aliis in unum alterumque idioma sunt translata, in limine statim hic apponere juvat. Et id quidem ad majorem rei evidentiam, & bonam methodum observandam. Prius vero eorum occurrit apud JEREMIAM, & quidem in Prophetiæ illius Cap. LIII. comm. 10. ita sonans:

ויהות חפץ רכאו החלי אם תשים אשם נפשו יראה ורע
יאריך ימים וחפץ יהוח כירו יצלח:

Hæc ex versione JUNII & TREMELLII ita fluunt:

*At Jehovah delectatus conterere ipsum, morbo affecit, quandoquidem exponebat si ipsum sacrificium pro reatu;* dicens, *videbit semen, prolongabit dies: & delectatio Jehovæ per eum prosperabitur.*

Sed B. LUTHERUS hoc modo interpretatur:

Aber der HErr wolte ihn also zerschlagen mit Kranckheit. Wenn er sein Leben zum Schuld-Opfer gegeben hat, so wird er Saamen haben, und in die Länge leben, und des HErren Vornehmen wird durch seine Hand fortgehen.

Posterius in divi PETRI Epist. I. cap. I. v. 18. 19. habetur:



Ev.

Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου: Ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ.

BEZA.

*Ut qui sciatis, nec non corruptibilibus* rebus, *argento vel auro fuisse redemtos ex vana illa vestra conversatione, a patribus tradita;*

*Sed pretioso Sanguine, utpote agni inculpati, & incontaminati*, nempe *Christi.*

LVTHERVS.

Und wisset, daß ihr nicht mit vergänglichem Silber oder Golde erlöset seyd von eurem eitelen Wandel, nach väterlicher Weise.

Sondern mit dem theuren Blute Christi, als eines unschuldigen und unbefleckten Lammes.

Jam, si quis hæc loca probe ad invicem comparaverit, non poterit, quin fateatur, habere se hæc ut vaticinium de redemtione hominum per Messiam, instituenda, & testimonium complementi, scil. homines etiam re vera per Christum esse redemtos: atque ita divum Petrum id tanquam factum asserere quod suo ævo Jesaias ceu futurum, vi revelationis divinæ prædixit, & ea voluntate ac mandato Dei O.M. etiam literis consignavit.

§. II. Attamen optandum utique foret, ut quæ modo dixi, omnibus etiam ita viderentur! tunc enim innumeris eruditi disputationibus supersedere possent. Verum Judæis, recentioribus præcipue, hæc nondum satis evicta esse videntur: ideoque Christianos petitionis principii postulant, tum eos id supponere clamant, quod ad huc in quæstione & controversia est positum. Videlicet in dicto ex Jesaia a nobis allato, materiem amplissimam Christianorum sententiæ contradicendi, Judæi invenisse sibi persuadent, eamque hic etiam pro more suo, ex hoc præcipue argumento evertere allaborant: quod isto Jesaiæ vaticinio nequaquam de *Messia* sermo sit; cum talia ibi occurrant, quæ nullam in Messiam, quem adhuc frustra expectant, ex sua hypothesi applicationem patiuntur. Sed præfracte errant, & veritati divinæ tam frivole reluctantur, ut verear; ne cum ingenti suo damno olim ferendo faciant, ubi perversa & impia eorum hypothesis re ipsa satis confutabitur, quando eos judicatum veniet ille, quem confixerunt. Et certe, quod jam in specie illum Jesaiæ locum concernit, tam *illustre* in eo de Messia patiente continetur *vaticinium, ut eo nec amplum magis, nec perspicuum alibi in Prophetia Messiæ, patientis detur facile*

*cile theatrum* i): ita quidem, ut HIERONYMO k) Jesaias hic *non tam Prophetam, quam potius Evangelistam egisse videtur*; dum passionem Christi adeo graphice descripsit, ut ejus *spectator*, non tantum *pronunciator* fuisse credatur l). Sed Judæis longe alia sedet mens; dum ipsimet etiam inter se non conveniunt, quodnam hujus capitis Jesaiani objectum sit constituendum? Nam quidam illud de *Mose*, (ut R. ALSCHECH); quidam de Rege *Josia*, (ut ABARBANEL); alii de *Jeremia*, (ut R. SAADIA GAON, & cum hoc HUGO GROTIUS); plerique tamen, & potissimum JUDÆI RECENTIORES, id de *populo Judaico inter gentes varie vexato;* explicare allaborant m). Ut mireris haud injuria, quam minus feliciter aliquando hujus loci sensum quisque in suam partem flectat, imo torqueat. Quare non immerito HULSIUS n) hoc caput *carnificinam Rabbinorum* vocat. Quoniam, ipsis fatentibus, se facile ex Scripturis Propheticis extricare potuissent; modo Jesaias tacuisset. Et FORERIUS asserit: *Se non videre in tota Scriptura S. quibus plus Judæi torqueamur*, quam hoc Jesaiæ capite o).

§. III. Sed e re erit, fusius paulo in Judæorum controversias inquirere, quarum prima origo in initio vaticinii nostri, & quidem in verbis הנה ישכיל עבדי *ecce prosperabitur Servus meus*, quærenda est. Leguntur hæc in capite Prophetiæ Jesaianæ LII, 13. & simul vaticinium nostrum de *Messia* patiente ordiuntur. Et sane parum caute factum est, quod hæc apta sponte sua & connexa, ac cohærentia p), neglecta argumenti serie & autoritate VETERUM, a cap. Jesa. LIII. divelluntur, juxta ABARBANELIS distinctionem: quoniam hoc modo separantur ab invicem,

 quæ

i) Verba sunt Aug. VARENII in Comm. super Esaiam Part. III. p. 248. p) In Proleg. ad Paul. & Eustach. Huic junge AUGUSTINUM de Civit. Dei lib 18. c. 29. it. Lud. MARACCII Alcoranum Tom. prior. part. III. p. 68. ubi dicit: Jesaiæ c. 53. quod incipit: *quis credidit auditui nostro?* est verius historia, quam prophetia de passione ac morte Christi. l) vid. Laur. FABRICIVS in tr. Partition. Cod. Ebr. p. 103. & 104. Celeb. J. Henr. MICHAELIS diss. de Jesaia Propheta ejusque vaticinio. §. 7. Prod. Halæ. 1712. conf. quoque Aug. PFEIFFERI dubia vexata. p. 817. m) vide eundem loco citato, & præterea Joh. MICHAELIS diss. de Jesaiæ cap. 53. Gryphisw. 1661. n) In Theologia Judaica p. m. 318. o) sup. h. l. vid. Crit. Sacr. Tom. II. p. 2879. p) Quoniam enim distinctio Bibliorum in capita inventum ac opus hominum est, in objectis dividendis non semper satis accuratorum: hinc factum est, ut dividenda sæpe conjunxerint, & conjungendo diviserint, sicut etiam hoc loco. conf. Joh. LEUSDENII Philol. Ebr. p. 29. & Philol. Ebr. Græc. p. 17. Laur. FABRICIUM de Partit. codicis Ebr. p. 30. 31. Aug. PFEIFFERI Crit. S. p. m. 12. it. Ejusd. Antiq. Ebr. selectas cap. 24. §. 4. p. 195.

quæ erant conjungenda. Quare melius fecere veteres, qui verba cap. LII. 13. seqq. cum iis, quæ cap. LIII. sequuntur, (quia circa unum idemque objectum non interrupta serie ad finem usque postremi capitis versantur), conjunxere q). Jam non conveniunt inter se Judæi de objecto hujus vaticinii, & quis per illum *servum Dei* hoc loco sit intelligendus? ut jam observatum a nobis est. Nimius essem, si omnes eorum opiniones quasi ex instituto hic examinare vellem, cum non solum hac in re multi magnique nominis VIRI r) mihi jam otium fecerint; sed etiam præsens propositum id exigere non videatur. Interim tamen, in quantum ad hoc opus fuerit s), clarissimam præ aliis Judæorum de hoc loco hypothesin prolixius paulo disquirere animus est: reliquas vero nominasse modo, & earum confutatores indicasse sufficiat.

§. IV. Istud itaque Judæorum interpretamentum, quo *populus Judaicus hinc inde dispersus* objectum hujus vaticinii constituitur, plurimos præ reliquis omnibus patronos sibi vendicavit, adeoque etiam cæteris est celebrius. Sed ipsi Rabbini audiendi erunt. Videlicet R. David KIMCHI ad h. l. ita scribit t):

הנה ישכיל עבדי׳ הפרשה הזאת נאמרה על גלות ישראל׳ וקרא אותו עבדי׳ כמו שאמר ואתה ישראל עבדי יעקב אשר בחרתיך אמר

q) Qui sunt JUSTINUS in Apol. 2. & in Dial. cum Tryph. AUGUSTINUS de Civit. Dei lib. 18. c. 29. ORIGENES contra Celsum lib. I r) Puta Mars. FICINUS de relig. Christ. cap. 27. Operum suorum Tom. I. p. 41. seq. Abr. CALOVIUS in Bibl. Illustr. V. T. Tom II. p. 249. seq. Aug. PFEIFFERUS in dubiis vexatis p. 817. seq. Raym. MARTINI in pugione fidei adversus Mauros & Judæos p. m. 389. it. p. 536. 860. seq. Mich. WALTHERUS in Harmon. Bibl. edit. in fol. p. 367. seq. Theod. HAKSPANIUS in diss. Theol. Philol. Syllog. p. 560 seq. necnon in Miscellaneis, & in specie in Cabbal. Jud. p. 344. seq. Anton. HULSIUS in Theol. Judaica p. m. 318. Joh. HOORNBEEK contra Jud lib. 6. c. 1. p 407. seq. Joh. LEUSDENIUS in Philol. Ebr. mixto, p. 122. J. C. WAGENSEILIUS in telis igneis Satanæ, in Confut. Carminis Lipman. p. 631. & 632. Constant. l' EMPEREUR ab OPPYCK in Tr. super hoc caput, contra Isaac Abarban. & R. Mos. Alschechum; Joh. MULLERUS in Judaismo p. 655. seq. it. 631. seq. Christ. HELVICUS disput. Giess. Tom. IV. disp. 14 p. 345. seq. Aug. VARENIUS in Comm. sup. Jesa. Part. III. p. 248. seq. Jac. WELLERUS in Comm. pecul. sup. Jesa. 53 Seb. SBHMIDIUS in Comm. sup. Jesaiam, it. in Colleg. Bibl. priori V. T. p. 307. Petr. Dan. HUETIUS in demonstr. Evang Prop. 7. p. 542. seq. Edit. Lips. MUNSTERUS, FORERIUS & alii; quos vide in Crit. S. Tom. II. p. 2863. seq. adde Joh. MICHAELIS diss. sup. hoc caput supra citatam, scil. §. II. n. 4.

s) Scil. ut fundamentum eorum, quæ adhuc proferenda sunt, solide confirmem; quod vero fieri non potest, nisi constet, Jesaiam hic de nullo alio vaticinari, quam de solo Messia.
t) vid. BUXTORFII Bibl fol. 497. b.

אמר הנה יבא עת שיצליח עבדי וירום ונשא וגבה מאד: i. e. Ecce prosperabitur Servus meus. *Hæc Sectio dicitur de captivitate Israelis. Vocat autem eum servus meus, quemadmodum dicit* Jesa. XLI, 8.): & tu Israel, serve mi Jacob, elegi enim te. *Dicit: ecce! veniet tempus, quod felicem faciet servum meum, ut altus sit & valde excelsus.* Accedit R. Sal. ISAADIDES u) הנה ישכיל עבדי' הנה באחרית הימים יצליח עבדי יעקב צדיקים שבו: h. e. Ecce prosperabitur Servus meus. *Ecce! novissimis diebus prospere aget servus meus Jacob, justi scil. qui ex eo* sunt. Nec non R. ABEN-ESRA x) inquiens: זאת הפרשה קשה מרך אמרו בעלי פלוגתינו שהוא רמז לאלהיהם ופשרו עבדי הגוף וזה לא יתכן כי הגוף לא ישכיל ואפילו אדם חי: h. e. *Hæc sectio est difficilis valde. Dicunt adversarii nostri* (Christiani), *quod innuat Deum ipsorum*, (Messiam scil.). *Explicant vero vocem* עבדי (servus meus) *de ipsius corpore. Sed hoc inconveniens est: corpus enim non intelligit, etiam quando homo vivit.* Postea addit: והנה טעם עבדי כל מי שהיה בגלות מישראל והוא עבד השם' ורבים פירשוהו על משיח בעבור שאמרי קדמונינו ז"ל כי כיום שחרב בית המקדש נולד משיח והוא אסור בזיקים' והנה אין טעם לפסוקים רבים נבזה וחדל אישים מעוצר וממשפט לוקח ויתן את רשעים קברו ומה טעם יראה זרע יאריך ימים: i. e. *Ecce autem! sensus vocis* servi *respicit unumquemque ex Israele, qui in captivitate est, & est servus Dei. Multi Doctores etiam interpretantur de Messia: quia dicunt majores nostri piæ memoriæ, quod in die, quo desolabatur domus Sanctuarii, natus fuerit Messias, sitque compedibus vinctus. Sed ecce! in aliquot versibus hic sensus obtinere non potest, ut quando dicitur: contemptus & abjectissimus virorum* (v. 3. cap. 53.); *a coactatione & judicio tollitur* (v. 8.); *posuit cum improbis sepulchrum ipsius* (v. 9.). *Et quis sensus esset in illis? videbit semen, & prolongabit dies* (v. 10). Neque aliter sentit ABARBANEL, dum ita scribit y): זהו החלק הראשון שבו יספר הנביא ההצלחות שיגעו לאומה בזמן גאולתה' וענינו כי לפי שיעד הנביא למעלה על גאולתם כמו שאמר כי לא בחפזון תצאו זכר אחרית המעלות אשר יזכה אליהם עם ישראל בזמן גאולתם וקראו עבדי לפי שבסבל הגלות שנים רבות ועצומות על דבר כבוד השם יתברך ולא עזב תורתו ומצותיו ועבודתו כעבד הנאמן לרבו ומ: h. e.



u) Ibidem. x) Itidem in Bibl. Buxtorf. f. 519. col. post. med. y) In Comment. in Prophetas posteriores, f. 79. col. 1. l. 54. apud CONSTANT. l' EMPEREUR l. c. p. 65.

„Hæc pars prima eſt, qua narrat Propheta proſperos ſucceſſus, qui Iſraeliticæ „genti, tempore redemtionis ſuæ, obvenient. Poſtquam enim ſuperius „Propheta de redemtione teſtimonium perhibuiſſet, dicens: non per feſtina„tionem exhibitis (*Jeſa. LII, 12*); mentionem poſtea facit dignitatum, quibus „cohoneſtabitur populus Iſraeliticus tempore redemtionis. Vocat ipſum *ſer„vus meus*, quia ſuſtinuerat Exilium hoc graviſſimum annis plurimis pro glo„ria Dei; neque tamen a lege ejus, præceptis & ſacro cultu defecit, prout fi„delem ſervum erga Dominum ſuum decet &c.„ Et hi quidem de toto Iſraele Jeſaiam explicant. Placet tamen R. LIPMANNO, ſolos juſtos ex Iſraelitis hic intelligere z). Verba ejus ſunt ſequentia: אין הפירוש כאשר דימו ישכיל עבדי קאי על אדם אחד אלה הוא קאי על כלל אחד שיש בו רבים וגו׳: h. e. „Expoſitio verborum: *proſperabitur ſer„vus meus* non eſt, ut aliqui ſibi imaginantur, de uno aliquo individuo, ſed de „uno complexo, in quo ſunt multi &c.„ Paucis interjectis, pergit: וכן עוד בהרבה מקומות קורא ישעיה כל ישראל בלשון יחיד בלשון יחיד ואתה ישראל עבדי וגו׳: h. e. „Sic amplius in multis aliis locis nuncupat Jeſaias totum „Iſraelem nomine unius, eum vocans ſervum „ v. g. & Tu Iſrael ſervi mi, (Jeſa. XLI, 8.). Tandem quæ vera ſit ejus mens, explicat his verbis: לכן הכי פירושו הנה ישכיל עבדי על ישראל קאי שקרוין עבדי בלשון יחיד כדפירשתי׳ אבל לא על כל ישראל כי אם על הצדיקים שבהם׳ כי הרשעים שבהם אינם בכלל עבדיו שהרי אינם עובדים אותו כשורה: h. e. *ſenſus itaque verborum*: proſperabitur ſervus meus *reſpicit Iſraelem qui in numero ſingulari vocatur ſervus, ſicut expoſui.* Non *tamen* totum Iſraelem; *ſed* ſolos Juſtos *in Iſraele. Nam impii inter illos ſervorum Dei numero non accenſendi ſunt: quia ipſi, uti decet, non ſerviunt.* Præterea vero eo impudentiæ hic Rabbinus proceſſit, ut deteſtabiles plane blaſphemias in eos evomat, qui hunc Jeſaiæ locum de *Meſſia* explicare ſatagunt. Excerpſit eas ex LIPMANNO libro נצחון MUNSTERUS, & easdem una cum reſponſione & refutatione Ebraica adjecta, ſuis commentationibus ſuper Jeſaiam, & præciſe cap. LIII. inſeruit. Hinc actum agere jam ſuperſedeo, & lectorem cupidum ad eundem remitto a).

§. V. Sed quemadmodum in oraculis de Chriſto clarioribus, ad objectiones

z) In ס׳ נצחון num. 236. f. 131. a. l. 10. ſeqq. vid. quoque HULSII Theol. Jud. p. m. 342. ſeq.

a) fol. 835. ſeqq. conf. Crit. Sacr. Tom. II. h. l. adde J. C. WAGENSEILII tela ignea Sa-

nes Judæorum facilis est responsio; ita & hoc loco. Quo se enim vertant, nesciunt. Siquidem *tanta hujus Prophetiæ Evangelicæ claritudo, tantus illi gloriæ divinæ splendor inest, ut non potuerit non in ipsa Synagoga quibusdam aciem oculorum præstringere, & ipsa lucis copiosæ majestate, expositionem de promisso Messia exprimere* b). Hoc imprimis videre est in veteribus Judæorum Doctoribus ac interpretibus: qui communi consensu hoc Jesaiæ oraculum de *Messia* exposuerunt, atque ita propositæ recentioris Synagogæ sententiæ apertissime contradicunt. Sic enim expresse JONATHAN in sua paraphrasi Chaldaica c) scribit: הא יצלח עבדי משיחא *Ecce prosperabitur servus meus Messias.* In TANCHUMA hæc leguntur d): הנה ישכיל עבדי׳ זה מלך המשיח ילום ונשא וגבה מאד׳ ורים מן אברהם שכתוב בו הרימותי ידו אל יי׳ ונשא ממשה שכתוב בו כי תאמר אלי שאהו בחיקך׳ וגבה ממלאכי השרת שנ׳ גבוהם וגובה להם׳ וכן הוא אומר מי אתה הר הגדול שהוא גדול מן האבות׃ h. e. Ecce prosderabitur servus meus. *Hic est Rex Messias, qui extolletur; & elevabitur, & altus erit valde. Extolletur supra Abrahammum, de quo scriptum* (Gen. XIV. 22.): extuli manum meam. *Elevabitur supra Mosen, de quo scriptum est* (Num. XI, 12.): Quod dices mihi, eleva ipsum in usum tuum. *Altus erit supra angelos ministerii, quia dicitur* (Ezech. I, 18.): & absidibus earum altitudo erat. *Et sic dicitur* Zach. IV, 7.: quis es? o mons magne! *quia ipse major est Patribus.* Idem statuisse etiam reliquos ex antiquis Judæis, testatur R. ALSCHECH f): הנה ז״ל פה אחד קיימו וקבלו כי על מלך המשיח ידבר i. e. *Ecce! doctores nostri piæ memoriæ uno ore statuunt, & a majoribus acceperunt, de Rege*

tanæ libr. נצחון p. 105. seqq. b) Verba sunt VARENII l. c. p. 268. c) Quæ extat in Bibliis Buxtorfianis fol. 497. b. init. & pari ferme cum codice S. penes Judæos æstimatur pretio. Nam observat LEUSDENIUS ex Tr. Talm. Bava Batra c. 8. p. 134. fac. A. circa medium: Jonathanem filium Uzielidis fuisse maximum inter discipulos Hillelis, etiam inter illos, qui digni erant, ut habitaret supra eos Spiritus S. vid. Philol. Ebr. mix. p. 50. adde Aug. PFEIFFERI Crit. S. p. m. 246. & de Targum autoritate S. sancta ac authentica vid. eundem p. m. 266. seq. Præterea Simeonis justi, qui JEsum infantem ulnis suis complexus est, condiscipulus fuisse creditur, ideoque in suo Targum plurimos locos de Messia obscure loquentes clarissime explicat, vid Mich. DILHERRI Art. Lingv. S. Ebr. p. 99.

d) Editionis Cracov. f. 53. c. 3. l. 7. fin. Sed B. ESDR. EZARDI citat. ex Edit. Mant. fol. 14. col. 4. l. 14. in fine Sect. אלה תולדו׳ In Edit. vero Venet. & Francof. hic locus nullibi deprehenditur. Citatur tamen passim ab ipsis Judæis, v. g. ABARBANELE Quæst. I. 1. fol. 78. c. 1. circa fin. f. 79. c. 1. l. 47. seq. conf. C. l'EMPEREUR loc. cit. p. 281.

*go Messia sermonem esse.* Simile est testimonium R. ABEN-ESRÆ g) רבים פירשוהו על משיח בעבור שאמרו ז״ל כי ביום שחרב בית המקדש נולד משיח ואסור בזיקים: h e. *Multi exposuerunt hoc vaticinium de Messia, eo quod dixerunt majores nostri, p. m. Messiam natum fuisse tempore desolati Sanctuarii, & in vincula conjectum.* His merito accensendus est ABARBANEL ita inquiens h): כי הנה חכמי הנוצרים פירשוה על אותו האיש שתלו בירושלים בסוף בית שני שהיה לדעתם בן האלהים ויתברך שנתגשם בבטן העלמה וגו׳ ואמנם יונתן בן עוזיאל תרגמה על משוח העתיד לבוא׳ וזהו גם חן דעת החכמים ז״ל בהרבה ממדרשותיהם: i. e. „Nam ecce! Sapientes Christianorum exposuerunt hanc „Prophetiam de viro illo, quem suspenderunt Hierosolymis in fine templi secundi: qui fuit ad mentem eorum, filius Dei benedicti, incarnatus in utero „virginis, &c. Et certe, Jonathan Uzielides interpretatur de Messia futuro: „atque hæc etiam est sententia Sapientum piæ memoriæ, in variis illorum expositionibus allegoricis.„ Restant adhuc varia veterum Rabbinorum hujus rei testimonia, scil. e libro JALKUT; R. Mosis NACHMANIDIS; R. Mosis MAIMONIDIS in epistola de Augustrali religione; ex TALMUDE Cod. Sanhedrin cap. XI; ex RABBOTH lib. Ruth, f. 46. editi Thessal. col. 2; R. Mosis GERUNDENSIS super Gen. & aliorum passim. Quæ vero breviatis studio videantur alibi i) Sed ratio, quæ Judæos recentiores commovit, ut ab opinione veteris Synagogæ recederent, eamque rejicerent, in eo potissimum sita est; quod veriti sunt, fore, ne præjudicium electæ suæ hypotheseos de futuro Messiæ regno terreno everteretur, si talis debeat esse Messias, qualis hic a Propheta describitur: ubi tot deliciarum, lautitiarum ac conviviorum suavitate, aliisque multis consolationibus, quas sibi fingunt & præsumunt k), facile vacarent. Nimirum, in oraculo Jesaiæ ejusmodi Messiæ prædicata tribuuntur, quæ persona & dignitate ejus, qua Rex terrestris juxta eos futurus est, plane sunt indigna. Dicitur enim Jesa. LIII, 3. נבזה וחדל אישים *contemtus, & de-*

*situs*

e) idem l. c. p. 227. f) vid BUXTORFII Biblia l. c. g) Quæst. I. in Jes. LIII. f. 78. c. post. med. Conf. C. l'EMPEREUR l. c. p. 3.

h) Scil. evolve Mars. FICINUM de religione Christ. c. 27. Op. Tom. I. p. 42. Joh. HOORNBEEC pro convinc. & convert. Jud. p. 407. C. l'EMPEREUR contra Abarban. & Mos. Alsch. p. 51. 52. 53. & p. 281. seq. Joh. LEUSDENII Philol. Ebr. mixt. p. 122. Raym. MARTINI Pug. fid. p. m. 535. n. 4.

i) vid. Joh. BUXTORFII Synag. Jud. cap. 50. p. 731. A. HULSII Theol. Jud. p. m. 229. seq. Joh. HOORNBEEK contra Jud. p. 249. & 536.

*situs quasi, seu cessatio virorum; a cujus conversatione omnes abstinebant, eo quod erat abjectissimus.* Hoc LXX. Interp. reddiderunt per ἄτιμον καὶ ἐκλείποντα seu *infamem, ignominiosum, cui nullo honore fungi licet, derelictum etiam, a quo omnes deficiunt.* Præterea ipse *Messias* per os Davidis Ps. XXII, 7. conqueritur: esse se תולעת *vermiculum*, & ita contemtim haberi, ut vermes humi subrepentes insuper tractari solent. Neque etiam latet Judæos, Christum, dum in terris ageret, ipsum fassum esse, *regnum suum non esse de hoc mundo* Joh. XVIII, 36. *Filium hominis non habere, ubi caput reclinet*, Luc. IX, 58. Accedit, quod in hoc ipso Jesaiæ oraculo vilis & humilis Christi origo prædicitur, ubi ut *tenera planta seu surculus assurgere* prænunciatur Cap. LIII, 2. Jam non ignotum est Judæis, Christum nostrum vili in loco, in Bethlehem scil. Judeæ natum esse, & quidem in stabulo l); adultum, non cum proceribus aut spectatissimis sui ævi conversatum esse, sed saltem cum Apostolis & discipulis suis, quos per contemtum עמי הארץ *illiteratos Galilæos* m) vocant. Hæc & ea quoque, quorum in vaticinio nostro fit mentio, quoniam præconceptis consolationibus, quas de Messia suo expectant, e diametro sunt contraria: ideo tale prophetiæ Jesaianæ objectum constituere annituntur, cui ex sua mente ejus prænunciationes convenientius applicari queant.

§. VI. Attamen, si Judæis Majorum suorum sententia indigna assensu videtur, commovere eos jure meritoque deberet ipsius Spiritus S. testimonium internum n) de veritate objecti hujus vaticinii. Factum enim est aliquoties, ut Spiritus S. legentes quosdam, & forsan de vero sensu dubios, pulsato inter legendum corde, de veritate lectorum, & sensu ad Messiam promissum necessario referendo, ita convicerit; ut non tantum illico assensum suum præbuerint, sed etiam abjuratis Judæorum castris, Christianorum nomen & doctrinam amplexi fuerint. Sic enim, post præfectum illum Reginæ Æthiopum, quo de Act. VIII, 27. seqq. refert HELVICUS o): *novi ego inter Judæos, qui hoc solo ferme loco permoti fuerunt, ut Christianismo favere ceperint.* Sed audiendus est Joh. Isaacus LEVITA, ex Judæo Christianus, adversus Lindanum p), de se

Ooo oo ipso

l) conf. Dav. VOGELII diss. de Stabulo Bethlehemitico, &c. Regiom. 1706. m) Ut observat. Hadr. RELANDUS in Palæstina sua p. m. 12. Cæterum, multas & execrabiles Judæorum in charissimum Jesum & Redemptorem nostrum blasphemias, ex Talmude excerptas lege, in Rud. Mart. MEHLFUHRERII duabus diss. de JEsu in Talmude, Altorf. 1699. Evolve etiam Joh. MULLERI Judaismum, p. 75. Et imprimis Joh. Andr. **Eisenmengers entdecktes Judenthum**, cap. II. p. 61. usque ad p. 148.

n) Legi meretur Joh. Joach. ZENTGRAVII diss. de Spiritus S. Testimonio interno de Scripturæ S. veritate. Argent. 1701. o) Disp. Giess. Tom. IV. Disp. 14. p. 346. p) in defensione veritatis Ebraicæ Script. S. lib. 2. p. 82.

ipſo ita ſcribens: „Ingenue profiteor, illud ipſum caput, *Jeſa. LIII*, ad „Chriſtianam fidem me adduxiſſe. Nam plus millies caput illud perlegi, con„tuli accurate cum multis translationibus; deprehendi, centies plus de „Chriſto myſteria in textu Ebræo contineri, quam in ulla alia verſione repe„riatur. *Subjungit etiam, quomodo ex eodem capite multos Rabbinos ſecum diſpu„tantes confutarit:* His proximis *inquiens*, Comitiis Francofurtenſibus, cum „quinque Rabbinis ſum congreſſus, quos ex eodem capite in eas anguſtias red„egi, osque illorum obturavi; ut ne verbum quidem ad argumenta & ratio„nes meas reſpondere potuerint q)„. Lege & judica. Sed ſurdis, & in perverſitatem mentis traditis Judæis, narratur fabula.

§. VII. Verum enim vero ſcio omnino, hiſce argumentis apud Iudæos nihil effici poſſe: eo quod ab autoritate aliorum ſunt deſumpta. Hi quippe objicere poſſent, ſe nolle diſputare autoritatibus, ſed rationibus. Sit igitur & hoc. Tunc autem ipſa textus *συνάφεια* fortiſſimum ſubminiſtrat argumentum. Nam ejusmodi in eo prædicata occurrunt, quæ hoc Jeſaiæ oraculum neque de toto Iſraele, neque de Juſtis ſolum ex Iſraele, neque de quocunque alio, quam de ſolo Meſſia explicari permittunt. Hinc *non pro lubitu ſubjectum aliquod* hujus loci *aſſumendum eſt; ſed tale, quale permittitur a prædicatis*, ut Exegetæ loqui amant r). Sed ad rem propius jam accedo. Et primo quidem nullam video conſequentiam: Populus Iſraeliticus paſſim in Scriptura S. vocatur Servus Dei; ergo etiam præciſe hoc loco, in quo Servi Dei mentio fit, Iſrael intelligendus eſt. Eadem fere eſt concludendi ratio: Deus Nebucadnezarem alibi ſcil. Ierem. XXV, 9. vocat *ſervum ſuum*; ergo & in hoc loco de eo agitur. Replico: Varia in Scriptura S. occurrunt loca, ubi ſervi Dei fit mentio, quæ tamen ob contextum repugnantem de Iſraele non ſunt explicanda; ergo & hic locus de populo Iſraelitico non eſt exponendus: quoniam itidem cohærentia textus id vetat. Nam etſi non inficias eo, populum Iſraeliticum plus vice ſimplici in Scriptura S. *ſervi Dei* nomine inſigniri, e. g. Jeſa. XLI, 8. c. XLIV. 1. c. XLV, 4. & alibi paſſim; ſolenne tamen eſt Spiritui S., *ipſum* etiam *Meſſiam Servum Dei appellare:* & id quidem ideo, quod non ſolum in forma contemtibili & ſervili apparere debuit; (utpote cujus ſtatus exinanitionis in hoc capite vividiſſimis coloribus depingitur, ſcil. Jeſa. LIII, 2-8. coll. Philip. II. 7. 8.); ſed etiam, quod beneplacitum Jehovæ, quo hominum redemtionem in conſilio habuit, per ejus manum in actum fuit deducendum, ut eo ipſo media-

q) conf. Joh. HOORNBEEC de convincendis & convertendis Judæis p. 408. Abr. GALOVIUS in Bibl. illuſtr. V. T. Tom. II. p. 249. Joh. LEUSDENIUS in Philol. Ebræo mixto p. 122. r) vid. Aug PFEIEFERI Theſaur. Hermen. p. 455. ſeq. Can. 156.

diatorem se sisteret inter Deum & homines, (vid. v. 10. & 1. Tim. II, 5. 6.), & his in recuperanda Gratia Dei ac salute æterna acquirenda serviret. Sic ergo Messias dicitur *servus Dei electus* (Jesa. XLIII, 10.), ubi CHALDÆUS expresse addit vocem משיחא s). Sic etiam vocatur Messias servus Dei Jesa. XLII, 1., ubi iterum CHALDÆUS, הא עבדי משיחא *ecce servus meus Messias:* & R. Dav. KIMCHI inquit, זהו מלך המשיח *hic est Rex Messias* t) Jesa. XLIX, 1. coll. 5. 6. nec non c. L. 10. ipse Messias fatetur, *se esse servum Jehovæ, quem elegerit: ut deperditos, & pravis moribus corruptos Israelitas ad Deum iterum reducat.* Similiter Deus Messiam appellat *servum suum* צמח *germen*, Zach. III, 8. coll. c. VI, 12; quoniam sub eo ecclesia Dei magnum incrementum capere debuerat u). Deinde etiam talia in nostro oraculo prædicata occurrunt, quæ nullo modo de Israelitis explicari dicique possunt, & debent. Dicitur enim hic servus Jehovæ *exaltandus, & elevandus* Jesa. LII, 13., & juxta Veteres w) etiam *præ Abrahamo, Mose, ipsisque angelis ministerii.* Quomodo hæc in Judæos? qui postquam regnum & Sanctuarium eorum desolata sunt, per omnem orbem vagabundi degunt, & pro ludibrio fere hominum habentur: quod ipsorum exilium ad finem seculi usque duraturum esse, prædixit Daniel c. IX, 26. 27. ac Jeremias c. XIX, 11. Respicit insuper his Jesaias præcise sessionem Messiæ ad dexteram Dei: hoc vero in Judæos non quadrat. Porro dicitur hic servus *aspersurus multas gentes* v. 15., scil. sangvine suo pro aliorum peccatis effundendo, qui debuit eos purgare ab omnibus iniquitatibus. Sed quænam gentes unquam sanguine Judæorum aspersæ & purgatæ sint? merito quæritur. Dicitur quoque hic servus Dei *portasse iniquitates nostras, propter peccata nostra vulneratus esse, & nos ipsius livore esse sanatos*, Jesa. LIII, 4. 5. 6. Cujus vero iniquitates portavit Judaica gens, & quosnam livore suo sanavit? certe, nunquam pro aliorum peccatis est vulnerata, aut pœnas dedit; nisi pro suis propriis prævaricationibus & defectionibus a Deo, sicuti Deus minatus est ipsi: vid. Deut. *XXVIII*, 15-19. 45-47. coll. Jerem. II, 19. c. VI, 19. c. VII, 28. Hos. XIII, 9. Existimant quidem hodierni Judæi, se propter peccata Ethnicorum & Christianorum ita affligi. Sed eo ipso non solum expressissimo mandato Dei repugnant, quo sancivit, ut unusquisque pro propriis peccatis moreretur, Deut. XXIV, 16, coll. Ezech. XVIII, 19; verum etiam sibi ipsis: dum ex Joel II, 2. 3. 6. 19. statuunt, Ethnicos gravissimas adhuc pœnas esse daturos, quod Israelem tantis calamitatibus



s) vide sis VARENIUM in Comm. sup. Jesa. Part, III. p. 104. t) Idem l. c. p. 70. u) conf. Joh. BUXTORFII Catal. Philol. Theol. p. 70. Joh. MVLLERI Judaismum, p. 437. it. Christ. WALTHERI diss. ad h. l. de viro, cujus nomen est germen, impressa Regiom. 1711. w) Vide ea, quæ supra §. V. adducta sunt, n. 19.

tatibus affecerint. Prædicatur adhæc etiam de hoc Dei servo v 7., quod sit *patiens; & afflictus, ne os quidem aperiat.* Quam patienti vero animo calamitates suas Judæi ferant, patet ex Pf. CXXXVII, 7. Thren. III, 64 66. ubi persecutoribus suis atrocissima quæque imprecantur. In hujus Dei servi *ore nullus fuit dolus, neminem injuria læsit* v. 9. Sed si peccatum omnibus & singulis hominibus adhæret; certe Judæi non eximendi erunt. Cum nemo mortalium sit, qui non peccet, conf. Gen. VI, 5. c. VIII, 21. Iob. XV, 14. 15. 16. Pf. XIV, 3. Pf. LIII, 4. Prov. XX, 9. Pf. LI, 7. coll. Ioh. III, 6. Studium eorum quemcunque a se alienum lædendi aut injuria afficiendi, vel exinde patet, quod nulli religioni sibi ducunt, Christianis imponere, convitiis eos proscindere, mendaciis circumvenire, injustis usuris emungere, mortis denique exponere eos periculo. Nam avaritiæ illorum nihil nefas est. Imo Christianos ejusmodi injustis usuris vexandos esse, defendere præsumit R. LIPMANN in Carmine suo memoriali x), & quidem ex Deut. XXIII, 19. 20. Quam varios tumultus & seditiones nullo non tempore excitaverint, imo quomodo etiam bellorum causa & autores fuerint, ut sub ADRIANO IMPERATORE, item CLAUDIO multisque aliis; historiarum loquuntur monumenta. Certe effectus testantur de causa. E contrario, hic Dei servus *pro transgressoribus & hostibus suis oravit* (v. 12.), & *cognitione sui multos justificabit* (v. 11.). Quomodo vero pro hostibus suis Judæi orent ac intercedant; testantur imprecationes illæ, quibus in Christianos invehuntur y), quos *Edomæos*, רשעים & כלבים imo ob defectum circumsionis, *filios Diaboli* appellare non verentur. Præterea, quoniam ipsi injustitia, invidia, idololatria & omnis generis vitiis, toti toti pleni sunt, & justitia originali destituuntur; quomodo alios sanctificare & justificare poterunt? Quod quis non habet, alteri communicare non potest. Sic nullibi etiam Deus promisit, gentes per cognitionem Judæorum justificatum iri: verum per cognitionem Messiæ servi sui, vid. v. 11. coll. c. L II, 15. Tandem, ubi Judæi omnia argumenta sua frustranea & inania esse experiuntur; præsidium aliquod adhuc invenisse putant in vocula למו (c. LIII, 8.): existimantes, quoniam hæc contineat suffixum plur. num. etiam intelligi debere subjectum aliquod collective sumtum, seu totum Israelem. Sed, præterquam quod in hoc ipso versiculo *Populus Israeliticus servo isti Iehovæ expresse contradistinguitur;* ipse R. David KIMCHI z) optime existimat, esse illud למו quandoque suffixum 3. Pers. sing. masc. ex

x) Quod vide in J. C. WAGENSEILII telis igneis Satanæ p. 116, coll. 602. ubi pro merito confutatur. y) de quibus Joh. BVXTORFIVS in Synag. Jud. p 88. 205. 416. 428. 461. 476. 557. inprimis Joh. Andr. Eisenmenger im entdeckten Judenthum, Part. I, c. 16. a. p. 631, usque ad p. 803. z) in Michlol, Edit. in fol. 68, col. 3. init.

ex ו Pronominis הוא cum ם Epenthetico post ל Dativi casus notam. Sic in singulari reddendum occurrit Gen. *IX*, 26. 27. Job. XX, 23. c. XXII, 2. & extra omne dubium Jes. XLIV, 15. Id quod confirmant & alii a) Cæterum totam hanc Judæorum de Israele, ex hoc Jesaiæ oraculo controversiam, pluribus refutatam alibi b) lege.

§. VIII. Atque hæc fuit celebris ista Judæos inter & Christianos, de objecto hujus Jesaiæ oraculi, quodnam illud sit? satis pertinaciter agitata controversia. Quam uberius proponere, utique e re fuit. Primo, quoniam plurimos præ reliquis sectatores agnoscit: deinde quoniam ex Judæorum opinione, probabilior est cæteris: postremo, quia ad quasvis alias interpretationes, de quocunque subjecto, ex hac generales responsiones depromi queunt; specialissimis ex propria & nativa cujuscunque explicationis sede facile petendis. Hinc, ne actum agere videat, cujuscunque sententiæ residuæ Patronos & confutatores adducere saltem, propositum est. Nimirum R. LIPMANNUM, qui non totum Israelem, sed solos *justos & pios* ex eodem, hic intelligi vult, confutavit MUNSTERUS, ut supra jam indicatum est c). ABARBANELIS, ad Regem *Josiam* hoc oraculum, & R. ALSCHECHI, quatuor priores ejusdem versiculos ad *Messiam*, reliquos autem, qui sequuntur, ad *Mosen*, pro Israelitis quondam intercedentem, referentem, sententias examinarunt C. l'EMPEREUR d), Ant. HULSIUS e) Aug. VARENIUS f), & Job. MULLERUS g). Superest R. SAADIÆ GAONIS hypothesis, qua vaticinium hoc Jesaiæ de *Jeremia* intelligendum esse, defendit. Notabilis hæc explicatio ideo evadit, quod e Christianis HUG. GROTIUM h), præclare quondam orbis eruditorum sidus, in sui assensum attraxit; dum expresse ita ad verba, ecce prudenter aget servus meus, scribit i), *hæc omnia clarissime sibi*

 *revelata*

a) vid. Dn. Præsidis Liter. Ebr. Chal. p. 327. n. 1. C. l'EMPEREUR contr. Abarb. & Alsch. p. 35. sq. Joh. LEVSDENII Clav. Ebr. V. T. p. 282. Aug. VARENIVM in Comm. sup. Jes. Part III. p. 280. sq. Ant. HVLSIVM in Theol. Jud. p. m. 396. sq. Jac. WELLERI a Molsdorff Spicil. Quæst. Ebr. Syrar. p. 23. sq. qu. 3. b) Evolve nempe VARENIVM l. c. p. 274-284. HVLSIVM l. c. p. 394-430. adde Joh. MVLLERI Judaismum p. 656-667. Mars. FICINVM de Relig. c. 27. Oper. Tom. I. p. 42. 43.

c) Vide quæ supra diximus §. 4. prope finem. Adde HULSIUM in Theol. Jud. p. 488. 491 493. 494. d) in peculiari adversus hos tractatu, qui prodiit in 8v. Lugd. Bat. 1631. e) In Theol. Jud. p. m. 385-390. f) In Comm. super Jes. Part. III. p. 284-301. g) In Judaismo p. 667. sq. h) Quanquam hic non solus e Christianis id statuat. Nactus enim est asseclam Mart. SEIDELIUM Siles. qui ex hac ratione Jeremiam hic intelligi vult, quod Messiam nunquam venturum existimabat: eo quod Judæi pactis, quæ cum iis Deus inierat, non steterint. Sed hunc refutavit Jac. MARTINI, de tribus Elohim, lib. 3. p. 592. i) Operum Theol. Part. I. p. 322. a Edit. Amstelod. 1679. conf. Crit. Sacr. Tom. II. p. 2876.

*revelata cognoſcet Jeremias, figura Chriſti, ad quem hæc refert Chaldæus.* Sed hæc expoſitio ipſis etiam *Rabbinis* non defendi poſſe, videtur. Quare ABEN-ESRA exſerte inquit k) בעיני כי כל הפרשה דבקה כי מה טעם להזכיר ירמיהו: i. e. *Verum videtur mihi, totam hanc ſectionem cohærere cum præcedentibus & ſubſequentibus. Qua itaque ratione mentionem faceret Jeremiæ?* R. ABARBANEL vero judicat l): באמת איני רואה אפילו פסוק אחד שיורה אליו אמתתו: h. e. *Revera ne unum quidem verſiculum video, qui de ipſo exponi poſſit.* Quæſtione I. m) verbis ABEN-ESRÆ ac R. MENAHEM המאירי, SAADIÆ explicationem ceu *pulcram* commendantibus, ſubjicit: ולא ידעתי מה טובו ומה יפיו שחזו בו: i.e. *ego vero non novi, quænam foret illa ejus bonitas, aut quæ pulcritudo ejus, quam viderunt in ea.* Ex *Chriſtianis* non minus docte, quam ſufficienter huic ſententiæ reſponderunt, atque ſatisfecere VARENIUS n), HUETIUS o), & imprimis CALOVIUS p). Tempore N. T. Evnuchos ille Candacis Reginæ Æthiopum, dum hoc Jeſaiæ oraculum legeret, hanc tenuit opinionem: quaſi Propheta de *ſe ipſo* vaticinaretur. Quem tamen impulſu divino accedens Philippus, verum & adæquatum ejus loci objectum eſſe JESUM CHRISTUM, clariſſime *docuit*, vid. Act. VIII, 26. ſq.

§ IX. Sed hæc jam Judæis ſufficiant. Qui, ſi alias deteſtabilis illorum obſtinatio pateretur, adductis rationibus commoti, mentem ſuam in aliam ſententiam flectere, & priorem mutare utique poſſent. Suo reſiſtunt periculo. Nunc vero etiam *Chriſtiani* convincendi, ut indubitato & neceſſario credant; hoc Jeſaiæ oraculum de nullo alio ſubjecto, quodcunque demum illud ſit, aut cujuscunque nomine etiam veniat, quam de ſolo MESSIA in theſi q), & JESU NAZARENO in hypotheſi r) eſſe intelligendum. Et ecce! invictum prorſus & nonnunquam refellendum argumentum nobis naſcitur ex *infallibili teſtimonio Spiritus S.* in allegatione hujus Jeſaiæ capitis in N. T. Nam vix ullum caput in toto S. codice demonſtrari poterit, quod, hujus inſtar, toties in N. T. allegetur. Ubi autem hujus in N. T. fit mentio, ſemper & ſimpliciter ad Chriſtum iſtius oraculi prædicata applicantur: additis ſubinde formulis, *ut impleretur Scriptura; ut impleretur quod dictum eſt per Jeſaiam.* Sic poſtquam MATTHÆUS

k) vid. BUXTORFII Bibl. fol. 519. coll. 1. poſt med. l) §. ואמנם f. 79. c. 1. l. 12. ſqq. vid. Ant. HULSII ThSol. Jud. p. m. 384. m) fol. 78. col. 1. l. 50. n) In Comm. ſup. Jeſ. Part. III. p. 274. 254-268. o) In Demonſtr. Evang. Prop. 7. p. 544. 545. Edit. Lipſ. p) In Bibl. illuſtr. V. T. Tom. II. p. 249. ſq. q) conf. Ant. HULSII Theol. Jud. p. m. 430-485. r) idem cit. loc. p. 485-496. adde Bernh. von SANDEN diſſ. ad Deut. XVIII, 15. de Propheta promiſſo. §. 29. Regiom. 1685. item N. KOEPPENII diſſ. ad h. l. de Meſſia Pro-

THÆUS c. VIII. narrasset, quam varios ægrotantes Jesus ad se adductos, sanasset; hoc tandem subjungit v. 17. factum id esse: *ut impleretur, quod dictum est per Jesaiam Prophetam, dicentem: ipse invaletudines nostras suscepit, & morbos portavit.* Quæ verba leguntur Jes. LIII, 4. & applicata quidem sunt a Matthæo ad morbos, ac infirmitates hominum corporales: sed nunc excludit ille propriam & intentam a Spiritu S. istorum verborum significationem, scil. Messiam ea omnia portasse, quæ in nobis rationem pœnæ habent. Quorsum etiam morbi corporales referendi sunt s). Sic MARCVS, postquam c. XV, 28. retulisset, Christum in medio duorum latronum in crucem actum fuisse; expresse addit, *impletam esse Scripturam; quæ dicit,* (scil. Jes. LIII, 12.) *& cum sceleratis numeratus est.* Evolve præterea Joh. XII, 38. Act. VIII, 32. sq. Rom. X, 16. c. XV, 21. 1. Cor. XV, 3. 1. Petr. II, 22-24. 1. Joh. III, 5. & elegantissimam harmoniam Vet. & Nov. Testamenti inter se invicem deprehendes. Ex modo dictis, pro confirmanda mea sententia, tale in forma flueret argumentum: ad quemcunque Spiritus S. hoc Jesaiæ oraculum per amanuenses suos in N. T. applicat, ille est verum & adæquatum illius objectum; Atqui ad Christum; Ergo. *Major* inde constat, quoniam quilibet verborum suorum optimus interpres esse dicitur. Multo magis Spiritus S. qui, quod Joh. XV, 26. expresse dicitur *spiritus veritatis*, non potest fallere nec falli. Vereor enim, si secus qui statueret, ne injurius pariter ac impius in eum sit. Nam erroris, aut oblivionis eum insimularet. Quod vero de Spiritu S. qui cum reliquis Deitatis Personis, est verus & æternus Deus, absque βλασφημίας crimine dici nequit t). Nam idem est Spiritus S. qui Jesaiæ suggessit, quidnam de Messia & futuris ejusdem passionibus vaticinandum ipsi erat; & qui per Evangelistas ac Apostolos in N. T. testimonium perhibet: id, quod ante per Jesaiam de Christo prædixerat, nunc in eodem ad minimum usque esse adimpletum. Deinde stante adversa sententia, ipsa etiam Scripturæ S. autoritas & infallibilitas in dubium vocaretur, quasi esset verbum incertum & obscurum. Quæ tamen, uti ab ipso Deo per θεοπνευστίαν dependet: ita non minus certa ac infallibilis, quam perspicua est u). *Minor* argumenti liquet ex ipsa collatione Jes. LIII. & dictorum N. T. paulo ante allatorum. Sed quid multis opus est verbis? charissimus noster Salvator, cum postremum ante cruentam passionem, ad discipulos suos orationem haberet, ipse de se Luc. XXII. 37. testatur, & hoc adhuc de se implendum

pheta. Gryphisw. 1719. s) conf. Magn. BUDDEI Hist. Eccl. V. T. Tom. poster. p. 624 usque ad 627. it. Jon. Conr. SCHRAMMII diss. ad Jes. LIII, 4. de morbis Christi Salvatoris. Helmst. 1715. t) De hac materia pluribus confer Frid. DEUTSCHII, diss. de personali Deitate Spiritus S. Regiom. 1690. u) conf. Henr. LYSII differt. de perspicuitate S.

dum esse, *quod scriptum sit* (Jes. LIII, 12.): *& cum sceleratis numeratus est. Nam ea*, addit, *quae scripta sunt de me, finem habent.* Hæc etiam ita evenisse, testes sunt Matth. XXVII, 38. Marc. XV, 28. Luc. XXIII, 33. & Joh. XIX. 18. Ergo necessario Jesus Christus est verum oraculi Jesaiani objectum: & præterea adæquatum; quoniam ibi ab initio usque ad finem de uno saltem subjecto, una serie omnia prædicata fiunt, atque continuantur. Quod erat demonstrandum.

§. X. Superaddi potest adhuc universalis ille interpretum Christianorum tum antiquorum, tum recentiorum consensus: qui omnes uno ore statuunt, hunc locum de Messia seu Jesu Nazareno esse accipiendum x). Sic ex Patribus y) CYRILLUS ALEXANDRINUS in h. l. ita scribit: *ἀναφανδὸν ἐν τοῖς περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος χριστοῦ ποιεῖται λόγους ὁ θεὸς, καὶ πατήρ· ἰδοὺ γὰρ συνήσει ὁ παῖς μου φησὶ, καὶ τὸν μὲν παῖδα νοήσεις τὸν υἱὸν ἤγουν τὸν δοῦλον. Ἔλαβε γὰρ δούλου μορφὴν θεὸς ὢν, ὁ λόγος, καὶ κύριος πάντων ὤν. τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἐμβέβηκε μέτροις* hoc est, *manifeste hisce verbis de omnium nostrum servatore Christo Deus & Pater loquitur. Ecce! intelligit puer meus, inquit: puerum intelliges, filium vel servum. Sumsit enim formam servi Deus Verbum: & omnium Dominus concessit, ad humanitatis modulum ac mensuram descendit* z). Similiter THEODORETUS a): *τὸ δεσποτικὸν λοιπὸν ἀκριβέστερον προλέγει πάθος*, i. e. *Dominicam passionem deinceps accuratius vaticinatur*, scil. Jesaias. AUGUSTINUS b) ait: *quid contra hanc evidentiam expressionemque rerum & prædicatarum & impletarum dici potest?* item *): *qui non audiverunt Iesaiam loquentem, jam in literis ejus, de quo ista sit locutus, intelligunt.* Ergo ex hujus mente, oraculum Jesaiæ longiori explicatione vix eget. Idem de Christo vaticinium de eodem ex-

Scripturæ. Regiom. 1703. x) Nimirum præter autores supra §. III. n. 9. citatos, evolve etiam Corn. a LAPIDE in h. l. Cuil. ESTIN in Comm. super 1. Petr. I, 19. porro Georg. CALIXTVM in Joh. Ern. Schulenburgii Scholæ Proph. in Jesaiæ LII, 13. p. 228. Lub. OSIANDRI Bibl. Sacr. Part. II hoc loco. Seb. MVNSTERI Bibl. h. l. it. JVNII & TREMELLII Bibl. maj. h. l. adde B. Mart. LVTHERI Comm. in hunc Jesaiæ textum, qui extat Tom. V. Witteberg. German. p. 287. Imo nec ipsi SOCINIANI inficiantur, h. l. Jesaiam de Messias agere, vid. SOCINVS in Præl. Theol. p. 142. sq. Edit. Irenop. 1656. de Christus Servatore P. II. c. 7. p. 153. sq. y) Confer hic omnino Godofr. WEGNERI diss. de autoritate Patrum in decidend. Christian. fid. & Relig. controv. §. 18. p. 47. Edit. Elbingæ 1700. z) Operum suorum gr. lat. Tom. II. Edit. Paris. 1638. p. 738. B. a) Operum suorum gr. lat. Tom. II. p. 117. Edit. Paris. 1642. b) de Consensu Evangelistarum lib. I. c. 31. ubi totum Jesaiæ cap. LIII. recenset, Op. in fin. Tom. IV. p. 276. Edit. Basil. 1528.

*) l. c. p. 272.

plicarunt etiam IRENÆUS c), JUSTINUS MARTYR d), & alii e), in scriptis suis passim.

§. XI. Itaque promissis meis, §. III. factis, jam stetisse me, arbitror: & ex dictis sole meridiano clarius erit, quod pro objecto oraculi nostri Jesaiani nullus, nisi *solus Iesus Christianorum Messias* assumendus sit. Hoc ubi conquisitis undique rationibus, & argumentis tum innatis, tum allatis, evictum dedi; ad ea, quæ de hoc loco specialius dicenda erunt, propius jam accedo. Nempe, neminem mortalium latet, in quem miserandum ac periculosum statum lapsus primorum Parentum nos adduxerit: ut, amissa imagine Divina, & contra labe peccati originali infecti, non solum vasa & filii iræ divinæ f), imo filii æternæ mortis, facti simus. Et quod miseriam hanc nostram auget, hoc est, in potestate nostra positum non esse, ut humanis viribus reatum, cum culpæ tum pœnæ, a cervice nostra arcere, ac justitiæ optimi Numinis, tot legis suæ migrationibus læsæ, ex asse satisfacere, & hoc modo ab æterna damnatione, tanquam necessaria peccatorum pœna, liberare nos queamus. Ubi ergo tam misero hominum generi præsidium ac refugium aliquod quærendum erit? Sed ecce! immensæ infinitæque Dei erga nos misericordiæ argumentum est, quod jam ante jacta mundi fundamenta decreverit g), in Christo filio suo nos salvare: si prius morte sua, quasi cruenta vicaria, pro peccatis ac transgressionibus nostris Justitiæ divinæ satisfecerit.

§. XII. Tota itaque salutis humanæ œconomia ab æterno Dei consilio dependet. Testimonium hujus rei habemus in oraculo nostro Jesaiano, & quidem in verbis, quibus Propheta illud orditur, dum inquit; ויהוה חפץ דכאו החלי *sed Deus volens conterere ipsum, morbo affecit.* Quid hæc verba insinuent, paucis sum declaraturus. Scilicet, Deum non sine interiori animi delectatione, & maximo desiderio apud se constituisse, ut *Messias fieret victima pro hominibus.* Ideo quidem, quod eo ipso Deus propositum ac beneplacitum suum,

Ppp pp de

c) lib. 3. adv. Hæres. c. 12. p. 265. D. & lib. 4. c. 66. p. 403. Ed. Paris. per Franc. FEVARDENTIVM 1639. Quæ in *Oxoniensi*, per Joh. Ern. GRABE 1702. procurata, extant p. 229. l. 4. sqq. p. 363. b. Conf. etiam lib. IV. c. 40. p. 340. lib. III. c. 21. p. 249. a. & b. lib. II. c. 48. p. 176. a. lib. IV. c. 56. p. 356. a. lib. IV. c. 66. p. 363. a. b. & passim. d) Apol. II. p. 85. Edit. Paris. 1636. qua cum Coloniensis 1686. coincidit id Colloq. cum Tryph. p. 229. in fin. & p. 230. 261. E. 301. B. 330. A. & 338. C. e) Quos diligenter annotavit Vir multum Reverendus, & Fautor honoratissimus, D. Christ. SAHMIUS in Diss. ad Jes. LIII, 3. de Viro dolorum, §. XI. Hab. Regiom. 1718. f) vid. 1. Joh. III, 8. 10. Eph. II, 3. g) vid. Jes. XLIX, 5. 6. Eph. I, 4. 2. Tim. I, 9. 1. Petr. I, 19. 20. conf. Form. Concord. p. m. 802. sqq. & Joh. HULSEMANNI [illegible] Concordiæ p. 717. sq.

de salvandis in Filio suo hominibus, prosperatum iri, his vero in tanta miseria ac periculo mortis æternæ constitutis, succurri aliter non posse, præsciebat ac prævidit. Explicationem hanc intendit verbum חפץ: quod non nudam ac simplicem aliquam volitionem, aut rei alicujus qualemcunque concupiscentiam designat, qualem quidem importat vox אבה; sed talis hic intelligenda venit volitio, quæ non solum cum maximo desiderio, sed etiam firmo proposito, hoc animi decretum in actum deducendi, est conjuncta. Ita quando Deus Ezech. XXXIII, 11. inquit: *quam vere ego vivo,* אם אחפץ במות הרשע *tam vere non volo mortem impii;* nihil aliud innuit, quam nullo prorsus desiderio se teneri, ut impius moriatur; sed potius intime & insigniter se delectari, si improbus, pœnitentiam agendo, revertatur a via sua, & ita juxta Dei decretum, quo pœnitentibus misericordiam & remissionem peccatorum promisit, vitam æternam consequatur. Hoc est, quod Michas c. VII, 18. dicit: *Deum delectari misericordia,* conf. Tit. III, 5. Similis ratio apud Jesaiam obtinet, quando ait: Deum delectatum esse, ipsum conterere & morbo afficere; prout eleganter hic OSIANDER h): *fuit ergo hoc Dei consilium ab aeterno, contere ipsum; ut, si forte nobis in mentem venerit, cur Deus non alia ratione expiari curarit mundi peccata, quam per passionem & mortem filii sui &c? respondeamus curiositati nostræ, & dicamus: Dominus delectatus est eum conterere, aut opprimendo quasi contundere.* Consentiunt hic nobiscum Judæi, scilicet Deum Patrem cum Filio suo jam ab æterno de redimendo humano genere consilium iniisse. Hinc notabilem quendam hac de re inter Deum & Messiam dialogum per fabulam, fingunt: quem ex HELVICO i) hic apponere placet, qui eundem ex R. Mos. HADDARSCHAN super Gen. I, 3. excerpsit, & ita sonat; *Dixit Iehova sanctus Benedictus, Messia juste mi! isti, qui sunt reconditi apud te, hujusmodi erunt, quod futurum, ut peccata eorum inducant te in jugum grave &c. Respondit coram eo Messias, Domine mundi! ego quidem lætus suscipio super me tribulationes istas, sive tormenta: eo tamen pacto, ut tu in diebus meis vivifices mortuos, & eos, qui a primo Adamo usque ad illud tempus mortui fuerint, &c. Dixit ei Sanctus benedictus, concedo. Protinus igitur suscepit ex dilectione super se Messias tormenta omnia & tribulationes, sicut scriptum est Ies. LIII. afflictus ipse, & angustiatus est* k). Ex his præterea

ais

h) in Bibliis suis ad h. l. i) vid. disp. Giess. Tom. IV. disp. IV. §. 19. p. 92. sq. Similem dialogismum lege apud HVLSIVM ex ס׳ אבקת רוכל lib. I Part 2. ubi ad PSIKTAM provocat, in Theol. Jud. p m. 309. unde & HOORNBEEKIVS de convinc. Jud. p. 407. eundem excerpsit. k) Quæ sub nomine R. Mosis HADDARSCHAN adducuntur, multis suspecta sunt. Qui autem ad PSIKTAM provocant, MAGNAM intelligunt. In qua ad Jes. LX, 1. fol. 62, c. 1. & 2. Edit. Prag. in 4to pluribus describitur. *Integram*

*ὡς ἐν παρόδῳ* novum argumentum obſervari poteſt pro theſi noſtra, qua ſtatuimus: oraculi noſtri Jeſaiani objectum eſſe ſolum Meſſiam. Sed *contritio* iſta, quam vox דכאו. hic importat, vehementiorem quandam ſubjecti preſſuram, gravioremque afflictionem denotat, ut præciſe quoque Pſ. CXLIII, 3. & Jeſ. LIII, 5. Quaſi Meſſias, per tot innumera hominum peccata, ceu iteratos ictus attenuari, atque ita extremam læſionem, ſeu mortem, qua ipſum corpus & anima ab invicem divellebantur, ſuſtinere debeat. FORERIVS obſervat l), hic *ſingula verba*, (ſcil. דכאו & חפץ) *habere exceſſum;* & id quidem forte ad inferendam rei magnitudinem, excellentiam ac raritatem, ceu humano intellectui imperſcrutabilem: quod Deus Filium ſuum unigenitum, in aliorum gratiam ita infirmum reddere, a quaſi contundere voluerit. Paſſim vero utitur Propheta in hoc oraculo Præteritis, quaſi loqueretur de re jam peracta. Cum tamen adhuc Meſſiæ iſta contritio, ac paſſio tum temporis futura erat: qui familiaris admodum eſt Stylus viris propheticis; quando hoc ipſo partim rei certitudinem, partim infallibilem Dei præſcientiam, indicare geſtiunt m); & ſimul oſtendunt, res iſtas ipſorum intellectui in viſione ita fuiſſe oblatas, ac ſi actu jam gererentur.

§. XIII. Verba, quæ §. præcedenti explicata, proxime in oraculo noſtro ſequuntur, ſicuti difficultatis aliquid in ſe continere videntur; ita altiori indagine omnino digna ſunt. In textu avthentico ita fluunt: אם תשים אשם נפשו Non convenit inter interpretes, quamnam perſonam vox תשים ſuſtinere debeat, an 3t. fœm. relatam ad ſubjectum, נפשו, in hunc ſenſum: *ſi poſuerit hoſtiam pro reatu anima ipſius*; an vero 2dam maſculini generis? ad Jehovam in limine verſus memoratum, relatam, ut ſenſus ſit: *ſi poſueris* ô Jehova! *hoſtiam pro reatu animam ipſius.* Poſteriori ſententiæ favet Ludov. de DIEU n), qui ad hunc locum expreſſe inquit: *non puto* תשים *hic eſſe 3t. perſonam fœm. gen. conſtruendam cum* נפשו, *ut Junius & alii voluerunt*, *ſubaudiendo* ſe ipſam; *multo minus poni pro* ישים, *ut vulgato viſum fuit. Sed eſſe 2. perſ. maſc. gen. & ad Deum referri, atque ita verto:* cum poſueris delictum animam ejus. *Et ad hanc phraſin alluſiſſe puto, Apoſtolum 2. Cor. V, 21. cum dicit: τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Quod Ebraice recte dicas:* כי אשר לא



ebraice exhibet B. Esdræ *EZARDI* Conſenſus Antiquitatis Judaicæ ad Jer. XXIII, 5.9.p.1. & 2. conf. etiam *BVXTORFII* Exercit. Hiſtor. Arca fœderis, c. *XIV*. p. 138. ſqq. qui latine ex JALKVT deſcriptum, integrum exhibet, pluribus paginis. l) in Jeſaiæ Prophetæ vet. & nova ex Hebraica Verſione, p. 706. Edit. Antwerp. 1566. in 8. conf. Crit. S. T. II. p. 2887. m) Conf. Dn. Præſidis interpr. Ebr. Chald. §. 211. n. 2. item. Salom. *GLASSII* Philol. S. lib. 3. Tract. 3. can. 46. n. 3. p. m. 644. n) in Critica S. ſeu Animadverſ. in loco quædam V. & N. T. Edit. Amſt. 1693. p. 227.

ידע אשם שים אשם נפשו תחתנו i. e. *nam qui peccatum non novit, posuit* (nempe Deus) *peccatum, animam ejus, pro nobis.* MUNSTERUS tamen, JUNIUS, TREMELLIUS, aliique, תשים recte omnino vertunt per 3t. perf. fœm. gen. Id quod etiam menti Spiritus S. apprime est congruum. Nam quod sententiam Lud. de DIEU respicit, ipse contextus eidem repugnat. Quare necesse est, probe ad scopum hujus oraculi attendere; quando Propheta totus in eo est, ut ex revelatione divina clarissime nobis manifestet, *a quo, & quo modo* humani generis redemtio instituenda fuerit. Postquam itaque in præcedentibus gratiæ divinæ restauratorem *Messiam*, ad vivum quasi, secundum utrumque statum, delineaverat, & ad ea tandem, quæ officium ejus mediatorium consequi debebant, progressum facit; addit, hoc æternum fuisse Dei beneplacitum, qui quasi Messiæ promiserit, fore, *si posuerit reatum anima ejus*, ut videat semen &c. Ergo & his verbis Propheta de *Messia*, ut in præcedentibus, vaticinatur in 3t. persona. Et certe, qui propter peccata & scelera nostra vulneratus est v. 5. & peccata hominum in se conjici patiendo, reatus eorum se participem fecit: ille etiam debuit *sacrificium pro reatu* Deo offerre, & consequenter eundem propitium reddere. Jam hæc omnia de Messia Spiritus S. per os Jesaiæ indubitate asserit, ut ex collatione antecedentium liquet. Ergo etiam hic *ipse Messias* hostiam pro reatu ponere debuit, & quidem *se ipsum.* Quare l'EMPEREUR o) inter hæc verba & sequentia talem format nexum; dicit nimirum, Deum cum Filio suo æterno fœdus pepegisse hunc in modum: *Si unigenitus & dilectus meus tanquam peccatum factus fuerit, peccati reatum in se recipiendo; factusque fuerit pro peccatis & reatu victima, anima sua in mortem effusa*: si *inquam* se ipsum *tradet, & exponet in sacrificium pro peccato, & tanquam reatum*, anima ejus, *si hoc faciet; redivivus, ad dexteram Patris considens, videbit semen &c.* Similiter HIERONYMUS hæc explicat verba, & inquit: *si posuerit pro peccato animam suam ille, quem Dominus conterere voluit* p). Cæterum voluit Messias antecedens, scil. peccati reatum *in se* suscipere; voluit ergo etiam ejus consequens, scil. *se ipsum hostiam & victimam pro eodem sistere.* Quapropter hoc soli Messiæ facere incubuit, non vero Deo supremo, s. Patri: sicuti non læsa pars, sed lædens, aut qui ejus vicem gerit, pro læsione satisfacere tenetur. Quod vero ad istum locum ex 2. Cor. V, 21 attinet, conceditur quidem, Apostolum ibi posse imitatum esse hanc Ebraicam loquendi rationem, quando per *metonymiam* q), sæpe objectum ponitur pro eo, quod circa illud versatur. Sed hic apud Jesaiam in voce תשים plus adhuc latet. Sci-

o) in sua textus Paraphrasi, l. c. p. 23. p) vid. ejusd. Comment. in Jesaiam sup. h. l. T. III. Operum, col. 387. Edit. Martian. Paris. 1704.
q) conf. Sal. GLASSII Philol. S. Lib. V. T. I. cap. 3. m. 4. p. m. 1078. Edit. Jen. 1668.

Scilicet præter nudam positionem Sacrificii pro reatu, importat adhuc *voluntariam Messiæ* sui ipsius *oblationem*; de qua Propheta jam. vers. 7. dixerat: cum Apostolus innuat saltem *æternam declarationem Messiæ in hostiam pro peccatis, qua Deus ante* jacta mundi fundamenta decrevit, erga filium suum ita se gerere, ubi peccata hominum in se susceperit, ac si ipse esset peccatum, adeoque fecit eum peccatum, seu: *Christum peccati reum victimam pro eo declaravit*, sicuti verba facti & actus in Sacro codice sæpe numero exponi postulant r). Pari ratione victimæ in V. T. in se erant innocentissimæ; sed, post collata in eas per manuum impositionem, populi peccata, *fiebant ipsæ peccatum*, ac postea ceu *victimæ pro peccatis h. m. destinatæ*, immolabantur. Aliud itaque est, se ipsum *re vera* etiam pro reatu in victimam offerre; & ab alio ad id prædestinari. Quamobrem etiam de Messia v. 12. dicitur: *ipsum profudisse in mortem animam suam*, scil. *sua sponte*, & *animo lubentissimo*, *se ipsum morti tradidisse*. Notabilia prorsus verba sunt, quæ in codice BERACHOTH s) hanc in rem leguntur: אמר רבא אמר כר הונא כל שה קבה חפץ בו מדכאו בייסורין שנ׳ ויי׳ חקץ דכאו החלי׳ יכול אפילו לא קבלם מאהבה ת״ל אם תשים אשם נפשו׳ מה אשם לדעת אף ייסורין לדעת׳ ואם קנלם עליו מאהבה מה שכרו יראה זרע יאריך ימים׳ ולא עוד אלא שתלמודו מתקיים בידו שנ׳ וחקץ ה׳ בידו יצלח i. e. *Dicit Rabba, docuisse filium Hunnæ: in quocunque delectatur DEUS, illum conterit castigationibus; uti dicitur, quo delectatur DEUS* (juxta interpretationem RASCHI marginalem), *ipsum conterit, morbo afficit. Fieri ne potest, etiamsi eas ex amore non receperit? doctrina ad hoc respondendi* continetur in verbis Jes. LIII, 10. *Si posuerit hostiam pro reatu anima ejus*, (vel juxta memoratam glossam, *ex* animi sententia מדעתו). *Quomodo se habet hostia pro reatu? ad mentem* afferentis offertur: ita *etiam castigationes benevole susceptæ* intelliguntur. *Si quis ex amore eas susceperit, quæ ipsum merces manet? Videbit semen, prolongabit dies. Neque hoc tantum; sed & doctrina ejus stabilietur in manu ipsius, sicut dicitur: & voluntas Domini per eum prosperabitur.* Adeoque nec ipsi Judæi diffitentur, his verbis *voluntariam ejus oblationem innui*,

 de

Contendit quidem Mich. WALTHERUS in Harmon. Bibl. ad Jesa. LIII, 10. vocem ἁμαρτίας in 2. Cor. V, 21. non tropice, sed ῥητῶς accipiendam esse. Sed hoc stare vix posse ex hac ratione mihi videtur; quod opus redemtionis humanæ, non sola peccatorum hominum Christo imputatio, sed insuper etiam realis eujus mors ac passio, constituerint. Siquidem sine sanguinis effusione non speranda erat remissio, Ebr. IX, 22. Quemadmodum etiam justitia Christi non imputatur, nisi illis, qui meritum ejus fide apprehendunt. conf. Joh. VI, 47. Actor. XIII, 39. Rom. III, 22. cap. IV, 5. Galat. II, 16. cap. III, 22. r) vid. Interpr. Ebr. Chald. Dn. Præsidis §. 70. (98), & Christ. STOCKII Fautoris honoratissimi Interpr. Gr. §. 85. s) Bab. F. 5. a. l. 26. seqq. vid. HULSII Theol. Jud. p. m. 364. seq. citatos.

de quo propheta hic vaticiniatur; ſicuti hoc quisque de ſuo, quod ſibi fingit, ſubjecto, affirmat t). Minime igitur obſcurum erit, quam multum interſit, vocem תשים per 3t. fœm. gen. explicari. Cavendum ergo eſt, ne temere novas perſonas fingendo, aut Spiritum S. corrigere, aut omnia ad noſtram mentem pervertere videamur u).

§. XIV. Melior itaque haud injuria eſt eorum hujus commatis translatio, qui vocem תשים cum נפשו, tanquam vero ac neceſſario ejus ſubjecto conſtruunt, & præterea ſubaudiunt adhuc, עצמו *ſeipſum* x), ut ſenſus verborum אם תשים אשם נפשו huc redeat: *ſi poſuerit pro reatu anima ipſius ſe ipſum.* Hoc vero eſt, quod Spiritus S. in hocce vaticinio proxime intendit: & licet non totidem verbis in textu S. legatur, tamen virtualiter in eodem continetur. Nam alludit hic Spiritus S. ad Sacrificia V. T. expiatoria; quæ hoc univerſale *Meſſiæ* Sacrificium adumbrabant. Ubi *illa ipſa* animalia, in quæ per manuum impoſitionem, omnia offerentis peccata conferebantur, victimam pro iisdem Deo læſo exhibendam conſtituebant, & proprio corpore luere tenebantur. Similiter *ille ipſe* Meſſias, qui peccata & reatus hominum ſibi imputando, ac in ſe recipiendo, jam inde ab origine mundi, ex æterno DEI conſilio & amore erga homines, loco horum victimam pro peccatis eorundem Deo ſiſtere ſe voluit, proprio etiam corpore, hoc eſt, in propria perſona id pati debuit, quod piacula V. T. in proprio ſuppoſito ſuſtinere ac ferre cogebantur. Eo ipſo enim Meſſias habet id, quod eorum eſt antitypus: qua de re deinceps pluribus. Quod reliquum eſt, tota hæc locutio eſt metaphorica. Primo enim occurrit hic *metonymia* ſubjecti pro adjuncto, & in ſpecie, objectum hic ponitur pro eo, quod verſatur circa illud y). Scilicet vox אשם *proprie* ſignificat *delictum*, quo homo *reatum* tum culpæ, tum pœnæ contrahit, ut Pſ. LXVIII, 22. quando dicitur: *indeſinenter ambulans* באשמיו *in delictis ſuis*; quibus ſcil. Deum offendit, & ita reatum tam culpæ quam pœnæ cervici ſuæ attrahit. Ita quoque occurrit Lev. V, 6. 7. Prov. XIV, 9. *Tropice* vero per metonymiam ſubjecti, denotat etiam piaculum, ſeu *oblationem pro delicto* vel reatu, ad ſatisfaciendum. Sic enim de Sacrificiis ad impetrandam remiſſionem offerendis dicitur Lev. V, 15. 16. 19. c. VII, 1. 2. 5. Num. VI, 12. c. XVIII, 9. & alibi paſſim. Alias ſolenne admodum eſt Scripturæ S. tropicam ejusmo-

t) vid. Rabbinos in HULSII Theol. Jud. p. m. 364. ſeq. citatos. u) Conf. l'EMPEREUR loc. ſæpe cit. p. 127. x) Cum R. David KIMCHIO ac R. Moſ. ALSCHECH: a quibus non multum abit ABEN-ESRA.

y) conf. Sal. GLASII Philol. S. lib. V. Tr. I. c. III. m. 4. p. m. 1076. ſeq. Edit. Jen. 1668.

jusmodi locutionem adhibere. Sic e. g. Pſ. XXIX, 1. dicitur, *afferte Domino* כבוד ועז *Gloriam & robur*, i. e. gloriæ & roboris ejus laudem ac celebrationem, nec non Pſ. VIII, 3. coll. Matth. XXI, 16. Ita *Sanguis*, pro hominibus ſanguinis effundendi cupidis, ponitur Jeſa. XXXIII, 15. *ne audiat* דמים *ſanguines*, ſeu eos, qui de ſanguine effundendo loquuntur. Pari itaque ratione, ubi hic dicitur: אם תשים אשם *ſi poſuerit delictum*, idem eſt, ac, *ſi poſuerit ſacrificium pro delicto.* Nam peccata expiari nequeunt, niſi intercedente aliquo ſacrificio, quod λύτρον eorum conſtituit, atque hoc modo circa reatum tanquam objectum verſatur. Deinde adhibita etiam eſt *Synecdoche*, & quidem, qua pars altera eſſentialis ponitur pro toto ſubjecto. Nimirum vox נפש ſuſtinet ſignificationem reciprocam, ut *anima Meſſiæ*, nihil aliud ſit, quam *ipſe Meſſias*: in quo ſenſu reciproco נפש etiam legitur Jud. XVI, 30. ubi Simſon ait, תמת נפשי *anima mea moriatur cum Philiſtæis*, i. e. *ipſe ego moriar*: it. Pſ. CXLII, 8. *exire facias ex carcere animam meam* נפשי, i. e. *me ipſum*, & alibi ſæpe. Itaque ſepoſitis omnibus tropis, ſenſus verborum אם תשים אשם נפשו ſane hic foret: *ſi poſuerit ſacrificium pro reatu ipſe*, (Meſſias) *ſe ipſum.* Quæ B. LUTHERUS noſter bene præmeditatus, optime tranſtulit: Wenn er ſein Leben zum Schuld-Opffer gegeben hat. Præterquam enim, quod Ebr. שום per *dare* expoſuerit, & ita elegantiſſime voluntariam Meſſiæ *ſui ipſius* oblationem expreſſerit; clariſſime etiam ſignificat, in quo ratio formalis Sacrificii *pro reatu a Meſſiæ offerendi*, conſiſtere debuit: ſcil. in vitæ propriæ amiſſione; quod iterum ex collatione typi cum antitypo clarum eſt. Similiter LXX. interpretes hic loco Ebr. שים adhibuere Græcorum δίδωμι. Quod vero Meſſias etiam ipſam vitam erat amiſſurus; patet ex v. 9, ubi expreſſe dicitur *mortuus* & *ſepultus* z): & ex v. 12. ubi de eo legitur, אשר הערה למות נפשו *quod profuderit in mortem animam ſuam*, ſeu vitam ſuam, quæ animæ effectus eſt, cum ipſa ſit immortalis. Jam, quoniam propheta juxta conſuetam loquendi rationem, hic iterum utitur præteritis, in ſignificatione rei adhuc futuræ; hinc optime, ad ejus certitudinem argumentatio inſtitui poteſt: Meſſiam revera & ſine omni dubio vitam ſuam pro peccatis hominum in mortem traditurum, ac ita pro reatu ſacrificium poſiturum eſſe. Et his præſuppoſitis, B. LUTHERI horum verborum verſionem, menti & intentioni Spiritus Sancti apprime eſſe convenientem, haud injuria dixeris.

§. XV. Reſtant in oraculo noſtro adhuc verba iſta: יראה זרע יאריך ימים וחפץ יהוה בידו יצלח: i. e. *videbit ſemen, prolongabit dies, & beneplacitum Jehovæ*

z) vide ſis pluribus ſuper hæc verba M. I. G. ROSÆ diſſert., quæ prod. Jenæ 1715.

*væ per manus ejus prosperabitur.* Quibus effectus significantur, qui mortem hanc Messiæ vicariam consequi debebant. Per *semen* Messiæ hic non sunt intelligendi liberi aut nepotes naturales a); sed per *metaphoram* hic, nomine seminis, veniunt omnes pii & credentes in eum, qui constituunt Ecclesiam ejus, cujus ipse caput est, Eph. V, 23. Quam præterea ex *semine spirituali* & incorruptibili, seu verbo divino 1. Petr. I, 23. per Apostolos ex universis gentibus, quas sanguine suo aspersit, & in prædam accepit, Jesa. LII, 15. c. LIII, 12. sibi collegit: cui etiam ad texteram Patris elatus, in secula usque gloriose est imperaturus. Nam *prolongabit dies*, vel ut Propheta v. 8. loquitur ואת דורו מי ישוחח *ætatem ejus quis enarrare, aut meditatione assequi poterit* b)? quod Paulus elegantissime explicat Rom. VI, 9. *scientes, quod Christus resuscitatus a mortuis, οὐκέτι ἀποθνήσκει non amplius moritur: mors non amplius ipsi dominabitur.* Tandem beneplacitum Jehovæ per ejus manus prosperabitur, seu eo mediante effectui dabitur id, quod Deus apud se ante mundi primordia constituit: scil. genus humanum per filium suum esse redimendum, & hoc modo vitam æternam, ac gratiam Dei restaurandam, Eph. I, 4. 2. Tim. I, 9. peccata propterea condonanda, & homines in Christum finaliter credentes, ac meritum ejus vera fide amplectentes, salvandos, atque æterna beatitudine mactandos esse. Quoniam justitia Messiæ sunt justificati, Jesa. LIII, 11. & ipse Deus ideo *filium suum unigenitum dedit; ut quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam, Joh. III, 16.*

§. XVI. Dixi supra §. XIV. Christum per id, quod *sacrificium* in propria persona *pro reatu* positurus erat, habere; quod sit Sacrificiorum V. T., imprimis expiatoriorum, antitypus. Hoc ut eo clarius innotescat, juvat nunc paulo uberius dispicere, in quonam antitypus cum suo typo convenerit, aut eundem etiam superaverit. Nam plus sæpe est in antitypo, quam in typo c) Ergo de Sacrificiis V. T. nunc agendum erit: ubi victimas ea ratione hominibus profuisse, certum est, quod ex divina institutione d) & bonitate, in eas trans-

a) Meræ ergo fabulæ judæorum sunt, quæ hic de conjugio Messiæ Ben David fingunt, quas vide sis in Joh. BUXTORFII *Synag.* Jud c. 50. p. 742. Sic quoque pii & credentes *semen Dei* vocantur Ps. 22, 31. Ps. 87, 5. 6. Jes. LXI, 9. Jer. II, 21. conf. etiam Joh. I, 12. b) conf. Dn. Præsidis Interpr. Ebr. Chald. §. 48. m. 2. & §. 96. c) conf. Aug. *PFEIFFERI* Crit. S. p. m 175. Can. 13. d) Licet magna sit inter eruditos controversia primam originem speciali cuidam Dei mandato, an vero lumine saltem naturæ debeant? Rectissime tamen illi sentiunt, qui divinam eorum originem propugnant. Vide interim *MAIM.* More Nebuch P. III. cap. 32. SPENCER. de Leg. Ebr. Ritual. lib. III. Dissert. II. de *Origine Sacrific.* pag. 118. sqq. Joh. *LUNDII* alte Jüdische Heiligthümer lib. 3. c. 33. n. 10. p. 552 sqq. Guil. OUTRAM de Sacrificiis p. 3. sq. it. Joh Ern. SEGERS Quæst. Theol. Controv. Quatern. VIII. qu. 12. p. 57.

transferebantur illa, quæ peccatores perpeti oportuisset. Unde easdem Latini *piacula* dixere, quod eis expiarentur, & a morte, quam commeriti fuissent, per pecudis mortem liberarentur. In quo ipso Sacrificiorum finis & effectus siti fuerunt. Hoc est, quod Paulus Ebr. X, 10 exserte asserit, *legem habere umbram futurorum*. Ubi in sequentibus, sicut etiam in tota epistola clarissime explicat, quomodo Sacrificia V. T. Christum præfiguraverint. Habet vero typus cum antitypo secundum præcipua saltem momenta, hunc ad invicem respectum, nempe I.) omnia Sacrificia V. T. post templum erectum, Hierosolymæ mactanda erant Deut. XII, 13. seqq. *sic quoque Christus Hierosolymam petiit, ut mortem sustineret*. vid. Matth. c. XX, 18. Marc. c. X, 32. seq. Luc. c. XVIII, 31. seq. II.) in victimas per impositionem manuum, omnia sacrificantium peccata conferebantur, & postea fiebant Deo abominatio: *ita quoque Christus omnium hominum peccata portavit*, (ut ex Jesa. LIII. constat), *& pro nobis etiam factus est maledictio*. Vid. Exod. c. XXIX, 10. 15. Gal. III, 13. III.) animalia Sacrificiis destinata debebant mactari, & sanguis eorum spargi: *sic quoque Christus mortem pati voluit*, vid. Jesa. LIII, 8. 10. 12., *& sanguine suo multas gentes aspersurus erat*, Jesa. LII, 15. 1. Petr. I, 2. IV.) partes victimarum Deo sacræ ad quatuor mundi cardines elevabantur, & ita decussatim agitabantur: *sic quoque Christus fuit exaltatus, cum in crucem esset actus*, Joh. XII, 32. 33. V.) Corpora piaculorum quorundam cremabantur extra castra: *sic quoque Christus extra mœnia Hierosolymæ fuit crucifixus*, Matth. XXVII, 31. Marc. XV, 22. Luc. XXIII, 33. Joh. XIX, 17. VI.) Imprimis in Sacrificiis V. T. hoc requirebatur, ut *mortem vicariam sustinerent*, & in aliorum gratiam, scil. eorum, quorum peccata portabant, immolarentur, atque ita reconciliationem Dei cum hominibus promoverent, Lev. XVII, 11. Sic Deus sæpe dicitur reconciliatus, & odorem bonæ fragrantiæ olfecisse, Lev. IV, 21. 26. 31. 35. Num. VI, 11. 24. 25. 28. & alibi. Et hoc Judæi hodienum adhuc fatentur, victimam sui loco pati mortem: ideoque in festo expiationis suæ gallum mactare assolent e). *Optime hæc eadem ad Christum referri queunt*. Ipse enim erat innocens, & nostra peccata, non propria, tulit Jesa. LIII, 4-10. & pro nostris peccatis in mortem est traditus, quæ sibi imputavit f). Jam ille natura ob omni peccato erat immunis Joh. VIII, 46. & labe originali non infectus, Luc. I, 35. Quoniam autem ideo in hunc mundum venit, ut morte sua hominum peccata expiaret, & Deo, *loco eorum*, satisfaceret, hos vero justificaret, Jesa. LIII, 11. coll. 2. Cor. V, 21. Rom. IV, 24. cap. VIII, 3. Gal. III, 13. 1. Petr. II, 21. 1. Joh. III, 5.



e) vid. Joh. BUXTORFII Synag. Jud. p. 506. seq. f) conf. Mich. WALTHERI Harmon. Bibl. Edit. in fol. p. 369.

ut culpa in nobis jam cesset, Rom. VIII, 1. 31. seq. Hinc pro hominibus factus est victima, & mors ejus *pœna vicaria* g) rationem habuit: cum Deo se offerret in odorem bonæ fragrantiæ h) & præterea propria virtute gaudebat, peccata expiandi; cum Sacrificia V. T. saltem propter respectum ad Christum, quem dicebant, & typice præstare id poterant i), ac saltem usque ad Christum durare debebant k). Clarissime quondam mortem ac passionem Christi præfigurabat Sacrificium illud Abrahamicum l), quod perperam in ritum ethnicum transformat Frid. Ulr. CALIXTVS: qui præterea etiam in doctrina de Sacrificiis V. T., qua primarium istorum scopum, multis est suspectus m).

§. XVII. Hæc de Sacrificiis in genere dicta sufficiant: plura leges apud alios n). Quoniam vero materiale Sacrificiorum V. T. constituebant animalia a Deo definita; ideo illa etiam Christi typum gessere: quanquam in eo antitypus hic sit excellentior, quod Christus sponte se sacrificaverit; cum animalia in V. T. sæpe invita & repugnantia, vi ad illud fuerint cogenda. Præcipua vero victimarum requisita huc redeunt. In genere quidem desiderabatur, ut omni labe ac vitio carerent, Lev. XX, 20. seq. *Sic Christum nemo unquam* de labe vel *peccato arguere potuit*, Joh. VIII, 46. 2. Cor. V, 21. Ebr. VII, 26. 1. Petr. I, 19. Non erant autem unius generis piacula Deo offerenda. Hic attendendum est, quænam *præcipue* o) fuerint typi Christi? ita ut antitypus etiam eorum ipsorum nomen gesserit p). Tunc vero nullum aliud animal invenies ex eorum numero, quæ immolabantur, quod dignum esset, ut Christo sui nomen imponeret, quam *agnum*: cujus nomine Christus in Scriptura S. sæpe occurrit, & vel in sola Apocalypsi Johannea, 28. vicibus q). Interim tamen, licet Scripturæ S.

g) vid. Matth. XX, 28. Luc. XXII, 19. 20. Rom. V, 10. 11. 2. Cor. V, 18. Gal. I, 4. Coll. I, 14. 20. 1. Tim. II, 6. Tit. II, 14. 1. Petr. II, 24. 1. Joh. II, 2. Apoc. I, 5. c. V, 9. & evolve præterea Guil. OUTRAM de Sacrificiis p. 295. seq.

h) Lege Eph. V, 2 & conf. Magn. J. F. BUDDEI diss. ad 2. Cor. II, 15. 16. de fragrantia Christi, §. 16. hab. Jenæ. 1712. i) vid. Act. XX, 28. c. III, 15. Rom. VIII, 32. 1. Cor. II, 8. 2. Cor. V, 19. Ebr. IX, 12. 15. c. X. 12. 14. 1. Joh. I, 7. k) ut prædixit Dan. IX, 27. conf. Ebr. c. VIII, 13. l) conf. Joh. Rud. OSIANDRI diss. ad Gen. XXII, 1-14. de tentatione Abrahami, Prod. Tub. 1718. m) refutatus in Harmonia Calixtino-Hæret. ab Huldreich Gottfried edita, qu. 7. p. 72. seq. & qu. 22. p. 145. seq. n) Scil. in Joh. LUNDII alten Jüdischen Heiligthümern lib. III, c. 46. n. 15. p. 640. seq. & Guil. OUTRAM de Sacrificiis p. 187. seq. Inprimis Joh. SPENCER, l. c. o) Quomodo omnia animalia sacrificanda quadam ratione possit esse typus Christi; exposuit Joach. HILDEBRANDUS in Antiqu. Scripturæ S. select. p. 46. seq. adde LUNDIUM l. 3. lib. 3 c. 34. 561. seq. p) vid. Aug. PFEIFFERI thes. Herm. p. 178. Can. 16. Antitypus gerere solet nomen sui typi &c. b) observante Sam. BOCHARTO in Hierozoico P. I. lib. II. cap. L. col. 555. & 613.

S. non uſu veniat, JEſum Chriſtum nomine *hirci* inſignire; hic tamen elegantiſſime etiam Chriſtum præfiguravit. *Hircum emiſſarium* puto, de quo vide Lev. XVI, 21. Dicitur enim ibi de eodem, quod ad manuum impoſitionem, Aaron debeat ſuper ipſum confiteri כל עונת בני ישראל ואת כל פשעיהם לכל חטאתם: i. e. *omnes perverſitates Iſraelitarum, & omnes defectiones eorum, ſecundum omnia peccata eorum.* Adeoque iſte *hircus* omnia omnino peccata portare debebat. Interpres Samaritanus voces כל עונות transtulit per [illegible] *omnia debita*, voce ex Ebræorum חוב derivata, literis gutturalibus inter ſe alternantibus: ut ſenſus ſit, quod Aaron ſuper hunc hircum emiſſarium confiteri, & in eum ponere debeat *omnia* Iſraelitarum *debita*, quibus obligati erant, ſi in viis Domini non inceſſerint, ad transgreſſionis pœnas *ſolvendum*, easdemque *proprio* expiandum *corpore*. Voluit tamen Deus, ſua motus miſericordia, ut loco eorum *hircus* r) id præſtaret: qui propterea ipſe dicebatur *peccatum & debitor*. Hæc omnia etiam Chriſtus præſtitit. Poſtquam enim omnium hominum omnia peccata in ſe ſuſcepit Jeſ. LIII, 4 ſeq. ipſe *peccatum & debitor* factus eſt, atque id Deo *ſolvit*, quod hominibus *ſolvendum* incumbebat. Nam *ipſe delevit chirographum, quod contra nos erat, nobis adverſum: quod e medio ſuſtulit, cruci affixum*, vid. Col. II, 14. coll. 13. & 1. Petr. II, 24. Magis tamen *agnus*, & quidem *Paſchalis*, Chriſtum præfigurabat: quod patet ex Joh. XIX, 32. 36. coll. Exod. XII, 46. Imo Paulus Chriſtum expreſſe vocat *Paſcha N. T.* 1. Cor. V, 7. Tertia vero comparationis agni Paſchalis V. & N. T. hæc ſunt, I.) Agnus ſumebatur e grege, Exod. XII, 3. 5. & quidem maſculus: *ſic Chriſtus ſumebatur e fratribus ſuis*, Deut. XVIII, 15. carnis equidem eorum, ſed non peccati particeps, Ebr. II, 14. 17. coll. Joh. VIII, 48. Ebr. VII, 26. fuit præterea mas, ut patet ex Luc. II, 23. Apoc. XII, 5. Jeſa. IX, 6. II.) Agnus Paſchalis, poſtquam ad hunc actum ſeparatus eſſet, deſtinatio tempore veſpertino: *Chriſtus ad opus redemtionis ſegregatus*, Cant. V, 10. Jeſa. XLII, 1. c. XLIX, 5. 1. Petr. I, 20. ligatus, Joh. XVIII, 12. *a tota Judæorum caterva morte dignus proclamabatur*, Luc. XXIII, 13. Act. IV, 27. & *veſperi mundi eſt occiſus*, Ebr. IX, 26. III.) Sanguine agni poſtes ædium aſpergebantur, ut angelus percuſſor ibi tranſiret, Exod. XII, 13. *Sic Chriſti ſanguis conſcientias & corda noſtra aſpergit*, Ebr. X, 22. *præterea nos mundat a peccatis* s), *& liberat a poteſtate Satanæ*, vid.

 1. Petr.

r) De hirco emiſſario vid. pluribus LUNDIUS l. c. lib. V. c. 20. p. 1036. ſeq. imo MARSCHAM. SPENCER, WITSIUS, van der WAIYEN, FRISCHM. Seb. SCHMID. pluresque alii. s) conf. hic. Nicol. HUNNII diſſ. ad 1. Joh. I, 7. de Sanguine JEſu Chriſti nos emundante, hab. Witteb. 1622 nec non Godofr. WEGNERI diſſ. ad h. l. Regiom. 1705.

1. Petr. I, 18. 19. Rom. III, 25. Ebr. IX, 14. c. XII, 24. Col. I, 14. 1. Joh. I, 7. Rom. V, 9. IV.) De agno Paſchali, qui prius unicis ſuſpendebatur, nonniſi Iſraelitæ, exceptis omnibus extraneis, veſci debebant: *Sic Chriſto cruci affixo nonniſi ſoli fideles fruuntur.* 1. Cor. XI, 27. 29. Præterea obſervat BOCHARTUS t), Chriſtum illa ipſa die veniſſe Hieroſolymam, qua Deus agnum in Ægypto ſeponi juſſerat, vid. Joh. XII, 1. 12. nempe decimo menſis Niſan, Exod. XII, 3. Et cum Iudæi Chriſtum e cruce eximerent, ob inſtans Sabbathum Luc. XXIII, 52. 54.; legi imprudentes obſecuti ſunt, quæ agnum ſervari vetabat ad matutinum tempus, Exod. XII, 10. &c. Plura dabunt alii u). Quod vero Chriſtus in Sacro codice tam ſæpe *agni* nomine veniat, alius vero animalis non item? factum videtur, ad deſignandam illius partim *innocentiam* ac *patientiam*, Ieſa. LIII, 7. coll. 9. & 1. Petr. II, 22. 23. *manſuetudinem* & *humilitatem*; Matth. XI, 29. partim etiam *mactationem* & *oblationem* 1. Petr. I, 19., utpote qui jam inde ab origine mundi occiſus dicitur in Apocalypſi x).

§. XVIII. Sed cum victimæ illæ V. T., quæ Deo offerri debebant, a Sacerdotibus demum mactandæ erant, quia ipſæ illud præſtare nequibant: hinc etiam Summus Pontifex V. T. Chriſti typum y) geſſit. Qui in eo fere ſitus eſt, quod I.) S. Pontifex V. T. fuit homo Ebr. V, 1. 2., & ad hunc honorem ſubeundum a Deo eligebatur: *Sic Chriſtus quoque verus homo fuit*, Ebr. II, 16. 17. 18. c. IV, 15. *& hoc officium a Deo ſeparatus*, conf. Pſ. II, 7. CX, 4. Ebr. V, 5. 6. II.) Summus Pontifex Leviticus debuit carere omni vitio, Lev. XXI, 18. ſeq. *ſimiliter Chriſtus fuit abſque omni labe*, Ebr. VII, 29. 27. III.) Cum inaugurandus erat, non ſolum ſanguine illiniebatur, Lev. VIII, 23. 24. coll. Exod. XXIX, 20. ſed etiam oleo ſancto ungebatur, ibid. v. 21. coll. Lev. VIII, 12. & poſtea fiebat caput reliquorum Sacerdotum. *Sic Chriſtus jam a prima ætate, ubi circumcideretur, ſanguinem ſuum ſanctiſſimum effudit, & ita quaſi inaugurabatur*, Luc. II, 21. unctus fuit præterea Spiritu S. Dan. IX, 24. Pſ. XLV, 8. Ieſa. LXI, 1. Act. X, 38. & eſt Dominus Dominorum, juxta Eph. I, 21. ſeq. IV.) Sum. Pontifex nomina Iſraelitarum lapidibus inciſa, pectori & humeris annexa, redimitus præterea corona, coram Domino geſtabat, Exod. XXVIII, 29. 36. c. XXIX, 6. coll. Lev. VIII, 9. *Sic quoque Chriſtus ſuos fovet, eorumque ſaluti invigilat*, Luc. *XV*,

t) in Hierozoico Part I, lib. 2. cap. 50. col. 613. ſeq. u) Nempe S. BOCHARTUS l. c. Petr. Dan. HUETIUS in demonſtr. Evang. Edit. Lipſ. p 826. 827. J. LUNDIUS in Antiqu. Jud. lib. V. c. 14. n. 17. p. 1002. ſeq. Th. GOODWINUS in Moſe & Aarone l. 3. c. 4. p. 566. Adde Chr. SAHMII diſſ. de agno Paſchali; quem Chriſtus cum diſcipulis ſuis comedit. &c p. 7. hab. Regiom. 1712. x) Scil. cap. *XIII*, 8. conf. hic. Joh. Bart. RUDIGERI diſſ. ad h. l. de agno occiſo ab origine mundi. hab. Gieſſæ 1719. y) ut hoc evincit Epiſt. ad Ebr. c. II, 17. III, 1. IV, 14, 15, V, 5. 10, VI, 20, *VII*, 26. VIII, 1. *IX*, 11. X, 21.

XV, 5. Joh. X, 14. 27. XIII, 23. Iesa. XLIII, 1. Imo Luc. c. I, 33. *Rex* vocatur, *cujus regni non erit finis.* V.) Portabat etiam Urim & Thummim z), atque fuit mediator inter Deum & Israelem, & quidem unicus tantum. *Sic unus est mediator Deum inter & homines, nempe Christus* 1. Tim. II, 5. Rom. VIII, 34. Eph. III, 12. Ebr. VII, 28. IV.) Summus Pontifex V. T. debebat uxorem ducere virginem, Lev. XXI, 13. Paulus expresse asserit, *ecclesiam esse desponsatam Christo: cui* libenter *vellet adducere virginem puram ac illibatam, 2. Cor. XI, 2.* Iterim tamen, licet hæc ita se omnino habeant, observandum adhuc & probe tenendum est, typum & antitypum hic ad invicem non esse adæquatos. Nam plus latet in antitypo, quam typo. Certe, sicuti sacrificium, quod Christus Deo pro peccatis nostris obtulit, infinitis modis antecedit sacrificia V. T. Quoniam hæc effectus, seu remissio peccatorum, consequebatur saltem ob respectum Christi, quem præfigurabant; illud vero propria virtute gaudebat, peccata expiandi, gratiam Dei recuperandi, ac ejus justitiæ plenissime satisfaciendi. Et id, quoniam a Christo θεανθρώπῳ oblatum est, (conf. Ebr. X, 1. 2. 3. 4. 11. 12. 14.). Ita etiam Sacerdos summus N. T. eadem ratione summo Pontifice V. T. est excellentior. Nam I.) *Summ. Pontifex V. T. fuit homo, qui errori obnoxius erat*, Ebr. V, 1. 2. 3. c. VII, 28. Sed ita res se non habet cum Christo: qui non solum verus homo, sed etiam verus Deus fuit, adeoque ab omnibus humanæ sortis infirmitatibus immunis. Vid Ebr. VII, 26. 28. coll. Luc. I, 35. II.) *Summus Pontifex V. T. etiam pro propriis peccatis Deo sacrificium offerre tenebatur*, Lev. IX, 7. c. XVI, 3. 6. 11. coll. Ebr. V, 3. c. VII, 27. Sed Christus non item: utpote qui ab omni peccato erat separatus Ioh. VIII, 46. Ebr. VII, 26. 27. c. IV, 15. III.) *Summ. Pontifex V. T. semel quovis anno ingredi debebat Sanctum Sanctorum* a), *ejusque Sacrificia expiatoria sæpe iteranda erant* vid Lev. XVI, 29. 34. coll. Ebr. IX, 25. Sed Christus nonnisi semel sanctum sanctorum intravit, & quidem per proprium sanguinem, ejusque sacrificium expiatorium in æternum non iterabitur, conf. Ebr. IX, 12. 24 25 26 27. 28. c. X, 12. 14. IV.) *quod præcipuum est, in V. T. quando sacerdos Deo victimas immolabat, tunc hæ ab illo erant distinctæ.* Sed in sacrificio Christi expiatorio, ipsum sacrificium a Sacerdote sacrificante non erat distinctum: siquidem ἑαυτὸν, se ipsum b) Deo obtulit c), in



z) de quibus Exod. XXVIII, 30. Singularem plane de hac materia sententiam vid. in Casp. NEUMANNI epist. de Biga difficultatum Sacrarum ad illustr. Leibnizium, prod. Wratisl. 1707.

a) conf. Theod. DASSOVII diss. de ingressu in Sanct. Sanct. S. P. Ebr. ad Lev. XVI. & Ebr. IX. Witteb. recusa 1714. & Dn. *Præsidis* gemina diss. de functione Pontif. M. in Adyto anniversaria, hab. Jenæ 1683. b) Conf. cum Jesa. LIII, 10. Joh. XVII, 19. Gal. I. 4. c. II, 20. Col. I, 22. Tit. II, 14. Eph. V, 2. 25. Ebr. IX, 14. c) vid. J. Fr. MAYERI diss. ad

in odorem bonæ fragrantiæ Eph. V, 2. Ebr. IX, 12. 24. 1. Petr. II, 24; atque factus est ἱλαστήριον seu *propitiatorium* d), & mediator inter Deum & homines 1. Tim. II, 5. 6. & quidem κατ' ἐξοχὴν talis, cum Pontifex V. T. saltem mediante animali victima, mediator foret Dei & Israelis. Et hoc est, quod Jesaias c. LIII, 10. proxime innuit. Quando enim Messias sacrificium pro reatu positurus erat, juxta ejus oraculum; necessario se ipsum offerre debuit. Si vero huic; etiam è vita ipsi egrediendum erat. Idque vicissim ad instar victimarum, quæ tempore V. T. immolabantur, & Christum in umbra repræsentabant, (Ebr. IX, 23). Ergo rectissime inde concluditur, *quod Messias vitam suam*, sive seipsum *pro reatu ponere voluerit*. Id quod erat demonstrandum e).

§. XIX. Rebus ergo ita comparatis, haud injuria Sacrificia V. T. a LUNDIO f) vocantur *conciones de Christo*. Quod futuram Christi pro peccatis hominum passionem, ac mortem præfigurarint: ut ex antecedentium collatione non potest esse obscurum. Verum, quemadmodum non omnia victimarum V. T. genera, ex toto typi Christi fuerunt; sed horum unum magis, alterum minus eundem præfigurabat, *agnus paschalis* vero omnium plenissime g). Idem etiam de sacrificiis asserendum est. Licet enim unumquodque eorum aliquo modo respectum ad Christum habuerit; magis tamen *sacrificia expiatoria*, Sacrificium Christi referebant. Hæc vero iterum duplicis erant generis: alterum dicebatur חטאת, *sacrificium pro peccato*, (germ. ein Sünd-Opfer, de quo Lev. VI, 18. sq.); alterum אשם *sacrificium pro reatu seu delicto*, (germ. ein Schuld-Opfer, de quo Lev. VII, 1. sq. Jam horum ab invicem differentia, etsi satis difficulter ex Scriptura S. cognosci potest h); sæpe tamen in eadem unum

1. Petr. II, 24. de officio Christi Sacerdotali, Gryphisw. habita 1704. d) Juxta Ebr. IV, 16. & Rom. III, 25. de quo loc. vid Sam. SCHELWIGII diss. de Christo ut propitiatorio, Ged. 1705. e) de Summo Ebræorum Pontifice, ceu typo Christi, vid. plur. J. LUNDIUS in Antiqu. Jud. lib. III. c. 25. p 514 sq. f) ibid c. 46. p. 645. n. 33. g) Non tamen ideo, cum Celebr. LIGTFOOTO, existimandum est, quasi agnus Paschalis præcise fuerit Christi corpus in figura. Quem modeste refutavit G. H. GOETZIUS in Syllog. Observ. Theol. huic oppositarum §. 7. prod. Lubecæ 1706. Conferri etiam potest C. SAHMII Diss. de agno Paschali, §. XVI. n. 105. citata. h) Quod negotium merito aliis relinquo. MAJUS in Oecon. temp. V. T. ed. Lev. fatetur, se ignorare discrimen horum duorum Sacrificiorum. Adi interea Guil. OUTRAMUM de Sacrificiis, p. 133. §. 8 sq. Sam. BOCHARTUM in Hieroz. P. I. col. 318. J. LUNDIUM in Antiqu. Jud. lib. III. c. 40. 41. lib. V. c. 18. Magn. BUDDEI Hist. Eccles. V. T. Tom. I. p. 723 sq. J. H. OTTONEM in Lexico Rabbin. Philol. p. 562. Hadr. RELANDUM in Antiqu. Jud. c. 5. Flav. JOSEPHUM in Antiqu. Jud. lib. III. c. 10. MAIMON. Hilc. מעשה הקרבנות cap. VII. VIII. IX. X, it. Præfat. in Mischnam cod. זבחים non procul ab initio.

unum pro altero ſolet poni: & hoc forte ideo, quoniam unicuique horum idem jus, ac idem fiendi modus ex mandato Dei expreſſiſſimo erant ſervanda, Luc. VII, 7. Placuit vero Spiritui Sancto in noſtro JESAIÆ articulo, de futuro tum temporis Meſſiæ ſacrificio univerſali expiatorio, uti voce אשׁם, ſi conjecturæ locus eſt, fortaſſe hanc ob rationem: quoniam in ſacrificio *pro reatu*, אשׁם dicto, præter arietes, etiam *agni*, & quidem *mares* tantum, immolari conſueverant; quod in ſacrificio חטאת *pro peccato*, tam rigide non fuit obſervandum. Ut eo ipſo alluderet quaſi ad *ſingulare nomen* Meſſiæ, qui ſæpe *agnus* dici amat, prouti ſupra jam annotatum eſt. Deinde etiam ideo, ut indigitaret hoc ipſo *univerſalitatem*, atque efficaciam Sacrificii a Meſſia pro peccatis Deo exhibendi: ſcilicet, quod tanto valore præditum eſt, ac ſi *unusquisque* homo *in individuo* in Chriſto, pro peccatis ſuis, ſacrificium & victimam Deo obtuliſſet, (conf. 2. Cor. V, 14). Quoniam אשׁם *quodlibet individuum* ex Iſraelitis pro noxa ſua Deo offerre tenebatur: cum e contrario חטאת pro toto populo Iſraelitico *collective* ſumto, cremaretur Deo in odorem bonæ fragrantiæ i), vid. Lev. IV, 13. ſq. c. V, 1. ſqq. Sed ſatis de his.

§. XX. Cum itaque extra omne dubium poſitum ſit, JESAIAM hoc loco diſerte & clariſſime prædixiſſe; *λύτρον redemtionis humanæ ſoluturum fore ipſum Meſſiam*; qui vitam ſuam in mortem tradendo, ſacrificium pro reatu ponere voluit. Nunc ſupereſt, ut, ad fidem Chriſtum ejusque meritum magis magisque corroborandam, certi reddamur, quod JESAIAS ſuo tempore prædixit, in Chriſto, & a Chriſto etiam perfectiſſime eſſe adimpletum. Etſi vero toties totiesque hoc in novo fœdere confirmetur, ac demonſtretur: placet tamen in præſenti, in rei hujus teſtimonium, dictum, quod in 1. Ep. Petr. I, 18. 19. extat. & jam in §. I. in textu originali propoſitum eſt; uberius explicare. Quod ipſum jam aggredior. Et quidem juvabit in anteceſſum paucis delibare, in quonam præcipue ſcopus capitis hujus ab Apoſtolo conſtituatur? ſcilicet, poſtquam in antecedentibus veritatem doctrinæ de Chriſto ab Apoſtolis traditæ, partim per enumerationem bonorum Spiritualium, quorum ἐκλεκτοὶ παρεπίδημοι per Chriſtum participes facti fuerant; partim per aſſeverationem ſalutis noſtræ æternæ ex vaticiniis de Chriſto, a Prophetis editis, formatam probaverat: exhortationem tandem ſubnectit, qua vult, ut electi ſui hanc ſuam in Chriſtum fidem nonſolum perpetuo & conſtanter profiteantur; verum etiam præterea morum integritate, vitæque ſanctimonia, eandem exornent. Inter argumenta vero, quibus eos ad obſequium fidei trahere conatur, hoc præcipue urget

ABARBANELEM Præf. in Leviticum f. 216. c. III. l. 17. ſq. Edit. Venet. i) conf. MAIMON. & ABARBANEL. ll. cc. ad num. 115.

urget, ut cogitent, *quam earum fuerit* istud λύτρον *redemtionis*, quo tum a connata, tum ab acquisita per actus malos pravitate, sint redemti; & quam indignum sit Christianorum persona, soluto redemtionis pretio, ad pristina peccata atque scelera redire, juxta 2. Petr. II, 22. Orditur vero hoc suum argumentum a voce εἰδότες: quæ plus hic involvit, quam simplicem ac nudam rei alicujus notitiam vel cognitionem. Nam εἰδέω, Ebraico ידע exactissime respondet: ideoque, vi similium, eandem etiam rationem habebit. Atqui Ebræorum ידע præter cognitionem rei alicujus, quacunque fiat ratione, quam *proprie* involvit; *tropice*, & quidem per *metonymiam causæ pro effectu*, idem quoque est, ac rem notam ad animum revocare, accurateque æstimare & expendere; sicuti in hoc significatu occurrit Psal. XC, 11. מי יודע *quis agnoscit*, i. e. *quis secum perpendit, quam potens sit ira tua?* Ps. XCII, 7. *stultus* לא ידע *non sciet*, i. e. *non æstimabit ac perpendet secum*, & alibi k). Similiter Apostolus, quando inquit, εἰδότες, hoc dicere intendit, ut *diligenter secum expendant, probe accurateque considerent, ac æstiment* ea, quæ ipsis propositurus erat. Eo ipso simul ad constantiam ac perseverentiam in fide in Christum eos impellit: ut etiam salutariter credant, redemtionem suam *certo* esse factam, & ita quasi, ac si ipsimet fuissent præsentes, ac, *quo modo* opus redemtionis perageretur, propriis usurpassent oculis. Non enim repugnat verbo εἰδέω, perinde in Ebraico ידע, etiam de ejusmodi notitia exponi, quæ mediante aliquo sensu acquiritur. Sic quando Gen. XIX, 33. 35. Lothum non animadvertisse dicitur: quod propriæ filiæ secum concumberent, extat in textu Ebræo ולא ידע *& non cognovit*, i. e. *non vidit*, vel *animadvertit;* quod LXX. interpretes transtulerunt, καὶ οὐκ ᾔδει *& nescivit*, i. e sensibus non fuerat assecutus, quæ agebantur, Quoniam vino somnoque sepultus jacebat. τὸ εἰδέω vero idem ac πιςεύειν etiam aliquando significare, patet ex Joh. XI, 24. coll. Job. XIX, 15. Quid vero est, quod Apostolum adeo sollicite habet, ut electi sui probe cognitum habeant? dicit: ὅτι ἐλυτρώθητε, *quod redemti sitis*. Particula ὅτι hic est συλλογιςική. & ab effectu passionis Christi desumta, est ratio conclusionis seu argumenti, quo eos ad sanctimoniam vitæ impellere studet: sicuti τὸ λυτρῦμαι rationem formalem redemtionis humanæ continet. Cum vi vocis significet, *certum aliquod pretium pro libertate alicujus pendere, seu solvere*. Syrus interpres in versione sua hic utitur voce ܦܪܩ quæ talem liberationem involvit, *ut quoque unum ab altero separetur*. Unde etiam Arabes suum فرق *separavit, distinxit inter duas res*, mutuati sunt. Itaque Christus, dum ab Apostolis homines redemisse asseritur, eo a pecca-

k) vid. de verbo εἰδέω Act. XXIII. 5. coll. Du, Præsidis Interpr. Ebr. Chald. §. 72. (101.) & laudati STOCKII Interpr. Gr. § 89.

*peccato ac pœna* ejus quasi *separavit;* & ita quidem, ut non amplius super nos dominetur, & possit esse causa mortis æternæ l). Non secus ac illi, qui manumittuntur, a potestate ac dominio ejus, cui subjecti erant, ita separantur, ut pristino domino nullum jus ac potestas amplius in eos supersit. Similiter nos eramus *servi peccati* ad mortem, juxta Rom. VI, 16. Sed *ab* hac *servitute* per Christum *liberati*, facti sumus servi justitiæ, seu justi & sancti. Vid. Rom. VI, 18. 19. 20. 22. coll. Joh. VIII, 32. 34. 36.

§. XXI. Debebant ergo electi isti ad animum revocare dignitatem atque præstantiam τῦ λύτρυ redemtionis suæ: cujus naturam ac qualitatem Apostolus in proxime sequentibus partim *remotive*, partim *positive* describit. Ait nimirum, λύτρον redemtionis non esse argentum vel aurum, quæ alias pro pretiosissimis thesauris solent haberi: quoniam sint φθαρτὰ, *corruptibilia.* GERHARDUS m), bene observat, argentum ab Apostolo hic recte præmitti auro; quia in exaggeratione pretii, illud, quod minus pretiosum, primo loco nominandum est. Docet equidem quotidiana experientia, aurum atque argentum ceu metallorum præstantissima, pretia rerum in mercimoniis ac emtionibus constituere; ideoque aptissima media esse, quorum interventu res rebu , juxta justitiæ regulas commodissime permutari queant. Sed pluris Deo O. M. constitit salus hominum; quam ut Justitia ejus infinita in tam vili & momentaneo redemtionis λύτρῳ acquiesceret. Erat enim peccatis hominum infinite læsa. Quo factum, ut hi Deo redderentur exosi, juxta Jes. LIX, 2. Mich, III, 4. Ideo, ut miseri homines Deo iterum possent reconciliari; ejusmodi certe λύτρῳ opus erat, quod esset adæquatum, seu quod etiam infinitam pro peccatis satisfactionem posset præstare. Id quod aurum & argentum non potuere. Sunt enim res finitæ atque corruptibiles, quæ non solum vetustate atteri, minui, aut alio etiam vitio corrumpi (Jac. V, 3. Matth. VI, 19), imo præterea plane in nihilum converti queunt; ita, ut nihil amplius valeant n). Sicuti hoc ipsum voces φθείρω, & Syrorum חבל satis superque testantur. Igitur his ipsis, quoniam possunt consenescere, & pristinum valorem amittere, justitiæ Dei infinitæ nullo modo potuit satisfieri: alias enim finitum capax esset infiniti; quod vero impossibile. Præterea hic etiam excluduntur omnes aliæ divitiæ, & res pretiosæ, earumque vis effectiva in opere redemtionis simpliciter negatur. Nam per *metonymiam causa materialis pro materiato*, aurum & argentum hic de rebus quibuscunque, quæ ex iisdem possunt fabricari, est accipien-

Rrrrr

l) conf. Hos. XIII, 14. 2. Tim. I, 10. Ebr. II, 14. 15. it. Gal. I, 4. Col. II, 14. m) in Comment. suo super h. l. p. 114. n) Uti *nihil* in hoc sensu occurrit. 1. Cor. VII, 19.

cipiendum o): ſicuti etiam per *Synecdochen ſpeciei pro genere*, cujuscunque generis divitiæ intelligi poſſunt, quarum vis apud homines, inque eorum negotiis ſolet eſſe maxima p). *Terminum* vero redemtionis *a quo*, Petrus verbis proxime ſequentibus indicat, ubi inquit: *ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου*. Quæ interpretes in diverſas partes rapiunt. Quidam enim per *ματαίαν ἀναστροφὴν*, hac ſolummodo intelligi volunt *errores & cultus idololatricos*, variis ſuperſtitioſis ritibus commixtos; ut OSIANDER q), & LORINUS r). Alii de *converſatione in lege Moſis & Gentiliſmo*, cum Corn. a LAPIDE s), vel de *traditionibus a majoribus inſtitutis*, cum ESTIO t) exponunt. Imo ipſe GERHARDUS u), magni alias nominis Theologus, *de vana paternæ traditionis converſatione* explicat. Quæ hic ab Apoſtolo ideo quaſi *vana* dicatur; eo quod ad juſtitiam nil proderat, verum inutilis, noxia, imo etiam legi Dei contraria fuit. Sed omnium horum interpretatio eſt nimis anguſta. Nullibi enim ex Scriptura S. conſtat, ſolum neglectum rituum legis Moſaicæ, aut reliquos cultus idololatricos, ſanguine & morte Jeſu Chriſti expiandos fuiſſe. Neque etiam pro ſolis infidelium Judæorum aut gentilium prævaricationibus Chriſtus mori, ſed *omnium hominum* peccata portare voluit (Joh. I, 29). Igitur major aliqua res eſſe debuit, quæ Deum movit, ut inde jam ab æterno decreverit, pro ejus ſatisfactione, proprium filium in mortem tradere. Hæc vero erat nulla alia, quam miſera illa hominum conditio, in quam per lapſum primorum Parentum fuerant prolapſi. Nil aliud itaque Petrus in dictis verbis intendit, quam, nos *nonſolum a peccato originali, verum etiam ab actualibus*, ex eo fluentibus, per ſanguinem Chriſti eſſe liberatos x). Præterquam enim, quod vox *ἀναστροφὴ* *nuſpiam obſervationem* notet; ſed potius *inverſionem*, ac *præpoſteram rerum collocationem* ſignificet, qua omnis caro ſuper terram viam ſuam corrupit, Gen. VI, 12. Pſ. I, 1. 6. Vox *πατροπαραδότου* etiam cauſam peccatorum actualium involvit, ſcil. *labem originalem* innuit, oſtenditque ſimul vanam iſtam & perverſam vitæ rationem, per mala exempla a majoribus hauſtam, ac per imitationem expreſſam, non *per ſolam* imitationem in nos eſſe derivatam; ſed accedere adhuc *corruptam generationem*, per quam tota depravatio propagatur, quæ etiam cauſa eſt reliquorum peccatorum actualium. Conf. Pſ. LI, 7. Rom. V, 12. Jac. I, 15.

---

o) Evolve pluribus Sal. GLASSII Philol. S. lib. V. Tr. I. c. I. p. m. 1058. p) vid. idem c. l. p. m. 1370. q) in Bibliorum ſuorum Part. III. hoc loco. r) in Comment. ſuo ſuper h. l. p. 189. s) in Comm. ſuper h. l. p. 219 Edit. Antwerp. 1684. t) in Comm. ſuper hunc locum p. 1159. u) in Comm. ſuo ſuper h. l. p. 113. 114. x) conf. Abr. CALOVII Bibl illuſtr. N. T. Tom. II. p. 1474. qui iterum GROTII hypotheſin refellit, & J. G. NEUMANNI Diſſ. ad 1. Petr. I, 18. 19. de Paſſione Chriſti cruenta vicaria, edit. Witteb. 1696.

I, 15. Itaque vox πατροπαράδοτος, ad morem Ebræum, est vox *impregnata*. Nam præter usitatam suam significationem, includit adhuc aliquam ejus qualitatem y). Quando enim dicitur, *pravam* istam conversationem a Patribus nobis esse traditam; necessario eandem ab iisdem etiam accepimus. Jam vero depravatam corruptamque naturam atque voluntatem a Parentibus nostris, nonnisi per carnalem generationem in nobis propagari, certum est. *Quod enim ex carne natum est, caro est*, Joh. III, 6. Satis pulchre vocem πατροπαραδότου Arabs in WALTONI Bibl. Polygl. ita circumscripsit: الذي قلت كموة اباوكم i. e. *quam monumento reliquit vobis Pater vester.* Equidem flebile monumentum amisse per primos parentes imaginis gratiæque divinæ, unusquisque in proprio corpore offendere potest; si corruptum & miserum statum suum, puta originale peccatum, intueatur. Hinc peccatum Originis in Scriptura S. etiam dici suevit *vetus homo*, Eph. IV, 22. Col. III, 9. Rom. VI, 6 Quoniam reliquiæ primi parentis Adami, quæ sunt peccatum & depravata voluntas, in omnes homines, in quemlibet per sui ipsius parentes, sunt derivatæ.

§. XXII. Postquam ergo Petrus v. 18. λύτρον redemtionis, κατ' ἄρσιν dixerat, non fuisse argentum vel aurum: v. 19. jam κατὰ θέσιν seu *positive* illud describit. Asserit enim λύτρον redemtionis esse *pretiosum sanguinem Christi, ceu agni inculpati & incontaminati.* Realem rerum corruptibilium, & meriti Christi, in opere redemtionis humanæ pugnam, luculenter hic ostendit, dicitque particula adversativa ἀλλὰ, ab Apostolo usurpata: ut pateat simul, sanguinem Christi nulli corruptioni esse obnoxium; qualis in aurum & argentum, tanquam res hujus seculi, omnino cadit. Dicitur autem Sanguis Christi τίμιος *pretiosus*; eo quod *pretii* adæquati valorem in oculis Dei habet, juxta 1. Cor. VI, 20. c. VII, 23. 1. Joh. I, 7. Tum quia est *carus, & sanguis ipsius filii Dei*; cui nihil nec in cœlo, nec in terra potest comparari, secundum Act. XX, 28. 1. Joh. I, 7. Tum quoniam non est profanandus; sed referenter habendus, juxta Ebr. X, 29. Quod vero τίμιος non solum *pretiosum*, sed etiam *honorabile*, ac *carum* significet; patet ex 1. Cor. III, 12. coll. Act. V, 34 Ebr. XIII, 4. Act. XX, 24. Porro, sanguis Christi omne argentum & aurum dignitate, *pretiositate*, & excellentia etiam ideo superat; quoniam est *agni* ἀμώμου καὶ ἀσπίλου, i. e. *inculpati, & incontaminati.* LORINUS z) asserit, existimare quosdam, Christum hic dici *immaculatum*; quoniam caruit peccato originali: & *incontaminatum*, quod etiam



y) conf. Dn. Præsidis Interpr. Ebr. Chald. §. 102. (73.) & Excell. STOCKII Interpr. Græc. §. 90. z) in Comment. super h. l. p. 119. A.

iam a peccatis actualibus erat immunis. Corn. a LAPIDE a) opinatur: Christum dicendum esse *immaculatum* in se, & actibus externis; *incontaminatum* vero in habitu, conversatione, & vestibus externis. Et certe, notabilis vox ἄμωμος est, quam nonnulli a μωμάω *culpare* derivant: cum tamen melius ii facere videantur, qui eandem ab Ebræo מוּם quod *vitium, labem, maculam* significat, deducere sustinent. Nonsolum enim מוּם *defectus corporis* notat, ut Lev. XXI, 17. 18. c. XXII, 20; sed etiam de *animi vitiis* exprimendis usurpatur Prov. IX, 7. Cant. IV, 7. Imo de *ipso peccato*, per Metaphoram, Deut. XXXII, 5. Job. XXXI, 7. Et ab hac voce Græcorum μῶμος provenit: quod vocabulum nonsolum *dedecus, probrum*, &c. sed etiam *Gentilibus Deum* omnium rerum *irrisorem atque reprehensorem* denotabat, testibus Lexicographis b). Hinc adjecto Ἀστερητικῷ c), ἄμωμος idem erit ac *vitio carens*, & *ob id inculpatus, in quo nec ipse Momus inveniat, quod reprehendat.* Unde Græcorum proverbium enatum est: τῷ Μώμῳ ἀρέσκειν, i. e. *Momo satisfacere* d), Nec obstat, quod Christus in Scriptura S. passim nominatur *peccator*, vel *peccatum*; (conf. Ps. XL, 13. Jes. LIII, 10. 12. 2. Cor. V, 21. 2. Sam. VII. 14. coll. Ps. LXXXIX. 21. cum aliis locis). Nam diversitas respectus tollit omnem repugnantiam e): & Christus non ita dicitur, quasi ipse peccata fecerit, quoniam erat innocentissimus, (vid. Joh. VIII, 46. Ebr. IX, 14. ubi eadem vox ἄμωμος occurrit); sed quoniam *aliorum peccata portavit*, secundum Jes. LIII, 4. 6. 11. 12. Joh. I, 29. Et certe, hæc duo synonyma ἄμωμος καὶ ἄσπιλος, agni hujus innocentiam ac puritatem magis adhuc intendunt. Propterea, quod unum alteri immediate jungitur, ut sensus huc redeat: *esse non redemtos sanguine Christi, ut agni per omnia puri, immaculati atque innocentissimi*, qui morte sua vicaria, justitiæ Divinæ, infinite læsæ, infinite quoque satisfecit. Quia ejusmodi λύτρον pro peccatis persolvit, quod nonsolum omnes mundi thesauros superat; sed etiam propria ac infinita virtute gaudet, omnia omnino peccata expiandi, iuxta 1. Joh. I, 7. Hinc etiam Christus αἰωνίαν λύτρωσιν, *æternam redemtionem* nactus esse, Ebr. IX, 12. coll. c. X, 12. 14. dicitur. Et quamvis articulus præp. ὁ explanative hic significans f), in textu Græco sit omissus; in versione tamen Syriaca expressissimis verbis dicitur: ܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܐ *qui est Messias*. Cæterum, tum id, quod Scri-

a) in Comment. super h. l. p. 221. C. b) Adi Joh. Jac. HOFFMANNI Lex. Univers. tom. III. p. 194. coll. LUCIANO in Jove Trag. Op. tom. II. p. 138. sqq. it. in *Deorum Concilio* p. 709. sqq. nec non tom. I. in *Nigrino* p. 39. ac *Hermotimo* p. 519. c) conf. Excell. STOCKII interpr. Gr. §. 253. d) de quo vide ERASMI Roterod. adagiorum Collectionem absolutiss. p. 58. Edit. 1646. Epitom. p. 53. e) conf. hic omnino Mich. WALTHERI Harmon. Bibl. Edit. in fol. p. 369. f) v. Excell. STOCKII interpr. Gr. §. 5. coll. §. 298.

Scripturæ S admodum ſolenne ſit, Chriſtum *agni* nomine inſignire; tum ejusdem innocentiam in ſuperioribus, toties totiesque adſtruxi, & probatam dedi Ut idem hic denuo agere, ſupervacaneum foret. Quare etiam hæc de loco Petrino dixiſſe ſufficiat.

§. XXIII. Cum itaque ex hactenus dictis pleniſſime conſtet; quodnam λύτρον Deo O. M. in redemtionem humani generis a Chriſto ſit perſolutum; juvat nunc vocis τȣ̃ λύτρȣ naturam quaſi a priori conſiderare, ejusque philologiam paucis ſuppeditare: ne præſumta quædam obſcuritas, vocis ſignificationem *vicariam atque permutativam* tegere videatur. Et quidem, quod τȣ̃ λύτρȣ primam originem attinet, deſcendit illa vox a Græco verbo λύω *ſolvo*, ac hujus 3t. perſ. ſing. Præt. Paſſ. λέλυται: ex qua, abjecto augmento, & terminatione verbi in terminationem nominis mutata, prodit λύτρον, (q. d. *redemtorium*), *redemtionis pretium, vel pretium redemti captivi, quod pro redemtione dependitur* g). Hinc porro deſcendit λυτρόω *redimo*, cujus 2d. plur. aor. I. Paſſ. ἐλυτρώθητε in loco Petrino, modo explicato, occurrebat. Proprie ergo & ἀπὸ κοινȣ̃, autoribus λύτρον dicitur *pretium, quod pro redimendis captivis dabatur*, (Gallis *rançon*, Germ. das Löſe-Geld dictum); ſcil. *quo ſoluto, illico vinculis eximebantur*. Κατ' εἶδος vero tale *pretium* denotat, *quod judicibus pro redimenda vita ſolvebatur, ſi capite quis ex legibus juſtitiæ plectendus erat*: Sicuti eo ſenſu vocem λύτρον LXX adhibuere in loco Exod. XXI, 30. Imo etiam de *hoſtia piaculari*, quæ in rei locum ſuccedens, pro eo debitum pœnam luere, atque ita mortem vicariam pati tenebatur, ſolet adhiberi. Hinc LUCIANUS ſcribit: ὑπισχνȣ̃μαί σοι κριὸν τυθήσεσθαι λύτρα ὑπὲρ ἐμȣ̃, i e: *promitto tibi, hircum mactatum iri, in lytron pro me*. Ex quo, præter *ſignificationem τȣ̃ λύτρȣ vicariam*, magis adhuc ejusdem diſtinctio innoteſcit; qua dividitur in λύτρον *pecuniarium*, quod in ſolutione certæ ſummæ, a judice, pro delicti conditione, imperatæ, conſiſtebat: & *cruentatum*, quod nonniſi morte & ſanguine condemnati perſolvendum; ideoque ἀκολούθως altero pretioſius erat; (conf. Job. II. 4). Sed aliæ adhuc ſunt voces, quæ cum τῷ λύτρῳ συνωνύμως prædicantur. Sic dicitur ἀντίλυτρον 1. Tim. II, 6. ἱλασμὸς *placatio, propitiatio* 1. Joh. II, 2. καταλλαγὴ Rom. V, 10. 11. HESYCHIUS (Lexico p. 612. A.) λύτρον exponit per καθάρματα, *piamenta*, item per τὰ λυτήρια *ſacra expiatoria*. EBRÆIS, quod GRÆCI per λύτρον exprimunt; dicitur כפר (v. Exod. XXI, 30. Pſ. XLIX, 2.) Quam LXX denuo per ἄλλαγμα, *expiatio*



g) vid EUSTATHIUM ad ILIAD. A. v. 13. p. 24. lin. 21. 25. it. ad ILIAD. θ. v. 543. p. 726. l. 29. Edit. Rom. 1542. Etymologicum Magnum col. 572. PHAVORINUS Dictionario col. 1199. λύτρα inquit, ſunt δῶρα τὰ ἐπὶ ἐλευθερίᾳ αἰχμαλώτων διδόμενα· λύτρον παρὰ τὸ λύω, λύσω &c.

Esa. XLIII, 3., ἐξίλασμα *Placamentum* Ps. *XLIX*, 7. nec non ἀντάλλαγμα Syr. *XLIV*, 17. coll. Matth. *XVI*, 26. Marc. VIII, 37., *quod pro alio datur in permutationem*, vertunt, &c. Quod jam ad significatum vocis τοῦ λύτρου *vicarium & permutativum* attinet, quanquam ille ex dictis quodammodo jam sit clarus; clarior tamen nonnihil evadit ex collatione cæterarum linguarum Orientalium. Sic GRÆCORUM ἀντάλλαγμα, in locis modo citatis occurrens, SYRIS est ܚܘܠܦܐ *permutatio*, h. m. *quid dabit filius hominis in permutationem animæ suæ*, seu *in redemtionem animæ suæ?* Cujus valoris quoque est Arabum يبذل Matth. *XX*, 28, ejusque Participium الباذل 1. Tim II, 6. h). Quisque enim ejusdem usum ex *Sura* II. v. 60. 108. 182. 211. in Gen. *XXI*, 1. c. *XLIX*, 4 Ps. CV, 20, Rom. I, 23. c. *XVI*, 4. Luc. *XXII*, 19. &c. contulerit; sensum *permutationis*, ac *substitutionis* seu *succedanei*, evidentissime deprehendet. Ex quorum & antecedentium accurata inspectione, nullus dubito, quin verus & adæquatus sensus vocis τοῦ λύτρου manifestissime pateat: *esse* scilicet *tale redemtionis pretium, cujus interventu peccata commissa, nonsolum in totum expiantur; verum etiam instans pœna a peccatore penitus averruncatur, & cum absolutione ac libertate rogata quasi commutatur.* Ad *affectiones* vero ejusmodi lytri, pro salute ac libertate alterius offerendi, merito retuleris, I.) „ ut sit verum ac reale, non autem fi„ctitium, vel in solo verborum sono consistens; II.) ut etiam sit sufficiens, adeo„que peccatorum quantitati adæquatum; III.) ut ab eo, cui satisfactio est præ„standa, quoque acceptetur, reus vero a pœna præstituta re vera absolvatur, „& pristinam libertatem ac salutem recuperet.„ Hæc omnia, una cum antecedentibus, quomodo exactissime ac modo perfectissimo de λύτρῳ redemtionis, a Christo, pro salute hominum, Patri suo cœlesti persoluto, dici queant ac debeant, fusius jam nobis enarrandum erit.

§. XXIV. Talem itaque aggredior fidei articulum, *qui*, LUTHERO judice, *est primus ac principalis: de quo cedere, aut aliquid contra illum largiri, aut permittere nemo piorum potest; etiamsi cœlum & terra, ac omnia corruant.* Scilicet, est ille de *Satisfactione* Christi, pro omnibus hominibus, omniumque omnino eorum peccatis, plenissime præstita. Et *oportet nos, de hac doctrina esse certos, & minime dubitare: alioquin actum est prorsus, & Papa* cum reliquis Hæreticis), & *diabolus, & omnia adversa jus & victoriam contra nos obtinent* i). Et quanquam hæc ipsa fidei nostræ pars, ubi principium ac fundamentum

h) conf. de hoc loco J. G. Reinbecks Tr. integr. de redemtione per lytron, qui Halæ prod. 1710.

i) Hæc B. LUTHERI verba vide in F. C. p. m. 304. seq.

mentum salutis nostræ pertractatur, in sacro codice toties totiesque asseratur, confirmetur; inculcetur: mireris tamen, (aut potius doleas) jure meritoque, dari quosdam, qui non solum illi multum detrahere; sed eam plane negare, atque ita, Spiritui S. impie præfracteque contradicendo, salutem suam æternam tam ingenti periculo exponere, nulli prorsus religioni sibi ducunt. Quare contra Χριςομάχȣς ejusmodi, prius *veritas* lytri hujus, seu satisfactionis Christi pro hominibus, demonstranda ac defendenda erit: quam ad alia inferenda, pedem promoveam. Alias enim non-entis nulla forent prædicata. Cum autem veritas alia sit *metaphysica*, alia *physica*; alia *logica* hinc de illa primo loco, & postmodum etiam de his verba facturus sum. Per *veritatem* itaque lytri redemtionis humanæ *metaphysicam*, hoc volo: passionem ac mortem Christi, (in quibus ratio formalis satisfactionis ejus consistit), *vere*, *realiter*, ac *citra omnem speciem* contigisse; adeoque fuisse talem, qualis ab universo adstantium cœtu esse videbatur. Præterea ipsum eundem, de quo Pater binis vicibus e cœlo confessus est, *hic est filius ille meus, dilectus ille, in quo acquiesco: ipsum audite*, vid. Matth. III, 17. c. XVII, 5. quem Pilatus cum tota Judæorum caterva capitis damnavit, Matth. XXVII, 26.: itaque ipsum Christum Filium DEI & hominis, in forma visibili, καὶ ἐν τῇ ὑποςάσει ἰδίᾳ, a Judæis in crucem actum, re ipsa mortuum esse; minime vero vivum a Deo in cœlum subductum & alium quendam, sub ejus specie, pro eo cruci affixum, & mortem passum esse. Sunt enim proh dolor! quibus nondum sufficit, autoritatem Scripturæ S. imminuere, *fidemque* ejus *divinam* labefactare; ut adeo ipsam etiam *fidem* Scripturæ S. *humanam* seu *historicam* in dubium vocent. Notandi hic veniunt MARCIONITARUM Sec. II. MANICHÆORUM Sec. III. ecclesiam detestandis ac impiis hypothesibus suis misere lacerantium, & reliquorum omnium, imprimis hodiernorum TURCORUM errores: qui Christum *re vera* passum ac mortuum esse; impie negant: interim tamen ita saltem visum fuisse, quasi *vere* pateretur, asserunt. Itaque mortem ac passionem Christi *per speciem* saltem factam esse, ac quasi merum glaucoma atque ludibrium oculorum fuisse; non sine exercrabili in charissimum redemtorem nostrum injuria ac blasphemia somniant. Ut reliquos, jam mittam, placet in majorem rei evidentiam TURCORUM saltem heterodoxam sententiam ex ipso eorum Alcorano hic apponere; ubi Dux & antesignanus eorum MUHAMED de morte ac passione JEsu nostri dulcissimi ita scribit k):

k) Vid. Alcoranum MARRACCII, Tom. II, Sur. IV, comm. 156, 157. p. 169. coll. p. 171.

وَمَا قَتَلُوهُ وَمَا صَلَبُوهُ وَلَٰكِنْ شُبِّهَ لَهُمْ وَإِنَّ ٱلَّذِينَ ٱخْتَلَفُوا
فِيهِ لَفِي شَكٍّ مِنْهُ مَا لَهُمْ بِهِ مِنْ عِلْمٍ إِلَّا ٱتِّبَاعَ ٱلظَّنِّ
وَمَا قَتَلُوهُ يَقِينًا * بَلْ رَفَعَهُ ٱللَّهُ إِلَيْهِ وَكَانَ ٱللَّهُ عَزِيزًا حَكِيمًا ۞

Quæ MARRACCIUS latinitate donavit h. m. *nec tamen occiderunt eum, neque crucifixerunt eum; sed objecta est eis similitudo* ejus. *Et profecto, qui discordes fuerunt circa eum*, essetne ipse, an alius similis ipsi? *certe* fuerunt *in dubitatione de hoc*, (de vera morte ejus). *Non* fuit *illis de hoc ulla scientia; sed tantum sectatio opinionis. Et non occiderunt eum vere; sed elevavit eum Deus ad se: & Deus est præpotens, sapiens.* Nimirum, in antecedenti hujus Suræ comm. 154. & 155. Judæos a Deo punitos fuisse asserit, propter perfidiam ipsorum; & eo quod dixerint contra Mariam mendacium magnum: *nos certe occidimus Christum JEsum, filium Mariæ, Legatum Dei.* Post subjungit, *nec tamen occiderunt eum*, &c. Vocat itaque abjuratus hicce nominis Christiani hostis, cruentam illam Christi passionem ac mortem, *mendacium magnum, sectationem opinionis:* verbo, merum *phantasma*, aut *ludibrium oculorum* eandem fuisse, impie contendit.

§. XXV. Sed omnes isti, οἱ ἐχθροὶ τȣ̃ ςαυρȣ̃ τȣ̃ Χριςȣ̃, ex multis rationibus sufficientissime possunt refelli. Jure vero meritoque, primo loco mihi nominandum est testimonium illud divinum, & omni exceptione majus, quod in N. T. continetur; puta ipsius Christi, quando, dum Hierosolymam ascenderet, discipulos suos ita alloquebatur: „Ecce, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur primariis Sacerdotibus, ac scribis, & condemnabunt eum morte, tradentque eum gentibus, ut illudant, & flagellent, & crucifigant; sed tertia die resurget.„ Vid. Matth. c. XX, 18. 19. Marc. c. IX, 31. c. X, 33. 34. Luc. c. IX, 22. Ex his verbis sole meridiano clarius est, charissimum nostrum Dominum JEsum Christum ideo Hierosolymam ascendisse; ut ipse *in sua persona ac proprio corpore* sustineret atque pateretur ea omnia, quæ tot retro seculis Spiritus S. in V. T. per Prophetas, de futuris ejus passionibus prædixerat. Ideoque Christus Luc. XXII, 37. & hoc adhuc in se perficiendum esse confirmat, quod scriptum est: *& cum sceleratis numeratus est.* Hoc vero contigit, ubi in medio duorum latronum Luc. XXIII, 33. cruci fuit addictus. Quare etiam addit Salvator: *nam ea, quæ scripta sunt de me, finem habent.* Scil. tunc omnia Prophetarum de me vaticinia perfectissime & plenissime erunt impleta; ubi in cruce mortuus fuero. Hinc discipuli Christi, cum dixisset eis: *unus vestrum me prodet*, valde contristabantur, Matth.

XXVI,

XXVI, 21. 22. expavescebant & terrebantur, Marc. X, 32. Nam certo sciebant, eundem JEsum, quem Magistrum ac Dominum suum vocabant, Joh. XIII, 13. Hierosolymæ exaltandum fore, & in cruce moriturum, sicut ipse prædixerat Joh. XII, 32. 33. Propterea apud se constituerant prohibere, ne Magister & Dominus e medio sui auferretur, dixeruntque: *ecce duo gladii sunt hic*, Luc. XXII, 38. imo Petrus Christum stricto gladio defendere cœpit, ut patet ex v. 49. 50. Certe, si aliter edocti fuissent, fore, ut alius, loco Christi, morti isti crucis ignominiosissimæ subjiciatur, ipse vero salvus ac incolumis maneat; tanta sollicitudo tantusque dolor animos eorum non occupasset. Accedit, quod ipse Christus Luc. XXIV, 25. seqq. postquam cum discipulis istis Emaunticis de *cruenta* sua *passione*, ac gloriosissima a mortuis resurrectione, verba miscuisset; tandem asserat: *o amentes & tardi corde ad credendum omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ! nonne hæc* OPORTUIT PATI CHRISTUM, *& introire in gloriam suam? & exorsus a Mose, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de se scripta erant* l). Et quemadmodum ex multis V. T. dictis, veritas & realitas mortis passionisque Christi indubitato constat; sic elegans adhuc ejus rei confirmatio etiam ex nostro Jesaiæ oraculo depromi potest, ubi dicitur: אם תשים אשם נפשו i. e. *si posuerit hostiam pro reatu animæ ejus*, h. e. ILLE IPSE. Equidem verbum שום talem connotat realitatem ac veritatem, quæ phantasmati simpliciter est opposita. Indigitat enim discrimen inter miracula Dei, & præstigiatorum Ægyptiacorum: quod illa oculis, sensibus & examini omnium ita exposita fuerunt, ut per omnia vera, & sine dolo facta deprehensa fuerint; hæc autem nonnisi fraudes & præstigias spiraverint. Conf. Exod. X, 2. Ps. LXVIII, 43. Jerem. XXXII, 20. Similiter hoc loco *Sacrificium* istud, quod Messias pro reatu hominum *positurus* erat, tale futurum prædicitur, a quo omnis dolus aut impostura cessare debuit; ut nulla prorsus de ejus veritate dubitandi occasio detur. Hinc etiam Petrus, in loco a nobis examinato, electos suos, & unumquemque fidelium hortatur; ut sciant & credant, tam certo, ac si ipsi vidissent, redemtionem humani generis per sanguinem *ipsius Christi* esse institutam. Quod salva conscientia dicere non potuisset, (imo nec dixisset); nisi extra omnem controversiam positum fuisset, ipsum Christum in propria persona pro hominum peccatis passum fuisse. Et hoc est, quod omnes Evangelistæ ac Apostoli in N. T. uno ore confirmarunt; imo morte etiam obsignarunt propria. Igitur summæ de-

 mentiæ

l) Notas ac χαρακτῆρας, quibus Prophetæ Messiam venturum, ac ejus passionem digitis quasi commonstrarunt, in unum congessit J. Christ. WAGENSEILIUS, in telis igneis Satanæ Evolve Confut. Carm. Lipm. p. 631. seq.

mentiæ & insaniæ est, de hac veritate vel tantillum dubitare. Nam præter id quod N. T. *autoritas divina* ex eo satis innotescat, quia in eodem invenitur eventus, quam exactissime vaticiniis Prophetarum V. T. de Christo, etiam in minutissimis, respondens, *fides* quoque ejus *humana* seu *historica* satis superque stabilitur; si intuearis harmonicum istum Scriptorum N. T. in descriptione mortis ac passionis Domini nostri JEsu Christi consensum, utpote cujus ipsi testes erant Act. III, 15.: & consideres, ejusmodi circumstantias ibidem occurrere, quæ de veritate rei unumquemque satis arguere queunt. Ut taceam, quod *Muhamedani* ipsi fidem *legis ac Evangeliorum*, h. e. V. & N. T. nequaquam in dubium vocent; sed Deo ejus adscribant Originem, omnesque ad observantiam istorum, quæ ibi continentur, adhortentur serio; ac ultro confiteantur, quod adimpletionem vaticiniorum V. T. Novum contineat. Primum continetur Sura III. v. 2. 3. ubi Gabriel loquens introducitur verbis: „Nullus est Deus alius, præter Deum vivum & æternum. Misit ad te librum „*Alcorani*, in veritate confirmantem libros ante te revelatos. Etiam miserat „Legem ac Evangelium antea, ad directionem hominum. *Sura IV, v. 162.* „*Deus ipse loquens introducitur h. m.* Profecto nos revelavimus tibi, sicut reve„lavimus Noæ & Prophetis post eum, etiam revelavimus Abrahamo, Ismaeli, „nec non Isaaco, Jacobo ac tribubus, itemque JEsu &c. *& clarius adhuc Sura* „*V. 54.* Subsequi fecimus vestigia eorum (*Prophetarum*) JEsum filium Mariæ; „confirmantem id, quod ante ipsum erat de Lege. Et dedimus illi Evangeli„um, in quo est directio, & Lux: & confirmat id, quod ante ipsum ex Lege „&c; *In Sura III. autem v. 83. jubentur omnes Muhamedis asseclæ confiteri*: credimus „in Deum, & in librum (*Alcorani*), qui traditus est nobis: & in libros, qui tra„diti fuerunt Abrahamo &c. & in eos, qui traditi fuerunt Mosi, ac JEsu, & „Prophetis a Domino ipsorum. Nullum inter hos discrimen facinus. *Alte„rum Sura II. v. 4. 5. ita exprimunt:* qui credunt in id, quod missum est ad te, & „quod missum ante, (*Lex Scil. & Evangelium*), & in Novissima; iidem in dire„ctione sunt a Domino suo, & beatitudinem consequentur. *Sura V. v. 77. Deus* „*Muhamedem alloqui fingitur, verbis*: dic Scripturæ deditis, non estis *fundati* su„per rem ullam, donec observetis Legem & Evangelium; scilicet id, quod „traditum est vobis a Domino vestro. *Et ibid. v. 75. dicitur*: Si observarint Le„gem ac Evangelium, quod scil. demissum fuit ad eos a Domino istorum, certe „comedent de illis, quæ supra se sunt, & suo ipsorum pedibus.„ Ultimum diserte satis habetur in verbis e Sura V. v. 54. modo citatis. Ubi *Evangelium confirmatio* dicitur, *ac verificatio illius, quod prædictum fuerat in Lege*, seu Veteri Testamento. Quum JEsus Mariæ filius probarit, vaticinia V. T. de se fuisse veri-

verificata m). Impiorum autem Judæorum, eorumque complicum obtrectationes non curamus; quando Biblia nostra N. T. *librum mendatiorum ac somniorum*, dicere nefarie audent n). Nam quoniam in eodem talia continentur, quæ sensui eorum carnali, & reliquis præoccupatis opinionibus e diametro sunt opposita, & regnum Satanæ insuper destruunt: mirum non est, Satanam cum conservis suis tam multa contra fœdus JEsu Christi moliri & machinari; ut ipsum supprimeret everteretque. Quod tamen *portæ inferorum* in æternum non superabunt. Nam *cœlum & terra præteribunt: sermones autem mei nequaquam præteribunt*, inquit Christus Matth. XXIV, 35. coll. c. XVI, 18. Hinc etiam justissimo Dei judicio, isti nominis Christiani infensissimi hostes excœcati & obdurati, suo tempore debitas malitiæ pœnas erunt daturi. Conf. Rom. XI, 7. 8. 9. 10. 20. 25. 2. Cor. III, 14.

§. *XXVI.* Sic ergo CHRISTUS IPSE, in propria sua hypostasi mortem in cruce subiit, & nullus in locum ejus fuit substitutus: nec ipse a DEO vivus in cœlnm elevatus. Cum hoc factum quidem sit; sed post gloriosam demum resurrectionem: & quidem jam superatis 40. diebus, postquam a multis intra hoc tempus, quibus se post passionem suam exhibuit vivum, conspectus fuisset, jux. Act. I, 3. Sed alia adhuc argumenta præter jam allata, (quæ maxime erant domestica), suppetunt, quibus Muhamedi & reliquis Sycophantis os obturare possumus & debemus: quæ a testificatione aliorum desumuntur. Fuit enim hæc constans ac perpetua penes omnes veteris Ecclesiæ Christianos fides, Cfiristum ipsum vere, & non Judam, non Titianum, aut alium e vulgo sub ejus imagine fuisse crucifixum. Ideo etiam Patres vet. Ecclesiæ in Symbolo Niceno, ad normam symboli Apostolici, unanimi consensu fatentur; *se credere in JEsum Christum, crucifixum pro nobis sub Pontio Pilato, passum & sepultam* o). Elegans sane testimonium est, quod ex JOSEPHO p) hic apponere placet, quando ita scribit: „Eodem tempore fuit JESUS vir sapiens, si tamen virum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor „eorum, qui libenter vera suscipiunt, plurimosque tam de Judæis, quam de „gentibus sectatores habuit. CHRISTUS hic erat: quem accusatum a nostræ „gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci; nihilominus non destiterunt



m) Conf. Lud. MARRACCIUS in Prodromo ad Refut. Alcor. p. 6. circa fin. n) Ut sæpe fit in R. ISAACI ס׳ חזוק אמונה, seu *Munimine fidei*, & in libro, qui inscribitur: ס׳ תולדות ישוח quos vide in J. C. WAGENSEILII telis igneis Satanæ. Conf. etiam sæpe laudati Joh. Andr. Eisenmengers Entdecktes Judenthum, cap. VII. a p. 270. usque ad 292. o) vid. F. C. p. 1. 2. p) Ex antiqu. Jud lib. XVIII. c. 4. p. m. 506, cujus de⁄ ⁄nsionem, post plures, nuper suscepit Carol. DAUBUZ Anglus, Londini 1706.

„runt eum diligere, qui ab initio ceperant. Apparuit enim eis tertia die vi-„vus, ita, ut divinitus de eo vates hoc & alia multa miranda prædixerint: & „usque in hodiernum Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit.„ Et hoc Judæi testimonio, præter realitatem & veritatem passionis Christi, id adhuc liquet; quod iste Christum non nudum hominem fuisse judicaverit, sed magis quam hominem: ideo hærebat, an fas esset: Christum *hominem tantum* dicere? Judæo merito hic jungo scriptorem circa hoc negotium quidem vetustissimum; sed tamen gentilem q), qui nihil causæ habuit, ut aliquid Christianorum in gratiam mentiretur. Sic vero ille scribit: „Ergo abolendo ru-„mori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invi-„sos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis ejus Christus, qui Ti-„berio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum SUPPLICIO AF-„FECTUS ERAT. Penes Judæos mors Christo illata adeo certa est, ut תלוי *crucis supplicio affectus*, vel SUSPENSUS, vicem obtinuerit nominis *JESU*, Salvatoris proprii. Cujus usus hoc sensu adeo frequens est, ut toties ferme, quoties de ipso loquuntur, ipsis exciderit. R. ABARBANEL a Jesa. LIII. scribit r): חכמי הנוצרים פירשוה על אותו האיש שתלו בירושלים בסוף בית שני שהיה לדעתם בן האלהים יתברך שנתגשם בבטן העלמה וגו׳: i. e. *Sapientes Christianorum exposuerunt hanc Prophetiam de viro isto, quem suspenderunt Hierosolymis in fine templi secundi: qui fuit*, ad mentem eorum *filius Dei benedicti, incarnatus in utero virginis*. Hic, quamvis ultima ex aliorum sententia referat; id tamen ex consensu suorum omnium recenset, quod IPSUM suspenderint. Quod adeo certum est penes eos, ut eidem multi accommodent illa Deuteronomii cap. *XXI*, 25. verba, quibus *exercitatio Dei* dicitur *suspensus*. Quod admitti poterit sensu Apostolico Gal. III, 13. 14. Ad quem tamen vix unquam attendunt obcœcati. Qui alioquin omnes uno ore fatentur, JEsum, Christianorum Messiam, Hierosolymis olim esse *in cruce suspensum*. Et qui aliter possent? quum in ipso Talmude s) diserte legatur: בערב הפסח תלאוהו לישו והכרוז יוצא לפניו מ׳ יום יוצא ליסקל על שכישף והסית והדיח את ישראל כל מי שיודע לו זכות יבא וילמד עליו ולא מצאו לו זכות ותלאוהו בערב פסח: i. e. „In vespera Paschatis suspen-„derunt JEsum, postquam Præco per *XL*. dies ante id egressus *proclamarat*, lapidi-

q) Puta Corn. TACITUM, in Annal. lib. XV. c. 44. r) Quæstione I. ad Jesa. LII, 13. seqq. f. 78. c. 1. l. 39. seqq. vid. Const. l'EMPEREUR l. c. p. 3. s) cod. Sanhedr. Bab. f. 43. a b 34. seqq. Edit. Amstelod.

„pidibus fore obruendum; quod præstigiis usus esset, ac seduxisset, impu-„lissetque Israelem. Quisquis aliquid pro innocentia ejus afferre posset, libere „accedat, eam docturus. Quum autem nihil pro innocentia ejus invenissent; „suspendebant eum in *ipsa* vespera Paschatis.„ Quæ, quamvis plena sint calumniarum; diserte tamen testantur, quod revera *JEsum ipsum* cruci affixerint, ac necuerint; utut *Imperio vicinum*, & e Regia Davidis prognatum prosapia: ut paulo post ibidem subjungunt t). Similiter Raymundus MARTINI u) adduxit quandam historiam, ex qua patet, Pilatum *propterea* ab Imperatore TIBERIO capitis damnatum fuisse, *quod Christum occidi permiserit*; qui vero propria cæde, præveniendo Cæsaris decretum evertit. Judæorum quoque LXXI. Judices ordinarios (*Sanhedrin* dictos), de consistorio, ubi Christum inique damnaverant, & ordinarie ad judicium sanguinis convenire ibidem consueverant, contumeliose expulisse eundem TIBERIUM, Sanctitate Christi, & miraculorum ab eo patratorum copia audita, commotum. Sed vix opus est, ut tam prolixus sim. Siquidem MUHAMMED, cum omnibus asseclis suis, proprio gladio jugulari poterunt: quando nebulo iste asserit x), Judæos ideo a Deo punitos fuisse, quod ad Mariam dixerint; *nos sane occidimus Christum JEsum, Filium Mariæ, Legatum Dei*. Hoc ipso quippe veritatem facti a Judæis patrati, confirmare eundem, necesse est. Nec obstat, quod dicat, hoc saltim *fuisse mendacium* magnum. Nam ipse ex vera historia, cujus Judæi optime sibi erant conscii, fabulam ac figmentum malitiose efformavit. Porro, quando crucem adeo infamem habent Turci, ut Christianos, fidei salvificæ nuncium missuros, ad perfidiam Muhamedis ne admittant quidem, nisi eandem ter pedibus conculcatam consputamque abominentur, seque nil pejus odisse, professi fuerint y). Eo ipso, inquam, clarissime erroris ac malitiæ suæ convincuntur. Nisi enim Christus vere & realiter in cruce passus esset, ac vitam suam finiisset; & hoc præterea revera contigisse, ipsis non esset notum; certe, talia in ejus ignominiam, & ludibrium, eorum, qui Christi nomen profitentur, nequaquam agerent. Siquidem non-entis nulla foret scientia. Atque ita, ut opinor, nihil jam amplius superent, quod veritatem ac realitatem passionis Christi, ejusque certitudinem, dubiam ac suspectam reddere possit: quam ideo contra Muhamedanos z), & similes, prolixius

 asserere

t) l. 37. Conf. Nizzachon vetus p. 10. & p. 239. in Telis igneis Satanæ, editis a WAGENSEILIO. u) in pugione fidei, Part. III. Dist. 3. c. 16. §. 45. p. 871. Edit. Lipsiens. 1687. Parisiensis autem 1651. p. 678. x) Seil Sura IV. 156. y) Ut observat. Theod. HAKSPANIUS, in dialogo de Passione Dominica; qui extat in ejus Syllog. disp. Theol. Philol, p. 546. seq evolve in specie p. 550. z) Evolve interea Lud. MARRACCII Alcor. Tom. I.

asserere debui; quoniam in morte ac passione Christi *ratio formalis τῦ λύτρυ* redemtionis humanæ sita est. Forma vero dat esse rei, distingui & operari.

§. XXVII. Pergo jam, demonstrata veritate lytri redemtionis humanæ *metaphysica*, ad corroborandam ejus veritatem etiam *physicam*: ut constet, habere istud *λύτρον* utique eam naturam & proprietates, quæ ad ejus constitutionem præcise erant necessariæ. Scilicet, quoniam ejus exhibitio vires humanæ penitus excedebat, eo quod infinita Dei justitia peccatis erat læsa; hinc quoque requirebatur persona infinita, propria insuper virtute, pro peccatis Deo satisfaciendi instructa. Talis vero persona nulla neque in cœlo, neque in terra fuit, reperta. Quare ipse Deus, videns, nullum esse virum, qui *intercedat* (מפגיע) tunc suo ipsius brachio salutem afferre, decrevit (Jes. LIX, 16). Hinc opus erat, ut Filius Dei carnem humanam assumeret, & sic pro nobis *satisfacturus, esset Deus & homo simul*: *homo* quidem, ut posset pati & mori, & hoc modo pœnas pro peccatis hominem sustinere; *Deus* autem, ut ejus passioni ac morti a divina natura infinitus adderetur valor. Siquidem ideo Filius Dei humanam naturam in unitatem personæ suæ divinæ recepit; quoniam natura Divina per se passionis non fuit capax. *Λύτρον* itaque redemtionis humanæ persolutum, & consequenter justitiæ divinæ satisfactum est, a Christo Jesu, quatenus fuit *Θεάνθρωπος*, seu verus Deus & verus homo simul. CHRISTUM autem esse VERUM & NATURA DEUM, non autem *gratia* talem; multifariam potest probari. Et quidem I.) *ex æterna ejus generatione*, quando Deus Pater Ps. II, 7. expresse inquit: *Tu es filius meus, quolibet die genui Te* b). Certe, si Deus Messiam vocat *filium* a se *generatum*; necessario hic cum illo eandem debet habere essentiam: alias implicaret, & contradictionem involveret, genitum esse ex aliquo *proprie* loquendo, nec tamen eandem cum eo habere naturam ac essentiam. Nam gignens & genitus, proprie sumti, ejusdem sunt essentiæ. Unde II.) Scriptura S. Christum nonsolum proprie & absolute, sed etiam additis epithetis, vero ac soli Deo propriis *Deum* vocat. v. g. *ἀληθινὸν Θεὸν Deum VERUM* 1. Joh. V, 20. it. *τὸν μέγαν Θεὸν Deum ille MAGNUM*, Tit. II, 13. Sic porro

part. 3. p. 63. sq. & Tom. II. p. 173. sqq. ubi Muhamed hac in Parte confutatur pluribus. a) conf. Joh. FECHTII diss. ad Ps. II, 7. de generatione Messiæ æterna. Recusa Rost. 1717. G. W. KELLERI diss. ad loc. cit. Messiam esse Jehovam edit. Jen. 1716. Generationem quoque Messiæ æternam demonstravit God. WEGNERUS, in diss. de filiatione Messiæ æternæ ad Ps. LXXII, 17. hab. Regiom. 1697. b) conf. Jes. XI, 2. sqq. c. XLII, 1. Matth. III, 16. & vid. B. a SANDEN diss. de Divinitate Christi ex nomine יהוה Regiom. 1684. M. J. P. PFEIFFERUS ex Jes. XLV, 14. 15. probavit in pecul. diss. Christum esse verum Deum, prod. Regiom. 1685. ex Es. LXIII, 9 divinitatem Christi probavit J. H. BALTHASAR, in diss. h. l. hab. Gryphisw. 1719.

porro *absolute*, Christus Jer. XXIII, 6. c. XXXIII, 16. dicitur *Jehovah justitia nostra*. Jes. LXI, 1. 8. coll. c. LX, 22. appellatur *Jehovah, & quem unxit Jehovah, super quo est Spiritus Domini* b). Amplius etiam nomine *Jehovah*, Christus in V. T. insignitur Zach. XIV, 3. 4. Ps. XLVII, 6. coll. Marc. XVI, 19. Luc. XXIV, 50. 51. Act. I, 9. 10. 11. 12. *Adonai sedens super throno alto & elato*, quoque dicitur Jesa. VI, 1. 2. 3. coll. Joh. XII, 41. simulque a Seraphim religiose honorabatur c). Nullibi autem in Scriptura S. mera aliqua creatura dicitur Jehovah. In N. T. & speciatim Joh. I, 1. inquit Evangelista; *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat illud verbum*, propositione contra natnram, i. e. *verbum erat Deus*. Loquitur hic Evangelista de Christo λόγῳ d) non προφορικῷ, sed ὑποστατικῷ: de quo non dicitur: *ἐγένετο fiebat*; verum *ἦν erat*: quod **ERAT** in principio rerum omnium. *Dicitur vero λόγος filius Dei, quia ita se habet ad Patrem, ut λόγος ad mentem: non modo propter generationem passionis omnis expertem; verum etiam propter conjunctionem cum ipsius Patre. Fortasse etiam, quia eodem modo se cum Patre habet, ut definitio ad definitum* e). *Nam hoc quoque λόγος dicitur. Qui enim filium cognovit; Patrem quoque cognovit, ac brevis, compendiosa, facilisque paterna naturæ declaratio est filius. Omne enim quod genitum est, genitorem suum tacita quadam voce definit* f). Porro Act. XX, 28. legitur, quod *Deus proprio Sanguine Ecclesiam redemit*. An vero scimus, Christum Dei filium *tantum* carnem, & sanguinem assumpsisse Ebr. II, 14. ideoque de Deo Patre non *proprie*, sed saltem *κατ' ἀνθρωποπάθειαν* dicendum fore, *quod sanguinem habeat*, (si forte alicubi hoc diceretur); de Christo autem *vere & proprie*. Hinc ergo patet in isto Actorum loco non de Deo Patre, ut SOCINIANI contendunt), sed de Christo sermonem esse. Præter hæc etiam appellatur *κύριος*, quæ vox respondet Ebræorum אדוני. Sic 1. Cor. XV, 47. dicitur *Dominus e cælo*: quod de Christo, ratione solius humanæ naturæ, dici pon poterat. Act X, 36. nec non Rom. IX, 5. audit *omnium Dominus, ac Deus super omnia*, adeoque etiam cœli & terræ: Apoc. XVII, 14. c. XIX, 16. *Dominus Dominorum, & Rex Regum* audit. Quas denominationes omnes soli & vero Deo proprias esse, patet ex Matth. XI, 25. 1. Tim. VI, 15. Ergo rectissime colligitur, quod *Christus sit summus Deus*. Hæc erant nomina Divina, quæ Christo imponuntur, *essentialia*. Sed dantur adhuc alia nomi-

c) vid. interea D. J. G. ABICHTII, Gymn. Gedan. Rectoris, & S. S. Th. P. P. ibidem Excellentissimi, Fautoris ac Patroni mei colendissimi, diss. ad Jes. VI, 1. 2. 3. d) vid. hic B. a SANDEN diss. de λόγῳ æterno, & non a silentio prodeunte, Regiom. 1710. e) hæc verba Elias CRETENSIS ita explicat: *ut definitio naturam rei declarat, sic & subsistens Dei Verbum, naturam Patris demonstrat*. Conf. interea, ut clariora hæc fianr, *J. B. NIEMEIERI* diss. de iis, quæ τῷ λόγῳ distinguuntur, hab. Helmst. 1702. f) Verba sunt clari illius apud Antiquos Theologi *GREGORII NAZIANZENI* Orat. 36. p. 590. C. D.

nomina divina *personalia*, quæ æque Christo tribuuntur; scil. quando Rom. VIII, 31. coll. 32. dicitur *filius Dei proprius*, cujus *Pater proprius est* Deus, Joh. V, 18. *Filius unigenitus a Patre*, Joh. I, 14. scil. qui solus ex substantia Patris est genitus. Post v. 18. appellatur *filius existens in sinu Patris*, quo intimum Paternæ charitatis & naturæ secretum innuitur, coll. c. III, 16. 18. 1. Joh. IV, 9. Ebr. XI, 17. Eodem forte sensu, quo alias liberi e *lumbis* Gen. XXXV, 11. 1. Reg. VIII, 19. 2. Chron. VI, 9. vel *femore* Gen. XLVI, 26. Exod. I, 5. Jud. VIII, 30. aut *visceribus* Gen. XV, 4. c. XXV, 23. 2. Sam. XVI, 11. Jes. *XLIX*, 1. Ps. *LXXI*, 6. parentum prodire dicuntur. Ebr. I, 6. vocatur *filius primogenitus*, & Col. I, 15. 16. *primogenitus omnis creaturæ* g). Quoniam in ipso creata sunt omnia. *Filius angelis superior*, Ebr. I, 5. quia Deus nulli angelo dixit: *Tu es filius meus, ego hodie genui Te, &c. Filius Patri æqualis*, Joh. V, 17. 18. qui, ut una eademque essentia, ita etiam virtute, cum Patre eadem opera expediebat. Quod vero super hæc, etiam *additis Epithetis vero & soli Deo propriis*, Christus vocetur *Deus*, patet ex Rom. IX, 5. ubi Paulus eum vocat *deum benedictum in secula* h). Quæ verba periphrasin *summi Dei* omnino exprimunt, juxta Rom. I, 25. Nam si Christus tantum homo esset; determinatio ista in priori loco, *κατὰ σάρκα*, esset prorsus superflua. Johannes Apostolus in 1. Ep. c. V, 30. emphatice eum vocat VERUM DEUM, & *vitam æternam*. Ubi scopus Apostoli satis ostendit, Christum venisse, & verum Deum esse: quoniam totus in eo est, ut nos ad cognitionem veri Dei ducat; nos vero in illo vero Deo etiam esse doceat. Porro Tit. II, 13. Christus nominatur MAGNUS DEUS, (quo modo Daniel de Deo uno, solo & summo hæc verba usurpavit c. II, 45.) Et quoniam unicus tantum adhibitus est articulus; hinc i) etiam pro more Græcæ linguæ, nonnisi unicum tantum subjectum intelligendum est. Accedit, quod *apparitio ad judicium*, *SOLI FILIO TRIBUITUR*, conf. 2. Thess. II, 8. 1. Tim. VI, 14. 2. Tim. IV, 1. III.) Divinitas Christi probatur, quod ei *per se ac formaliter*, non secus ac Deo Patri, attributa Divina competunt, & in Scriptura S. etiam assimilantur. Sic enim dicitur *filius Dei ÆTERNUS*, Col. I, 17. Ebr. XIII, 8. Joh. I, 1. coll. c. XVII, 5. & imprimis Mich. V, 1. IMMENSUS & OMNIPRÆSENS, Joh. I, 18. Matth. *XVIII*, 20. c. *XXVIII*, 20. IMMUTABILIS, Ps. CII, 28. coll. Ebr. I, 12. *SANCTISSIMUS* Dan.

g) Non tamen ideo Christus cum *ARIANIS* & *SOCINIANIS* pro mera creatura, & quidem ob hunc locum, pro *primo creato*, vel præstantissima atque nobilissima omnium creaturarum habendus est: pro Orthodoxis primogenitus hic sit, qui *ANTE omnes creaturas*, genitus est, &c. conf. Seb. *SCHMIDII* Colleg. Bibl. V. T. posterius p. 303. sq. h) lege B. Joh. *CARPZOVII* diss. ad Rom. IX, 5. de Divinitate Christi, Lips. 1697. i) conf. Exc. STOCKII Interpr. Græc. §. 10.

Dan. IX, 24. OMNIPOTENS Joh. X, 28. Apoc. I, 8. OMNISCIUS Joh. II, 25. c. XX, 17. BEATISSIMUS, & *αυταρκέστατος* Joh. XVI. 15. GLORIOSISSIMUS Joh. XVII, 5. 1. Cor. II, 8. Similiter etiam Christum pro Deo agnoverunt *dæmones ipsi*, de quibus Matth. VIII, 29. *centurio* iste, qui morti Christi ejusque crucifixioni præsens, juxta Matth. XXVII, 54. Marc. XX, 39. &c. Supersunt quidem adhuc alia argumenta, quibus orthodoxa de Divinitate Christi sententia solide potest defendi, e. g. *quod ei CREATIO competat*, Joh. I, 3. coll. I, 16. Ebr. I, 2. coll. Jes. IX, 5. ac uti hic dicitur *pater seculi*; ita ibi *per ipsum secula* Deus fecit. Sic Jes. XLVIII, 16. qui in tempore *missus* fuit *a Jehova*, dicitur *a tempore ibidem fuisse, quo* terra, cujus v. 13. fit mentio, *extitit*: quippe *quam manus ejus fundarit*, & *cujus dexteris extenderit cælos*, ibid. Adde, *quod ei cultus divinus sit deferendus*, juxta Ebr. I, 6. quam divinæ adorationis gloriam nulli alias dare voluit Deus, Jes. XLII, 8. c. XLVIII, 11. *quod ipse Deus eum expresse vocat filium suum*, Ps. II, 7. Ebr. I, 5. Matth. III, 17. c. XVII, 5. & similia. Quibus tamen, ob brevitatis studium, non diutius immorabor, Judæorum vero, Muhamedanorum, Arianorum, Socinianorum, & ejusdem farinæ hæreticorum objectionibus, sufficienter responderunt alii k): quos vide. Hoc saltem addo, quod, ubi in Jes. LIII, 9. de isto *servo Dei*, qui est *Messias*, dicitur: *nemini ipsum injuriam fecisse, neque dolum in ejus ore fuisse inventum*, & v. 11. *per sui cognitionem multos justificaturus asseritur*; unde & 1. Petr. I, 19. quando vocatur *agnus immaculatus* & *incontaminatus*; luculenter hæc quoque de Divinitate Messiæ, Eo quod sunt prædicata, soli Deo propria. Quoniam *omnes homines sunt peccatores, & carent gloria Dei*, (Rom. III, 23.) ac præterea *solus Deus justificare potest*, (Rom. VIII, 33. coll. Jes. I., 8.) id quod in superioribus, pluribus jam sunt prosecutus.

§. XXVIII. Nunc etiam demonstrandum est, Christum tanquam *verum & summum Deum*, fuisse quoque hominem *verum & proprie* dictum. Huc vero constat I.) quod in Scriptura S. sæpe numero HOMO appellatur, vel *Filius hominis* l), ut Matth, VIII, 20. Se ipsum *hominem* vocat Joh. VIII, [illegible] Luc. XXIV, 47. adde 1. Tim. II, 5. Joh. XVIII, 29. Audit etiam *semen mu*[illegible] Gen III, 15. *Filius Abrahæ*, Matth. I. 1. *Davidis*, Matth. XXII, 42. II.) Christus perinde, ut

Ttttt alii

k) Scil. Dn. Præses in Diatr. ad Gen. I, 26. quæ pluralitatem personarum Divinarum potissimum ex plurali אלהים adstruit. H. A. Engelcke in diss. ad Art. III. Aug Conf. de Christo. Edit. Rost 1711. item Frid. Deutsch in diss. de SS. Trinitatis mysterio contra Socinianos, excusa Regiom. 1693. l) conf. D. J. DEUTSCHMANNI diss. de Mysteriologia Christologias biblicæ per illustre nomen Filii hominis revelata. Witteb. 1691. ὡς ἐν παρόδῳ hic commendo B. a SANDEN diss. duas de Sanctissimo nomine Christi, Regiom. 1702. 1706. in ejusdem diss. de Sanctissimo nomine JEsu, Regiom. 1702.

alii homines, habuit Corpus ejus ipsa passionis historia satis confirmat: interim speciatim mentio fit *corporis* ejus Matth. XXVI, 12. 26. 27. 28. Ebr. X, 5. *ossium* Luc. XXIV, 39. Joh. XIX, 35. 36. *carnis* Luc. XXIV, 39. *sanguinis* Matth. XXVI, 28. Joh. VI, 54. *capitis* Matth. XXVII, 29. Joh. VI, 5. *linguæ & palati* Psl. XXII, 16 & 17. *manuum & pedum*, quæ confossa conqueritur m); *Animam* vero Christum etiam habuisse, patet ex Joh. X, 15. ubi dicitur *vitam suam pro ovibus ponere*: quia vita *animæ* effectus est. Matth. XXVI, 38. *anima ejus* ad mortem usque *tristis* fuisse narratur. Fuit præterea *anima* ejus *rationalis*, & *intellectu* sapientiæ capace *prædita*, Luc. II, 39. Joh. V, 21. III.) Christum fuisse verum hominem, evincunt etiam *attributa humana*, quæ ipsi tribuuntur, ut sunt *contristari*, *lacbrymari* n), *turbari animo*, *lætari*, conf. XIX, 41. Matth. XXVI. 39. Joh. XI, 33. 38. Luc. X. 21. item *operationes humanæ*, ut *loqui*, Luc. X, 21. *velle* Job. V, 21. *intelligere* Joh. XIII, 3. *edere* Luc. XXII, 8. c. XXIV, 43. c. XXI, 5. coll. 12. 13. *bibere*, conf. Marc. XV, 36. Matth XXVII, 34. 48. Joh. XIX, 29. 30. Cæterum, quæ Jes. LIII, 8. 9. 12. dicuntur, quod mortuus & sepultus sit, nec non 2. Petr. I, 19. de Sanguine ejus proferuntur; ea inquam, satis manifeste etiam Christi humanitatem declarant & probant. Quare jure meritoque MANICHÆORUM, VALENTINIANORUM, MARCIONITARUM, aliorumque damnamus hæreses. Quorum illi Christi corpus *merum* tantum *Schema* ac *phantasma* aliquod, adeoque imaginarium; hi vero idem ex *materia* aliqua *cœlesti* elaboratum fuisse, impie contendebant. Nam ea, quæ de vera humanitate Christi, ex Scriptura Sacra attuli documenta, satis evincunt, Christum non κατὰ δόκησιν, sed κατ' ἀλήθειαν & *proprie* fuisse hominem. Dantur itaque in Christo, quatenus est θεάνθρωπος, *duæ naturæ*; altera divina, humana altera: & secundum utrumque etiam *mediator* noster coram Deo factus est, quando λύτρον redemtionis nonsolum, ut verus homo, sed etiam ut verus Deus nostri loco persolvit. Quod autem *Satisfactio* Christi competat secundum *utramque naturam*; patet exinde, quoniam neque caro sine Deitatis communione, neque Deitas sine carnis communione, ad explendas officii mediatorii partes, sufficiebat: ceu ex antecedentibus jam notum erit. Ergo propter Satisfactionem, & opera officii Sacerdotalis, fieri debuit unio divinæ & humanæ naturæ; & ex hoc sequitur, utram

m) Textum Ebræum, quod hoc loco a Masoretis non sit corruptus, strenue defendit A. PFEIFFERUS in diss. ad hunc locum de כארי cruce Criticorum, rec. Witteb. 1705. it. J. WELLERUS a Molsdorff in *Spicilegio Quæst. Ebr. Syr.* ex Edit. HILLIGERI p. 30. sq. qu I. n) Notabile est, non legi in Scriptura S. Christum unquam risisse. Elegans hanc in rem dissertatio, quam conscripsit J. HILDEBRANDUS in lachrymis Christi, quæ prod. Helmst. 1714.

utramque Christi naturam etiam ad Satisfactionem, concurrere. Quoniam nulla alia ratio unionis duarum naturarum hypostaticæ, præter concursum ad Satisfactionem & peccatorum expiationem, dari potest. Si enim divina natura ad opus redemtionis nihil contulit; passio & mors Christi non haberet infinitum valorem: qui tamen necessario hic requiritur. Et si Christus tantum, secundum humanam naturam, est mediator noster; facile posset defendi, ejus incarnationem plane fuisse superfluam ac non necessariam. Ratio est, quia Deus facile potuisset creare alium hominem Sanctum, qui *mediatoris* officio fungeretur, & satisfaceret. Accedit his, quod etiam secundum divinam naturam, Christus Deo mundum reconciliasse 2. Cor. V, 19. & hinc secundum Divinam naturam *Mediator* noster esse, expresse legatur: conf. 2. Cor. II. 8. Actor. III. 15. Rom. VIII. 32. 1. Joh. V. 5. sq. Luc. IX. 56. Eleganter quoque sententiam nostram confirmat dictum istud 1. Tim. II. 5. *unus est mediator inter homines & Deum, homo* JESUS CHRISTUS; *qui se ipsum dedit ἀντίλυτρον &c.* Patet hinc, Christum esse mediatorem *secundum utramque naturam.* Id quod pulcherrime Arabs in Bibliis Polygl. Lond. exprimit, quando de Christo dicit, quod dederit ἀντίλυτρον ذاته; nam vox ذات nonsolum *animam* seu *rem ipsam*, sed præterea quoque *essentiam*, absolute *divinam*, & *ipsum Deum significat* o): sensusque dicti illius huc redit: unus ast mediator inter Deum & homines, homo JESUS CHRISTUS, *qui essentiam suam Divinam, quæ ipse Deus erat*, dedit in ἀντίλυτρον &c. Et certe, quia debuit esse medius inter Deum & hominem, ex utroque etiam participavit. Hinc etiam IRENÆUS p) Ebionitas ita solide confutat, inquiens: *quomodo possunt salvari? nisi Deus est, qui salutem ipsorum super terram operatus est; & quem ad modum homo transiet in Deum? si non Deus in hominem.* Quæ ex Irenæo citavit THEODORETUS q) scribens: ἀνακρίνει δὲ καὶ τοὺς ἠβιώνας. πῶς δύνανται σωθῆναι, ἐν μὴ ὁ θεὸς ἦν, ὁ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἐπὶ γῆς ἐργασάμενος; ἢ πῶς ἄνθρωπος χωρήσει εἰς θεὸν, εἰ μὴ ὁ θεὸς ἐχωρήθη εἰς ἄνθρωπον, i. e. *percontatur etiam ex Ebionitis, qua ratione salutem adipisci queant? si Deus is non sit, qui salutis ipsis afferendæ munere in terra perfunctus est: aut quo pacto homo in Deum migrare queat? si Deus in hominem haudquaquam immigravit.* Verba Irenæi; *quomodo possunt salvari?* bene explicant ista FULGENTII r): *nullatenus namque humana*



o) vid. J. GOLII Lex Arab. p. 894. p) Lib. IV. adversus Hæres. cap. 59. q) Dialog. II. qui *inconfusus* dicitur, Oper. Tom. IV. p. 87. r) quæ habet libr. de Incarn. & grat. Domini nostri c. 4. p. 704. sqq.

*mana natura ad auferendum peccatum mundi sufficiens atque idonea fieret; nisi unione verbi Dei, non naturali confusione, sed solum personali unitate transiret.*

§. XXIX. Sed obstare videtur huic nostræ Sententiæ, qua Christus mediator noster *secundum utramque naturam* asseritur, illud, quod passio & mors Deitati per naturæ conditionem non competunt: cum tamen ad ejus officium mediatorium præcipue requiratur, ut etiam nostri loco mortem vicariam subiret, (conf. 1. Tim. II, 5. 6). Scilicet THEOPASCHITARUM error est, passionem *subjective* & *formaliter* divinitati tribuentium: & PAPISTARUM aliorumque heterodoxorum hæresis, qui Christum mediatorem saltem *secundum humanam naturam* agnoscunt. Resp. autem, verum quidem esse, Deitatem crucifigi & mori non potuisse. Sed quoniam filius Dei naturam humanam in unitatem suæ personæ assumpsit, & hoc ipso omnia sua idiomata ei appropriavit; tam vere est passus & mortuus in propria sua carne, quam si passionem in ipsâ sua natura divina sustinuisset. *Nudo* enim *homini*, etsi sanctissimo, impossibile tamen erat, infinitam Dei iram placare, & peccatorum remissionem impetrare: hinc etiam *Deus mediator* noster esse debebat. Cum mortem nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Et in eo consistit tertium illud communicationis idiomatum genus, quod Christi utraque natura agit, cum communicatione alterius, quod sibi proprium est. Ut λόγος operetur, quod λόγου est; caro autem seu humana natura exequatur, quæ carnis seu humanæ naturæ sunt. Sed citra heterodoxias suspicionem dicere possumus, *Deum ipsum pro nobis esse passum, ipsum pro nobis esse mortuum*: non quidem secundum proprietatem naturæ; sed secundum unionem personæ s). Nam humanæ naturæ est, pati; divinæ autem naturæ est, passioni addere infinitum valorem, ut passio ista Deum iratum placare queat. Neutiquam tamen in operando una natura ab altera debet separari; cum ambæ agant conjunctim, & cum communicatione invicem alterius. Sic quando 1. Cor. XV, 3. Gal. I, 4. Eph. V, 2. &c. dicitur: *Christum mortuum esse* pro peccatis nostris; *CHRISTUM JESUM dedisse se ipsum* pro peccatis nostris; *CHRISTUM dedisse se ipsum pro nobis oblationem, & victimam in odorem bonæ fragrantiæ*: aut 1. Joh. III, 8. Luc. IX, 56. *Filium* DEI dissolvisse opera Diaboli, *Filium hominis* venisse, salvatum animas. Hæc omnia sunt ejusmodi propositiones, quarum prædicatum est operatio ad officium CHRISTI pertinens: *subjectum* autem est nomen *concretum*, sive ab

s) Conf. J. N. QUISTORPII diss. de hymni Passionalis o Traurigkeit, &c. verbis: GOtt selbst liegt todt, edit. Rostoch. 1704.

ab utraque; (ut in prioribus), sive ab una natura, (ut in posterioribus), personam Christi denominans. Cæterum fundamentum habere hanc propositionem: *Christum*, quatenus fuit verus Deus, etiam *pro nobis esse mortuum*, in Scriptura S., inde patet; quoniam 1. Tim. II, 5. mediator inter Deum & homines vocatur *homo & simul Deus*: Act. XX, 28. dicitur, *ipsum Deum* proprio Sanguine redemisse ecclesiam: 1. Joh. I, 7. Sanguinem *JEsu Christi Filii Dei* nos mundare a peccatis. In quibus locis omnibus, etsi de Deitate in se spectata non potest dici, quod habeat sanguinem; quoniam tamen Filius Dei humanam naturam in unitatem personæ suæ divinæ recepit, adeo ut hæ naturæ arctissime, & modo inperscrutabili in eo sint conjunctæ; rectissime potes dicere, sanguinem istum, quem Christus pro nobis in cruce effudit, esse sanguinem ipsius Dei? eo quod per οἰκείωσιν Deus sibi vendicat, quæ sunt hominis; & contra homo, quæ sunt Dei. Prorsus itaque exulat ἀλλοίωσις illa ZWINGLII CALVINIANORUMque, quando una natura nominatur, altera vero tantum intelligitur, vel, qua de altera in Christo natura loquentes, alterius vocibus utimur. Sic e. g. cum dicitur: *Filius Dei est passus*, Zwinglius cum asseclis intellexere per subjectum, nempe personam Filii Dei, illam tantum naturam, cujus proprium in prædicato exprimitur, nempe humanam, quasi sensus sit: Filius Dei, i. e. humana natura Filio Dei unita est passa. Similiter hæc propositio: *Dominus gloriæ est crucifixus*, juxta eos ita esset resolvenda; caro, sive humana natura, Domino gloriæ unita, est crucifixa. Sed præterea, quod stante hac sententia, cadit unio personalis, & Nestoriana naturarum divulsio sequitur: cessat etiam omnis vera & realis κοινωνία, totumque redemtionis & salutis nostræ mysterium penitus evacuatur. Nihil magis etiam ridiculum est, quam ista analysis: *Verbum*, i. e. humanitas caro facta est: *Deus est passus secundum humanitatem*, i. e. humanitas passa est, secundum humanitatem. Explodimus ergo ineptam istam ἀλλοίωσιν: & cum nostratibus jure meritoque defendimus, quod, sicut Filius Dei carnem assumpsit in unitatem personæ suæ; ita ut assumta caro *vere* sit Filii Dei caro: ita etiam *vere & realiter* passus sit Filius Dei in assumta carne. Adeoque quando dicimus, *Deus*, vel *Filius Dei est passus*; hanc propositionem ita intelligimus: Divina persona passa est, secundum naturam humanam, in personalitate divina subsistentem. Ut ita passionis principium *quod*, sit ipsa persona divina, seu *Deus*; & principium *quo*, natura *humana*. Hanc vero nostram assertionem in Scriptura S. fundamentum habere, & præterea nudum hominem, vel meram aliquam creaturam t), ad opus redemtionis



t) Idem etiam veteribus Judæis visum fuisse, scil. genus humanum per nudam ac meram

nis humanæ perficiendum, non fuisse sufficientem; id jam ex superioribus abunde constat.

§. XXX. Christus itaque ipse DEI Filius lytron redemtionis humanæ persolvit, quando pro hominibus u) passus ac mortuus est. *Solus* autem Christus est passus, non ut SABELLIANI contendunt; qui, quoniam Patrem, Filium & Spiritum S. unam eandemque esse personam, tria saltem nomina habentem, asserebant: ita etiam Filio passo, Patrem & Spiritum S. passos esse, docebant. Sed falso, cum Deus non sit passus in essentia; sed incarnatus, in propria sua carne mortem sustinuerit. Præterea Christus *unicus* & *solus* est mediator inter Deum & homines; non, ut Papistæ somniant x), qui in opere mediationis & intercessionis, Christo associant Mariam virginem, & sanctos defunctos. Sed ignorat Scriptura S. omnes alios mediatores, præter Christum; qui *solus torcular calcavit*, Jesa. LXIII, 3; & qui *unus est mediator inter Deum & homines*, 1. Tim. II, 5. Hinc merito a silentio Scripturæ ad totalem ejus rei negationem concludimus. Et, si etiam maxime quis Sanctorum potuisset pro aliis satisfacere; neque tamen constaret, voluisse eum, aut Deum sponsorem voluisse recipere, inquit DANNHAUERUS y). Hinc, quoniam nullus Sanctorum, sit quisque sit, pro hominibus mortem atque pœnam vicariam sustinuit, & hoc modo eorundem peccatis satisfecit, nisi *solus Christus* z): ideo nullus alius etiam mediator inter Deum & homines esse potest; præter *solum Christum*. Omnem enim Satisfactionem, & consequenter intercessionem alienam refellit illud Ps. XLIX, 8. 9. Ex his omnibus colligas, quam *excellens ac pretiosum* sit λύτρον istud redemtionis humanæ, a Christo persolutum: quando ipse Deus proprio suo sanguine nos redemit. Quod Petrus in loco nostro, pretiosius esse asserebat omni auro, ac argento. Eo quod incorruptibile est, & habet infinitum valorem; cum sit ipsius Dei sanguis proprius Act. XX, 28. cui merito nihil potest comparari in cœlo nec in terra: & qui tam efficax

non posse redimi; ex ipsorum Rabbinorum scriptis probavit Raym. MARTINI in pugione fidei, p. 621. seq. Edit. Lips. 1987. sed Paris. p. 494.

u) Et quidem pro solis hominibus, non vero pro Angelis, utpote quorum naturam non assumpsit, Ebr. II, 2; neque pro se ipso, quia neque peccator, neque offendens fuit. x) Ipsa Pontificiorum variorum ex Scriptis suis verba diligenter collegit M. J. GUNTHERUS in demonstrat. solida ex Epist. ad Rom. quod Ecclesia Lutherana sit Apostolica. Romana vero Apostatica, c. III. p. 50. seq. prod. Lipsiæ, 1711. in 4t. y) in Hodomor. Spiritus Pap. Tom. II. Phantasm. XI.; p. 878. seq. z) Mortem Christi pœnæ vicariæ rationem habere, contra Socinianos & alios fuse defendit Guil. OUTRAM in Tr. de Sacrificiis lib. II. c. 5. p. 295. seq.

cax est, tantaque virtutis, ut vel unica ejusdem guttula a), omnia totius mundi peccata delere queat. Quando ergo solus Christi sanguis nos mundare potest a peccatis 1. Joh. I, 7., & consequenter infinitæ justitiæ divinæ pro nobis satisfacere; utique ipse est infinitus, & ita universos totius mundi thesauros pretiositate infinitis modis superat. Quicquid enim *absolute & in se* diuturnius est, est etiam præstantius.

XXXI. Ad veritatem tandem lytri redemtionis humanæ *logicam* referas, quod λύτρον redemtionis humanæ etiam pro tali agnoscendum & habendum sit, quale revera est: nimirum, quod sit λύτρον *vere* & *proprie* dictum; non autem *improprie* tale, ut SOCINIANI b) contendunt: item quod sit *universale*, pro *omnibus* hominibus, omnibusque eorum peccatis; non vero *particulare*, ut CALVINIANI volunt, & tantum pro *solis* electis a Christo persolutum. Quod λύτρον hocce sit *proprie* dictum tale; inde constat, quoniam illud consequitur Satisfactio pro peccatis nostris *proprie* talis: quæ est pœnalis. Nam Christus hoc redemtionis λύτρον persolvens, eo ipso non tantum voluntati divinæ, sed etiam pro assumtis in se, & portatis peccatis nostris, justitiæ satisfecit. Et hanc Christi pro peccatis satisfactionem proprie talem probamus, α) *quoniam Christus peccata nostra portasse, in Scriptura S. expresse asseritur.* Portare autem peccata, sensu Biblico, nihil est aliud, quam *pœnas peccati in se recipere*, & *sustinere*; atque ita luitione pœnarum, pro peccatis satisfacere. Et sic legitur *Christus tulisse langvores nostros*, & *peccata nostra portasse* Jesa. LIII, 4. *peccata nostra ipsemet sursum tulisse in corpore suo super lignum* 1. Petr. II, 24. *agnus Dei portasse peccata mundi* Joh. I, 29. Non obstat Socinianorum ista objectio, *portare peccata* simplicem saltem eorum ablationem involvere, e. g. Exod. XXXIV, 7. & Num. XIV, 18. ubi etiam de Deo dicitur, quod *portet iniquitatem*, scil. non ferendo, sed condonando: adeoque hoc ipso isti satisfactionem Christi pro peccatis, ex hac phrasi colligi non posse, clamant. Sed pro diversitate subjectorum, phrasis hæc etiam diversimode est explicanda. Nam aliter Deus portat peccata, aliter vero Christus. Iste quidem dum ea remittit & *aufert*, ita, ut etiam pœna removeatur; hic vero dum pro iis patitur

a) Scil. si sanguis Christi spectatur in se, & sua natura. *Si vero consideretur decretum Dei de effundendo sanguine Christi ad mortem usque; una gutta sanguinis Christi ad satisfactionem non fuit sufficiens. Siquidem propter unius guttæ sanguinis Christi effusionem, non secuta fuisset mors ipsius. Conf. interea HUNNII & WEGNERI diss. de Sanguine Christi supra §. XVII. n. 102. citatas.* b) Optandum utique foret, ut horum saltem nomina nunc nota essent: sed sicut execrabilis illorum hæresis priscis temporibus jam altas radices egit; ita proh dolor! hac nostra ætate de novo in Anglia caput extollere videtur. Quod vero Deus clementissime prohibeat!

titur. β) *Quoniam Christus propter peccata nostra substitutive, seu vice & loco nostri est passus & mortuus.* Nam ob scelera nostra vulneratus est, castigatio pacis nostræ super ipsum erat Jesa. LIII,5. propter peccata nostra traditus est, Rom. IV, 25. c. V, 28. pro peccatis nostris mortuus est secundum Scripturas 1. Cor. XV, 3. Christus se ipsum tradidit pro nobis, ut nos redimeret ab omni injustitia Tit. II, 14. Hæc & similia dicta passionem ac mortem Christi fuisse vicariam, satis superque testantur. Siquidem particulæ ἀντὶ & ὑπὲρ idem significant, quod *vice* seu *loco*, & quasi significatum *permutativum* c) sustinent. Conf. 2. Sam. XVIII, 33. Rom. IX, 3. 2. Cor. V, 20. (γ) *Quia Christus victima pro peccatis factus est.* Dixerat enim Jesaias, Messiam positurum אשם seu *sacrificium pro reatu.* Ipse est, qui per se ipsum peccatorum nostrorum expiationem fecit Ebr. I, 3., qui per immolationem sui ipsius peccatum e medio sustulit Ebr. IX, 26., qui se ipsum dedit ἀντίλυτρον pro omnibus, 1. Tim. II, 6. Et hanc Christi mortem *vicariam* clarissime præfigurarunt victimæ illæ V. T., de quibus jam suo loco diximus. Hic id saltem addo, mortem Christi pro nobis ita fuisse comparatam; ut nihil aliud eandem consequi potuerit, quam vera & plena satisfactio. Mortem enim ideo sustinuit, quoniam ipsa erat stipendium & pœna peccati, cujus Christus se particeps fecerat: quæ tamen non solum fuit finita, sed & simul infinita, ratione valoris ex personæ patientis dignitate. Ideoque contra SOCINIANOS recte defendimus, Christum pœnas infernales passum esse: licet hic easdem non senserit *extensive*, si æternam earundem, & nunquam finiendam cruciatuum infernalium durationem spectes; sustinuisse tamen *intensive*, seu quoad vim, rigorem, acrimoniam, pondus, extremitatem & substantiam. Cum tantum intensio sit de essentia pœnarum infernalium; extensio autem tantum accidens ex conditione subjecti finiti, non ex ipsa natura pœnarum infernalium promanans. Certe, quando Christus in cruce Matth. XXVII, 46. clamavit: *Deus mi! Deus mi! quare dereliquisti me* d)? tunc omnes omnino cruciatus & dolores, quos saltem mente assequi licet, sustinuit. Siquidem *maledictus pro nobis factus erat*, Gal. III, 13. Nam minime opus fuit, ut Christus hoc modo nostri loco in æternum cruciaretur: quoniam fuit persona infinita. Quas tamen inferni pœnas damnati in æternum cum non possint exhaurire, ideo in æternum easdem sentire coguntur. Ideoque Christus cruciatuum *extremitatem* sustinuit; sed *æternitatem* sustinere non debuit. Liquet hoc exinde, quia, licet culpa in se sit finita; infinita tamen redditur,

c) Conf. Exc. STOCKII Interpr. Gr. §. 234. & §. 242. d) Vindicias horum verborum in pecul. diss. exhibuit D. M. SCHREIBER Regiom. 1716.

ditur, quoniam Deus infinitus illa læditur. Similem in modum mors Christi, licet in æternum non durarit, infinita tamen est; quia persona infinita illam sustinuit. Id quod etiam de pœnis infernalibus asserendum est. Et sane, ubi Christus in cruce clamavit: *consummatum est* Joh. XIX, 30; hac unica voce, tanquam sigillo confirmare voluit absolutissimum passionum suarum complementum, ac perfectissimam eorum omnium præstationem, quæ in V. T. de eo præfigurata, & ab illo tanquam Vade & Sponsore exigi poterant, conf. Joh. XIX, 28. Ex hactenus dictis itaque satis SOCINIANORUM errores, quibus passionem & mortem Christi vicariam summo studio annituntur evertere, refelli possunt. Objiciunt enim, satisfactionem hanc Christi pro peccatis nostris esse *improprie* dictam, & *metaphorice* talem: quoniam per *acceptilationem* partis læsæ sit facta. *Quasi Deus de jure suo ex peculiari quodam benignoque favore aliquid remiserit, & peccata hominum non ex rigore justitiæ suæ punire voluerit.* Nec in hoc subsistunt: quin adhuc clament, eam plane esse superfluam. Quoniam Deus ex mera sua misericordia, peccata, etiam citra satisfactionem, potuit remittere. Adeoque Deum ipsum ex parte injustitiæ insimulant, quod scilicet innocentem pro iisdem interfici concesserit. Sed negamus, satisfactionem Christi pro peccatis nostris fieri per *acceptilationem*, & hoc modo liberationem ac vitam *precario* obtineri, per meram Dei indulgentiam ac misericordiam: eo quod facta est integre, ex justitia judicis, & persolutione rei debitæ e), quæque liberationem ac vitam consequitur *meritorie* f). Præterea, *potuit* quidem Deus per potentiam absolutam, sine satisfactione peccata remittere; sed quæritur: *an* etiam *voluerit* peccata h. m. condonare, & re ipsa sine satisfactione condonaverit? Id quod negatur. Obstat enim ejus justitia, quæ pro offensis satisfactionem requirit. Nil juvat hic ad homines provocare; qui injuriam illatam sæpe numero sine satisfactione, & debita citra solutionem remittunt. Nam inter Deum & homines magna est differentia. Deus enim non solum est persona læsa, sed etiam supremus Judex; cui, ob infinitam suam justitiam incumbit, peccata non impunita dimittere; sed satisfactionem exigere. Siquidem *justus est Jehovah, & rectum* quodlibet *judiciorum ejus*, Ps.

 CXIX,

e) Elegantem hanc in rem Christi cum morte Dialog. exhibet MACARIUS Ægyptius, Hom. XI. §. 10. p. 142. seq. Edit Lips. 1714. Adde J. W. JÆGERI diss. de Pretio Redemtionis per Christum accurato & ἰσοῤῥόπῳ, quæ prod. Tub. 1716. f) SOCINIANI quidem ex 1. Petr. II, 21. inferunt, Christum non vere pro peccatis nostris satisfecisse; sed ipsum passione hac nobis exemplum duntaxat dedisse. Verum hos & alios hæreticos docte refutavit Val. ALBERTI in pecul. diss. ad h. l. de passione Christi meritoria & exemplari, edit. Lipsiæ 1695.

CXIX, 137. Aliter vero se res habet cum hominibus: qui, etsi injuriam illatam, vel debita condonant; nihil ominus tamen justitiæ, quæ a Magistratu, aut illo, qui ejus vices gerit, administratur, suum relinquunt negocium. Quoniam in superioris potestate adhuc situm est, non obstante facta a parte læsa condonatione, ex præscripto legis, & secundum justitiam cum lædente adhuc procedere. Imo, quando Christus Deo, nostri loco, satisfecit; magna nihilominus Dei erga homines bonitas ac misericordia elucescit, (quam nemo satis eloqui potest, etsi etiam ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων præditus esset, 1. Cor. XIII, 1. Quod, dum pretium exigit, & pœnas debitas a nobis postulat, ex sua tamen misericordia, cum non essemus solvendo, redemtionem nostram, per filium suum instituendam, decreverit, & re vera præstandam curarit. Jam itaque satisfactionem Christi pro peccatis nostris, non per solam ac nudam acceptilationem factam; sed non prius, quam λύτρον sufficiens pro peccatis esset solutum, insecutam esse; evincunt loca sequentia, scil. Matth. XX, 28. Marc. X, 45. 1. Tim. II, 6. Eph. I, 7. Col. I, 14. Rom. III, 24. Ebr. IX, 12. Gal. III, 13. c. IV, 5. 1. Petr. I, 18. 19. 2. Petr. II, 1. Apoc. XIV, 3. 4. 1. Cor. VI, 20. c. VII, 23. Reliquis SOCINIANORUM contra satisfactionem Christi pro peccatis nostris objectionibus, non minus docte, quam sufficienter responderunt alii g), quos vide.

§. XXXII. Postquam itaque vidimus, satisfactionem pro nobis a Christo præstitam, esse *proprie* talem; nunc etiam ad alterum membrum progrediendum est, quod veritatem lytri hujus logicam constituit. Ut etiam nobis constet de ejusdem *universalitate*: quod omnes homines concernat, & omnia eorum peccata exhauriat. Certe, si meritum Christi ad omnes se extendit homines; necessario Christus etiam pro omnibus satisfecit h). Hoc vero varie pro-

g) Conf. Guil. OUTRAM in Tr. de Sacrificiis, lib. II. c. VI. J. A. SCHMIDII diss. de veritate Satisfactionis contra Socin. edit. Helmst. 1709. P. P. PESAROVII diss. de Satisfactione Salvatoris nostri pro peccatis, contra Socin. hab. Regiom. 1705. Mich. WALTHERI diss. ad Jes. LIII, 5. 6. & 1. Tim. II. 5. 6. de Satisfactionis Christi certitudine recus. Witteb. 1718. Sed monendum adhuc est, cavendum esse, ne putemus, nos ipsos in Christo esse punitos, quando sæpe dictum est, Christum pœnas peccatorum nostri loco dedisse. Nam in eum, qui in alio punitur, etiam mala ipsa illata redundant. Quemadmodum parentes in filiis suis sæpe punitos asserimus: quando ex horum calamitatibus, damnum, dolor, infamia, ceu pœna aliqua ad illos redit. Sed in pœnis, quas Christus nostri loco sustinuit, res aliter est comparata. Utpote ex quibus non solum nihil mali aut damni, sed potius peccatorum nostrorum remissio & salus æterna fluit. Hinc aliud est, *nos in Christo*, ac *Christum pro nobis* pœnam luere. Nam ex pœnis Christi nullum damnum capimus, sed eædem eo potius pertinent, ut nos a pœna liberent.

h) Nam Satisfactio & meritum Christi diversis respectibus ab invicem differunt: scil. *Satis-*

probatur, I.) quia meritum Christi ad totum mundum trahitur, ut Joh. I, 29. *Ecce! agnus Dei, qui tollit peccata mundi* 1. Joh. II, 2; *Christus est propitiatio* i) *pro totius mundi peccatis.* II.) *Ex dictis manifeste universalibus*, e. g. Jesa. LIII, 6. nos *omnes* quasi oves erravimus, *unusquisque* in viam suam declinavit, & posuit in eo Deus nostrum *omnium* iniquitatem: Rom. VIII, 32. Deus proprio filio non pepercit, sed pro nobis *omnibus* tradidit illum: 2. Cor. V, 14. si unus pro *omnibus* mortuus est, *omnes* mortui sunt: Ebr. II, 9. Jesus, Dei gratia, pro *omni* gustavit mortem: 1. Tim. II, 6. JEsus se dedit ἀντίλυτρον pro *omnibus.* III.) *Quoniam meritum Christi etiam ad reprobos, & in sua culpa pereuntes extenditur.* Sic dicitur Rom. XIV, 15. ne cibo tuo *illum perdas, pro quo* Christus mortuus est: 1. Cor. VIII, 11. & *peribit frater infirmus* in tua Scientia, *propter quem* Christus mortuus est: 2. Petr. II, 1. inter vos erunt *Pseudo-Doctores*, qui subinducent hæreses perditionis, & *eum*, *qui mercatus est illos*, Dominum abnegantes, inducentes *sibi ipsis* celerem *interitum.* Ergo pro *omnibus* in universum *hominibus* Christus passus ac mortuus est; ita, ut *omnia* quoque eorum *peccata* expiaverit. Quod patet ex 1. Joh. II, 2., Christus est propitiatio pro peccatis nostris: *imo non pro nostris tantum*, *sed pro totius mundi* (peccatis): Tit. II, 14. redemti dicimur ab *omnis peccati* reatu: 1. Joh. I, 7. sanguis Christi nos emundat *ab omni peccato:* Mich. VII, 19. projecit in profundum maris *omnia* peccata nostra k). Tandem etiam Christus pro *omnibus peccatorum pœnis* satisfecit. Nam dicitur Jesa. LIII, 5. *castigatio nostræ pacis* super eo fuit, & *vulnere ejus* sanati sumus: Gal. III, 13. Christus nos redemit a maledictione legis, factus *pro nobis maledictio*: Ebr. II, 9. Christus ex Dei gratia pro omni *gustavit mortem.* Sed evidentissimis hisce Scripturæ S. locis contrarium statuunt CALVINIANI eorumque asseclæ; contendentes, Christum non pro omnibus ac singuli hominibus, sed pro *filiis electis*, qui olim crediderunt, dum credebant, vel dein-



*factio* antecedit, *meritum* consequitur. Illa fit Deo, ejusque justitiæ: Deo vero Christus non promeruit salutem; sed hominibus. *Meritum* in genere præcedit ordinem ad mercedem; *Satisfactio* ad injuriam compensandam. *Satisfactio* Christi est solutio nostrorum debitorum, quibus Deo eramus obstricti; *meritum* autem oritur ex impletionr legis, & passione indebita, &c. i) Conf. hic P. ANTONII diss. ad h. l. de ἱλασμῷ dolentibus conscientiis constitutio, edita Halæ 1698. k) Conf. J. C. DANNHAVERI Hodomor. Spiritus Pap. Tom. II. p. 264. seq. Certe, si Christus pro omnibus peccatis satisfecit, tunc etiam pro peccato in Spiritum S. satisfecit. Quod patet, quoniam eum pro peccatore in Spiritum S. satisfecisse evincunt 1. Joh. I, 7. c. II, 2. 2. Cor. II, 4. sq. Joh. I. 29. Ebr. X, 29. Accedit, quod alias non esset dicendum peccatum: quoniam Christus tantum pro peccatis eorumque pœnis satisfecit. Vide interim J. F. MAYERI diss. de peccatore & peccato in Spiritum S. qu. 2. Witteb. recus. 1718.

ceps per gratiam ejus credituri erant, mortuum esse atque satisfecisse. Confugiunt isti ad ejusmodi Scripturæ loca, quæ mortem Christi saltem ad *multos*, non vero omnes restringunt, e. g. Matth. XX, 28. Marc. X, 45. Ebr. IX, 28. Joh. X, 15. Eph. V, 25. Act. XX, 28. Sed præterquam, quod *omnes* etiam sunt *multi*; vox πολλοὶ non semper est signum particularitatis, sed aliquando *omnes* significat: e. g. Rom. V, 15. coll. Jesa. LXIV, 6. Rom. III, 23. adde Dan. XII, 2. coll. Joh. V, 28. 29. item Matth. XX, 16. c. XXII, 14. *multi* sunt vocati, sed pauci sunt electi. Nimirum, ad unumquemque hominem spectant ista Matth. III, 2. c. IV, 17. Act. III, 19. Marc. I, 15. *agite pœnitentiam & credite Evangelio.* Docemur vero in Evangelio, Christum ideo in mundum venisse, ut esset Salutis æternæ restaurator Joh. III, 17., & post exaltationem suam dolorosam, *omnes* ad se traheret l); ut *omnes* ad agnitionem veritatis venirent, 1. Tim. II, 4. coll. Ezech XVII, 23. Quod autem multi pereant, & pauci salventur; id fit propria ipsorum culpa. Quoniam hanc oblatam Dei gratiam vera fide sibi non applicant; sed frivole respuunt, ac in satisfactionem & mortem Christi nullam fiduciam ponunt. Exinde tamen non sequitur, quod Christus tantum pro solis electis satisfecerit. Nam *electi* propterea dicuntur *peculium* aut *ecclesia Dei*; quoniam *liberi facti* per mortem Christi *a peccato*, *serviunt justitiæ*, juxta Rom. VI, 13. & diligentes sunt in exercitio bonorum operum, tanquam *purificati & redemti* ab omni iniquitate, Tit. II, 14. Prætereaque, omne adversus peccata & mortem æternam præsidium, unice in morte & merito Christi quærunt, & illud vera fide etiam sibi applicant: ideoque salvantur. Reprobi autem propterea damnantur, quia secus faciunt; non vero, quasi Christus pro ipsis non esset mortuus ac passus, sed quoniam non credunt, juxta Joh. III, 18. Deus enim nec vult, nec tenetur, iis satisfactionis fructum impertiri, qui eandem respuunt, nec fide sibi applicant. Objiciunt adhuc CALVINIANI illud Joh. III, 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret pro eo*, &c. ubi per *mundum* solos electos intelligi volunt. Sed contra stylum Scripturæ sacræ: utpote cui non usu venit, coetum electorum, sed vel universum genus humanum, vel colluviem impiorum, hoc nomine insignire. Eleganter sane ad hanc objectionem SCHERTZERUS m) respondet: *finge*, inquit, mundum h. l. esse solos electos; *prodibit hæc analysis*: Deus dilexit mundum, i. e. *credentes & electos*: ut omnes credentes & electi, *qui credunt*, salventur: qui vero credentes & electi *non credunt*, damnentur. Sic *credentes incredulos*, & *electos reprobos* habebimus; *quod absurdum*. Inconcussa igitur manet sententia nostra expecta-

l) Conf. Magn. J. F. BUDDEI diss. ad Joh. XII, 32. de Servatoris nostri exaltatione dolorosa ejusque effectu, habita Jenæ 1707. m) in System. Theol. p. 810.

expectatissima: qua credimus, Christum nonsolum pro omnibus *hominibus* n), sed etiam pro omnibus eorum *peccatis*, atque *pœnis* satisfecisse o). Et quidem absque jacturæ æternæ salutis, aliam fidem tenere non possumus, juxta Joh. III, 14. usque 18. coll. Marc. XVI, 16.

§. XXXIII. Itaque ex verissimis hisce præmissis rectissime inferimus, λύτρον hoc redemtionis humanæ a Christo persolutum, esse *sufficientissimum*. Est enim adæquatum, nonsolum *a parte hominum*, quoniam existit λύτρον universale, (de quo in §. præced. actum est); sed etiam *a parte Dei*, eo quod infinitæ Dei justitiæ etiam a persona infinita fuit satisfactum. Nam omnis infinitus valor est etiam sufficiens. Satisfecit vero Christus toti S. S. Trinitati, & certo respectu etiam sibi ipsi. Quatenus enim *satisfecit ut mediator*, respicitur ut θεάνθρωπος, at quatenus *ipse etiam satisfactionem postulavit*; præcise *ut Deus* auctor & vindex legis, per essentiam justus, intuendus est. Porro satisfecit Christus obedientia tum *activa*, tum *passiva*. Istam probant Rom. V, 19. sq. c. VIII, 3. 4. c. X, 4. 5. Gal. III, 12. Matth. V, 17. Gal. IV, 4. 5. 2. Cor. V, 21. Ebr. X, 7. 10. Ps. XL, 9. Joh. XVII, 19. Phil. II, 7. Hanc ostendunt Rom. IV, 25. c. V, 6. 1. Cor. XV, 3. 1. Joh. II, 2. c. IV, 10. 1. Petr. II, 24. Sufficientia autem Lytri redemtionis humanæ probatur I.) *quia in Scriptura S. redemtionis nostræ expressa fit mentio*, e. g. Matth. XX, 28 Rom. III, 24. 1. Tim. II, 6. 1. Petr. I, 18. 19. Tit. II, 14. Gal. III, 13. c. IV, 5. & alibi passim. Certe effectus testatur de causa. Ni enim λύτρον hocce redemtionis humanæ fuisset sufficiens; non potuisset dici in Scriptura S. nos morte Christi esse redemtos. Jam vero hoc expresse in Scriptura S. asseritur: ergo Deo plenissime est satisfactum p); & consequenter hoc λύτρον etiam fuit sufficiens. II.) *quia homines Dei sunt reconciliati*, ut patet ex Rom.

 V, 10.

n) Et quidem nonsolum pro iis, qui nunc vivunt, aut adhuc nasciturи sunt; sed etiam pro iis, qui jam mortui sunt, imo tempore V. T. vixerunt. Nam passio Christi profuit, ante quam fuit. Et licet Christus in V. T. *non actu* se victimam obtulerit, *virtute* tamen *victimæ* aliquando *offerendæ*, Deum etiam in V. T. movit, ut hominibus propitius esset. Nam ejus meritum habet valorem æternum ac infinitum. Conf. Ebr. IX, 15. Apoc. XIII, 8.
o) Ita, ut in hac vita peccatum non simpliciter auferatur, sed saltem remittatur, & tollatur reatus, (tanquam formale peccati), ut in judicio divino peccatum reputetur pro nullo. In altera vero vita tolletur etiam labes, quæ est materiale peccati; & hoc tunc erit nonens. p) Quod supra ex variis Scripturæ locis probatum est. Nec obstat, quod satisfactionis vox in ea non expresse legatur: sufficit, quod ipsa res reperiatur. Non secus ac res cum *peccati originalis* vocabulo se habet. Sed ex obcœcatione Sociniani satisfactionem Christi negant. Sic enim expresse SOCINUS P. III. de *Christo Servatore* Cap. VI. p. 204. Oper. tom. II Edit. Irenop. 1656. ait: *etiamsi non semel, sed sæpe in S. monumentis scriptum extaret, Christum pro peccatis nostris divinæ justitiæ satisfecisse; non idcirco tamen rem prorsus sic se habere, crederem,* (ut vos opinamini.)

V, 10. 2. Cor. V, 18. 19. 1. Joh. II, 2. quod itidem dici non potuisset. nisi λύτρον hoc redemtionis fuisset sufficiens. Quoniam Deus ab æterno decrevit, humanum genus non prius in gratiam recipere, quam justitiæ suæ infinitæ & læsæ ex asse fuerit satisfactum. *Justus enim est Deus n omnibus viis suis.* Hinc peccata non potest dimittere impunita. Conf. Exod. XX, 5. c. XXXIV, 7. Num. XIV. 18. Devt. V, 9. Jer. XXX, 11. c. XXXVI, 28. Neh. I, 3. Pf. CXLV, 17. Pf. CXIX, 137. Rom. I, 32. c. II, 5. 6. 2. Thess. I, 6. Apoc. XVI, 5. 6. Futilis sane est SOCINIANORUM objectio, & nullius momenti: quando contendunt, legi in Scriptura S. *nos quidem Deo* esse reconciliatos; sed *Deum non nobis.* Nam idem est, quodcunque dicas; quoniam Christus utrinque inimicitiam interemit. Quod autem potius dicitur nos Deo esse reconciliatos, quam illum nobis; id ideo fit, quoniam ille est læsus, & nos lædentes. Jam qui alterum offendit, ille usitate loquendo, dicitur ei, quem offendit, reconciliari, conf. Matth. V, 24. 1. Cor. VII, 11. 2. Cor. V, 20. *Effectus* tandem, & *consequentia* lytri hujus redemtionis sunt, *tum* plenaria peccatorum nostrorum remissio, & nostra justificatio, vi Rom. III, 24. Matth. XXVI, 28. Eph. I, 7. Ebr. IX, 22. Nam utraque obedientia Christi tam activa, quam Passiva coram Deo nobis imputatur. Quod patet ex Rom. III, 19. Col. II, 14. Gal III, 13. c. IV, 4. 2. Cor. V, 21. 1. Cor. I, 30. *Tum* liberatio nostra ab ira Dei, ac damnatione æterna: vid. 1. Thess. I, 10. c. V, 10. Qua fit, ut non amplius simus filii iræ, (Eph. II, 3. coll. Rom. I, 18.) sed hæredes vitæ æternæ, juxta Ebr. IX, 15. coll. Eph. I, 18. Act. XX, 32. Gal. III, 18. Et ita, quandoquidem per λύτρον hoc redemtionis a Christo solutum, liberati a potestate diaboli, facti sumus peculium Christi, (Tit. II, 14. 1. Petr. II. 9). Hinc dici potest, *quasi Deus nos Christo vendiderit*, non quidem alienando a suo dominio; sed a potestate iræ, cui eramus obnoxii q). In hoc ergo redemtionis humanæ negotio *captivi* erant omnes homines in toto mundo, juxta Rom. III. 19. *Detinens* captivos erat Deus, utpote qui peccatis erat læsus. *Redimens* Christus mediator, 1. Tim. II, 6. *Pretium* redemtionis vero patet ex Ebr. IX, 14. Matth. XX, 28. 1. Tim. II, 6. Quæ omnia, redemtionem nostram fuisse vere & proprie dictam, abundantissime comprobant. Ac certe, *per hoc manifestata est Charitas Dei*, (f. Patris r) *in nos, quod filium illum suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum:* vid. Joh. III, 16. Rom. V, 8. 1. Joh. IV, 9.

§. XXXIV.

q) ut observat J. LORINUS in Comm. sup. 1. Petr. I, 18. 19. r) Caveamus tamen, ne forte cum SOCINIANIS inde concludamus, quasi amor Christi major fuerit erga homines, quam Dei Patris. Nam utriusque amor fuit maximus & summus: Patris in missione & datione Filii, Filii in spontanea & prompta officii mediatoris susceptione, & executione.

§ XXXIV. Scimus ergo, Christum lytro, persoluto, nos redemisse, atque ita *gratiam per eum præstitam esse*, Joh. I, 17. Quoniam ex æterno Patris consilio in hunc mundum venit, ut servetur *per eum*: adeoque nos vocaremur ad æternam gloriam *in Christo Jesu*, juxta Joh. III, 17. coll. 1. Petr. V, 10. Christus itaque salutem nostram operatus est. Hinc merito quæritur, *an* B. LUTHERUS *Arianismi insimulari queat, quando Christum instrumentum Patris vocavit* s)? Enimvero respondetur: particula διὰ nonsolum notat causam *instrumentalem*; sed etiam *efficientem principalem* t). Sic Joh. I, 3. dicitur, per λόγον ὑποστατικὸν omnia esse facta: scil. λόγος iste ipse fecit, ut patet ex collatione Ebr. *I*, 10. Apoc. *IV*, 11. Sic contingit aliquando, ut sæpe quidam aliquid per se ipsum faciat, quemadmodum Christus purificationem peccatorum nostrorum per se ipsum instituisse dicitur Ebr *I*, 3. Nonne vero absurdum foret, asserere, quendam esse instrumentum sui ipsius. Idem etiam de particula ἐν dictum esto u). Nec est, ut quis objiciat, si Christus est mediator inter Deum & homines, quod sit Patre ignobilior, adeoque causa salutis nostræ instrumentalis. Hoc enim non est de essentia mediatoris, ut semper minor sit parte læsa. Mediator quippe, *ut sic*, non inferiorem, sed *conciliatorem* denotat: qui etiam potest esse æqualis, prout Christus re vera cum Patre æqualis est, quoniam est unus cum eo & Spiritu S. in essentia, 1. Joh. V, 7. Sicuti eadem ratione in rebus mundanis mediator parti læsæ potest esse æqualis. Quemadmodum e. g. Rex a subditis offensus, per mediationem alius Regis placari poterit; licet hic ipsi sit dignitate æqualis. Imo nil impedit, quin pro conditione circumstantiarum, mediator major sit utraque parte, scilicet tam læsa, quam lædente: e. g. si Baro & Nobilis insignis de re aliqua inter se certent; ac Comes aliquis vel Princeps maxime anniteretur, & re ipsa etiam efficeret, ut partes litigantes denuo in gratiam redeant. Tunc Comes ille vel Princeps foret inter partes adversas mediator, quamvis utraque parte dignitate major. Hoc vero de solis hominibus, & de negotiis mundanis accipi volo. Sed quid opus est multis x)? Quando Lutherus vocat Christum instrumentum Patris; tunc ea improprietatis libertate usus est, qua Scriptura S. Christum *Dei brachium* Jes. *LI*, 9 c. *LII*, 10. c. *LIII*; 1. c. *LIX*, 16. c. *LXIII*, 5 Luc. *I*, 51. nec non *manum Dei*, juxta quosdam; & Christus ipse, Spiritum sanctum *digitum* DEI appellavit: vid. Matth. *XII*, 28 coll. Luc. *XI*, 20. Quemadmodum scilicet, quando Spiritus S. *Dei digitus* adpellatur, ad virtutem Spiritus S. in Christo operantis, respicitur y): sic

s) Citante J. FECHTIO in Syllog. Controv. recent. diss. XXI, §. 1x. t) conf. Excell. STOCKII Interpr. Gr. §. 239. u) ibid. §. 231. x) conf. Seb. SCHMIDII Colleg. Bibl. V. T. posterius, p. 307. sq. y) conf. Exod. VIII, 19. & Sal. GLASSII Philol. Sacr. lib. V. tr. I. c. 7. p. 1126. Edit. Jen. 1668.

ſic etiam, ubi Chriſtus dicitur inſtrumentum Patris, LUTHERUS ad infinitum iſtum amorem, ſummam gratiam & miſericordiam Dei nunquam exhauriendam, reſpicit; quam erga miſeros homines fovet, & per Filium ſuum, ac in Filio ſuo his manifeſtavit, juxta Rom. *V*, 8. 1. Joh. *IV*. 9. Ideoque his præmonitis, Lutherum noſtrum ab Arianiſmi ſuſpicione jure meritoque defendimus.

## CONCLUSIO.

Hæc jam ſunt, quæ mihi occaſione locorum, in rubro diſſertationis allegatorum, de *λύτρῳ redemtionis humanæ*, dicenda videbantur. Hoc ſaltem adhuc monendum, ut, cum ſciamus, Chriſtum noſtri loco legem perfectisſime impleviſſe, & nos ab ejus maledictione liberaſſe; ne putemus, quaſi nobis nunc jam in omne peccatorum genus pro lubitu ruere liceat. Sed id potius meditemur, quomodo pro ſummo hoc Dei amore, quo proprium Filium in mortem pro nobis tradidit, debitam noſtram gratitudinem, aliquali ſaltem ratione queamus teſtari? in tantum, ſcil., in quantum in hoc mundo, per vires humanas, licebit: reliquam reſervaturi, donec eum videamus a facie ad faciem. Hoc vero fiet, ſi conſiderabimus, finem mortis Chriſti fuiſſe, non ſolum ſatisfactionem pro peccatis noſtris; ſed etiam ſatisfactionem noſtram. Hinc exemplum, quod præbuit, ſequamur, juxta 1. Petr. II, 21. Tit II. 14 omniaque a nobis peccata ceſſent, conſiderantibus illud Apoſtoli: *peccabimus, quia non ſub lege, ſed ſub gratia ſumus? Abſit. Liberati a peccato, ſervi facti ſumus juſtitiæ.* Rom. *VI*, 15.18. Caveamus, ne peccaminoſa vita noſtra Chriſtum denuo crucifigamus, Ebr. *VI*, 6. ſed eum glorificemus in corpore noſtro; quoniam tam care ipſi conſtitit redemtio noſtra, 1. Cor. VI. 20. Quo ipſo Chriſtus non conſtrinxit, ut poſthac non nobis vivamus; ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, 2. Cor. V, 14. 15. Certe, quo plura & majora ſunt beneficia accepta; eo major etiam gratitudo exigitur. Majus autem beneficium Deus nobis exhibere non potuit, quam quod nos ſalvat gratis, intuitu meriti Chriſti. Hinc æquum eſt, ut ipſi, quantum licet, ſerviamus in ſanctitate & juſtitia, Luc. I, 75. Nam *ideo venia eſt apud Deum, ut timeatur*, Pſ. CXXX, 4. Plura non addo. Faxit Deus, ut hæc omnia in ſui Gloriam, & hominum ſolatium ſcripta ſint. Itaque ſtylo jam ſub pulvinar repoſito in Nomine Dei, ut orſus ſum, huic diſſertationi impono quoque

# FINEM.

JOH.

# JOH. ANDR. DANZII
## PROGRAMMA
DE
# PASCHATE IVDÆORVM ABROGATO
ET IN EIVS LOCVM SVRROGATO
# FESTO RESVRRECTIONIS DOMINICÆ
IN 1. CORINTH. V, 7.

R*Esurrectionis* Domini festum recolimus, surrogatum in locum *Pascha* Judæorum. Quod enim *temporarium* hoc fuerit, vel sola Scriptura V. T. judice, indicat Causa Festi divinitus instituti: quam Deus ipse sub Messia cessaturam prædicit. Occasio *Agnum*, præ aliis hostiæ loco offerri solitis, suppeditans, dudum evanuit. Observantia ejus solos obligabat Judæos, & qui aliunde ipsorum ex asse amplectebantur religionem: aliis diserte a celebratione ejus exclusis. Populo in libertatem vindicato, & in terram introducto promissam, ita eidem & Templo inibi erecto erat addictum; ut absque crimine nuspiam mactari potuerit, nisi ubi ara consistebat Domini cui sanguis *Agni* aspergeretur effusus. Jam dudum quoque non minus odiosum Deo reddebatur, quam reliquæ Judæorum Solennitates in universum omnes. Et cum *Typum* modo gesserit, ac *umbram* futuri corporis: hoc reipsa exhibito, ac proprias sustinente vices; cessare debuit ejus vicarium.

Ex hac causa institutum legimus Judæorum Pascha, ut *memoriale* sit *exitus Israelitarum ex Æpypto liberationis è servitute* amara *indicium*: ac *recordatio præteritionis Angeli* Ægyptiorum percutientis primogenita. Plura idipsum condocent: & vel nuda istius denominatio extorquet assensum. פסח quippe vocatur ebraice festum de quo loquimur, judaicum, cujus forma Chaldæorum emphatica פסחא nomen P*ascha*, plurium linguarum civitate donatum, peperit; non origo græca, diu, jam reprobata. *Hoc Pascha*, inquit Gregorius Nazianzenorum Antistes, *hoc magnum & venerabile Pascha, ab Hebræis juxta eorum linguam nominatur. Quæ vox* διάβασιν seu *transitum denotat*. Alibi διαβατήριον vertit: Philonem in hac imitatus, atque Origenem; ut in illa Josephum. Hæc profanis Scriptoribus *Sacrificium* exprimit pro *transitu*, seu felici expeditionis migrationisque progressu. Quo sensu intellexisse Theologum, ea judicant,

 quæ

quæ suis utrinque subjecit verbis. In Oratione ait, *historice ita dici*, *propter Israelitarum ex Ægypto in Cananæam regionem fugam, & migrationem.* In epistola autem ad Helladium. *Ego* inquit, *multa jam exegi Paschata: & nunc purius ex hac gravi & caliginosa vita Ægypto egredi*, & *luto ac conficiendorum laterum opere, cui adstringimur, liberari, atque ad promissionis terram migrare, concupisco.* Satis quidem apposite pro nostro instituto; & in quantum *Agnum* respicit, in memoriam *transitus* immolari jussum. Primum tamen *Transitum* ipsum denotat, quo *transiit* vel *transilivit* Deus, in percutiendis Ægyptiorum primogenitis occupatus, *super Israelitarum ostia*, observans eorum postes *Agni* sanguine tinctos.

Quoties itaque ævis subsecutis festum ab hoc *transitu* denominatum celebrant: ipsum festi nomen in memoriam revocabat cultoribus *transitum* Angeli percussoris, a cujus furore Patres ipsorum immunes evaserant. Inter tria illa ad Festum hoc rite obeundum absolute necessaria, ut sine illis nemo, juxta Rabban Gamaliel, suo satisfecisse dicatur officio, primum ac palmarium est *μνημόσυνον transitus; propterea quod Deus immensus Patrum ipsorum ædes TRANSIERIT in Ægypto.*

A *Transitu* hoc salutifero deinceps tam *Agnus* in memoriam ejus mactandus, quam Festum ipsum subsequutum, suam sortiuntur appellationem. Istius autem præ aliis eligendi *Occasionem* præbebat detestanda Ægyptiorum tunc usitata superstitio: quorum profanos mores, ob longam & individuam cum ipsis societatem, altius jam imbiberant Israelitæ. Inter quamplurimas quippe bestias *Sacrarum* titulo decoratas, præcipuo honore colebant, *arietem*: eique, Sole sidus ab hoc cognominatum ingresso, tempore vernali integrum consecrabant mensem, cultum Deo debitum eidem deferentes, & ab esu ejus religiosissime abstinentes, juxta illud Juvenalis:

*. . . lanatis animalibus abstinet omnis*
*Mensa nefas illic fœtum jugulare capellæ.*

Ne igitur superstitionis ejusdem scabies Israelitas gravius ureret; *Agnum* illum masculum, quem Ægyptii inter Numina sua præcipua coluerunt, solenniter mactari, & ædium postes istius sanguine aspergi jussit. Nam inde facile cognoscerent Israelitæ, *arieti* nihil inesse Divinitatis: &, animal illud tam contumeliose tractando, se non minus ab Ægypti superstitione, quam servitute recursuos, indicarent:

Putares, hoc ipsum Mosen innuisse, dicentem: *Certe abominationem Ægyptiorum sacrificabimus Domino Deo. Numquid sacrificabimus abominationem Ægypti, ante ipsorum oculos, ut ne obruant nos lapidibus?* Abominatio passim in Sacris idolum notat Gentilium: & *Jonathan* pro ea substituit *Agnos, Ægyptiorum Numina erronea.* Assecutus id suo acumine Tacitus. Qui *novos* Judæis *ritus, contrariosque*

*que cæteris mortalibus* observat *inditos. Profana illis omnia, quæ apud alios sacra.* Mox, *arietem cædi*, ait, *veluti in contumeliam Hammonis.* Et *bovem immolari, quem Aegyptii Apin colunt.* Evidentissime hanc rationem approbat *R. Abraham Seba*, autoritate libri cujusdam perantiqui, *de cultu Aegyptiorum*, suffultus. „Cum „luna inquit, plenitudinem luminis assequebatur, pleno prædita robore; inci„piebant tunc Ægyptii supputare menses, initio facto a tempore, quo sol prin„cipium ingreditur Arietis. Qui mensis totus festivus erat illis: cui præ „omnibus aliis honorem in cultu religioso deferunt maximum. Ante omnia „itaque voluit DEUS benedictus purificare Israelitas ac emundare eos, atque „avertere ab ipsorum statutis. Auspicatur itaque verbis: hic ipse mensis vo„bis erit princeps Mensium. Illi incipiunt e plenilunio, & robore ejus maxi„mo. Vos incipiatis a tempore ortus ipsius. Illi recipiunt *arietem*, præfi„ciendum sibi: cujus causa non comedunt carnem. Vos surripietis eundem, „ut mactetis, & assetis eum, & carnem ejus comedatis, residuum igne combu„sturi. Illi suffitum ei faciunt odoriferis, & saltu tripudiant ante ipsum. Vos „autem sanguinem ejus superliminari aspergetis, conspiciendum: ejusque as„sabitis carnem, ut ejus odorentur odorem: atque dum carnem ejus vestris „comminuitis dentibus, ad azymos & herbas amaras eum devorabitis. Et „hoc omne, ut quam longissime eos ab istis removeat: adhibendos ad cultum „sibi, DEO *sc.* benedicto præstandum. Et forte propter hanc ipsissimam cau„sam jussit DEUS, ut cultum illum *Paschalem* celebrarent in plenilunio. Eo „*scilicet* tempore, quo maxime lætabantur illi: sacrificantes planetæ ARIETI, „præfectura eidem supra se collata. Quo præcise jussit mactare eum, & assa„re, ac residuum ejus igne comburere. Ut Pascha sit Domino h. e. in honorem „Jehovæ; non alius extra ipsum e Superis. Atque ita in decimo mensis istius „die, ipso illo die quo Ægyptii incipiebant celebrare cultum ARIETIS, & præ„dicare libertatem servis, & vacationem ab omni opere. Omnes namque „dies illi, ad finem usque mensis, transigebantur illis in lætitia: quibus sacri„ficabant ARIETI, & imagini ejus carnali supplices se incurvabant, eique suas „imponebant manus, & osculabantur eos, & alii vicissim osculabantur manus „imponentium Sacerdotum. Hoc ipso *inquam* tempore placuit Deo nostro, „humiliare eos, ac coercere: dum jussit, ut sumerent sibi AGNUM, ac spondis „lectorum suorum alligarent, ad diem usque mactationis. Quo interfecit DEUS „ipsorum primogenitos: qui ea ætate erant honoratiores, plurimique istorum „Sacerdotes, in cultu exhibendo tunc occupati. Quorum manus osculaban„tur fœminæ non minus, quam viri; ne ipsis quidem parentibus illorum exce„ptis. Eandem cum hoc sententiam fovet eiam *Maimonides*. Nec alieni ab ea sunt isti Talmudistarum, ad quos provocat *Rabbenu Jacob Fil. Ascher*, in Orach chajim nr. 430

Totam proinde primævam institutionem Festum hoc debet instanti e servitute Ægyptiaca liberationi, ac depravatis in cultu divino gentis Israëliticæ non minus, quam Ægyptiorum moribus. Quos ut ex mente ipsorum ac memoria evelleret; eam præcipue pecudem jugulari, ac ignominiose tractari DEUS jussit, quæ in præcipuo apud eosdem honore fuerat.

Quod si *Institutionem* ejusdem, sequiori ætate observandam, consideres, in diversis repetitam Scripturæ locis: vix uspiam mentionem ejus invenies, quin additum sit, eum in finem celebrandum mandari, ut sit *μνημονικὸν* sive *memoriale Liberationis* majorum suorum e servitute Ægyptiaca. Hoc urget Exod. XII, 14. 17. 25. sqq. idem paulo post repetit Exod. XIII, 2. 5. 8. & in iterata Legum repetitione pluribus inculcat Deut. XVI, 1. sqq. Et quamvis Lev. XXIII, 5 sqq. ac Num. XXVIII, 16. sqq. concisa nimis legum quarundam repetitio impediverit, quo minus istarum ratio pluribus enarrari posset, quod Num. IX, 2. sqq. nova causa impurorum, vel longinquo disjunctorum itinere, qui in sequentem rejiciendi erant mensem, novis rebus recensendis impendendum coegit. Jubetur tamen *agitare & illud, juxta omnia statuta & judicia* ipsi competentia, l. c. v. 3. 14. Quod & concipi par est de paucis illis, quæ post primam Festi sanctionem, celebrata leguntur sub Josua, Hiskia, atque Josia: utut expressa finis hujus non occurrat mentio. Hiskias idem suscepisse dicitur 2. Chron. XXX, 16. *secundum legem Mosis viri Dei.* Quod & de reliquis supponi jubet laudata ipsorum pietas. Idque eo magis, quo pressius hoc urgent partes omnes ad Festum rite peragendum concurrentes.

Undecim quippe præcepta diversa in hoc Festo combinanda recenset *Maimonides*, quindecim *R. Levi Barzelonita*: quorum nullum observari poterit, sine respectu ad memoratam ex Ægypto liberationem. Quædam istorum statum Israelitarum in illo exilio miserum referunt, ut *panis azymus*, qui *miseria* vocatur Deut. XVI, 3. & *Herba amara*, servitutis acerbam innuentes amaritudinem. Alia vero miraculosam ipsorum significabant vindicationem, & libertatem inde partam plenissimam. Plura calamitatis ac angustiæ indicia deprehendunt in illis Talmudistæ, ac Maimonides: quæ tamen pleraque ad adeptam torquet libertatem nominatus Barzelonita. Utrinque vero ab exitu ex Ægypto derivant unice. Quin occasione Exod. XIII, 14. peculiare concipiunt præceptum, de exitu isto prolixe enarrando. Ad quod rite exequendum, non modo leges præscribunt, quibus ab infaustis auspicari jubentur, in lætioribus finiri: sed & singulare pietatis ac excellentiæ encomium eidem tribuunt, qui in exaggerandis illis plus operæ impenderit.

In hunc finem tendunt operosæ illæ *Narrationum* formulæ, tam in libris precum, quam per opus Talmudicum dispersæ, & a Maimonide collectæ, sub

cal-

calcem Decisionum de *Fermento atque Azymo.* Quæ ut commode applicari possint, omnia in Cœna paschali extra ordinem & morem consuetum monebant peragenda. Cum alias arbitrarium foret, sive de fermentato quis vellet comedere, sive de azymo: nunc solum apponebatur azymum. Alias lactucas edebant gulæ gratas: nunc meras herbas amaritudine tristes. In aliis ditiorum cœnis selectum habebant, utrum de carne assata manducare vellent, an vero de carne elixata, vel cocta: in hac non conspiciebatur nisi assata. In reliquis Dominorum cœnis, cibum sumpturi, nunc assidebant mensæ, nunc accumbebant; servis a tergo stantibus, necessaria suppeditaturis: in hac omnes lectulis incumbebant; corpore in latus sinistrum inclinato, ipsisque servis in ordine reliquorum simul accumbentibus. Ut alia, quæ longa serie enarrant, silentio prætercam: unice in hunc suscipienda finem, ut occasio præbeatur vel natu minoribus vel imperitis, de ratione diversitatis inquirendi, incitandique prudentiores, ad aperiendum statum, quo *olim in Ægypto* Patres ipsorum *detenti* fuerint, & *exinde liberati.*

Quid quod quisque ipsorum ita in festo illo se gerere debuerit, ac si ipse duram Ægyptiorum servitutem per se sustinuisset, pluribus exinde liberatus miraculis. Quod idem est, ac si plenam servitutis in Ægypto perpessæ sisteret imaginem, una cum liberatione ex eadem gloriosa. In cujus memoriam subsecutis etiam seculis non tantum in Precibus suis Festum illud commemorantes, *tempus* vocant *suæ Libertatis*; sed & toties *captivorum* aliquem *dimisisse* dicuntur, quoties festum rite pergerint.

Adhæc possessio Palæstinæ, index erat Libertatis e servitute recuperatæ. Et in confirmatione hujus Festi, subinde provocatur ad occupationem terræ. Vid. Exod. XIII, 11. Quæ plerisque Præceptis ac solennitatibus Judæorum propria dicitur auctori libri Cosri, Part. II. §. 16. 18. *Agnus* alibi *mactari non poterat, nisi in loco, quem* Deus *elegerat, ut suum ibi habitare faceret nomen*, Deut. XVI, 15. Quod Hiskiam movisse videtur, ut *Pascha* celebraturus, etiam eos invitarit ad Templum Jerusolymitanum, qui sanis excipiebant nuntios a Rege missos, 2. Chron. XXX, 10.

Et quod primo loco fuisset monendum, neminem obligabat Festum illud, nisi solos Judæos: exclusis etiam Peregrinis, seu Proselytis inquilinis; (qui tamen ad Sabbati observationem erant adstricti,) una cum mercenario inter Judæos degente, Samaritano item, & proprio Judæorum servo nondum circumciso; quin ipso Judæo indigena, qui casu quodam circumcidi non potuit. Hi proinde omnes, qui expressis Dei verbis ab obligatione Festi hujus eximuntur, primo omnium dici non possunt, id ipsum transgressi; si vel maxime nullam ejus curam habuerint. Ubicunque enim non datur obligatio,

ibi transgressionis non invenitur locus. Quæ de æquali Peregrinorum jure cum indigenis, quoad hoc festum habentur Exod. XII, 49. Num. IX, 14. de illis tantum intelligenda sunt, qui ad Judæorum castra plenissime transierant, omnibus inse susceptis ipsorum legibus. Hanc quippe locorum citatorum mentem esse, evincunt proxime procedentia Exod. XII, 43 44. 48. quæ a seqq. divelli nequeunt: & ibi quoque supplenda sunt, ubi brevitatis studio omittuntur. Ad hæc ineptum foret, si quis inter laudes Deo dicendas, pluribus eveheret beneficium, majoribus suis in eo exhibitum, quod ex servitute liberati fuerint Ægyptiaca; cujus jugum nunquam senserant. Vera narret, qui religiosi nomen sustinebit cultoris: ne adulatoris incurrat vituperium, vel stupidi. Ad Christianos itaque nunquam pertinuit Pascha Judaicum.

Quod autem ne Judæos quidem obligarit *nisi ad tempora usque Messiæ*, donec omnibus jam consummatis, *populorum* huic contingat *obedientia*, juxta Gen. XLIX, 10. exinde patet; quia Templo, cum dominio in Palæstinam, ac Sacerdotio Levitico eversis; non datur locus, ubi salvis legibus *Agnus* mactari potuerit: nec sacerdotes inveniuntur habiles, qui sanguinem jugulati exceptum aræ aspergant consecratæ. Vana quoque est omnis illa gloriatio, quam de *libertate* regia garriunt; nova illis superinducta Servitute. Nec frustra jam olim Deus per Hoseam minatus fuerat cap II, 13. quod velit cessare facere Sabbatum Ecclesiæ judaicæ, *& omnem ejus Festivitatem.* Et Jesaias ita Deum conquerentem introducit, c. I, 14. *Novilunia & Festivitates vestras odit anima mea, facta sunt mihi onerosa, defatigatus sum ferre* eadem. Quæ de Templo, & hinc dependente Sacrificiorum cultu recuperando, nec non de dominatu in Palæstinam atque Imperia reliqua omnia, suavia sibi imaginantur somnia; ea, quæ olim sub Juliano Apostata, in Christianorum odium, inaniter gesta sunt, evertunt facile. Aderat enim, qui cum facultate reædificandi, etiam sumtus suppeditaret necessarios: & nihilominus Vis quædam divina sublimior omnes eludebat ipsorum conatus, contra Dei *promissionem* susceptos.

Ne vero divinas de *abrogandis Festis* comminationes adhærenti magis feriantium impietati tribuas, quam festorum indoli paulo prolixius *Festi Judæorum Paschalis* naturam, occasionem, & causam supra delineatam, considera: & cum isto Jeremiæ vaticinio confer, quo tempus venturum prædicit, quo nova multoque majora Dei beneficia per Messiam Israelitis collata, beneficii liberationis e calamitate Ægyptiaca memoriam, ita obnubilatura sint, ut vix ulla hujus fieri debeat mentio. *Ecce* inquit c. XVI, 14. 15. & c. XXIII, 7. 8. *dies venturi sunt, dicit Dominus, quibus non dicetur amplius, vivit Dominus, qui ascendere fecit filios Israel e terra Ægypti* &c. Qua commemoratione cessante, necessario cessabit

cessabit ipsum *Pascha Judaicum*: quod ob hanc solam commemorationem fuit institutum.

Sensit efficaciam horum verborum celebris iste Talmudista *ben Suma*. Qui, cum Sapientes verba Deut. XVI, 3. ob voculam כל, eosque extenderent, ut traderent; *recordationem exitus ex Ægypto in diebus etiam Messiæ duraturam*; in momento se illis opponebat, contrarium e vaticinio Jeremiæ adducto adstruens. Et quamvis regesserint, verba Jeremiæ *non* ita *esse intelligenda, ac si exitus ex Ægypto* prorsus *eradicandus sit e sede sua*: *sed*, quod *servitus* quidem *Imperiis* omnibus per Messiam *inferenda*, *palmarium recordationis fundamentum* admitti debeat; eidem tamen *exitus ex Ægypto appendicis loco*, seu accessorii semper sit adjicendus. Hæc ipsa tamen responsio nodum nequicquam solvit. Cum certum sit, dies festos non accessorium secuturos; sed causam *palmariam*. Concedit *Abarbanel cessationem recordationis*, ob quam conservandam, festa sunt instituta; nec tamen exinde sequi putat abolitionem Festorum. Quæ quomodo separari queant, prorsus non apparet. Quum festum nil aliud sit, quam *solennis celebratio memoriæ de re aliqua grata*, vel tristi. Cessante itaque memoria rei, cujus gratia dies festus fuit institutus: ipsum Festum abrogatum esse, merito censetur. Cum præcipua & essentialis quasi pars Festi sit ipsa beneficiorum recordatio. Quod rectius perpendisse creduntur iidem, ad quos provocat *R. Joseph Albo*, dicentes: *in temporibus Messiæ omnia cessabunt Festa solennia* (Ecclesiæ Judaicæ), *excepto festo sortium, ac die Expiationis*. *Autor Pirke Eliezer* non minus admittit *abolitionem Festivitatum omnium*; *solo Expiationis die* aliquo *duraturo*.

Quod si *R. Levi Barcelonita* sufficientem affert rationem, quare *ejusdem liberationis* Israelitarum *e servitute Ægyptiaca*, tot Signa *μνημονικὰ* in XV. distinctis Præceptis *ad Pascha* concurrentibus, attribuantur: *quia fundamentum id magnum sit, & columna valida Legis ac Religionis Judaicæ; propter quod in omnibus Benedictionibus ac Precibus suis, semper memoriam refricant Exitus ex Ægypto. Cum signum contineat & demonstrationem perfectam Novitatis mundi: & quod Jehova sit æternus, benevolus ac potens; autor creaturarum omnium. Numquid foret, cui hæ incumberent, & in cujus manu sit, eas mutare pro lubitu? nemo, nisi DEUS supremus. Quis ausit quocunque velit tempore, ea præstare, quæ Deus perpetravit in Ægypto? qui universum naturæ cursum invertit, in gratiam Judæorum: & nova patravit miracula, ingentia, ac prævalida. Annon hoc silentium imponat cuicunque novitatem Mundi in dubium vocanti? & stabiliat fidem de notitia Dei & Providentiæ ejus, ac Potestate in universalia & particularia omnia?* Hac posita, omnino *sequitur* tempore Messiæ, quo omnes plenam de Deo vero cognitionem habere debebant Jes. II, 3. c. XI, 9. c. LIV, 13. Jer. XXXI, 33. 34. Hab. II, 14. Zach. XIV, 9. Mich. IV, 2.

IV,2. nemine potentiam ejus in hoc Universum in dubium vocante, aut æternitatem Mundi aperte provitente; *omnes istos cultus frustraneos fore, nullum habituros usum.* Cum nec discrimen Judæos inter ac Gentiles, ut olim inter ipsos ac Ægyptios, amplius locum habeat; *pariete* illo *intergerino*, qui Judæos ab aliis gentibus omnibus discriminabat olim, per Christum sublato. Nec abominanda illa Ægyptiorum superstitio, *de cultu Bestiarum*, ullibi terrarum vigeat: sed Creatorem cœli ac terræ agnoscant omnes, Messiæ adhærentes; idololatria pristina funditus eradicata. Vid. Zeph. III, 9. Jes. XLV, 23. Causa quippe sublata, merito tollitur effectus.

Qui eo magis cessare debet, a quo tempore *Christus in locum Agni Paschalis successit*: cujus ille *typum* saltem gerebat, qui tam ignominiose olim tractus, alligatus, mactatus, assatus, & dentibus comminutus legitur; sanguine ejus vel superliminaribus ædium in Ægypto adsperso, vel deinceps, stante Templo Jerusolymitano, ejus affuso altari. De Messia loquitur Jesaias c. LIII, 5. 6. quando virum introducit *ob nostras vulneratum prævaricationes, ob nostras attritum iniquitates: ut per ejus vulnera cura fiat nobis. In quem irruere fecerit Dominus iniquitatem nostrum omnium. Qui pecudis instar ad lanienam ductus, & instar ovis ante tonsorem suum obmutescentis, os suum non aperturus erat.* Id fatentur antiqui Ebræorum Scriptores: & ingenue agnoscunt, quod *Templo destructo, Messias jam nunc auferat ab hominibus Mundi incolis omnes ipsorum morbos ac castigationes, juxta illud* Jesaiæ l. c. v. 4. *profecto morbos nostros ipse portavit. Pascha nostrum*, verba sunt Apostoli, *pro nobis immolatus est Christus*. 1. Cor. V, 7. Ad quem etiam Johannes illa legis verba accommodat, quæ interdicunt, ne quod *os frangatur Agni Paschalis*. Joh. XIX, 36. Ipse est *Agnus DEI, portans peccatum mundi*. Joh. I, 29.

Justinus Martyr in suo cum Tryphone Judæo dialogo „mysterio, *inquit*, „Agni, quem Pascha immolare DEUS mandavit, TYPUS & FIGURA erat „Christi: cujus sanguinem juxta rationem nostræ in illum fidei, in ædes suas, „h. e. seipsos, aspergunt in eum credentes. *Et alibi*: qui in Ægypto servati „sunt, cum Ægyptiorum primogenita interirent, eosdem Paschæ sanguis li„beravit, quo postes utrinque & superliminare erat imbutum. Erat omnino „Pascha illud Christus, immolatus postea: sicut & Jesaias *inquit*, ipse tanquam „Ovis ad occisionem ductus est„. Post probationem e Sacris sumtam, ubi superius finierat, veritatem asserti sui illustrat ex ritibus Judæorum. Dum paucis interjectis, pergit: „Quod autem præceptum fuit, ut Agnus iste totus as„satus *sive tostus* fieret, supplicii Crucis, quo pati debebat Christus, erat sym„bolum. Agnus namque in figuram cruci similem conformatus, ad ignem tor„retur. Nam veru unum ab infimis partibus ad caput usque adactum perfigitur.

„gitur. Et aliud rursus, secundum scapulas: ad quod suspenduntur manus „Agni„.

Non fuisse Martyrem ignarum ritus Judaici; indicat non modo silentium Collocutoris, in Traditionibus Judæorum exercitatissimi; qui sicco transivit pede, nihil contra hæc excipiens. Sed ipsa Talmudistarum verba, quæ non ignorabat טרפון, græce *Trypbon* dictus, non multum recedunt ab excerptis. Septimum quippe caput *Cod. Pesachin* ipsa Mischna his orditur verbis: „Quomodo Pascha assant? allatum de ligno malogranati veru, figit quispiam „per os ejus medium, ac foramen natium: & crura ejus atque intestina foras „appendunt eidem; ad mentem R. Akivæ. Utut enim R. Jose Galilæus vo„luerit, crura ejus & intestina intra Agnum fuisse recondenda, *ut adeo trans*„*verso veru non indiguerint:* improbarunt *tamen id* alii. Quod speciem præ„beat cocturæ„. Sunt equidem qui putant, ipsa crura Agni, formam præbuisse *Crucis decussatæ*, quam *Andreanam* vocant: dextero anteriori brachio cum sinistro pede, & sinistro brachio cum dextero pede connexis. Sed in his talibus tantæ rei momentum nemo ponat. Quamvis constet, non modo *Pontificem* inter Judæos, ad hanc suam dignitatem, quæ Christi adumbrabat officium sacerdotale, inauguratum fuisse; unguento suaveolentissimo in hanc Crucis formam fronti ejus, veluti intra oculos illito: sed & hostias alias in formam crucis fuisse agitatas; commotis reductisque iisdem ad dexteram atque sinistram versus quatuor Mundi plagas, elevatisque iisdem sursum, & deorsum demissis ei qui cœli terræque Dominus est, ac suam in quatuor Mundi plagis exercet potentiam. Cui crucis figuræ, (quod mireris), ipsimet Talmudici infensissimi Crucis, ac pendentis de ea, adversarii efficaciam adscribunt fugandi dæmones, aliasque abigendi umbras terrificas. Quæ suo relinquamus loco.

Id vero pia osculamur reverentia, quod tam Pascha, quam Pontifices, & hostiæ reliquæ Crucis signum referentes, TYPUM gesserint Christi, se ipsum in ara crucis Deo offerentis; ad abigendum Angelum Percussorem, quo minus nobis noceat. Hoc autem devote admisso, nemo non concludet, *typum* cessare, simul ac *antitypus* apparuerit, eaque consummarit, quæ ejus præfigurarat *umbra*. *Ne quis alterum judicet a parte* (מצר respectu, intuitu) FESTI, *aut Novilunii, vel Sabbatorum. Quæ sunt UMBRA rerum futurarum; Corpus autem Christi.* Quo apparente, typi veteris fœderis eum adumbrantes, sua sponte cessant: nec minus evanescunt, quam rudis illa sciagraphia Pictoris, post imaginem plene depictam. Christo per Passionem jam immolato, cesset Pascha Judaicum, cum omnibus subsecutis Sacrificiis.

Dignum omnino memoratu est, quod vel invitis (ut opinari posses) excidit Talmudicis. *Quadraginta* scil. *annis ante Templum vastatum*, (in quod tempus incidit Passio Domini,) stupendas quasd. in cultu Levitico observatas fuisse mutationes. In quarum numero recensent inprimis *Sortem illam*, cui inscriptum erat *Domino*, juxta Lev. XVI, 9. *nunquam* amplius *dextera* extrahentis ex urna Pontificis, *ascendisse.* Quod si fieret, lætum signum credebatur, hostiam DEO futuram gratam. *Nec unquam linguam illam coccineam*, valvis Templi affigi solitam; *dealbuisse.* In signum, rite litatum fuisse, Deumque per hostias piaculares fuisse expiatum. Prout contigisse volunt sub Pontificatu Simeonis justi perpetuo, & subinde post eum ante tempus definitum. Scilicet Christo, vero *Agno Paschali*, ac hostia piaculari Deo unice acceptata, immolato; inanes jam erant aliæ omnes hostiæ, quocunque veniebant nomine. Interque eas præcipue *Agnus Paschalis*, mense Nisan a Judæis mactandus.

Quemadmodum hoc mense olim ex servitute Ægyptiaca, ministerio Mosis miraculoso, redemti fuerunt: ita eodem se redimendos putant per Messiam, miraculis haud minoribus. Quæ & mensi nomen dedisse putant, ut ניסן dicatur, quasi *miraculis conspicuus*, ex illo Exod. XVII, 15. יהוה נסי *DEUS admirabilis.* Ab hoc ipso *Redemtionis* opere eidem appropriato, provenisse putant, ut Exod. XII, 2. dicatur, mensem hunc *ipsis* fore ראש חדשים non tam primum, quam *præcipuum* & *primarium* reliquorum omnium. Utpote quo læta omnia iis evenerint; ut nono mensis *Ab* quæcunque funesta. *Simul ac Deus O. M. Jacobum elegisset, ejusque posteros*, verba sunt libri Rabboth, *constituit ipsi mensem hunc principem, Redemtioni dicatum. In hoc Israelitæ redemti sunt ex Ægypto: & in eodem redimendi sunt per Messiam, sicut dicitur* Mich. VII, 15. *quemadmodum in diebus, quibus egrediebaris e terra Ægypti, ostendam ipsi Mirabilia. In eo natus fuit Isaac: & in eo etiam ligabatur*, Deo offerendus. *In eo quoque benedictionem obtinuit Jacob: & in eo innuebat Israelitis, quod sit primarius ipsis ad salutem* &c. Quam Christus promeruit ipsis, hoc mense in crucem actus.

Propius adhuc accedunt alii Judæorum, ad quos Fagius provocat: qui ipsum *diem decimum quintum mensis Nisan Redemtioni per Messiam conferendæ* determinant; ex loco Michæ citato id inferentes. Quod Christus eodem *die decimo quinto*, esum scil. *Agni Paschalis* secuto, passus sit, suaque nos morte redemerit; & sacra testatur pagina, & prius ipsimet confitentur Christicidæ. Justino Martyri sæpius hunc *festi Paschalis* diem fatalem Passionis Dominicæ inculcanti, acquieverunt in eo Collocutores. Et ערב הפסח i. e *vespera* illa *Paschæ*, a Talmudistis in cod. Sanhedrin Crucifixioni JESU determinata, vel idem

idem notat ac *παρασκευὴ τοῦ πάσχα*, s. *Parascheve Paschalis*, apud Johannem. Per Enallagen Status Constructi pro Absolutio: qs. *παρασκευὴ ἡ τοῦ πάσχα*, ebraice ערב שהוא הפסח, i. e. Parasceve, quæ erat Pascha; vel *Præparatio, quæ in Pascha festum incidit:* diceretur. Ut *urbs Romæ*, Dominica Paschæ vel Pentecostis, quæ concurrit cum festo Paschæ, vel Pentecostis: fluvius Euphratis, Chaboris, Gosani: & מַלְאַךְ פָּנָיו interprete Bechai מלאך שהוא פניו; & alibi מלאך יהוה eodem judice, idem ac מלאך שהוא יהוה. Et in novo fœdere, *Signum* vel *fœdus circumcisionis*. Usu enim Antiquorum obtinuit, ut ערובתא penes Ebræos pariter, Chaldæos atque Arabes, idem sit, ac *παρασκευὴ* gr. apud Scriptores Ecclesf. h. e. *dies Veneris*. Qui deinceps a celebriori, in quod incidit, festo majorem fœneratur restrictionem. Vel ad turpitudinem facti operiendam, anticiparunt diem. Ut factum majori specie, in casu necessitatis, abnegent: &, ne insano livore deprehenderentur facinus perpetrasse, quod in die festo, quo Leges imperant justitium, adhuc magis nefas. Quæ in historia Passionis exprimuntur circumstantiæ, evidenter indicant, non alio die Salvatorem in crucem actum fuisse, quam *decimo quinto* mensis Nisan: quo ex Ægypto egressi olim fuerant Judæi.

Quin, si recte calculum computat *R. Jose, in Seder Olam*, in subsidium in hoc ipso vocatus a Talmudistis; eodem prorsus hebdomadis die Passionem Christus sustinuit, quo Israelitæ olim egressi fuerant ex Ægypto. Ita enim consignatum reliquit: *In mensis Nisan, quo exierunt Israelitæ ex Ægypto, die decimo quarto suos mactarunt Agnos Paschales, & decimo quinto egressi sunt: qui erat VESPERA SABBATI*, seu Parasceve. Qua ipsa primus homo conditus fuerat; & noster sublatus est Salvator. Antea circa idem noctis spatium a satellitibus in horto comprehensus, atque ad Tribunal abreptus; quo in primæva Festi institutione Agnus assatus dentibus conterebatur comessantium. Uti *circa eandem* prorsus *diei horam* in cruce *exspiravit*; qua, durante Templo, Pascha præscribebatur mactandum. *Inter duas vesperas* id fieri consueverat, ex præscripto divino Exod. XII, 6. Quod, Josepho Interprete, contingebat *ἀπὸ ἐννάτης ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης*, i. e. *ab hora nona usque ad undecimam.* Christum autem hora diei circiter nona, quæ nobis est tertia pomeridiana, animam egisse, docet Matthæus, c. XXVII, 46. 50. Ut de loco, in quo a Davidis ævo unice mactari oportebat *Agnos Paschales*, Jerusolyma scil. nil dicam. Cum ipse prædixerit, *non decere, ut Propheta pereat extra Jerusalem:* & in eo consentiant omnes.

Certi itaque sumus, in Christo adimpleta esse, quæcunque *Agnus* ille *Paschalis* præfigurabat. Nec minus certi, ex Dei consilio ac providentia *abrogatum*

*tum* jam esse *festum Judaeorum Paschale*. Ad cujus observationem uti nemo a gente Judaica alienus unquam fuit obligatus; ita nec amplius ipsimet obstringuntur Judaei, beneficium per Christum cunctis exhibitum apprehendentes. *Magna* enim illa *victima*, ut Gregorii verbis utamur, *non exiguae cujusdam partis orbis terrarum, nec ad exiguum tempus, sed totius Mundi* (atque ita etiam Judaeorum) *nunquam intermortura est expiatio.* Non quotannis repetenda; sed semel oblata, omnibus subsecuturus sufficiens Seculis.

Hujus proinde *Oblationis* memoriam observant Christiani. Exemplum imitati Ecclesiae primitivae; quae *Parasceven* illam, *magnam* Codino dictam, a primis suis incunabilis, sacram habuit: pio placidoque si non semper transigendam *jejunio*, ut olim quidem factum fuisse, Clemens Alexandrinus, Origenes, Philostorgius, multique alii, praeter Pseudepigrapha Clementina ac Ignatiana, annotant: gratae tamen ac devotae *Passionis* Dominicae *consecrandam* memoriae.

Sed & *Resurrectionis*, die dehinc tertio gloriose peractae, *Festum* celebrant: eamque feriam prae omnibus aliis ducunt festivam. *Haec nobis* (verba sunt saepius laudati Gregorii) *festivitatum festivitas, & celebritatum celebritas, tanto caeteris omnibus, non solum humanis & humi defixis, sed etiam iis, quae ipsius Christi sunt, ac propter ipsum celebrantur, superior; quanto Sol stellas antecellit* reliquas. In hac siquidem uti nostra fundatur Resurrectio, aliquando futura: Ita totum Redemtionis opus ab ea dependet unice. Nisi enim victorem se ostendisset, devicto peccato, diabolo, morte atque inferno; videretur suis succumbuisse hostibus: & servitutis jugo adhuc obnoxii forent, quotquot in ipsum sperarant. *Si Christus non resurrexit, supervacanea esset fides nostra, & adhuc in nostris essemus peccatis. Etiam illi, qui obdormierunt in Christo, periissent*, Pauli judicio 1. Cor. XV, 17. 18. Verum enim vero οὐκ ἦν δυνατὸν, NON ERAT POSSIBILE, *teneri illum a morte* Act. II, 24. Dudum David praeviderat, quod *non relicturus sit* Deus *animam ejus in inferno, nec concessurus, Sanctissimum ejus videre corruptionem* Ps. XVI, 10. *Cum posuerit anima ejus hostiam pro reatu, visurus erat semen, prolongaturus dies, & voluntas Dei ejus ministerio prospere debebat succedere*, Jes. LIII, 10. Resuscitatus non solis apparuit mulieribus: sed nunc duobus peregre euntibus, mox Petro, & aliquoties toti Discipulorum collegio: quibus & vulnera ostentabat inflicta, & comedebat cum ipsis, & alias videbatur amplius quam quingentis fratribus simul. Atque adeo suam abunde testatam fecit Resurrectionem.

Quam ridicule admodum, & rationibus se mutuo destruentibus suspectam reddere impii conabantur Judaei. *Si vigiles dormiebant*; non vigilarunt, nec

nec *viderunt* corpus per discipulos auferri. Si autem viderunt; non dormiebant. Atque adeo impedire potuerant: cum numero plures essent. Prorsus probabile non est, custodum singulos tam alto simul sopitos fuisse sopore, ut nemo istorum vel ageret vigilias, vel excitaretur, cum saxum dimoveretur prægrande. Quia id sine ingenti labore, multoque cum strepitu a nemine mortalium ab ore monumenti moveri potuisset. Minus probabile est, hos ipsos Christi Sectatores, facinus tam grande & temerarium ausos fuisse: qui homines erant imperiti, meticulosi, & vel ad ancillæ vocem trepidantes. Ac dudum animum desponderant, in abditis occultisque locis, præclusis januis, delitescentes. Lintea, quibus Christi corpus fuerat involutum, in conditorio relicta, omne furtivum rejiciunt: Qui furtim aliquid auferunt, non tanto abundant otio, ut ista, imprimis vel vulneribus cruore madidis, vel corpori unguentis delibuto inhærentia, disjungant: sed omnia cum corpore simul abstulissent, ut hoc ipsum portarent in iis commodius. Aut anxii saltem fuissent, ne quis satellitum quos vel levissimum murmur excitare potuisset, evigilaret: & moram trahentes, sociis excitatis, comprehenderet, ad tribunali trahendos.

Cessent ergo delira Judæorum, de Corpore Christi furtim surrepto, figmenta. Qui, si ullam veri speciem habuissent, procul dubio Christi discipulos, homines imbelles, omni humano destitutos auxilio, ac mox libere & palam inter ipsos circumeuntes, ad severum rapuissent supplicium; coactos prius, corpus abditum prodere, novæ exponendum ignominiæ, Hac neglecta inquisitione; ipsimet hostes testimonium præbent, revera Christum virtute divina a morte resuscitatum. *Qua* ipsa *demonstravit potentia, se Dei fore filium*, Rom. I, 4. nostrumque Dominum: qui Triumphum egerit, peccato, morte, ac Diabolo devictis; omnesque fiduciam in eum locantes, in libertatem asseruerit plenissimam.

Nostrum jam est, ut *pretioso sanguine Agni revera immaculati & incontaminati*, ab infernalis Ægypti servitute *redemti*, probitatæ vitæ ita nos geramus; ne denuo peccatorum facti mancipia, Satanæ incurramus ergastula. Idem Apostolus, qui Jesum *traditum fuisse* dixerat, *propter peccata nostra, & propter nostram justificationem excitatum;* paulo post subjungit: *an ignoratis, quod, quicunque baptizati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptizati simus? Sepulti igitur sumus una cum illo per baptismum in mortem. Ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus.*

*mus.* Et alibi hortatur, ut *expurgato veteri fermento malitiæ ac versutiæ, in azymis sinceritatis veritatisque Pascha agamus.* In vero itaque candore, ac amore fraterno, dies festos transigetis: procul ab omni rixa & digladiatione, infernales potius furias, (a quibus redemti estis), ac ferinam bestiarum indolem referente, quam viros liberalibus mitigatos artibus. Nihil hi præcipitanter agant: sed deliberato cuncta consilio. Semper memores, quod didicisse fideliter artes, emolliat mores; nec sinat esse feros.

Quod ut facilius fiat, & quisque suæ memor dignitatis, ea omnia evitare possit, quæ suum deturpant ordinem: piis potius meditationibus otium illud a literis vacuum impendendum erit, aut honestæ recreationi; quam compotationibus, aut conventibus ruri, cum promiscua hominum fece, confluentibus. Generosiores estis, ad majorem reservati fortunam, quam ut imperitam imitemini plebem. Quæ nuncio per dies festos laboribus remisso, ad helluationes se convertit: & quicquid superioribus diebus ægre comparsit, comessationibus aliisque corporis voluptatibus, choreis sæpe numero ridicule ductis impendit: impensas immodice factas, per plures deinceps deploratura hebdomadas. Aliter se gerant mancipati studiis. Hi semper memores sint, ex istorum se fore classe, qui aliquando columnas gerant, ac fulcimenta, quibus omnis innitatur Ecclesia ac Respublica. Nihil igitur agant, quod olim, probro esse posit: aut notam inurat conscientiæ, quæ inposterum inermem reddat, qui ullum cum successu corripiat turpe flagitium.

Ante omnia sodalitia vitabitis lascivarum ruri divagantium Amicarum ad illicitam Veneris consuetudinem incautos invitantium. Casta DEUS mens est, casta vult mente vocari. Plures jam olim animadverterunt. *Justinum Mart.* Romanis scribentem, Septimanam nominibus septem planetarum discernentibus, quamvis alias gentilium appellationes, quæ & ipsæ memoriam Idoli fictitii refricabant, retinuerit; nunquam tamen feriam sextam deinceps vocatam, *diem Veneris* dixisse: sed circumlocutione potius usum, *diem* appellasse, *quæ est pridie Saturni.* Hæc ipsa quibus occupamur tempora descripturus, in sua pro Christianis ad Antoninum Pium Apologia, ait: *Solis die communiter omnes conventum agimus. Quandoquidem is primus dies est, quo DEUS tenebras & materiam immutans, mundum condidit: & JESUS CHRISTUS Servator noster, eo ipso die a mortuis resurrexit.* PRIDIE *enim* SATURNI *in crucem actus est: & postri-*

*postridie ejusdem, qui Solis dies est, Apostolis & discipulis suis apparuit.* Quam cautelam observarunt etiam alibi *Ignatius* atque *Irenaus.* Adeo scil. eximii hi castimoniæ Christianæ amatores abhorrebant, a *Venere*, *ut ne* ipsum quidem *nomen* ( nisi sicubi necessario in falsorum Deorum refutatione usurpandum foret ) *in os admitterent*; in aures etiam difficillime. Raro hac nostra ætate exemplo. Si Decalogum acceptaturi, per triduum a commercio propriarum uxorum separandi fuerunt: quid non dicendum erit de consuetudine vilissimi scorti? Nil magis bonas mentes corrumpit, quam hæc juvenilis non tam scabies, quam ipsa contagiosa pestis. Non tantum spiritus rebus sublimioribus excogitandis necessarios exhaurit, corporis vires enervat, & senium inducit ipsis juvenibus: sed bona dilapidat paterna, & ad incitas redigit satis alioquin fortunatos. Ac quod maximum, DEUM reddit iratum. Et interitum accelerat non privatis tantum; sed integris Civitatibus, Rebus publicis atque Imperiis vastissimis. Pronunciatum illud Apostolicum, *adulteros & fornicatores judicabit Dominus*, eo usque sese extendit, ut non modo æternum denunciet cruciatum; sed internecionem sæpe inferat in æstu libidinis adhuc flagrantibus. Antediluvianis tam diu pepercit DEUS, donec libidinis flagitio suas contaminarent vias. Sodomam, & urbes vicinas, fertilitate fundi adeo felices, ut altera istarum *Zeboim* nomine *deliciarum* superbierit, & Scriptura ipsa non dubitarit, tractum totum *horto* comparare *Domini irriguo*, nefaria perdidit libido; impurum Veneris æstum igne cœlitus immisso conflagrante. Sichemitæ ob stupratam Jacobi filiam funditus sunt deleti. In deserto propter lasciviam Israelitarum cum Moabitarum filiabus perpetratam, una die viginti tria hominum millia perierunt. Nec diu post, ob stupratam Levitæ concubinam, tota ferme tribus Benjamin internecioni fuit deleta. Adulteria filiorum Eli non tantum adulteros perdiderunt; sed ipsummet Patrem misero mortis generi tradiderunt: quod nefarios non satis duriter objurgasset. Quantas Davidi Regi cæteroquin probo, adulterium causarit calamitates, nemini vestrum est incognitum.

Si quis res Gentilium, eorumque vicissitudines examinaverit; inveniet, plerasque Respubl. florentissimas, integras provincias, & totas Mundi partes, nulla re magis periisse, quam vagis libidinibus, & immodico Veneris cultu. Hac peste Thebæ perierunt: Troja fuit destructa: Corinthus excisa: Athenæ vastatæ: Græcorum post Trojam exustam reduces, maris obtriti fuerunt tempestatibus: & tandem tota ei succubuit Græcia. Ob libidinem immoderatam *Tarquinii* Regis familia urbe ejecta fuit, summa Imperii ad

ad duos Conſules translata. Hæc *Pauſaniam* fame necavit, ſtrenuum alioquin belli Ducem. Hæc perdidit *Hipparchum*, Piſiſtrati Athenienſium Tyranni filium. Hæc *Cambyſem* interemit, Cyri Regis Perſarum prudentiſſimi ac modeſtiſſimi filium: & *Dionyſium* Siculorum tyrannum, non modo exuit Imperio; ſed & uxorem ejus ac filios atrociſſimo ſubjecit cruciatui. Parco ordini veſtro. Alioquin ad recentiora provocarem exempla, plus ſatis funeſta. Quæ hodienum clamant, *in me intuendo, caſtus eſto.* Felix! quem faciunt aliena pericula cautum.

Faxit Deus! ut eligatis, eadem quæ Numini ſupremo grata ſint, Reipublicæ proficua, & cuique Veſtrum ſalutaria. Cujus laudabile edetis ſpecimen; ſi beneficentiam, & gratum animum illis Verbi divini præconibus declarabitis, qui precibus ſuis ac meditationibus per ſacros hos dies geminatis, noſtram indeſinenter Deo commendant ſalutem. P. P. ipſa *ἀναϛασίμῳ ἡμέρᾳ.* An. M DCC XIII.

# JOH. ANDR. DANZII
# FUNCTIO PONTIF. M. IN ADYTO ANNIVERSARIA.

## AD EBR. IX, 7.

ב ש ש

COgitanti mihi ac quomodo pro exigui ingenii mei viribus ſcitum illud effatum *Talmudicum* *) לא יפטר אדם מחברו לא מתוך שיחה ולא מרוך שחוק ולא מתוך קלות ראש ולא מתוך דברים בטלים אלא מתוך דבר הלכה שכן מצינו בנביאים הראשונים וכן תנא מרי בר ברי׳ דרב הונה ברות דר׳ ירמיה בר אבא אל יפטר אדם מחברו אלא מתוך דבר הלכ׳ שמתוך כך זוכרהו וכו׳ i. e.

*) tit. Berachoth Babyl. cap. 5. fol. 31. a. lin. 26. ſqq.

i. e. *Ne ſecedat quispiam a ſocio ſuo nec intra confabulationem, neque intra ludiera, nec intra levitatem, neque intra verba futilia; Verum intra verba deciſum aut ritum aliquem continentia. Ita enim apud Prophetas priores invenimus. Atque ſic docuit MARE nepos Rab. Hunnæ filii R. Jeremiæ Abbæ filii: nunquam ſeparet ſe homo a ſocio ſuo, niſi cum ſermone de deciſo, aut ritu aliquo; per hunc enim efficiet, ut ſui recordetur.* Caſu accidit, ut tum temporis in quotidiana Lectione Biblica ordo me deferret, ad *caput IX. Epiſtolæ ad Ebræos.* Ubi multa deprehendebam, quæ ſine cognitione rituum inter Ebræos in Eccleſia antiqua receptorum, vel vix, vel difficulter, vel non plene percipi poſſe exiſtimabant. Cumque eodem tempore Collegium haberem in decantatiſſimi iſtius Ebræorum *Maimonidis* Opus יד חזקה dictum: in cujus libr. VIII. *de rebus miniſterium templi concernentibus* multa offenderam, quæ etiam lucem aliquam memorato capiti clarius intelligendo videbantur accendere. Conſtitit apud animum meum conſilium, quædam *divino adjutus auxilio* conſcribere in verſum ejus ſeptimum, cujus hæc ſunt verba: *εἰς δὲ τὸν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεύς, οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων.* Ea quidem lege, ut in citandis Ebræorum autoribus *Maimonidi* primas concederem. Utpote qui non ſolum tanta eſt inter Chriſtianos auctoritatis, ut celeberrimis Viris *Caſaubono* ac *Scaligero*, a quibus multi alii deinceps hoc mutuarum encomium, *primus Judæorum* viſus ſit, *qui deſierat nugari.* Ejus quoque ſtatuta paſſim a Noſtratibus citantur, ac ſuſcipiuntur ſatis reverenter. Stylus ipſius terſus eſt, ac conciſus, integras ſæpe numero *Talmudis* paginas paucis exprimens lineolis. Sed etiam, quod maximum mihi fuit incitamentum, quia in eo legendo, ac cum *Talmude* conferendo totus tunc eram occupatus. Ut autem innoteſcat, e quibus fontibus ſuos derivarit rivulos, *Talmudis* loca, unde ſua pro more decerpſerit, hinc inde allegavi; qui, cui facultas ac otium, folio, pagina, ac linea etiam expreſſis, nullo impedimento quilibet ea conferre poſſit. Faxit vero Numen Benigniſſimum, ut oculis animi apertis, juſto incedam tramite.

# CAP. I.

## QVO PERSONÆ MINISTRANTIS EXHIBETVR DIGNITAS.

### §. I.

PErſona miniſtrans vocatur in textu noſtro *ἀρχιερεύς*. In templo Dei talis ordo conſtitutus erat, ut quisque ſuum obire deberet munus; alterius ve-

ro administrare ministerium sub pœna mortis, ut a) pro ratione personæ alius cujusdam mali, prohibitum erat. כי המלאכות והעסקים המסורים לרבים אם לא ייוחד כל איש למלאכה מיוחדת יפול ההתרשלות והעצלה מן הכל *quoniam*, Maimonide b) dicente, *si negotia pluribus committantur, nec quilibet ad certum destinetur officium negligentia ac pigritia facile occupat omnes*. Unde quemadmodum nihil Levitarum, Sacerdotum, & contra nemini Sacerdotum Levitarum licitum erat obire munus; ita & Levitis, & Sacerdotibus gregariis, officio Pontificii Maximo proprio fungi fuit prohibitum.

§. II. Levitis Sacerdotum administrare ministerium interdictum fuisse, *Maimonides* c) e Talmudis tit *Eracbin* d) adstruit verbis seqq. וכל הלוים מוזהרין על עבודת המזבח שנאמר אך אל כלי הקדש ואל המזבח לא יקרבו ולא ימותו לא יקרבו לעבודה אבל ליגע מותרין i. e. *Et omnes Levitæ probibentur, ne cultum circa altare peragant, quia dicitur e): Verum ad vasa sanctuarii, & ad altare non accedant* (Levitæ, coll. v. 2.) *ut ne moriantur, non accedant ad offerendum, tangere tamen illud ipsis licitum* f). Quam male cesserit *Koræ* Levitæ, Sacerdotum cultum sibi arroganti g) comprobat miserabilis ejus sociorumque interitus, descriptus Num. XVI, 1. sqq. Et ne quis similem cum ipso erraret errorem, quo eandem sibi contraheret internecionem; jussit divina benignitas h) in perpetuam rei gestæ memoriam, thuribula prævaricantium, quibus cultus perficere susceperant aliorum, in laminas diducta, anathematis loco altari suspendi, eum in finem, למען אשר לא יקרב איש זר אשר לא מזרע אהרן הוא להקטיר קטורת לפני יהוה ולא יהיה כקרח וכעדתו. *ut ne accedat quispiam peregrinus* i), *qui non fuerit a posteritate Aaronis, ut adolendam suffitum coram Domino; ne fiat ei sicut Koræ; ac cœtui suo.* Hinc in tantum non male infert laudatus *Maimonides* k): לוים שעבדו עבודת הכהנים או שסייע לוי במלאכה שאינה מלאכתו חייבין מיתה בידי שמים *Quicunque Levitarum administrant ministerium sacerdotum, aut qui opem tulerit Levitæ alii, in opere, quod suum non est, rei mortis per Deum committendæ fiunt.*

a) Videatur MAIMON hilc. Cele hammikd. c. 3. §. 11. b) in More Nebuchim Part. 3. c. f. 174. b. l. 24. 25. Edit. Sabiones. c) Hilc. Cele hammikd. c. 3. § 9. 10. d) Babyl. c. 2. fol. 11. b. l. 3. sqq. item e Siphri, Sect. Kora fol. 70. col. 1. e) Num. XVIII, 3. f) ex Mechilta, ubi confer g) Num. XVI, 9. 10. h) Num. XVII, 5. confer. c. III, 38. c. XVIII, 7. i) ad sensum genuinum Peregrini cognoscendum conf. omnino Maimon. in hilc. Biath hammikd. c. 9. §. 1. k) l. c. §. 11. conf. Mos. Kotzensis Præc. Neg. 297. fol. 82. col. 4. circa fin.

*ſunt*. De quorum tamen membro poſteriori diſceptantes vide in citato *Talmudis* tit. l); ac *Joſeph Karo* in *Ceſeph Miſchne* m).

§. III. Sacerdotibus quoque prohibitum fuiſſe Levitarum fungi officio, docet idem *Moſes Ægyptius* n) verbis ſuperiora immediata ſequentibus; וכשם שהלוים מוזהרין שלא לעבוד עבודת הכהנים׃ כך הכהנים מוזהרין שלא לעבוד עבודת הלוים שנאמר גם הם גם אתם i.e. *Et quemadmodum Levitæ prohibentur, quo minus obeant munus ſacerdotum; ita etiam ſacerdotibus inhibitum, ne Levitarum fungantur officio, quia dicitur* o): SICUT ILLI, ITA VOS. In eodem quoque capite verſ. 7. ſpecialis ſacerdotum cultus reliquorum Levitarum miniſterio oppoſitus exprimitur ut ſit לכל דבר המזבח ולמבית לפרכת *In omni re altare concernente, ac quæ ſunt intra velum*, i. e. ut *Abarbanel* p) explicat: הם יקריבו הקרבנות על מזבח העולה והם ישרתו בהיכל בהדלקת הנרות ובקטורת *offerant ſacrificia ſuper altare holocauſti, ac miniſtrent in templo in accenſione candelarum ac in ſuffitu* q). Nec dubitandum, quin, cum generatim aſſerat a Sacerdotibus peragendum cultum, qui poſt velum, ac ad altare perfici debet, etiam ille h. l. comprehendatur ſimul, qui poſt velum ſecundum in ſanctiſſimo ſemel quotannis exhibendus. Cum Univerſale ſub ſe comprehendat Speciale: quod & h. l. verbis *intra velum* clare eſt expreſſum.

§. IV. Neque vero hi libera uti poterant poteſtate quodcunque munus ſacerdotale pro arbitrio obeundi; ſed ſorte r) inter eos diverſa diſtribuebantur munia. Et quamvis Pontifici Maximo obeundi munus ſacerdotum quorumlibet licentia fuerit data, uti patet ex verbis *R. Maimon.* s) ſqq. כל עת שירצה כן להקריב מקריב כל מה שירצה *quocunque tempore voluerit* (Pontifex Maximus) *offerre, offerat quicquid voluerit*. Attamen nulli Sacerdotum (ſi ſolum *Sagan* in caſu neceſſitatis excipias), nedum Levitarum, fungi officio Pontificis Maximi die Expiationis peragendo licuiſſe manifeſte præter varia V. T. Loca oſtendunt textus noſtri verba, cum dicitur Μόνος ὁ ἀρχιερεὺς; voce compoſita ex ἄρχων *princeps*, & ἱερεὺς *Sacerdos*, q. d. *princeps Sacerdotum*. Talem enim proprie denotat; per Synecd. Generis vero *Pontifici Maximo* tribuitur: ut h. l. & alibi; quamvis non ubivis. Siquidem ſæpius eum deſignat, qui *Princeps* dicitur non ratione omnium in univerſum *Sacerdotum*; ſed iſtorum ſaltem; qui ſub una vel *liturgia hebdomadali* (ſi ita vocare liceat משמר. quo nomine



l) ſc. Erachin fol. 11. b. l. 6. ſqq. m) ad Maimonidis l. c. n) l. c. §. 10. o) Num. XVIII, 3. ad quem confer Ab. Eſra. p) Comment. in l. c. fol. 301. col. 2. l. 22. ſqq. q) vide ſis etiam 1. Chron. XXIII, 13. r) vide Rambam hilc. Tmidim. c, 4. 5, 1, ad 9. s) l. c. c. 5. §. 12.

מעמד olim expresserat *Scaliger*) vel *Ephemeria* comprehenduntur; aut ratione alterius cujusdam præfecturæ reliquis præsunt.

§. V. Quippe sciendum omnino est, quod *Maimon* t) asserit: שנמצאו הכהנים תמיד שמונה מעלות זו למעלה מזו *invenire Sacerdotum continuo gradus dignitatum octo, quarum una altera sit superior.* Hos generatim distruibueres in הדיוטות *Idiotas* sive *Privatos* ac *Gregarios*, atque ראשים vel ממונים *Principes*, sive Duces aut Præfectos. Atque Principium horum septem sunt ordines, recensiti ab eodem *Maimonide* u) e cod. *Horajoth* x) Babylonici, ac *Schekalim* y) Hierosolymitani Talmudis in hunc modum: וממנין כהן גדול הוא ראש לכל הכהנים ממנין כהן אחר יהיה לכהן גדול כמו המשנה למלך והוא הנקרא סגן והוא הנקרא ממונה ויהיה עומד לימין כהן גדול תמיד וזה כבוד הוא לו וכל הכהנים מתחת יד הסגן: ועוד ממנין קתיקולין להיות לסגן כמו הסגן לכהן גדול: ומפתחות העזרת בודם רצה האחר לפתוח אינו יכול עד שיתכנסו כל האמרכולין ויפתחו וממנין גזברין מתחת ידי האמרכולין ואין פיחתין משלשה גזברין והגזברין הן שגיבין כל ההקדשות יפודין את הנפדה מהן ומוציאין אותן בדברים הראוין להוציאן. *Præficiunt Pontificem Maximum, qui caput omnibus Sacerdotibus. Deinde constituunt aliquem Sacerdotem, qui sit Pontifici Maximo, qualis secundus a Rege Majestati regiæ. Atque hic ille est, qui dicitur* SAGAN, *nonnunquam* PRÆFECTUS, *& stat Pontifici M. perpetuo a dexteris: id quod magno ipsi ducitur honori. Omnes autem Sacerdotes potestati Sagan istius subsunt. Præterea etiam constituunt* CATHOLICIANOS *ad minum duos, qui ita se habent ad Sagan, quemadmodum hic ad Pontificem. Idem ordinant* CAMERARIOS, *non infra septem, in quorum manu claves Atrii, ut volente uno aperire, non possit, donec congregatis omnibus, aperiant. Tandem Potestati Camerariorum subordinant.* THESAURARIOS, *ad minimum Tres. Thesaurarii autem illi sunt, qui exigunt omnia consecrata: de quibus redimunt redimenda, ac impendunt rebus convenientibus.*

§. VI. Hisce adjunguntur ראשי משמרות *Principes Liturgiarum*, ac ראשי בתי אבות *Principes Ephemeriarum*; quorum illos voco, qui præerant classibus istis 24. in quot David ac Samuel Sacerdotes distribuisse dicuntur 1. Chron. XXIV, 4. z), quarum semper una hebdomadam integram administrabant, altera in fine hebdomadis priori succedente. Hos, qui præerant Sacerdotibus uno die administrantibus. Ita enim commodius. Metonymice existimo vocari, quam *Principes domuum pater-*

t) l. c. c. 9. §. 19. u) l. 4. §. 18. 16. 17. 18. x) c. 3. fol. 13. a. l. 21. sqq. y) c. 5. Gemaræ ad §. 2. fol. 49. c. 1. med. ad Babyl. v. f. 8. e. 1. post med. Tosaphoth. l. c. fol. 7. c. 2. med. z) vide cod. Taanith. c. 4. f. 27. a. l. 8. l. 22. sqq. Rambam hilc. Cele hammikd. c. 4. §. 3.

*paternarum.* Cum ἐφημερίαν tam *Suidas* quam *Hesychius* munus diurnum exponat, quod uno obimus die, ac ἐφήμερος πυρετός Galeno sit febris diaria, ἐφήμερος τροφῆς Jacobo a) victus quotidianus, sive dimensum καθ' ἡμέραν, atque μισθὸς ἐφημέριος in *Epigr*. merces diurna. Et v. בית אב Talmudicis nil sit aliud, quam cœtus certorum Sacerdotum aut Levitarum uno septimanæ die ministrantium. Quandoquidem unaquælibet Liturgia hebdomadalis in septem בתי אבות dicente Glossa ad tit. *Taanith*. b), ac *Maimonide* c), subdividitur: ac *Joseph Karo* d) inquit: ראש המשמר מחלק אנשי המשמר אבתי אבות יכל בית אב עומד יום א׳ מיוחד בשבוע ראש משמר מחלק אנשי משמר שלו לשבעה בתי אבות ואף על פי שיהיו במשמר אנשים רבים אינו מחלקם אלא לשבעה חלקים כל חלק נקרא בית אב „Princeps cujuslibet liturgias distribuit viros istius „liturgiæ in בתי אבות Ephemerias, ut unaquæque Ephemeria uno certo „to septimanæ die ministret. *Et mox*: Princeps liturgias dividit viros litur„giæ suæ in septem בתי אבות Ephemerias. Quanquam enim in una litur„gia plures sint viri, non tamen distribuit eos, nisi in PARTES septem: Pars „unaquæque vocatur בית אב." Quam, ut ex jam dictis patet, satis bene *Ephemeriam* vocamus. Quo ipso tamen diversum in scriptura usum tam ἐφημερίας, quam בית אב minime negaverim. Liceat ab hoc Profanis nonnunquam recedere. Quod si nunc hos duos *Principes* Sacerdotum superioribus quinque annumeres, septem habebis species principum sacerdotalium. Quos e *Pandectis Talmudicis* supra citatis, hoc ordine recenset *Maimonides* e): כ״ג המשיח קודם למרובה בגדים העומד לשרת קודם למשוח שעבר מחמת קרי והעובר מחמת קרי קודם העובר מחמת מום והעובר מחמת מום קודם לכהן משוח מהחסרה ומשיח מלחמה קודם לסגן וסגן קודם לקתיקול וקתיקול קודם לאמרכל ואמרכל קודם לגזבר וגזבר קודם לראש משמר וראש המשמר קודם לראש בית אב וראש בית אב קודם לכהן הדיוט משאר הכהנים i. e. „Pontifex M. unctus præcedit initiatum vestibus; Hic in ministerio subsistens, „eum, qui ob pollutionem nocturnam suspensus est. Qui ob hanc suspen„sus, eum præcedit, qui propter maculam remotus est. Qui propter macu„lam, potior est Sacerdote ad bellum uncto. Unctus vero belli potior est Sa„gane. Sagan potior Catholiciano; Catholicianus Camerario; Camerarius

 Thesau-

a) C. 2. 15. b) fol. 15. b. l. 10. c) l. c. c. 3. §. 9. d) in Cesepb Mischne ad Maimonidis l. c. fol. 179. col. 3. l. 6. fin. e) l. c. c. 4. §. 19.

„Thesaurario; Thesaurarius Principe Liturgias; ac Princeps Liturgias po-„tior est Principe Ephemerias; Et hic Sacerdote Gregorio e reliquis„.

§. VII. Quicunque unius fungitur officio ex illis, qui commemorati hactenus sunt, absque dubio dici potest *Princeps Sacerdotum*, græce ἀρχιερεύς. Quibus ex sententia *Cl. Lightfooti* f) conjungantur illi, *qui in summum Synedrium* (quod, si *Maimonidi* g) credimus, fidem sibi e tit. *Kidduschin* c. 4. concilianti, e Sacerdotibus ac Levitis maximam sui partem constabat,) *fuerunt cooptati. Variis vero officiis in templo Præfecti*, de quibus tit. *Schekalim* c. 5. aut sunt iidem, qui §. 5. recensiti; aut, si diversos ab illis, eos indigitat, qui l. c. in *Mischna* 1. enumerantur, a *Maimonide* hilc. *Cele chammikd.* toto cap. 7. minime cum eo facere potero. Cum incertum admodum sit, omnes Præfectos ibi recensitos fuisse e Sacerdotibus. Quin imo res ipsa reclamat. Siquidem Præfectorum istorum quindecim recensentur classes, cum Sacerdotum in universum non nisi octo constituantur ordines.

§. VIII. Quicquid hujus sit, ex dictis sufficientissime patet, vocabulum ἀρχιερέως, sive *Principis Sacerdotum* pluribus esse commune, nec soli Pontifici Maximo proprium. De hoc eo minus dubitabit, quicunque conferet Act. V, 24. ubi dicitur: ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους, ὅ τε ἱερεὺς, καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς &c. Ex συναφείᾳ enim textus, ac oppositione ἱερέως: ac ἀρχιερέων liquet, per ἱερέα *Pontificem Maximum* esse intelligendum, qui in singulari effertur, ac in Cod. Complutensi dicitur ἀρχιερεὺς; per στρατηγὸν vero τοῦ ἱεροῦ eum, qui Ebræis סגן vel הממונה *Præfectus templi*: per ἀρχιερεῖς autem, non nisi Sacerdotes ordinis a duobus jam memoratis inferioris; sive uni officiorum supra indicatorum præfuerint, sive ob id, quod in Synedrium magnum cooptati erant, tali vocentur honoris titulo. Confer e quam plurimis Matth. II, 4. cap. XXVI, 47. 59. Ex V. T. 2. Paral. XXXVI, 14 coll. cum 1. Par. XXIV, 5. manifestum redditur, שרי הכהנים *Principes Sacerdotum* dici tantum eos, qui Talmudicis, ac generatim sciptoribus profanis שרי המשמרות *Capita Liturgiarum Hebdomadalium vocantur*; non Pontifices Maximos. Atque hinc est, ut ἀρχιερεῖς tam sæpe in plurali efferatur h); cum tamen, ut iterum recte *Rambam* i) e tit. *Sanhedrin* k), ac *Torath Cohanim*: אין ממנין שני כהנים גדולים כאחד. *Non constituant simul duos Pontifices Maximos.* Atque Talmud. Hieruschalmi l): החד מושחין ואין מושחין שנים

f) Hor. Hebr. ad Matth, II, 4. g) Hilc. Sanhedrin c. 2. §. 2. h) Vid. Matth. XVI, 21. c. XX, 18. c. XXI, 15. 23. 45. c. XXVI, 3. 14. 47. 59. c. XXVII, 1. 3. 6. 12. 20. 41. 62. c. XXVIII, 11. Marc. XIV, 1. 10. 43. 53. 55. c. XV, 1. 3. 10. 11. 31. ac passim. i) Hilc. Cele Hammikd. c. 4. §. 15. k) Hieruf. fol. 29. col. 1. l. 23. l) tit. Horajoth. c. 3. fol.

שנים. h. e. *Unum ungunt, non vero duos.* Quamquam enim Sacra Scriptura nullibi (quod ſciam) diſertis verbis illud doceat, tamen exinde id haud obſcure colligi poſſe exiſtimo, quod nuſpiam invenimus duos vel plures ſimul ad Pontificatum Maximum fuiſſe unctos; ſæpius vero unicum, & poſt ejus obitum tunc demum alterum m). Quod ſi res ita ſeſe habuit temporibus Aaronis & Eleazaris, quid vetat, ita de reliquis concludere temporibus, cum contrarium probari nequeat?

§. IX. Nec quispiam urgere poterit, quod, ſicuti per S. Scripturam, *Joſephum* aliosque introducuntur ἀρχιερεῖς in plurali: ita diſerte duorum Pontificum M. fiat mentio apud Joh. 18, 13 24. it. Luc. 3, 2. Quoniam vel ordines inferiorum Principum ſupra allegati intelligi poſſunt; Vel Pontifex M. cum ſuo Vicario; ſive qui Pontificatu jam erant deſtituti. Quid enim obſtat, niſi quidem cum *Cl. Seldeno* τοὺς ἀρχιερεῖς ad dignitatem civilem, qua *Annas* Synedrii princeps, *Caiphas* vero Synedrii pater * ſtatuitur, trahere velis; quo minus *Caiphas* habeatur Pontifex M., *Annas* vero Exautoratus, vel vice-Pontifex, qui Pontifici in eventum poſſibilis immunditiei pro more ſurrogatus, ejus illo anno functus fuerat officio. Siquidem hujusmodi Vicarius ob dignitatem ac officium, quo in caſu neceſſitatis ſemel functus eſt, etiamſi pro ipſo Pontifice Maximo Primario, cultu ſuo finito, haberi amplius non poſſet, ad invidiam declinandam; ſed medius quodammodo inter Maximum ac reliquos: cum in officiis Sacris neminem, ut *Talmudici* n) volunt, in ſtatum dejiciant deteriorem. Nomen tamen Pontificis M. hinc inde accipit apud *Joſephum*, atque in *Scriptis Talmudicis. Maimonides* o) inquit e tit. *Joma* p): ומתקינין לו כ״ג אחר שאם יארע בו דבר פסול יעבוד האחר תחתיו עבר יום הכפורים הרי הראשון חוזר לעבודתו והשני עבר וכל מצות כהונה גדולה עליו אלא שאינו עובד כ״ג. *Et ſubordinant ei* (Pontifici M.) *Pontificem Maximum alium, ut, ſi incidat quædam in illum profanatio, alter iſte adminiſtret loco ipſius. -- Præterlapſo vero die Expiationis, tunc primus ille ad munus ſuum redit, ſecundo* ipſi *miniſtrante. Cui tamen omnia injuncta ſunt præcepta Pontificatus Maximi, præterquam, quod non miniſtret ut Pontifex M. Joſeph filius Ellem* q) e *Zip-*

47. col. 4. l. 4. 5. Vide ibid. tit. Joma c. 1. fol. 38, col. 3. fin. ac tit. Megilla c. 1. fol. 72. col. 1. l. 23. a fin.

m) Exod. XXVIII, 3. ſqq. c. XXIX, 29. 30. Num. XX, 16 * de quibus Conf. Maimon. Sanhedr. c. 1. n) tit Joma Babyl. c. 1. f. 12. b. l. penult. cap. 7. fol. 73. a. l. 8. 9. tit. Horajoth c. 3. f. 12. b. l. 6. 7. Menachoth. c. 11. f. 99. a. l. 23. b. l. 20. Schekalim. cap. 6. §. 4. o) hilc. Avodath. jom haccipurim c. 1. § 3. Ed. min. A. M. 5334. a qua Major. A. M. 5310. nonnihil diſcrepat, p) Babyl. c. 1. fol. 12. b. l. 9. fin. q) Hier. titulis Joma

e *Zipporim* functus officio in locum Pontificis Maximi (qui Matthias vocatur a Josepho l. c.) gonorrhæam passi, jussus est a Rege (secundum Talmud. Babyl. *a sapientibus*) hoc honore contentus esse, quod ministrare potuerit coram eo, cujus verbo mundus factus est. Ex quo intellexit ille, שהוסע מכהונה גדולה *quod remotus sit a Pontificatu Maximo.* Quod vero nomen Pontificis Maximi retineat, non solum claret e superioribus verbis *Maimonidis*; sed & historia se- quenti, descripta in titulis Hierosolymitani *Joma*, *Megilla*, ac *Horajoth* ll. cc; Babylonici, tit. *Joma* r), in h. m. שמעון בן קמחית שיצא עם מלך ערבי וערב יום חחפיר רם עם חשכה ונתזה צנותה של רוק מפיו על בגדיו וטימאתו ונכנס יהודה אחיו ושימש תחתיו בכהונה: ‏וראת אימן שני בניה כהנים גדולים ביום אחד: „Cum Simeon „(*Bab. R. Ismael*) Filius Kemchith egressus fuerat *deambulatum* s) cum Rege A- „rabiæ, nocte ingruente, vespera diei Expiationis; diffluebat canalis salivæ „ex ore hujus in Vestes illius, eumque contaminavit. *Quo facto* ingressus est „Juda (*Bab.* * *Jisebbab.*) ejus frater, atque in Pontificatu ministravit loco ipsius. „Sic vidit mater ipsorum duos filios suos in die uno Pontifices Maximos„. Hæc e *Megilla* Hierusolymitani, cui Babylonicum *Joma* t) subjicit alteram. שוב אמרו עליו על ר׳ ישמעאל בן קמחית פעם אחת יצא וסיפר עם הגמון אחד בשוק ונתזה צינורא מפיו על בגדיו ונכנס יוסף אחיו ושמש תחתיו וראתה אמן שני כהנים גדולי׳ ביום אחד i. e. „Ito- „rum accidit cum eodem R. Ismael filio Kemchith, ut aliquando egrederetur „confabulatum in foro cum aliquo Episcopo, ex cujus ore diffluebat saliva „super vestes illius. *Quo facto* ingressus Joseph frater ipsius ministrans pro „ipso. Sic vidit iterum Mater ipsorum in uno die duos *filios suos* Pontifices „Maximos„.

§. X. En vides, quod non modo vocetur כהן אחר *Sacerdos* (voce se- cundum excellentiam sumta) *alius* u), כהן משנה *Pontifex secundarius* x), כהן שני *Pontifex secundus*, &, quia, dicente *Roberto Sheringhamio* y), solus prin- ceps reliquorum sacerdotum, qui *Sagan* dicebatur, in talem substitui potest Vica-

c. 1. f. 38. c. 4. l. 1. seqq. Megilla c. 1. f. 72. c. 1. l 21. a fin. Horajoth. c. 3. fol. 47. c. 4. l. 7. seqq. Babyl. Joma c. 1. f. 12. b. l. 5. a. fin. Horajoth. fol. 12. b. l. 4. seqq. Josephus Antiq. lib. 17. c. 8. p. 597. D.

r) cap. 5. f. 47. a. l. 28. sqq. Conf. Vajjikra Rabba Sect. 20. fol. 120. col. 1. lin 22. seqq. Edit. Ven. s) quod additur Hier. Horajoth l. c. * Joma fol. 47. a. l. 29. t) l. c. fol. 47. a. l. 30. sqq. u) vide Babyl. tit. Joma cap. 1. Mischna 1. Hierus. tit. Horajoth, cap. 3. fol. 47. col. 4. l. 3. x) 2. Reg. XXV, 18. y) Cod. Joma p. 7.

Vicariatum, (de quo tamen frustra z) Nonnemo dubitat): dicitur etiam סגן הכוהנים *Antistes Sacerdotum*, id quod primatum ejus designat inter Sacerdotes reliquos. Sed etiam simpliciter כהן גדול *Pontifex M.*, vel כהן גדול אחר a *Josepho* a) ὁ ἕτερος Ἀρχιερεὺς *alter iste Pontifex M.*, & apud eundem *Josephum* * *Manasses* dicitur μέτοχος τῆς ἀρχιερωσύνης *Pontificatum particeps* cum Jaddua.

§. XI. Enim vero quando in nostro textu ἀρχιερεὺς introducitur, dignitas politica penitus exulat; nec *Exautoratus* intelligi potest, aut *Vicarius*, vel ullus e Principibus Sacerdotum supra memoratis alius, præterquam Pontifex M. e posteritate Aaronis mascula. Id quod manifeste probat *officium ab ipso obeundum*. Quod mere Sacrum est, nec ab ullo poterat perfici, nisi qui ad munus Pontificis legitime ordinatus. Confer h. l. cum Exod. XXX, 10. Lev. XVI, 2. 12. seqq. in quibus idem ille actus describitur; & de veritate mea non dubitatis. Cum ibi Aaroni, absque dubio Pontifici, republica adhuc incorrupta, sacris occupato negotiis, ejusque in hoc legitimis successoribus tribuatur, quod hic τῷ ἀρχιερεῖ. Et ne cui scrupulus oriatur, quasi alii Pontificem sublevare potuissent, manusque præbere auxiliatrices, notanter addit Spiritus S. ut Lev. XVI, 17. כל אדם לא יהיה באהל מועד בבאו לכפר בקדש עד צאתו. i. e. *Nullus homo sit in tentorio conventus, cum ingreditur ille ad expiandum in Sanctissimum, donec egrediatur*: Ita & in textu nostro Μόνος ὁ ἀρχιερεύς. Et ἀρχιερεὺς quidem opponitur omnibus sacerdotibus reliquis, cujuscunque sint ordinis, descriptis v. 6. ubi horum functiones delineantur quoad quidditatem, locum, tempus, ac personas. Quibus quoad singula membra nunc v. 7. cortradistingvit Apostolus functionem Pontificis M. Vox Μόνος vero duplicem includit significationem. Nam tam personam determinat, quam actionis circumstantiam. De persona sumta idem est ac *unicus*; de circumstantia vero actionis a persona peragendæ idem quod *solus*. Persona ingrediens non alia sit, quam Pontifex præcise omnium Maximus: præter quem nemo omnium hac dignus erat functione. In circumstantia vero actionis istius observetur, quod nemo quoque pontificem ullo modo potuerit comitari; sed ipse solus aliis destitutus omnibus, eam perficiat. Quemadmodum de suffigatione quotidiana *Maimon* b) e tit. *Joma* c) asseverat: בררת שמקטירין הקטורת בהיכל בכל יום פורשין כל העם מן ההיכל ומבין חאולם ולמזבח לא יהיה שם אדם עד שיצא זה שהקטיר הקטרת: וכן



z) Quia contrarium tit. Sota c. 8 f. 42. b. l. 4. f. in Joma c. 4. fol. 39. a. l. 10. fin.
a) l. c. * Antiq. lib. 11. c 8. vid. Seldenus de success. in Pontif. l. 1. c. 12. p. 168. p. 188.
b) hilc. Tmidin Umusaphin. cap. 3. §. 3. c) cap. 4. Gemara. fol. 44. a tot.

וכן בשעה שיכנס בדם חטאות הנעשות בפנים נפרשים מבין האולם ולמזבח עד שיצא שנ׳ וכל אדם לא יהיה באהל מועד בבואו לכפר בקודש וגו׳ בנין אב לכל כפרה שבקודש שלא יהא שם אדם i. e. „Quo tempore suffitum faciunt in templo quotidie, „subducit sese totus populus a templo, & spatio quod inter pronaon & altare; „nemo hominum ibi invenitur, donec exeat ille qui adoleverit suffimentum. „Et sic qua hora ingreditur cum sanguine sacrificiorum pro peccato intus fa„ciendorum subducunt se omnes a spatio quod inter pronaon ac altare, donec „exeat. Quia dicitur d): Et nullus homo sit in tentorio conventus, cum „ingreditur ille ad expiandum in Sanctuario &c. Ad Genus a specie argumen„tantur ad unamquamque expiationem Sanctuarii, ne sit ibi ullus homo„. Ita idem alibi e) ex eod. loco Talmudico idem statuit de cultu diei expiationis, quo de etiam proprie agit textus biblicus ad quem provocant, quando scribit: בשעת דקטרת הקטירת בקדש הקדשים כל העם פורשים מן ההיכל וכו׳ *Qua hora suffitus adoletur in Sanctissimo, totus populus subducit sese a templo* f). Et ne putes talem secessum tum demum fieri, quando Pontificem M. ad velum usque Sanctissimi comitati sunt, quæ necessaria ipsi in Adyto, porrigentes; præter textum sacrum בבואו *quando ingreditur*, l. c. expresse monet *Maimon* g), unumquemque se subtrahere, quam primum quis a Præfecto jussus fuerit, ut adoleat. Hæc enim verba ipsius legas; ואין המקטיר מקטיר עד שהממונה אומר לו הקטר ואם כהן גדול הוא אומר לו הממונה אישי כהן גדול הקטר ואחר שאומר יפרשו כל העם ויקטיר המקטיר וישתחוה ויצא i. e. *Suffitum facturus antea adolere non potest, donec Præfectus ipsi dixerit: adole. Quod si sit Pontifex M. inquit ei Præfectus: mi Domine Pontifex Maxime, adole. Et ex quo dixit hoc, subducit se omnis populus, & suffitum facturus adolet, incurvat se, ac egreditur.* Quod si jam nulli Pontificem licuit comitari, aut manus ei præbere auxiliatrices; sequitur omnino, unicum Pontificem, qui tali officio h. l. fungi jubetur, in præsenti esse intelligendum. Quin imo ipsa vox ἀρχιερεὺς secundum famosiorem suam significationem accepta in nullum quadrat melius, quam Pontificem M. utpote status ipsius naturam optime exprimens. Quamvis enim latius sumta denotet *Principem Sacerdotum qualemcunque*; nemini tamen melius convenit, quam

d) Lev. XVI, 17. e) hilc. Jom. haccippurim cap. 4. § 2. f) Conf. omnino Luc. I, 10. ad eumque Cl. Lightfootus p. m. 716. item quæ in Tosaphoth ad tit. Celim cap. 1. § 9. in fin. ac ap. R. Obad. de Bartenus a. ad tit. cit. Part. 2. fol. 268. a. Edit. Ven. g) h. l. c. Tmidin. cap. 3. §. 9.

quam Pontifici M. Siquidem hic *καθ' ἐξοχὴν Princeps & caput est* non tantum Vulgarium Sacerdotum, sed ipsorummet capitum ac principum reliquorum. Josephus h) *τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ πάλιν αὐτὸν ἐπιστευκέναι τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν* (quæ lex justior, inquit, quam ea, quæ) *Summo omnium Pontifici aliorum Sacerdotum principatum competenter injungit?*

§. XII. Quid quod non solum introeundi actus Pontifici unice proprius sit; sed ministeria potiora istius diei in sanctuario peragenda omnia. In toto capite 16. Lev. ubi ex instituto agitur de functionibus die Expiationis obeundis, nullum agens primarium aliud exprimitur, quam Aaron Pontifex Maximus, aut *Sacerdos ille quem unxerit* ungens, *& cujus repleverit manum, ut Sacerdotio fungatur loco patris sui*, ut verba sonant v. 31. capitis citati. Hinc non male infert acutissimus *Abarbanel* i) ואמר שעבודת בית המקדש ביום הזה תהיה על ידי הכ״ג ולכן תלה הכתוב תמיד באהרן בזאת יבא אהרן אל המקדש ונתן אהרן והקריב אהרן *Omnino assero, quod cultus domus sanctuarii in hoc die* peragendus, *per Pontificem M. fieri debeat; propterea attribuit eum Scriptura perpetuo Aaroni*, v. g. *cum hoc veniat Aaron in sanctuarium:* item *& ponat Aaron, & offerat Aaroni* &c. Et clarius adhuc *R. Moses AEgyptius* k) עבודת כל חמשה עשר בהמות אלו הקריבין ביום זה אינה אלא בכ״ג בלבד ואפילו היתה שבת אף מוסף שבת אין מקריב אותו אלא כ״ג וכן שאר העבודות של יום זה כגון הקטרת הקטורת של כל יום והטבת הנרות. הכל עשוי בכ״ג נשוי i. e. „Cultus circa omnes 15. istas bestias, quæ hoc offeruntur die, non peragitur nisi a Pontifice M. tantum. Et si in Sabbathum inciderit *dies Expiationis*, etiam supererogatorium Sabbathi nemo offerat nisi Pontifex M; Atque sic „ministeria reliqua hujus diei, V. G. adoletio suffimenti quotidiani, ac aptatio „lucernarum, singula perficiuntur a Pontifice M. uxorato„. Rem in compendium redigit *Gemara* Babyl. Codicis *Horajoth* l), inquiens: כל עבודת יום הכפורים אינה כשרה אלא בו *Nullus cultus diei Expiationis legitimus est, nisi qui ab ipso perficitur.* Quod si jam omnes cultus diei Expiationis a solo Pontifice M. peragendi; utique & ingressus in Sanctissimum unice suscipiendus fuit a Pontifice. Quod ipso tamen in casu necessitatis ipsius Vicarium nequaquam volo exclusum; sed, ne dies prorogandus, omnino huc accersendum.



h) Lib. 2. contra Apionem p. m. 1073. c. i) Comm. in l. c. fol. 249. col. 1. l. 16. a. fine k) hilc. jom. Haccipur. c. 1. §. 2. l) cap. 3. fol. 12. b. l. 15. ita etiam tit. Joma fol. 73. a. l. 17.

§. XIII. Cæterum qualis requiratur Pontifex, & quæ ejus neceſſaria ſit conditio, notum nobis fecit DEUS verbis Lev. c. XVI, 32. הכהן אשר ימשח אתו ואשר ימלא את ידו לכהן תחת אביו ולבש את בנדי הבד בגדי הקדש׃ *Sacerdos ille quem unxerit* ungens, *& cujus repleverit manum, ut ſacerdotio fungatur loco patris ſui, & induerit veſtes lineas, veſtes ſanctitatis.* Quorum requiſitorum alia natales ejus concernunt, inaugurationem alia. NATALES quod attinet, referat originem ſuam ad Aaronem: *Loco patris ſui* h. l. dicitur, ſubintelligi Pontificis. Hinc Joſephus m) *πρῶτον μὲν οὖν πάντων λέγουσιν ἀαρῶνα τὸν μωϋσέως ἀδελφὸν ἀρχιερατεῦσαι τῷ θεῷ. τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου διαδέξασθαι τοὺς παῖδας εὐθὺς, καὶ ἀπ' ἐκείνων τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν διαμεῖναι τὴν τιμὴν ἅπασιν. ὅθεν καὶ πάτριόν ἐστι μηδένα τοῦ θεοῦ τὴν ἀρχιερωσύντην λαμβάνειν, ἢ τὸν ἐξ αἵματος τοῦ ἀαρῶνος, ἑτέρου δὲ μενους οὐδὲ ἂν βασιλεὺς ὢν τύχῃ τεύξεσθαι τῆς ἀρχιερωσύνης.* „Primus igitur „omium hoc Dei Sacerdotium geſſiſſe fertur Moyſis germanus Aaron Ponti- „fex: quo defuncto, ſucceſſiſſe mox filios, ac deinde illorum poſteritati man- „ſiſſe hunc honorem perpetuum. Unde conſuetudo obtinuit accepta a majo- „ribus, neminem Dei Pontificem fieri, niſi deſcendentem ab Aaronis ſangui- „ne, nec eam dignitatem concedi vel regibus oriundis alio genere.„ Maimonides n) כשימות המלך או כ״ג או אחד משאר הממונים מעמידין תחתיו בנו או הראוי ליורשו וכל הקודם לנחלה קודם לשררות המת והוא שיהיה ממלא מקומו בחכמה או ביראה אף על פי שאינו כמותו בחכמה שנאמר במלך הוא ובניו בקרב ישראל׃ מלמד שהמלכות ירושה והוא הדין לכל שררה שבקרב ישראל שהזוכה לה זוכה לעצמו ולזרעו׃ Quæ optime reddidit *Cl. Seldenus* o). „Mortuo Rege aut Pontifice aut alio quovis in dignitate conſtitu- „to, loco ejus ſubſtituitur filius ejus, aut is qui jure hæreditario eſt proximus. „Nam quisquis in hæreditate anteferendus eſt, etiam is in defuncti dignitati- „bus eſt anteferendus: modo ejusmodi fuerit, ut locum ejus ſapientia ſup- „pleat, aut ſaltem quantum ad timorem, tametſi ei ſapientia ſit diſpar. Se- „cundum id quod ſcriptum eſt *Deut. XVII*, 20. de rege ipſe & filii ejus in medio „Iſrael. animadvertendum eſt inde, Regnum eſſe hæreditarium. Atque hoc „etiam jus eſt univerſis dignitatibus, quæ ſunt in medio Iſraelis, ut, qui in ea- „rum aliquam fuerit evectus, is eam non ſibi ſolum, ſed & poſteris ſuis „retineat,„.

§. XIV.

m) De Antiq Jud. l. 20. p. 700. a. n) Hilc. Cele hammickd. c. 4. §. 20. o) De Succ. in Pontif. l. 2. c. 1. p. m. 187.

§. XIV. Quod ſi plures cuidam filii fuerint, prærogativa ſpectat ad primogenitum, הבן הגדול קודם לקטן ממנו *filius natu major*, inquit *Maimonides* p), *potior eſt eo qui minor ipſo.* Hinc eſt, ut jus primogenituræ tantopere affectaret Jacob Gen. XXV, 31. In *Rabboth* q) ajunt: מה ראה אבינו יעקב שנתן נפשו על הבכורה דתנינן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרת הבמה ועבודה בכהנים אמר יהיה רשע זה עומד ומקריב לפיכך נתן נפשו על הבכורה ההד כי לדם אעשך ודם ירדפך אם לא דם שנאת ודם ירדפך ועשו הוא שונא את הדם רבי שמואל בר נחמן אמר זה דם בכורה בקר בנות רבי לוי בשם רבי חמא אמר ולא חפץ בברכה ולא חפץ בבכורה. רבי הונא אמר זה דם הקרבנות שהוא קרוי ברכה „Quid vidit pater „noſter Jacob, quod mentem ſuam applicaret ad primogenituram? quoniam „docetur r): antequam tabernaculum erigeretur, excelſa fuerunt conceſſa, „ac munus Sacerdotii penes primogenitos. Erecto vero tabernaculo, excel„ſum quolibet prohibebatur, ac functio ſacra penes Sacerdotes. Cogitabat „enim, hiccine impius conſiſtat ac offerat? Itaque ſuum applicavit animum „ad jus illud primogenituræ. Atque hoc eſt illud, quod dicitur, Ezech. „XXXV, 6. quia in ſanguinem aptabo te, & ſanguis te perſequetur: Num„quid non ſanguinem odiſti? Igitur ſanguis te perſequetur. Scilicet Eſau „odio habebat ſanguinem, h. e. interprete R. Samuele f. Nachman, ſangui„nem primogenituræ in Sacrificiis. R. Levi ſub nomine R. Chammæ verba „Pſ. CIX, 17. & non voluit ברכה (benedictionem), expoſuit, quod non vo„luerit בכורה primogenituram. R. Hunna dixit, eſſe ſanguinem ſacrificio„rum, qui vocetur benedictio s). Cum Patriarcha Jacob morti vicinus teſtamentum ſuis, conſtituerit filiis, in legato *Rubenis* adſtruit Gen. XLIX, 3. Quia *primogenitus meus es, robur meum, ac principium potentiæ meæ*, יתר שאת ויתר עז *Excellentia dignitatis, ac excellentia roboris* tibi competeret. Ubi *Onkelos*: לך הוה חזי למסב תלתא חולקין בכירותא כהונתא ומלכותא i. e. *æquum fuerat dare tibi tres portiones. Primogenituram, Sacerdotium, ac Regnum.* Targum *Hieroſolymitanum*, quo cum quoad ſenſum coincidit illud *Jonathani* filio *Uſiel* tributum, ad eundem modum: חמי הוה לך ראובן ברי למסב תלתא חולקין יהיר על אחיך בכוורתא כהינתא מל כותא ועל



וחטיית

p) hilc. Melachin cap. 1. poſt med. q) Sepher hereſchith ſect. 63. fol. 40. col. 1. lin. 3. final. Edit Ven. r) tit. Sebachim c. 44 Bab. fol. 112. b. l. 19. ſqq. s) conf. Jalkut Sect. Tolethoth Jiizchack fol. 32. col. 4. poſt med. Ed. Crac.

דחטיית ראובן ברי איתיהיבת בכירו תא ליוסף ומלכותא לוהודה וכהונתא רבתא לשיבטא ולוי i.e. *Æquum fuerat, tibi mi fili Ruben! dare tres portiones super fratres tuos. Primogenituram, Sacerdotium ac Regnum. Quandoquidem vero deliquisti, mi fili Ruben! tradita sit primogenitura Josepho* t), *ac Regnum Juda, atque Pontificatus Maximus tribui Levi.* Joramo Josaphat pater Regnum tradidisse dicitur u), *quia erat primogenitus.* Defunctus duobus majoribus Aaronis filiis *Nadab* & *Abihu* sine posteris Lev. X, 2. sqq. Num. III, 4 in Pontificatu demum Patri surrogatur *Elesar*, tanquam πρὸς ὃν διὰ τὴν ἡλικίαν ἡ ἀρχιερωσύνη παραγίνεται *ad quem* (ut Josephus loquitur x), ceu inter residuos maximum *jure ætatis successio pertinebat.* Quam indigne tulerit Joseph Patriarcha, filium suum *Ephraim* a Jacobo prælatum primogenito Manassi, videre est Gen XLVIII, 17. 18. *Rabban Gamaliel* fratri suo Simeoni, qui ipsum sapientia longe superabat, non aliam ob causam a parente in dignitate occupanda præfertur, quam, ut e tit. *Cetbuboth* y) discimus, *quia primogenitus.* Cujus præcepti Ratio Deut. XXI, 17. descripta כי הוא ראשית אינו *quia est principium potentiæ paternæ.* Abarbanel z) in Oratione Jacobi ad filium *Ruben* observat: לפי שנולדת בבחרותי בהיותי במבחר כוחי ומפני זה היה ראוי לחיות לך יתרון במעלה וכו *quia natus es in juventute mea, cum in optimo vigore essem: constitutus, ideo æquum fuerat, ut te maneat excellentia dignitatis.* Sc. quo quid est melius, eo ad dignitatem aptius; quæ in re quaque amet optimum. Atqui credibile ad minimum est, eo præstantiores esse filios, quo vegetiori parentum nati sunt ætate. Plura tamen dari vitia, tam corporis; quam animi, quæ eum, quem ætas idoneum fecerat, reddant inidoneum, alibi docebitur. Ruben ante allegatus evidens nobis præbet exemplum. Caino Deus prærogativam sartam tectam promittebat sub conditione pietatis Gen. IV, 7. De Vitiis corporis *Seldenum* de Succ. in Pontif. lib. II. c. 5. de animi *Eundem* l. c. c. 6.

§. XV. In INAUGURATIONE secundum ductum loci supra citati Tria observanda, *Amictus, Inunctio, ac Manuum impletio.* Quod ipsum quoque innuitur Exod. XXVIII, 41. „Et induas eas (Vestes) Aaroni fratri „tuo, ejusque filiis cum eo; & ungas eos, ac impleas manum ipsorum, cum „consecras eos, ut apud me fungantur Sacerdotio. Cap. XXI, v. 1. dicitur: Hæc „est res, quam facies illis, dum consecras eos, ut Sacerdotio fungantur mihi, „v. 5 capies vestes istas, & induas Aaroni sc. Tunicam &c. v. 7. & accepto oleo „unctionis, effundas illud super caput ejus, ac ipsum inungas -- v. 9. & impleas

t) Vid. 1. Chron. V, 1. u) 2. Chron. XXI, 3. x) Antiqu. l. 4. c. 4. p. m. 110. e. y) cap. 12. fol. 103. b. l. 15. sqq. it. l. 4. fin. z) ad Gen. XL, fol. 120. col. 4. l. 17. fin.

„pleas manum Aaronis, & manum filiorum ſuorum. Ejus exſecutionem vide Lev. VIII, 4. ſqq. v. 7. ſqq. v. 10. ſqq. v. 25. ſqq. STOLÆ ARCHIERATICÆ (ut a *Joſepho aliisque* vocantur) ſeu veſtes, quibus pontifex inauguratur, quibusque deinceps in functione ſua utitur, aliæ ipſi cum reliquis ſacerdotibus ſunt communes aliæ propriæ. Communes ſunt *Camiſia*, *femoralia*, *Tiara*, *ac baltheus*: niſi quod Tiara, quæ de Pontifice uſurpata מצנפת dicitur, formam obtinuerit pauliſper diverſam ab ea qua Sacerdotes ornantur, מגבעת vocata. שכ"ג צונף בה כמו שלופף על השבר ובניו צונפין בה ככובע ולפיכך נקראת מגבעת *Pontifex*, inquit, *Maimonides* a), caput *ſua circumvolvit, ſicut qui vulnus obligat. Gregarii vero Sacerdotes ea obvelantur ceu* כובע *Galea, inde etiam* מגבעת *dicta eſt*, Ad hunc in animadverſionibus ſuis tradidit *R. Abr. f. David*: מצנפת ארוך הרבה וכורך אותו כריכות הרב' ככרוכי הישמעאלים אבל מעשה המגבעות כעין הכובעין שלנו חדין מלמעלה והן קצרין· „Pontificis tiaria: valde fuiſſe prolixam, „quam multis convolutionibus capiti circumplicarit in figuram pilei Turci„ci. Sacerdotum vero non diſſimilem noſtris galeis ſuperne acuminatis; „quæ breviores. Ut autem longitudine Pontificia faſcia ſuperabat Sacerdotum; ſic latitudine horum longe excedebat illius. Ut, cum illius tantum partem capitis ſuperiorem involveret, fronte immuni; horum undique caput galearum inſtar plicaturis incluſerit. *E Codice Sebachim* b) ac *Rabbenu Iſaac f. R. Aſcher Levitæ* obſervat *Moſes Kotzenſis* c) המצנפת שלכ"ג היתה קצרה יותר כדאמרינן בזבחים שערו היה נראה בין ציץ למצנפת ששם מניח תפילין שהרי מקום יש בראש להניח שני תפילין והציץ והתפילין חיץ שם רק שהציץ לצד המצח והתפילי' לצד המצנפת ומגבעת כהן הדיוט היתה מכסה את הראש לבד מקום תפילין tam contractam fuiſſe „Pontificis tiaram, ut inter eam ac laminam apparuerit „capillus ipſius, quo Philacteria alligare ſoleat. Siquidem locus in capite „immunis relinquendus, ad alligandum illic duo philacteria & laminam; „hanc quidam a parte frontis, illa vero ad extremitatem tiaræ: quæ in Sacer„dote gregario totum operiebat caput, ſolo Philacteriorum loco relicto. Quæ veſtes propriæ erant Pontifici; vel *Aurea* dicebantur, quibus ad ſuperiores quatuor ſpecies adjectis, ordinarie in ſua utitur functione: vel *Candida*; quibus

a) hilc. Cele hammikd. c. VIII. §. 2. b) Cap. II, fol. 19. b. l. 73. c) in סמ"ג Præc. Affirm. 113. fol. 212. col. 1. lin. 23. ſqq. Conf. omnino l. c. col. 3. lin. 7. ſeqq.

bus veſtitus, ſola ſacra peragit diei Expiationis propria. De quibus inferius cap. IV. In *Gemara* Babylonica dicitur *) בשאר ימות השנה כ״ג משמש בשמונה־אלא לאו ביום הכפורים *In reliquis anni diebus Pontifex* M. *miniſtrat* 8. *indutus veſtibus; verum non ita in die Expiationis.* In Miſchna 5. Cod. *Joma* c. 7. כ״ג משמש בשמונה כלים וההדיוט בארבע בכתונת ומכנסיים ומצנפת ואבנט מוסיף עליו כ״ג חשן ואפוד ומעיל וציץ. i. e. *Pontifex* M. 8. *indutus veſtibus cultui vacat; Sacerdos gregarius vero non niſi* 4. *ſc.* CAMISIA, FEMORALIBUS, TIARA, *ac* BALTHEO. *Quibus* Pontifex *ſuperaddit* PECTORALE, EPHOD *ſeu* EPOMIDA, PALLEUM, & LAMINAM d).

§. XVI. Ordo qui inter induendum obſervari viſus eſt, talis deſcribitur a *Maimonide* e): לובש המכנסים תחילה וחוגר את המכנסים למעלה מטיבורו מעל מתניו ואחר כך לובש הכתונת ואחר כך חוגר את האבנט כנגד אצילי ידיו ומקיפו כרך על כרך עד שגומר וקושר ועל האבנט מפורש בקבלה ולא יחגרו ביזע במקום שמזיעין־כ״ג אחר שחוגר באבנט לובש המעיל ועל המעיל האפוד והחשן וחוגר בחשב האפוד על המעיל מתחת החושן ולפיכך נקרא מעיל האפוד שחוגרו באפוד· ואחר כך צונף במצנפת וקושר׳ הציץ למעלה *Primum induat femoralia* (quia, ut in tit. *Joma* f), e quo ſua hæc deſumſit *Rambam*, afferunt, ſcriptum eſt g): *& femoralia linea induat ſuper carnem ſuam* בעורי ערום *nudam*, ut Gloſſa h) habet): *Quæ ultra umbilicum productæ, conſtringat ſupra lumbas. Deinde induat Caniſiam, ac poſtmodum baltheum accingat circa axillas manuum ſuarum, quem continuis plicaturis circumliget, donec conſumetur. Non tamen ut conſtat e πατροπαραδόσει, accingat eum in ſudorem* i), h. e. ut *Abaj.* expoſuit in tit. *Sebachim* k), *in locum qua ſudare ſolent:* qui, dicente *Raſchio* ad cit. Codicem l), eſt ſub axillis, carne nuda invicem conduplicata ac attrita; idque ideo, ne ſacræ veſtes ſudore in attra-
cto

*) Col. Joma cap. 1. fol. 12. b. l. 8. ſqq. d) confer. præter Scripturæ loca Joſephum Antiq. l. 3. c. 8. tit. Joma c. 1. f. 12. b. c. 7. f. 69. a. ad eumque Sheringhamium p. 167. ſqq. Maimon. hilc. Cele hammikd. c. 8. & 9. totis Meſ. Kotzenſem præc. Affirm. 173. fol. 212. col. 1. 2. 3. Seldenii de Suc. in Pontif. l. c. c. 7. e) l. c. c. 10. §. 1. 2. 3. conf. Muſes Kotzenſis l. c. col. 3. ante med. f) cap. 2. fol. 23. b. 27. 28. g) Lev. VI, 30. cap. XVI, 4. h) ad loc. Talmudis cit. lin. 11. fin. i) Ezech. XLIV, 18. ubi conf. R. David. Kimchi. k) cap. II. fol. 19. a. l. 4. ſqq. l) lin. 7.

cto inquinatæ fierent, & maleolentes. His rite peractis, *Pontifex pallium induit, cui imponitur Ephod seu Epomis, & Pectorale, ita ut cingula Ephodi pallium sub pectorali constringat: idcirco enim pallium sub pectorali constringat: idcirco enim pallium Ephodi vocatur, quod Ephodo illud constringat. Tandem Tiaram capiti circumvolvit, cui superne alligatur lamina seu corona aurea.*

§. XVII. Atque hic vestium ornatus septem diebus contiguis in Pontifice consecrando iteretur, utut in casu necessitatis unico indutu tam aptus fiat, ut sacra ab ipso peracta ministeria non fierent illegitima. *Maimonides* m) e tit. *Joma* n): לובש שמנה בגדי ופושטן וחוזר וליבשן למחר שבעת ימים יום אחר יום שנאמר שבע' ימים ילבשם הכהן תחתיו מבניו' ואם עבד קודם שיתרבה בבגדי' כל שבעת עבודתו כשירה הואיל ונתרבת פעם אחת כעשה לג לכל דברי *Induat 8. Vestes, easque exuat, ac rursus die crastino illas induat per 7. dies continuos, quia dicitur* o): *septem dies induat eas, qui ex filiis ejus loco ipsius Pontifex. Quod si tamen sacra fecerit antequam omnibus 7. diebus vestibus initiatus, ministerium ejus non est illegitimum. Quandoquidem ex quo vice unica sacris initiatus est vestibus, Pontifex factus est ad rem quemcunque* ab hac dignitate rite peragendam. Non vero latius quis negotium extendat, ut existimet, in casu necessitatis legitimum ab eo fieri cultum, si vel maxime omnibus 8. indutus vestibus non sit. Tam necessarium æstimant supra citatum vestium numerum, ut aliqua ipsarum deficiente, non modo cultum habeant pro illegitimo; sed ipsum Pontificem quoque reum judicent Excisionis. Iterum *Maimon* p), ac *Moses Kotzensis* q), e titulis *Sanhedrin* r) ac *Sebachim* s): כ"ג ששימש בפחות משמנה בגדים אלא הוא הנקרא מחוסר בגדים ועבודתו פסולה וחייב מיתה בידי שמים כזר ששימש שנאמר וחגרת אותם אבנט והיתה להם כהונה בזמן שבגדיה' עליהן כהונה עליהן אין בגדיהן עליהן אין כהונתם עליהן אלא הרי הם כזרים ונאמר והזר הקרב יומת: „Pontifex M. *inquit*, qui Sacra fecerit „minus 8. vestibus istis indutus, est ille, qui *in Talmudicis* vocatur DESTITVTVS „VESTIBVS, ac ministerium ejus censetur profanum, & ipse non secus „ac peregrinus sacra faciens reus est mortis per Deum inferendæ, quia di„citur t): & accingat illis Baltheum, ut sit illis sacerdotium. *Ex quo infe„runt,* quo tempore Vestes super illis, Sacerdotium quoque super iis; quibus

Bbb bbb de-

m) hic. Cele hammikd. cap. 4. §. 13. n) cap. 1. fol. 5. a. l. 24. sqq. o) Exod. XXIX, 30. confer. Lev. VIII, 33. p) l. c. cap. 10. §. 4. q) l. c. f. 112. col. 3. l. 28. sqq. r) cap. 9. fol. 83. b. lin. 20. sqq. s) cap. 1. fol. 17. b. l. 11. sqq. t) Exod. XXIX, 9.

„deficientibus, non inhæret illis Sacerdotium: ſed ſunt inſtar peregrino-„rum, de quibus dicitur u): Peregrinus qui accedit morte afficietur.

§. XVIII. Veſtiendi ritum excepit UNCTIO. Aaroni Veſtibus jam ornato jubetur Moſes, ut oleum in caput effundat, Exod. XXIX, 5. confer v. 29. ſqq. Quod eodem ordine exſecutus legitur Lev. VIII, 7. ſqq. v 10 ſqq. *ὡς δὲ ταῖς ἐσθήσεσιν ἤσκησεν αὐτοὺς χρίσματος εὐωδεστάτου λαβὼν, ὃ μυρεψικῇ τέχνῃ κατειργάσθη.* *Poſtquam vero*, inquit Philo x) *inſtruxit eos ſacratis veſtibus, ſumſit unguentum ſuaveolentiſſimum, confectum arte unguentaria.* Nec alium ordinem decorum exigebat ac unguenti dignitas. Unguentum ipſum cum ſpeciebus ad id pertinentibus a Moſe deſcribitur Exod. XXX, 22. ſqq. cujus verba quomodo intellexerit *Joſephus*, patet e ſequentibus y): *σμύρνης ἐπιλέκτου σίκλους πεντακοσίους, καὶ ἴρεως ἴσους, κινναμώμου δὲ καὶ καλάμου, ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἶδος θυμιάματος, ἡμίσειαν τῶν προτέρων ὁλκὴν κεκομμένα δεύειν ἐκέλευσεν, ἐλαίου δὲ ἐλαΐνου εἶν, μέτρον δ᾽ ἐστὶ τοῦτο ἐπιχώριον, δύο χόας ἀττικοὺς δεχόμενον, ἀναμίξαντας καὶ καθεψήσαντας σκευάσαι τέχνῃ μυρεψῶν χρίσμα εὐωδέστατον. κἄπειτα τοῦτο λαβὼν, αὐτοὺς τοὺς ἱερέας, καὶ πᾶσαν τὴν σκηνὴν χρίων ἐκαθάρισε.* *Myrrhæ electæ ſiclos quingentos, ireos tantundem, cinnamomi & calami (eſt & hæc odoramenti ſpecies) dimidium dicto ponderis, conciſa ac contuſa juſſit macerari in olei olivarum Hin: menſuræ nomen eſt, quæ capit duos choas atticos: quibus permixtis, & arte unguentariorum decoctis, factum eſt unguentum ſuaviſſimum: quo & ſacerdotes & totum tabernaculum ungens purificavit.* Quocum quodantenus etiam facit *Abarbanel* z), *Talmudici* vero abſque ſufficienti cauſa non nihil ab his diſcrepant; cum ſuffixum ו vocis מחציתו v. 23. non ad מר דרור *Myrrham puram* referunt, ſed ad immediate præcedens קנמן *cinnamomum*. Ut ſenſus evadat, in tanto pondere *cinamomum* addendum eſſe, ut ejus dimidium 250. ſiclos æquet, & per conſequens totum contineat ſiclos 500. haud ſecus ac duæ ſpecies aliæ. Ita horum depromit ſententiam *Maimonides* a) e tit. *Cerithuth* b): לקח מן המור והקנמון וחקדה מכל אחד משלשתן חמש מאות שקל בשקל הקודש ומקנה הבושם חמשים ומאתים וזהו שנאמר בתורה וקנמן בשם מחציתו חמשים ומאתים ששוקלי׳ אותו׳ בשני פעמי׳ חמשי׳ ומתים בכל פעם׃ ושוחק כל אחד ואחד לבדו וערב הכל ושרה אותן במים זכין ומתוקין עד שיצא כל כחן במי׳ ונתן על המי׳ שמן זית הין והוא זב לוג׃ כל לוג ד׳ רביעית׃ ובשל הכל על האש עד שאבדו המים ונשאר השמן והניחו בכלי לדורות׃ Moſes, inquit, *accepit de Mirrha,*

u) Num. III, 10. c, XVIII, 7. x) de Vita Moſis l, 3. p. 522, D. y) Archeol, lib. 3. cap. 10. p. m. 88: D. z) Comm. ad l, c. fol. 206. col. 2, l. n. 21, fin, a) l.c, cap, 1. §. 2, b) Cap. 1. fol. 5 a. l. 36, ſqq.

*ba, Cinnamomo, ac Casia, æquali mensura 500. siclos, secundum siclum sanctitatis; de Calamo Aromatico v. 250. Id enim quod in lege dicitur: & Cinnamomi aromatici* (vero ad mentem ipsorum) c) *dimidium sit 250. indicat, quod appenderint illud duabus vicibus, singulis 250. Unaquaque specie seorsim contusa, omnes commiscuit, ac aqua pura ac dulci tamdiu maceravit, donec omnis ipsarum vis in eam exierit. Quo facto, indidit aquæ olei olivarum* HIN, *continens* LOGOS *duodecim; ac horum quilibet quartam quartæ. Omnibus ad ignem sensim eousque decoctis, donec aqua defecerit, id quod relinquitur oleum ut vase seposuit, in secula futura* d).

§. XIX. Atque de hujusmodi oleo non solum primus Pontifex Aaron ab ipso Mose unctus fuit; sed quicunque ipsi ex posteris suis in tali dignitate succederet, eodem erat ungendus. In titulis *Ceritbuth* e) ac *Horajoth* f) e quibus desumsit *Maimonides*, quæ l. c. cap. 1. §. 7. profert in medium, legimus ואפילו כ״ג בן כ״ג טעון משיחה דכתיב והכהן המשיח תחתיו מבניו נימא קרא והכהן תחתיו מבניו מאי המשיח קמ״ל דבכניו דכ״ג אי הוי משיח הוי כ״ג ואי לא לא הוי כ״ג וכו׳ *Pontifex etiamsi Pontificis filius inunctione opus habet; quia scriptum est* g): *& Sacerdos ille qui UNCTUS ex filiis ejus in locum ipsius. Diceret scriptura & Sacerdos ex filiis ejus in loco ipsius. Quid sibi vult* id adjectum *qui unctus? indicat nobis, quod, qui ex filiis Pontificis* Maximi *unctus fuerit, sit Pontifex* M. *qui minus, neutiquam.*

§. XX. Ipse vero ungendi actus *die* perficiatur, non nocte: atque per 7. dies continuos, eadem tamen lege, qua indutus vestium, repetatur. *Rambam* h) e tit. *Joma* i), כשם שרבוי בגדים שבעה כך משיחה בשמן שבעה יום אחר יום i. e. *Quemadmodum inauguratio per vestes septidua; ita unctio per unguentum per septem dies continuet.* Et mox k) e *Torath Cohanim* l): ואין מושחין אותו אלא ביום שנ׳ ביום המשח אותו *Non autem ungunt eum nisi interdiu, quia dicitur* m): *In die, quo ungitur ille*, Modus unctionis in titulis *Horajoth* n) ac *Keritbuth* o), unde recentiores v. g. *Maim.* p), Mo-



c) quam propugnat R. Levi Ben Gerson ad l. c. fol. 111. col. 2. lin. 10. fin. d) confer. Mos. Kotzensis Præc. Affirm. 16. fol. 21. Edit. Venet. Ralbag. l. c. lin. 7. fin. Abarbanel lin. 16. 17. 18. fin. e Gemara Babyl. Horajoth cap. 3. pag. 11. b. lin 16. 17. ac Cerithuth cap. 8. fol. 5. a lin. penult. e) l. c. pag. b. fol. 21. lin. 16. 17. f) cap. 3. Babyl. fol. 11. b. lin. 2. 3. 4. Long. Hierus. fol. 47. col. 3. lin. 37. 38. g) Lev. VI, 15. h) l. c. 4. § 13. i) c. 1. fol. 5. 2. lin. 24. sqq. k) l. c. §. 15. l) Sectione Zav. m) Lev. VI, 13. n) cap. 3. f. 12. a. lin. 10. sqq. o) c. 1. f. 5. b. l. 10. p) l. c. cap. 1. §. 9.

*ses Kotzensis* q), *Raschi* r), *Obadias de Bartenura* s), *Ralbag* t). *Abarbanel* u), aliique sua excerpserunt (paucis hinc inde mutatis) describitur; quod olei ductu in fronte Pontificis, seu intra ejus oculos repræsentaverit figuram *crucis*, quam vocant *Andreanam*. תנו רבנן מושחין את המלכים כמין נזר ואת הכהנים כמין כי מאי כמין כי אמר רב מנשיה בר גדא כמין כף יוני תניא חדא בתחלה מוצקין שמן על ראשו ואחר כך נותנין לו שמן בין ריסי עיניו תניא ואחריתי בתחלה נותנין לו שמן בין ריסי עיניו ואחר כך מוצקין לו שמן על ראשו וכו׳ „Reges, inquit totus Rabbinorum consessus, ungunt ad formam coronæ; Pontifices vero in speciem Chi, „quid est illud in speciem Chi? Respondet Rab Menasses f. Gidda: instar elementi Græcanici C. Una Mischna tradit, quod oleo primum in caput ejus „profuso, deinceps nonnihil ei inter supercilia apposuerint, (*quod Ungens, uti* „Kotzensis *explicat, ita in utramque partem diduxit, donec fieret instar χ græcanici*); „Altera vero, quod oleo primum inter supercilia posito, deinceps plus ei in caput suum effuderit.„ Certe in caput ita fusum esse, ut in barbam quandoque descenderet, liquet e Ps. CXXXIII. Quanquam id factum anxie admodum ferant *Talmudici* in ll. cc. *Philo Judæus* x) τὸν ἀρχιερέα πολλῷ λίπει τὴν κεφαλὴν ἀλείφει, *Pontifice*, ait, *unguendo largiter in caput ejus profuso, inunxit* Moses.

§. XXI. Cæterum cum a temporibus Josiæ *Arca* cum aliis quibusdam rebus sacerdotibus abscondita, *oleum* illud iisdem *Talmudicis* y) dicentibus, simul in Ecclesia ipsorum defecerit: ab eo momento per omnem templi secundi durationem, Pontifex M. inunctione omissa, vestibus modo secundum superius dicta, fuit inauguratus. *R. Obadias de Bartenura* z): כהנים ששימשו בבית שני ואף בבית ראשון מימות יאשיהו ואילך שנגנזה צלוחית של שמן המשחה בימיו ולא היו כהנים גדולים אלא בלבישת הבגדי בלבד i e. „Pontifices qui sacra fecerunt in templo secundo, atque etiam „qui in templo primo a temporibus Josiæ & deinceps, quoniam vasculum olei „sancti in diebus hujus est absconditum, non facti sunt Pontifices, nisi in„dutu vestium tantum a). Existimant enim *Judæi* b), nefas fuisse ulli

q) Præcept. Affir. 166. fol. 211. col. 2. l. 5. sqq. r) ut alibi, ita ad Exod. XXIX, 7. s) Comm. ad tit. Cherithuth c. 1. Mis. 1. f. 145. b. l. 4. sqq. t) Comm. ad l. c. f. 108. col. 4. l. 13. fin. u) Comment. ad Exod. XXIX, 7. fol. 202. col. 2. l. 15. x) de Vita Mos. l. 3. p. m. 522. E. y) Babyl. tit. Cerithuth cap. 1. f. 5. b. l. 29. 30. Horajoth cap. 3. f 12. a l. 1. Hieros. tit. Maccoth. cap. penult. f. 32. col. 1. l. 7. sqq. Horajoth, cap. 3. f. 47. col. 3. l. 9. 8. fin. Abarbanel ad Hag. c. 1. fol. 278. col. 1. l. 19. z) Comm. ad tit. Megilla c. 1. Misch. 9 f. 143. b. initio Edit. Ven. a) conf. R. Sal. Jarchi ad l. c. fol. 9. b. lin. 13. item Ramban ad l. c. f. 143. b. init. atque in hilc. Cele hammikd. cap. 1. §. 8. b) Maimon. l. jam cit. cap. §. 5. e tit. Cerithuth, ac Horajoth ll. cc.

ulli homini, aliud præparare oleum, præter id, quod ab ipſo Moſe eſt confe-ctum. Id quod poſt *R. Moſ. f. Nachman* contra *Aben Eram* prolixiſſime defendit *Abarbanel* c), multis rationibus hinc inde e textu conquæſitis. Quas tam ſpecioſe proponit, ut parum abſit, quin ſuis perſuaſerit, procedere Majorum ſuorum ſententiam, etiamſi ad miracula Talmudiſtarum, tit. *Horajoth* d) ac *Cetethuth* e) recenſita, non confugiant. Qui plura de ungendi ritu deſiderat, adeat Cl. Seldenum l. c. p. m. 240. ſeq.

§. XXII. Duobus iſtis rite peractis, acceſſit tandem quædam quaſi conſecrationis conſummatio, MANVVM IMPLETIO. Hac clarum illi reddebatur, quodnam ſit illud officium, in quo deinceps occupatus ſit, & ad quod tanto initietur præparatu. Non enim hic audiendi ſunt *Talmudici*, qui *implere manum* cum actione veſtiendi videntur confundere, quando paſſim f) pronunciant: מרובה בבגדים מניין תלמוד לומר אשר ימלא את ידו i. e. *undenam probari poteſt, veſtibus Pontificem eſſe initiandum? ex eo quod dicitur* g): *Et cujus manum impleverit.* Ubivis *impletio manuum* a Spiritu S. proponitur, ut actio *ab indutu veſtium* diſtinctiſſima; nec veſtes concavitatem ſeu volam manuum complent, ſed totum corpus tegunt ornantque. Moſes quoque, poſtquam in conſecratione Aaronis, veſtibus primum indutis, inunctionem quoque interſeruerat, tandem ejus *complet manus*, proceſſu a præcedentibus penitus diverſo h). Et quis unquam in Sacra Scriptura deprehendit *Veſtes impletionum?* quemadmodum offendimus *arietem*, ac *caniſtrum* (voce Metonymice accepta) *impletionum*. Neque iſtorum approbare queo ſententiam, utut priore ſaniorem, qui ſtatuunt *implere manum* in ſcriptura nil ſignificare aliud, quam *conſecrare*, ſive *initiare ad officium Sacrum rite obeundum*. Cum nec ſola *manuum impletio* conſecrationem perficiat, ut ex dictis patet; nec ſignum pro re ſignata poni poteſt, niſi actu exhibeatur. Etiam Veſtes ſacras induere, atque inungere, ſigna ac media erant Pontificis conſecrandi; nec tamen hactenus quiſquam tam temerarius fuit, ut propria ipſorum ſignificatione repudiata, idem ea ſignificare dixerit atque *conſecrare*. Conjunctim conſecrationem deſignant, unaquaque interim parte in ſignificatione ſua propria retenta ac exhibita. Quod ni ſtatuas, tandem in arbitrio cujuslibet ſitum erit, quodcunque pro ſua voluntate ſubſtituere ſignum, quod opinione ſua rem ſignet intentam. Deinde ſi quædam conſecrationis actio pro conſecratione ipſa ſumi poteſt, ea procul du-



c) ad Exod. XXX. fol. 205. col. 4. l. 14. fin. item fol. 206. col. 1. 2. d) Hieruſ. fol. 47. col. 3. l. 31. Babyl. f. 11. b. l. 18. ſqq. e) Babyl. cap. 1. fol. 5. b. l. 1. ſeqq. f) Vid. Hieruſ. tit. Joma fol. 38. col. l. 39. 40. tit. Horajoth. c. 3. fol. 37. col. 4. l. 42. 43. g) Lev. XVI, 32. h) Lev. VIII, 25. ſqq.

bio erit, cujus præ reliquis tantum est momentum, ut etiam, cæteris omissis, ea sola sufficiat; non autem quæ absque aliis insufficiens est. At h. m. actui vestes sacras induendi tale quid adscriberes, in Pontificibus DEO rite consecrandis; non impletioni manuum. Quid Idololatræ & Electitii de facto fecerint, non constituit regulam. Omnibus his justa judicii lance examinatis, non dubium mihi est, quin verbis in sensu proprio retentis, per *impletionem manuum* talis intelligatur actio, quæ Exod. XXIX, 22 præcipitur, & expleta legitur in Aarone Lev. VIII, 25. sqq. Sc. is qui consecrantis fungitur officio; adipem arietis cum cauda, reticulo jecoris, renibus, ac dextero armo acceptam, superimponat eis e canistro azymorum placentam, ac collyram panis oleosi, laganumque: omniaque volæ consecrandi Pontificis imposita, suis manibus illius suppositis, coram Deo sursum, deorsum, atque in diversas mundi plagas agitet; re ipsa exhibens, quod quis diceret: En Virum! qui dignus judicatus est, ut talia quæ manibus suis tenet, atque hujus generis alia tibi offerat sacrificia. Ipse quoque Pontifex hoc actu admoneri poterat, quid sui imposterum futurum sit officii, cui totus vacare debeat, omnibus ad id applicatis viribus.

§. XXIII. Verum quousque hic inaugurandi ritus duraverit, ego equidem differere non valeo. Facile crederem, quemadmodum descripti tres inaugurandi ritus in filiis Aaronis adhibiti sunt, in sacerdotes gregarios ordinatis, pro omnibus suis posteris; ita ut omnes in parentibus consecrati, sufficienter ad sacra circa altare obeunda idonei censeantur, utut in illis memorati actus non repetantur: ita etiam Pontificem M., quia ex Aaronis posteritate, cui semel manus impletæ, non opus habuisse, ut denuo sibi in propria persona hic actus applicetur. Modo non disertis verbis Spiritus S. Lev. XVI, 32. ac alibi *) impletionem manuum ritui vestiendi ac inaugurandi adjungat, in descriptione eorum, quæ Pontificem officio suo imbuunt. Fateor tamen, me nec in Scriptura, nec apud *Talmudicos*, aut *Josephum*, sive *Philonem*, ullum deprehendisse vestigium, e quo tuto inferri possit, etiam in legitimis Aaronis successoribus quemquam fuisse ad Pontificatum inauguratum per hanc, quam descripsi, manuum impletionem.

§. XXIV. Restabat nunc, ut etiam determinetur *Persona*, quæ Pontificem vestiendo, ungendo, & si quid aliud ad ejus requiritur consecrationem, in suam evehat dignitatem. Qui eligebant, erant membra Synedrii Magni. אין מעמידין כ"ג אלא ב"ד של אחד ושבעים *Non constituunt*, inquit *Maimonides* **) e tit. *Sanhedrin* i), *Pontificem nisi Synedrium LXXI.* Verum qui electum

*) Lev. XXI, 10. **) hilc. Cele hammikd. c. 4. §. 15.

ctum jam memoratis ritibus ordinaret, quantum recordor, non effendi in Talmude verbis disertis expressum. In *Aarone* ac *Eleasare* id peregit *Moses* k). Hinc, quia Moses in *Talmudicis*, quantum ad hunc actum, passim dicitur סגן לאהרן *Sagan Aaronis*, existimem, id officii *Sagani* vel Pontifici Vicario, qui & Præfectus dicitur, incubuisse: præsertim cum inter functiones ejus non minima fuerit, ministrare Pontifici. Utut enim concesserim, vestes ab ipso Pontifice potuisse indui; ac multa occurrere loca, partim apud *Josephum*, partim apud *Talmudicos*, quæ innuant. Dubium tamen non est, *unctionem* &c. ab alio quodam fuisse peractam. Cum ordinarie nemo se ipsum ordinet, aut signa inaugurationis sumat; sed ab alio tradita modeste suscipiat.

## CAPUT II.

# LOCUM MINISTERII EXHIBET.

### §. I.

POsteaquam in versu præcedenti 6. per Apostolum locus declaratus fuerat, in quem ingrediebantur Sacerdotes gregarii, sc. *tabernaculum prius* quod *Sanctum* vocari asserit v. 2; hic, vers. 7. exprimit quoque locum, ad quem soli Pontifici Maximo aditus patuit, nim. τὴν σκηνὴν δευτέραν, quæ dicta sit ἅγια ἁγίων vers. 3. Quamquam autem extra controversiæ aleam positum sit, *Sanctum Sanctorum* eum esse locum, in quem ingredi debuit: non immerito tamen dubitari potest, ac reapse a quamplurimis in disceptationem trahitur, utrum de *Sanctissimo templi secundi* sermo sit, num vero *tabernaculi a Mose exstructi*. Utraque sententia sua habet rationes satis prægnantes.

§. II. Pro templo secundo post captivitatem Babylonicam exstructo militant (I.) Tempus quo hæc scripta sunt. Valde probabile est, de tali templo locutum fuisse Apostolum, cujus structura ac cultus omnibus innotuit, ad quos faciebat verba. Cum h. m. & melius intelligeretur, & facilius suæ orationi conciliaret fidem, omnibus, de quibus dissereret, ad oculum positis. At cum hæc scriberet Apostolus, templum secundum viguit, non tabernaculum a Mose exstructum. (II.) καταπέτασμα, quod h. l. adhibetur, in N. T., Syracide, ac Maccabæorum libris, tantum de Velo Sanctissimi usurpatur: quod nec in tabernaculo, nec templo a Salomone ædificato erat geminum; sed in solo templo secundo post exilium exstructo. Ita de hoc *Maimonides* l) e Cod. *Joma* m): כבירה ראשון היתה כותל מבדיל בין הקדש ובין קדש הקדשים

i) cap. 3. in Tosaphot. k) Lev. VIII, & Num. XX, 28. l) hilc. Beth habbechira cap. 4. §. 2. m) cap. 5. p. 51. b. lin. 11. cum sqq. Gemara.

הקדשים עביו אמה וכיון שבנו הבית שני נסתפק להם אם עובי הכותל הזה ממדת הקדש או ממדת קדש הקדשים לפיכך עשו קדש הקדשים עביו עשרים אמה תמימות ועשו הקדש ארבעים אמה תמימות והניחו אמה יתירה בין הקדש ובין קדש הקדשים ולא בנו כותל בבית שני אלא עשו שתי פרכות אחת מצד קדש הקדשים ואחת מצד הקדש וביניהן אמה כנגד עובי הכותל שהיה בראשון אבל במקדש ראשון לא היתה שם אלא פרכת אחת בלבד שנאמר והבדילה הפרכת לכם וכו' i.e. „In templo primo paries erat intergeri„nus inter Sanctum ac Sanctissimum, cujus densitas erat unius cubiti. Cum „vero templum secundum exstruentibus dubium foret, utrum crassities istius „parietis ad Sanctum pertineat, an vero ad mensuram Sanctissimi: ideo con„fecerunt Sanctum Sanctorum viginti cubitorum completorum; Sanctum „quoque cubitorum quadraginta integrorum, cubito uno inter Sanctum & „Sanctissimum vacuo relicto. Non enim exstruxerunt in templo secundo „parietem intergerinum; sed confecerunt duo Vela, quorum alterum a parte „Sanctissimi, alterum vero a parte Sancti: inter quæ cubitus erat vacuus, cor„respondens crassitiei parietis istius, qui fuit in templo primo. Quippe in „Sanctuario primo non fuit nisi unum tantummodo velum, quia dicitur n): & „separet velum illud vobis inter Sanctum ac Sanctissimum „. Cum itaque talis Sanctissimi h. l. recordetur Apostolus, quod *μετὰ τὸ δεύτερον καταπέτασμα* v 3., plurimi vel hac sola ratione ducti sunt, ut statuerent de templo secundo h. l. sermonem fore; non de ullo alio. (III.) Quod si vero *καταπέτασμα* de aliis quoque Velis usurpari dicas, quam quæ Sanctissimum dirimunt a Sancto, prouti in V. T. apud LXX. interpretes adhiberi certum est o); dicendum tunc potius Apostolo fuisset: *post tertium velum*, quam *post secundum.* Cum & atrium tabernaculi Mosaici velo aliquo in introitu fuerit instructum, Exod. XXVII, 16.

§. III. Porro talis intelligitur structura, quæ habuit *τὸ ἅγιον κοσμικὸν* v. 1. per quod *Chrysostomus* & *Theophylactus* locum intelligunt, ad quem non solum Israelitæ ob mortuum polluto, sed etiam cujusvis nationis, ac totius mundi hominibus patebat aditus p), quem in tabernaculo extitisse, nemo probare poterit unquam: De templo secundo vero res est in confesso. Non tantum tota civitas Hierosolyma erat sancta q), in qua licitum erat comedere *consecrata*

n) Exod. XXVI, 33. o) Vide Exod. XXVI, 37. c. XXXV, 11. c. XXXVIII, 18. c. XL. 5. 8. 20. p) videatur Maimon. hilc. Beth habbechira c. 7. §. 15. e tit. Pesachim. c. 3. Sota c. 3. ac Celim c. 1. §. 8. q) videatur Maimon. loc. jam cit. §. 14. prolixe.

*ſecrata leviora*, atque *decimas ſecundas* r); Leproſus vero, ne ſanctum palluat, ex ea erat excludendus: Sed, cum hæc in tria diſtingueretur caſtra: *Iſraelitarum* ſc., *Levitarum*, ac *Majeſtatis divinæ* s); etiam in Levitarum caſtra Gentiles poterant ingredi. quæ, *Talmudicis* definientibus, ab extremitate montis, cui templum ſuperſtructum erat, incipiebant, & ad portam usque *Nicanoris* t) protendebantur, ac ſecundum Codicem *Celim* u), multo ſanctiora habebantur *Iſraelitarum*; ut etiam qui ex Iſraelitis fluxu ſanguinis laborarent, item menſtruatæ mulieres, ac puerperæ pedem illuc inſerre non habuerint integrum. Et ex lege Divina quidem conceſſum fuerat Gentibus, pervenire ad *atrium* usque *Iſraelitarum*, atque ſic in ipſo etiam mulierum Judaicarum conſiſtere atrio: ex Magiſtrorum vero ſtatutis factum, ut, cum *caſtra Levitarum* ſubdividerent in *atrium commune* ſeu *provanum*, *antemurale*, ac *atrium mulierum*, Gentilibus ſpeciale *Sanctum* aſſignaretur, quod *montem domus* vocant, ſive *profanum*, ut hic Apoſtolus *mundanum*; Noſtrates *atrium gentium*. Ultra quod non licuit illis progredi. In eo autem conſtituti adeo a nemine prohibebantur, ut de *Raban Gamaliel* memoriæ prodat *Gemara Hieroſ.* tit. *Aboda Sara* x): שהיה מטייל בהר חבירת וראת אשה אחרת גויה ובירך עליה *Quod in atrio gentum ambulans mulierem Ethnicam benedictione beaverit.* (V.) Talis intelligitur ſtructura, in qua tempore Apoſtoli & dona ac ſacrificia offerebantur v. 9., & quæ duravit ad tempus usque correctionis, h. e. quo Chriſtus emendavit errores humani generis, atque corruptelas v. 10. Per quam Tabernaculum Moſaicum intelligi non poteſt: quippe quod nec ad tempora Chriſti duravit, nec conſequenter in eo Apoſtoli tempore dona potuerunt offerri. (VI.) Si Tabernaculum Moſaicum intelligeretur, e verſ. 8. quis inferret, ab ejus deſtructione jam manifeſtata ac re ipſa exhibita fuiſſe media ſanctitatem ex ſe & ſua virtute conferentia, & ſic in templo primo jam veniſſet antitypus: quod contra omnem ſcripturam, ac ſcopum Apoſtoli, qui hoc unice attribuit Chriſto & temporibus N. T. (VII.) Quandoquidem Chriſtus cum eo comparatur, eo plus videtur accedere ejus Majeſtati, quo ſplendidior eſt ſtructura, qua cum conferri placuit. Atqui nemo ignorat, templum ſecundum, præcipue *Herodis*



r) videatur tit. Celim cap. 1. §. 8. conferatur Maimon. loc. jam cit. atque hilc. Maaſe Korbanoth. cap. 1. circa fin. in hilc. Maaſar cap. 1. §. 1. ac Maaſar Scheni cap. 1. §. 1. s) Maimon. hilc Beth habbechira c. 7. §. 15. t) de qua vide tit. Middoth cap. 2. Miſchna 3. Schebet jehuda fol. 69. b. l. 15. ſeqq. L'Empereur ad Middoth. p. 57. u) cap. 1. hal. 8. fol. 6. b. conferatur Raſchi, R. Obad. de Bartenura, ac Rambam ad l. c. & hic hilc. Beth. habbechira cap. 7. §. 15. item Jacob jud. Leo de templo Hieroſ. l. 1. pag. 22. in verſ. Sauberti. x) cap. 1. fol. 40. col. 1. lin. 3. fin. conferatur cl. Lightfoot cent. Geog. Matth. c. XXVIII. p. m. 58. ſeqq.

*rodis* opera exornatum, externa ſpecie ac pompa portatile illud Moſis ædificium modis ſuperaſſe infinitis.

§. IV. Quicquid horum ſit, pro *Tabernaculo Moſis* nihilominus afferri debet. I. Quod ab Apoſtolo h. l. introducatur *σκηνὴ* v. 2. 3. 6. 8. 21. ſeqq. non *ναός*. at vero *σκηνὴ* apud *LXX. interpretes* ponitur pro Ebræorum משכן, quod *Tabernaculum Moſis* denotat: nec in N. T. ullibi de templo uſurpatur. II. Tale intelligitur ædificium, quod ſecundum Exemplar Moſi in monte oſtenſum fuit exſtructum, cap. VIII, 5. item quod ab ipſo Moſe cum oleo unctionis, & aſperſione ſanguinis eſt dedicatum, cap. IX, 18. 21. Quod de nullo poteſt intelligi, ni Moſis tabernaculo; cujus ſtructuræ exemplar in monte ipſi non modo oblatum legimus Exod. XXV, 40. Actor. VII, 44. Sed & juxta id ipſum conſummatum Exod. XXXIX, 42. At tempore templi ſecundi nec extitit Moſes, nec ejus vaſa debuerunt inungi. Univerſalis eſt Ebræorum ſententia, propoſita in *Pandectis Talmudicis*, titulis *Sanhedrin* y), *Schebuoth* z), ac *Joma* a):
כל הכלים שעשה משה משיחתן מקדשן מכאן ואילך עבודתן מחנכתן דאמר קרא וימשחם ויקדש אותם אותם במשיחה ולא לדורות במשיחה: ואימא אותם במשיחה ולדורות או במשיחה או בעבודה אמר רב פפא אמר קרא אשר ישרתו בכם בקדש הכתוב תלאן בשירות אלא אותם למה לי או לאו אותם הוה אמינא לדורות במשיחה ובעבודה דהא כתיב וכן תעשו כתב רחמנא אותם אותם במשיחה ולא לדורות במשיחה: i. e. „Omnia Vaſa, quæ a Moſe aptata ſunt, ſua conſecravit unctio; ab iſto tempore & deinceps ipſorum miniſterium eadem initiat, quia dicitur b): & unxit eadem, cum conſecraret iſta, i.e. ISTA in unctione conſecranda fuere, non quæ ſeculis ſubſecuturis. Quid ſi dicerem, iſta per unctionem; quæ autem reliquis temporibus, vel per unctionem, vel per miniſterium? reſpondit Rab Pappa, ſcriptura c) inquit: in quibus miniſtrent in Sanctuario. Ad miniſterium eadem ſuſpendit hic textus Biblicus; non ad unctionem. Quare itaque vocem ISTA addidit? ſi ISTA ſcriptum non ſit, exiſtimaſſem, in ſeculis futuris *conſecrationem vaſorum fieri debuiſſe* per unctionem pariter ac miniſterium: cum ecce ſcriptum ſit d) & ſic vos facietis. Igitur ſcripto expreſſit miſericordiſſimus Deus *vocem ISTA ut innuat ISTA* inungenda fuiſſe, non autem quæ ſeculis ſecuturis *conſecranda forent*„. Quod autem ſanguinis aſperſionem attinet, cujus hic meminit Apoſto-

y) Babyl. cap. 1. fol. 16. b. l. 13. ſeqq. z) cap. 2. fol. 15. a l. 1. ſeqq. a) c. 1. fol. 12. b. l. 1. ſqq. b) Num. VII, 1. c) Num. IV, 12. d) Exod. XXV, 40.

Apoſtolus, eam in vaſibus tabernaculi conſecrandis inunctioni fuiſſe adjunctam, non ſolum inferri poteſt ex conſperſione veſtium Sacerdotalium Lev. VIII, 30. deſcripta, quippe quæ ad vaſa tabernaculi pertinebant: ſed conceptis verbis traditum eſt a *Joſepho*, quando e) τήν τε σκηνὴν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν σκεύη ἐλαίῳ τε προθυμιωμένῳ καθὼς εἶπον, καὶ τῷ αἵματι ταύρων καὶ κριῶν σφα-μέτων, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑνὸς κατὰ γένος. *Item tabernaculum*, ait, *& ejus vaſa ungento, ſicut jam dixi, confecto, &* SANGVINE TAURORUM ET ARIETUM *alternis diebus juxta genus ſuum mactatorum*, aſperſit. De quo nil quicquam circa vaſa templi ſecundi traditur.

§. V. Id h. l. intelligitur ſanctuarium, in cujus III. altera parte, quæ *Sanctum* dicitur, *candelabrum* duntaxat *unum*, ac *menſa unica*, v. 2.: quod optime quidem convenit cum illo, quod de *tabernaculo Moſis* Exod. XXV, 23. 31. dicitur; Verum ad *templum* (*Salomonis* quidem) ægre accommodari poterit. Siquidem in quo præter Moſis menſam ac candelabrum, decem menſas alias totidemque candelabra aptari curavit Salomon, ante Sanctiſſimum in eadem templi parte, quæ *Sanctum* vocatur, collocata. Id quod clare dicitur 2. Chron. IV, 7. 8. coll. v. 19. 20. 1. Reg. VII, 49. ac prolixe examinatur in tit. *Menachoth* f): apud *Joſephum* g) vero numerus iſte augetur nimium. An vero hoc etiam contra templum ſecundum valeat, ſubdubito. Utut enim 2. Chron XXVI, 18. it. 2. Reg. XXV, 13 ſqq. ſacra pagina afferat, omnia templi vaſa majora pariter ac minora transportata fuiſſe in Babyloniam; atque alibi h) referat, Cyrum vaſa domus Dei per Nebucadnezarem ablata Judæis reſtituiſſe, Hieroſolymam perferenda. Nullam tamen nec candelabrorum nec menſarum expreſſam offendo mentionem, minoribus ac vilioribus vaſis nominetenus interim indicatis. Equidem *Joſephus* *) mille iſta vaſa, quæ Eſr. l. c. v. 10. determinata non ſunt, reſtringit ad σκεύη μεγάλα *majora:* ac *Aben Eſra* i) לפי דעתי כן חוא הפרטים שהם אלפים ותצט בכללם הם הכלים הגדולים, *Ex mea quidem*, inquit, *ſententia, ſub numero vaſorum ſpeciatim recenſitorum, qua 2499. fuerunt, continentur etiam vaſa majora.* Propius tamen nullus acceſſit, ad ipſas determinandas ſpecies. Et vix probabile eſt, Spiritum S., pelvibus ac cultris ſpeciatim expreſſis, candelabrorum ac menſarum neglexiſſe mentionem: ſiquidem inviolata ſuo reſtituta fuerint loco. Cum, dicente *Raſchio* k) החשובין הוא מונה *præſtantiora quæque numeraverit.* De Moſis menſa ac candelabro expreſſe id negant *Ebræi* l). *Talmudici*, & *Joſephus*



e) Archeol. lib. 3. c. 9. d. m. 89. B. f) Babyl. c. 11. fol. 98. b. ac fol. 99. a. & b. g) Archeol. lib. 8. c. 2. p. m. 262. a. & b. vid. Bechai Sect. Truma fol. 107. col. 4. h) Eſr. I, 7. ſqq. *) Archeol. lib. 11. c. 2. p. m. 358. f. i) ad Eſr. l. c. Bib. Buxtorfii fol. 897. a. lin. 14. fin. k) ad Eſr. l c. l) videatur Abrabanel Comment. ad Hag. I. fol. 278. col. 1. lin. 16. ſqq.

*phus Flavius* m) pariter ac Ebræorum *Gorionides* n), egregii alioquin buccinatores iſtorum, quæ aliquo modo faciunt ad ſplendorem templi Hieroſolymitani exaggerandum, nuſpiam, quantum ego quidem recordor, menſas ac candelabra in ipſo *Sancto templi ſecundi* collocata, in numero multitudinis memorant. *Maimonides* vaſa templi ſecundi recenſens, quælibet propriæ ſuæ tribuendo ſedi ומזבח לקטורת ומנורה ושולחן ושלשתן בתוך הקדש לפני קדש הקדשים. *Altare*, inquit o), *ſuffitus, item candelabrum, ac menſa TRIA iſta* erant *intra Sanctum, ante Sanctum Sanctorum.* Quod ſi vel maxime e Babylone rediiſſe, dicas; potuerunt a Judæis alio templi loco reponi, quam qui *Sanctum* dicitur. Ad utrumque latus candelabri, cujus fabricam prolixe deſcribit *Maimonides* p) e tit. *Menachoth* q), non collocant 10. alia, ut *Salomon*: ſed in tit. *Tamid* r). Lapidem aliquem tribus exciſum gradibus ante illud ſtatuunt, per quos aſcendat lucernas accenſurus. Tredecim vero menſas ita diſtribuunt per diverſas templi partes, ut non niſi *Unica* ei relinquatur loco, qui *Sanctum* dicitur. *Octo* enim in titulis *Middoth* s) atque *Tamid* t), quas marmoreas vocant, e regione altaris, in latere ejus ſeptentrionali collocant, in receptaculum Poparum, apud octo iſtas columnas humiles, e quibus ſacrificia ſuſpendebant: *Duas*, Marmoream alteram, alteram argenteam, Cod. *Tamid* u) ponit ad latus altaris meridionale, in occidente Clivi: & *duas* alias, unam marmoream, auream alteram tit. *Menachoth* x) rejicit interius ad portam templi. Ut adeo non niſi *unica* ſuperſit, quæ in *Sanctum* conſtituatur. De ſingulis conjunctim legimus in tit. *Schekalim* y): שלשה עשר שולחנות היו במקדש שמנה של שיש בבית המטבחים שעליהן מדיחין את הקרבים ושנים במערב הכבש אחד של שיש וא׳ של כסף על של שיש היו נותנין את האברים על של כסף כלי שרת ושנים באולם מבחוץ על פתח הבית א׳ של שיש ואחד של זהב על של שיש נותנין לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלין בקדש ולא מורידין וא׳ של זהב מבפנים שעליו לחם הפנים תמיד „Tredecim menſe erant in Sanctuario: Octo marmoreæ in receptaculo Poparum, ſuper quas inteſtina lavabant. Et duæ ad occidentem Gradus altaris

m) Archeol. Lib. 15. Cap. 14 n) Cap. 65. o) Hilc. Beth Habbechira Cap. 1. §. 6. p) l. c. cap. 3. §. 1. ad 10. q) Cap. 3. §. 7. f. 28. a. ſeqq. it. cap. 10. f. 88. b. cap. 11. &c. r) Cap. 3. § 9. in fin. Vid. Maimon. loc. jam cit. §. 11. s) Cap. 3. § 5. in fin. Cap. 5. §. 1. t) Cap. 3. §. 5. in fin. conferatur Rambam l. c. cap. 5. §. 14. u) cap. 6. §. 4. vid. Maim. l. c. cap. 2. §. 15. x) Cap. 11. §. 7. fol. 99. b. lin. 19. ſq. y) Cap. 6. §. 4.

„altaris, altera marmorea, argentea altera. Illi membra imponebant, huic au-„tem vasa ministerii. Duæ præterea mensæ erant in porticu, foris ad ostium „domus, altera e marmore, ex auro altera. Marmoreæ panem propositionis „imponebant, cum is inferretur: aureæ autem, cum exportaretur. Auge-„ri enim honor rei sacræ solebat, non minui. Unæ autem mensa aurea erat „interius, in qua perpetuo panis erat propositionis z).„ Quæ si vera sunt, hoc quidem membrum, utut contra templum Salomonis valeat, contra secundum urgeri non poterit.

§. VI. At maximi ponderis est, quod IV. mentionem facit Apostolus v. 4. *Arcæ fœderis*, quæ una cum *urna aurea, cui Manna inclusum*, item *Virga Aaronis* germinante, ac *tabulis legis* præsto fuisse dicitur in ea, de qua loquitur fabrica. At hæc omnia cum multis aliis in templo secundo defecerunt. אמר רב שמואל בר איניא מאי דכתיב ארצה בו ואכבד וקרינן ואכבדה מאי שנא דמחוסר ה׳ אלו חמשה דברים שהיו בין מקדש ראשון למקדש שני אלו הן ארון וכפורת וכרובים אש ושכינה ורוח הקודש ואורים ותומים׃ *Quod speciale indicat, inquit Rab. Samuel f. Inja*, in Cod. *Joma* a), Sacer Scriptor, *quod in voce* ואכבד b) *deficiat in fine* ה? *Quinque istas res, quæ differentiam constituunt inter sanctuarium primum, ac secundum; ac sunt sequentes:* ARCA, *Propitiatorium, ac Cherubini; item* IGNIS, ac MAIESTAS DEI *conspicua*, & SPIRITUS S. *atque* URIM & THUMMIM. Cui sententiæ subjicit *Abarbanel* c): אך אמנם ראוי לדעת שלא לבד אלה הדברים חסרו שמה כי גם המנורה והשלחן וכל כלי המשכן ויריעותיו וקרשיו ושאר הדברים שעשה משה במדבר וצנצנת המן ומקלו של אהרן ושמן המשחה כולם נגנזו ולא שבו בבית שני וכו׳ *Verum enim vero omnino æquum est, ut scias, non istas solas res ibi defecisse; sed etiam candelabrum, ac mensam, & omnia vasa tabernaculi, cum cortinis ipsius, atque asseribus, reliquisque rebus a Mose in deserto præparatis.* v. g. URNAM CUI MANNA INDITUM, VIRGAM AARONIS, *in oleum unctionis. Quæ omnia recondita fuere; nec in templo secundo redierunt &c.* Certe hæc ratio tanti momenti est, ut vel sola sufficienter monstret, non *de templo Secundo* sermonem esse Apostolo; *sed*, cum ob alias rationes superius recensitas neque *Salomonis templum* queat intelligi, *de tabernaculo Mosis*, quod hæc omnia in summo vigore exhibuit. Præterea plus illustrat Christi honorem,

 cum

z) Quæ versio est Doctiss. Wulferi p. 140. a) cap. 1. circa fin. fol. 21. b. lin. 18. seqq. Conf. Rambam hilc. Beth habbechira cap. 4. §. 1. Joseph Gorion l. c. cap. 1. b) Hag. 1, 8. c) Comment. ad Hag. 1, fol. 278. col. 1. lin. 14. sqq.

lestis, & æterni. Verum ideo ita dici, quod gentibus patuerit, nimis est coactum, ac, si oculum, ut dicebatur, ad Ebræam flectas denominationem, *Sanctum profanum* oppositum exprimit in apposito. 3. Nuspiam fit mentio in hac collatione, nisi duarum partium tabernaculi, Sancti enim atque Sanctissimi: cum tamen, illa assumta interpretatione, atria opportuerit connumerare simul. Neq; enim 4. huic nostro scriptori propositum est, integrum tabernaculi descriptionem persequi; sed ea duntaxat, quæ ad functionem pertinebant sacerdotalem, idque quatenus Christus per eam adumbrabatur. V. Contrarium potius e v. 9. elucet. Cum tabernaculum (ad quod ἥτις refertur) typus tantummodo dicatur ejus, quod tum præsens erat; & per consequens olim evanuerat. Quandoquidem umbra perit, corpore exhibito. Deinceps tabernaculum metonymice sumi potest pro functionibus ac ritibus seu ceremoniis in eo peragendis, quæ durarunt ad tempus usque correctionis. VI. Ex v. 8. nil aliud probari potest, quam quod illo tempore, quo prius tabernaculum statum suum habebat, nondum via sanctorum esset manifestata. Verum quod illud tabernaculum necessario consistere deberet, usque dum via sanctorum manifestaretur, id inde non sequitur. Plurimæ dantur in Scripturis propositiones, quas minime licet invertere. Ad VII. responsum est supra §. 6. Num. 5.

§. VIII. Cæterum hoc ipsum *Tabernaculum*, quo de h. l. agi probavimus, dictum *Josepho* m) ναὸς μεταφερόμενος *Templum portatile*, in duas divisum erat partes, Velo invicem distinctas. Ita enim non modo ex Exod. XXVI. docemur; sed & ex hoc ipso capite 9. *Epist. ad Ebræos* abunde cognoscimus. Nec dissentit *Josephus* n); quando εἰς τρία μέρη *in tres*, ait, *partes* fuisse divisum. Cum annumeret Atrium, quod nos h. l. cum Apostolo seponimus. Ipsius vero Tabernaculi *Longitudo* erat cubitorum 30 tot enim efficiunt 20. asseres conjuncti, quorum quilibet sesquicubitalis est; quales huic fabricæ adhibendos DEUS præscribit. Exod. XXVI, 16. 18 &c. *Altitudo* 10. cubitorum, in quot quilibet nominatorum asserum assurgebat, l. c. v. 10. *Latitudo* claris literis expressa non est. Ex *Longitudine* tamen *Cortinarum*, quæ in tabernaculi latitudinem fuit extensa, *Pariete Occidentali*, ac Analogia templi Salomonis o), atque Veli Sanctum a Sanctissimo dirimentis adscripta a *Josepho* atque *Talmudicis* figura quadrata, &c. inferri facile potest, *Latitudinem* tabernaculi totius, in capacitate sua, sive quoad aream internam, 10. continuisse cubita. *Densitas asserum*, quantum ex collatione versuum 22. 23. 24. cum v. 16. 17. 19. 25. conjicio, circa basin cubitalis fuit: quæ supra basin inter ascendendum ab exteriori superficie,

m) Archeol. lin. 3. cap. 5. p. m. 80. D. n) l. c. p. 81. F. o) Vid. 1. Reg. VI, 20. p) cap. 11. fol. 98. b. l. 1. sqq.

cie, aut secundum sententiam *R. Juda* tit. *Scabbath* p) propositam, continuo magis magisque decrescebat, donec in summitate sua pro proportione totius corporis duos circiter æquaret digitos; Vel statim post bases argenteas, quarum longitudo asserum cardines includens, cubitalis æstimatur, in aliquo veluti arcu excisa, æqualem deinceps, ac (respectu sc. basis) tenuem servavit crassitiem, ad summum usque fastigium. Quo modo & firmius contra ventorum vim consistebat, commodiusque a Levitis de loco in locum portabatur. *Paries* Occidentalis lateralibus non fuit insertus, sed extrinsecus applicatus: ut hinc dimensio omnis ad internam ubivis spectet aream vel capacitatem, densitate asserum semper exclusa. *Vectium* in uno quoque pariete *tres* erant *ordines*, e quorum medius unico Vecte continuato parietem per reliquos duos Vectium ordines in duas modo partes compactum, conjungit atque unum effecit.

§. IX. Asseribus in mensura delineata, per Vectes ac bases erectis, atque conjunctis ac coaptatis invicem; Aulæa l. c. quoad longitudinem & latitudinem suam evidentissime descripta, ita super eosdem expandebantur, ut aulæorum longitudo protraheretur in tabernaculi latitudinem, & in hujus longitudinem ipsorum latitudo. Quo facto, & tecti simul vices explebant, atque amictas parietum, de quibus propendebant. Et ne vento propellerentur, paxillis in terram fixis erant munita (Exod. XXVII, 19. coll. *R. Sal. Jarchio*, ac *Abarbanele*), funibus ad eos alligata.

§. X. Atque ex hac Aulæorum in Tabernaculum expansione simul elucescit capacitas utriusque Partis Tabernaculi, *Sancti* pariter atque *Sanctissimi*. Quandoquidem enim Pars una ab altera distincta erat per Velum aliquod, e quatuor suspensum columnis; & vero Velum illud expandi jubetur, Exod. XXVI, 33. *sub ansulis aureis* utriusque juncturæ aulæi picturati: Clarum inde redditur, longitudinem *Sancti* fuisse cubitorum 20. *Sanctissimi* vero non nisi 10; densitate tamen Veli ad alterutram partem connumerata. Siquidem totius aulæi latitudo cubitorum erat 40; quot efficiunt decem cortinæ, quarum singulæ 4. latæ cubita, Exod. XXVI, 1. Hæ decem Cortinæ ita erant distributæ, ut quinæ conjunctæ aulæum efficerent dimidiatum, l. c. v. 3. Utraque autem aulæa dimidiata, quorum quodlibet in latitudine sua 20. continebat cubita, conjungebantur invicem loramentis hyacinthinis in ansulas aureas inditis, intimeque coarctatis, l. c. v. 4. 6. Quæ commissura per ansulas, Aulæo isto a facie tentorii ad ejus tergum extenso, præcise in cubitum Vigesimum incidit; post quem tertia Tabernaculi pars relinquitur pro *Sanctissimo*. *R. Sal. Jarchi*, cum quo & reliqui faciunt Ebræorum, v. g. *Ralbag* q) *Abarbanel* r) &c.

ו הרכת

q) fol. 102. col. 4. l. 25. r) fol. 196. col. 1. l. 15. sqq.

והפרכת ארכה עשר אמות לרחבו של משכן ורחבה עשר אמות לגבהן של קרשים פרוסה בשלישו של משכן שיהא חוצה ולפנים עשר אמות והימנה ולחוץ עשרים אמה, נמצא בית קדשי הקדשים עשר על עשר שנאמר ונתת את הפרכת תחת הקרסים המחברים את שתי חוברות של יריעות המשכן רחב החוברת עשרים אמה, וכשפרשה על גג המשכן מן הפתח למערב כלתה בשני שלישי המשכן והחוברת השנית כסתה שלישו של משכן והמותר תלוי לאחוריו לכסות את הקרשים, *Velum id*, inquit s), *cujus longitudo 10. cubitorum latitudini tabernaculi respondet, & latitudo ejus cubitorum 10. altitudini asserum, expansum erat ad tertiam partem tabernaculi; ut ab eo & interius 10. sint cubita, ab eo vero & externus 20. Atque sic capacitas Sancti sanctorum quadrata est, 10. in singula latera cubitorum* t), *quia dicitur: & appones Velum illud sub anfulis istis utramque juncturam Cortinarum Tabernaculi conjungentibus. Latitudo enim unius juncturæ 20. cubitorum si extendatur super tectum tentorii ab ejus ostio ad Occidentem, absolvitur post duas Tabernaculi tertias, & junctura altera* reliquam *Tabernaculi tertiam operit; ut quod* de latitudine ejus *restat, post tergum ejus suspensum, obtegat asseres.*

§. XI. Atque similem servavit cum hoc proportionem sapientissimus Regum *Salomon*, in suo, quod fabricavit, Templo. Cum enim longitudo totius domus esset 60 cubitorum 1. Reg. VI, 2 eam in tres tertias ita distribuit, ut 20. cubita Sanctissimo cederent, quot etiam in latitudine continuit, ac altitudine, l. c. v. 20. duabus tertiis, h. e. 40. cubitis Sancto attributis, l. c. v. 17. Nec ab ea recesserunt Judæi e captivitate Babylonica reduces, nisi ob dubitationem suam in pariete inter Sanctum & Sanctissimum intergerino. Totum Fanum, inquit *Maimonides* u), e tit. *Middoth* x) &c. מן המערב למזרח מאה וזהו חשבונן ארבעה כתלים זה לפנים מזה וביניהן שלשה מקומות פנויין. בין הכותל המערבי ובין הכותל שלפנים ממנו חמשה אמות ובין כותל שני ושלישי שש אמות ובין כותל שלשי ורבועי שש אמות ואלו המדות הן של עובי הכותל עם המקום הפנוי שבין שני כותלים ואורך קדש הקדשים עשרים אמה ובין שתי הפרוכות המבדילות בינו ובין הקדש אמה, ואורך



s) Comment. ad Exod. XXVI, 33. bibl. Buxt. fol. 95. a. l. 8. fin. t) vide de hac phrasi Cl. L'Empereur Cod. Middoth. cap. 2. §. 1. p. 36. u) hilc. Beth habbechira c. 4. §. 4. x) cap. 5. §. 1.

ואורך הרקש ארבעים אמה׀ ועובי הכותל המזרחי שכו השער שש אמות והאולם יא אמה׀ ועובי כותל האולם חמש אמות נמצא הכל מאה אמה׀ *ab Occidente ad Orientem in 100. protenditur cubita, quorum hæc est supputatio. Quatuor parietes, quorum semper unus altero est interior, intra quos intervalla vacua: intra parietem occidentalem quidem ac eum, qui illo est interior, spatium cubitorum 5; Inter parietem vero secundum ac tertium 6. cubitorum; ac totidem inter tertium ac quartum: densitate tamen parietis ubivis cum intervallo vacuo connumerata.* LONGITUDO AUTEM SANCTI SANCTORUM EST CUBITORUM XX. *Inter utrumque vero Velum, Sanctissimum a Sancto dirimens, cubitus unus. Et Sancti longitudo est 40. cubitorum. Ac densitas parietis orientalis, in quo Porta, 6. complet cubita; ac Pronaon 11. ejusque Paries 5. Quæ universa computata, 100. efficiunt cubita.*

§. XII. Sed forte vix opus est, ut in hac *Sanctissimi* mensura dimetienda sim prolixior. Obliviscuntur enim hypotheseos suæ, qui ea alioquin statuunt, cum quibus hæc forma cubica minime poterit consistere; ac nobiscum conspirant quadantenus. *Josephus* y): *μετὰ δέκα πήχεις ἡρμοσμένος ἐκ τῦ μύχυ τέσσαρας ἔστησι κίονας, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις εἰργασμένυς καὶ βάσεσιν ὁμοίαις, ἐπικειμένυς διαλείποντας ἀλλήλων κατ' ὀλίγον. τὸ δὲ ἐνδοτέρωθεν αὐτῶν ἄδυτον τὴν. Post 10. cubita intima,* inquit, *statutæ sunt columnæ 4. eodem opere & ex eadem materia factæ, similibus basibus impositæ, paribus intervallis per transversum dissitæ: ultra has fuit Aditum &c. Ab Esra* z) מקום קדש הקדשים הוה בחשבון מעוקב *Locus Sanctissimi fuit in figura Cubica.* Cum itaque altitudo per ipsum Spiritum S. ad 10. restringatur cubita, l. c. v. 16. aliter fieri non potest, quam tam latitudinem, quam longitudinem similiter 10. fuisse cubitorum.

§. XIII. Major videtur difficultas circa ea, quæ in *Sanctissimo* fuere conservata, Exod. XXVI, 34. præcipitur *Propitiatorium cum arca testimonii illic collocandum.* In hac solæ quidem tabulæ Decalogi fuerunt inclusæ, 1. Reg. VIII, 9. 2. Chron. V, 10. *Josephus* a) *εἶχε δὲ ἡ κιβωτὸς ὐδὲν ἕτερον, ἢ δύο λιθίνας πλάκας, αἳ τῦς δέκα λόγυς τὰς ὑπὸ τῦ Θεῦ λαληθέντας ἐν Σιναίῳ ὄρει ἐγγεγραμμένυς αὐταῖς ἔσωζον. Continebat arca nihil aliud, quam duas tabulas lapideas, quæ 10. præcepta, Dei ore in Monte Sinai prodita, insculpta eis conservabant.* Ac alibi b): *ταύτῃ τὰς δύο πλάκας ἐν αἷς τῦς δέκα λόγυς συγγεγράφθαι συμ-*

y) l. c. p. m. Ed. F. z) ad Exod. XXVI, 2. B. B. fol. 93. b. a) Archeol. l. 8. c. 2. p. m. 263. E. F. b) Archeol. l. 3. c. 6. p. m. 83. A.

*συμβεβήκει* - - - *καὶ ταύτην ἐν τῷ ἀδύτῳ κατατίθησιν, in hanc* (de arca Tabernaculi loquitur) *reposuit tabulas, in præcepta continentes, --- ipsamque intra Adytum recondidit.* Penes eandem vero, in receptaculis ad ipsius latera, non modo jubentur Levitæ librum legis recondere, Deut. XXXI, 26. ac Philistæi vasa quædam aurea diu post Mosis tempora Israelitis remiserunt: sed & Moses Aaroni jubet, ut *urnam Mannæ* seponat ibi coram Domino, Exod. XVI, 33. quod etiam exsecutus dicitur v 34. *collocans* eam coram Testimonio, h. e. ut *Raschi* inquit c), לפני הארון *coram*, vel *ad arcam;* quæ Dominum repræsentabat, ac quæ Decalogum, testimonium fœderis inter Deum & Israelitas initi, inclusum habebat. *R. Lev. f. Gerson* ait d): לפני יי׳ ר״ל לפני הערות והוא בקדש הקדשים i. e. verbis: coram Domino *vult innuere, coram arca testimonii, idque in Sancto Sanctorum.* Nec aliter *Abarbanel* e), לפני הערות שהוא ארון ברית יהוה והיתה הצנצנת מונחת לפני לפנים במקום המקדש *Per testimonium*, inquens, *intelligitur Arca fæderis Domini. Fuit itaque urna ista seposita in intimum locum consecratum.* Quod autem & *Virga* Aaronis *efflorescens* illud ad arcam fuerit reposita, non dubitare nos sinunt verba Num. XVII, 22. 25. contenta. Quæ, quia eadem cum præcedentibus, eundem quoque cum illis pariunt sensum.

§. XIV. His omnibus cum verbis Apostoli nostri v. 4. *ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης*, diligenter collatis; ipsa rei evidentia nos cogit, ut præpositionem *ἐν* non reddamus *in*, verum *una cum.* Sive nunc in ipsa arca quid fuerit inclusum, sicut tabulæ legis; sive penes eam, aut etiam in eodem saltem cum ipsa loco sepositum: quemadmodum reliqua apud Apostolum enumerata. Utut enim non ignorem, *Relativa*, apud Scriptores, *non semper ad præcedens substantiarum propinquius referre; sed sæpe etiam ad remotius*: cujusmodi B. *Glassius* f) noster multa tibi profert exempla. Ad quorum imitationem dicere posses, apud Apostolum *ᾗ* referri debere ad *σκηνὴν* versus præcedentis; non *κιβωτὸν* ejusdem versus, „ut talis evadat sensus oppido congruus; in „Tabernaculo, quod Sanctum Sanctorum dicitur, Urnam Mannæ ac Virgam „Aaronis fuisse sepositam. Neque multum curem, quæ contra hanc expositionem produci solet, rationem mutati sermonis, si sola foret: cum haud infrequens sit *in Scriptura* asyndeton, juxta quod diceres: in *qua etiam* &c. Insuper verbum *est* & *habere*, constructione leviter variata, idem exprimant:



c) ad h. l. B. B. f. 78. b. l. 18. d) ad l. c. f. 70. col. 3. l. 16. 17. fin. e) ad l. c. f. 162. col. 3. l. 5. 6. 7. fin. f) Philol. Sacr. lib. 3. Tract. 2. Can. 10. p. m. 513.

mant: Unde & apud *Syrum* nihil h. l. mutatum est, dum reddidit:
ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܒܝܬ ܒܣܡ̈ܐ ܕܕܗܒܐ ܘܩܒܘܬܐ
ܕܕܝܬܝܩܐ ܕܦܪܝܣܐ ܟܠܗ ܒܕܗܒܐ ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ
ܩܣܛܐ ܕܕܗܒܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܡܢܢܐ
ܘܫܒܛܐ ܕܐܗܪܘܢ ܗܘ ܕܐܦܪܥ ܘܠܘ̈ܚܐ ܕܕܝܬܝܩܐ *
quæ, aptatis vocalibus convenientibus, vertere licet: *Et erat in eo Thuribulum aureum, & arca fœderis tota auro obducta. Præterea ei inerat Urna aurea, in qua Manna erat, item Virga Aaronis, quæ floruit, ac Tabulæ legis.* Nollem tamen huic subscribere sententiæ: quia statim v. 5. sequitur ὑπεράνω δὲ ἀυτῆς χερουβὶμ δόξης, ubi pronomen ἀυτῆς necessario ad arcam referri debet, non Tabernaculum. Quippe non super hoc, sed illa Alæ Cherubinorum erant expansæ.

§. XV. Qui *Arcam* latius sumunt, prouti & receptacula lateralia includit; præsupponunt, quod adhuc erat probandum. Philistæi quidem, in capsulam lateri arcæ appositam, vasa quædam aurea incluserant, dono Israeli missa; quæ propterea etiam una cum arca a *Talmudicis*, ll. supra cc. per Josiam (a 2. Chron. XXXV, 3) dicitur abscondita. At id similiter de *Urna Mannæ*, ac *Virga Aaronis* expressum non est; sed tantum, quod *ante eam*, vel *coram ea* fuerint collocatæ, h. e simul cum ea in Sanctissimum repositæ. Quid quod si omnia scrupulose rimetis, vix dici queat, eas receptaculis lateralibus fuisse reclusas. Si enim & librum legis tali capsulæ laterali inclusum dicas, ex Deut. XXXI, 26. cui lateri tandem adjiceres *Urnam* ac *Virgam*? cum alterum ad minimum Philistæi de *Urna Mannæ*, ac *Virga Aaronis* in ll. cc. dicitur לִפְנֵי: quod partem denotat anteriorem; non lateralem: quæ per צַד exprimitur. *Arcam* autem nimis late pro toto quasi Sanctissimo velle sumere; & coactum est nimium, ac vix fert contextus Apostoli. Quippe in quo *continens* & *contentum* caute distinguuntur: ac Cherubini Arcam obumbrabant, neutiquam totum Sanctissimum.

§. XVI. Atque sic vix satisfeceris rigido adversario, si præpositionem ἐν reddideris *juxta*, *prope*, *ad* &c. ut non impositio significetur, sed appositio. Quanquam enim hæc significatio particulæ quidem non denegetur; cum passim sese offerat, ac Viri *Celeberrimi*, *Bochartus* a), & *Noldius* b), multis exemplis pro.

a) Hierozoic. Part, 1. lib, 2, cap. 50. col. 590. b) Concord. Particul. pag. 144. 145.

probatam dederint: ea tamen in tabulis Decalogi locum non invenit, quippe quæ non extrinsecus arcæ fuerunt adjectæ, sed eidem insertæ intrinsecus. Uni vero eidemque particulæ in eodem loco diversas velle adscribere notationes, id est, quod ægre admittent. Dispar est ratio, quando, licet raro admodum, uni voci pro varietate objecti, varia attribuenda significatio, propria altera, altera impropria; ut in illo Joel. II, 13. *Scindite cor vestrum, nec vestes vestras.* Cum tropica ex propria semper fluat, ab eaque ita dependeat, ut sine ea non possit concipi; hic autem quælibet seorsim consideretur, ac objectum retineatur unicum. Quod si autem, ut fecimus, *ἐν* pro particula *societatis* exponas *una cum;* in omnibus subjectis communis eidem manet interpretatio, nec quicquam Apostolus asserit, quod Scripturæ V. T. sit contrarium. Quandoquidem *una cum* Arca non modo tabulæ Decalogi in Sanctissimo sepositæ fuerint; sed & *Urna Mannæ*, ac *Virga Aaronis*. uti jam ante in superioribus fuit demonstratum. Nec infrequens ea est in Scriptura hujus præpositionis significatio. In hoc ipso capite, inferius v. 25. dicitur: *Pontifex ingressus in Sacrarium quotannis ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ*, non *in*, nec *per*, sed *una cum sanguine alieno.* Confer Luc. XIV, 31. Act. XX, 32. c. XXVI, 18. 1. Cor. IV, 21. 2. Cor. XIII. 4. 5. 1. Thess. IV, 16. 2 Petr. I, 5. 6. 7. Jud. v. 17. 1. Joh. V, 6. Atque sic Ebræorum ב, pro quo *ἐν* usurpatur, passim sumitur. Ex innumeris Confer Lev. I, 16. Num. XX, 20. 1. Reg. X, 2. Jer. XI, 19. Psl. LXXXXIX. 6. Quæ vel sola tantam afferent lucem, ut de veritate hypotheseos non amplius dubitare opus habeas.

§. XVII. Enim vero nondum tamen omnis superata est difficultas; & quæ sublata, levis videri poterat respectu ejus, quæ restat. Quoniam clara vestigia in V. T. deprehendebamus *Urnæ Mannæ* repletæ, ac *Virgæ Aaronis* in Sanctissimum repositarum: de *Thuribulo aureo* vero ibi collocando, ne apicem quidem; sed contrarium. Hinc tanta crux interpretibus, ac ansa, cur plurimis hæc Epistola fuerit suspecta. Et *θυμιατήριον* hic quidem non est Mensa; quæ *θυσιαστήριον* dicitur *θυμιάματος*, nec in Sanctissimum unquam inferebatur, sed ante illud consistebat (Exod. XXX, 6.) perpetuo; verum impositum mensæ *Batillum.* Quod a LXX. *πυρεῖον* dicitur; ac in textu Ebræo מחתה: quomodo & *Arabs* illud accepit, atque *Syrus*, ܟܠ ܒܣܡܐ ܕܕܗܒܐ, seu *Vasculum aromatis aureum*, reddidit. Hoc *habuisse* dicitur *Sanctissimum*, non ratione *Situs perpetui*, sed vel *ad tempus id restricti*, de quo h. l. agitur: quod est Dies Expiationis, in quod id continebat; vel ratione *usus*,

quem nuſpiam, niſi in Sanctiſſimo hoc *Thuribulum* præſtare debebat. Τὸ ἔχειν λέγεται πολλαχῶς. ἕνα μὲν τρόπον, τὸ ἄγειν κατὰ τὴν αὐτῦ φύσιν, ἢ κατὰ τὴν αὐτῦ ὁρμήν διὸ λέγεται πυρετός τε ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ οἱ τύραννοι τὰς πόλεις, καὶ τὴν ἐσθῆτα οἱ ἀμπεχόμενοι. ἕνα δὲ ἐν ᾧ ἄν τι ὑπάρχοι ὡς δεκτικῷ; οἷον ὁ χαλκὸς ἔχει τὸ εἶδος τῦ ἀνδριάντος, καὶ τὴν νόσον τὸ σῶμα. ἕνα δὲ, ὡς τὸ περιέχον τὰ περιεχόμενα. ἐν ᾧ γάρ ἐστι περιεχόμενόν τι, ἔχεσθαι ὑπὸ τύτυ λέγεται οἷον, τὸ ἀγγεῖον ἔχειν τὸ ὑγρὸν φαμὲν, καὶ τὴν πόλιν ἀνθρώπυς, καὶ τὴν ναῦν ναύτας. *Habere*, inquit Philoſophus d) *multipliciter dicitur. Uno modo, cum quid ſecundum ſuam naturam, aut ſuum impetum agat. Quare dicitur, quod febris hominem habeat, & tyranni civitates, & induti veſtem. Alio modo, in quo quid tanquam ſuſceptivo exiſtit: ut æs habet ſtatuæ ſpeciem, & corpus ægritudinem. Alio modo, ut continens ea, quæ contenta ſunt, in quo namque contentum quiddam eſt, haberi ab eo dicitur: ut vas habere humidum, dicimus, & urbem homines, & navem nautas.* Veſtem non ſemper indutam quis ſecum apportat, aut ſervum herus, vel dominus ſatellites: quos nihilominus recte dicitur *habere.* Plures templum *habet* miniſtros, qui tamen quam minimo vitæ ſuæ tempore eidem interſunt, ſufficit, quod hora poſtulante ſuum ipſi præſtare debeant uſum. Quod ſi quid adhuc impedire poteſt, quo minus aliquid pro ſuo agat arbitrio; ſed ipſi ſoli ſuum ſervet uſum: hoc ipſum multo magis *habere* dicitur, cum extra id omne *ejus eſſe operativum* ceſſet.

§. XVIII. Atqui tale quod *Thuribulum aureum* Sanctisſimum *habuiſſe* cujus uſus ipſi ſoli ſit dicatus, fallor, aut ex ſequenti *Miſchna* Cod. *Joma* e), tradita ex parte a *Maimonide* f), redditur perſpicuum. בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב והיום חותה בשל זהב ובה היה מכניס/ בכל יום חותה בשל ארבעת קבין ומערה לתוך שלשת קבין והיום חותה בשלשת קבין ובה היה מכניס/ רבי יוסי אומר בכל יום חותה בשל סאה ומערה בתוך שלשת קבין והיום חותה בשלשת קבין ובה היה מכניס/ בכל יום היתה כבדה והיום קלה/ בכל יום היתה ידה קצרה והיום ארוכה/ בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום/ i. e. „Omnibus diebus reliquis ſuffitum facturus, prunas de altari cepit in thuribulo argenteo, e quo intra aureum eas evacuavit; hoc vero die depromſit prunas *Thuribulo aureo*, in eoque eas in Sanctisſimum introduxit. Omni alio die prunas cepit Thuribulo

4. Ca-

d) 4. Metaphyſ. 23. p. 686. ſeqq. Edit. Caſaub. e) c. 4. §. 4. fol. 43. b. l. 22. ſqq. f) hilc. Jom. haccipurim, c. 2. § 5. vid. Jalkut, Sect. Achare Moth f. 165. col. 2. l. 7. ſeqq.

„4. Caborum, quas in aliud effundebat trium modo Caborum; & hoc die de-„promsit thuribulo 3. continente cabos: in quo eas etiam in Sanctissimum in-„tulit. R. Jose statuit, quotidie prunas cepisse in thuribulo Seah continente, „e quo in aliud evacuarit 3. Caborum; at hoc die in thuribulo 3. Caborum ce-„pisse, atque in eodem etiam eas intulisse. Quo quotidie utebantur, grave e-„rat; sed quo hoc die, levius. Quotidiani manubrium curtum erat, sed „hujus Diei prolongatum [*ut eo minus Pontificem defatigaret, ac in retinendo pa-„reret molestiam* g)], Quotidianum ex auro erat viridi; *sed quod hoc Diei ap-propriatum, ex auro rufo* h) &c.„ Quæ singula demonstrant, extitisse aliquod *thuribulum* Diei Expiationis proprium.

§. XIX. Atque ejus usus genuinus adeo Sanctissimo erat dicatus, ut vespera Diei Expiationis Pontificem Maximum juramento obligarent, ne ausit in eo suffitum accendere, antequam in ipsum Sanctissimum venerit, Thuribulo ante arcam collocato. Ita enim *Maimonides* i) e tit. *Joma* k): בימי בית שני צץ האפיקורות בישראל ויצאו הצדוקין מהרה יאבדו שאינן מאמינין בתורה שבעל פה והיו אומרין שקטורת של יום הכפורים מניחין אותה אל האש בהיכל חוץ לפרוכת ומפי השמועה למדו חכמים שאין נותנין הקטרת אלא בקדש הקדשים לפני הארון שנאמר ונתן את הקטרת על האש לפני יהוה ולפי שהיו חוששין בבית שני שמא כ״ג זה נוטה לצד אפיקורות היו משביעין אותו ערב יום הכפורים ואומרין לו אישי כ״ג אנו שלוחי בית דין ואתה שלוחנו ושליח בית דין משביעין אנו עליך במי ששכן את שמו בבית הזה שלא תשנה דבר מכל דבר שאמרנו לך i. e. „Cum temporibus templi secundi, „invalescentibus inter Israelitas Sadducæis, qui subito pereant, legem ora-„lem non amplectentibus, statuerent illi, suffimentum Diei Expiationis „igni imponendum esse extra velum *Sanctissimi*, dum adhuc in templo consi-„stat *Pontifex*. - - - Et vero ex *πατροπαραδόσει* didicerint Sapientes, non „imponendum esse suffimentum nisi in ipso Sanctissimo ante arcam, quia dici-„tur l): & imponant suffimentum igni ante Dominum. Igitur, quia suspica-„bantur in templo secundo, Pontificem forte inclinare ad partes Sadducæo-„rum, adjurarunt eum vespera diem Expiationis præeunte, dicentes ipsi: Domine

g) ut Maimon. exposuit ac Bartenura ad l. c. fol. 124. a. e Gemara l. c. fol. 44. b. l. 7. fin. h) quo de vid. Gemara ad l. c. fol. 44. b. in fin. & fol. 45. a. init. i) hilc. jom haccipurim. cap. 1. §. 7. k) cap. 1. §. 5. Bab. fol. 18. b. circ. fin. fol. 19. b. l. 6. sqq. Hierus. fol. 39. col. 1. l. 45. sqq. Vid. R. Simeon in Jalkut sect. Achare moth. fol. 164. col. 3. fin. col. 4. Edit. Cracov.

„mine Pontifex M.! cum nos legati ſimus Synedrii, tu vero noſter pariter „atque Synedrii; juramento te obſtringimus per eum, qui nomen ſuum in „hac domo habitare voluit, ne immutes quicquam ex omni, quod tibi dixi- „mus„. Alibi m) idem Autore Cod. *Sebachim* n) tradit: הקטיר מן הקטרת של קדש הקדשים כזית בהיכל חייב מיתה: i. e *Adoleverit in templo de ſuffimento Sanctiſſimi ad quantitatem olivæ, reus mortis.* Ex quibus ſimul patet, quod, ſi *Situs* ad certum diem, ſc. Expiationis, reſtringatur, omnino Sanctiſſimum *habuerit* hoc *Thuribulum aureum*, haud ſecus ac Philoſopho *Continens habere* dicebatur *contentum*.

§. XX. Si quidem ut *Talmudici* o) docent, poſtquam circa initium functionum, in primordio diei, in Sanctiſſimum ſemel Pontifex introduxerat hoc *Thuribulum*, ſuffitu accenſo, id ibi relinquebat, ac alios interea perficiebat cultus omnes, non tantum huic diei proprios, ſed ipſum etiam ſacrificium *veſpertinum juge*; & ſic circa veſperam demum, Sanctiſſimum denuo ingrediens, id ex illo efferebat. ילפי שאין ראוי שיוציא משם הכף והמחתה טרם השלם העיכול לקטרת ולאש אשר במחתה והיה זה מסה שלא יתאמת שישלם בכמו זה העת הנה יצטרך להמתין לסלק הכף והמחתה עד הערב וראוי שיהיה זה כעת שיצטרך לבא אל אהל מועד להקטיר קטרת הסמים ולהעלות את הנרות קודם שיקטיר קטרת הסמים ויעלה את הנרות כדי שלא יהיה ענן הקטרת לפנים מאהל מועד ולפני לפנים יחד כי ההערה בו באלו השני מקומות קרובה לחיות אחת כמו שנבאר ולזה אין ראוי שתהיה בשני המקומות ובכלל הנה אז ישלם בלי ספק העיכול לאש ולקטרת ואין ראוי שיכנס שם הכהן אם לא אחר שיתברר לו שישלם זה כדי שלא יכנס שם שלא לצורך ויתחייב מיתה בידי שמים וכו׳ „Quando- „quidem, *ut* R. Levi f. Gerſon p) *loquitur*, inconveniens erat, ut efferat exin- „de acerram atque thuribulum, antequam ſuffitus ac ignis in thuribulo to- „taliter fuerint conſumti: & vero certum tempus, intra quod conſumerentur, „ſtabiliri non poterat, ideo neceſſe habuit, ut, ad acerram ac thuribulum „auferendum, ad veſperam expectaret usque. Atque optime conveniebat, „ut fieret id eo tempore, quo opus habebat ingredi in tentorium conventus, „ad adolendum ſuffitum aromatum, ac accendandas Lucernas, antequam hæc duo

l) Lev. XVI, 3. m) cap. 5. §. 26. n) cap. 13. o) Cod. Joma cap. 7. §. 4. Babyl. f. 70. a. l. 25. 26. b. lin. ult. Maim. l. c. cap. 4. in fine. it. More Nebuchim Part. III. cap. 45. idem Rambam, ac R. Obad. de Bartenura Comment. ad tit. Celim cap. 1. §. 9. fol. 268. p) Comm. ad Lev. XVI. fol. 165. col. 3. l. 1. ſqq.

„duo efficiat; ut ne nubes ſit ſuffimenti in tentorio pariter conventus, atque „ejus intimo ſimul. Nam quæ ex hoc doctrina elicitur, de duobus iſtis locis „tam vicina ſibi invicem eſt, ut haberi queat pro unica, ſicut interpretabimur. „Atque ideo minime erat conveniens, ut fiat in locis iſtis duobus. Et quan„quam valde probabile ſit, quod tunc absque dubio ignis ac ſuffimentum ſit „conſumtum: non tamen licitum eſt, ut ingrediatur illuc Pontifex, niſi poſt„quam clare ipſi conſtiterit, omnia iſta eſſe conſummata. Ne, extra urgen„tem cauſam illuc ſe ingerens, reus fiat mortis per Deum inferendæ„. Quæ ſi vera ſunt, prouti communi ore Ebræi ſtatuunt; quamdiu *eſſe hujus Thuribuli operativum*, ſive *uſus* ipſius durat, ad quem unice erat deſtinatum, nulla alia templi pars *id habuit*, quam ipſum Sanctum Sanctorum. Atque ſic neque in hoc aliquid continet hæc Epiſtola, quod auctoritatem ejus Canonicam infringeret.

§. XXI. Quandoquidem in Cap. IV. dicetur, ante Arcam ea fieri debere, quæ in Sanctiſſimo ſunt peragenda, v. g ſuffigationem, ac aſperſionem ſanguinis hircini pariter ac vitulini: Et vero notum ſit, nullam in Templo ſecundo extitiſſe Arcam, ante quam hæc collocarentur. Non immerito ſcrupulus cuidam oriri poterit, ecquomodo hæc omnia Pontifex perficere potuerit? *Eo non amplius in Sanctiſſimo exiſtente*, ante quod cultus iſti erant peragendi. Ne itaque inferius denuo ad contenta Sanctiſſimi opus habeam recurrere, placet h. l. adjicere, quod in *Miſchna 2.* tit. *Joma* q), unde reliqui ſua deſumſerunt, legimus, verbis ſequentibus: משניטל ארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתייה היתה נקראת גבוהה מן הארץ ג׳ אצבעות ועליה היה נותן i. e. *Ex quo ablata eſt Arca, Lapis ibi fuit, inde a diebus Prophetarum priorum, dictus* LAPIS FUNDATIONIS, *qui tres ſuper terram prominebat digitos; ſuper quem* thuribulum &c. *collocabat.* Quæ fabuloſa de hoc *Lapide* fingunt r), non operæ pretium judicio, quæ hic recenſeantur. Uſus genuinus fuit, qui jam determinatus: ut ſc. vel locum Arcæ antiquum oſtendat, vel Sacro inſerviat miniſterio. Cujusmodi in Gentilium quoque Templis olim fuiſſe uſitatum; *Apollonius Rhodius* s) teſtatur, quando de templo Martis in hunc modum loquitur:

*εἴσω δὲ μέλας λίθος ἠρήρειστο*
*ἱερὸς ᾧ πότε πάσαι ἀμάζονες εὐχετόωντο.*

i. e. *Erat autem intus* NIGER *defixus* LAPIS SACER, *adquemomnes aliquando Amazones vota nuncupabant.*



q) cap. 5. Gemara Babyl. fol. 53. b. l. 24. ſqq. r) Gemara l. c. fol. 54. b. vid. Sheringhamius Cod. Joma p. 103. ſqq. s) lib. 2. Argonaut.

Quo ipſo tamen neutiquam aſſeruero, æqualem utrinque per omnia utriusque fuiſſe rationem. Sint ſua cuique cultui propria. Sufficit nobis, utrinque in *Fano* aliquem conſecratum fuiſſe *Lapidem.*

## CAPUT III.

## DE
# TEMPORE MINISTERII.

### §. I.

Equidem *Moſi* conceſſerat Numen Benignisſimum, ut, quocunque vellet tempore, ac necesſitas conſulendi Deum exigeret, libere in Interiora Sanctisſimi introiret, certum exinde deportaturus conſilium. Ipſe Deus, fabrica Arcæ ac Propitiatorii cum Cherubinis prolixe deſcripta, ac cuique ſede ſua cum contentis, asſignata; tandem ipſorum uſum declaraturus, ſubjicit a), ad Moſen verba faciens: *Conveniam tecum IBI, & loquar tecum a ſuperiore parte Propitiatorii, quod inter duos Cherubines, ſuper Arcam teſtimonii collocatos, omne quod tibi mandaturus ſum ad filios Iſrael.* Alibi b) vocat *ipſum fidelem in tota domo ſua.* Ex locis his ac ſimilibus idem colligit *Abarbanel* c), quando inquit: מר״עה להיותו סוכן לנבואה בכל עת היה הרצון חאלהי
וחפצו שיכנס בכל עת אל קדש חקדשים לדבר. אתו שם וכמו
שאמר ובבוא משה אל אהל מועד לדבר אתו וישמע את הקול
מדבר אליו׳ ולכן תורה שכאשר מתו שני בני אהרן שהיתה מיתתם
בקרבתם לפני יי׳ רוצה לומר שנכנסו לפני לפנים אשר לא כדת
לא נפסק חדבור ממשה שנכנס ונתקרב אז שמה אבל וידבר יי׳
אל משה אחרי מות רוצה לומר שהיה מדבר עמו מיד אחרי מות
שני בני אהרן שמתו בקרבתם לפני יהוה שבסבת אותה קריבה
מתו׳ המקום חהוא גורם למשה הדבור ומעלת הנבואה וכו׳
i. e. „Divina erat voluntas, ejusque beneplacitum, ut Moſes Doctor noſter pa- „cificæ memoriæ, quia ſemper ad Prophetiam erat præparatus, quocunque „tempore ingrederetur in Sanctum Sanctorum, ad ſermonem ibi cum ipſo „habendum; ſicut dicitur d): Ingrediente Moſe in tentorium conventus, ut „cum eo loqueretur, audivit vocem loquentis ad ipſum de Propitiatorio, quod ſuper

a) Exod. XXVII, 12. b) Num. XII, 7. c) Comm. ad Lev. XVI, 1. fol. 250. col. 3. l. 32. ſeqq. d) Num. VII, 89.

„ſuper Arcam teſtimonii inter duos Cherubinos, & reſpondit ei. Propterea „etiam accidit, ut defunctis duobus Aaronis filiis, quorum mors ipſis allata eſt „ob acceſſum ſuum ad facies Domini, i. e. quod ingreſſi fuerant præter æquum „in ipſum Adytum, non ideo ceſſarit ſermo a Moſe, qui tunc ſimiliter illuc „fuerat ingreſſus, ac appropinquarat; ſed nihilominus locutus eſt Dominus „ad Moſen poſt mortem duorum filiorum Aaronis, qui mortui ſunt propter „acceſſionem ſuam ad facies Domini, quæ acceſſio cauſa mortis illis exitit; „Eadem Moſi cauſa fuit alloquii Divini, ac Dignitatis Propheticæ. &c„.

§. II. Enim vero nec Aaroni, aut ulli Pontificum, nedum Sacerdotibus Gregariis licitum erat, ut pro arbitrio ſuo illuc ſe ingererent; ſed ipſorum ingreſſus ad certum tempus erat reſtrictus ac determinatus. *Ne veniat omni tempore in Sanctuarium intra velum ante Propitiatorium Arcæ ſuperimpoſitum, ut ne moriatur* e), verba ſunt Dei per Moſen Aaroni deferenda. Apoſtolus noſter *ſemel* inquit, *quotannis* illuc licet *ingredi*. An cum Prophetis, quorum munia erant extrordinaria, in hoc etiam aliquid extraordinarii Deus egerit, Ego certe vix auſim determinare. Utut enim tale quid inferat Ebræorum hypotheſis, qua ר׳ אליעזר אומר לימות ירמיהו שבשעה שאמר ירמיהו לישראל מפני מה אין אתם עוסקין בתורה אמרו לו אם אנו מתעסקין בתורה במה נתפרנס באותה שעה הוציא להם ירמיהו צלוחית של מן ואמר להם הדור אתם ראו דבר ייי וגו׳ אבותיכם שהיו עוסקין בדברי תורה ראו במה נתפרנסו אף אתם עסקו בתורה והקב״ה מפרנס אתכם מזה i. e. *R. Elieſer* f) *ſtatuit, quod, cum Iſraelitæ Jeremiæ increpanti, quidni operam darent legi, reſpondiſſent: ſi in lege addiſcenda occupamur, quo nutriemur? eodem tempore Jeremias urnula Mannæ* in Sanctiſſimo recondita g) *producta, allocutus eos ſit* h): *Heus qui nunc vivitis! videte* (non audite) *factum Domini &c. i. e. videte, quo Patres veſtri, qui in lege erant aſſidui, ſuſtentati fuerint. Etiam vos legi date operam, & hoc ipſo vos ſuſtentabit Dominus.* Eidem tamen utpote lubrico ac vacillanti ſuperſtructæ fundamento, initi admodum eſſet periculoſum. Id vero aperte falſum eſt, quod in *Vajikra Rabba* i) ſtatuit *R. Juda f. R. Simonis:* בכל שעה שהוא רוצה ליכנס יכנס בסדר הזה i. e. *In omni momento, quo voluerit Aaron ingredi, ipſi hoc licitum fuiſſe, modo fieret ordine decenti:* quem ſcil. Deus Lev. XVI. præſcribit operoſe. Vim infert hæc ſententia verbis antea



e) Lev. XVI, 2. f) in Mechilta Sect. Vajehi beſchallach. Vid. Jalkut c. fol. 75. col. 2. poſt med. R. Sal. Jarchi ad l. c. Bibl. Buxt. fol. 78. b. l. 4. ſeqq. g) Exod. XVI, 33. h) Jer. II, 31. i) Sect. 21. fol. 120. col. 2. l. 5. fin. col. 3. init. Vide Jalkut, Sect. Achare Moth fol. 162. col. 2. l. 6. ſqq.

tea e Scriptura allegatis, nec, quocunque modo torqueatur, ad ea applicari poterit hæc explicatio.

§. III. Multo ſanior eſt recepta Talmudicorum lex, quam ob rationes in principio indicatas, proponam verbis *Maimonidis* k): אין כהן גדול נכנס לקדש הקדשים אלא מיום הכפורים ליום הכפורים וכהן הדיוט נכנס לקדש לעבודה בכל יום/ והוזהרו כל הכהנים שלא יכנסו לקדש או לקדש הקדשים שלא בשעת עבודה שנ/ ולא יבא בכל עת אל הקדש זה קדש הקדשים מבית לפרכת להזהיר על כל הבית/ כהן שנכנס לקדש הקדשים בשאר ימות השנה בין כהן הדיוט בין כהן גדול או כהן גדול שנכנס לו ביום הכפורים שלא בשעת העבודה חייב מיתה בידי שמים שנ/ ולא ימותו וכמה פעמים הוא נכנס לשם ביום הכפורים ארבעה כמו שותבאר במקומו ואם נכנס חמישית חייב מיתה בידי שמים/ i. e. „Non licet Pontifici M. in Adytum ingredi, niſi ab uno Expia„tionis die ad alterum. Sacerdos vero gregarius ingredi poteſt in Sanctum ad „miniſterium obeundum QVOTIDIE. Gravi autem admonitione prohiben„tur omnes Sacerdotes, ne ingrediantur in Sanctum, aut in Sanctum Sancto„rum extra horam miniſterii, quia dicitur l): ut ne veniat omni tempore in „Sanctuarium; per quod intelligitur Adytum intra velum: ut prohibitionem „afferat de tota domo. Si quis Sacerdos ingrediatur in Sanctiſſimum reliquis „anni diebus, ſive Sacerdos ſit gregarius, ſive Pontifex M.; aut Pontifex M. „qui ingreditur die quidem Expiationis, non tamen tempore miniſterii, reus „eſt mortis per Deum inferendæ, quia dicitur m): ut ne moriatur. Quod „tandem vicibus ingredi illuc licet in die Expiationis? QUATUOR. Quod „ſi quinquies ingreditur, reus eſt mortis per DEUM immittendæ n).

§. IV. Quod priora hujus Doctoris attinet, quibus alteram Sanctuarii partem omnibus Sacerdotibus liberam pronunciat, quotidie frequentandam; in Sanctiſſimum vero ſoli Pontifici M. permittit introitum: tam bene cum Apoſtolo noſtro conveniunt, ut eundem etiam videantur illuſtrare. Siquidem diem determinant Pontifici, quem Apoſtolus tanquam notum præſupponit. Erat is *Expiationis*. Qui ex præſcripto Divino o) *Decimus Menſis ſeptimi*, anni nimirum ſacri, ſeu *feſtorum:* qui in anno politico, ſeu civili *Primus* eſt. Siquidem

k) Hilc. Biath hammikd. c. 2. §. 1. 2. 3. Conf. R. Moſes Kotzenſis Præced. Negat. 350. fol. 83. col. 2. l) Lev. XVI, 2. m) l. c. n) idem tradit in More Nebuchim. Part. 3. c. 45. fol. 164. b. l, 7, 8, 9. Edit. Sabionet. o) Lev. XVI, 29.

dem Judæi pro varietate rei numerandæ varia conſtituunt anni Principia. In tit. *Roſch haſchſchana* p): ארבעה ראשי שנים הם באחד בניסן ראש השנה למלכים ולרגלים, באחד באלול ר"ה למעשר בהמה ר"א ור"ש אומרים באחד בתשרי, בא' בתשרי ר"ה לשנים ולשמיטין וליובלות לנטיעה ולירקות באחד בשבט ראש השנה לאילן כדברי בית שמאי בית הלל אומרים בט"ו וכו' „i. e. Quatuor ſunt anni principia: in primo „die menſis NISAN (*Martii*) principium anni conſtituitur Regibus ſc. *Iſraeli-* „*tarum*, ac feſtis. In primo ELUL (*Auguſti*) decimationi pecoris: Quod ta- „men R. Elieſer, ac R. Simeon in primum TISRI (*Septembris*) rejiciunt. In TIS- „RI (*novilunio Septembris*) principium anni conſtituitur annis (*Regum Gentium* „q) *ac mundi computandis*), dimiſſionibus, Jubilæis, plantationi, ac oleribus. In „primo die SCHEBATH (*Novembris*) ſchola Schammæana ponit principium „anni arboribus; quod tamen Hilleliana rejicit in diem ejus 15. Quæ ideo adjicienda fuere, ne, cum paſſim apud Talmudicos *Expiatio* hæc ſolennis in 10. a novo anno diem, & ſic conſequenter in 10. menſis *primi* occurrat collocata, quis exinde opinetur, ac ſi *Traditionarii* terminum a Deo ſolennitati iſti conſtitutum tranſtulerint in alium. Nulla inter eos ac Scripturam hac in parte eſt diſſenſio. Hæc menſes numerat anni Sacri, iſti vero civilis.

§. V. Cæterum menſis iſte TISRI, in cujus 10. die hic, de quo loquitur Apoſtolus, introitus erat permiſſus, multis Solennibus ac extraordinariis, veris partim, partim imaginariis fuit nobilitatus r). ר' אליעזר אומר בתשרי נברא העולם בתשרי נולדו אבות בתשרי מתו אבות בפסח נולד יצחק בראש השנה נפקדה שרה רחל וחנה בראש השנה יצא יוסף מבית האסורים בראש השנה בטלה עבודה מאבותינו במצרים בניסן נגאלו ובתשרי עתידין ליגאל וכו' i. e. „R. Elieſer ſtatuit: in menſe TISRI creatus eſt mundus (*propterea ab eodem ad-* „*huc' hodie Judæi annos ſuos inchoant*): in TISRI Patriarchæ nati ſunt; & „in TISRI quoque mortui: in Paſchate natus eſt Iſaac, in principio anni, *ſeu* „*primo anni menſe, qui* TISRI *dicitur* viſitata fuit Sara, Rahel, & Anna: In PRIN- „CIPIO ANNI egreſſus eſt Joſephus e carcere: in TISRI ceſſavit ſervitus Pa- „trum noſtrorum in Ægypto, cum in menſe NISAN liberati ſint; & vero juxta *Gloſſam* l. c. ſex ante redemtionem ipſorum menſibus ſervitium deſierit: *in*

Eee eee 3 TIS-

p) ſtatim ab initio cap. I. Miſch. I. q) Vid. Gemara l. c. fol. 8. a. l. 9. 7. fin. r) Cod. Roſch-haſchſchana c. 1. Babyl. fol. 10. b. l. 4. fin. fol. 12. a. l. 1. ſqq.

TISRI *quoque per Messiam liberabuntur.* Quomodo unumquodque horum e Scriptura S. prolixe probet, in cit. tit. Talmudico fol. 11. a. l. 8. sqq. qui volet, conferre poterit. Observatu dignum est, quod etiamsi *R. Josua* in plerisque *R. Eliesari* contradicat, redemtionemque Israelitarum consummatam, ut e captivitate Ægyptiaca, ita temporibus Messiæ in mensem NISAN rejiciat; in eo tamen cum ipso conspiret placide, quod & *Josephi egressum e carcere, & cessationem jugi Pharaonici ab Israelitis* in eundem mensem TISRI collocat. Quasi is ex speciali Dei Providentia liberationi hominum corporali pariter ac spirituali sit destinatus. Autor *Tosaphoth* s) adducit e *Pirke Eliesêr* דביום הכיפורים נמול אברהם אבינו *quod in die Expiationum circumcisus sit Abraham Pater noster*, eo ipso die, quo hoc Sacramentum fuit institutum. *) Quo applicat etiam ea, quæ in tit. *Bava Mezia* t) leguntur, sub nomine *R. Chammæ f. Chaninæ:* אותו היום יום שלישי של מילה של אברהם היה ובא הקב״ה לשאול באברהם וכו׳ *quasi dies, quo Deus Abrahamum salutaverit*, promittens se ad tempus hoc determinatum ad ipsum reversurum, *tertius fuisset a circumcisione Abrahami.* In eodem mense TISRI censent Judæi singulos homines a Deo judicari u), cujus in die Expiationis obsignata pronuncietur sententia. Hinc uti *Rabbenu Jacob* x) e *Talmude* asserit: בכל הימים שבין ר״ה ליום הכפורים מרבים בתפילות ובתחנונים i. e. *Omnibus illis diebus, qui inter sunt inter novum annum ac diem Expiationis, multas ad Deum fundat precationes ac obsecrationes*, atque assidue jejunantes in perpetua vivunt pœnitentia. A qua etiam dies isti vocati illis sunt אשרת ימי התשובה i. e. *decem dies pœnitentiales.* Quippe existimant illi; ut *Maimon* y) e Cod. *Rosch haschschana* z) asserit: אף ד״ל. פי שהתשובה והצעקה יפה לעולם בעשרת הימים שבין ראש השנה ויום הכפורים היא יפה ביותר ומתקבלת היא מיד דרשו ה׳ בהמצאו, „quod pœnitentia ac vociferatio „quamvis semper accepta foret, ac bona; intra 10 tamen istos dies, qui a „principio anni ad diem Expiationis, multo sit melior ac statim acceptata, quia „dicitur a): requirite Dominum quo tempore vult inveniri„. Quin imo ut taceam, in hunc mensem figi b) *reparationem tabularum Decalogi* c), *dedicationem templi Salomonæi* d), ac præter memorata festa *Novi anni* atque *Expiationis*, *etiam*

s) ad tit. cit. fol. 11. a. circa fin. *) Gen. XVII, 20. t) cap. 7. fol. 86. b. l. 8. fin. u) tit. Rosch haschschana cap. 1. §. 2. fol 16. a. l. 2. 3. 15. sqq. x) in Orach Chajim §. 602. f. m 72. col. 3. l. 17. fin. y) hilc. Teschuba cap. 2. post med. z) cap. 1. fol. 18. a. l. 32. sqq. a) Jes. LV, 6. b) vid. Lightf. Hor. Hebr. ad Matth. II, 1. p. m. 199.

etiam *festivitatem Tabernaculorum*:) in eodem mense TISRI redibant fundi, aliæque opes abalienatæ, ad Proprietarios suos; & qui hactenus in servitute duros sæpe numero perpessi fuerant Dominos, liberabantur, ac suæ restituebantur ingenuitati. *R. Ismael f. R. Johannis f. Broka docuit* e): מראש השנה עד יום הכפורים לא היו עבדים נפטרים לבתיהן ולא משתעבדין לאדוניהם אלא אוכלין ושותין ושמחין ועטרותיהן בראשיהן כיון שהגיע יום הכפורים תקעו בית דין בשופר נפטרו עבדים לבתיהם ושדות חוזרות לבעליהן וכו׳ „A PRINCIPIO anni usque ad diem Expiationis „equidem servi domum non redibant; neque vero serviebant Dominis suis: „sed comedebant, bibebant, ac lætabantur, sertis coronati capite. Postquam „autem ingruente die Exoptationum, buccina clangebant Synedrium, servi „ad suas redibant domos, & agri ad suos proprietarios„. Quid quod, si *Salvator noster* in his terris 32 annos egit cum dimidio, cum baptizatus sit postquam 29 annum jam compleverat, tricesimo nunc recens inchoato, Luc. III, 16. *atque in medietate septimanæ abrogare deberet sacrificium atque oblationem* Dan. IX, 27. mortuus quoque sit circa festum Paschatis, quod post baptismum suum quarta tum celebrabat vice Joh. II, 13. c. V, 1. c. VI, 4. c. XIII, 1. aliter dici non potest, quam *Eundem* in hoc ipso mense TISRI & *natum* fuisse atque *baptizatum* f). Singulari procul dubio Dei providentia. Ut in ipso revera impleatur, quicquid in præcedentibus vel liberationis vel Expiationis hoc mense contigisse dictum fuit: corporali saltem redemtione ad spiritualem applicata.

§. VI. Verum quod in citatis supra *Maimonidis* verbis amplius annectitur de *quadruplici in Adytum introitu*, id est quod primo intuitu Apostolo nostro e diametre videtur oppositum. Siquidem apud hunc dicitur, ingressum fuisse Pontificem ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, *semel quotannis*. Nec aliter apud *Josephum*, sive *Flavium* consulas, sive *Gorionidem*. In illo quippe legimus g) εἰσῄει δ' ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν μόνος ἐν ᾗ νηστεύειν ἔθος ἡμέρᾳ πάντας τῷ θεῷ. „Solus autem „atque semel in anno intrabat, quo die cunctos jejunare DEO mos erat: in hoc vero h): וגם הכהנים לא נגשנו אל קדש הקדשים כי אם הכהן הגדול איה בא שם פעם אחת בשנה i. e. *Atque etiam Sacerdotes non debebamus accedere in Sanctum Sanctorum; sed solus Pontifex M. illuc venit vice una in quolibet anno.* Quid quod & V. T. cum his conspiret: cum vice plus simplici de hoc Ex-

c) Exod. XXXIV, 1. d) 2. Reg. VIII, 2. e) tit. Rosch haschschana cap. 1. Gemara Babyl. fol. 8. b. l. 24 sqq. f) Vid. Cl. Lightf. l. 1. p. m. 998. 239. 240. g) lib. 6. Bel. Jud. c. 15. p. m. 919. h) lib. 6. c. 65. f. 69. col. 1. l. 19. sqq. Edit. Crat.

Expiationum festo אחת אשנה, pro quo LXX. Interpretes ἅπαξ τῦ ἐνιαυτῦ, adhibeat, Exod. XXX, 10. jubet Deus: *Et expiationem faciat Aaron in cornibus ejus* אחת אשנה SEMEL QUOTANNIS, *de sanguine sacrificii pro peccato expiatorii* אחת בשנה SEMEL QUOTANNIS *expiationem faciat super eo in generationibus vestris &c.* Similiter Lev. XVI, 34. *Esto hoc vobis statutum æternum, ad expiandum filios Israel ab omnibus peccatis suis* החת כשנה SEMEL IN ANNO.

§. VII. Præterea II. Urgent nonnulli, ipsam *typi rationem* introitum requirere non nisi unicum. Comparatur enim Christus cum Pontifice Aaronico, cœlum cum Sanctissimo. Itaque sicuti Christus semel tantum per sanguinem suum in cœlum introivit, æterna redemtione inventa Ebr. IX, 12. ita quoque Pontificem Aaronicum, qui ejus typum gerebat, necesse est, semel tantum introivisse quotannis in Sanctissimum. III. Cum absque dubio Apostolus verbis suis respiciat ad cultum Lev. XVI. descriptum; in hoc ipso capite post primum Pontificis introitum clare non meminit Scriptura, eum e Sanctissimo egressum fuisse (ut alia illuc inferre posset), nisi postquam sanguinem Hirci non minus quam juvenci in illo sparserit, Lev. XVI, 18. IV. Nec valde urgeri poterit, quod v. 15. inter sanguinem juvenci sparsum atque Hirci, hujus inseratur mactatio; quæ certe in Sanctissimo peracta non est. Si quidem abunde constat in Scriptura non eum semper dicendi ordinem servari, qui fuit actionum; sed sæpius occurrere סוקדם ומאוחר, ut, quod tempore præcessit, in oratione locum obtineat posteriorem. Quod nec ipsi Talmudici in hoc capite factum denegant, ut videre est in codice *Joma* cap. 7. fol. 71. a. l. 1. i). V. Quæ Judæos coegit necessitas, ut iteratos statuerent ingressus, Excellentissimo Dn. *Frischmuthio* k) judice, tanta non est, ut idcirco claram Scripturæ N. T. literam deseramus, ac Antiquissimos testes oculares: præcipue cum alio modo tolli ea possit penitus.

§. VIII. De quo ut B. L. libere judicet, non gravabor causas toties repetiti ingressus ex Judæis ipsis hic transscribere In *Mischna* Cod. *Celim*, postquam diversarum Sanctuarii partium diversi delineati fuerant Sanctitatum gradus, tandem additur l): קרש הקדשים מקודש מהם שאין נכנס לשם אלא כהן גרול ביום הכפורים בשעת העבודה i. e. „Adytum „Sanctius est reliquis templi partibus omnibus: quia non ingreditur illuc „Pontifex M. in die Expiationum, tempore ministerii. In quæ verba *Moses*

i) Vid. Rambam Comment. ad Misch. 4. c 7. tit. Joma. k) Præfat. Disp. I de Hirco Emissario ex Lev. XVI. l) cap. I. §. 9.

*ses Ægyptius*, cæteris contribulibus ſuis conſentientibus ac approbantibus m), commentatur: אזהרת כהן גדול מליכנס לקודש הקדשים זולת ביום הכפורים אמר ואל יבא בכל עת אל הקדש וגו' בזאת יבא אהרון וגו' והוא יכנס בזה המקום ביום צום כפור ד' פעמים הראשונה בקטורת שיקטיר שם בקדש הקדשים / והפעם השנית בדם הפר / והפעם השלישי בדם השעיר / והפעם הרביעי יכנס להוציא את הכף ואת המחתה מקדש הקדשים כמו שהתבאר שם ובתוספתא כ"ג נכנס לשם בכל שנה לשנה לעבודת יום הכפורים ד' פעמים ביום ואם נכנס חמשה חייב מיתה / i. e. „Prohibitionem PontificisM. ab introitu in Sanctum San-„ctorum lex indicat, quando inquit n): Ne veniat omni tempore in Sanctua-„rium &c. hoc modo veniat Aaron &c. Cæterum ingredi hic poteſt in die je-„junii expiationis in locum iſtum quatuor vicibus: prima vice cum ſuffimen-„to, ut adoleat illuc in Sanctisſimo. Secunda vice cum ſanguine juvenci. Ter-„tia vice cum ſanguine hirci, & quarta vice ingrediatur ad educendum Acerram „& Thuribulum e Sanctisſimo, quemadmodum explicatur in tit. Joma. Et „in Addidamentis quidem dicitur: Pontifex M. ingreditur illuc quotannis „ob miniſterium diei Expiationis quatuor in die vicibus; quod ſi quinquies „ingreſſus fuerit, reus eſt mortis.

§. IX. In eadem Talmudis parte priore *Miſchna* dicta, tit. *Joma* cap. 5. recenſetur §. 2. quomodo Pontifex primum ſuffimentum in Sanctisſimum intulerit, deinde §. 3. ſanguinem juvenci ablatum ab eo, qui ne concreſceret, in Scamno templi exterioris quarto o) miſcuerat, in idem Sanctisſimum illatum modo decenti ſparſerit. E quo egreſſus, §. 4. hircum ſibi adductum mactaverit, ejusque ſanguinem in Adytum illatum, eodem modo quo ſanguinem juvenci ſparſerit; ac denuo ex eo fuerit egreſſus. Quibus in eodem capite tandem §. 7. ſubjungitur: כל מעשה יום הכיפורים האמור אל הסדר אם הקדים מעשה לחברו לא עשה כלום שכולן כפרה בפני עצמה וכו' i. e. „Omne opus diei Expiationis ordine ſuo recenſitum eſt, quod ſi unum Pon-„tifex præponat alteri, eſt ac ſi nil egerit; quia ſingulorum Expiatio ſeorſim „facienda „ Atque hæc omnia quæ hactenus fieri dicta ſunt, horis peragebamur matutinis. Poſt quæ cap. 6. toto, cit. tituli, atque principio cap. 7. plura alia recenſentur miniſteria, quorum multa a Pontifice veſtibus aureis in-

F ff fff duto

m) Vid. de Bartenura ad l. c. Abarbanel l. c. fol. 249. col. 4. l. 11 ſqq. n) Lev. XVI, 2. o) l. c. cap. 4 §. 3. Confer Maimon. hilc. jom haccippurim c. 4. §. 1.

duto perficienda traduntur. Donec tandem circa veſperam diei p) קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל ועלה ונסתפג הביאו לו בגדי לבן ולבש וקדש ידיו ורגליו נכנס להוציא את הכף ואת המחתה i. e. *Conſecratis manibus pedibusque, veſtes aureas exuat, deſcendat ac lavet, aſcendensque ſe abſtergat, atque rurſus veſtibus albis indutis, manibus pedibusque conſecratis ingrediatur in Sanctiſſimum, ad educendum ex eo Acerram atque Thuribulum.* Quæ verba ſunt Miſchnæ l. c. cap. 7. §. 4.

§. X. Exiſtimant nimirum Ebræorum Doctores, cum hæc ſingula, quæ ordine hactenus enumerata ſunt, a DEO ipſo Lev. XVI. clare jubeantur per Pontificem M. in Sanctisſimo peragenda; Ordinem, qui in cit cap. delineatus eſt, ſervandum eſſe: ac eapropter fieri non potuiſſe, ut introitu uno perficiantur omnia. Quot manibus enim inſtructus requireretur Pontifex, qui peculiari vaſe *ſuffimentum*, alio *prunas*, ac rurſus alio *ſanguinem juvenci*, ac diverſo *ſanguinem birci* inferret in Sanctisſimum? Potisſimum, quia priora prius inferri debuerint, per eaque Expiatio peragi, quam hircus mactatus fuerit a Pontifice, cujus ſanguis in Sanctisſimum erat inferendus. Nec Thuribulum cum Acerra e Sanctisſimo auferri prius potuerit, quam circa veſperam igne atque prunis in eo penitus conſumtis q), & tot interea miniſteriis aliis peractis. Poſt quæ ſiquidem abſoluta demum Lev. XVI, 23. dicatur, *ut in tentorium conventus ingrediatur;* nullo certe alio fine, quam ut Thuribulum ex Adyto repetat, atque ſic omnem cultum diei huic proprium, ac veſtibus candidis peragendum, perficiat. Cum præter id auferendum nil amplius h. m. obeundum reſtet r).

§. XI. Verum enim vero 1) ſupra monuimus, ordinem rerum agendarum non ſemper in Scriptura fuiſſe obſervatum, ut inde inferas, inter aſperſionem ſanguinis juvenci atque Hirci, hujus intercesſiſſe mactationem. Et, qui ordinem actionem ſupra non obſervaſſe a Judæis conceſſus fuit, eſt hic ipſe v 23 quo eductionem thuribuli e Sanctisſimo adſtruunt. *R. Sal. Jarchi* s) & ex eo *R. Moſes f. Nachman:* אמרו רבותינו שאין זה מקומו של מקרא זה ונתנו טעם לדבריהם במסכת יומא ואמרו כל הפרשה כולה נאמרה אלא חסרה הוצ מביאה זו שהיא אחר עשיית עולתו ועולת העם והקטרת אמורי פר ושעיר שנעשים בחוץ בבגדי זהב וכו׳ *Doctores* inquit, *noſtri ſtatuunt, quod hic, quo legi-*

p) Vid. Gemara Hieroſol. tit. Jama. fol. 44. col. 2. l. 25. ſqq. q) Vid. Diſp. 1. cap. 2. §. 20. r) Vid. R. Moſes bar Nachman Comment. ad l. c. fol. 196. b. s) Comment. ad l. c. Bibl. Buxtorf. fol. 133. a l. 4. ſqq.

*legitur, non ſit locus huic verſui debitus. Atque rationem verborum ſuorum afferunt in tit.* JOMA t), *dicentes. Tota hac ſectio ſecundum ordinem, quo geri ſingulà debebant, eſt conſcripta, præter ingreſſum hunc, qui fieri debebat poſt oblationem holocauſti Pontificis, & holocauſti Populi, atque adoletionem membrorum juvenci ac hirci comburendorum, quæ foris peragebantur veſtibus aureis &c.* Quod ſi in uno ordinem turbatum conceſſerint, ilico totum argumentum ab ordine deſumtum in reliquis actionibus omnibus ſuſpectum redditur. 2) Si dixeris ſanguinem utriusque ſacrificii *Juvenci* ſc. atque *Hirci* permiſtum fuiſſe, atque in unico ſaltem vaſe in Sanctiſſimum illatum; prout talem permixtionem ſtatuunt Judæi, cum altare aureum interius aſpergi debuit. De quo ne dubites, en ipſa *Maimonidis* u) verba e cod. *Joma* x) deſumta: ואחר כך מערה דם חפר לתוך דם השעיר. ומחזיר הכל למזרק שהיה בו דם הפר כדי שיתערבו יפה יפה, ועומד לפנים ממזבח הזהב בין המזבח והמנורה ומתחיל להזות מדם התערובת על קרנות מזבח הזחב וכו' i. e. *Deinceps effundit ſanguinem juvenci intra ſanguinem hirci, ac refundit denuo omnem in craterem, in quo fuerat ſanguis juvenci, ut* QUAM OPTIME INVICEM PERMISCEANTUR. *Quod facto, ſtans ex oppoſito intra altare aureum ac Candelabrum, incipit ſpargere de* SANGUINE PERMIXTO *ad cornua altaris aurei &c.* Quod argumentum propoſitum vide apud *Abarbanelem* l. c. quæſt. 13. fol. 250. col. 1. Item 3) ſi aſſeveres, ſuffimentum prunis imponendum fuiſſe, antequam Pontifex in Adytum ſe conferat, ut *Sadducæos* ſtatuiſſe certum eſt y). Hiſce admiſſis, nil obſtat, quo minus ſolus *Pontifex M.* omni deſtitutus comitatu, qui manum ipſi præberet auxiliatricem, omnia in Adyto peragenda uno abſolvat introitu. Una quippe manu Thuribulum tenuiſſet, cui ſuffimentum jam erat impoſitum, atque altera Craterem ſanguine juvenci ac hirci adimpletum. Quæ vaſa utraque ex Adyto egrediens ſtatim una ſecum abſtuliſſe cenſendus eſſet. Unde enim probabunt Judæi, thuribulum e Sanctiſſimo auferri non licuiſſe citius, quam prunæ penitus ſint conſumtæ, nec ſuffimentum amplius extollat fumum? Si Ratio *R. Levi f. Gerſon* ſupra z) allata omni exceptione major foret, etiam in Sanctiſſimo ſuffimentum adoleri prius non potuiſſet, quam fumo atque igne ſuffimenti in Sancto accenſi penitus evaneſcente: quod tamen propriam Judæorum impugnat hypotheſin.

§. XII. Quod ſi minus placet cum Sadducæis in ſuffitu faciendo conſpirare; neque permixtionem ſanguinis approbas, antequam in Adyto aſperſus fue-



t) cap. 8. 71. a. u) hilc. Abodath jom haccippurim c. 4. §. 2. x) cap. 5. §. 4. in fin. Gemara Babyl. fol. 57. b. l. 23. ſqq. fol. 50. a. y) Vid. tit. Joma cap. 1. fol. 18. b circa fin. Hier. l. c. fol. 39. col. 1. l. 45. ſqq. Maimon hilc. Abodath jom haccipurim cap. 1. §. 7. conf. Diſp. 1. cap. 2. §. 19.

fuerit; quia dicitur a): *& faciat Aaron cum sanguine hirci, quemadmodum* jam ante *fecerat sanguini juvenci, ut aspergat eum &c.* 4) Aliam tamen viam demonstravit *Abarbanel*, qua si incedas, rursus necessitatis telum, quod Judæos adeo urgere diximus, enervabitur penitus, nec ad quam collimabat metam, sine offendiculo poterit attingere. Siquidem audacter ille statuit b): והיה כ״ג לוקח מאותו כלי מלא הפניו קטורת ונותן לכף שלפניו ומוליך מחתה בימינו וכף בשמאלו והולך להיכנס בבית קדש הקדשים והסגן שהיה כימינו וראש בית אב שהיה בשמאלו היו מגביהין הפרוכת או הפרוכות מלפניו ונכנס הכ״ג בקדש הקדשים וכו׳ *c. Pontif. M. qui accepto e vase sibi allato suffimenti pugillo pleno, Acerræ ante ipsum positæ indito, thuribulum fert dextera sua, & acerram sinistra, dum incidit ad ingrediendum in Sanctum Sanctorum, Saganem, qui a dexteris ipsius, & Principem Ephemeriæ, qui ab ejus sinistris, retraxisse velum, aut* (in templo sc. secundo) *vela, ante ipsum; ut, iis expansis, aditum introeundi habeat.* Quæ si vera sunt; unus ipsorum sanguinem juvenci peculiari contentum vase apportare potuit, alius sanguinem hirci, & ipsum suo inclusum cratere: Quem Pontifici, ex quo thuribulum cum acerra in loco decenti constituerat, potuerunt porrigere, ac rursus se, antequam ille adoleret, e Sancto ad mandatum Divinum subducere. Atque h. m. vocem בבואו Lev. XVI, 17. redderes: *ex quo venit ille*, in Præterito; vel *postquam jam ingressus est*, quam significationem litera ב Infinitivis præfixa habet Gen. XXXIII, 18. Exod. III, 12. Lev. XI, 31. Esth. II, 7. 1. Reg. XIII, 31. Jes. XX, 1. Ps. LII, 12 ac c), ac requirere h. l. videtur vox opposita צאתו; quam res ipsa efflagitat, ut vertas *egressus fuerit*, in præterito. Unde enim cognoscerent, quando in actu egrediendi occuparetur? aut, si ex sono Veli rursus attracti, atque expansi id sensisse dicas, cur ad suspicionem mortis illatæ præscindendam, ne quidem in Sancto constitutus Pontifex M. sustinuit paulo prolixiorem precationem ad DEUM fundere d); cum accurrentes Sacerdotes salvum eum ex Sanctissimo jam evasisse cognoscerent. Quam insolitum autem fuerit, ut reliqui Sanctum ingrederentur, antequam egressum suum penitus absolverit Pontifex, conjici potest ex historia recensita in Gemara Babylonica l. c. quo brevitatis studio Lectorem ejus cupidum remitto.

§. XIII. Præter ea, quæ huc usque dicta sunt, multa adhuc alia impedire videntur, ne quis cum Judæis *quadruplicem* statuat *ingressum*. Siquidem VI. si suffitus seorsim, prout illi asseverant, inferatur in San-

z) Disp. 1. cap. 2. § 20. a) Lev. XVI, 15. b) Comment ad Sect. Achare Moth f. 249. col. 2. c. l. 33. sqq. c) vid. Cl. Noldii Concord. Partic. p. 157. 158. d) vid. Cod. Joma cap. 5. §. 1. in fin. fol. 52. b. l. 15. sqq. f. 53. b. l. 13. sqq. Maimon l. c. cap. 4. §. 1. in fin. in Comment. ad Mischnam cit. f. 90. col. 2. circa fin.

Sanctissimum, nulla foret causa, cur ante illius incensionem juvencus Pontificis mactatus dicatur Lev. XVI, 11. Cujus Sanguis interea temporis, quo adoletur suffitus, facile coagulatur: quo facto, non tam aptus est aspersioni, quam si animali recens mactato, adhibeatur ad eam, calidus. VII. Nuspiam in Levitico legitur sanguis Juvenci seorsim in Sanctissimum illatus; & tamen, suffitu facto, statim subjicitur l. c. v. 14. *Et capiat de sanguine juvenci, ac spargat:* quod fieri non potuisset, nisi sanguis una cum suffimento fuerit illatus. VIII. Sin minus, sed solus suffitus aperuisset introitum; non exigua laborarent difficultate verba Apostoli, quibus asserit, χωρὶς αἵματος Pontifici non licuisse ingredi. IX. Aut Scripturam evertunt, aut se ipsas in hoc argumento impugnant Judæorum hypotheses, quibus statuunt, ab altera quidem parte, omnia in Sanctissimo peragenda, & sic quoque eductionem thuribuli ex eodem, a Pontifice fieri debere candidis induto vestibus: in quo quidem Scripturam habent consentientem, Lev. XVI, 4. & tamen a parte altera unanimiter asseverant, introitum quartum ad thuribulum ex adyto auferendum susceptum, circa vesperam demum fieri, post oblationem non modo sacrificiorum istius diei Supererogatoriorum; sed & sacrificii jugis vespertini e). In *Gemara Hierosolymitana* f) legimus: אמר ר׳ אלעור יש לך עבודה אחרת שהוא עובדה בבגדי לבן ואי זו זו הוצאת כף ומחתה׳ אמר ר׳ יוחנן הכל מודין בהוצאת כף ומחתה שהיא לאחר תמיד בין הערבים i.e. „R. Eleasar docuit, est alius quidam cultus, quem candidis indutus vesti-„bus perficit, qualisnam ille est? Eductio acerræ, ac thuribuli. R. Johannes „dixit: de eductione acerræ ac thuribuli fatentur omnes, quod post Sacrificium „juge vespertinum fiat.„ At vero jam ante oblationem holocausti, ac accensionem adipis &c. Sacrificiorum istius diei supererogatoriorum Deus jusserat, ut Pontifex, exutis vestibus, ac in tentorio conventus sepositis, deinceps vestes induat alias usitatas Lev. XVI, 23. seqq.

§. XIV. X. Tandem frustraneum est, & verbis Scripturæ contrarium, quod Judæi ad *quartum introitum* probandum provocant ad Lev. XVI, 23. *Talmudis* g) est interpretatio: ובא אהרן אל אהל מועד מאיכן בא מקריית הפרשה ולהיכן הוא הולך להוציא כף ומחתה *Quando dicitur:* ET VENIAT AARON IN TENTORIUM CONVENTUS, *quid intelligitur a quo reversus sit? a lectione sectionis Biblicæ, ad quod autem tendat?* AD EDUCENDUM ACERRAM AC THURIBULUM. Cui conformia



e) Vid. Raschi ad §. 11. citatus. f) tit. Joma cap. 7. fol. 44. col. 2. l. 35. sqq. 27. 28. g) Hierus. tit. Joma cap. 7. fol. 44. col. 2. l. 25. 26.

ſunt, quæ) *Raſchi* h) habet: בא אל אהל מועד להוציא את הכף ואת המחתה שהקטיר בה הקטורת לפני ולפנים i. e. *Ingrediatur in tentorium conventus, ad educendum acerram ac thuribulum, in quo adoleverat in Adyto ſuffimentum.* Tantum fidit verſui huic *Moſes Gerundenſis* i), ut nen verius ſit trahere: על כרחנו יבא אהרן אל אהל מועד לעבוד עבודה לא הוצרך הכתוב להזכירה והיא הוצאת הכף והמחתה כי מלבד זה לא נשאר לעשות בבגדים האלה i. e. „Vel nobis invitis dicendum eſt, quod venerit Aaron in tentorium conventus ad aliquod obeundum miniſterium: cujus „ut mentionem faciat Scriptura, non opus habuit. Eſt autem eductio acerræ „ac thuribuli. Præter quod nil amplius his veſtibus reſtabat peragendum. Enim vero vel invito *Moſe Gerundenſi*, omnibusque ejus aſſentatoribus ringentibus, dicendum, hunc verſum Biblicum nullo modo ad ipſorum mentem trahi poſſe. (1) Non jubetur in eo ingredi Pontifex in Sanctiſſimum; ſed in *tentorum conventus*, quod hoc in ipſo verſu, item v. 16. 17. 20. contradiſtinguitur *Sanctiſſimo*, atque pro priori tabernaculi parte ſumitur, quæ *Sanctum* dicitur. (2.) In eam jubetur ingredi tabernaculi partem, in qua veſtes reconditæ aſſervabantur, ad riticulum foret, hunc locum velle conſtituere in Sanctiſſimum; quo nemini præter Pontificem introire fas. Res ipſa aliud ſuadet, atque ea quæ ſuperius k) dicta ſunt de iis, quæ in Sanctiſſimo fuerint contenta. (3.) Finis hujus introitus claris verbis in textu eſt expreſſus: *& exuat veſtes lineas, quas induerat cum ingrederetur in Sanctuarium, easque ibi recondat*, at hic longe alius eſt, quam quem Judæi ſomniant; detractio ſc. veſtium, non vero eductio Thuribili.

§. XV. Quicquid horum ſit, exiſtimat nihilominus *Magnus* ille *Grotius*, verba Apoſtoli noſtri non ita eſſe intelligenda, quaſi non aliquoties exierit & rurſus intrarit. *Primum enim*, ait, *intrare eum oportuit, Batilli inferendi cauſa: Deinde ſuffitus, deinde ſanguinis vitulini primum, deinde & hircini. Itaque quater illo die eum intraſſe ait Moſes Mikkotzi, & recte.* Concludit ergo ad conciliandum Apoſtolum cum iis, qui plures introitus ſtatuunt, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ idem eſſe ac *uno anni die*. In quo quidem omni fundamento non deſtituitur. Quippe Græca hæc verba ex LXX. Interpretibus deſumta videntur: qui per ea, ut ſupra monui, ſemper expreſſerunt Ebraica אחת בשנה, quibus in hoc argumento uſus eſt Spiritus Sanctus. Hæc ſi per *hypallagen* intelligas, pro באחת השנה ut Jud. I, 8. Eſth I, 2. Joſ II, 6. Deut. II, 34. Gen. XVIII, 11. l), reddere licet: *in uno anni* ſc. tempore. Voce עת partim ob Genus fœminum, partim ob

h) Comment. ad l. c. Bibl. Buxt. fol. 233. a. l. 9. ſeqq. i) l. c. ad §. 10. k) Diſp. 1. c. 2. §. 13. & ſeqq. l) Vid. B. Glaſſ. Phil. Part. 1. lib. 3. tr. 1. can. 43. p. m. 495.

ob Lev. XVI, 2. ſubintellecta. An hoc ipſum in animo habuerit *Syrus*, quando vertit: ܚܕܐ ܗܘܐ ܒܫܢܬܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ *unum erat in anno tantum* ſc. tempus &c., judicent alii. Certe in iis, quæ verſu præced. his oppoſuit, vocem *temporis* adhibuit, dicendo: ܒܟܠܙܒܢ *in omni tempore*: quam ideo exinde non incommode per *zeugma* hic repetendam duceres. *Ellipſis* autem numerati poſt numerale Ordinale nequicquam ullum movere poterit. Cum ea ante Genitivos *Anni* vel *Menſis* tam ſit uſitata, ut pro ordinaria ſermonis elegantia haberi queat. Vide Gen. VIII, 5. 13 &c. Nihilominus ſi animi mei ſententiam depromam, huic quidem conciliationi non multum tribuo. Illuſtraveris enim quantum volueris manebit tamen coacta expoſitio. *Hypallagen* nollem applicare, niſi quando evidentisſime eam contextus ſuppeditat. Ad hæc procul dubio non fruſtra fœmininum אחת eſt adhibitum, quod nomina numeralia convertere ſolet in adverbia. *Ellipſis* numerati ante nomina *Anni* atque *Menſis* eſt membrorum propriorum ac immediatorum, non generis ante ſpeciem, vel totius aggregati ante partem integralem, h. e. ante genitivum *anni* deſiderari poteſt numeratum *menſis*, ut non incommode dicerem: *in primo anni primi* ſc. menſe; ac ante genitivum *Menſis*, numeratum *diei*, ut in illo l. c. *in primo iſtius menſis*, ſubintelligi *die*. At tale quid h. l. ſtatuere nec res admittit, quia falſum, integro menſe Adytum ingredi unquam fuiſſe licitum, nec fœmininum אחת; cum nomina & *Menſis* & *Diei* apud Ebræos ſint maſculina.

§. XVI. Neque eam approbare poſſum conciliationem, qua contendunt, apud Apoſtolum nil aliud dici, quam eum ingreſſum in Sanctisſimum, qui cum ſanguine fiebat, fuiſſe modo unicum; quo tamen non negetur, alios, qui abſque ſanguine, plures fuiſſe licitos. Nec ſcopus Apoſtoli, nec verborum ordo, aut hiſtoria V. T., quam reſpicit, neque antitypus, hanc admittunt detorſionem. Utrum vero plus valeat, ſi aut *Actum introeundi continuum* intelligas, quemadmodum *tribus vicibus quotannis coram Domino comparere* jubetur m) *omnis maſculus*. Cum certum ſit in uno feſtorum iſtorum majorum aliquoties in templo eos comparuiſſe, ex eoque egreſſos rurſus in id fuiſſe reverſos. Vel quemadmodum is in vulgari uſu *ſemel* per diem ediſſe aut bibiſſe dicitur, qui actum bibendi aut edendi toto continuavit die. Aut, ſi hoc minus placet, *ingredi* ſumas ceu medium loco finis, per Metonymiam Antecedentis, pro *toto Expiationis actu*. Id extra omne dubium poſitum eſt, de tali cultu loqui Apoſtolum, qui, licet non ex ſe & propria virtute, ex inſtituto tamen & virtute

m) Exod. XXIII, 17. c. XXXIV, 23. 24.

virtute aliena efficax erat ad Sanctitatem remissionemque peccatorum conferendam, utut modo annuam. Atqui id solus ingressus præstare non potuit; sed quæ per eum in Sanctissimo agebat amplius. Præterea Apostolus, ut opinor, verbis suis **ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ** eundem exprimere voluit sensum, quem in V. T. de hoc ipso argumento Spiritus S. indigitaverat vocibus אחת בשנה. Enim vero quicunque loca, in quibus occurrunt, supra citata conferet, ipsa rei cogetur evidentia, ut fateatur, *totam actionem Expiatoriam* quotannis *semel* ibi mandari instituendam, non solum ingressum. *Erit hoc*, inquit Deus, quod sc. in præcedentibus prolixius fuit enumeratum, *vobis statutum perpetuum ad expiandum filios Israel ab omnibus peccatis suis semel in anno* &c. Deinceps bene observandum est, in v. 7. vocem *ingredi* expressam non comparere, sed ex præced. versu esse repetendam. In præcedente vero versu non ea sola dicitur, sed ei subjungitur **τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες**. Quod si jam omnino aliquid repetendum est, uti diversa esse nemo negabit, quidni integram phrasin repetimus? aut, præter *σκηνὴν*, sola posteriora? vel, si hoc ob præpositionem *εἰς* minus arrideat, cur non phrasi integra quidem ad meliorem orationis nexum repetita, influxum tamen **τοῦ ἅπαξ** plus applicamus *ministeriis*, quam *ingressui*? h. m. ***in alterum vero tabernaculum ingressus est solus Pontifex, semel quotannis ministeria completurus non absque sanguine*** &c. An, inquam, hæc conciliationi aliquod præstent momentum, Senioribus, qui ob insignia sua in Ecclesiam merita jam pollent autoritate, deliberandum relinquo ac decidendum.

§. XVII. Ea certe sententia, quæ plures uno statuit Ingressus, rationibus prægnantibus minime destituitur. Nam (1.) Lev. XVI. talia jubentur introducenda in Sanctissimum, quæ vix ac ne vix quidem ab uno viro unico actu illuc inferri potuerunt. (2.) Clare prohibet textus biblicus, ne quisquam sacerdotum in toto tentorio conventus existat, Pontifice in Adytum introeunte, donec ex eo fuerit egressus, Lev. XVI, 17. Id quod in causa fuit, ut Judæi a Pontifice suo juramento obtinere coacti fuerint, quod alioquin *Sagan* atque *Princeps Ephemeriæ* absque eo prohibere potuissent, si quidem his licitum fuisset ad Sanctissimum usque comitari Pontificem. Recte *Maimonides* o):

ומשביעין אותו על דבר שאי אפשר לאדם שיראהו זולתו וזה הוא כי הצדוקים מאמינים שהוא היה נותן הקטרת על האש בהיכל ואחר כך מכניס את המחתה לפני קדש הקדשים והקבלה האמתית באה כי אין הדבר כן אלא כמו שבאר ואמר ונתן את הקטרת על האש לפני

n) Lev. XVI, 34. o) Comment. in Misch. 5. cap. 1. tit. Joma, ad Gemaram Babyl. l. c. fol. 89. col. 1. circa fin. Mischn. cum Comm. Rambam. ac de Bartenura P. 1. fol. 122. a.

לפני ה׳ ובאותה שעה לא יוכל שום אדם לדעת מה שהוא עושה כמו שנ׳ וכל אדם לא יהיה באהל מועד בבואו לכפר עד צאתו וכו׳ *Adjurant autem eum*, IDEO QVOD NON POSSIBILE SIT ULLI HOMINI, UT ASPICIAT ILLUD, PRÆTERQVAM IPSE SOLUS. *Idque, quia Sadducæi creunt, quod imponere debeat aromata ſuper ignem in templo, ac deinceps thuribulum introducere in* Sanctiſſimum. *Atqui ex vera tratitione percepimus, rem non ita ſe habere, verum uti* ipſe Spiritus S. *exponit, inquiens* p): *imponet ſuffitum ſuper ignem, ante Dominum* conſtitutus. *Cum igitur iſta hora* NON POTERAT ULLUS HOMINUM SCIRE QVOD ILLE FACERET, *ex eo quod dictum eſt* q): *& nullus hominum ſit in tentorio conventus cum ingreditur ad expiandum in* Sanctuarium, *donec egreſſus fuerit; idcirco adjurarunt eum* &c. Tam obſtinati erant Phariſæi in ſua defendenda ſententia, ut, ſi ullo modo prohibere potuiſſent, nunquam conceſſiſſent, ut *Sadducæus* ille, de quo in utroque *Talmude* r) relatum legimus, contra morem receptum in templo adhuc conſtitutus aromata igni imponeret, ac tum demum inferret in Sanctiſſimum. Crinibus potius eundem e Sanctuario extraxiſſent duo ejus Comites, quam permiſiſſent, ut tam immane (ex ipſorum ad minimum opinione) facinus committeret, quo, ut ll. cc. ſtatuunt, intra paucos dies exitium ſibi attraxit, in fumetum projectus. *Abarbanelis* autoritas tanta non eſt, ut contra Scripturam valeat, omnesque Talmudicos.

§. XVIII. Neque de nihilo mihi videtur (3.) quod Aromata non imponenda ſtatuant prunis ignitis, antequam, utrisque ſeorſim in Sanctiſſimum illatis, jam ante Arcam Domini aut ejus ſedem, ſit conſtitutus. Non aliter habetur in textu Sacro Lev. XVI, 12. 13. (4.) Ordinem actionum a Sp. S. oppoſitum absque evidentiſſimo ac arctiſſimo neceſſitatis telo ægre putarim turbandum. Quod nec Judæis concesserim v. 23.; nec ab omnibus, ut in loco Talmudis ſupra citato videre eſt, id approbatur. Potuit efferri ex Adyto thuribulum ſtatim poſt aſperſionem ſanguinis Hirci, vel ante oblationem holocauſti, eorumque quæ v. 24. ſeqq. jubentur peragenda; vel ſi poſt hæc omnia rejicias, literam ו vocis יצא redderes per כאשר, *poſtquam egreſſus fuerat.* Quæ tamen ſaltem ex hypotheſi profero, non ſtatuo. (5.) Hircus nondum erat mactatus, cum ſanguis juvenci in Sanctiſſimo ſpargeretur, non negligenda *B. Lutheri* verſio v. 15. Darnach ſoll Er den Bock des Volcks Sündopffer ſchlachten. Aut ſi contra ordinem in Scriptura obſervatum mactatum aſſeras; ejus ſanguis in ſpeciali aſſervabatur cratere, ut eidem ſeorſim in Adyto fieret, quemadmodum

Ggg ggg

p) Lev. XVI, 13. q) l. c. v. 17. r) Cod. Joma cap. 1. ad §. 5. Babyl. fol. 19. b. l. 7. ſeqq. Hieruſol. fol. 39. col. 1. l. 19. ſeqq. a. fin.

modum ſanguini juvenci jam factum erat l. c. v. 15. finis utriusque erat diverſus, ſanguis juvenci expiabat pro Pontifice, Hirci pro populo. Quæ *Abarbanel* adducit s) ad probandum, ſanguinem Hirci cum ſanguine Vitulino commiſceri non potuiſſe, utut dubium meum confirment, parum curo, cum præſupponat, quibus negatis, ſententia ejus ultro corruit. (6.) Valde probabile eſt, cultum circa juvencum Pontificis Expiatorium præceſſiſſe eum, qui circa Hircum pro populo expiatorium. Pontifex enim erat quaſi Mediatoris loco inter Deum ac Populum, huncque apud illum expiare ſuſcipiebat. Quantum enim valeat interceſſio viri, qui ipſe exoſus eſt, nemo noſtrum neſcit. Vide quæ de hiſce extant in tit. *Joma* t) ac Cod. *Hojaroth* u).

§. XIX. Quod ſi (7.) aliquid momenti habet *auctoritas*, præſertim quæ eſt totius Collegii, rationibus inter ſe communicatis; merito veneror quadantenus ſententiam *Rever. Facult. Theol. Jenenſis*, quam tuetur in Bibliis Gloſſatis, quæ prodierunt auſpiciis Incomparabilis Principis ERNESTI PII glorioſiſſimæ memoriæ, verbis ſeqq. Weil aus dem Texte klar, daß unterſchiedene Verrichtungen vorgehen, und ohne das diß Opfer für den Hohenprieſter und ſein Haus, und darnach für das Volck muſten unterſchiedliche Opfer ſeyn; will ſichs nicht wohl leiden, daß wir ſolche Vermiſchung mit dem Blute zulaſſen. Sonderlich, wei ldie Epiſtel an die Ebräer; dieſen nicht zuwider iſt: weil das Wort EJNMAHL auf den gantzen Tag gezogen wird, und auf die einige Verrichtung deſſelben gantzen Tages, ob es ſchon zu -- -- unterſchiedlichen mahlen hat müſſen verrichtet werden, wie hier der Text hell und klar iſt.

§. XX. Atque hæ ſunt rationes, quæ dignæ viſæ ſunt pro ea adduci ſententia, quæ *plures* [: numero non determinato, tot ad minimum, quot rebus inibi peragendis fuerunt neceſſarii :) *ſtatuit Introitus*. Ea enim parum me movent, quæ ex ſola Judæorum hypotheſi fluunt, ſcripturæ teſtimonio deſtituta: cujusmodi ſunt *Duratio Thuribuli in Sanctiſſimo usque ad veſperam*, & *ingreſſus Pontificis in Sanctuarium Albis induti veſtibus*, *in nullum alium finem*, *quam thuribuli e Sanctiſſimo efferendi*, & ſi quæ ſunt alia, ad quæ partim in ſuperioribus reſponſum, partim, quia ex vitioſa Scripturæ interpretatione orta ſunt, ultro corruunt. Cui harum quisque velit ſubſcribere, eſto penes Lectorem judicio pollentem.

CAPUT

s) fol. 252. col. a. l. 35. ſeqq. t) cap. 4. §. 2. fol. 43. b. l. 13. ſeqq. u) cap. 3. fol. 13. a. l. 13. ſeqq.

# Caput IV.
# FUNCTIONES IPSAS EXPLICAT.

§. I.

In superiori capite demonstratum fuit, ad sensum integrum versus nostri septimi exhibendum repeti debere ex versu præcedenti 6. *ingrediebatur* MINISTERIA COMPLETURUS, τὰς λατρείας ἐπιτελῶν, sive hæc idem valeant ac Ebræorum למלא את ידי חובתו, cum hoc esset officium Pontifici propriissimum; sive idem quod עושה העבודה *Sacrificiorum cultui facturus.* Qualia ista sint *ministeria*, in ipso, quem tractamus versu per Synecdochen partis compendiose indicatur, verbis: οὐ χωρὶς αἵματος ὃ προσφέρει, *non absque sanguine, quem offert.* Modus loquendi Sacris Scriptoribus est usitatissimus a), ut, haud secus ac in familiari ac vulgari colloquio fieri solet, negationibus utantur *ad contrariam affirmationem pressius indicandam.* Quod bene intellexit interpres Syrus, affirmative reddens ܒܕܡܐ ܗܘ ܕܡܩܪܒ ܗܘ *in* vel *per sanguinem istum, quem offert* &c. Solius *sanguinis* mentionem facit, non ut reliqua ibi peragenda excludat, sed (cum non proposuerat exacte recensere omnia) quia id ad scopum suum, qui erat pretium ac efficaciam sanguinis Christi in Sanctitate nobis acquirenda demonstrare, præ reliquis cultibus omnibus faciebat maxime. Quod si enim (arguit) sanguis hircinus ac vitulinus sub V. T. a Pontifice & ipso peccaminoso oblatus, Pontificem & totum cætum Judaicum sanctificare poterat, multo magis præstabit Christi sanguis oblatus a Pontifice omnis peccati experte.

§. II. Verbum προσφέρειν haud secus ac Ebræorum הקריב, quod h. l. usus est interpres *Syrus*, significat generatim *rem* vel *personam quocunque modo, & ad finem quemcunque admovere* sive *afferre.* Sic e. g. Judic. III, 18. ויהי כאשר כלה להקריב את מנחה *& accidit cum absolvisset* Ehud *afferre munus illud*, Regi Moabitarum *Eglon* ab Israelitis missum. Quæ LXX. expresserunt: καὶ ἐγένετο ἡνίκα συνετέλεσεν Ἀὼδ προσφέρων τὰ δῶρα, cap V, 25. הקריבה חמאה LXX. προσήνεγκε βούτυρον Exod. XXVIII, 1. הקרב אליך את אהרן אחיך ואת בניו אתו *admove ad te* (fac accedant ad te) *Aaronem fratrem tuum ac filios ejus cum ipso*, Matth. IV, 24. προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις &c. b). Per Synecdochen generis vero idem est ac rem DEO con-

 secra-

a) 1. Cor. XI, 11. Ebr. VII, 20. cap. IX, 18. 22. c. XI, 6. cap. XII, 14. confer Hos. XIII, 13. Ps. XLIII, 1. Prov. XVIII, 5. c. XXX, 25. 1. Sam. XX, 25. Jes. XIV, 6. b) Vid. Plura Lev. XXI, 8. Num. XVII, 4. Exod. XXVIII, 1. XL, 12. Num. III, 6. c. VIII, 9. c. XVI, 9. c. XVIII, 2. Matth. VIII, 16. c. IX, 2. 32. c. XII, 22. c. XIV, 35. c. XIX, 13. &c.

ſecratam offerre, ac exhibere, ſive mactata ea fuerit atque holocauſti loco vel ſacrificii cujusdam alterius igne aſcendat; ſive alias ad facies Domini collocetur: illud communiter *offerre* dicunt, hoc *afferre*. Nollem hic ſubtilis videri nimium. Multo minus ut eum damnem, qui *afferre* reddidit. Allatus in Sanctiſſimum ſanguis, Deo eſt oblatus. Hinc non dubitem Dn. D. Schmidii c) verba mea facere: *quemadmodum* OFFERT *non culpamus, ita* AFFERT *malumus. Nam ſanguis oblati ſacrificii inferebatur quidem in Sanctum Sanctorum, ibidemque ſpargebatur: non autem demum offerebatut; niſi* OFFERRE *ſignificet* FERRE ANTE ALIQVEM, *& illi proponere de ſacrificio, ad placandum & exorandum.*

§. III. Quandoquidem v. exhibitio ſanguinis præſupponit animalia mactata, quorum ſanguis eſſe dicitur: Verba quoque *non abſque ſanguine* neutiquam eum fovent ſenſum, ac ſi ſolus ſanguis ad cultum in Sanctiſſimo perficiendum ſuffecerit, id quod foret contra expreſſam Dei inſtitutionem Lev. XVI, 3. coll. v. 12. 13. Sed quod ſi vel maxime alia ad eum requirantur, legitime tamen peragi non potuerit, niſi etiam *ſanguis* tanquam potius expiationis medium adhibeatur. Ideo ad ſingula rectius percipienda, ordinemque cujuslibet dijudicandum, omnia hic miniſteria recenſenda erunt, quæ die iſto expiatorio a Pontifice, ſive in Sanctiſſimo ſive extra illud perficienda fuerunt: ut tota opera ante oculum poſita, manifeſtius eluceat, quidnam præ reliquis eximii habeat ſanguis, cui tantus adſcribitur effectus, qui Pontificem ac populum potuerit a delictis mundare.

§. IV. Miniſteria autem illa, quæ die memorato a Pontifice peragi debent, pro varietate reſpectus, quem quis ſibi proponit, varie poſſunt ſubdividi. Nam I. ratione *Objecti* alia verſantur (1.) circa *holocauſta* tam ſuo quam populi nomine offerenda. Cujusmodi ſunt *duodecim: Duo* nim. agni pro ſacrificio jugis, *Septem* agni pro ſacrificio diei hujus ſupererogatorio, ejusdemque generis Juvencus *unus*, ac *Duo* Arietes, quorum alter pro Pontifice, pro Eccleſia ſeu populo alter d). (2.) Deinceps alia exſerunt ſe circa *Sacrificia pro peccatis* offerenda, quæ *Tria* ſunt: *Unum* juvenvus Pontificis, ac *Duo* explebant *Hirci duo*, quorum alter foris præparatus in veſpera diei Expiationis a Sacerdotibus quoad membra debita comedebatur, alter una cum juvenco, quorum ſanguis in Sanctiſſimo ſpargitur, comburebatur e). Præterea varie occupatus ſit (3.) circa *Hircum Emiſſarium*, partim ejus per ſortem electione, partim peccatorum offer-

c) Comment. in h. l. p. 906. d) Vid. Maim. hilc. jom. haccipurim c. 1. §. 1. Abarbanel fol. 249. col. 3. l. 6. ſeqq. fin. e) Confer. Maimon. l. c. Abarbanel l. c. & col. 4. init.

in ipſum impoſitione, ac dimiſſione in deſertum. (4.) Ad hæc quædam ſubeat munia circa *ſuffitum* faciendum, tam ordinarium omnibus diebus *communem*, in ea templi parte peragendum, quæ *Sanctum* dicitur; quam ſpecialem huic Diei proprium, qui fiebat in *Sanctiſſimo*. (5.) Circa *lucernarum aptationem*, atque (6.) *lectionem* ſectionum quarundam Biblicarum: quam tamen e numero Functionum eximit *Maimonides* f).

§. V. Quod ſi II. rationem *Loci* habere velles, Miniſteria Pontificis 1. Alia in *Sanctiſſimo* erant peregenda, ut ſuffitus Diei Expiationis proprius, ac aſperſio Sanguinis Vitulini atque Hircini. 2. Alia in *Sancto*, cujusmodi ſunt Suffitus quotidianus, Aptatio lucernarum, Precatio, Aſperſiones ſanguinis ad velum ac altare aureum. 3. Alia in *Propylæo*, ac ad altare magnum; cujusmodi varii actus erant, partim in aromatibus, ad ſuffitum eligendis, ac prunis ad adolendum depromendis, partim in ſacrificiis tam holocauſtis quam pro peccatis rite offerendis, atque Hirco Emiſſario commode dimittendo. Et 4. alia in *Atrio mulierum*: ubi lectionem biblicam, cujus ſupra facta fuit mentio, monent peragendam g).

§. VI. Aſt omnium receptisſima eſt iſta functionum Pontificalium diviſio, qua III diſtribuuntur in 1. *Communes* Diei expiationis cum aliis anni diebus. 2. *Supererogatorias*, ſive vel ob hunc diem communibus *Superadditas*, vel ſimul ob diem Sabbathi in Expiationis feſtum incidentem. Atque 3. *Proprias* Expiationi ac Reconciliationi. Quæ diſtinctio pasſim a Talmudicis inculatur. Ut ut v. ab ipſo *Maimonide*, quem ducem alioquin in hoc argumento mihi propoſueram, tradatur: malo tamen ob perſpicuitatem evidentiorem proponere eam h. l. verbis *Abarbanelis* h): הנה העבודה הנעשית במקדש היום הזה היתה מג' סוגים הא' עבודה התמידית והם ב' כבשים התמידין בבקר ובערב/ והב' עבדת מוסף היום שהוא פר אחד איל אחד כבשים בני שנה שבעה תמימים ושעיר אחד לחטאת/ ואם חל יום הכפורים בשבת היה עושה כהן גדול מוסף שבת שהם שני כבשים ומנחתם ונסכיהם/ וג' היא העבודה המיוחדת לכפרה ולסליחה והיא פר אחד לחטאת ואיל לעולה מהכהן גדול ושני שעירי עזים לחטאת הקהל מהם נעשה אחד לחטאת והאחר משתלח לעזאזל המדברה ואיל לעולה/ i. e. „Ecce cultus in Sanctuario hoc die peragendus eſt triplicis generis. Primo alius „eſt quotidianus, circa duos agnos Sacrificiorum jugium, matutini ac veſpertini.



f) l. c. c. 3. §. 9. g) Vid Maimon. l. c. c. 3. §. 8. h) hilc. Abodath jom haccipurim c. 2. §. 1. i) Comment. ad Sect. Achare moth fol. 249. col. 1. l. 9. fin.

„tini. Deinde cultus eſt Sacrificii ſupererogatorii illius diei; cujusmodi ju-„vencus unus, aries unus, agni annales integri ſeptem, & Hircus unus pro „peccato. Quod ſi dies Expiationis in Sabbathum incidat, Pontifex etiam „ſupererogatorium ſabbathi faciat, quod conſtituunt duo agni, cum donis fru-„mentaceis, ac libaminibus eo ſpectantibus. Tertii Generis cultus Expiatio-„ni appropriatus eſt, atque propitiationi: & peragitur circa juvencum unum „in Sacrificium pro peccato, ac arietem in holocauſtum offerendum nomine „Pontificis M. atque duos hircos caprarum, pro peccato Eccleſiæ; quorum „unus in Sacrificium pro peccato offertur, alter vero emittitur πρὸς ἀναχω-„ρήσεως; ad receſſus k) in deſertum, itemque circa Arietem in holocauſtum.

§. VII. His ita diſtributis, non ἀμεθοδικῶς proceſſiſſe videri poteram, ſi juxta aliquam iſtarum diviſionum, ſingulas ſua ſerie exponerem ſpecies. Verum quoniam ex tribus recenſitis claſſibus nulla datur, in qua ſingula ad unum Partitionis membrum ſpectantia in exſecutione ſe invicem immediate conſequantur; & vero decens cujuslibet functionis intus ac in veſtibus albis peragendæ Ordo tam neceſſarium ſolennitatis hujus Ebræis cenſetur Requiſitum, ut eo vel leviter inverſo, omnia acta reputentur irrita: Ita enim *Maimonides* l) e Cod *Joma* m): כל עבודות שעובד בבגדי לבן בפנים בהיכל צריך לעשותן על הסדר שביארנו ואם הקדים בהם מעשה לחבירו לא עשה כלים קטורת שחפנה קודם שחיטת הפר לא עשה כלום אף על פי שהחפינה בעזרה צורך פנים בקבוצת פנים היא יכן שעיר ששחטו קודם מתן דמו של פר לא עשה כלים אף על פי שהשחיטה בעזרה הרי דמו נכנס לפנים / איל ושעיר המוספין שעשה אותן קודם עבודת היום אינן כלום: „i. e. Omnia „miniſteria quæ veſtibus albis intra templum facienda, neceſſe habet, ut eo, „quem expoſuimus ordine, peragat. Quod ſi unum iſtorum alteri præpoſue-„rit, nil fecit quicquam. Ceperit pugillum ſuffimenti ante mactationem ju-„venci, non egit quicquam. Utut enim ea pugilli repletio in Atrio fiat; ad „conſummationem tamen ejus requiritur, ut inferatur intus. Atque ſic ſi „Hircum jugulaverit ante ſparſionem ſanguinis juvenci, nil fecit quicquam: „quia licet jugulatio fiat in Atrio, ejus ſanguis intus introducitur. Ita ſi Arietem „& Hircum ſupererogatoria paraverit ante cultum diei huic proprium, non egit „quicquam &c. „ Ideo ut una, quod dicitur, fidelia duos dealbarem parietes, nec opus habeam, omnibus prolixe jam explicatis, rurſus ſingula ſecundum ordi-

k) Bochartus Hieroz. Part. 1. lib. 2. cap. 54. col. 653. fin. col. 654. ſqq. Exc. Dn. Friſchmuthius Diſp. 2. de hirco Emiſſario c. 2. § 1. circa fin. l) l. c. cap. 5. §. 12. 3. m) cap 5. § 7. ſeu ultimo Gemara Babyl. fol. 60. 2. ſqq. Hieruſ. fol. 43. col. 1. l. 18. ſeqq. a fin.

ordinem repetere ac recenſere denuo, quo & faſtidium lectori crearem, crambem bis coctam illi proponendo, paginasque re una ſæpius repetita otioſe complerem; neglecta ſerie ſupra in diſtributione propoſita, ſingula enumerabo munia eo ordine, quo cunctis diligenter obſervatis, Ebræi tradunt peragenda: non neglecta tamen emendatione, quæ ſi caſu forſan ſecus ac debebat, unum alteri præpoſitum fuerit, neceſſaria fuit judicata, ut obſervetur.

„§. VIII. *Primum* omnium iſtius Diei *munus* a Pontifice peragendum fuit „*Sacrificium juge* matutinum; quod altari, circa mediam noctem per ſacerdo„tem gregarium ſorte ad id electum repurgato n), primo mane mactat, ejusque „Sanguinem ad altare holocauſti ſpargit.„ Quale hoc fuerit ſacrificium, tam clare patet e Scriptura; verbi gr. Num. XXVIII, 3. ſqq. Exod. XXIX, 38. ſqq. ut non opus ſit ei illuſtrando lucem accerſere aliunde. Tempus autem, quo optatio ejus incipiat, in ſcriptura aliter reſtrictum non eſt, quam voce בֹּקֶר *Mane.*

§. IX. Hæc cum interdum pro toto ſumatur die, nocti oppoſita, ut Gen. I, 5. 8. 13. 18. 23. 31. &c. vel ad minimum, ſi contraponatur veſperæ, nocti contradiſtinctæ, pro parte diei antemeridiana, ſicut *R. Sal. f. Melech.* inquit o): היום כולו לא נקרא בקר אלא עד חצי היום *totus dies non vocatur MANE, ſed* id modo tempus, *quod ad dimidium usque diei ſeſe extendit.* Ideo certum temporis punctum demonſtrative vix imprimit. Ad hæc ambigo, utrum rem acu tangas, ſi probabile fore præſumſeris, ut initium intelligatur totius tractus iſtius qui *Mane* dicitur. Quod in quo conſtituendum, ſubobſcure e *vocis origine* elici poteſt; ſi quidem ratam habeas, quæ a *R. David Kimchio* p) eſt allata, approbata a *R. Sal. f. Melch.* q), verbis: בקר מענין דרישה ובקור כי בבקר יתבקר כל דבר לאור היום i. e. MANE *Ebraice nomen habet ab inquirendo, ac explorando; quia mane facto, unaquaque res explorari poteſt ad lucem diei.* Quibus verbis videtur innui, tunc initium temporis *matutini* eſſe conſtituendum, cum incipit homo rem unam ab altera, ac colorem a colore, ope lucis diurnæ ſecernere: ut contra ערב *veſpera* incipit, quando hæc omnia videntur permixta. Idem temporis momentum videtur innui, quando *Miſchna* tit. *Berachoth* r) ſciſcitatur: מאימתי קורין את שמע בשחרית משיכיר בין תכלת ללבן ר"א אומר בין תכלת לכרתי מאי בין תכלה ללבן אילימא בין גבמא דעמרא חיוורא לגבבא דעמרא התכלתא הא בליליא

n) Joma cap. 1. §. 8. Maimon. l. c. cap. 4. §. 1. & imprimis Rabbenu Aſcher tit. Joma f. 91. col. 3. l. 18. o) in Michlal Jophi fol. 2. col. 2. 4. fin. p) in Sepher Schoraſchim Rad. בקר q) in Michlal Jophi l. c. l. 18. fin. r) cap. 1. §. 2. Gemara Babyl. fol. 9. b. l. 24. ſqq.

בליליא נמי מידע ידעי אלא בין תכלת שבה ללבן שבה תניא ר"מ אומר משיכיר בין זאב לכלב ר"ע אומר בין חמור לערוד ואחרים אומרים משיראה את חברו רחוק ד' אמות ויכירנו אמר רב הונא הלכה כאחרים/ i. e. *Quando incipiunt recitare sectionem* AUDI *tempore matutino? ex quo dignoscere potest inter hyacinthinum ac album, vel secundum* R. *Eliéser inter hyacinthinum ac porrinum seu viride* s). In quam Thesin *Gemara* l. c. *quomodo verba* INTER HYACINTHINUM AC ALBUM *sunt intelligenda? numquid ex quo dignoscere potest inter vellus lanæ albæ ac inter aliud vellus lanæ hyacinthinæ? atqui hæc etiam nocte inter se discerni possunt.* Igitur non h. m. verba sunt intelligenda, *sed* ex quo dignoscit *inter hyacinthinum ac album velleris ejusdem. Traditio exotica habet: R. Meir dixit, ex quo dignoscere potest inter lupum ac canem.* R. *Akiva vero, inter asinum ac onagrum. Alii vero, ad quorum sententiam secundum* R. *Hunna stat decisum, ex quo Socium suum 4. ab ipso cubitis dissitum videre potest, atque agnoscere.* Quæ pleraque citius fieri possunt, quam Sacrificium Juge erat mactandum t).

§. X. *Abarbanel* mactationis tempus ponit בזריחת השמש in ortu solis, u) quo curiosius id determinant Talmudici in titulis *Joma* w), *Tamid* x) atque *Menachoth* y), quando inquiunt: אמר להם הממונה צאו וראו אם הגיע זמן השחיטה אם הגיע הרואה אומר ברקאי מתיא בן שמואל אומר האיר פני כל המזרח עד שבחברון והוא אומר הן ולמה הוצרכו לכך שפעם אחת עלה מאור הלבנה ודימו שהאירו/ i. e. *dicente illis Præfecto: ite* ad locum istum altum qui in sanctuario, *& circumspicite, utrum adsit tempus mactationis; quam primum illucescit, clamat speculator*: CORRUSCATIONES, i. e. incipit lux fulgorem seu corruscationem emittere. *Matthias f. Samuelis*, in cujus sententia, ex mente Maimonidis ac Bartenuræ, ratum habebatur decisum, *inquiebat*, quæsitum fuisse a speculatore, *num totus Oriens tam serena luce fulget, ut Hebron quoque in aspectum tuum cadat?* qua agnita, *respondisse eum omnino. Quare autem hoc ipsis necesse fuit? quia aliquando* (non in die expiationis, quo hoc fieri nequit z), *luce Lunæ ascendente existimarunt, jam diem illuxisse, atque mactarunt Sacrificium juge, illudque ad locum quo combureretur curarent adduci*, quod tamen noctu erat illicitum Lev. XIX, 6. Quæ si accurate observata fuerunt, procul dubio tardius offerendum fuit *sacrificium Juge*, quam ea quæ superius dicta sunt,

s) Conf. Maimon. Raschi ac de Bartenura Comment. ad l. c. t) Conf. Hierus. Joma fol. 40. col. 2. l. 26. sqq. u) Comment. ad Sect. Achare Moth fol. 249. col. 2. l. 5. w) Cap. 3. §. 1. 2. x) cap. 12. fol. 100. a. l. 19. sqq. y) c. 3. §. 2. z) vid Maimon. ad Mischnam cit.

ſunt, potuerunt agnoſci. Siquidem citius agnoſces hominem tibi notum quatuor modo cubitis a te disſitum, quam in templo Hieroſolymitano conſtitutus civitatem Hebron, aliquot ab Hieroſolymis diſtantem milliaribus. Tam clara requirebatur lux, ut lunæ ſplendorem, ad quem omnia ſuperius indicata examinari poterant, longe ſuperaret. Ad mactationem *ſacrificii jugis*, ut inquiebat *Abarbanel*, ortus Solis requirebatur, ad reliqua dignoſcenda ſufficiebat vel ſola auroræ eruptio. Quæ illuminationem orientis tanto anticipabat intervallo, ut intra illud, ex mente *Gomariſtarum* d) quidem, homo 4. milliaria emeriti queat. Sed ſatis de tempore.

„§. XI. Mactationem ipſam antequam aggrediatur, Agnus mactandus „denuo in conclavi ſuo ad lucem faculæ exploratur, ac integer & absque „vitio deprehenſus, aqua potatur e calice aureo, ut pellis detrahatur faci„lius b). Quo facto, tempore jam illucente, in domum poparum de„fertur, ibique in angulo boreozephyrino mactatur, ad Annulum ſecundum c). „Mactationem ipſe peragit Pontifex, Agni gulam atque arteriam aſperam, „aut earum partem ſaltem maximam perſecat, ſanguinemque exinde, cratere „ad collum pecudis moto, exceptum ad Altare extimum ſpargit; dum inter„ea alius integram abſolvit mactationem pellem detrahendo, corpusque in „partes dividendo d).

§. XII. Aſperſio talis non eſt, qualis victimæ Piacularis. In lege jubetur fieri ad altare *circumcirca*. Quam Phraſin Judæi ita exponunt, ac ſi Sanguis victimæ ſingulis Aræ lateribus ſit aſpergendus. In eo autem exſequendo, via uſi ſunt compendiaria. Duabus enim aſperſionibus in duobus aræ angulis decuſſatim ſibi oppoſitis, euroboreali nempe & notozephyrino peractis, ita ductum direxiſſe ſuos putant, ut omnia aræ latera imbuerentur. R. *Sal. Jarchi* e) ad hanc phraſin annotat: בכלי אוחז במזרק וזורק כנגד הקרן כדי שיראה לכאן ולכאן ואין קרבן טעון מתנה באצבע אלא חטאת בלבד אבל שאר זבחים אינן טעונין קרן ולא אצבע שמתן דמם מחצי המזבח ולמטה ואינו עולה בכבש אלא עומד בארץ וזורק סביב כך מפרש בשחיטת קדשים שאין סביב אלא שתי מתנות שהן ארבע האחת בקרן זוית זו והאחת שכנגדה באלכסון וכל מתנה נראית בשני צדי הקרן אילך ואילך נמצא הדם נתון בארבע



a) Hieruſ. tit. Joma cap. 3. fol. 40. col. 2. l. 26. ſqq. b) Maim. hilc. Tmidin. cap. 1. §. 9. e Cod. Tamid. c. 3. §. 3. 4. c) Maim. l. c. §. 11. cap. 6. §. 1. d) Maim. l. c. §. 3. hilc. Abodath jom. haccippurim c. 4. §. 1. hilc. Maaſe Korban c. 4. §. 8. hilc. Schechita, c. 1. ante med. e tit. Cholin. c. 2. §. 1. Joma c. 3. §. 4. fol. 32. b. cit. fin. e) Comment. ad Ex. XXIX, 16. Bibl. Buxt. fol. 99. a. l. 10. ſqq.

בארבע רוחות סביב לכך קרוי סביב: i.e. „Sanguinem aſpergillo hauſtum „ita ſpargit e regione cornu, ut utrinque videatur, nullum autem ſacrificium „opus habet, ut ejus Sanguis digito indatur, præterquam Piaculare. Reli- „quæ autem victimæ nec cornu opus habent, nec digito; ſed aſperſio ſangui- „nis ipſarum fit ad dimidium altaris ac inferius. Neque in Clivum aſcendit „(*Sacerdos aſperſurus*), ſed in terra conſtitutus ſpargit circumquaque. Ita „explicatur in loco, qui de mactatione ſacrorum agit f), *quod Biblicum* „CIRCUMQUAQUE nil notet aliud, quam duas aſperſiones, quæ ſint in- „ſtar 4. Quarum una fiat juxta cornu anguli unius, altera in eo, qui huic e „diametro *ſeu decuſſatim* eſt oppoſitus. Ita ut unaquæque aſperſio in duo- „bus cornu lateribus ab hac & iſta parte videatur, Sanguisque inditus de- „prehendatur in 4. plagis circumcirca. Ideo enim dicitur CIRCUM- „QUAQUE. Quæ in hanc ſententiam prolixe & intricate diſputantur a Talmudicis in Gemara ad *Miſchnam* cit. tit. *Sebachim*, in compendio ac perſpicue proponuntur a *Maimonide* g), verbis ſqq. העולה והאשם והשלמים
בין של יחיד בין של ציבור זריקת דם שלשתן על גבי המזבח שוה
לעולם וכיצד הוא עושה כשלוקח הכהן הדם במזרק וזורק ממנו
במזרק שתי זריקות על שתי זויות המזבח באלכסון מחצי המזבח ולמטה
על קרן מזרחית צפונית ועל קרן מערבית דרומית ומתכוין כשיזרוק הדם
על הקרן שיהיה הדם מקיף על הזויות כמין גמא כדי שימצא הדם
על שתי מתנות על ארבע כתלי המזבח לפי שנאמר בעולה ובשלמים
סביב והוא הדין לאשם ושירי הדם נשפכין על היסוד הדרומי
„i. e. His tribus Sacrificiorum ſpeciebus Holocauſto (e quadrupedibus lecto) „victimæ pro noxa, ac Euchariſticæ idem ſemper modus eſt aſpergendi ſan- „guinem ad altaris ſuperficiem, ſive ab unico offerantur, ſive ab Eccleſia. At „quomodo facit? Sacerdos de ſanguine in Cratero excepto, ſpargit Aſperſo- „rio aliquo duas aſperſiones ad duas altaris angulos a diametro ſibi oppoſi- „tos, a dimidio altaris ac inferius, ad euroborealem ſcil. ac notozephorynum. „Operam autem dat inter aſpergendum, ut ſanguis circumcingat angulos ad „formam Gamma *elementi Græcanici, quæ figura eſt Daleth Ebræorum, vel Caph fi-* „*nalis inverſi;* adeo ut poſt aſperſiones Sanguis deprehendatur in 4. Aræ pa- „rietibus, quia de Holocauſto & ſacrificiis ſalutaribus, quorum mos quoque „ſervatur in ſacrificiis pro noxa, dictum eſt CIRCUMQUAQUE. Quod re- „ſtat ſanguinem ad fundum effunditur meridionalem.

§. XIII.

f) cit. Sebachim. c. 5, Miſch. 4. Gemara Babyl. fol. 53. b. l. 5. ſqq. g) Hilc. Maaſe Korbanoth cap. 5. §. 6.

„§. XIII. Post peractam convenienter sanguinis aspersionem statim in„grediebatur Pontifex in priorem templi partem, quæ *Sanctum* vocabatur, in„censurus ibi in ara aurea suffitum, lucernasque in candelabro aptaturus b). Suffitus istius materiam quod concernit, Scriptura Aromatum 4. recenset i) genera: nimirum Stacten, Onychem, Galbanum, & Thus. Quibus Ebræi non contenti, 11. enumerant. Ita enim *Maimonides* k) e tit. *Ceritbuth* l) ac *Joma* m): הקטורת נעשית בכל שנה ושנה ועשייתו מצוה עשה שנאמר ואתה קח לך סמים וגומר/ ונתפרשו בתורה ארבעת סממניה והן נטף ושחלת וחלבנה ולבונה ושאר סממניה הלכה למשה מסיני/ אחד עשר סממנים נאמרו לו למשה מסיני והם שעושין אותם במשקל מכוון ומוסיפין עמהן בלא משקל מלח סדומית וכפת הירדן ועשב אחד שמעלה עשן ולא היו יודעים אותו אלא אנשים ידועים והוא היה הלכה בידם איש מפי איש/ וזהו משקל אחד עשר סמניה נטף ושחלת וחלבנה ולבונה מכל אחד משקל שבעים מנה והמנה מאה דינרין ומר וקציעה ושבולת נרד וכרכום מכל אחד ששה עשר מנה קשט שנים עשר מנה קנמון תשעה מנים קלופה שלש מנים משקל הכל שלש מאות וששים ושמנה מנה שחוקין הכל הדק מוסיפין לה רובע הקב מלח סדומית וכפת הירדן ומעלה עשן כל שהוא, i. e. „Suffimentum quot„annis de novo præparatur, ejusque præparatio fit ex præcepto quodam affir„mativo, quia dicitur m), & tu cape tibi aromata &c. Equidem in sacris li„teris 4. modo ex aromatibus istis exponuntur species, quæ sunt Stacte, O„nyx, Galbanum, ac Thus; reliqua vero aromata per traditionem a Mose re„ceperunt, cui in Sina undecim determinatæ sunt species, quas certo quamli„libet pondere præparent. Quibus, absque certa tamen mensura, superad„dunt sal Sodomiticum, ambram Jordanis, & herbam aliquam fumum extol„lentem. Eam certi modo viri cognoverunt, per traditionem istis pro„priam, quam unus ex ore alterius accipit. Cæterum hæc est mensura unde„cim memoratarum specierum: Stactis, Onychis, Galbani, ac Thuris, unius„cujuslibet pondus erat 70. Minarum: Mina autem 100. continet denarios. „Mirrhæ, Casiæ, Spicæ, Nardi, ac Croci, cujuslibet 16. Minarum. Costi pon„dus 12. Minarum. Cinamomi 9. ac calami odorati 3: Pondus omnium „368. Minæ. Omnibus bene comminutis, superaddunt quartam



b) Maimon. Hilc. Abod jom haccippurim cap. 4. §. 1. e tit. Joma cap. 3. §. 4. Abarbanel l. c. fol. 249. col. 2. l. 10. 11. i) Exod. XXX, 34. sqq. k) hilc. Hammikd. c. 2. §. 1. 2. 3. l) cap. 1. fol. 6. a. l. 29. sqq. m) cap. 4. Hier. fol. 31. col. 4. l. 23. sqq. item cap. 3. circa fin. Babyl. fol. 38. a. l. 23. sqq. m) Exod. XXX, 34.

„cabi de ſale Sodomitico, ac umbram Jordanis, atque herbam fumum elevan-
„tem, quantum libuerit.

„§. XIV. Atque de hoc ipſo ſingulis diebus pondus centum denariorum „adolebatur, 50 *mane*, totidemque *veſpera* n): quantum etiam nunc Pontifex „offert. Proceſſus ſuffitionis quotidianæ a *Maimonide* o) e tit. *Tamid* p) in h. m. deſcribitur: מי שזכה בדישון המזבח הפנימי נכנס בכלי קודש וטני היה שמו ושל זהב היה ומחזיק קבים וחצי ׳ מניח הטני בארץ לפניו וחופן בידיו האפר והפחמים שבתוך המזבח ונותן לתוך הטני ׳ ובאחרונה מכבד את השאר לתוכו ומניחו שם בהיכל ויוצא ׳ ומי שזכה בקטורת נוטל כלי מלא קטורת גרוש וכסוי היה לו ובזך היה שמו ונותן הבזך בתוך כלי אחר וכף היה שמו ׳ ומכסה את הכף בבגד קטן ואוחז הכף בידו ונכנס עמו אחד במחתה של אש בידו ׳ וכיצד חותה זה שזכה במחתה לוקח מחתה של כסף ועולה לראש המזבח ומפנה את הגחלים אילך ואילך ונוטל מן הגחלים שנתאכלו במערכה שנייה ויורד ומערן לתוך מחתה של זהב ׳ אם נתפזרו מן הגחלים כמו קב או פחו׳ מכבדן לאמה ובשבת כופה עליהן פסכתר ואם נתפזר יתר על קב חוזר וחותה ׳ ומקדימים לפניהם זה שדשן המזבח הפנימי ונוטל הטני שם דשון המזבח ומשתחוה ויוצא וזה שבידו המחתה צובר את הגחלים על גבי המזבח הפנימי ומרדדן בשולי המחתה ומשתחוה ויוצא ׳ וזה שבידו הכף נוטל את הבזך מתוך הכף ונותנו לאוהבו או לקרובו ורואה אם נתפזר מן הקטורת מעט בכף אוהבו או קרובו נותן לו לתוך חפניו זה שנתפזר עם הקטורת שבבזך ומשתחוה ויצא ׳ ואומרין לזה המקטיר הזהר שלא תתחיל מלפניך אלא תכוה ׳ ומתחיל ומשליך הקטורת האש בנחת כמי שמרקד סולת עד שתתרדה על כל האש ׳

i. e. *Qui ſorte electus fuerat ad decinerationem altaris interioris, ingrediebatur cum vaſe aliquo Sancto, quod* טני *vocabatur, atque aureum erat, continens 2 cabos cum dimidio. Quo in terram ante ſe collocato, cava manu hauriebat cinerem ac carbonem, qui in altari iſto, eumque iſti indebat Calatho, ac poſtremo intra illum converrit reſiduum, &, calatho ibi repoſito, egreditur. Cui autem ſorte obtigerat munus ſuffitum faciendi, tollit*

n) Maimon. hilc. Thimidin Umuſaphin, c. 3. §. 2. o) l. c. §. 4. 5. 7. 8. p) 3. §. 6. 9. c. 1. §. 4. 5; c. 6. §. 1. 2. 3.

*sit vas aliquod plenum suffitus in acervum cumulati. Vasi isti operculum erat* בזך *phiala dictum; quam imposuit vasi alii, quod* כף *Acerra dicebatur. Hanc panniculo tectam manu sua apprebendit, atque ingreditur, comite alio, qui manu tenet pateram carbonariam. Quomodo vero carpunt carbones? is cui ex sortitione Thuribulum obtigerat, arrepto thuribulo argenteo, ascendit ad verticem altaris, atque carbonibus hinc inde disjectis, tollet de illis, qui bene excanduerunt e strue secunda, atque discendit, effundens, eos in thuribulum aureum. Si dispergerentur de carbonibus bis circiter cabum aut minus converrebat in foveam, Sabbatho autem obtegebat Aheno: quod si plus dispergeretur, quam cabus contineat, denuo alias ex altari depromebat prunas. Enim vero qui cineres ex altari intimo removerat, antevertebat hos duos, atque calatho, in quo decineratio altaris, arrepto, postquam, corpore adytum intimum versus summa reverentia inclinato, Dei Numen adoraverat, exibat. Is autem in cujus manu Thuribulum, prunas in superficiem altaris interioris coacervatas diffundit extremitate thuribuli, ac corpore inclinato egreditur. Iste vero qui Acerram manu tenet, phialam e medio acerræ sumtam tradit Amico suo, aut qui proximus ipsi, & circumspicit, utrum dispersum quid se de suffimento in Acerram, quod Amicus suus aut proximus ipsi tradit in pugillum suum, cum eo quod in phiala adolendum; &, postquam inclinato corpore adoraverit, egreditur: Commonefacto prius suffitum facturo, ut caveat, ne in eo altaris parte suffitum effundere, quæ ipsi proxima, ut ne ustuletur. Igitur incipit, ac sensum effundit suffimentum in ignum instar ejus qui cribrat similaginem, donec super totum expandatur ignem.* Tres omnino erant, qui ad integrum suffitionis actum complendum concurrebant. Quorum omnium vices in Die Expiationis Pontifex sustinebat, si vera sunt, quæ passim a Talmudicis q) inculcantur, *nullum cultum in die Expiationis conferi legitimum, qui non perficitur a Pontifice.*

§. XV. Ad aptationem lucernarum, Ebraice הנרות הטבת dictam, quod attinet, *Maimon* autor est tam in Commentario suo ad *Mischnam* tit. *Tamid* r). quam in *Jad Chasaka* s), *per eam intelligi* הדלקת הנרות *lucernarum accensionem*, quasi etiam mane lucernæ fuissent accendendæ; quia scriptum est t): *& adoleat in eo Aaron suffimentum aromatum* בבקר בבקר *unoquoque mane* אליביב i. e. ex mente sc. ejus, *dum accendit lucernas* &c. Verum ab aliis in hoc deseritur R. *Obadias de Bartenura* inquit: u) ודברי ר״מבם במשנה זו תמוהים מאד וגם בה שסובר
השמבה Hhbhhh 3

q) Vid. Joma cap. 3. fol. 31. b. l. penult. conf. Disput. 1. cap. 1. §. 12. r) cap. 3. §. 9. cap. 6. §. 11. s) Hilc. Tmidin Umusaphin cap. 3. §. 12. t) Exod. XXX, 7.

שהטבת הנרות היא הדלקתן ושהיו מדליקין הנרות של מנורה כלן בבקר כדרך שמדליקין בערב פלואה נשגבת בעיני ולא שמעתי ולא ראיתי לאחר מרבותי שסובר כן *Verba R. Mosis f. Maimonidis in Mischnam hanc valde sunt mirabilia, atque etiam istud, quod opinatur, per* הטבת הנרות, *lucernarum intelligendam esse incensionem, quasi omnes candelabri lucernas mane accenderint eodem modo, quo accendunt vespera, plus quam admiratione dignum mihi videtur, nec audivi neque vidi quempiam e Doctoribus meis qui ita sentiret.* Sic *R. Joseph Karo*, utut alioquin pro virili defendat *Maimonidem* contra insultus *R. Abraham f. Davidis*, in hoc tamen non ausus est ipsi Apologiam scribere, sed aperte fatetur x): והאחרונים חולקים עליו ואומרים שאין הדלקת הנרות אלא בין הערבים ופירוש בהטיבו אינו הדלקה אלא תיקון הפתילות quod *Recentiores ab eo discrepent, dicemus non dari accensionem lucernarum, nisi vespera, nec voce* בהיטיבו *notetur accensio, sed aptatio ellychniorum.* Quomodo *Onkelos, Aben Esra*; *R. Abr. f. David, R. Sal. f. Addereth, R. Obadias de Bartenura*, in infiniti alii, & recte, capiunt. Nec in diversum abeunt *R. Sal. Jarchi*, atque *Abarbanel*, quamvis aliis usi sint verbis; e quibus ille y). לשון נקוי הבזיכין של המנורה מדשן הפתילות שנשרפו בלילה *significat mundationem phialarum Candelabri a cinere ellychniorum, quae per noctem combusta sunt* &c. Hic z) מיטיב את הנרות להסיר לכלוכם ולטהרם כדי שיאירו היטב *aptat lucernas, dum removet ipsarum sordes, easque mundat, ut melius deinceps luceant* &c. Quando scil. circa vesperam demum sunt accendendae. Ad quid enim opus erat, ut per totum diem omnes arderent, luce solari multo clarius illuminante? *Mischna* a) unius meminit lucernae creditur, nisi post mortem *R. Simeonis Justi*, in eum finem per integrum etiam diem ardentis, ut ab ea reliquae circa vesperam accenderentur. Hinc *de Bartenura* asserit b): דשאר נרות אפילו דולקין מכבן ומדשנן *quod si (Sacerdos mane ad Candelabrum accedens) reliquas lucernas adhuc ardentes inveniat, eas extinguat, atque a cinere suo purget.*

§. XVI. Caeterum decineratio haec ita se habebat, ut satis bene descripta est a *Maimonide* c): מסיר הפתילה וכל השמן שבנר ומקנחו ונותן בו פתילה אחרת ושמן אחר במדה והוא חצי לוג, וזה שהסיר משליכו במקום

u) Comment. ad Tamid, cap. 3. §. 9. fol. 159. b. circ fin. x) Comment. ad hilc. Temidin Umusaphin. c. 3. §. 12. fol. 234. c. 2. circ. fin. y) Comment. ad Exod. XXX, 7. Bibl. Buxt. fol. 200. b. l. 12. sqq. z) Comm. ad l. c. fol. 204. col. 2. l. 24. 25. a) tit. Tamid, cap. 6. §. 1. b) Comment. ad Tamid, c. 3. §. 9. fol. 150. fin. c) hilc Tmidin Umusaphin. cap. 3. §. 12.

במקום הדשן אצל המזבח עם דישן המזבח הפנימי והחיצון
i. e. *Removebat ellychnium* cum cinere, *& omne oleum quod adhuc lucernæ inest; eisque absterʃa indit ellychnium novum, atque oleum aliud in decenti menʃura, quæ eʃt dimidium Logi: hoc autem quod removit, abjicit in locum cineris penes altare una cum decineratione aræ interioris ac exterioris.* Hus usque, nam quæ ſequuntur, errorem involvunt.

§. XVII. Ne vero cuidam ſcrupulum figant verba Miſchnæ (*) מי שזכה בדישון המנורה נכנס ומצא שתי נרות מזרחיים דולקי מדשן את השאר ומניח את אהו דולקין במקומן מצאן שכבו מדשנן ומדליקן מן הדולקים ואחר כך מדשן את השאר וכו׳ i. e. „Is cui obtigerat „munus removendi cineres a candelabro, intrabat, atque reperiens duas lu„cernas orientales ardentes, reliquas decinerabat, has autem in ſuo loco relinquebat ardentes. Si autem iſtas exſtinctas reperiſſet, illas primum decinera„bat, & deinde ex iis quæ ardebant iſtas Orientales accendebat, poſtea cæteras „quoque decinerans &c.„ Quaſi non una modo lucerna, ſed ad minimum duæ per totum diem dicantur ardere. Obſervandum eſt, quod, ut *Maimon* d) habet, e tit. *Tamid* e), atque *Joma* f): לא היה מטוב כל הנרות בפעם אחת׃ אלא מטיב חמשה נרפת ומפסיק ועושין עבודה אחרת ואחר כך נכנס ומטיב השתים׃ „Non aptaverit omnes lucernas vice una, ſed 5. iſtarum a„ptatis, abruperit, *ac interea temporis* alium præſtiterint cultum g); quo per„acto, denuo ingreſſus ſit, aptans duas *lucernas reliquas*„. Et paucis interjectis, כיצד סדר ההטבה זה שזכה בדישון המנורה נכנס וכלי בידו וכוז שמו ושל זהב היה דומה לקיתון גדול מדשן בו את הפתילות שכבו ואת השמן הנשאר בנר ומטיב חמשה נרות ומניח הכוז שם לפני המנורה על מעלה שנפיה משלש מעלות שלפניה ויוצא׃ ואחר כך נכנס ומטיב שני הנרות ונוטל הכוז בידו ומשתחוה ויוצא׃ id eſt: „Qualis eſt ordo, *inquit*, aptionis iſtius? is qui ſorte electus eſt ad decine„rationem Candelabri, ingreditur manu tenens vas aureum כוז dictum ſeu „Cyathus, quod ſimile fuit Cantharo magno h); in quod removit ellychnia „extincta, atque oleum in lucerna reſiduum, ac aptat lucernas 5; Cyathum vero tunc ibi relinquit ante Candelabrum in Gradu ſecundo ex tribus iſtis Gradibus

(*) tit. Tamid, cap. 3. §. 9. d) hilc. Tmidin Umuſaphim c. 3. §. 16. Comment. ad Tamid. cap. 3. §. 9. e) ll. cc. f) cap. 3. fol. 33. a. b. fol. 34. &c. g) qualis iſte ſit vid. Gemara tit. Joma fol. 33. a. l. 8. 9. b. l. 8 h) e tit. Tamid cap. 3. §. 6.

„dibus ante Candelabrum positis i), atque egreditur: quod denuo deinceps „ingrediens, duas aptaturus lucernas, manu sua secum aufert, quando post „pronam corporis incurvationem egreditur„. Quibus diligenter notatis, nulla deprehendetur inter utramque *Mischnam* k) repugnantia. Duæ ardentes dicuntur relictæ, cum prima vice ingrederetur ad repugnandas 5. Occidentales; una tantum, quæ inter duas Orientales magis ad Occidentem vergebat, cum post aspersionem sanguinis, *secunda vice* repurgationem lucernarum perageret. Et quod hæc sola (ex sententia Talmudicorum loquor) ardens per diem fuerit relicta, ex illis *Maimonidis* verbis erit. *Tamid* l) desumtis colligi potest, quibus statuit m) נר מערבי שכבה אין מדליקין אותו אחר דשונו אלא ממזבח החיצון quod *lucernam hanc Occidentalem si extincta fuerit, post ejus decinerationem non accenderint nisi de altari exteriori.* Quæ hoc? מפני שלא היה במנורה נר דולק שכבר הטיב את כולה והתורה אסרה אש תמיד תוקד על המזבח אבל בזמן שיש נר דולק במנורה ומצא המערבי כבה מדליקו מן הדולק *Quia*, ut rectissime infert *R. Abr. f. David* n) *non fuit in toto Candelabro lucerna* alia *ardens, omnibus jam dudum repurgatis, e qua accendere posset; lex vero præceperat* o), *ut ignis continuo in altari isto aleretur.* - - *Quod si enim lucerna quadam adhuc arderet in Candelabro, hanc occidentalem extinctam deprehensam, ex ista ardente accedebat.* Sicut claris verbis hoc concessum, & usitatum prædicatur, in *Mischna* circa initium hujus §. allegata: quæ hic conferatur.

§. XVIII. Atque hæc ex sententia *Talmudistarum.* Quæ utrum undiquaque vera sit, non immerito quis ambigeret. Quid enim opus erat, ut vel unica lucerna per diem arderet? Unde hæc extincta accedenda dicitur, nil obstat, quo minus & reliquæ circa vesperam accendantur: aut si omnino de hac reliquæ, ea ipsa circa vesperam demum igne ab altari sumto accendi potuit. Quæ de ea nunquam extincta ante mortem *R. Simeonis Justi* traduntur, si quid veri habent, intelligenda existimem de tempore cujuslibet diei matutini p). Alioquin & sacræ scripturæ contrariarentur, asserenti q) simpliciter, *temporibus Hiskiæ lucernas a Majoribus suis fuisse extinctas;* atque rei veritati, quoties enim vel calamitate vel malitia Regum omnis cessavit cultus templi, & sic quoque lucernarum? Samueli Deus apparuisse dicitur, 1. Sam. III, 3. Nocte, *antequam*, mane facto, *lucerna Dei extingueretur.* Quod circa candelabrum peragendum mandatur Exod. XXX, 7. circa suffitionem matutinam, indicatum voce

i) Conf. Disp. 1. cap. 2. §. 5. p. 33. k) tit. Tamid cap. 3. §. 9. & cap. 6. §. 1. l) cap 6 § 1. fin. m) hilc. Tmidin Umusaphin. cap. 3. §. 13. n) Animadversionibus ad Maimon. l. c. o) Lev. VI, 2. 5. 6. p) Vid. R. David Kimchi ad 1. Sam. III, 3. q) 2. Chron. XXIX, 7.

voce בהיטיבו, opponitur clare v. 8. *accensioni*; & sic nil aliud notare potest, quam ardentis antea *reparationem*: quæ si illa adhuc arderet, institui non poterat, priusquam ea extingueretur. Vox ipsa ad literam accepta nil aliud sonat, quam iterum *bonam* h. e. *puram, mundam facere* a sorde, quam, dum arderet, contraxerat. Ubi ex instituto Deus cultum circa Candelabrum peragendum præcipit r), accendere lucernas tantummodo jubet מערב עד בקר *a vespera ad tempus usque matutinum*: non מערב עד ערב עד בקר ומבקר vel מערב/ עד ערב *ab una vespera ad alteram*, aut sicut *a vespera ad tempus matutinum*, ita amplius *a matutino ad vespertinum*. Vocabulum תמיד ibi occurrens non continuationem denotat absque ulla interruptione, sed, ut *Raschi* exponit, atque *R. Aben Esra*, כל לילה ולילה *unaquaque nocte*.

§. XIX. Non minus infirmo consistunt talo, quæ de iterata atque distincta opera circa lucernas tradunt *Traditionarii*. In Scriptura nullum ejus invenio vestigium. Idiotismum linguæ non intelligit aut dissimulat *R. Johanan*, s) a de *Bartenura* approbatus t), quando vocem בבקר Exod. XXX, 7. repetitam ad hoc probandum trahit non sine detorsione: Cum usitato linguæ genio *distributionem* denotet *ad unumquodque tempus matutinum*. Quam alter [sc. *Risch Lakisch* u)] adducit rationem, frivola est, nec opus habet refutatione, refutatam tamen qui desiderat, videat *Glossam* l. 17. 16. 15. fin. ad *Joma* fol. 33. b. l. 23. Sic dubia etiam sunt quæ de *Ordine* dicuntur, prolixissime examinata in *Gemara* Babyl. tituli *Joma* w). Inter quæ ea quatantenus non displicent, quæ sub nomine *Abaj* proponuntur x), *reparationem lucernarum* ante *suffitionem* collocantia, quia Exod. XXX, 7. dicitur: בהיטיבו את הנרות יקטירנה. Utut enim cum Talmudico isto non agerem positum verborum, quod *reparatio lucernarum* prius recenseatur, quam *Suffitio*; Significatio literæ ב infinitivis præpositæ, qua *postquam* denotat y), tam trita est, ut iniquum sit de ea dubitare. Cum *antequam* non significet, nisi rarissime. Sed satis de his, progrediemur ad alia.

§. XX. Pontifice hæc quæ dicta sunt in templo peragente, interea temporis Sacerdotum, qui sorte ad id electi, in domo mactatoria, alius agnum excoriatum in sua dissecaverat membra, quæ alii in *Clivum* Aræ, eo ordine, quem sors cuiquam assignaverat, detulerant, a medio ejus atque inferius in latere occidentali collocantes, atque Sale ibi inspergentes z). Quo etiam *Similam*,

 sale

r) Exod. XXVII, 20. 21. Lev. XXIV, 2. 3. s) tit. Joma fol. 33. b. l. 23. t) Comment. ad Tamid. cap. 3. §. 9 fol. 159. a. l. 5. fin. Edit. Venet. u) Joma fol. 33. b. l. 21. conf. Maim. Comment. ad tit. Tamid c. 3. §. 9. it. in hilc. Tmidin Umusaphin c. 3. §. 16. w) cap. 1. fol. 14. b. it. cap. 3. fol. 33. a. b. seqq. x) l. c. fol. 33. a. l. 9. 10. b. l. 32. seqq. y) vide supra c. 3. §. 12. z) Maimon. hilc. Tmidin Umusaphim c. 6. §. 3. coll. cap. 4 §. 6. Vid. tit. Joma c. 2. §. 3.

ſale conſperſam a), *Frixa*, atque *Vinum* libaminis collocaverant *. Ritum in excoriatione Victimæ, membrorum ejus profectione, atque electione per ſortem cujuslibet Sacerdotis ad hæc vel iſta membra victimæ deferenda obſervatum, prolixiſſime deſcriptum vide in Codice *Tamid* b), atque apud *Maimonidem* c). Quem, quia non ſpectat ad munia ab ipſo Pontifice peragenda, jure meritoque hic prætereo. At quantum *Simila* atque *Vini*, quæ conjunctim ſumta נסכים *Libamina* vocantur d), adhibitum fuerit, claris verbis expreſſum eſt Exod. XXIX, 40. Num. XXVIII, 5. 7. ſcil. ibi *decima Ephæ, quarta Hin olei contuſi permixta*; Hic vero in Vino *quarta Hin* e): quæ menſura 12. continet *Logos* f). *Frixorum* menſura Lev. VI, 13. declarata, ſimiliter eſt *decima Ephæ* Similaginis; cujus tantum dimidium tempore matutino offerebatur, altero dimidiato ad juge veſpertinum reſervato, quæ omnia ſunto ex ſumtibus Pontificis. Quomodo in Sartagine frigantur, & quid amplius circa ea veniat obſervandum, prolixe deſcribit *Maimonides* g) e tit. *Menachoth* h); ubi cui placet, integrum eſt legere.

§. XXI. His ita peractis, atque aliis electis, qui membra victimæ diſſecta a medio *Clivi*, ubi conſtituta erant, amplius attollerent ad altare ipſum i): „*Pontifex M. e* templo reverſus omnia DEO offert ככל סדר התמיד של כל „יום *penitus*, ut *Maimon* k) aſſerit, *ſecundum ordinem Sacrificii jugis cujuslibet* „*Diei*. Scil. ut alibi l) idem ſtatuit, approbante, in hoc etiam die, *Miſchna* Cod. „*Joma* m), primum *membra diſſecta*, deinceps *Similam libaminum*, ac porro *Frixa*, „tandemque *Vinum libaminis*. Ad ritum illuſtrandum faciunt modumque ipſum diſtinctius cognoſcendum, quæ *Maim.* n) e tit. *Tamid* o) proponit verbis ſequentibus: בזמן שרוצה כהן גדול להקריב היה אולה בכבש והסגן מימינו הגיע למחצית הכבש אחז הסגן בימינו והעלהו והושיט לו הכהן שהוא מוליך את ראש העולה האיברים שבידו וסומך עליהן וזורקן לאש וכך היו מושיטין לו שאר האברים כל אחד ואחד נותן האברים שבידו לראשון והראשון נותן לכהן גדול והוא סומך וזורק לאש ואין שם סמיכה על האברים אלא לכהן גדול בלבד מפני כבודו אבל כל הסמיכות על בעלי חיים הם i. e. „Quo tempore vult (*quod in* „*hoc die velit, neceſſe eſt*) Pontifex M. offerre ſacrificia, per Clivum *medium* p) aſcen.

a) Maimon. hilc. Maaſe Korbanoth, cap. 2. §. 1. *) Maim. l. c. cap. 6. §. 16. b) cap. 4. a. § 2. ad fin. capitis. c) hilc. Tmidin Umuſaphin cap. 4. §. 6. &c. cap. 6. §. 5. ſeqq. d) Maimon. hilc. Maaſe Korbanoth, c. 2. §. 1. e) Conf. Maim. l. c. §. 4. f) Maim. l. c. §. 7. g) hilc. Tmidin Umuſaphin, cap. 3 §. 18. ſqq. h) cap. 4. fol. 50. b. i) Miſchna 4. cap. 2. tit. Joma fol. 26. a. in fin. k) hilc. Abod. Jom haccipp. cap. 4. §. 1. l) hilc. Tmidin Umuſ. cap. 3. §. 5. m) 4. cap. 3. fol 31. b. l. 11. 12. n) hilc. Cele hammikd c. 5. § 13. 14 o) cap. 7. §. 3. p) vid. Joma, c. 4. §. 5. coll. de Bartenura in eum loc.

„aſcendit, dexterum latus Ei claudente Vicario. Cum ad medium Clivi perveneſſet, Vicarius dextera ejus apprehenſa, in aſcendendo ſuſtentat eum amplius. Ubi Sacerdos iſte, qui caput holocauſti attulerat, porrigit Ipſi Membra, quæ manu tenet. Quibus ad ampliationem honoris ſui manus imponit (utut alioquin omnis manuum Impoſitio q) fiat beſtiis adhuc viventibus), atque in ignem ea projicit. Reliqua autem membra ita ipſi porrigebant, ut unusquisque ipſorum ea quæ manu tenebat, huic Primo traderet,„ qui reliquis ordine decedentibus, ideo in loco ſuo ſubſiſtens r), *Ea amplius porrigebat Pontifici; & hic, manibus illis impoſitis, projiciebat in ignem.* „Quo facto, in igne, quantum fieri potuit, ita ea diſpoſuit, ut quem quodque in viva pecude ſitum habuit, eundem quoque in Ara obtineret s)

§. XXII. „*Vinum libaminis* in ignem non effunditur t); ſed in *Simpullum* „*Orientale*, quorum duo poſita erant penes cornu„ Aræ Notozephyrinum, vicina ſibi invicem, ita excavata, ut humidum illis infuſum per foramina, quæ habebat, ad fundamentum usque Altaris deſcenderet u). Quæ circa ejus oblationem ſecundum morem receptum perficiendam Ebræi annotant, verbis proponam *R. Obad. de Bartenura* w), quibus inquit: בא לי להקיף את המזבח כ"ג שהיה בראש הכבש שהוא בדרום מקיף דרך ימין דכל פינות שאתה פונה לא יהו אלא דרך ימין, לכך היה הולך למזרחית דרומות ומשם לצפונית מזרחית עד שמגיע למערבית דרומית מקום הנקבים שהיין והמים שמנסכים יורדים בהן ומשם הולכים לשתין שהן היסודות ושם עוכר כהן אחר ומושיט לו היין לנכסים אבל כ"ג לא היה נושא היין עמו שמא יתקלקל היין בעשן המערכה כשמקיף את המזבח וכו' i. e. „Pontifex M. in vertice Clivi, qui ad Meridiem Altaris, conſtitutus, Aram circuiturus, ad dexteram declinat, (quo uſitate te convertere ſoles) x) tendens ad *angulum* Euroauſtralem, a quo ad Euroborealem, donec perveneſſet ad Zephyroauſtralem, ad locum duorum foraminum y) (per quæ Vinum ac Aqua, quæ libant, deſcendunt. atque hinc decurrunt ad Schitthin ſeu fundamenta) z). Ubi ſtat Sacerdos quidam, qui porrigit ipſi Vinum ad libamina. Neutiquam enim Pontifex ſecum de-

 por-

q) qua de vid. Rambam hilc. Maaſe Korbanoth, cap. 3. §. 6. usque ad 14. r) Vid. Tamid, l. c. coll. ad eum de Bartenura. s) vid. Maimon. hilc. Maaſe Korban. cap. 6 §. 4. t) Maimon. l. c. cap. 2. §. 1. u) vid. tit. Succa cap. 4. §. 9. w) Comm. ad tit. Tamid. cap. 7. §. 3. fol. 161. b. x) Vid. Gemara tit. Joma cap. 4. fol. 45. a. l. 10. 11. y) Vid. tit. Middoth cap. 3. §. 2. z). Vid. tit. Meilæ cap. 3 § 3. coll. in eum Rambam, ac Bartenura; itemque in tit. Succa, cap. 4. § 9. fol. 130. b.

„deportat Vinum illud; ne, dum altare circuit, fumo Pyræ Vinum corrumpatur„. Cum jam in eo eſt, ut Vinum in Simpullum iſtud infundat, *Sagan* cornu illi aſſiſtens ſignum fertur dediſſe Sudario: ut quid nunc acturus ſit Pontifex, innoteſcat reliquis a),

§. XXIII. „Integro cultu circa *Sacrificium Juge* matutinum h. m. conſum-„mato, perficit deinceps Pontifex *quadam ex* Sacrificiis *Supererogatoriis*. Et „hoc quidem temporis articulo offert JUVENCUM ac VII. AGNOS, ſingulos „*Holocauſta* b). Unde Aſperſio Sanguinis, atque combuſtio partium cum ſuperiori Holocauſto coincidit. In Libaminibus vero id modo a priori recedit, quod ad Juvencum *Tres decimæ Similaginis* requirantur, *dimidio Hin olei contuſi permiſtæ*, *Vinique Hin dimidium*, Num. XV, 9. c). Quod ad Partes Juvenci deferendas e loco Poparum ad altare, earumque Libamina, plures requirantur perſonæ, quam ſi holocauſtum ex Agno conſtiterit, neſcio an ſit hujus loci, multa de eo diſſerere. Cui ad palatum hæc ſunt, adeat *Maimonidem* d) e tit. *Joma* e). Quæ a Pontifice ipſo erant peragenda, hactenus eo usque producta erant, ut ſine mora nunc aggrederetur victimas huic Diei proprias; niſi ſi quando *Expiationis dies* in *Sabbathum* incideret. Quo caſu antea *duo Agni* in honorem Sabbathi *Supererogatoria* f) ab ipſo ſunt offerendi, cum ſuis libaminibus. De quibus, quia extrordinarii ſunt, ac de cætero leges Holocauſti ſupra memorati ſequuntur, nil attinet h. l. monere amplius.

„ §. XXIV. *In cultu diei Expiationis appropriato*, quem Pontifex *Albis* indu-„tus *veſtibus* peragat, primo loco recenſent *Confeſſionem*, manibus in Juvencum „ſuum impoſitis, pro ſe ſuaque familia edendam. Deinde *Sortitionem* „in utrumque Hircum, ac ea peracta commodam cujusque ff) conſtitutio-„nem, alligato etiam Emiſſario panni fruſto in formam linguæ cocco tincti. „Ac tum *Reditum ad Juvencum* iteratum, ob *Confeſſionem* pro fratribus ſuis Sa-„cerdotibus in eum edendam. Ac tandem ipſam ejus *Mactationem*. De qui-„bus ſingulis ita *Maimonides* g): ובא לו אצל פרו ופרו היה עומד בין האולם ולמזבח ראשו לדרום ופניו למערב והכהן עומד במזרח ופניו למערב וסומך שתי ידיו על ראש הפר ומתודה וכן היה אומר אנא השם חטאתי עויתי פשעתי לפניך אני וביתי אנא השם כפר נא להשאים

a) Vid. tit. Tamid cap. 7. §. 3. Succa cap. 4. §. 9. coll. ad utrumque R. Obad. de Bartenura. b) Maimon. hilc. Abodath Jom haccipp. cap. 4. §. 1. coll. cap. 1. §. 1. Abarbanel fol. 249. col. 2. l. 12. ſeqq. c) conf. Num. XXIIX, 12. 20. 28. cap. XXIX, 3. 9. 14. Maimon. hilc. Maaſe Korbanoth cap 2. §. 4. d) hilc. Maaſe Korb. cap. 6. §. 16. ſeqq. e) cap. 2. §. 7. f) Num. XXIIX, 9. Conf. Maim. hilc. Tmidin Umuſaph. c. 4. § 9. Abarb. l. c. l. 13. ff) ſecundum Abarbanelem l. c. fol. 249. col. 2. l. 55. g) hilc. Abod. Jom. haccipp. cap. 4. §. 1.

לחטאים ולעונות ולפשעים שחטאתי ושעויתי ושפשעתי לפניך
אני וביתי ככתוב בתורת משה עבדך לאמר כי ביום הזה
יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאותיכם לפני ה' תטהרו:
ואחר כך מגריל על שני השעירים וקושר לשון של זהורית
בראש המשתלח ומעמידו כנגד בית שלוחו ולנשחט כנגד בית
שחישתו ובא לו אצל פרו שנייה וסומך שתי ידיו על
ראשו ומתודה וידוי שני וכך הוא אומר אנא השם חטאתי
עויתי פשעתי לפניך אני וביתי ובני אהרן עם קדושיך אנא השם
כפר נא לחטאים ולעוות ולפשעים שחוטאתי ושעויתי ושפשעתי
לפניך אני וביתי ובני אהרן עם קדושיך ככתוב בתורת משה
עבדך כי ביום הזה וכו' ואחר כך שוחט את הפר וכו'

„i. e. Postea accedit ad Juvencum ſuum, conſtitutum ad angulum Altaris Bo„reozephyrinum h), in eo ſpatio quod Propylæum inter atque Altare, capite „ad Meridiem, facie vero verſus Occidentem verſa. Ipſe Pontifex autem in „Oriente conſiſtit, facie ad Occidentem proſpiciente, atque utraque manu ſua „capiti Juvenci impoſita, confitetur, inquiens: Obſecro Domine! peccavi, „inique egi, prævaricatus ſum coram Te ego ac domus mea: Obſecro Domi„ne! expia quæſo peccata ac iniquitates & prævaricationes, quæ peccavi, & ini„que egi, ac prævaricatus ſum coram te Ego ac Domus mea. Scriptum enim „eſt in lege Moſis Servi tui, dicendo i): quia hoc ipſo die Expiationem recipiet „de vobis, purificando vos ab omnibus peccatis veſtris, coram Domino puri „eritis. Quo peracto, (*ad Orientem Atrii ſe confert, in Septentrionem Aræ, ſtipatus „a dexteris Vicario, a ſiniſtris vero Anteſignano Ephemeriat* k), *ubi duo Hirci erant*), „in quos ſortes projicit, ac linguam ligat coccineam in caput Emiſſarii, ad lo„cum e quo emittitur (*Portam ſc. Orientalem*) l) conſtituti; Mactando vero „ſi ita ad mentem *Gemaræ* m), Rabbenu Aſcher n), *ac* Bartenuræ o) *vertere licet*) „ad Gulam ſuam, locum quo jugulatur p). Deinceps revertitur ad Juvencum „ſuum, & impoſitis ejus capiti duabus manibus ſuis, confitetur Confeſſionem „ſecundam, atque ita inquit: Obſecro Domine! Peccavi, inique egi, Præva„ricatus ſum coram te, Ego ac Domus mea, & FILII AARONIS POPULUS „SANCTORUM TUORUM. Obſecro Domine! expia quæſo peccata, ac „iniquitates, & prævaricationes; quæ peccavi, & inique egi, & prævaricatus

 ſum

h) vid. Rabbenu Aſcher, tit. Joma, fol. 91. col. 4. l. 5. i) Lev. XVI, 30. k) hæc ex Miſchna 9. cap. 3. tit. Joma. l) vid. Rabbenu Aſcher ad tit. Joma, fol. 91. col. 4. l. 23. fin. m) tit. Joma fol. 41. b. l. 18. ſqq. n) l. c. l. 22. fin. o) Comment. ad Miſchnam, tit. Joma, cap. 4. §. 2. fol. 134. a. l. 3. p) Conf. Gloſſa l. 11. ad tit. Menachoth. fol. 93. pag. b.

„ſum coram te, Ego ac Domus mea,& filii Aaronis populus ſanctorum tuorum, „ſcriptum enim eſt in lege Moſis Servi tui, dicendo q): quia hoc ipſo die &c. „Quo peracto, mactat Juvencum ſuum &c.

§ XXV. *Juvencus* hic dicitur *Pontificis*, non tam quod ipſius erat expiatio, quam quod proprio ære eum neceſſe habebat acquirere. De eo ita *Moſes Ægyptius* r): פר יום הכפורים אעפ שכ״ג קונה אותו משלו שנ פר החטאת אשר לו המקום הפקיר ממונו בו לכל אחיו הכהנים שאילו לא היה להן בו שותפות לא היו מתכפרין בו לפיכך אם מת כ״ג קודם שישחט הפר הכהן שעומד תחתיו אינו מביא פר אחר אלא שוחט את של ראשון וכו׳ „i.e. Quanquam Juvencum diei Expiationis Pontifex de ſuo emat, „ſicut dicitur s): Juvencus piacularis qui ſuus eſt. In eo Deus opes ejus „publicas quaſi facit omnibus Sacerdotibus, ipſius fratribus. Si enim nulla „ipſis in eo participatio, non expiarentur per eum. Propterea, defuncto Pon-„tifice M. antequam Juvencum iſtum mactat, Sacerdos in iſtius locum ſurro-„gatus non offert Juvencum alium, ſed mactat Prioris &c. Cur præciſe Juvencus ſit aſſumtus, victimis piacularibus alioquin e fæmellis exiſtentibus, neque de armento t); examinatum vide ab *Abarbanele* u); ſi ſalivam tibi movet.

§. XXVI. Vicibus vero duabus diſtinctis, diſtinctas (ob *addidamentum* aliquod in ſecunda ſuperadditum) in *Juvencum* effatur confeſſiones; quia parum efficacem exiſtimarunt interceſſionem, factam a perſona exoſa ei apud quem intercedit pro altero: niſi, ea antea a peccatis ſuis mundata, Jam in gratiam fuerit recepta, צריך שיבוא זכאו ויכפר על החיב i. e. *Neceſſarium erat*, inquit Rabbenu Aſcher w), *ut purus ſit, qui in ſe ſuſcipit, expiare pro reo.* Quod ipſum *Gemariſtis* quoque in mente fuit, quando in Cod. *Joma* x) inquiunt: מאי שנא בוידוי ראשון דלא אמר ובני אהרן עם קדשך ומאי שנא בוידוי שני דאמר ובני אהרן עם קדשך תנא דבי רבי ישמעאל כך היא מידת הדין נותנה סוט״ב יבא זכאי ויכפר על החייב ואל יבא ויכפר על החייב׳ i. e. Quæ cauſa eſt variationis, quod *Pontifex* in Confeſ-„ſione prima *ſuper Juvencum habenda* hæc verba: & FILII AARONIS POPU-„LUS TUUS SANCTUS, omittat, quæ in altera confeſſione addidit? talis „circumfertur traditio Scholæ R. Iſmaelis: Menſura æquitatis ſudpeditat, bonum

q) Lev. XVI, 30. r) hilc. Abod. Jom haccipp. cap. 5. §. 13. s) Lev. XVI, 11. t) vid. Maimon. hilc. Maaſe Korbanoth. c. 1. §. 15. u) Comment. in h. l. fol. 251. col. 2. l. 23. ſqq. w) ad tit. Joma fol. 91. col. 4. lin. 19. fin. x) cap. 4. §. 2. fol. 43. b. l. 13. ſqq.

„tum esse, ut purificatus veniat, expiatum pro reo; non vero pro reo expiet, „qui ipse reus sit.

§. XXVII. *Hircos* illos *duos* populi sumtibus acquisitos, quod attinet, monent de illis uno ore Ebræi, לכתחלה *re integra* omnino æquum fuisse, ut *æquales* sibi invicem eligerentur, *colore* pariter, ac *statura*, itemque *pretio*, atque *tempore* separationis. Quæ æqualitas pretii ac staturæ ideo non inconvenienter acceptata præsumitur, quod sorte jubentur dirimi: Cum alioquin probabile videatur, absque sortione optimum fuisse electum, qui Deo mactaretur y) in altari, & cujus sanguis inferatur in Sanctissimum. Concedunt tamen, quod בדיעבד si hæc minus observata sint, vel observari potuerint, cultus circa eos exinde non reddatur illegitimus. Ita *Maimonides* z), e Codice *Joma* a): שני שעירי יום הכפורים מצותן שיהיו שוין במראה ובקימה ובדמים ולקיחתן באחרת אע״פ שאינן שוין כשרין / לקח אחד מהם היום ואחר למחר כשרים / מת אחד מהם אם עד שלא הגריל מת יקח זוג לשני ואם משהגריל מת יביא שנים ויגריל עליהן בתחלה ויראה או זהו שמת אם היה של שם אומר זה שעלה עליו הגורל לשם יתקיים תחתיו ואם היה המת של עזאזל יאמר זה שעלה עליו הגורל לעזאזל יתקיים תחתיו / והשני מן השנים שהגריל עליהן בסוף ירעה עד שיפול בו מום וימכר ויפלו דמיו לנדבה שאין חטאת הצבור מתה / i.e. Præceptum *a Majoribus* est, ut duo Hirci diei Expiationis sibi sint æqua„les colore, statura, & pretio, atque ut simul recipiantur. Legitimi tamen haben„tur, utut æquales non sint. Sic illegitimi non fiunt, quamvis unus hodie ac„cipiatur, alter cras. Uno ipsorum mortuo, si antequam sors jacta fuerit, ex„tinctus sit, comparem capiat alteri: sed si sorte jam jacta mortuus sit, duos „alios adduci curet, de quibus sortietur de novo; bene observato eo, qui mor„tuus est. Si enim is fuerit, qui Deo, inquit: ille, in quem sors cum inscriptio„ne DOMINO ceciderit, substituatur loco istius. Eo autem mortuo, qui Asa„selis fuerat, dicat iste in quem sors ASASELI ceciderit, stet pro illo. Alter „vero ex duobus istis, in quos postremo loco facta sortitio, libero fruatur pa„scuo, donec macula aliqua inficiatur, & vendatur, pretio ejus ad munera vo„luntaria collato b); non enim moritur Piaculare Ecclesiæ totius.

§. XXVIII. Sortitionem ipsam quoad instrumenta, locum, modumque sufficienter e Cod. *Joma* c) descriptam invenimus apud *Maimonidem* d), verbis

y) Confer Bochart. Hieroz. Part. I. l. 2. c. 54. col. 655. l. 55. sqq. z) hilc. Abod. Jom hacipp. cap. 5. §. 14. 15. a) Cap. 6 §. 1. b) Conf. Sheringhamius tit. Joma p. 130. 131. c) cap. 3. §. 9. c. 4. §. 4. d) l. c. cap. 3 §. 1. 2. 3.

bis ſqq. שני הגורלות אחד כתיב עליו להשם ואחד כתיב לעזאזל והן
כשרין מכל דבר בין מן העץ בין מן האבן בין מן המתכת אבל לא
יהיה אחד גדול ואחד קטן אחד כסף ואחד זהב אלא שניהם שוין ׳
ושל עץ היו ובבית שני עשו אותם של זהב ומניחין שני רגורלות בכלי
אחד המחזיק שתי הודים כדי שיכנים שתי ידיו ולא יתכוין / וכלי
זה חול הוא ושל עץ היה וקלפי שמו / היכן מגריל במזרח העזרה
בצפון המזבח מניחין שם הקלפי ומעמידין שני השעירים פניהם
למערב ואחוריהם למזרח וכ״ג בא לשם והסגן מימינו וראש בית
אב משמאלו ושני השעירים לפניו אחד לימינו ואחד לשמאלו / טרף
בקלפי והעלת שני הגורלות בשתי ידיו לשם שני השעירים ופותח ידיו
אם של שם עלה בימינו הסגן אומר אישי כהן גדול הנכה ימינך ואם
בשמאל עלה ראש בית אב אומר לו אישי כהן גדול הגבה שמאלך / ונותן
שני הגורלות על שניהם של ימין על ימין ושל שמאל על של שמאל /

„i. e. Duæ ſortes, quarum uni inſcriptum erat DOMINO, alteri ASASELI „idoneæ ſunt e re quacunque, ſive ex ligno factæ fuerint, ſive ex lapide aut „metallo: modo non ſit una major altera, vel una argentea, aurea altera; ſed „ambæ æquales, ligneæ *olim* erant, at in templo ſecundo fecerunt argenteas. „Has duas ſortes in vas unum congerunt; quod *arcte* e) duas comprehendat „manus, ut utramque manum ſuam illuc poſſit immittere, neque animadver- „tere, (quænam ſors nomen Dei habeat inſcriptum, & quænam Aſaſelis). Vas „ipſum vero profanum eſt, e ligno conſtans, κάλπη f) ſeu Urna dictum. Quo- „modo ſortitur? Urna iſta in plaga Orientali Atrii, ad ſeptentrionem Altaris, „collocata, conſtitutisque duobus Hircis facie ſua ad Occidentem, poſteriori- „bus vero ad Orientem verſis; accedit illuc Pontifex, Vicario a Dexteris ſuis, „& Principe Ephemerias a Siniſtris ſtipatus: ita ut oppoſitos ſibi habeat duos „iſtos hircos, alterum e regione dexteræ ſuæ, & alterum adverſus ſiniſtram. „Sortibus in urna huc illuc agitatis, utramque producit exinde ambabus ma- „nibus ſuis in gratiam hircorum duorum, manusque aperit. Si ſors cui DO- „MINO inſcriptum erat, dextera *Pontificis* aſcendiſſet, Sagan alloquebatur „ipſum: Domine mi! Pontifex M. extolle dexteram tuam, quod ſi ſiniſtra, „Princeps Ephemerias dicebat ei: Domine Pontifex! attolle in altum ſiniſtram tuam.

e) vid. Gemaram Babyl. tit. Joma, c. 4. fol. 39. a. l. 18. f) Confer. Dn. Friſchmuthius Diſ- putat. 1. de Hirco Emiſſario cap. 1, §. 1. Scheringham. Joma p. 69. Bochart, l. c. col. 956. l. 14. ſqq.

„tuam. Quo facto duas istas sortes duobus imponit Hircis, dexteræ quidem, „Hirco dextræ suæ opposito; sinistræ vero, qui eidem e regione erat.

§. XXIX. Quale Divini favoris signum fingant *Gemaristæ* g), in sortitione ista ipsis accidisse totis 40 annis, quibus officio Pontificis functus *Simeon Justus*; forte scil. cui DOMINO inscriptum erat, constanter dextera Pontificis educta: ob veritatem ambiguam, & quod nil faciat ad *functiones* ipsas *Pontificis* declarandas, recensere hic supersedeo. Fabellam qui scire gestit, ex R. *Arama* allegatam refutatamque videat apud *Excell. Dn. Frischmuthium* h). Ubi i) plura quoque inveniet de particula illa coccinea ad linguæ formam facta, quam Hircis supra dixerunt fuisse alligatam. Id unicum adjicio a *Maimonide* k) allatum, *pondus panni* istius exsecti, quem capiti imposuerint Hirci Emissarii, *duorum* fuisse *Siclorum*, id quod e *Gemara* desumsit tit. *Joma* l).

„§. XXX. Sanguinem Juvenci jugulati non ilico ad locum debitum „aspersisse ajunt; sed quia inter ejus Mactationem Sanguinisque aspersionem in „Sacris m) recensetur *suffitus in Sancto sanctorum adoletio*, hanc prius perfecisse, „sanguine juvenci cuidam Sacerdotum tradito, qui interea temporis eum „continua agitatione misceat, ac a coagulatione servet immunem. Placet de hoc rursus audire *Maimonidem* n), e tit. *Joma* o) in h. m. loquentem:
מקבל את דמו של פר ונותנו לפי שחוצא מנרנדו שלא יקרש על הרובד הרביעי של היכל מבחוץ ונוטל את המחתה יחותה בה אש מעל המזבה מן הסמוך למערב שנ' מעל המזבח מלפני' ויורד ומניחה על הרובד שבעזרה, ומוציאין לו את הכף וכלי מלא קטורת דקה מן חדקה וחופן ממנה מלא חפניו לא מחוקות ולא גדושות אלא טפופות הגדיל לפי גודלו והקטן לפי קוטנו ונותן לתוך הכף, מפני כובד המחתה ועוד שהיא המה אינו יכול לסובלה בשמאלו עד הארון לפיכך נוטל המחתה בימינו וכף הקטורת בשמאלו ומהלך בהיכל עד שהוא מגיע לקדש הקדשים, מצא הפרוכת פרוסה נכנס לקדש הקדשים עד שהוא מגיע לארון, הגיע לארון נותן המחתה בין שני הברים, ובבית שני שלא היה ארון היה מניחה על אבן השתיה,
„i. e. Sanguinem Juvenci recipit *in cratere aureo* p), ac tradit cuidam, qui extus „q) in quarto Templi scamno agitet, ne coaguletur. Ipse vero accipit Thuri-

 bulum

g) tit. Joma, cap. 4. init. fol. 39. a. l. 9. sqq. a fin. h) l. c. §. 7. i) l. c. §. 4. sqq. quo cum conf. Buxt. Recens. Oper. Talmud. p. m. 218. sqq. Bochart. l. c. col. 656. l. 50. sqq. k) l. c. cap. 4. §. 1. l) cap. 4. fol. 41. b. l. 3. sqq. fin. fol. 42. init. m) Lev. XVI, 12. 13. n) hilc. Abod. jom haccipp. cap. 4. §. 1. o) c. 4. §. 3. fol. 43. b.

„bulum *allatum ſibi ab aliis* p), ac depromit eo ignem ab Altari *exteriori* q) ea „parte, quæ Occidenti erat vicinior; quia dicitur r): deſuper Altari coram „Domino. Deſcendens autem, collocat illud ſuper ſcamnum, quod in Atrio. „Præterea producunt quoque ad ipſum Acerram aliquam, & vas plenum ſuffi„menti ſemel utrumque contuſi: e quo plenos caput pugillos ſuos, non raſos, „nec accumulatos, ſed planos, quilibet pro capacitate ſtaturæ ſuæ u), eosq; acer„ræ iſti indit. Ob gravitatem Thuribuli, ejusque calorem, non poteſt id por„tare in ſiniſtra ſua ad Arcam usque: ideo accipit Thuribulum dextera ſua, & „Acerram Suffimenti ſiniſtra, atque progreditur per templum, donec perve„nerit ad Sanctum Sanctorum. In quod, Velo allevato, ingreditur ad Arcam „usque, quo ſi acceſſerit, ponit Thuribulum inter duos ejus Vectes: in tem„plo ſecundo vero, ubi non extitit Arca, id poſuit ſuper Lapidem iſtum fun„dationis w).

§. XXXI. Cujusmodi fuerit *Thuribulum*, quo hoc die in Sanctiſſimo uſi ſunt, ſupra x) jam fuit indicatum. Suffitus non alius fuit, quam quem adolent quotidie matutino pariter atque veſpertino tempore y): niſi quod tres iſtæ Minæ, de quibus pugillos ſuos plenos capit, in Mortario de novo comminuantur, veſpera diem Expiationis præcedente z). *Modus* ipſe ſuffitionis inter omnes Sanctuarii cultus cenſetur difficillimus a). Eſtque talis a *Maimonide* b) e tit. *Joma* c) deſcriptus: אותז שפרת הכף בראשי אצבעותיו או בשיניו ומערה הקטורת בגודלו לתוך חפניו עד שמחזירה למלוא חפניו כשהותה׳ וצובר את הקטורת על גבי הגחלים בידו לפנים במחתה כדי שתהיה הקטורת קרובה לארן רחוקה מפניו שלא יכוה „i.e. O„ram Acerræ arripit extremis digitis ſuis, aut *juxta alios* dentibus, & pollice ſuo „corradit ſuffitum intra pugillos ſuos, donec denuo eos impleat, quemadmo„dum foras fuerat, deinde Suffimentum ſupra prunas in cumulum coacervat „(*ut fumus, ejus duret longius*) manu ſua, ad partem Thuribuli anteriorem; ut „ſuffimentum ſit Arcæ vicinum, ab ipſo autem remotum, ut ne uratur d).

§. XXXII. Quod Aremata igne prius imponere non licuerit, quam cum jam

p) Vid. Abarbanel, l. c. fol. 249. col. 2. l. 29. ſqq. q) vid. Middoth, cap. 1. §. 5. L'Empereur, p. 30. 31. r) Lev. XVI, 12. u) vid Miſchn. 1. cap. 5. tit. Joma. w) de quo Vid. Diſp 1 cap. 2. §. ult. x) Diſp. 1. cap. 2 § 18. y) vid ſupra §. 13. z) Maimon. hilc. Cele hammikd. cap. 2 §. 3 Scheringh. l. c. p. 91. 92. ex Seder Maamadoth. a) Gemara Babyl. Cod. Joma, fol. 49. b. l. 57. quo de tn. dubitat Maimon, Comment. ad l. c. cap. 1. fol. 89. col. 1. l. 14. fin. b) hilc. Abod. Jom. haccipp. c. 4. §. 1. c) fol. 49. a. l. 1. ſeqq. d) vid. Cod. Tamid, cap. 6. §. 3.

jam in Sanctisſimum ipſum pervenerit,ſupra e) e *Talmudicis* fuit allegatum. Iis ſuper prunas jam coacervatis, vel juxta alios, quod & probabilius, diſperſis ac late diductis f), „tamdiu in Sanctisſimo Pontifex præſtolatus dicitur, donec „fumus velut denſa nube iſtum compleret locum. Quo facto, retroſum, egreſ-„ſus, facie ad Arcam continuo verſa, Et extra velum conſtitutus, brevem ad „Deum fudiſſe precationem. E tit. *Joma* f) ממתין שם עד שיתמלא הבית עשן ויצא והוא מהלך אחורנית מעט מעט פניו לקדש ואחוריו להיכל עד שיצא מן הפרוכת / ומתפלל שם בהיכל אחר שיצא תפלה קצרה. „Expectat ibi, *inquit* Maimonides g), donec impleatur domus iſta fu-„mo, & egreditur. Incedit vero retrorſum, ſenſim ſe ſubducendo, facie ad „Sanctisſimum, & tergo ad templum obverſis, donec e Velo ſit egreſſus. Ubi „erat in Templo, poſtquam egreſſus jam eſt, precationem brevem.

§. XXXIII. Precationis iſtius ſumma fuiſſe dicitur, pro æquali Anni temperamento, conſervatione imperii, ſecundatione negocii ſingulorum, ac idonea pluviarum irrigatione h). Formula ipſa talis exhibetur a *Maimonide* i): יהי רצון מלפניך ה׳ אלהינו שאם תהיה שנה זו שחונה תהיה גשומה ולא יסור שבט מבית יהודה ולא יהיו עמך בית ישראל צריכין לפרנסה ואל תכנס לפניך תפלת עוברי דרכים / „i. e. Complaceat Tibi Domine Deus noſter! ut anno incaleſcente, pluviis re-„frigeretur; neque removeatur, qui gerat Imperium, a Familia Judæ; nec „populus tuus, domus Iſrael, ſentiat penuriam victus; neque coram te ve-„niant preces iter facientium (*ſc. pro continua cœli ſerenitate*). Brevitati monent ideo ſtuduiſſe in hac precandi formula, ne, omnibus a Templo, in quo orabat, ex quo in Sanctisſimum fuerat ingreſſus, ſecedentibus, mora ſua ſuſpicionem præberet necis ſibi illatæ. Quia, ut vult *Maimonides* k) cum ſuis, הרבה כהנים גדולים היו מתים בקדש הקדשים אם לא היו ראויים או אם ישנה דבר במעשה הקטורת שלא תראה וכו׳ i. e. *Multi Pontifices extincti ſunt ad Sanctisſimum, ſi aut idonei non fuerunt, aut quicquam mutarunt in Suffitu, quod fieri non debebat.*



e) cap. 2. §. 19. c. 3. §. 17. 18. f) Joma fol. 49. b. l. 4. f) cap. 5. §. 1. circa fin. g) hilc. Abod. Jom Haccipp. c. 4. §. 1. h) vid. Rambam, Comment. ad Joma, cap. 5. §. 1. fol. 90. col. 2. l. 14. ſqq a fin. i) hilc. Abod. Jom Haccipp. cap. 4. §. 1. in fin. Gemaræ Bab. tit. Joma fol. 53. b. l. 14. ſqq. Vajikra Rabba, fol. 129. col. 3. poſt med. Edit. Venet. k) Comment. ad Miſch. 1. cap. 5. Cod. Joma.

„§. XXXIV. Peracto vero legitime suffimento, post preces has fusas reversum dicunt e Templo Pontificem ad eum, cui sanguinem Juvenci antea tradiderat, in quarto constitutum areolo. A quo Sanguinem repetitum intulerit „in *Sanctissimum*: quem *Octies* inter Vectes Arcæ aspserserit; eoque facto, exierit in templum, sanguinem Juvenci ibidem super columnam aliquam auream „collocato. Dum ipse interea ad locum Poparum egrederetur, ibique Hircum Piaculare populi mactaret; cujus Sanguinem in patera aurea susceptum „similiter in Sanctissimum intulerit, atque inter Vectes arcæ Octies sparserit; „reliquo, post egressum suum, in alteram templi columnam collocato m).

§. XXXV. Numerum hunc *Octonarium* eliciunt Judæi e verbis n): *Et de sanguine Juvenci sparget digito suo ad superficiem Propitiatorii versus Orientem, & ante Propitiatorium sparget septem vicibus de sanguine istius digito suo.* Cum præter Aspersiones *Septem* ante Propitiatorium faciendas, de *Aspergere* dixerit, nullo adjecto numero; id de unica exponunt aspersione, conjectura non improbabili o). Quomodo autem verba על פני & לפני *ad superficiem, & ante* Propitiatorium intelligant; cape e seqq. verbis *Maimonidis* p); rationem computandi, ac Aspersionis modum simul inculcantibus: מזה מדם שניהם ביום הזה שלש וארבעי הזיית ואלו הן מזה תחלה מדם הפר שמונה הזיית בקדש הקדשי בין בדי הארון קרוב לכפורת בטפח שנ' ולפני הכפורת יזה וגו' ומזה שם אחת למעלה ושבע למטה ספי השמועה למדו שזה שני שבע פעמים יזה יתר על הזיות ראשונה, ובך היה מונה אחת אחת ואחת אחת ושתים אחת ושלש אחת וארבע אחת וחמש אחת ושש אחת ושבע, ולמה מונה ככה שמא ישכח וימנה הזיית ראשונה מכלל השבע, ואחר כך מזה מדם השעיר בין בדי הארון שמונה אחת למעלה ושבע למטה ומונה כדרך שמונה בדם הפר, וחוזר ומזה בהיכל על הפרוכת מדם הפר שמונה אחת למעלה ושבע למטה שכן נאמר בדם הפר על הכפורת ולפני הכפורת ומונה כדרך שמונה בפנים, וחוזר ומזה מדם השעיר כן על הפרוכת שמונה הזיות:

m) Vid. Maimon. hilc. Abod. jom haccipp. cap. 4. §. 2. e tit. Joma, c. 5. §. 3. 4. Abarban. l. c. fol. 249. col. 2. l. 51. sqq. n) Lev. XVI, 14. o) vid. Maimon. Comment. ad Joma, c. 5. §. 3. p) Hilc. Abod. jom haccipp. cap. 3. §. 5. e tit. Joma, c. 5. §. 3. Gemara fol. 55. a. l. 1. sqq.

הזיות אחת למעלה ושבע למטה שני כדם השעיר ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר ומונה כדרך שמונה בפנים/ וכל אלו ההזיות אינו מתכוין כהן להזות לא למעלה ולא למטה אלא כמצליף/ i. e. „De ſanguine duorum iſtorum hoc die ſpargit Aſperſio- „nes 43 quæ tales: Initio ſpargit de ſanguine Juvenci 8. aſperſiones in Sancto „Sanctorum inter Veſtes Arcæ, circiter palmum a Propitiatorio; quia dici- „tur q): & ante Propitiatorium ſparget &c. Spargit autem illic ſemel ſurſum, „& ſepties deorſum. Per traditionem didicerunt, illud, quod l. c. dicitur: „ET SEPTEM VICIBUS SPARGAT, ita intelligendum eſſe, ut prima A- „ſperſio non connumeretur. Cæterum ita numerabat; ſemel, ſemel & ſemel, „ſemel & bis, ſemel & ter, ſemel & quater, ſemel & quinquies, ſemel & ſe- „xies, ſemel & ſepties. Atquare h. m. numerabat? ne forte ex oblivione a- „ſperſionem primam ſub numero ſeptem reliquarum comprehendat. Dein- „ceps conſpergit de ſanguine Hirci inter Veſtes Arcæ Octies; ſemel ſurſum, „& ſepties deorſum; & numerat eodem modo, quo numeraverat in ſanguine „Juvenci. Atque rurſus de ſanguine juvenci in Templo ſpargit ad Velum O- „ctics, ſemel ſurſum, atque ſepties deorſum, quia dictum eſt de ſanguine Ju- „venci r): ſuper Propitiatorium, & ante Propitiatorium. Et numerat ſimi- „liter quemadmodum intus numeraverat. Atque etiam rurſus de ſanguine „Hirci ſpargit h. m. ad Velum Octo aſperſiones; unam ſurſum, & 7. deorſum. „quia dicitur s) de ſanguine Hirci: & faciat ſanguini ejus quemadmodum fe- „cerat ſanguini Juvenci. Unde rurſus eodem modo numerat, quo numera- „verat intus. In omnibus autem conſperſionibus illis non intendit *ſanguinem* „ſpargere NEC SUPRA, NEC INFRA, „ h. e. t) nec ſuper culmen ipſum ſeu faſtigium Propitiatorii ſupremum, nec infra ejus medium, quia ad Propitiatorium ipſum, nil pervenit de ſanguine, ſed in terram decidit omne: *Verum ad modum flagellantis*, qui ab humeris incipit, ac magis magisque deſcendit inferius. q. d. proponit ſibi, ita 8. iſtas conſperſiones in terra delineare, ut una conſpiciatur ſub altera.

§. XXXVI. Nimirum על exponunt per *juxta*, *prope*; veriti forſan, ne, ſi in ipſam Propitiatorii ſuperficiem ſanguinem aſperſerit, progreſſu temporis elegans iſta ſtructura contaminaretur. Abſque cauſa prægnanti. Quantulum enim erat ſanguinis, quod unico digito aſpergi poterat? Dudum abſumi id potuit, antequam anno ſequenti recens ſuperadderetur. Sic valde titubat

 *Maimo-*

q) Lev. XVI, 14. 15. r) Lev. XVI, 14. s) l. c. v. 15. t) Ex Interpretatione R. Sal. Jarchi, ac R. Obad. de Bartenura, a tit. Joma, cap. 5. §. 3. cont. Gloſſa ad Gemaram cit. tit., fol. 55. a. init.

*Maimonides*, ac incerto incedit gradu, in explicatione לפני *ante* Propitiatorium. Quod enim vix traxerat ad conspersiones *in ipso Sanctissimo* deorsum faciendas, mox applicat ad eas probandas, quæ extra *Sanctissimum* in templo fiant, prope Velum, e regione saltem Expiatorii. Quod ipsum tamen *Maimonides* non fert acceptum *πατροπαραδόσει*. Aliter has probat Aspersiones exteriores *Gemara*, & ex eadem *R. Sal. Jarchi*, atque *R. Obad. de Bartenura*. Ita enim ibi u) legimus: תנו רבנן וכן יעשה לאהל מועד מה ת"ל כשם שמזה לפני לפנים כך מזה בהיכל מה לפני ולפנים אחת למעלה ושבע למטה מדם הפר כך מזה בהיכל וכשם שלפני לפנים אחת למעלה ושבע למטה מדם השעיר כך מזה בהיכל i.e. Totus Doctorum Senatus docuit, „quidnam innuunt verba ista x); ET SIC FACIET TENTORIO CONVENTUS? quemadmodum intus sparsit, sic quoque spargat extus in Templo. „Quomodo igitur intus? semel sursum, ac septies deorsum, e sanguine Juvenci; sic spargat quoque in Templo: & quemadmodum intus semel sursum „ac septies deorsum de sanguine Hirci; sic quoque spargat in Templo„. Atque hanc versus expositionem approbat quoque *Ab. Esra*, qui Traditionibus incertis alioquin nimium addictus non est. Id obiter observari potest, non velle Ebræos, ac si sanguis ad velum ipsum *de industria* aspersus fuerit; sed in locum aliquem ipsi vicinum. In cit. *Gemara* dicitur y): כשהוא מזה אינו מזה על הפרוכת אלא כנגד הפרוכת, כשהוא מזה לא היו נוגעין בפרוכת ואם נגעו נגעו, i.e. „quando aspergit, non fit super Velum ipsum, sed coram eo *Et mox* z), spargente Eo, sanguis ad ipsum Velum non attingit, nisi causa „fieret„ a).

§. XXXVII. Hactenus Aspersiones Sanguinis utriusque bestiæ, *Hirci*, atque *Juvenci* seorsim fusi. „Quibus peractis, quæ restant ad Aram thymiamatis faciendæ *Consperfiones Undecim*, sanguine utriusque bestiæ invicem com„mixto, dicunt, factas„ In quo quidem non male ad Scripturam provocare possunt, quæ verbis b), *& capiet de Sanguine Juvenci atque de Sanguine Hirci, & dabit* &c., haud obscure talem permixtionem innuit: cum nulla omnium Phrasium Ebræarum h. l. occurrat, quæ *distributionem* denotet, sed de utriusque sanguine conjunctim prædicetur *Positio* ad cornua Aræ, ejusque medium. *Modus* permiscendi sanguinem, supra c) traditus est; aspergendi vero talis refertur a *Maimonide* d), e tit. *Joma* e) desumtus: כשהוא נכנס עומד בין המזבח

u) tit. Joma, cap. 5. §. 4. fol. 56. b. l. 6. fin. x) Lev. XVI, 16. y) fol. 57. a. l. 8. 9. z) l. c. l. 14. 15. a) vid. Rabbenu Ascher ad l. c. fol. 92. col. 1. l. 26. sqq. b) Lev. XVI, 18. 19. c) cap. 3. §. 11. d) hilc. Maase Korbanoth, c. 5. §. 14. hilc. Abod. jom. haccippurim, cap. 4. §. 2. e) cap. 5. §. 5. 6.

המזבח למנורה והמזבח לפניו והוא מסבב והולך ומזה על הקרנות מבחוץ ומתחיל מקרן מזרחית צפונית לצפונית מערבית למערבית דרומית לדרומית מזרחית ועל כולן הוא נותן מלמטן למעלן חוץ מן האחרונה שהיתה לפניו שהוא נותן מלמעלן למטן כדי שלא יתלכלכו כליו / וחותה הגחלים והאפר שבמזבח הזהב הילך והילך עד שמגלה זהבו ומזה מדם התערובת על טהרו של מזבח שבע פעמים בצד הדרום במקום ששלמו מתנות קרנותיו ויוצא ושופך שירי הדם על יסוד מערבי של מזבח החיצון/ i. e. „Ingrediente Pontifice, ſtat inter Aram iſtam, atque Candelabrum, ita „ut Ara ipſis ſit oppoſita, quam circuit, abiens, ac ſpargens ad Cornua ab ex„teriori. Incipit enim a Cornu Euroboreali, tendens ad Boreozephyrinum, „& *ab hoc* ad zephyroauſtrale, donec in Auſtroorientali deſinat. Ad ſingula „autem apponit ab inferiori ſurſum dirigendo, excepto ultimo; cui cum ipſe „a fronte ſit, imponit a ſuperiori, deorſum deſcendendo: ne *ſanguine* ejus „conſpurcentur veſtes. Deinceps prunas atque cineres in altari iſto inaurato „exiſtentes tamdiu huc illuc disjicit, donec aurum ejus præbeatur conſpicuum; „quo apparente, ſpargit de ſanguine invicem permixto in locum mundum A„ræ Septies, in latere auſtrali, eo in loco, ubi aſperſiones in Cornua deſierant. „Atque peracto eo, egreditur, quod reliquum eſt ſanguinis, effundens ad fun„dum Occidentalem Altaris Exterioris.

§. XXXIIX. Singulas has Sanguinis conſperſiones tam neceſſarias Judæi judicant, ut, una ipſarum omiſſa, totum opus irritum cenſeant; nec delicta expiata, ni ad præſcriptum corrigatur. In Codice *Sebachim* f) dicitur: מתנה אחת מהם מעכבת *Una harum Aſperſionum impetit* (totum Expiationis opus). Alibi g) אם חסר אחת מן המתנות לא כפר לפיכך אם נתן כולן כתקנן ואחת שלא בתקנה פסול וכו׳ i. e. Si, „ex omnibus aſperſionibus, quæ ad Aram indi debent, una deficiat, nulla „eſt Expiatio. Propterea, ſi omnibus decenter ſparſis, Una ordinationem „non ſervet, *victima* eſt vitiata„. Quam anxie, ſi quod in ſanguine ſpargendo erratum fuerit, errorem ſtudeant corrigere, e tot caſibus facile eſt colligi, quos paſſim formarunt Talmudici, ſtrictim recenſitis a *Maimonide*, hilc. *Abod. Jom haccippurim* cap. 5. § 4. ad 13. usque.

„ §. XXXIX. Apoſtolus noſter de functionibus Pontificis Expiatoriis ſer„monem faciens, *ſolius ſanguinis* meminit, ut, propoſito ſuo inſervient, neceſ„ſitatem ſanguinis Chriſti fundendi, ejusque pretium inculcaret clarius. Quod „ſi enim אין כפרה אלא בדם *non datur Expiatio niſi per ſanguinem*, ut „paſſim *Talmudici* aſſerunt h), nec Sanctiſſimum adiri legitime potuit, niſi ſanguine

f) cap. 5. §. 1. g) cap. 4. *§.* 2. h) vid. tit. Menachoth, fol. 39. b. l. 16, 20. &c. conſentiens cum Ebr. IX, 22.

„sanguine jam fuso, qui illuc deinceps est illatus; eo autem legitime fuso atque „asperso, ex institutione ad minimum aditus patuit, totique populo inde facta „est reconciliatio. Et vero per Christum perfecta præstari debuit Reconcilia„tio; necesse omnino fuit, ut ejus profundatur sanguis, quo aditus in Cœlum „aperiatur. Nec etiam ulla pars sacrificii Piacularis tantæ est præstantiæ, quan„tæ sanguis, aut ad finem, quem Deus tali victimæ constituerat, magis apta. „Homo peccator scelere suo meruerat, ut a Deo exscinderetur. In ejus locum „succedit bestia immolanda. Cujus vitæ sedes cum in sanguine sit, Lev. XVII, „11. animæ vehiculo i); eo ad locum a Deo destinatum profuso, Supremo Ju„dici quasi offertur vita animaque peccatoris, in suo sc. Vicario: qua acceptata, „eo respectu nil amplius est in homine quod morte plectatur; alterius anima „pro sua jam tradita. Ad Christum locus nunc foret prolixe hæc applicandi, sed, ne cuiquam ansam præbeam conquerendi, quasi falcem in alienam messem immisissem, applicatione hac in aliud tempus locumque reservata, ad ea strictim recensenda me accingam, quæ, cultu in Sanctissimo peracto, amplius Pontifici eo die restabant peragenda.

§. XL. Sanguine Vitulino atque Hircino, post cultum in Sanctissimo atque Sancto circa ipsum præstitum, ad fundum Aræ exterioris effuso, unde in torrentem Kedron excurreret k); „Pontifex ad Hircum Emissarium rever„titur, &, utraque manu capiti ipsius imposita l), confitetur in ipsum totius „populi peccata, eumque per virum tempestive ad id præparatum dimittit, in „desertum abducendum.

§. XLI. Formula Confessionis a *Talmudicis* descripta cum præcedentibus in omnibus coincidit; nisi quod pro *se* suaque *familia*, aut *stirpe Aaronis* substituat *populum*, hunc in modum m): אנא השם חטאו ועוו ופשעו לפניך עמך בית ישראל אנא השם כפר נא לחטאים ולעונות ולפשעים שחטאו ושעוו ושפשעו לפניך עמך בית ישראל ככתוב בתורת משה עבדך כי ביום הזה יכפר עליכם וכו' i. e. Obsecro Domine! peccarunt „& inique egerunt, ac prævaricati sunt coram Te POPULUS TUUS DO„MUS ISRAEL: Obsecro Domine! Expia quæso peccata, ac iniquitates & „prævaricationes; quæ peccarunt, & inique egerunt, ac prævaricati sunt, co„ram Te POPULUS TUUS DOMUS ISRAEL. Scriptum enim est in lege „Mosis servi tui n): quia hoc ipso die Expiationem recipiet de vobis &c.„.

In

i) Conf. ad h. l. Abarbanel, fol. 254. col. 2. l. 20. sqq. col. 3. med. k) vid. tit. Joma cap. 5. §. 6. in fin. l) utut alioquin victimæ totius Ecclesiæ χειροθεσίαν non admitterent, Maim. hil. Maase Corbanoth, cap. 3. §. 10. e tit. Menachoth, cap. 9. §. 7. fol. 92. a. l. 3. sqq. m) Maim. hilc. Abod. jom haccipp. cap. 4. post med. e tit. Joma, cap. 6. §. 2. n) Lev. 16, 30.

In singulis Confessionibus *ter* occurrit Nomen *Domini*: quod monent Judæi o), hic efferendum fuisse secundum literas suas, quæ *Schem hamphorasch* exprimunt; quemadmodum etiam cum sortem Hirco imponit, inquiens: DOMINO *Piaculare*: ut adeo in universum hoc die *decies* pronuncietur, voce olim elata; adauctis vero latronibus, tam submissa, ut vix a Sacerdotibus adstantibus dignosci potuerit. Nihilominus omnes Sacerdotes atque Populus in Atrio stantes dicuntur a *Maimonide* p) e diversis locis tit. *Joma* q), quam primum animadverterint nomen Dei ex ore Pontificis prodiens, flexis genibus adorantes proni in faciem in hæc erupisse verba: ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד i. e. „Laudatus sit Dominus, Majestas Regni ejus sit in seculum seculi„. Idque ad imitationem Deut. XXXII, 3. quod reddunt: *cum Nomen Dei pronunciavero, attribuite vos Majestatem Deo nostro.*

§. XLII. Ratio manus Victimæ imponendi haud obscura fuit. Præterquam enim quod hoc ritu offerens quasi *manumittebat* bestiam, Deoque dicatam tradebat, suo, quod in ipsam habebat, juri renuncians: iram Dei h. m deprecabatur, *immittendam ad sui reconciliationem in caput hujus victimæ, quam suo loco posuit.* Sicut *Ægyptii*, *teste Herodoto* r): καταρέονται δὲ τάδε λέγοντες τῇσι κεφαλῇσι, εἴτε μέλλοι, ἢ σφίσι τοῖσι θύουσι, ἢ Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ κακὸν γενέσθαι, ἐς κεφαλὴν ταύτην τράπεσθαι. Victimarum *capita execrantur in hæc verba, ut si quid mali aut ipsis immolantibus, aut toti Ægypto immineat, id in hoc caput convertatur.* Hinc *bajulare* dicitur talis victima pœnam peccati ejus, in cujus surrogatur locum, Lev. XVI, 22. ut adeo optime *Dn. Frischmuthius* l. c. §. 9. *videtur fuisse ritus, ex quo intelligi debeat, translationem peccati vel reatus in illud subjectum, cui manus imponebatur, esse factam.* Propterea consuetam confitendi formulam finiunt verbis: זו כפרתי *hæc* Hostia *sit Expiatio mea*, q. d. sit hostia hæc meum in locum substituta, ut quod ipse malum merui, id in ejus caput recidat s). Id quod naturæ rei multo magis est consentaneum, quam, quæ a *Philone* hujus affertur Ratio t): τὰς δὲ ἐπιτιθεμένας τῇ τοῦ ζώου κεφαλῇ χεῖρας, δεῖγμα σαφέστατον εἶναι συμβέβηκε πράξεων ἀνυπαιτίων, καὶ βίου μηδὲν ἐπιφερομένου τῶν εἰς κατηγορίαν, ἀλλὰ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις καὶ θεσμοῖς συνᾴδοντος. quasi *manus capiti victimæ impositæ evidens sint indicium innocentiæ, vitæque sine culpa exactæ, juxta naturæ leges, & divina oracula.* Si omnis peccati essent expertes, quare adducerent sacrificia, quæ pro ipsis expiarunt? ubi non datur delictum, locum non invenit Expiatio.



o) Maim. hilc. Abod. jom Haccipp. cap. 2. §. 6. e tit. Kidduschin, cap. 4. fol. 71. a. l. 31. sqq. p) l. c. §. 7. q) cap. 3. §. 8. cap. 4. §. 2. cap. 6. §. 2. r) lib. 2. c. 39. vid. Cl. Bochart. Hieroz. Part. 1. cap. 54. col. 657. s) Vid. Guil. Outram, de Sacrificiis, l. 1. cap. 15. §. 10. p. 155. 159. t) De Animal. Idon. Sacrific. p. m. 648. in fin.

§. XLIII. Per quem abducitur Hircus in desertum, in Sacris *) vocatur איש עתי i. e. מזומן, vel *καίριος*, *ἔυκαιρος*. Quod *Vir* dicatur, factum esse utrumque *Talmud* u) annotat, להכשיר את הזר *ut etiam* EXTRANEUM *ad id muneris obeundum pronunciet legitimum.* Ubi cave per *Extraneum* intelligas Gentilem. *Laicus* indigitatur seu Israelita, in oppositione ad *Clericum* seu Sacerdotem. Talis enim est usus hujus vocis apud *Talmudicos*, potissimum, ubi agitur de sacris faciendis. איזהו זר כל שאינו מזרע אהרן הזכרים *Quinam est ille*, inquit *Maimon* x), *dictus* EXTRANEUS? *quicunque non est ex posteritate Aaronis mascula.* Et alibi y): כל מי שאינו כהן נקרא זר שנ' וזר לא יקרב אליכם והזר הקרב יומת i. e. „quicunque non est Sacerdos, „vocatur EXTRANEUS; quia dicitur z): Et extraneus non accedat ad Vos. „*item* a): Extraneus vero accedens morte afficietur„. Numquid credibile est, credidisse Ebræos munus tanti momenti Ethnico, & qui ipsorum religioni non fuerit addictus? Quid etiam opus habuisset Gentilis, ut post Hircum hunc abductum vestes suas totumque corpus lavaret, antequam in castra ingrederetur, sive *Levitarum* sive *Israelitarum* b)? prouti a DEO jussum est c). Cum qui legi obnoxius non est, juxta eam nec pollui possit, nec purificari. Sed quorsum occupatus sum in rationibus aliunde adducendis? *Mischna* d) se ipsam satis clare explicat, dummodo ad membra opposita attendas. מסרו למי שהיה מוליכו הכל כשרין להוליכו אלא שעשו הכהנים גדולים קבע ולא היו מניחים את ישראל להוליכו א״ר יוסי מעשה והוליכו ערסלא מצפורי וישראל היה, i. e. „Tradit eum (Hircum) cuidam, qui abduceret. „Omnes idonei sunt ad eum abducendum, *etiam Extranei;* nisi quod Pontifi„ces decretum fecerint, quo non permiserunt ISRAELITÆ *ex lege ad hoc* „*idoneo*, ut eum deduceret. R. Jose tamen asseruit, factum, ut Arsela Zip„porensis eum abduceret, qui fuit Israelita„. Historia hæc contraria fuit statuto Pontificum, conveniens vero cum primis *Mischnæ* verbis, quæ *Extraneum* admittunt. Cum itaque expresse *Israelitam* nominet, non *Gentilem;* quis inde non arguit? illum, non hunc per *Extraneum* esse intelligendum e).

§. XLIV. Hircum ipsum in desertum abductum, non comitabimur; sed quam primum e Templo egressus est, committemus eum *Maimonidi* f), *Mosi Kotzensi* g), ac R*abbenu Ascher* h): qui, quid cum eo actum sit amplius, e Cod.

(*) Lev. XVI, 21. u) tit. Joma, Babyl. fol. 66. a. l. It. Hierus. fol. 43. col. 3. l. 35. confer. Rambam, Comm. ad Mischn. 3. cap. 6. l. c. x) hilc. Biath hammikd. cap. 9. §. 1. y) Comment. ad tit. Sebachim, cap. 1. §. 1. ubi etiam conferatur R. Obad. de Bartenura. z) Num. XIIX, 4. a) Num. III, 10. 38. b) Conf. Disp. 1. cap. 2. § 3. p. 30. c) Lev. XVI, 26. d) 3. cap. 6. tit. Joma; in quam Gemara supra allegata erat conscripta. e) Conf. omnino Glossa Raschi, ad Mischnam cit. fol. 69. a. l. 9. a fine Glossæ. f) Hilc. Abod. Jom Haccippurim. cap. 3. §. 7. g) Hilc. Abod. Jom Haccippurim fol. 222. col. 2. l. 28. h) ad tit. Joma fol. 92. col. 2. l. 3. sqq. i) cap. 6. §. 4. 5. 6.

e Cod. *Joma* i), rationem reddent ſciſcitanti. Hos qui audire non poteſt, adeat *Dn. Friſchmuthium* k); ubi, quantum neceſſe eſt, abunde intelliget. „Ego „vero in Templo me continebo, reliquas quoque Pontificis Functiones co„gniturus. Revertebatur hic (ex mente Ebræorum), Hirco dimiſſo, in locum „Poparum, ad *Juvencum* atque *Hircum*, iſtos, quorum ſanguinem in Sanctis„ſimo aſperſerat; iisque in membra fisſis. *Ablegmina* ipſorum educit, atque „in Vas aliquod indit, ſuo tempore in Altari comburenda. Interea carnem „ipſorum reliquam proſecat in Segmenta, inter ſe invicem cohærentia, cate„næ, ſeu retis inſtar, quæ nondum abrumpit; ſed per alios educenda curat „in locum combuſtionis, ubi illi diſſecant ea in pellibus ſuis, atque combu„runt *). Ipſo, dum hæc aguntur, in Atrium Mulierum ſecedente, recita„tum Sectiones quasdam Biblicas.

§. XLV. Juvencus hic atque Hircus ad Victimas ſpectabant *Piaculares*: de quibus certa tantummodo membra in Ara Holocauſti comburebantur, אימורים Ebræis dicta, nobis *Ablegmina*; reliqua carne vel ſacerdotibus ad commedendum in Atrio tradita l), vel in loco convenienti combuſta. Quænam talia *Ablegmina* ſint, diſcimus e Lev. IV, 8. 9. 26. coll. cap. III, 3. 4. 14. 15. atque ex ſeqq. verbis *Maimonidis* m): אלו הן האימורין של שור או של עז החלב אשר על הקרב ובכללו חלב שעל גבי הקבה ושתי הכליות וחלב שעליהן עם החלב אשר על הכסלים ויותרת הכבד ונוטל מן הכבד מעט עם היותרת/ ואם היה הקרבן מן הכבשים מוסיף על אלו האליה תמימה עם החליות מן השדרה עד מקום הכליות שנאמר לעומת העצה יסירנה/ i. e. Hæc ſunt „in Bobus caprisque Ablegmina; Adeps inteſtina operiens, comprehenſa ſi„mul adipe Ventriculum tegente, item Ambo Renes, ac adeps illis obducta, „cum adipe Ilibus adhærente; atque Reticulum Jecoris, particula hujus cum „eo ſimul ablata. Quod ſi oblatio e Genere Agnorum fuerit, ſuperaddit his „Caudam integram, cum Articulis, a Spina dorſi usque ad renes: quia dictum „eſt n): adverſus ſpinam dorſi auferet eam.

§. XLVI. Locus in *quo* membra reliqua comburuntur, in Sacris o) fuiſſe dicitur *extra caſtra* hinc, Templo exſtructo, rejecerunt eum etiam extra Caſtra extima, quæ Israelitarum vocantur p), h. e. extra ipſa mœnia urbis Jeruſalem. Longius fuiſſe a templo remotum, vel ex hoc conjici poteſt, quod



k) l. c. §. 16. ſqq. (*) Maimon. hilc. Abod. Jom Haccippurim, c. 3. §. 7. in fin. cap. 4. circa fin. Moſes Kotzenſis l. c. fol. 222. col. 2. l. 10. a fin. Rabbenu Aſcher ad tit. Joma, fol. 92. col. 2. l. 15. ſqq. e Cod. Joma, cap. 6. §. 7. Gemara Bab. fol. 67. b. l. 29. ſqq. Abarbanel. l. c. l) vid. Maimon. hilc. Maaſe Korbanoth. cap. 7. §. 1. cap. 1. §. 16. m) l. c. cap. 1. §. 18. n) Lev. III, 9. o) Lev. XVI, 27. cap. III, 12. &c. q) Vid. Diſp. I. cap. 2. §. 3. p. 30.

*Maimon* q) e Cod. *Joma* r), asserit: הרואה כהן גדול כשהוא קורא אינו רואה פר ושעיר הנשרפין i. e. *Videns Pontificem in Scriptura legentem, combustionem Juvenci atque Hirci non potuit aspicere.* Idque, ut addit *Mischna* citata: לא מפני שאינו רשאי אלא שהיתה דרך רחוקה ומלאכת שניהן שוה כאחת i. e. *non quasi illicitum ipsi fuisset, sed quia intervallum erat longius dissitum, & utriusque opus peragebatur simul* s). Alias generatim triplex Ebræis statuitur Locus combustionis, quos *Maimon* t) describit verbis sqq. e tit. *Sebachim* u) desumtis: אחד בתוך העזרה ובו שורפין פסולי המוקדשין ואימורי קדשים קלים שנפסלו ופרים ושעירים של חטאות הנשרפות אם אירע בהם פסול בין לפני זריקה בין לאחר זריקה כגון שנטמאו או שיצאו חוץ לעזרה עד שלא הגיע זמנן לצאת או שלן הבשר או לנו האימורין שלהן והמקום השני בהר הבית ושמו בירה ובו שורפין חטאות הנשרפות אם אירע בהן פסול אחר צאתן מן העזרה והמקום השלישי חוץ לירושלים והוא הנקרא בית הדשן ושם שורפין חטאות הנשרפות בזמן שהן נשרפות כמצותן „Unus, *inquit*, est intra ipsum Atrium, in quo comburunt, quæ ex consecra„tis vitiata sunt: item Ablegmina Consecratorum levium vitiata: porro juven„cos atque Hircos Piaculares comburendos; si quidem vitium illis acciderit „ante sparsionem, vel post eam. v. g. cum polluuntur, aut extra Atrium pro„feruntur tempore egressus sui nondum instante: aut quando caro, vel Able„gmina per noctem duraverint. Alter locus est in monte, cui templum su„perstructum est, & vocatur בירה PYRA, in quo comburunt Piaculares com„burendas; si vitium illis acciderit, ex quo jam extra Atrium sunt abductæ. „Locus vero tertius est extra urbem Hierosolymam, ac communiter vocatur „DOMUS CINERIS. Ubi comburunt Victimas piaculares comburendas, „quando juribus circa eas legitime observatis, comburuntur.

§. XLVII. Lectionem ipsam cum Judæi a functionibus Pontificalibus eximant x), nec præcipiatur Lev. XVI, ubi longa serie cultus ab ipso præstandi recensentur; tempori etiam admodum dubio adjudicetur: Silentio eam præteribo, contentus Auditurum ad *Maimonidem* y) atque *Joma* z) ablegas„se, ubi & rem, & rei modum sufficienter percipiet. Finita lectione, Pon„tifex dicitur ea perfecisse Sacrificia, quæ ex *Supererogatoriis* hujus Diei supersunt,

q) hilc. Abod. Jom Haccipp. cap. 3 §. 8. r) Cap. 7 §. 2. s) vid. Mos. Kotzensis, fol 222. col. 3. l. 32. sqq. t) hilc. Maase Korbanoth. cap. 7. §. 3. 4. u) cap. 12. §. 5. seu ultimo. x) Maimon. hilc. Abod. Jom Haccippurim. c. 3. §. 9. y) l. c. cap. 3. § 10. 11. z) cap. 7. §. 1. conferatur Mos. Kotzensis, l. c. f. 222. col. 2. l. 3. fin.

„ſunt, *Hircum* nimirum Piacularem, extus conficiendum; item *Arietem* ſuum, „atque Arietem Populi, utrumque *Holocauſta*. Præterea incenſionem *Able-* „*gminum* Juvenci atque Hirci combuſtorum. Iisque omnibus abſolutis, obla- „tionem Sacrificii Jugis veſpertini a).

§. XLVIII. Quæ circa *Holocauſta* veniunt obſervanda, e ſupra dictis pateant; nec minus quæ *Hirci piacularis* ſint *Ablegmina*, in Ara, absque Libamine b) tamen, comburenda. Sanguinis vero de eo aſperſio diſcrepat ab ea quæ de Holocauſtis. Scriptura de *Piacularis* ſanguine jubet digito addi cornibus Altaris Holocauſtorum. Id quomodo Ebræi intellexerint, cognoſce e ſeqq. verbis *Maimonidis* c), e Cod. *Sebachim* d) compoſitis: כיצד הוא עושה כשלוקח הכהן הדם במזרק מוליכו אצל המזבח וטובל אצבעו הימנית הסמוכה לגודל בדם וסומך באצבעו הגדול מכאן ובגודל מכאן ומחטא ויורד כנגד חודה של קרן עד שיכלה כל הדם שבאצבעו/ וכן הוא עושה בכל קרן וקרן/ ואם נתן מסוף לקרן באמה אחת מכאן או מכאן כשר/ וצריך לטבול אצבעו על כל קרן וקרן וכשגומר הנתינה על הקרן מקנח אצבעו בשפת המזרק ואחר כך טובל פעם שנייה ששירי הדם שבאצבעו פסולין ליתן מהן על קרן אחרת/ וצריך שיהיה שם דם כדי טבילה לא שיספג אצבעו מדם/ ומנין הוא מתחיל עולה בכבש ופונה לימינו ומהלך על הסובב ונותן בקרן דרומית מזרחית תחלה ואחר כך בקרן השנייה הסמוכה לה שהיא מזרחית צפונית ואחר כך בקרן שלישית הסמוכה לה שהיא צפונית מערבית ואחר כך בקרן רביעית הסמוכה לה שהיא מערבית דרומית/ ועל יסוד אותה הקרן שהשלים בה מתנות הוא שופך שירי הדם שנ׳ ואת כל הדם ישפך אל יסוד מזבח העולה זה יסוד דרומי i. e. „Quomodo facit? Sacerdos ſanguinem in Patera acceptum defert ad Aram, „& intincto in ſanguinem digito ſuo dextero, qui pollici vicinus, fulcit *ſan-* „*guinem* e) ab altera parte digito ſuo medio f), ab altera autem pollice, atque „aſpergit g), ut deſcendat adverſus cuſpitem Cornu, donec omnis, qui in digito



a) Vid. Maimon. l. c. cap. 4. circa fin. Abarbanel, l. c. fol. 249. col. 3. l. 31. ſqq. R. Moſes Mikkotzi, l. c. col. 3. l. 37. ſqq. b) Vid. Maimon. hilc. Maaſe Korban. cap. 2. §. 2. 3. c) l. c. cap. 5. §. 7. 8. 9. 10. d) cap. 5. §. 3. fol. 53. a. e) Conf. omnino R. Joſeph Karo, in Ceſeph. Miſchne, ad Maimon. l. c. fol. 215. col. 3. l. 5. ſqq. f) In Gemara tit. Sebachim. cit. l. 17. dicitur parvo. g) Vid. Gloſſa Margin. l. 9. fin. ad Gemarum cit.

„gito suo, sanguis consumatur. Et sic se gerit in unoquoque Cornu: quod „si indiderit prope cornu in fossam aliquam, sive ab hac sive ab illa ejus plaga, „sufficienter expiavit. Necesse autem habet ad unumquodque cornu digi-„tum suum indigere. Peracta vero ad singula cornua aspersione, abstergit di-„gitum suum ad oram pateræ, ac deinceps demum digitum intingit vice se-„cunda; quod enim in digito suo sanguinis remanserat, ineptum est, ut de eo „indatur cornu alteri. Tantum vero adsit sanguinis, quantum intinctioni „sufficit, non spongiæ instar digitus sanguinem attrahat. At undenam ille „incipit? In clivum ascendens, ad texteram suam se convertit, & incedit per „Circuitum h) (*vel Retractionem Aræ*), ac indit cornu Austroorientali primum; „ac deinceps secundo, quod huic vicinum est, Euro-Boreali; tum tertio „huic vicino, sc. Boreo-Zephyrino; ac tandem cornu quarto, isti vicino, „Zephyro Australi: ad cujus cornu, in quo conspersiones perfecerat, fun-„dum profundit sanguinem residuum; quia dicitur i): & omnem sanguinem „profundat ad fundum Altaris holocausti, *h. e.* ad fundum meridionalem.

§. XLIX. Quæ, sacrificio Jugi vespertino oblato, amplius tradunt Ebræi *de Eductione Acerræ ac Thuribuli* e Sanctissimo, ita comparata sunt, ut non ausim certi quid determinare. Id certum est, textum Biblicum, qui a Judæis ad eductionem hanc probandam detorquetur, minime omnium eam adstruere; sed diversissimum quid, jam supra cap. 3. indicatum. Verum nec minus certum & illud est, quod *Thuribulum* in Sanctissimo non fuerit relictum, sed hoc ipso die ex eo rursus ablatum. Cæteroquin & dedecori fuisset loco, cineribus esse refertum; & necesse habuisset Pontifex, subsequente Anno, ad id repetendum in Sanctissimum se ingerere, contra omne Dei institutum: nisi dixeris, Vasa huic suffitioni inservientia, adfuisse dupla; ut uno quolibet Anno, suffitione peracta, secum ea auferret, quæ anno præterito remanserant. De quo vero ne minimam apud ullum scriptorem Ebræorum reperio conjecturam. Quid si dicerem, in sinistra Pontificis manu Thuribulum cum Acerra jam evacuata ablatum fuisse, postquam sanguinem Hirci asperserat? potuit interea, dum reliquas in *Sancto* faceret aspersiones, Aræ suffitus imponi, aut hujus cineribus ejus superadditi cineres, & si quod fortasse ignis & suffimenti reliquum. Hæc solum pono, non statuo.

§. L. Seposito hoc, quod & ipsum *Mosi Gerundensi* k), אינה עבודה non videtur *Cultus* vel *functio* dici posse; nil amplius obeundum restabat Pon-„tifici M., quod huic diei proprium sit. Sed *Suffitum* facit unaqualibet *vespera* „*ordinarium*, atque *Lucernas*, prouti quotidie usitatum erat *accendit*: &, exutis vesti-

h) Vid. Cod. Middoth. cap. 3. §. 1. conf. L'Empereur, p. 92. 93. i) Lev. IV, 18. 25. k) Comment. in Pentateuch. f. 196. b.

„veſtibus ſacris, domum abit, toto populo ipſum concomitante. Ubi diem „hunc cum Amicis ſumit hilarem, in ſinum ſibi gratulatus, quod idoneus ad „tanta ſubeunda Munia & tam ſacra, ſalvus evaſerit e Sanctiſſimo; reparata „ſibi populoque apud Deum offenſum Reconciliatione, quæ omnium Miniſte-„riorum ab ipſo hoc die peractorum *Effectus* erat exoptatiſſimus.

# CAPUT V.

## MINISTERII PROPONIT EFFECTUM.

### §. I.

Effectus autem hujus miniſterii exprimitur ab Apoſtolo, verbis: Ὁ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων: quæ *Syrus* interpres reddidit: ܗܘ ܕܡܩܪܒ ܗܘܐ ܚܠܦ ܢܦܫܗ ܘܚܠܦ ܣܟܠܘܬܗ ܕܥܡܐ i. e. *quem affert pro ſe ipſo, & pro delictis populi.* Homines per utriusque ſacrificii, *Vitulini* ſcil. atque *Hircini*, Sanguinem, tanquam partem Piacularium principem, expiandi, in binis diſtinctis hic nobis proponuntur claſſibus; quarum unam vox ἑαυτὸς. alteram λαὸς exhibet. Ἑαυτὸς, cum idem ſit ac illud בעדו l), non denotat Pontificem h. l. Solum; ſed illum una cum *Domo* ſua: ſi quidem וכפר בעדו Lev. XVI, 24 ac וכפר בעדו ובעד ביתו v. 6. unum & idem ſignificent, ac æque late pateant. Vox ביתו Metonymice pro *familia* h. l. ſumta, quousque aut ad quosnam ſeſe extendat, Interpretes unius non ſunt ſententiæ. Per familiam Aaronis nonnulli intelligendam eſſe ducunt, uxorem, ejusque liberos. Alii omnes etiam Sacerdotes eorumque liberos, Levitis excluſis. Alii vero latius illam ad omnes omnino ejus contribules Sacerdotes ac Levitas, utrorumque liberos extendunt, & recte quidem.

§. II. Nam manifeſtum eſt m), Deum homines Die Expiationis expiandos in duas duntaxat diviſiſſe claſſes: quarum unam repræſentabat Pontifex cum domo ſua, alteram Populus Judaicus. Igitur vel ad hanc, vel ad illam Sacerdotes alii ac Levitæ ſunt referendi. Non ad hanc; cum tum Sacerdotes n), tum Levitæ o) ab ea exemti ſint ac ſeparati. Ergo ad illam: ad quam Spiritus S. ipſemet illos refert, cum ביתו per הכהנים interpretatus eſt. Nam quod ſæpius dixerat p): *expiationem faciet pro ſe & domo ſua*, tandem hiſce expri-

l) Lev. XVI, 24. m) l. c. v. 6. 15. 35. n) 1. Cor. XXIII, 13. Exod. XXVIII, 1. o) Num. I, 47. 49. c. III, 9. 12. 41. c. XVI, 9. c. XVIII, 2. ſqq Deut. X, 8. 9. Conf. Rambam hilc. Cele hammikd. cap. 3. §. 1. it. cap. 4. §. 1. p) Lev. XVI, 6. 11.

primit verbis q): *expiabit Sacerdotes &c.* Sub quibus, voce late ſumta, etiam Levitæ, utpote ex Sacerdotali ſtirpe orti, ac Aaronis fratres r), continentur.

§. III. Etiam non ignotum eſt s), unamquamque claſſem per proprium ſuum Sacrificium expiandam fuiſſe. Si itaque Sacerdotes & Levitæ a cœtu populi fuerunt ſeparati, etiam per illius Sacrificium non poterant expiari. Cum autem ſpecialis cujusdam pro Sacerdotibus ac Levitis, offerendi Sacrificii non fiat mentio; neceſſe eſt, ſi ſunt expiandi, prouti ſunt, ut id per Sacrificium Pontificis fieret. Si hoc, ſequitur ſub voce ביתו h. l. non tantum Aaronis Uxorem & liberos, ſed & omnes omnino Sacerdotes contineri ac Levitas. Hinc *Ebræi* ſtatuunt t) Pontificis fratres ita de ipſius ſacrificio participaſſe, ut una per illud expiati fuerint, ac Pontificis & Sacerdotum peccatum in unum, Populi vero in alterum impoſuerunt animal; prouti *Maimonides* tradidit u), נמצאת למד שהוא מתודה ביום זה שלשה וידויים אחד על ידי עצמו תחילה, וידוי שני על ידי עצמו עם שאר הכהנים ושניהם על פר החטאת אשר לו, והוידוי שלישי על ידי כל ישראל על שעיר המשתלח, *Deprehendis* inquiens, *quod hoc die 3. confiteatur confeſſiones; unam pro ſe ipſo primum; ſecundam pro ſe ipſo una cum reliquis Sacerdotibus & utramque quidem ſuper Juvencum piacularem ſuum; tertiam vero confeſſionem pro toto Iſraele ſuper Hircum Emiſſarium.* Quo poſito, nulla amplius erit difficultas, ad cognoſcendum eos, qui per λαοῦ intelligantur apud Apoſtolum. Omnes ſcil. Iſraelitæ, qui e tribu Levi non fuerunt. Quod ſi vero ne nimium reflectas oculum in Lev. XVI. ſed per ἑαυτὸν apud Apoſtolum *ſolum Pontificem* intelligas, aliis omnibus contradiſtinctum: non minus ad ſingulos Iſraelitas iſta ſe extenderet Expiatio. Siquidem ſub voce λαοῦ, præter Pontificem, alios comprehenderes omnes, Clericos pariter atque Laicos. Vid. Luc. I, 10.

§. IV. *Peccata*, quæ *expianda* ſunt, vocantur hic ἀγνοήματα. Quæ *Socinianis* x) haud alia ſunt, quam *quæ vel ex ignorantia ſive oblivione juris alicujus divini, vel ex ignorantia facti & circumſtantiarum, vel etiam ex humana quadam imbecillitate proficiſcuntur.* Equidem concedendum omnino eſt, ἀγνοήματα hinc inde in ſcriptis ſacris ac profanis pro hujus generis exſtare peccatis. Quod autem & *voluntaria* ac *graviora* haud raro denotet, ſatis ſuperque docent dicta Pſal. XXV, 7. ubi פשע (quod quam magnum deſignet peccatum, mox dicturi ſumus) LXX. reddiderunt per ἀγνοίαν. Hoſeæ IV, 15. ſpiritualis Iſraelitarum ſcor-

q) l. c. 1, 33. r) Num. XVIII, 2. s) Lev. XVI, 5. 6. 11. ſqq. t) vid. Diſp. 2. cap. 4 §. 25. u) hil. Jom haecipurim c. 2. §. 6. x) vid. Crellius in Comment. in Epiſt. ad Ebræos, h. l.

ſcortatio per verbum *ἀγνοέω*, pro Ebraico זנה politum, exprimitur; quæ ſane leve ac ex ignorantia commiſſum peccatum non fuit: prouti ex toto hoc capite ſatis clare apparet. Etiam Jud. V, 19. 20. pro quibusvis delictis idem vocabulum ponitur. Hinc & *Syrus* Interpres h. l. pro *ἀγνοήμασι* Apoſtoli, poſuit ܡܣܟܠܘܬܐ : qua voce quævis deſignantur peccata y), etiam illud ab Adamo perpetratum z); quod certe nec leve fuit, nec ex ignorantia commiſſum.

§. V. Imo ex collatione Loci Lev. XVI. ſole lucidius patet, hic ſub voce *τῶν ἀγνοημάτων* omnis generis contineri peccata. Siquidem ibi a) ſatis perſpicuis docetur, *omnia* b) peccata, in anniverſario iſto Sacrificio expiari. Et quidem omnia *illa*, quæ ſupra vocibus עון, פשע, ac חטאת erant expreſſa. Atque ſub ſe continent quiquid omnino venit ſub *peccati* nomine. Vox enim עון, (quæ formatur ab עוה *curvus, pravus, perverſus fuit, iniquus fuit, inique ac perverſe egit*, cum contra Deum c) tum proximum d): denotat vitioſitatem non modo naturæ, ſeu peccatum innatum e), iniquitatem, perverſitatem; ſed & graviora peccata, quæ inde oriuntur, ut *abnegationem Dei* f), *Idololatriam* g), *adulterium* h), ac quævis alia i). Et quidem non ex errore, ſed ex malitia, ſeu deſtinato propoſito commiſſa, cum ſc. mens quidem quid rectum quid æquum ſit, videt & agnoſcit: deteriora tamen ſequitur. פשע (cujus origo eſt verbum פשע *transgreſſus eſt*, voluntatem ſcil. ad mandatum ejus cui quis ad obediendum eſt obſtrictus, *defecit* k), *ſeditioſus, rebellis fuit* l), deſignat transgreſſionem, *defectionem* ac *rebellionem* malitioſam: ut ex citatis perſpicuum evadit. חטאת (a verbo חטא erravit, aberravit a via, vel ſcopo m), methaphorice *peccavit*; ſiquidem peccando a lege divina aberramus), ſignificat peccatum, prouti aberratio ſeu digreſſus a recta via eſt. Ac vox hæc tam late patet, ut non tantum notet peccatum originale n), ac actualia illa quæ per errorem o) ſunt commiſſa; ſed & quævis alia graviora p). Ut non incommode *Generis* loco habeas, cujus *ſpecies* ſint duo ſuperius allegata.

§. VI. Sane opinor, nullum poſſe concipi peccatum, quod hiſce vocibus efferri nequeat. Delicta pro quibus Salvator noſter Jeſus Chriſtus ſatisfeciſſe dicitur q), פשע ac עון vocantur: quæ omnia omnino fuerunt. Deus immenſam ſuam declaraturus commiſerationem ac benignitatem erga peccatricem

 Iſrae-

y) Matth. XVIII, 35. z) vid. Rom. V, 16. ſqq. a) Lev. XVI. b) l. c. v. 34. c) vid. 2. Sam. XXIV, 17. Pſ. CVI, 6. Num. XIV, 19. col. v. 15. d) Vid. 2. Sam. XIX, 20. Eſth I, 16. 17. Num. V, 15. Jer. IX, 5. e) Pſ. LI, 7. f) Job. XXXI, 28. g) ibid. Jeſ. LXV, 7. h) Joh. XXXI, 11. Pſ. LI, 4. i) Pſ. LXIX, 27. Pſ LXXVIII, 38. Jer. III, 8. Ezech. XVIII, 19. ſq. Jeſ. LIX, 2. 3. ſqq. k) Hoſ. VIII, 1. Jer. II, 8. c. III, 8. Hoſ. VII, 13. Amos IV, 4 Zeph. III, 11. l) Jeſ. I, 2. Ezech. II, 3. Jer. II, 29. Jeſ. LIX, 13. m) vid. Jud. XX, 16. n) Pſ. LI, 7. o) videatur Lev. IV, 2. 3. 8. 14. 20. 21, 23. 26, 27. 28. &c. p) Pſ. II, 1. Sam. XII, 13. q) Jeſ. LIII, 5.

Iſraelem, dicit r): *Dominus fortis, miſericors, & gratioſus*, Longanimis, *& multus benignitate ac fide, cuſtodiens benignitatem millibus, condonans* INIQUITATEM, & DEFECTIONEM, & PECCATUM &c. tantum tribus hiſce utitur nominibus; cum vellet innuere, ſuam miſericordiam omni omnino peccato eſſe majorem, ac nullum fore delictum, quantumvis graviſſimum, quin condonare velit; modo convertat ſeſe. His ipſis vocibus prædicitur s), magna illa peccatorum remiſſio, ſub tempore Meſſiæ conſequutura. Sub hiſce comprehenduntur omnia Judæorum delicta t), capp. præced. recenſita. Ac David coram DEO ſuam innocentiam perſecutorum vero impietatem ac injuſtitiam teſtaturus, inquit u): *conveniunt contra me robuſti, nulla* DEFECTIONE *mea, nulloque* PECCATO *meo*, ac *nulla* INIQUITATE mea &c. q. d. ſi per nullum horum; inimicis anſam me perſequendi præbui, penitus inſons ac immunis ſum: cum peccatorum ſpecies illa deſignent omnes. Cum idem David x), ac Eccleſia Judaica y) Deo confeſſi ſunt *omnia Delicta*, haud alia adhibuerunt nomina. Quod ſi autem illis omnia peccata, ut vere pœnitentibus, ſunt remiſſa; nequaquam putandum eſt, eos ullum reticuiſſe.

§. VII. Hanc & Ebræi a) retinuerunt confeſſionem, quam, ut peccata in univerſum omnia imponeret anniverſario iſti Sacrificio, hunc in modum edidit Pontifex M.: אנא השם חטאתי עויתי ופשעתי לפניך / אנא יי' כפר נא לחטאים ולעונות ולפשעים שחטאתי ושעויתי ושפשעתי וכו' *Obſecro Domine! peccavi, inique egi, ac prævaricatus ſum coram te. Obſecro Domine! expia quæſo peccata, & iniquitates, & prævaricationes, quæ commiſi, & quibus inique egi ac prævaricatus ſum* &c. Cujus rationem reddit *Maimonides* b), cum inquit: זה שתראה כתוב בשלש הודיין עון פשע וחטאה היא דעת ר'מ והוא סומך על מה שאומר הכתוב והתודה עליו את כל עונות בני ישראל ואת כל פשעיהם לכל חטאתם / ואין הדבר כן לפי שכוונתו בזה אינו אלא שיכלול מיני עונות כי עונות הם העונות שאדם עושה במזיד / וחטאים הם הנעשים כשוגג, ופשעים הם מיני הכפירה והמרד בהשם וכו' i. e. *Quod vides ſcriptum in tribus iſtis confeſſionibus* INIQUITATEM, PRÆVARICATIONEM, ac PECCATUM, R. *Mejer putat, factum id eſſe unice, quia ſcriptura dicit: & confiteatur in eum omnes iniquitates filiorum Iſrael, & omnes prævaricationes ipſorum, ſecundum omnia peccata ſua. Sed non ita ſe res habet*. Verum *hoc ipſo non intendit aliud, niſi ut comprehendat ſpecies iniquitatum. Quia per* INIQUITATES *delicta intelliguntur, quæ homo perpetrat*

r) Exod. XXXIV, 7. conf. Jer. XXXIII, 8. s) Daniel IX, 24. t) Ezech. XXI, 29. u) Pſ. LIX, 4. 5. x) Pſ. LI, 3. 4. y) Jeſ. LIX, 12. a) vid. Maimon. hilc. jom haccippurim, c. 2. §. 6. c. 4. §. 1. b) Comment. ad cap. 4. §. 2. tit. Joma.

*petrat ex deliberato consilio:* PECCATA *vero fiunt per ignorantiam:* PRÆVARICATIONES *autem species comprehendunt, abnegationis, ac rebellionis contra Deum &c.* Si igitur tres illæ voces omnis generis designant peccata, ac omnia Expiationis Die dicuntur expiata c); nemo non videt, voce ἀγνοημάτων h. l. Apostolum non levia duntaxat, sed & gravissima intellexisse Peccata. Siquidem hic & illic unus & idem describitur cultus.

§. VIII. Nec unquam aliter docuit Ecclesia Judaica. Non diu post Christum natum hanc vovebant sententiam Doctores Mischnici d): על זדון טומאת מקדש וקדשיו שעיר הנעשה בפנים ויום הכפורים מכפרין / על שאר עבירות שבתורה הקלות והחמורות הזדונות והשגגות הודע ולא הודע עשה ולא תעשה כריתות ומיתות בית דין שעיר המשתלח מכפר / אחד ישראלים ואחד כהנים ואחד כהן משוח וכו׳ i. e. *De Pollutione sanctuarii ac ejus Consecratorum ex deliberato consilio facta, Hircus qui intus conficitur, atque Dies Expiationis expiant; de reliquis contra legem transgressionibus, levibus ac gravibus, sive studio sive per errorem commissis, sive innotescant sive minus, omissionis sive seu commissionis, Excisionem item mereant seu mortem per Synedrium inferendam, Hircus Emissarius expiat, Israelitas pariter atque Sacerdotes, itemque Pontificem* &c. In priora hujus Mischnæ verba *Gemaristæ* annotant e): תנו רבנן וכפר על הקדש מטומאת בני ישראל וגו׳ יש לי בענין זה להביא שלש טומאות טומאת ע״ז וטומאת גילוי עריות וטומאת שפיכות דמים וכו׳ i. e. Docet Doctorum Senatus, quando Lev. XVI, 16. dicitur: & Expiabit Sanctuarium de pollutione Israel &c. in hanc rem afferri possunt Pollutiones Tres: pollutio idololatriæ, & pollutio incestuum, atque pollutio Homicidii &c.

§. IX. Judicet quis, an hæc peccata inter levia sint censenda, & non multo magis inter gravissima? Sanctuarium Salomonæum, Ebræis Autoribus, tamdiu poterat subsistere, quamdiu a tribus hisce peccatorum speciebus erat immune. Iis vero inter Israelitas invalescentibus, absque condonatione devastabatur f). *Abarbanel* g) אין חטא חמור מעכום *nullum*, inquit, *peccatum gravius est Idololatria.* Et mox hic ipse Doctor h) distinctione inter peccata voluntaria, atque per ignorantiam commissa, quorum hæc expiare censet Hircum extus oblatum, allata, subjicit: שעיר חטאת הכפורים שנכנס דמו לפני לפנים לא היה בא על השגגה אלא על המזיד לכפר על מי שעבר בזדון וכו׳ „i. e. Hircus victima diei Expiationis piacularis, cujus sanguis in interiora introducitur, non de peccato per ignorantiam commisso offerebatur; sed de eo, quod ex deliberato consilio, ad expiandum eum, qui



c) Lev. XVI, 16. 21. col. v. 34. d) Schebuoth, cap. 1. §. 6. (alii §. 9) e) l. c. fol. 7. b. l. 8. sqq. f) tit. Joma fol. 9. b. l. 10. 11. g) fol. 251. col. 3. l. 2. h) l. c. l. 14. sqq.

„ἐκ προαιρέσεως fuerat transgressus. Paucis interjectis, idem ait: כמו שהיה הבדל עצום בין חטא השוגג וחטא המזיד בכה היה הבדל גדול בין חטאות אלו השעירים שאחד מהם והוא שעיר חטאת המוסף הבא על השוגג היה נאכל לכהנים ונזרק דמו על מזבח החיצון כפי קלות החטא אבל שעיר חטאת הכיפורים הסורת על המזיד מפני חומרת העון ההוא היה כולו נשרף וחוץ לחומה סחוב והשלך מחלאה לשערי ירושלים ונכנס דמו לפני לפנים להתחנן לאלוה הכפורים על כפרת רשעת העת ההוא כי רבה היא. „ i.e. Quemadmodum ingens est differentia „inter peccatum delinquentis ex ignorantia, atque ex deliberato consilio: „ita quoque magna observata est differentia, inter victimas pialulares „istorum Hircorum. Quia istorum unus, qui sc. piacularis Super- „erogatorius, ob delinquentem per errorem oblatos, comedebatur a Sa- „cerdotibus, ejusque sanguis spargebatur ad Aram modo exteriorem pro- „pter levitatem peccati, pro quo expiat. Verum Hircus piacularis Fxpiationi „proprius, ob delinquentem ex deliberato consilio oblatus, propter gravitatem „iniquitatis hujusmodi totus fuit igne combustus, & extra mœnia abjectus, at- „que projectus exinde ad portas Hierosolymæ; ejus sanguis vero in intimum „illatus est, ad conciliandum Dei Expiationum autoris gratiam, in Expiatione „malitiæ hujus iniquitatis, quæ maxima est.

§. X. Vides, quid populus veteris fœderis prædicet de Victimis hujus (Expiationis) diei Piacularibus. A quo antequam discedam, non possum, quin prius recenseam verba R. *Simeonis f. Jochai* i), quibus aliud Suis declarat expiationis remedium inquiens: כד הוו ישראל בארעא קדישא באינון פולחנין וקרבנין דהוו עבדי הוו מסלקין כל אינון מרעין ויסורין מעלמא השתא משיח מסלק לון מבני עלמא וכו׳ i.e. *Equidem existentibus Israelitis in terra sancta, per cultus istos, & sacrificia, quæ fecerunt, abstulerunt morbos istos omnes: Hac vero hora Messias eos aufert a filiis hujus mundi &c.* Istius quippe sanguis, *Sanguis* sc. *Jesu Christi filii Dei emundat nos ab* OMNI PECCATO k). Cui, Ara gratitudinis pro concessis hucusque viribus extructa, Precum ardentissimarum odoratissima adolemus aromata; ut, in quod proprio sanguine suo introivit Sanctum, æterna redemtione inventa, in illud etiam nos suo intromittat tempore, supremo Patri reconciliatos plenissime.

FINIS DANZIANARUM CURARUM.

JA-

i) in Sepher hasohar ad Exod. col. 380. init. Conf. tit. Berach. fol. 55. a. l. 9. 10. k) 1. Joh. I, 7.

# JACOBI RHENFERDII
# COMPARATIO EXPIATIONIS ANNIVERSARIÆ PONTIFICIS MAXIMI IN V. T.

Cum

# UNICA ATQUE ÆTERNA EXPIATIONE JESU CHRISTI.

## AD ILLUSTRANDA VARIA LOCA EPISTOL. AD HEBRÆOS.

I.

APostolus Paulus quum Hebræos ad constantem fidei in JEsum Christum professionem adhortari in eaque retinere allaborat, id sibi potissimum negotii dari credidit, ut summam hujus tanti Legati, Apostoli, inquam, & Pontificis pacis nostræ, excellentiam supra reliquos omnes, quorum ministerio Deus unquam apud populum suum usus fuerat, gravissimis atque evidentissimis argumentis demonstraret. Itaque igitur & cum Mose ac Josua illum comparat, primis & supremis populi Ducibus; & Aharone ejusque successoribus, Pontificibus Maximis, multis modis excellentiorem ostendit.

II. Cum vero summa Pontificis dignitas & eximium munus die x. Tisri maxime eluceret, quo & solenne atque statutum sacrificium facere, & in adytum penetrare, & populum expiare, & solus denique omnia illius diei sacra peragere debebat: Paulus quoque tribules suos ad ejusdem solennitatis contemplationem vocat, atque illum locum præ cæteris explicare aggreditur, capitibusque aliquot, quæ convenientia inter Pontificem Leviticum, umbram atque exemplar, & JEsum Christum veri nominis Sacerdotem; quid item discriminis inter eosdem intercedat, prolixe persequitur: præclaro atque evidenti argumento, genuinam rationem Sacerdotii Christi, & quam nobis præstitit, expiationis ejus, non posse melius feliciusque perspici atque intelligi, quam si sedula & accurata inter umbram & corpus comparatio instituatur.

III. Verumenimvero cum Hebræi omnes illius diei ritus, sive a Deo ipso institutos, sive a Prophetis aliisve populi doctoribus additos, inde a teneris, pro more gentis, accurate edocti essent; multo illis facilius fuisse necesse est, & quæ a Paulo explicabantur intelligere, & reliqua quoque ejus ductu assequi, quam nobis: qui cum natura gentes simus, & in R. P. Israelis hospites, pluri-

ma ignorare cogimur, nisi a Judæis ipsis minimas quasque circumstantias fuerimus edocti. Atque id adeo causæ fuisse existimabis, humanissime Lector, cur & doctissimus Sheringhamus negotium susceperit Titulum *Joma*, in quo solennia diei Expiationis sacra accurate atque ordine enarrantur, vertendi eruditissimisque notis illustrandi, & nos eundem de novo typis curaverimus describendum.

IV. Cæterum quo gratius atque utilius hoc utriusque institutum rerum Judaicarum, imo & Christianarum, studiosis accideret, faciendum existimavimus, ut quam hujus argumenti partem doctissimus Sheringhamus intactam reliquit, historiam ipsam Diei expiationis quam clarissime nobis exposuisse conventus; eam nos hic occuparemus, vel potius ab aliis Clarissimis Viris, Ainsworthо, Altingio, aliisque pridem occupatam felicissimeque excultam, huc referremus, & mysticam significationem rituum illorum, quoad ejus rei fieri possit, breviter subjungeremus.

V. In hoc autem argumento Christianus lector per se ipse facile intelliget, nobis ita versandum esse, ut cum quæ aliquam imbecillitatem Pontificis arguent, ea non modo a nostro Pontifice procul removeantur, sed eorum contrarium etiam in hoc ostendatur; tum quæ convenientiam nobis inter utrumque exhibent, eadem in Christo omni modo excellentiora fuisse demonstrentur.

VI. Quod itaque ad præparationem illam Pontificis Aaronici attinet, quæ capite primo tituli *Joma* recensetur, varia in ea occurrunt, quibus in vero Pontifice JESU Christo nihil relictum est loci, cum in illo varios defectus arguant, a quibus hunc liberum fuisse novimus & immunem. Nihil itaque causæ erat, cur vel metu pollutionis ab uxore segregaretur, quam non habebat; vel alius illi substitueretur, cum de invicta ejus virtute & robore animi ita constaret, ut periculum non esset, ne qua vadimonium desereret, aut in re ipsa perficienda deficeret.

VII. Quod si vero separatio illa & ad templum deductio veluti quædam designatio considerari mereatur, qua Pontifex Maximus jam solenniter declarabatur præcipuo illo munere esse functurus; cogitare nobis licebit, non tantum de æterno illo consilio pacis & fœdere redemtionis, in quo Filius DEI a Patre designatus est, & jurejurando declaratus Pontifex & Legatus pacis nostræ, Zach. VI. Psal. CX. Hebr. V. VII. XIII. Sed & de nativitate ejus, quando cœlesti sua sede quasi relicta orbem terrarum ingressus est, in quo ad condictum munere suo fungeretur, Psal. XL, 7. 8. 9. coll. Hebr. X, 5 f. imo etiam baptismo, quo rite & solenniter muneri suo est inauguratus, Johanne veluti præcone illum coram Judæis proclamante, & Deo ipso cœlitus attestante, JEsum

ſum Nazarenum illum eſſe, per quem DEO placeat peccata mundi expiare Matth. III, 11. ſ. Joh. I, 26. ſ. Quæ omnia veluti gradus quidam conſiderari poſſunt, quibus JEſus Nazarenus, & deſignatus primum ſit & deinde declaratus Pontifex Maximus, qui proprio ſanguine & ſui ipſius oblatione expiationem, & reconciliationem adeo ac pacem inter Deum & homines eſſet confecturus.

VIII. Si cui vero ulterius etiam ſeptidui ſpatium meditari lubeat, quo Sacerdos in templo eſt moratus, neque hic forte deerit, cujus ſimilia in JEſu Chriſto inveniamus; cum non ſine ratione Johannes Cap XII. obſervaſſe videatur, *Sex diebus ante Paſcha illum veniſſe in Bethaniam*, ibique *in cœna a Maria pretioſiſſimo unguento eſſe delibutum*, quod Chriſtus ipſe *εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ*, *in diem ſepulturæ* factum eſſe ait: quam paſſionis & ſepulturæ diem, quæ prima paſchatis erat, ſi ſex præcedentibus addamus, *ſeptiduo ante diem magnæ exceptionis* JEſum ad inſtantem mortem unctum deprehendemus.

IX. Quemadmodum itaque Pontifex Leviticus durante illo ſeptiduo omnes muneris ſui partes meditabatur, illique rite & legitime obeundo ſeſe præparabat; & quaſi præludebat, ſpargendo ſanguinem, adolendo ſuffitum, & quæ id genus alia erant, Cap. I. §. 2. Senioresque Synedrii illum officii ex præſcripta formula admonebant, & in quo ejus fides & diligentia verſari debebat, ante oculos ſiſtebant, §. 3. Ita JEſum quoque in eorum meditatione tunc aſſiduum fuiſſe legimus, quæ illi ex ſuſcepti muneris officio peragenda erant. Tametſi enim omnibus *diebus carnis ſuæ* omni cura, ſtudio, cogitatione denique omni in id incubuit meditandum, quod muneris ſui eſſet, Hebr. V, 7. 8. atque inde a puero *ἐν τοῖς τοῦ πατρός αὐτοῦ* ſe verſari velle oſtendit, Luc. XI, 49. tamen illo inprimis ſeptiduo templum quotidie adiit, & cum publice ad populum ejusque principes, tum privatim ad diſcipulos eos ſermones habuit, ex quibus abunde liqueat, quid tum egerit, quid ſit meditatus; quemadmodum Evangeliſtæ ſedulo curateque notarunt, obſervato etiam, quid quoque die ab eo actum ſit dictumve.

X. Enimvero ingens in his omnibus diſcrimen apparet inter duos illos Pontifices; quorum cum alter aliis indigeret, qui illum & monerent & docerent; atque adeo aliquando rudis eſſet, ut ne quidem literas noſſet; alterum minime horum indiguiſſe videmus, ceu cujus animo lex DEI inſcripta eſſet, Pſal. XL, 9. & ſuper quo Spiritus Domini, Spiritus, inquam, ſapientiæ & prudentiæ, conſiliis & roboris, ſcientiæ timorisque Dei requieſceret, Jeſ. XI, v. 2 Cum itaque magno illo die inſtante Juniores Sacerdotes Pontifici adjungerentur, qui colloquiis ſuis, & neſcio qua alia arte illum a ſomno averterent §. 7. tantum abeſt ut Chriſto ſimile officium diſcipuli ejus præſtiterint, ut ille e con-

e contrario, cum totam noctem insomnes ageret, gravissimis sanctissimisque meditationibus & ardentissimis ad Deum precibus intentus, illos iterum iterumque a somno debuerit excitare.

XI. Atque hæc de præparatione utriusque Pontificis ad solennem illum diem & gravissimum munus dicta sufficiant. In cujus meditatione si quis sit, qui oleum & operam perdi existimet, quod ejus nihil a Mose proditum legamus: is illud velim consideret, quod & alia in Judæorum solennioribus sacris inveniantur, quæ etsi a Mose non ita explicate tradita sunt, tamen ita Christo accurate conveniunt, adeo illum vivis coloribus depingunt, ut quisquis æqua rationis lance rem perpenderit, dubitare non possit, quin DEUS ipse singulari sua providentia per Prophetas aliosve publicos Doctores, universas & singulas sacrorum illorum circumstantias ita sit moderatus, ut, ad quem omnia collineabant, Sacerdotem Messiam quam exactissime repræsentarent. Cujus nostri effati ut plenam lectori fidem faciamus, unum hoc saltem exemplum observetur.

XII. Lev, XXIII, 10. f. Deus postridie Sabbathi Paschatis manipulum segetis hordeaceæ offerri jubet, primitias jam instantis messis, coram Deo agitandum & in altari consumendum. Hujus vero ritus sequentes circumstantias nobis Judæi tradunt. Transacto primo die azymorum, qui XV. Nisan & Sabbathum festi erat, die proximo, qui decimus sextus erat, Summum Synedrium quosdam delegabat Hierosolymis, qui torrentem Kedron transeuntes in vicino agro partem aliquam segetis hordeaceæ, publico ære emtam, non sine præmissis solennibus carnibus, demetebant. Nam qui messuri erant, ter quærere; *occiditne jam Sol?* cæteri ter itidem respondere, *occidisse*. Similiter *Hac falce? Hoc corbe? Metamne?* ad quæ singula ter quæsita cæteri ter quoque respondere, הין, הין, הין, *omnino*, & *mete*. Ex templo itaque falcem aristis subjicere, & quantum satis esset metere, & cophino ad Sacerdotes in atrium deferre. Tum hi illud calamis excutere, flammis torrere, vento nonnihil exponere, & mola frangere: porro partem ejus coram Deo agitare, miscere oleo & thure conspergere; denique pugillum inde decerptum in altari comburere, & quod reliquum more aliorum fertorum comedere. Atque hoc erat præmetium, reliquam universam messem ab illa oblatione demum rite auspicandam, sanctificaturum.

XIII. Atque his omnibus quotus quisque est, si rem recte consideret, qui non Christi patientis historiam & plerasque omnes circumstantias delineari intelligat? Quem cum Sacerdotes & Senatus Hierosolymitanus triginta siclis emissent, Judam cum lictoribus suis & militum manu miserunt, qui noctu trans torrentem Kedron in oliveti montem egressi, JESUM Nazarenum e medio

dio discipulorum captum in urbem ad Sacerdotes & Senatum rapuerunt; ubi postquam indignis modis acceptus, primum colaphis, mox etiam a Pilato virgis cæsus esset, tandem in crucem actus Deo est oblatus, & ignem iræ divinæ expertus suavissimum Deo odorem præbuit, factus ita revera primitiæ seu primogenitus inter multos fratres, per quem rite oblatum universa electorum multitudo, quæ sæpe messi comparatur, Deo sanctificaretur. At quorsum, inquias, concepta illa verba: *Solne occidit? Hac falce? Hoc corbe?* Nempe ut illi Christi dicto sua constaret veritas: *Filius hominis abit quemadmodum de eo scriptum* (addere liceat, *& in typis prælusum*) *est, sed væ illi per quem prodetur.* Matth XXVI, 24. Quemadmodum enim post solis occasum messem illam faciebant, ita Christus quoque *noctu* proditus & captus est; tunc sc. *erat hora hostium ejus, & potestas tenebrarum*, Luc. XXII, 53. Sic Judas *falcis* vice functus est, per quem Christus captus est; Milites lictoresque *cophino* repræsentantur, ceu per quos ad Sacerdotes & Senatum populi est deportatus.

XIV. Cum itaque tanta hic & tam illustris convenientia inter illum ritum, uti posterioribus temporibus est celebratus, & historiam Christi cernatur; quis jam amplius dubitet, an illæ temporis, loci & personarum circumstantiæ, si non diserta lege divina per Mosen, minimum singulari DEI providentia atque instinctu per prophetas sint definitæ, etsi earundem nec vola nec vestigium in historia Mosis occurrat?

XVI. Sed pergamus tandem, & rem ipsam lustremus. At quam minime necesse est erit referre, quæ Cap. 11. Mischnæ nostræ, & parte tertii recensentur; cum illa quotidianum cultum & gregariorum sacerdotum munia spectent, de quibus hic non est agendi locus: quæ etsi P. M. hoc die solus omnia administrare debebat, tamen iis peractis demum eximium suum munus ordiebatur, quod Moses Lev. XVI, 4. & Magistri Capite tertio Codicis *Joma*, §. 6. explicare aggrediuntur.

XVII. Initium fit ab habitu, quem DEUS *lineum* esse jubet, Magistri *vestes albas* appellant. Nimirum P. M. qui reliquo toto anno, & hoc ipso quoque die aliquo usque *aureis vestibus* utebatur, longe illis elegantissimis, auro, cocco & purpura interstinctis varieque ornatis, summæ inter suos dignitatis & auctoritatis symbolo; expiationis illud munus aggressurus & ad Deum in adytum penetraturus omnem illum ornatum ponere debebat, atque loto prius toto corpore ejusmodi habitum sumere, in quo nihil externi illius ornatus appareret, quique meram humilitatem, sed cum pari innocentia conjunctam præ se ferret. Auri enim, purpuræ & coccini defectus humilitatem ostendit, candidus vero color candorem animi, & morum vitæque integritatem in vero Pontifice requisitam. Utrumque vero in JESU Christo præclare elucet,

cet, qui cum Dei Filius esset, & reliquo vitæ suæ atque inprimis ministerii tempore divinæ suæ majestatis testimoniis cœlitus ornaretur, & miracula passim ederet, quibus divina ejus majestas, veluti rutilantis auri radii, effulgeßiat, etiam sub extremum vitæ Angelo illi ministrante, & miraculo in Malcho sanando edito: quando tandem hora illa venit, qua Patri satisfaciendum erat, & magnum illud exdiationis munus peragendum, adeo omnis illa pristina gloria recessit, adeo nihil divinitatis in eo emicuit, ut vermi quam homini similior videretur, vilissimus & contemtissimus omnium mortalinm, cui nulla species esset, nulla formæ elegantia. Tunc itaque maxime ipse se humiliavit, tunc persona servi assumta factus est Patri obediens usque ad mortem, imo mortem crucis, quæ vilissimorum mancipiorum pœna erat. Interea vero non deerat ei simplex illa & nativa venustas, vitæ anteactæ integritas, quæ illum ab omni macula & labe immunem præstabat, ut ne quidem ipsi infensissimi hostes invenirent, cujus eum jure accusare possent, cum peccatum non haberet; neque nosset, neque dolus in ore ejus esset inventus. Atque eodem lotio illa Pontificis M. pertinet, quæ veri nominis Sacerdotem, qui populi peccata expiaturus esset, omni modo mundum & intaminatum esse debere significabat.

XVII. Etsi vero Pontifex Aaronicus ista lotione atque habitu veri Sacerdotis perfectissimam integritatem atque innocentiam adumbrabat; tamen ipsumet ejus expertem fuisse illud argumento est, quod priusquam populum expiare posset, propria & eximia victima indigeret, proprio ære emta, qua sua & familiæ suæ & totius denique ordinis Sacerdotalis delicta expiaret, quorum etiam apertam confessionem conceptis verbis atque iterato edere & supplex veniam orare tenebatur, vi legis Lev. XVI, 6. & 11. narrantibus Magistris cap. III. §. 8. IV. §. 2. ubi illud וכפר בעדו ובעד ביתו & *expiabit pro se & domo sua*, consentiente veterum praxi & Latino interprete, nihil aliud est, quam *peccata confiteri & preces fundere pro se & domo sua.* Hoc itaque vitulo prius pro se rite facere Sacerdos debebat, quam pro populo offerre posset. Ut itaque in eo Pontificis Aaronici ἀσθένεια sese inprimis prodidit, quod prius pro se ipso suisque offerre debuit: ita e contrario nostri Sacerdotis dignitas atque excellentia præ illo elucet, quod natura sua atque in omni vita & actionibus *castus, innocens, intaminatus & a peccatoribus separatus esset, qui non haberet necesse quotannis, more Pontificum, prius pro propriis peccatis victimas offerre, tum demum pro peccatis populi: quippe qui id semel fecerit, cum se ipsum obtulit*, Hebr. VII, 26. 27.

XVIII. Priusquam tamen proprium juvencum mactaret, *cum omnis Pontifex ex hominibus desumtus, pro hominibus constituatur in iis quæ apud Deum agenda*

*genda sunt, ut offerat munera & victimas pro peccatis*, Hebr. V, 2. de publica quoque victima sibi mature prospicere debuit. Itaque ab Ecclesia filiorum Israelis duos hircos accipiebat, quantum ejus fieri posset, simillimos, ejusdem coloris, staturæ & pretii, publico sumtu ex sacro populi ærario, unde ligna sal, aliaque emebantur, partos, qui duo unius victimæ piacularis loco essent. Lev. XVI, 5. *Joma*, Cap. VI. §. 1. Itaque & Christum *necesse fuit habere, quod offerat*, Hebr. VIII, 3. at victimam modis omnibus excellentiorem, naturam vere humanam. Nam *cum fieri non posset ut sanguis taurorum & hircorum*, quos Pontifex Aaronicus offerebat, *peccata tolleret*, *Christus mundum intrans*, *Victimam, ait, & oblationem noluisti, ad corpus adaptasti mihi. Holocaustis & victimis piacularibus non es delectatus; Tunc dixi: Ecce venio (in volumine libri scriptum est de me) ut faciam, Deus, voluntatem tuam.*

XIX. Cur vero duos hircos sumere debuerit, & quid Emissario fuerit significatum, in sequentibus locus dabitur explicandi, postquam ceremonias circa utrumque observandas viderimus. Unum illud nunc observasse sufficiet, Deum Lev. XVI, 5. utrumque ex æquo destinare לחטאת *victimam piacularem*.

XX. Primum itaque, quod hircis facere debebat, erat sortitio, qua alter eorum Deo destinabatur, alter Azazeli; quorum illum mox singularissime *faciebat*, id est declarabat, *victimam pro peccato*, hunc vero tantisper coram Deo sistebat, ut suo tempore peccata populi super eo confessus illum dimitteret in desertum. Cum itaque magnus ille omnium rerum arbiter Deus etiam sortem moderetur, Prov. XVI, 33. & quod cuique legitima sorte obtingit, id divinitus evenisse censeatur, Jos. XIII, 6. XIV, 2. Act. XI, 24. 25. 26. Sortitio illa præsentibus gravissimis testibus instituta, & urna probe succussata, ne quis fraudi locus esset, commode Dei voluntatem declarabat, qua proprium filium miseris mortalibus *destinavit* & tandem misit, ut esset *victima piacularis per fidem in sanguinem illius*, Rom. III, 25. 2. Cor. V, 21. cum satis non sit ab homine victimam vicariam arripi & Deo obtrudi, sed eandem a Deo approbari, imo vero constitui & donari sit necesse: atque huic nihil accidere potuisse, nisi *quod manus ejus & consilium definierat futurum* Act. IV, 28.

XXI. Sed parum erat quæsitas victimas Deo vivas stitisse, cum *absque sanguinis effusione nulla sit peccati* expiatio, & *remissio*, Hebr. IX, 22. nisi eædem etiam cæderentur, cæsarumque sanguis Deo offerretur. Juvenco itaque Pontificis, repetita manuum impositione & reatuum confessione, rite mactato & sanguine studiose excepto, Pontifex M. foculo aureo cadentes prunas ex altari holocausti colligebat, & thuribulo itidem aureo suffitum accipiebat, & utrumque in adytum intra velum inferebat, injectaque in prunas thura adolebat, ut

ſibi ſanguinem mox illaturo viam muniret. Lev. XVI, 11-14. coll. v. 2. Miſn. Cap. IV. §. 3. 5. v. & 1. Suffitus preces deſignat, Apoc. VIII, 3. 4. Itaque & Chriſtus priusquam arduum illud munus aggrederetur, ſe ſuamque victimam ardentiſſimis præcibus Deo commendavit, quas cum alias toto vitæ ſuæ tempore, tum præcipue ſub extremum ejus, *cum clamore valido*, (ראו הם *plenis pugillis*, quantas mente concipere poterat maximas) *& largo lacrymarum imbre* ad Patrem ſuum, eundemque juſtiſſimum judicem & rigidiſſimum peccatorum vindicem, fudit. Atque in his principem facile locum ſibi vindicant graviſſimæ illæ preces, quas Johannes Cap. XVII. prolixe deſcripſit, in quibus cum Patre ſuo ex æterno illo fœdere agit, & ad honorem muneris Mediatorii, & Pontificalis admitti, ejusque fructum electis omnibus applicari poſtulat. Præclara ſane oratio, & ob argumenti gravitatem atque ubertatem omni animi attentione digniſſima. Quam adeo Sacerdotalem fuiſſe, & præparatoriam ſuffitu illo adumbratam, inde facile evinci poſſe videtur, quod Johannes notet, illam proxime dictam fuiſſe ante quam Chriſtus torrentem Kedron tranſiret; & eventus ipſe teſtetur illas in cœlum ad thronum DEI penetraſſe, Chriſtumque in illis eſſe exauditum, & etiamnum aſſidue exaudiri.

XXII. Non de nihilo autem eſſe videtur: adeoque minime prætermittendum, quod Deus *ardentes favillas*, quibus thus cremandum erat, non ex privato foco, ſed *ex altari* holocauſti, *quod coram Deo erat*, deſumi juſſit: quo procul dubio docere voluit, & Pontificis preces ſanctificandas fuiſſe ſacrificio Chriſti, & hujus quoque ardentiſſimas preces unice ſacrificium ejus reſpexiſſe, ab eoque omnem ſuam vim atque efficaciam accepiſſe.

XXIII. Sic itaque via in adytum patefacta Pontifex juvenci ſui ſanguinem intra velum illatum ſpargebat, ut prius quam quicquam pro populo agere inciperet, ipſe pro ſe expiationem faceret, & ad populum expiandum rite præpararet. Qua tota in re nihil Chriſtus illi ſimile habuit, qui cum inde a prima conceptione per omnem vitam ab omni peccato atque impuritate liber & immunis eſſet, neceſſe non habuit pro ſe ipſo offerre &c. Hebr. VII, 27. 28.

XXIV. Quicquid vero hactenus & quantocunque apparatu atque ſolertia a Pontifice Aaronico factum erat, id omne, ſi populi expiationem ſpectes, cujus cauſa omnia inſtituta erant, nihil erat, ſed mera tantum ad eximium illud opus præparatio. Quippe ſatis non erat Pontificem victimam nactum eſſe, quam pro populo offerre poſſet, niſi eandem etiam mactaret & ſanguinem in adytum inferret; cum *abſque ſanguinis effuſione nulla ſit remiſſio*. Hebr. IX, 22. Neque populo prodeſſe poterat, quod idem Pontifex pro ſe ſuaque familia ſpectatam

ctatam victimam obtulisset, eaque litasset, nisi id ipsum quoque pro populo efficeret; cum illa sui ipsius lustratione id tantum obtinuisset, ut porro etiam pro populo offerre & deprecari posset. Adeo ut præcipuum munus, cujus gratia & dies ille & universa sacra instituta erant, adhuc peragendum restaret.

XXV. Neque vero aliter cum Christo comparatum erat. Nihilo magis juvabat humanam naturam induisse, sine omni labe conceptum esse, sine omni item crimine vitam traduxisse, denique idoneam victimam habere, quam offerre posset; nisi reapse illam offerret, nisi, inquam, *gratia Dei pro omnibus sibi datis mortem gustaret: siquidem decebat eum, propter quem omnia & per quem omnia, postquam multos filios ad gloriam duxerat, ducem salutis illorum per passiones consummare*, maxime *passionem mortis*. Hebr. XI, 9. 10.

XXVI. Itaque igitur Pontifex M. jam rite præparatus ex templo rem populi agebat, arreptumque hircum, populi victimam, more & loco solito constringebat & jugulabat, ejusdemque sanguinem illico in adytum intra velum inferabat, & super ac ante arcam spargebat, ut expiaret illud ab omni impuritate, transgressionibus, & peccatis Israelitarum.

XXVII. Atque hoc illud est, quo Aaronicus Sacerdos Messiæ nostri typum maxime gessit, & præcipuum ejus munus adrumbravit, mactatione victimæ ejusque sanguinis oblatione, quem intra velum inferre Deoque sistere debebat. Ut hic adeo pedem figere, & similitudinem & discrimen item, quæ inter hasce victimas interfuerunt, accuratius contemplari, & rem omnem paullo altius repetere, non abs re sit futurum. Quemadmodum itaque hircus ille pro populo offerendus omni vitio carere debebat, sive nativo illo, sive culpa casuve contracto, ex generali lege sacrificiorum; ita Christus quoque, qua victima, fuit ἄμωμος καὶ ἄσπιλος *sine vitio & labe*, 1. Petr. I, 19. *qui peccatum non fecerat, in cujus ore dolus nullus inventus erat*, ibid XI, 22. Quemadmodum idem innocentissimus hircus sorte a Deo destinabatur victima pro peccatis populi ad hujus expiationem; ita *Deus Christum, qui non norat peccatum, pro nobis peccatum*, i. e. victimam, *fecit, ut nos fieremus justitia Dei per illum* 2. Cor. V, 21. & *nostrum omnium reatum illi imposuit*, Jes. LIII, 6. Porro quemadmodum Pontifex ipse hircum a Deo destinatum, sortis impositione in illum, pariter declarabat victimam; ita & Christus, cum in æterno illo pacis consilio reatum electorum in se suscepit, suumque consensum est testatus, tum *mundum ingressus* se pro *agno Dei* gessit, *qui peccata mundi ferret*, Psal. XL, 7. 1. Joh. I, 29. Porro vero hircus ille in latere atrii septentrionali, sanctioribus victimis dicato, Lev. VI, 18. coll. cap. I, 11. & ex veterum Cabbalistarum scitis, divinæ justitiæ, iræ atque vindictæ symbolo, pedibus constrictis pro-

sternebatur, & denique ad expiationem faciendam jugulabatur, ita ut sanguine omni effuso penitus emoreretur. Similiter itaque & Christus, ad condictum diem, cum *hora* ejus, tempus solutioni constitutum venisset, ad tribunal Dei accedens *judicio* se stitit, Jes. LIII, 10. ubi a justo judice *propter alienos reatus*, quos in se susceperat, *est condemnatus*, Rom. VIII, 3. Psal. LXIX, 5. Jes. LIII. *exactus* etiam *atque afflictus* Jes. LIII, 8. *plagis affectus* v. 10. *vulneratus propter prævaricationes nostras*, *contritus propter iniquitates nostras*, vs. 6. adeo ut *in* extrema *angustia* versaretur, vs. 8. (θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ, qualis damnatos manet Rom. XI. 9.) cum *Dominus ipse delectaretur illum conterere*, *atque infirmare*, vs. 11. *ad demonstrationem justitiæ suæ*, Rom. III, 25. 26. quam non minus in *Filio Sponsore* demonstrare *decebat*, Hebr. XI, 10. quam in sceleratis & damnatis Rom. XI, 5. 6. 8. 9. 11.

XXVIII. Atque hoc Dei judicium in Christum exercitum, hi gravissimi atque exquisitissimi dolores & cruciatus, quos Christus in cruce pendens, vivus, sentiens, animo pariter atque corpore sustinuit, quosque homini cogitatione assequi aut verbis exæquare nihilo magis datum est, quam infinitum illud *robur iræ*, & *excandescentiæ* divinæ, Psal. XC, 11. 12. Thess. I, 9. Hi, inquam, dolores & cruciatus illud sunt, quod mactatione & sanguinis effusione in brutis hostiis fuit significatum, lytron sc. animarum nostrarum, quo DEO quam plenissime pro nostris debitis est satisfactum, quo electi omnes peccatorum reatu liberati Deo reconciliantur, & amica cum illo pace fruuntur. Id quod ex lege & ritu Sacrificiorum, quorum antitypus in Christo spectatur, & phrasibus typo convenientibus exprimitur, verbis Cl. *Altingii* paullo uberius declarasse non abs re fore arbitramur.

„XXIX. Hostiæ vicariæ ratio descripta est Lev. XVII, 11. *Anima cu-* „*jusque carnis* (id est animalis) *in sanguine est*, (& v. 14. *sanguis est anima cujus-* „*que carnis; sanguis ejus pro anima ejus est; cujusque carnis anima sanguis ejus est*) „*propterea dedi eum vobis in altari, ad expiationem faciendam pro animabus vestris:* „*nam sanguis est qui pro anima expiationem facit.* Substitutionem sive permuta- „tionem animæ ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς instituit, cujus analogia observari „debet.

XXX. Id quod in homine peccat est Anima: inde enim procedunt co- „gitationes & actiones malæ universæ Matth. XV, 19. Corpus, uti animæ in- „strumentum est, ita quoque peccantis animæ est instrumentum: adeoque A- „nima est, quæ fit rea pœnæ, Ezech. XVIII, 4. Lev. IV, 2. Corpus autem re- „um est, quatenus peccanti animæ instrumenti vice fuit, 2. Cor. V, 10. Ut „igitur homo vicarium habeat, non tantum corpus pro corpore, sed etiam „atque in primis anima pro anima noxæ dedenda est. Et quum Deus bruta

quæ

„quædam animalia statuerit vicaria pro hominibus peccatoribus; illud quod „in animalibus istis animæ responderet, potissimum spectari volut.

„XXXI Vicarium itaque Animæ humanæ dicit esse Brutorum illorum „*Sanguinem*; quia in brutis anima a sanguine separari nequit: quem sanguinem semper voluit pro hominis anima in altari offerri, & nonnumquam in „Sacrarium inferri, etiam quando totum corpus altari neutiquam admovendum, sed extra castra comburendum fuit, Lev. IV, 12. 21. VI, 30. XVI, 27. „Hebr. XIII, 11. Atque hinc quotiescunque in descriptione victimarum & sacrificiorum mentio fit *Sanguinis*, anima bruti, animæque humanæ vicarium „significatur.

„XXXII. Veruntamen non quivis Sanguis animam significat, aut animæ vicem præstat: sed is solum, qui cum animæ angustia & effusione conjunctus est. Neque enim si quis venam secuisset juvenco, aliive hostiæ, & „copiosum sanguinem, animali tamen superstite, ex isto vulnere manantem „altari infudisset, atque in sanctuarium intulisset, ulla fuisset facta expiatio; verum nova & gravior provocatio, illuso per ἐθελοθρησκείαν Deo, cui loco animæ sanguis sine anima supponeretur: sed ad expiationem poscebatur ille „sanguis, cum quo anima, vitæ principium, sociata est, pariter cum sanguine „effusa; de quo sanguine loquitur Apostolus Heb. IX, 22. Ut verissima sit ac sapientissima Hebræorum distinctio inter *Sanguinem Animæ* & *Sanguinem membrorum*.

„XXXIII. Valet autem circa ipsum quoque hominem usus ille vocis *Sanguis*, ut *Animam* designet. Ubi prima vice usurpatur in scriptura, non alio „sensu venit. Gen. IV, 10. *Vox sanguinum fratris tui clamantium ad me de terra*, „hoc est; vox animæ ejus (pluralis *sanguines* de cæde, seu anima per cædem „expulsa fere dici solet,) quomodo *animæ clamare* leguntur, Apoc. VI, 9. s. Sic „Gen. IX, 5. 6. *Etiam sanguinem vestrum, quatenus est animarum vestrarum, requiram; a manu omnis bestiæ requiram eum: & a manu hominis, a manu cujusvis „fratris ejus requiram animam hominis. Qui sanguinem hominis effundit, per hominem sanguis ejus effunditor.* Sanguinis humani effusio capitalis supplicii reum „facit: non tamen cujusvis sanguinis effusio: sic chirurgi phlebotomiam facientes, sic quicunque vulnus levissimum sibi aut aliis infert, sons foret: „membrorum iste sanguis est duntaxat, non animæ: sed hujus effusio reatum „affert; quem Deus ipse *animarum sanguinem*, conjunctim, itemque divisim „*animam & sanguinem* nuncupat.

XXXIV. Confirmationi est synonymia vocabulorum *Sanguis* & *Anima*, „in sacris literis frequens. Psal. XCIV, 21. *turmatim conveniunt contra animam „justi, & sanguinem innoxium condemnant.* Sic. 1. Sam. XXVI, 20. 24. collatis, „item Psal. LXXII, 14. coll. cum 2. Reg. I, 14. rursum Ezech. XXXIII, 7. 8. 9. & Hebr.

„Hebr. XIII, 17. & Act. XX, 26. 27. collatis. *Sanguinemque fundit*, quisquis „violenter *animam* ex corpore exturbat, tametsi nullam sanguinis guttam ef- „fundat, puta suffocatione sub aquis aut terra, veneno, fame, &c; Satis- „facit quoque legi divinæ Magistratus, & homicidæ sanguinem effundit, „quando violenter animam ejus a corpore dividit, etiam cum suspendio aut „strangulatione istud fieri jubet.

XXXV. Quandoquidem igitur Christus est *ἱλαστήριον placamentum*, Rom. „III, 25. hostia hilastica pro peccato (unde *peccatum factus* dicitur 2. Cor. V, 21.) „etiam *sanguinem* fundere debuit; eumque non alienum sed proprium, *αὐτοῦ* „*ipsius*: quia ipsemet, uti Sacerdos, ita quoque victima est, & hoc respectu „heic consideratur. Cujus quidem *sanguinis* mentio est, quotiescunque de i- „pso sermo est, tanquam de Agno victimali, ferente peccatum, 1. Petr. I, 19. „Apoc. V, 6. seq.

„XXXVI. Atenim, uti Christus præstantior hostia est, sic quoque *san-* „*guis* ejus brutorum sanguinem excellit, non brutam animam denotans, sed „humanam, quæ ejus significatio est ubique, quando de expiatione agitur; „nec alia spectatur effusio, quam quæ *animæ* conveniat.

„XXXVII. Et hac propter nonnunquam memoratur *Anima* Christi, „Matth. XX, 28. *Filius hominis venit ut ministret, detque animam suam* λύτρον, „*redemptionis pretium, pro multis*. Item Jes. LIII, 10. *Dedit ANIMAM suam* „אשם *sacrificium pro reatu.* & v. 11. *propter molestum laborem ANIMÆ suæ*, & „v. 12. *effudit in mortem ANIMAM suam.* Quin toto illo capite, ubi adeo lucu- „lenta est *Expiationis* descriptio, nulla occurrit mentio *Sanguinis;* nimirum quia „non qua Agnus offerendus istic spectatur, sed qua Homo debitor, ob sponsio- „nem pro nocentibus hominibus aliis luiturus.

XXXVIII. Atque ita hactenus Altingius, Hept. II. Differt. 11. §. 48. & seq. cujus verba integra huc transferre non piguit, cum quod rem, quam agimus, præclare explicant, tum quod extra Opera ejus haud temere inveniuntur. Cæterum ex illis jam abunde liquere arbitramur, victimæ typicæ *sanguine* adumbratam esse *animam* Christi; & quemadmodum ille ad necem usque victimæ plene effundebatur, ita Christum quoque *animam suam effudisse in mortem*, afflictum esse a Deo gravissimis & horrendis illis doloribus atque tormentis, in quibus mors, vi comminationis divinæ Gen. XI, 17. peccatis debita, consistebat, quæ alias *poculum* iræ divinæ appellatur, Matth. XXVI, 39. alias *baptismo* confertur, Rom. VI, 3. 4. quando Christus *in profundas aquas*, *in lutum cœnosum* venit, *ubi fundus non dabatur*, Ps. LXIX, 3. quando, inquam, *in abyssum maris* iræ divinæ, cum *omnibus* omnium electorum *peccatis est conjectus*. Mich. VII, 19. Et denique quemadmodum sanguinis typici effusione atque morte victimæ

victimæ, populo Israelitico Deus propitiabatur; ita Christum illa sua morte Deum revera placavisse, nobisque propitium reddidisse, adeoque vere esse *ἱλασμὸν pro peccatis totius mundi* 1. Joh. XI, 2. & *ἱλαστήριον per fidem in sanguinem ejus* Rom. III, 25. Quemadmodum ex sequenti actu evidens fit & manifestum.

XXXIX. Scilicet Pontifex M. non tantum victimam cædere debebat pro populo, sed etiam sanguinem illius in Adytum, quasi ad tribunal, deferre, ibique Deo sistere; ut hic examinaret, an idoneum, sufficiens & validum pretium oblatum esset, in quo tanquam plene satisfactorio acquiescere posset: quæ gravissima & difficillima muneris Pontificalis pars erat, & periculosæ plenum opus aleæ, quandoquidem fieri poterat, ut Pontifex, Deo ipsum forte vel oblationem ejus non approbante, cœlitus a Deo percuteretur & in ipso adyto moreretur; cujusmodi populus quiddam de Zacharia suspicabatur, suffitum in anteriore sanctuario tantum offerente, Luc. I, 21. Quamprimum itaque P. M. hircum pro populo mactarat, exceptum sanguinem e vestigio per velum in adytum inferebat, & super propitiatorium atque ante illud spargebat, ut expiaret adytum ab impuritatibus Israelitarum, transgressionibus & universis peccatis, Lev. XVI, 15. 16. Misn. Cap. V. §. 4. Similiter vero & Christus, postquam se ipsum Deo obtulisset, & fudisset sanguinem suum, sive animam suam in mortem, redemtionis pretium pro multis; eundem suum sanguinem, animam, inquam, in *verum Sacrarium* intulit, *cujus minister erat, quod Deus construxerat non homo* Hebr. VIII. id est cœlum. Etenim finiente trihorio tenebrarum, cum videret Christus jam omnia consummata esse, quæ illi perpetienda fuerant, animam suam tanta tormenta passam Deo commendavit, *& voce clamans valida, Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum meum*, Joh. XIX, 28. 30. Luc. XXIII, 46. Matth. XXVII, 46 50. & *capite inclinato animam exhalavit*. Matth. Luc. l. c. imo *reddidit* Joh. XIX, 30. *Tunc sc. velum templi*, quod adytum claudebat, & quotidianum introitum prohibebat, notantibus hanc temporis circumstantiam Evangelistis, *ruptum est a summo ad imum*; ut publice constaret, eodem momento veri nominis Pontificem verum redemtionis pretium, animam suam, in verum sacrarium jam inferre, & Deo Judici sistere, satisfactionem præstitam approbaturo.

XL. Atque hujus explicationis nobis Apostolus auctor est Hebr. X, 19. 20. *Cum itaque habeamus*, ait, *fratres, libertatem ad ingressum sanctorum per sanguinem JEsu, quam initiavit nobis viam recentem & vivam, per velum, id est, per carnem suam.* Hic ille *velum* per *carnem JEsu* interpretatur, id est *humanam naturam*, quæ quamdiu integra erat, aditus ad Deum nondum erat patefactus. Nimirum uti velum tabernaculi vel templi adyto obductum erat, & cum reliquis omnibus Sacerdotibus, tum ipsi Pontifici maximo, aditum intercludebat



bat

bat: ita *iniquitates* nostræ *a Deo* & cœlo nos *dividunt*, & *peccata* nostra *faciem ejus* a nobis *abscondunt*, ut ad Deum accedere nequeamus, Jes. LIX, 2. At illa Dominus in JEsum incurrere fecit, ibid LIII, 6. qui cum illa in se suscepisset, & in *carne* sua, humana natura, *ferret*, Joh. I, 29. quamdiu sanguinem suum ad peccatorum expiationem nondum fuderat, ipse *velum* fuit, sive id quod per velum adumbrabatur. Postquam vero *peccata* illa, non per se & seorsim, quod fieri non poterat, sed incumbentia Christo, *in abyssum maris* iræ divinæ *abjecta essent*, Mich. VII, 19. sive quod idem est, expiata essent, & reatus omnes *dispuncti atque e medio sublati*, Col. XI, 14 divisio cessavit inter Deum & homines, imo & ipsum JEsum, qui propter horum reatus ad tempus a Deo atque omni favore ejus exclusus erat: ut nunc illi aditus ad Deum rursum pateret, & velo rupto, humana natura separata, sanguinem suum Deo sistere posset; imo *per sanguinem suum*, vi & merito suarum passionum, & præstitæ satisfactionis, aliis quoque aditum ad Deum patefacere & munire.

XLI. Ingressus itaque JEsus per velum, id est, carnem suam, sanguinem suum, gravissimum laborem animæ, in Sanctum Sanctorum, summum cœlum intulit, & Deo causam & meritum suum probavit; cum idem ille justissimus Judex, qui eum non ita multo ante ob susceptum alienum reatum ad mortem condemnarat, hac tolerata, & solutione ad ultimum usque quadrantem plene præstita, sibi ab illo satisfactum declararet, eumque ab omni crimini liberum, atque immunem: ita ut qui se ante a Deo desertum questus esset, jam exclamare posset, *Propinquus est, qui me justificat, quis mecum contendat?* &c. Jes. L, 8. & Paulus adeo inter præcipua fidei Christianæ capita, etiam hoc merito inculcari voluerit, illum esse *justificatum*, absolutum & insontem declaratum, *in Spiritu*, 1. Tim. III. ult.

XLII. Cum vero & ad Christi Sponsoris dignitatem, & ad eorum, qui in illum unquam crediderant vel credituri erant, solatium & securitatem magni interesset, publice constare, & a Judice ipso declarari, sibi quam plenissime satisfactum esse; minime Deus cessavit solutionis præstitæ apocham dare, & compluribus evidentissimis argumentis demonstrare; sed in solutione illa vicaria plene acquiescere, nihilque omnino intercedere, quo minus illi quorum vice & loco passus erat, plenissimæ liberationis effectu fruantur.

XIII. Atque huc inprimis faciunt, (ne nunc ea repetamus, quæ modo de *velo templi rupto* dicta sunt, peccati e medio sublati symbolo) & *Sepulturæ* corporis Christi in loco mundo, ab ipso Deo per Nicodemum & Josephum procurata: nam *ex judicio & angustia exemtus est. Et ipse dedit sepulcrum ejus cum divite propter mortes ejus.* Jes. LIII, 8. 9. quemadmodum malefici, qui morte humano judicio satisfecerunt, Rom. VI, 7. de ligno tollendi erant & sepeliendi,

fiendi, ut maledictio jam a terra ablata significaretur, Deut. XXI, 22. 23. & *Resurrectio*, a Deo itidem imperata, Angelo ad id misso, Matth. XXVIII, 2. *solutis vinculis mortis, eo quod fieri non poterat, ut ab ea retineretur*, Act. XI, 25. exemplo simili in humanis judiciis Pauli & Silæ Act. XVI, 37. & *Adscensio Christi in cœlum, ac Sessio ad dextram Dei*; cum enim *improbus*, vel reus, *apud Deum habitare nequeat*, Psal. V, 5. reditus Christi ad Patrem, & mansio cum illo, evidentissimum gravissimumque nobis argumentum præbet, illum ab omni reatu & liberum esse & absolutum. Nam *una pro peccatis victima oblata, in perpetuum consedit ad dextram Dei; unica enim oblatione consummavit in perpetuum eos, qui sanctificantur*. Hebr. X, 12. 14. ut adeo maximum credentibus in hoc gradu gloriæ Christi sit solatium, Rom. VIII, 34. Sed de his operæ pretium est Cl. Altingium consulere, qui istud argumentum pro more suo solide & nervose est persecutus Hept. 11. Diss. 1. de *Justificatione Christi*, ex qua nos quoque in progressu porro aliquid delibabimus.

XLIII. Sit ergo hoc tandem ratum & certum, JEsum Christum Sanguinis sui effusione & illatione in Adytum *æternam redemtionem nactum esse*, Hebr. IX, 11. 12. neque illam sibi modo, sed omnibus etiam, qui *sincero animo cum plena fidei persuasione, lustratis animis a conscientia mala, & corpore loto aqua munda ad Deum accedunt*. Hebr. IX, 15. X, 22. 23. pro quibus ipse deprecari possit apud Deum, & dicere, *Redime illos, ne descendant in exitium, inveni* REDEMTIONIS PRETIUM. Job XXXIII, 24. Quid vero illud sit, quod sanguinem non tantum in Adyto, sed & in Sancto atque atrio spargere debuerit, idque certo ritu, & denique solus? De his quoque paucis agendum erit, priusquam ad reliqua solennia transeamus.

XLIV. In Adyto, digito in sanguinem intincto, octies spargebat, semel sursum *supra operculum*, & septies deorsum *ante operculum*. Numeri septenarii mysterium procul dubio expiationis perfectionem & plenitudinem significat, quæ die mundi septimo per Messiam est promissa. Judæi tamen Cabbalistæ etiam ad *Sephiroth* suas referunt, quarum tres superiores, quæ Trinitatem nobis exhibent, prima illa adspersio, quæ sursum fiebat, respexerit; septem vero inferiores, quæ perfectiones Dei sunt, quas in Ecclesiæ redemtione demonstrat, reliquæ adspersiones singulæ singulas respexerint An ut significaretur, Deo Triuni satisfactum esse, atque universas & singulas ejus virtutes in hac Christi expiatione quam perfectissime & plenissime esse demonstratas, ut justitiam Rom. III, 25. 26. misericordiam Ibid. v. 8. Joh. III, 16. multifariam sapientiam Eph. III, 10. &c.? Sed ἐπέχω.

XLV. Facilius explicatu esse videtur, quod de ipsius dicitur lustratione adyti, ut illud *expiaretur ab impuritatibus filiorum Israelis, & a transgressionibus*

*nibus omnibusque illorum peccatis.* Lev. XVI, 16. Tametsi enim nemo, non dicam Iſraelitarum, ſed ne ſacerdotum quidem gregariorum, eo intrabat, præter ſolum P. M. hoc die; tamen adytum jam pollutum inveniebat, quoniam ea peccati vis eſt, ut in cœlum penetret ad ipſius Dei conſpectum, & immundis omnia, ne ipſo quidem cœlo excepto, immunda reddat, quæ adeo *ſanguine omnia ſint mundanda* & initianda, cum *abſque ſanguinis effuſione nulla detur remiſſio*, Hebr. IX, 22. ſeq. Vide Altingium & Ainsworthum ad h. l. An vero illud etiam hoc ritu Deus monere voluerit; quorum animæ jam in beatas illas ſedes receptæ erant, eorundem reatus tamen hactenus manſiſſe nondum expiatos, ſanguine Chriſti ſtatuto demum tempore diſpungendos? ſed de eo in ſequentibus etiam erit agendi locus.

XLVI. Sed & ante *Velum* ſanguis eodemque ritu ſpargendus erat. Illud, uti jam dictum, peccatum ſignificabat, & eum, qui pro nobis peccatum factus eſt. Pontifici ſanguinem inferenti cedere debebat, ſed ita, ut identidem in locum ſuum rediret: Chriſto vero ſanguinem inferente prorſus disruptum eſt, & reatus totius terræ diſpunctus, ſed nonniſi vi ejuſdem illius ſanguinis, ut per hunc aditus liber ad Deum pateret.

XLVII. Porro vero etiam altare aureum ſuffitus expiandum erat, ſanguine tecto ejus inſperſo & cornibus allito; An ut & Chriſti preces interceſſorias, & fidelium omnium, omnem ſuam vim ab eodem ſanguine ſortiri & ſanctificari intelligamus? An vero etiam, ut doceamur, ne ipſas quidem preces reliquumque cultum univerſum fidelium Sanctorum adeo ab omni vitio immunes eſſe, quin expiationis indigeant, & ſanguine CHRISTI veniant luſtrandæ?

XLVIII. Denique quod reliquum erat ſanguinis, Pontifex M. ex æde egreſſus effundebat ad fundum altaris holocauſtorum, quod erat in atrio. Altare illud inferius, ex Cabbaliſtarum ſcitis, aliud *altare ſuperius* ſignificabat, *quod medium conſiſtebat inter Deum & Iſraelem, & a quo omnia Iſraelitarum ſacrificia ſanctificabantur Deoque commendabantur*; id eſt, Dominum JEſum Chriſtum, altare ſimul & Sacerdotem Mediatorem. At Animæ ſanctorum *cum Chriſto* ſunt, Phil. I, 23; adeoque cum vel *ſub altari*, ubi Johannes illas vidiſſe legitur Apoc. VI. 9. quo illud Hebræorum rurſus pertinet, נפשותן של צדיקים גניזות תחת כסא כבודך: *Animæ juſtorum ſunt abſconditæ ſub ſolio gloriæ tuæ.* Unde adeo non improbabiliter cum Altingio hanc *ſanguinis effuſionem ad fundum altaris* de applicatione paſſionum & meriti Chriſti explicare poterimus facta animis ſanctorum mortuorum, ut hi quoque eadem oblatione, quæ pro viventibus & multo poſt victuris facta eſt, conſummari doceantur: cum *omnia in unam ſummam collecta ſint in Chriſto, tum quæ in cœlis erant, tum quæ in terra,* Eph.

Eph. I, 10. *& in sanguine Christi justitia DEI demonstretur, non tantum hoc tempore*, cum *justificat quotquot sunt ex fide JEsu; sed etiam in translatione peccatorum quæ ante* præstitutum tempus solutionis *commissa fuerant sub tolerantia Dei* Rom. III, 25 26. quæ peccata etsi credentibus remissa fuerant & in rationes Messiæ relata, tamen non prius expiata sunt, quam dux salutis per passionem mortis consummaretur, & *reatus totius terræ tolleretur uno illo die* Zach. III, 9.

XLIX. Quod autem P. M. *solus*, cum reliqua omnia peragere, tum inprimis sanguinem inferre deberet, ita ut *illo ingrediente ad expiationem adyti, nemo homo in Tentorio esse deberet* Lev. XVI. 17. Id nobis absolutissimam Sacerdotii Christi perfectionem declarat, ceu qui solus *δι' ἑαυτοῦ per se ipsum expiationem peccatorum nostrorum perfecerit*, Hebr. I, 3.

L. Sic hactenus vidimus insignem illam convenientiam, quæ inter Hircum expiationis, & JESUM Christum, Agnum Dei, ferentem & expiantem peccata, inter utriusque mactationem item, & oblationem sanguinis, intercedit. Unde facile liquet, quod Apostolus ait, *Pontificem Maximum serviisse exemplo & umbræ rerum cœlestium*, Hebr. VIII, 5. & *legem habuisse umbram*, picturam quandam & adumbrationem *futurorum bonorum*, ibid. X, 1. atque adeo *στοιχεῖα τοῦ κόσμου*, *elementa elegantiæ*, Gal. IV, 3. sive elegantia rudimenta doctrinæ Christianæ, ætati & captui Ecclesiæ Israeliticæ, quam Apostolus infanti comparat, accommodata, quibus de modo obtinendæ justitiæ per vicariam victimam erudiebatur. Quantacunque vero hæc convenientia est, quæ certe maxima est; sedulo tamen nobis cavendum, ne ceremoniis illis plus tribuamus quam par est, neve pro *corpore umbram* captemus: cum omnis illa similitudo maximam simul dissimilitudinem in se habeat, eamque non minori attentione dignam, quo magis excellentia sacerdotii Christi præ Aaronico elucescat.

LI. Discrimen illud in eo potissimum cernitur, quod Pontifex Aaronicus *alienam* victimam offerebat, Christus JEsus *propriam*, *ἑαυτὸν semetipsum* Hebr. IX, 14. ille *brutam*, hirci, hic *humanam*, rationalem, 1. Tim. XI. 5 6. ille adeo sanguinem quoque *alienum & brutum*, *in tabernaculum manu factum*; *proprium & humanum*, *in majus & perfectius*, in ipsum, inquam, *cœlum* inferebat, Hebr. IX, 11. 12 24. unde non potuit non ingens quoque discrimen esse inter effectus utriusque oblationis. Cum enim ad humani peccati expiationem humana quoque victima requireretur, non bruta; *neque fieri posset, ut sanguis taurorum & hircorum peccata auferret* Hebr. X, 4. seq. Pontificem maximum ad veram populi expiationem nihil egisse necesse est: cum Christus e contrario sui ipsius oblatione *peccati abolitionem*, Hebr. IX, 26. & *καθαρισμὸν purifi-*

*purificationem*, Hebr. I, 3. ac per consequens *æternam redemtionem* obtineret, ibid. IX, 12 quæ & ad præteriti temporis & ad sequentium seculorum peccata expianda valeret; *ad claudendam*, inquam, *transgressionem*, *& obsignanda, peccata & expiandam iniquitatem*; *ad adducendam* denique *justitiam seculorum* Dan. IX, 24. ita ut Christus solus atque *unicus* Pontifex Mediator, Hebr. VII, 23. 24. 1. Tim. XI, 5. Rom. V. 15. *unica* sui ipsius oblatione Hebr. X, 12. 14. *semel*, *una vice* facta, Hebr. VII, 27. IX, 28. eademque in judicio approbata, *δι ἑνὸς δικαιώματος*, i. e. *una actione judicialiter approbata*, Rom. V, 18. & ipse in æternum sit consummatus, Hebr. VII, 28. & cæteros omnes, quotquot sanctificantur, in perpetuum consummaverit, Hebr. X, 14. id est, pace facta Deo reconciliarit, tum qui in terris sunt, tum qui in cœlis, Col. I, 20. Eph. I, 10. In qua dignitate atque excellentia veræ expiationis Christi præ typica illa Pontificis Aaronici asserenda, diligentia Apostoli in epistola ad Hebræos præcipue versatur, Cap. VII. VIII. IX. X. XIII. Unde quot verba, totidem etiam validissima argumenta peti possunt tam ad Pontificios revincendos, qui sacrificium Christi quotidie repeti volunt, atque alios eidem mediatores adjungunt; quam ad refutandos Socinianos, qui vicariam Christi oblationem nostro loco factam, & liberationem illius vi quæsitam negant.

LII. Sed pergamus tandem cum Pontifice maximo ad alterum hircum qui Azazeli erat destinatus, & quid illo significatum sit, videamus. Hunc Deo vivum sistebat, & impositis in manibus, atque edita super illo confessione omnium populi peccatorum, eadem in illum derivabat, & mox dimittebat illum per virum ad id destinatum in desertum, ut omnes populi reatus in se susceptos auferret in terram abscissionis, Lev. XVI, 20. 21. 22. Misn. cap. VI. §. 2. seq. De hoc hirco *Emissario* Doctissimus Willetus in Hexaplis in Leviticum ad h. l. octo diversas Gentilium, Judæorum, & Christianorum sententias recenset; quibus suam tandem, quæ quoque Osiandri ac Justini Martyris fuerit, addit. Nimirum Gentiles, atque inprimis Julianus Apostata, hircum hunc *Diabolo* offerri putarint, non quo illum hoc pacto colerent, sed *ut mala averteret*. R. Abraham Aben Esdra *Saturnum*, ceu in desertis locis dominantem, intelligi; alii ex Judæis alterum pro peccatis animæ offerri, alterum *pro peccatis in corpore commissis dimitti* existimarint. Rupertus hoc hirco *Antichristum*; Origines in genere *improbos*; Pellicanus denique in specie *Judæos*, per mundum dispergendos & reatum suum laturos, intelligant. Tostatus ad literam nil præter ipsum hircum videat, peccata populi ablaturum: Neque vero secundum Calvinum hic ritus alio spectarit, quam ut populus certus esset, *peccata jam abjecta* esse, & ab ipsis ablata. Hisce vero omnibus rejectis, Willetus *commodius* existimat, ut *Hircum emissarium typum Christi* interpretemur *cui Dominus nostra peccata imposuerit, qua procul a nobis abstulerit*. *Osiander*, *& multo an*

te

*te illum Justinus Martyr, in eandem sententiam hanc duplicis hirci figuram incarnationi Christi applicuerint, qua duæ naturæ, humana & divina, uniebantur. Hesychius vero distinctius rem de Christo explicuerit*, qui Impassibilem divinitatem custodiens, solam passionibus humanitatem tribuit: *quemadmodum sc. alter hircus offerebatur, alter vivus dimittebatur: quam quidem applicationem a Petro confirmari* Willetus existimat, 1. Epist. III, 18. quando Christum dicit, *morte affectum in carne, sed vivificatum in spiritu, id est, divino spiritu suo & natura.* Atque hæc hactenus ex Willeto.

LIII. Cum vero in hac tanta sententiarum varietate nulla sit, quam simpliciter admittere queamus; neque vero etiam omnia rejicere audeamus: aliorum quoque sententias audire juvabit, qui rem propius tetigisse, aut penitus assecuti esse videantur. Complures itaque, iique non infimæ notæ interpretes, Hircum emissarium unius ejusdemque Christi typum faciunt, ut quod in priori, qui occisus fuerat, monstrari non poterat, id posteriori hoc emissario declaretur. Nempe Christus non tantum *propter peccata nostra neci dedi*, sed & *ad justificationem nostri resuscitari* debebat, Rom. IV, 25. *crucifigi quidem in infirmitate, sed vivere tamen etiam robore Dei*, 2. Cor. XIII, 4. Ita Ainsworthius, Bochartus, Altingius, & jam olim Augustinus & Procopius.

LIV. Alii oblatione prioris hirci *veram peccati expiationem* notari arbitrantur, quæ per sanguinis fusionem & pœnæ lationem fiebat; emissione vero vivi *effectum hujus expiationis*, ex latione sc. *ablationem* & remotionem *peccati*, eatenus ut nunquam in conspectum Dei contra nos veniret. Ita Turretinus de *Satisfactione Christi*, Parte III. §. 22. Alii tamen apud eundem aliter rem expediunt, & duplici hirco duplicem Christi patiens σχέσιν significari existimant, „unam erga DEUM Judicem, cui satisfaciendum erat per passionem „mortis, alteram adversus diabolum hostem, cum quo luctandum fuit per „potentiam vitæ: respectu prioris jaciebatur sors pro Domino in hircum ma„ctandum, ratione posterioris jaciebatur sors ad Azazel in hircum emissari„um, ut princeps ille tenebrarum experiretur, qui posset cum eo, qui o„mnium peccatis erat onustus, quemadmodum in plenitudine temporis in de„sertum traductus est, ut ab eodem ibidem tentaretur„. Atque in hanc sententiam nos quoque libenter concedimus, cum & per se ipsa orthodoxa sit, & circumstantiis typi satisfaciat, & nullis incommodis urgeatur. Quod quo magis lectori liqueat, res omnis paullo uberius erit explicanda.

LV. Nempe cum per peccatum duplex malum in mundum invectum esset, *reatus*, sive obligatio ad pœnam compensantem, Gen. II, 17. Rom. V, 12. & *subjectio Diabolo*, a quo cum homo ad peccatum seductus esset, ei subjectus

est,

est., ex generali jure 2. Petr. II, 19. coll. 2. Tim. XI, 26. Actor. XXVI, 18. Christus quoque, ut perfectus Liberator esset, utrique malo remedium opponere debuit, & electos ab utroque liberare. Hinc itaque non tantum Deo toleratione pœnæ satisfacere debuit, sed etiam adversus Diabolum pugnare, ut huic devicto prædam eriperet. Qui duo actus nimium quantum differunt; quos & Catechesis Palatina distinguere solet Quæst. 1. *Qui pretioso suo sanguine pro omnibus peccatis meis plenissime satisfecit, meque ab omni potestate Diaboli liberavit*; & Quæst. XXXIV. *Quia corpus & animam nostram non auro nec argento, sed p. s. s. redemit, & a. o. p. D. l. atque ita nos sibi proprios vindicavit*; & prima Nazarenorum Ecclesia assidue suos in ore habere jubebat, quando hac confessionis formula fitebantur: משיחא ופרוקנא דפרק נפשן מן עלמא הנא ומן כל די בי בשמיה דיהוה ונפרן נפורקנא דנפשיה הו ישו נצריא *JEsus Nazarenus est Messias & Redemtor noster, qui vindicavit animam nostram ab hoc mundo & ab omnibus quæ in eo sunt in nomine Domini, & redemit nos lytro animæ suæ.* Sed & DEUS duplex hoc Messiæ officium conjungit Jer. XXXI, 11. כי פדה יהוה את יעקב וגאלו מיד חזק ממנו *Nam redemit Dominus Jacobum, & liberavit illum e manu potentioris quam est ipse.* In quem locum legi meretur Cl. Altingius cum in Comm. ad Jeremiam h. l. tum in peculiari atque elegantissima dissertatione *De Messiæ Servatoris Liberatione, hujusque gemino actu, Redemtione & Vindicatione*, quæ est Heptadis IV. diss. V. ubi hoc argumentum prolixe exponit.

LVI. Cum itaque ad plenam Israelis omniumque electorum liberationem alter ille actus adeo necessarius esset, in prima illa promissione Gen. III. v. 15. primo loco promissus: nihil sane DEI sapientia atque benignitate alienum cogitaverit, qui solenni illo die expiationis hoc quoque Messiæ beneficium adumbratum & Israelitis quasi ob oculos depictum existimarit.

LVII. Atque illud omnes circumstantiæ evincere videntur, quas DEUS in *Hirco Emissario* observandas præcepit. Quod enim DEUS hunc hircum, æque atque alterum illum, *ab Ecclesia Israelis* Sacerdoti offerri jubet, ex sacro populi thesauro emtum, Lev. XVI, 5. quod *alteri colore, statura & pretio quam similimus esse, quod ambo simul capti esse* debuerint; Misn. Cap. VI. §. 1. quod Deus utrumque לחטאת *victimæ piacularis loco dari* jubet: quid id omne aliud commode significare possit, quam hircum Emissarium unius ejusdemque illius typum atque symbolum esse, quem Hircus expiationis adumbrabat, nempe Christi? Quid quod DEUS *sorte* hircos illos distingui jusserit, & suo quemque usui destinari? Itane vero Deus vel *omnes in genere improbos*, vel *Antichristum*, vel *reprobum* denique *Israelem*, ære emi, Sacerdoti exhiberi, aut victimæ piacularis loco voluerit haberi? adeone vero etiam hi Christo

ſto per omnia ſimiles ſint, ut divinæ ſortis judicio neceſſe fuerit ab illo diſtingui?

LVIII. Ad hoc, quod omni exceptione majus argumentum eſſe arbitramur, cum non tantum in privatorum ſed & in publicis victimis ſolennioribus manuum impoſitio, & peccatorum confeſſio, eorumque in victimam translatio neceſſaria eſſet: nihil horum in *Hirco expiationis* factum videmus, de quibus neque Deus quicquam mandarat, neque Hebræorum Magiſtri narrant. Quod vero hic a DEO conſulto præteritum, & a Pontifice Maximo convenienter inſtituto divino omiſſum, id de *Hirco Emiſſario* diſerta lege a DEO mandatum, & a Pontifice pariter obſervatum legimus. Præceptum divinum legitur v. 10. „At hircus, ſuper quem exierit ſors Azazeli, conſtituetur vivus „coram Domino, לכפר עליו *id eſt, ut Vulgatus recte vertit*, ut fundat preces „ſuper eo &c. *id quod clarius exprimitur vſ.* 21. Et imponet Aharon manum u„tramque capiti hirci vivi „& confitebitur ſuper illo omnes transgreſſiones „illorum cum peccatis univerſis, & imponet illa capiti hirci, & dimittet per „virum paratum in deſertum: ut ferat (aſportet) hircus in ſe omnes iniquita„tes illorum in terram abſciſſionis„. Formulam ipſam confeſſionis Lector ex Miſna Cap. VI. repetat, §. 2. ex qua intelliget, Pontificem confeſſionem peccatorum univerſi Iſraelis, mutato ſaltem nomine, cætera eodem modo, ſuper hirco Emiſſario edidiſſe, atque alteram illam ſuorum & familiæ ſuæ peccatorum ediderat ſuper proprio juvenco.

LIX. Quæ vero alia commoda ratio reddi poſſit hujus inſolentis inſtituti, quo confeſſio & translatio peccatorum ibi, ubi maxime neceſſaria erat, omiſſa fuit, ubi vero opus non erat, ibi edita eſt, niſi hæc ſit; quod Deus iſthoc pacto nos docere voluerit, duos illos hircos nihil diverſi exhibere, ſed ambos tanquam unum eſſe conſiderandos; & *hircum Emiſſarium*, eundem illum adumbrare, qui peccata Iſraelis in ſe ſuſcepturus & paſſione mortis expiaturus erat & ablaturus?

LX. Sed magis idem liquebit, ſi, quod præcipuum eſt in hoc hirco, attenta mente conſideremus. Edita ſuper illo confeſſione peccatorum populi, atque his adeo ſuſceptis, dimittebatur per virum opportunum vivus in deſertum, in terram abſciſſionis, ad Azazelem, Lev. XVI, 21. 22. & vſ. 8. 9. 10. coll. Ubi quid *Azazel* ſit, paucis explicandum. Sunt qui hirci ipſius no„men faciunt, quaſi עז אזל ἀποπομπαῖος: ſed ob ea quæ vſ. 10. dicuntur, „alii loci nomen faciunt, quo miſſus. Sed quis ille, nemini conſtat. Sane „uti ליהוה, non hirci aut loci nomen eſt, ita neque לעזאזל „eſſe videtur, verum utrobique denotari eum, cui hirci iſti deſtinen„tur. Sed tum quæritur majori ratione, quid ſit? Rabbini quidam ajunt, „eſſe Samaelem, & huic dari ſuam partem, juſſu DEI, ne accuſet Iſraelitas; „imo die expiationis ipſis ἰσαγγελίας teſtimonium perhibeat. Hoc volunt,

quandoquidem omnia peccata transferantur in hircum, Diabolo illum repræ-„sentari, in deserto, quæ loca pervagari dicitur, Matth. XII, 43. Jes. XXXIV. „ut ablata videns peccata, quod accuset non inveniat. Detestantur autem „eos, qui exinde ipsis impingunt, quasi Satanæ sacrificarent, eumque Deo „æquarent, cum nihil agant, nisi quod Deus mandavit. Nec magis Sammaeli „aliquid offerri, quam Sacerdotibus, qui etiam vescuntur partibus sacrificio-„rum sibi a Deo concessis. Hactenus Cl. Altingius, & recte. Consentiunt enim in eo Cabbalistæ, qui veteris Ecclesiæ Judaicæ fidem tandem libris consignarunt, & mysteria Legis explicant, per *Azazelem* nihil nisi *Sammaelem* intelligi, id est Diabolum, quem alias מלאך המות *angelum mortis*, & שר המדבר *Principem deserti* appellant, ceu per quem mors & omnis corruptio, desolatio & vastitas in mundum est introducta: cum ea tamen adjunctione, ne quis Diabolum hoc modo ab illis coli existimet, quemadmodum apud *R. Nachmanidem*, *Bechai* & *Menahemum Ricanatensem* prolixe est videre. Atque hanc in rem observant, & ante sortitionem utrumque, & post eandem Emissarium Deo sistendum fuisse, ut significaretur, utrumque Deo dari ab Israelitis; qui cum sortis arbiter sit, Prov. XVI, 32. neque Sacerdos pro suo arbitrio hircos illos Deo atque Azazeli nuncupet, evidens esse concludunt, ipsum Deum O. M. alterum hircum Azazeli tradere, atque omnia moderari, nequaquam Israelem vel Pontificem. Pariter vero Christiani multi *Azazelem* de Diabolo accipiunt, maxime illi, qui *Emissario* vel improborum multitudinem, vel Antichristum, vel denique Israelem significari autumant.

LXI. Quemadmodum itaque hircus *Emissarius*, peccatis populi onustus, in desertum deportabatur, tradendus Azazeli, &, ut Magistri narrant, de rupe præcipitandus, Misna VI. §. 6. ita Christus pariter, cum reatus omnium electorum in se suscepisset, jamque pro illis satisfacturus esset, traditus est in potestatem Diaboli & seminis illius, quibus cum decretoria pugna de rei summa decertaret, ut quamvis contritionem calcanei pateretur, gloriose tamen de iisdem triumpharet, & per mortem aboleret eum qui mortis robur habebat, id est, Diabolum. Tametsi enim Christus inde ab infantia omni vitæ suæ tempore odiis, insidiis, calumniis, tentationibus & persecutionibus Diaboli, Herodis, Judæorum & Principum populi obnoxius fuit; nec minus graviter cum alias, uti vero simile est, tum ministerii sui annis inimicitias cum iisdem est persecutus: Tamen id omne, si conatum hostium spectes, ludum jocumque dicere possis, summum præludium tantum, præ quam pugnam depugnavit ultimo illo die, quo illi cum Patre Judice res erat, qui solutionem pro peccatis electorum ab illo exigebat. Tum sc. hostibus Christi opportunissimum videbatur omnes suas vires experiri, & extrema tentare, cum, fatente ipso

ipſo Chriſto, *hora ipſorum eſſet & poteſtas tenebrarum*, Luc. XXII, 53. adeo ut dies ſolutioni dictus Deo præſtandæ, idem quoque eſſet extremæ & decretoriæ pugnæ cum Diabolo, teſte rurſum Chriſto Pſ. LXIX, 29. & in primis v. 4. *Multiplicati ſunt, qui me immerito oderunt, præ pilis capitis mei; qui me excidunt, qui falſis de cauſis hoſtes mei ſunt, robuſti facti ſunt: Quod non rapui, TUNC rependam.*

LXII. Duplices itaque paſſiones Chriſtus illo tempore ſuſtinuit, alteras a Deo alteras a Diabolo & ſemine illius; quæ adeo & ad rei ipſius intelligentiam, & ad plurima Scripturæ loca recte interpretanda, ſedulo & accurate veniunt diſtinguendæ, quemadmodum a Cl. Altingio non incommode diſpeſcuntur in Judiciales & Bellicas. Qui poſtquam Heptade IV. Diſſ. VI. utraſque prolixe explicatas dedit, & in idem tempus incidere oſtendit §. 54. diſcrimen illarum his verbis declarat. „Quæ tamen tempore ſociatæ fuerunt actiones non ſunt confundendæ nec compingendæ in unam, ut ſolutio lytri, & oppugnatio fortis hujus, nihil differre dicantur. Sunt enim diverſiſſimæ. Solutio lytri facta eſt a Chriſto apud Deum in judicio juſtiſſimo: cujus lytri cum debitor eſſet ex ſponſione, ſons fuit, & obedienter citra repugnantiam ſolvit quicquid debebat, ad ſatisfactionem juſtitiæ vindicantis. Oppugnatio fortis exercita eſt ab eodem Chriſto contra Diabolum, quem injuſta poſſeſſione dejecturus, juxta Dei ordinationem juſte aggreſſus eſt; adeoque contra pugnantem innocens ſenſit, & ſuis viribus, Deo quoque auxiliante, ipſum tandem vicit. Unde manifeſtum eſt, quemadmodum Diabolo nulla lytri facta eſt ſolutio, ſed ſoli DEO; ſic viciſſim nullam fuiſſe inſtitutam pugnam contra DEUM, ſed ſolum contra Diabolum. Scilicet in congreſſu cum Deo, qui judicialis; Chriſtus reus fuit nocens, juſte ea propter afflictus & contritus; atque ipſe obedienter eſt paſſus, citra querelas aut provocationem ad judicem ſuperiorem. In congreſſu vero cum Diabolo, qui bellicus, Chriſtus inſons fuit, injuſte oppugnatus, qui tum fortiter contra præliatus eſt, tum jure queſtus de injuria apud judicem ſuperiorem Deum, cujus auxilio hic adjutus fuit. 1. Petr. XI, 23. 24. Joh. XVI, 32.

LXIII. Cum itaque ad plenam & perfectam electorum liberationem gemino munere Chriſtus defungi debuerit, lytri vicarii ſolutione, & lucta cum Diabolo: uterque autem actus in uno eodemque hirco, qui mactabatur, declarari non poſſet, quis non ſummam Dei O. M. & ſapientiam & benignitatem in eo agnoſcat, quod ſolenni illo die, quo expiatio adumbrabatur, duos hircos adhiberi voluerit, quo melius Iſrael de utroque futuri Meſſiæ beneficio erudiretur?

LXIV. Sed negligendæ non ſunt circumſtantiæ, quas vel Lex mandavit, vel Magiſtrorum traditiones narrant. Hircum illum non ipſe Sacerdos abducebat in deſertum, ſed alii ad id deſtinato deportandum tradebat: *Et dimittet illum* ביד איש עתי *miniſterio viri opportuni in deſertum.* Lev. XVI, 21. Nempe

pe etsi Christus semetipsum ad condictum tribunali divino stitit, tamen ut cum Diabolo committeretur, hominum opera intervenit, cum aliorum, qui cruci affixerunt, tum inprimis Judæ, qui illum prodidit. Et quemadmodum *qui hircum dimiserat ad Azazelem, vestes corpusque lavare debebat, priusquam in castra rediret*, Lev. XVI 26. quod impuritatis atque reatus ex hirci illius contrectatione contracti signum erat: Ita Judæi quoque, quotquot Christi crucifigendi auctores fuerunt, etsi æternum Dei consilium exsecuti sunt, Act. IV, 18. tamen gravissimo scelere sese adstrinxerunt, non nisi seria pœnitentia, & fide in eundem Christum, ac baptismo, qui utriusque symbolum, eluendo. Nam *filius hominis abit quidem, quemadmodum de eo scriptum est: Sed væ homini illi, per quem proditur. Melius esset illi, nunquam natum esse.* Sic Christus de Juda, Matth. XXVI. 24. Petrus vero Act. XI, 22. 23. ad Judæos: *Jesum*, inquit, *Nazarenum -- definito Dei consilio ac destinatione proditum accipientes, manibus improbis cruci affixum sustulistis*; & tandem v. 38. *Resipiscite, & baptizetur quisque vestrum in nomine Jesu Christi ad remissionem peccatorum.* Et rursus Cap. III. postquam 13. 14. 15. de gravissimo crimine commissos Judæos redarguisset; v. 19. *Resipiscite*, inquit, *& convertimini, ut deleantur peccata vestra.*

LXV. Notant vero Hebræorum Magistri, quemvis huic muneri deportandi hirci idoneum fuisse, etiam laicum sive Israelitam, imo impurum, quicquid vero Sacerdotes, decernerent, id ratum fuisse. Vide Mis. VI. §. 3. & notas Scheringhami ad h. l. Quod si cui cum historia conferre lubeat, ibi quoque Principes Sacerdotum atque populi observare licebit, qui non ipsi per se Christum ad mortem duxerunt, sed Pilato militibusque Romanis crucifigendum tradiderunt.

LXVI. Postquam Hircus Hierosolyma elatus ad destinatum locum pervenerat, non victimæ in modum cædebatur, sed e sublimi præceps dejiciebatur, atque in acutas petras illisus, & membra fractus, emoriebatur: Mis. VI. §. 6. Haud secus sc. atque Christus quoque *extra portas* Urbis *passus est*, Hebr. XIII, 12. non tantum mortem animæ divinitus sibi inflictam, ad peccatorum expiationem impetrandam, quæ mactatione alterius hirci significabatur; sed etiam corporalem, ab hominibus illatam, quam hæc Hirci Emissarii præcipitatio adumbrabat, etsi expiatoria minime est censenda.

LXVII. Ultimum denique, quod Hebræi de hoc hirco *Emissario* observant, est quod illo a rupe dejecto, panniculus coccineus, qui capiti ejus alligatus fuerat, exalbesceret, idque boni ominis loco haberetur, quod Pontifex M. litasset, & peccata populi expiata & remissa essent. Vide Exoticam, Capite VI. Misnæ nostræ. Id quod, scio, multis incredibile videbitur, qui, quicquid a Judæis traditur, vulgo fabulis solent annumerare. At nihil causæ erat, cur illud

lud in suum ipsorum opprobrium atque dedecus comminiscerentur: cum ingenue fateantur, fuisse quando lingua illa coccinea non exalbesceret, id quod illis argumento erat, Numen illis propter gravissima scelera iratum esse & manere, & Pontificem illorum peccata expiare non potuisse. Quod cum *quadraginta* postremis *annis* ante destructionem Hierosolymorum factum fuisse dicant; eo ipso sane confitentur, inde a tempore Jesu Nazareni cruci ab illis affixi gravissimi sceleris reatum sibi incubuisse, ipsosque veri Pontificis Maximi sacrificio & expiatione repudiata, frustra quæsivisse Deum brutorum sanguine placare.

LXVIII. Quemadmodum itaque panniculus ille coccineus Deo placato colorem mutabat, ita quoque reatus omnes, qui rubenti cocco conferuntur, Jes. I, 18. oblatione & morte Christi sunt ablati, chirographum deletum, prorsusque conscissum, & cruci affixum, &c. Col. II, 13. 14. 15.

LXIX. Interea vero, dum Emissarius deportabatur, Pontifex ad Juvencum suum & Hircum populi redibat, & intestina exemta rite imponebat altari, corpora item dissecta aliis sacerdotibus tradebat efferenda & comburenda extra castra. Lev. XVI, 25 27. Misn. Cap. VI. §. 7 *Adeps* præstantissimum notat, Gen. IV, 4. *renes*, sedem voluptatis; *cætera*, intima quæque, quæ in homine sunt. Hæc omnia in victima delecta & in altari oblata, retectionem & demonstrationem summi & perfectissimi amoris Christi indicant, quo & erga Deum mandataque ejus, & erga miseros mortales ductus, semet ipsum, quantus quantus fuit, Deo victimam pro hominibus obtulit, Ps. XL, 8. 9. Rom. V, 7. Eph. V, 2. Gal. II, 20. Corporis elati mysterium Apostolus explicat; *Nam quorum animalium sanguis pro peccatis in sanctuarium infertur a Pontifice, horum corpora comburuntur extra castra. Quam ob rem & Jesus, ut propria sanguine populum sanctificaret, extra portam passus est*. Hebr. XIII, 11. 12. Ut adeo Christus & *anima*, uti in superioribus vidimus, & *corpore* ignem iræ divinæ senserit, & se ipsum integrum pro nobis tradiderit & corpore & anima, quemadmodum nos corpore & utraque parte pœnam debemus.

LXX. Comburebatur autem corpus hirci extra castra *loco mundo*, in quo reliquorum sacrificiorum cineres deponebantur. Ita igitur & Christi passi mortuique corpus *sepulchro novo conditum est, in quo nemo unquam jacuerat*, Joh. XIX, 41. Quod novum argumentum est, JESUM passionibus suis quam plenissime satisfecisse; cum, qui vivus peccatis onustus omnes ipsum contractantes & ad mortem ducentes polluebat, jam mortuus omni impuritate vacaret, atque adeo merito suo novo & intaminato sepulcro condebatur.

LXXI. Atque ita Pontifex Maximus Aaronicus eximi suo munere, quod illi solenni & anniversario die Expiationis proprium erat, quoque Messiam Sacer-

cerdotem repræsentabat, defunctus erat, nihil tamen nisi umbram exhibens futurorum bonorum, nequaquam rem ipsam. Atque hinc adeo debuit *quotidie*, id est, *quotannis*, quotiescunque dies Expiationis recurreret, S*TARE ministrans*, *& easdem sæpius repetere victimas, quæ non poterant peccata abolere*, Hebr. X, 11. coll. vers. 1. cum è contrario *Christus una pro peccatis victima oblata, in perpetuum CONSEDERIT ad dextram Dei*, Ibid. 12. cum *una oblatione in perpetuum consummasset eos qui sanctificantur*, vers. 14. *& æternam redemtionem invenisset*, Ibid. IX, 12. *ad abolitionem peccatorum* vers. 26. *Quorum ubicunque est remissio, ibi nulla amplius oblatio pro peccatis*, X, 18.

LXXII. Superest tamen adhuc una & item altera circumstantia in ministerio Pontificis illo die observanda. Postquam illi renunciatum erat, hircum jam pervenisse in desertum, atrio Sacerdotum egressus populo se sistebat, & legem prælegebat, maxime ubi de ipsius ministerio agitur, & populi expiatione. Misn. Cap. VII, 1. Ita sane & Christum videmus, quum omni ministerio, in primisque illatione sanguinis in Sacrarium cœleste defunctus erat, ad suos redeuntem, & de iis, quæ sibi vero Pontifici exantlanda fuerant, ex Lege, Prophetis, & Psalmis accurate erudientem, Luc. XXIV, 25. seq.

LXXIII. Porro Pontifex positis vestibus lineis aureas sumebat, in iisque suffitum vespertinum faciebat. Quod si cui etiam huc referre lubeat, (Suffitus enim aliàs quotidiani ministerii pars erat) similiter *Christum* videmus, *qui mortuus fuit, &, quod majus, resuscitatus, esse ad textram Dei & pro nobis deprecari*, Rom VIII, 34.

LXXIV. Non licebat tamen Pontifici Aaronico suffitum intra siparium inferre aditu in S. Sanctorum iterum clauso, nisi quando anno vertente de novo rem Sacram solenniter erat facturus: cum è contrario Christus vi unicæ illius oblationis, cujus rationem & meritum Deo Judici approbaverat, iterum in cœlum adscenderit, & consederit ad dextram Dei in perpetuum, atque ibi Intercessoris & regis munere gloriose fungatur. Zach. VI, 13. Hebr. VII, 26. VIII, 1. IX. 24. X, 12. Qui secundus Christi in cœlum ingressus, & mansio in illo monente Apostolo, inprimis observandus venit, ceu gravissimum & irrefragabile muneris sacerdotalis rite administati argumentum.

LXXV. Similiter vero Pontifex etiam lampades accendebat & reficiebat in Sanctuario, Misna Cap. VII. §. 4. Lampadum illa refectio, quæ quotidie à sacerdotibus instituebatur, verbi divini prædicationem notabat, quæ cum in Ecclesia assidue vigere, tum olim à Sacerdotibus maxime debebat administrari. Itaque & Christus, munere expiationis defunctus, cum ad suos rediisset, illos de regno Dei plene instruxit, & Evangelium per totum terrarum orbem prædicare jussit, adscenditque in altum, & dona

na dedit inter homines, constituens alios Apostolos, alios Evangelistas, alios Prophetas, alios denique Pastores & Doctores, qui verbum Evangelii de regno Dei in plena luce collocarent. Act. I. Eph. IV. &c.

LXXVI. Si quis vero isthæc minus commode huc referri existimet, quod suffitus & lampadum præparatio, non sint Pontificis Maximi, neque hujus diei propria; quamobrem neque nos huic argumento magnopere insistimus: tamen, credo, non intercedet, quominus illud in considerationem veniat, quod Misn. Cap. VII. §. 4. de Pontifice M. narratur Postquam omnibus muneris sui partibus defunctus erat, domum deductum esse, ibique cum amicis hilariter convivatum, quod re bene feliciterque gesta salvus atque incolumis evasisset. Ita quippe Christus quoque representatione sanguinis vel lytri apud Patrem defunctus ad suos rediit, & ut se eundem esse probaret, qui antea cum illis versatus fuerat, seque passurum & ad Patrem abiturum prædixerat, sæpius cum illis cibum sumsit, Luc XXIV, 30. 41. 42. hoc ipso argumenti loco usus, ad veritatem resurrectionis & rei bene feliciterque gestæ probandam.

LXXVII. Atque hæc ea sunt, in quibus *Anniversariam Pontificis M. expiationem* cum *Unica atque æterna expiatione Jesu Christi comparandam* existimamus: Ubi si quid à nobis prætermissum sit, id candidi atque æqui lectoris erit ex divitis ingenii penu supplere; si quid erratum, corrigere. Non omnia cernimus omnes. De populi Officiis, hoc die, jejunio, resipiscentia & fide, nostri instituti non est hic loci agere; cum illa vulgo notiora sint, quam ut nostram explicationem desiderare videantur.

# JACOBI RHENFERDII
# OBSERVATIONES SELECTÆ AD LOCA HEBRÆA NOVI TESTAMENTI.

ETsi in edendis nostris ad N. T. Observationibus nullum admodum ordinem servabimus, sed pro eo atque adversaria nostra, vel memoria, quasque nobis suggerent, eas in charsam conjiciemus; tamen ne plane *ὕστερον πρότερον* agere videamur, initium faciamus a Matthæo.

*OBSERVATIO I. in Matth. I, 17.*

*Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.*

§. I. Satis non erat Evangelistæ Genealogiam Christi ab Abrahamo & Davide usque ad ipsum deducere, nisi etiam observaret, quod ætates inter Abra-

Abrahamum & Davidem, hunc porro & transmigrationem Babylonicam, & denique hinc ad Christum interjectæ essent, easdemque inter se æquaret, & ad tres Tesseradecates redigeret. *Omnes itaque generationes*, inquit, *ab Abrahamo, usque ad Davidem sunt quatuordecim* &c. Id quod non sine gravi ratione & singulari Spiritus S. ductu factum esse, hominem Christianum credere par est, quamvis causa illius curiosæ Observationis non ita sit manifesta. Forte aliquid lucis affulgebit, si Hebræorum ad id argumentum observationis nostræ conferamus.

§. II. R. *Bechai* ad Genes. XXXVIII, 29. *fol.* 30. *Et vocavit nomen ejus Zara*, &c. „*Zara* inquit, de nomine Solis, *Phares* de nomine Lunæ; & re„gnum Domus Davidicæ à Phareso descendit, quod simile est Lunæ. Quippe „notum est, dies Lunæ esse novem & viginti; Propterea invenies à Phareso us„que ad Sedekiam כ״ט איש novem & viginti viros. Quomodo vero? *Pha„res*, *Esron*, &c. *David*. Sic David decimus est à Phareso. A Davide autem „ad Jechoniam invenis novendecim reges, כולם מלך בן מלך eosdem„que omnes Regum filios. Atque hi sunt *Solomon* -- *Jechonias*. Sic sunt novem „& viginti *Viri*, respondentes XXIX. diebus Lunæ. Quemadmodum vero „Luna post diem XXIX. absconditur, ita regnum domus Davidicæ cessavit, & „templum est vastatum, tempore Sedekiæ, qui vigesimus nonus est à Phareso.

§. III. Hactenus *Bechai*. Ex quo liquet, Judæos quoque in numero illarum generationum mysterium aliquod quærere, & Majores Messiæ à Phareso usque ad Sedekiam diebus Lunæ comparare; quamquam Bechai calculum paullo aliter ponit, & à *Phareso* numerandi initium facit, loco ejus quod Matthæus ab *Abrahamo* incipit.

§. IV. Sed propius ad Evangelistæ observationem accedit, quod idem R. *Bechai* de Veterum calculo notat. „Sed in commentario magno ad Exo„dum, inquit, computum aliter instituunt, ita sc. ut dies Lunæ disponant se„cundum incrementum & decrementum ejus, in comparatione ad reges Ju„dæ, inter quos quidam sunt, quorum regnum incrementum cepit instar „Lunæ crescentis; alii, de quorum regno continua diminutio facta est, ad si„militudinem dierum Lunæ decrescentis, donec illud plane cessaret: eodem „sc. modo, quo Luna primo crescit, ac mox etiam decrescit, donec tandem „plane occultetur. Et hoc est, quod commentantur ad Exod. XII, 2. Pri„usquam Deus T. O. M. Israëlem ex Ægypto educeret, significavit illis, non „duraturum illis regnum nisi per triginta tantum ætates: quod dicitur, Ex. „XII, 2. *Mensis hic vobis*. Quemadmodum sc. Luna est triginta dierum, ita „regnum ipsorum triginta fore generationum. Luna lucere incipit die pri„mo mensis, & inde continuo magis illucescit, usque ad diem decimum quin-

tum,

„tum, quando orbis ejus plenus eſt: inde vero a die XV. quotidie decreſcit, & „die trigeſimo plane diſparet. Eadem Iſraelis eſt ratio. Inde ab Abrahamo us„que ad Salomonem ט״ו דור XV. ætates. Abraham enim primus illuxit, q.d. „Jeſ. XLI, 29. *Quis illuxit ex Oriente juſtitia* &c. quemadmodum idem mox „Cap. XLII,6. *Ego Dominus vocavi te* &c. Secutus eſt Iſaac, qui etiam ipſe in„claruit, q. d. Gen. XXVI, 12. *Et ſevit Iſaac* in terra illa; & rurſum Pſ. XCVII, „11. *Lux ſata eſt ſano.* Hunc Jacob excepit, qui illuſtrior evaſit; q. d. Jeſ. X, „16. *Et lux Iſraelis erit ignis.* Tum Juda, Pharez. - - Jeſſe, David. Poſtea„quam vero Salomo venit, plenus fuit Orbis Lunæ, q. d. 1. Paral. XXIX, 23. *Et „ſedit ſuper throno Domini, ut Rex eſſet loco Davidis Patris ſui.* Et poſt pauca rur„ſum: Inde vero a Salomone cœperunt reges magis magisque decreſcere, Re„habeam, Abia, cæterique omnes usque ad Sedekiam; cui regnanti cum „(2. Reg. XXV, 7.) *oculos effudiſſent*, defecit lumen Lunæ. Et mox rurſum: Do„nec diſparuit Luna, & deſtructum eſt templum דור לשלשים ætate tri„geſima. Hactenus illi.

§. IV. Pergit R. *Bechai* „Hinc ergo diſcis, inde ab Abrahamo usque ad „Solomonem, ט״ו דור eſſe quindecim progenies; Nam Rex David eſt DE„CIMUS QUARTUS ab Abrahamo, ſecundum numerum literarum nominis „דוד, quæ faciunt XIV. adeoque Salomo filius ejus XV, reſpondens perfecto „plenilunio. Similiter & Sedekias quintus decimus a Solomone (ſed ma„gno diſcrimine:) Salomo enim lunæ plenæ ſimilis, Sedekias vero diſparenti.

§. V. Cum itaque ex his abunde conſtet, cum recentiores, tum Veteres Hebræorum Magiſtros, Abrahami Davidisque ſucceſſores, vel ſimilis Salomonis, cum Luna creſcente & decreſcente comparaſſe: vero ſimile videtur, Matthæum quoque eodem reſpexiſſe, quanquam cum differentia quadam. Judæi externam Regni pompam, ut alibi paſſim, reſpexiſſe videntur; unde ad Salomonem, Regum omnium florentiſſimum & templi conditorem, ſeriem perducunt; & inde ad Sedekiam, quo rerum potiente Regnum a Juda eſt ablatum, templumque everſum. Evangeliſta vero promiſſionem Meſſiæ, VIRIS factam conſiderandam eſt arbitratus. Cum enim inde a principio Meſſias ut SEMEN MULIERIS promiſſus eſſet; tandem Deus eundem etiam *Abrahamo* promiſit, ceu ex ipſo naſciturum, qui primus illorum, qui in partes tanti beneficii ſunt vocati: quemadmodum *David* eorundem eſt ultimus, unde tanquam a proximo patre vulgo a Judæis, & ipſis Evangeliſtis, בן דוד, *Filius Davidis* appellatur.

§. VI. Sed hoc pacto, dicat aliquis, rationes Hebræorum & Evangeliſtæ minime quadrant; illis inde ab Abrahamo usque ad exilium Babylonicum, triginta gradus numerantibus, hoc tantum octo & viginti: &, quod forte majus videatur, Matthæo ea ratione tantum octo & viginti dies tribuente Lunæ, cum

 conſtet,

constet, illam tantum non absolvere cursum suum diebus triginta. Sed levis illa, credo, difficultas erit, si calculum recte ponamus. Quippe ex Astronomorum disciplina constat, Lunam cursum suum conficere diebus novem & viginti, ac horis duodecim atque aliquot insuper minutis; unde Hebræis, reliquisque populis Orientalibus, Menses alternis Pleni sunt & Cavi, sive dierum triginta & viginti novem. Cum vero Luna quovis mense, quando est in *συζυγίᾳ*, ut Mathematici loquuntur, semel minimum, quandoque bis disspareat, & conspectui se plane subducat, dies, quibus illustris est, tantum sunt viginti & octo. Ad quem numerum Lunæ Conspicuæ Matthæus eodem jure alludere potuit, atque alii Hebræi ad mensem integrum & plenum.

§. VII. Inde vero, LXX. annis, quibus captivitas Babylonica definita erat, elapsis, Zorobabel Salathielis F. Jechoniæ N. ex posteris adeo Davidis, tanquam nova Luna, post biduum, id est, (si *γενεὰν* cum Herodoto aliisque triginta & paullo amplius annis definire liceat) post duas ætates, cornua rursus exserere cœpit; quando Cyri Regis indultu exsules Judæos in avitas sedes reduxit, & Templum instaurare est aggressus. Quo pacto familia Davidica reflorescere videbatur: sed flos erat ille caducus. Cum enim Templi restitutio vicinorum Samaritanorum calumniis in aula Regum Persiæ duodecim admodum annos est impedita; tum adventu Esdræ, illustris Sacerdotis de familia Aaronica, domus Davidicæ resurgentis splendor non nihil est obscuratus; porro temporibus Hasmonæorum, qui ex Vindicibus libertatis primum Ethnarchæ, mox etiam Reges audiebant; & denique Herode Tyranno regnum invadente, ita penitus evanuit, ut tertia decima ætate a Zorobabele (si non maturius) posteri Davidis ad artes mechanicas, quibus vitam tolerarent, abjecti essent, & Maria mater Domini Josepho fabro nuberet. Tunc ergo *quartus decimus* a Zorobabele, *Jesus* Mariæ Filius apparuit, אור עולם LUX MUNDI, *Lux*, inquam, *ad illustrationem Gentium, & gloriam Populi Israel*. Luc. I.

§. VIII. Sed quæ erat populi illius cæcitas, cum venisset ad suos, illustris & a Deo ipso *demonstratus virtutibus, prodigiis & signis*, tamen *sui non agnoverunt illum*, quin imo *Dominum gloriæ* crucifixerunt. Cum vero Deus exinde illum multis modis illustriorem reddidisset, gloria & honore coronasset, resuscitando ex mortuis, assumendo in cœlum, & denique prædicando inter gentes; Orbis Lunæ Davidicæ plenus esse cœpit, & gentibus undique illuxit: quam lucem cum Judæi tamen non agnoscerent, Luna hæc ætate decima quinta, quadraginta circiter post Christum passum annis, in ipso plenilunio, horrendam, respectu Judæorum, eclipsin passa est, R. P. & Templo ipsorum funditus eversis: ut dum Jesus Messias inter Gentes, non amplius ut Luna, sed

ſed ut Sol juſtitiæ, lucet, Judæis ſeſe plane ſubduxerit, iisque per tot ſecula nox incubet atra.

§. IX. Sic ergo illi Evangeliſtæ obſervationi de *tribus teſſeradecadibus* jam probabilem aliquam rationem conſtare arbitramur; poſſemusque jam manum de tabula, niſi *Beza* nos retineret in Notis ad h l. Is ſc. vocem γενεὰ Hebrææ תולדות reſpondere ſcribit. *Itaque hoc*, inquit, *demum eſt, quod Hebræi* תולדות *vocant, paſſive quidem acceptum pro ſingulis qui gignuntur.* Id quod a tanto viro dictum nollem; cum vox γενεὰ, ſive *ætatem*, ſive ſuccedentem *progeniem*, ſive denique *multitudinem hominum ſimul viventium*, ſignificet, voce Hebrææ דור reſpondeat, ad eamque exprimendam cum a Græcis interpretibus tum a N. T. Scriptoribus adhibeatur. Loca notiſſima arbitror, & ab aliis notata; præterquam quod nobis quoque alibi de iis agendi occaſio erit. Videat, cui lubet, *Vorſtium* ad Hebraiſmis N. T. Lib. 1. cap. 12. Ne longe abeamus, in verbis R. *Bechai*, & *Rabboth*, aliquoties vox דור occurrit, eodem plane ſenſu, quo apud Evangeliſtam γενεὰ; atque item vox איש, *Viri*; nunquam vero תולדות.

§. X. Sic: *Significavit illis Deus*, שאין המלכות עומדת להם אלא שלשים דור: *non duraturum illis regnum niſi ad triginta ætates.* Et mox: לבנה שלשים יום ומלכותם שלהם שלשים דור; *Uti Luna eſt triginta dierum, ita regnum illorum erit triginta ætatum.* Rurſum: מאברהם עד שלמה ט״ו דור *ab Abrahamo ad Salomonem XV. ætates.* Ante Bechai *Viros* dixerat: *a Phareſo F. Judæ ad Sedekiam* כ״ט איש *Viginti novem Viri.*

§. XI. Quod vero vocem תולדות attinet, illi reſpondet Græca Γένεσις, ut verſ. 1. Βίβλος γενέσεως, ex Hebræo ספר תולדות/ quod eſt, *Liber* vel *Narratio rerum geſtarum*, uti jam pridem ab aliis doctiſſimis Viris eſt obſervatum. Videatur *Altingius* Tom. II. in Parallelismis V. & N. T. & *Hammondus* in N. T. h. l. a cujus poſterioris expoſitione cur Interpres Latinus *Joh. Clericus* diſcedere voluerit, nihil ſane cauſæ video; cum ספר תולדות & אלה תולדות / vulgo nihil niſi *res geſtas* earumque *enarrationem* dicant, quas Græci πράξεις appellant. Diodorus Siculus Lib. XV. ipſo initio: ἢ πόλεων ἢ βασιλέων πράξεις *Rerum Publicarum Regumve res geſtas* dicit, easque αὐτοτελεῖς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους.

§. XII. Cujusmodi Πράξεις Ἰησοῦ Χριστοῦ cum Matthæus quoque ſcribere aggrederetur, toti Libro, non Genealogiæ tantum, hunc titulum præfixit, תולדות ישוע המשיח Βίβλος γενέσεως I. X. phraſi plane Hebræa, quemadmodum Lucas *Hiſtoriæ Apoſtolicæ*, ſive rebus ab Apoſtolis quibusdam geſtis, Græcum titulum fecit Πράξεις τῶν Ἀποστόλων. De titulo Hebræo illud amplius argumento eſt, quod ipſi Judæi blaſphemam hiſtoriam in Servatorem ſcriptam, תולדות ישו appellant, ad hoc Matthæi initium manifeſto alludentes.

Qua de re paulo prolixius ageremus, nisi jam alii, nostra furtim sublegentes idem dixissent.

§ XIII. Illud merito adhuc quæri possit; quid veteribus Judæis ansam dederit *Pharesum* cum Luna comparandi, siquidem de *Zara* res manifesta sit, illum a זרח dictum, quod verbum *Soli Orienti* proprium est. Sed facilis responsio, si R. *Becbai* audiamus, fol. 49. 1. pr. כי זרח כנגד החמה שזורחת תמיד בענין שוה / ופרץ כנגד הלבנה שהיא פעמים מתמלאת ופעמים חסרה ונפרצת *Quia Zara Soli similis est, qui semper sibi æqualis oritur: Phares vero Lunæ, quæ aliquando vero cava*, planeque sese visui nostro *subducit*. Nempe פרץ *rumpere* significat, *irrumpere, perrumpere*, & *prorumpere* in multitudinem ingentem; ac denique etiam *Erumpere*, atque oculis sese subducere, quod Germani, de militibus signa deserentibus, dicunt ausreissen. Sic 1. Sam. XXV, 10. *Hoc tempore multi sunt servi*, המתפרצים איש מפני אדניו / *qui* (ex versione Cel. Cocceji) *se rumpunt a facie domini sui*; Die von ihren Herren ausreissen; *qui se dominis suis subducunt*. Ita sc. *Luna* quoque proxime ante novilunium *sese* oculis nostris *subducit*. Unde cum *Zara* ab *Oriente* Sole nomen ducat; frater ejus non immerito a *Disparente* Luna nomen ducere videri possit.

### *OBSERVATIO II. ad Judæ Epist. v. 14.*

§. I. Illa vero Matthæi observatio de *tribus Tesseradecadibus* facile Lectori in memoriam revocabit aliam non dissimilem Apostoli Judæ, qui Epistolæ commate 14. observat, *Enochum esse septimum ab Adamo;*

Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος
ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνώχ.

Mira sane, & prima specie curiosior observatio quam utilior; si tamen vel curiosa dici mereatur, quam quisque per se ipse facile animadvertat, si in principio Geneseos, vel Chronicorum, posteros Adami numerare operepretium existimet. Et quid nostra scire magnopere intersit, quotus quisque sit ab Adamo, qui quidque egisse vel dixisse narratur? Sed tamen Spiritus Sanctus notat, & ab homine Christiano vult attendi, *Enochum, SEPTIMUM ab Adamo, de futuro judicio vaticinatum esse*. Eccur vero? Audiamus tantisper Judæos, idem non tantum monentes, sed &, ni fallor, egregie explicantes.

§. II. R: *Becbai* in Legem, Num XXV, 12. fol. 182. 1. pr. והיה פנחס דור שביעי ליעקב אבינו כשם שהיה חנוך שביעי לאדם והם כנגד יום שביעי שהוא שבת והוא יום המנוחה והחיים וזה מבואר *Erat autem Phineas progenies SEPTIMA a Jacobo Patre nostro, quemadmodum Enoch SEPTIMUS fuit ab Adamo: Et uterque respondent diei SEPTIMO, qui est Sabbatum, quod est dies Quietis & Vitæ. Et hoc manifestum est.* Idem fol. 16. col. 2. f. ושבעה

ושבעה אורים אלו הם הנקראים צרור החיים והצדיק הזה דבק בהם כי מצא חן בעיני יהוה וראוי היה לכך כי היה שביעי לדורות והיה כנגד יום השביעי שהוא יום החיים שכולו שבת ומנוחה לפיכך זכה להיו עד : *Et septem illa lumina sunt quæ vocantur Fasciculus vitæ. Et hic justus adhæsit illis, quia invenerat gratiam in oculis Domini. Et hoc adeo æquum erat, quia erat* SEPTIMA PROGENIES, *& respondebat* DIEI SEPTIMO, *qui est Dies vitæ, qui totus est Sabbatum & requies. Hinc ergo assecutus est vitam æternam.*

§. III. R. *Menahem Ricanatensis* in Leg. f 83. 4. m. ויקח עמרם את יוכבד דודתו וגו' הנך רואה כי מש"ה רבינו ע"ה היה שביעי לאבות וכבר רמזתי בסוד חנוך כי השביעי חשוב: Et Amram duxit Jochebed amitam suam &c. *Ecce vides, Mosen magistrum nostrum, cui pax, esse septimum Patriarcharum; Et jam supra in ministerio Enochi innui septimum-quemque esse æstimatissimum.* Ad Gen. V. fol. 32. 2 f. ועל כן היה השביעי לדורות כמו שאמרו רבותינו ז"ל בדורות השביעי חשוב אדם שת אנוש וכו' חנוך *Et propterea fuit septimus ætatum, quemadmodum dixerunt M. N. p. m. Septima quæque ætas est æstimatissima: Adam, Seth, Enos, &c. Enoch.*

§. IV. Hactenus ergo constat, Judæorum Magistros, nec vulgares illos, sed qui ipsis חכמי אמת / *Doctores veritatis*, אנשי הדעת *Viri Scientiæ*, & יודעי דעת *Scientes scientiam*, Γνωστικοὶ, audiunt, quos nos vulgo *Cabbalistas* appellamus, sæpius de *Enocho* observare, esse illum *Septimum ab Adamo:* neque hoc tantum, sed & rationem hujus observationis dare, desumtam partim a *dignitate* & sanctitate numeri *Septenarii*, partim a mysterio & typo, quod Enoch *Septimus* Patrum antediluvianorum relationem habeat ad *diem millenarium Septimum*, qui sit dies Quietis & Vitæ æternæ, quem necessario antecedunt Resurrectio mortuorum & Dies judicii.

§. V. Quod quo melius intelligatur, conferenda est famosa illa & omnium ore trita Traditio Scholæ Elianæ, de *Sex millibus annorum hujus mundi;* quorum duo millia deputantur tempori ante Legem Mosaicam; duo eidem Legi; & duo denique Diebus, Temporibus, *Regno* Messiæ. Tum vero sequetur *Millenarius Septimus* respondens Sabbatho, diei quietis, qui erit חריב id est, liber & vacuus ab illis negotiis & actionibus, quæ in hoc mundo, labentibus sex illis millienis, ad generis humani propagationem & conservationem sunt necessaria. Temporibus enim Messiæ elapsis, erit Resurrectio mortuorum Diesque judicii, quando incipiet mox *Seculum Futurum*; cujus typus est *Dies Septimus*, dies otii & quietis.

§. VI Quemadmodum ergo dies mundi *Septimus*, quo facta est promissio de *Semine Mulieris contrituro caput Serpentis*; de gloria adeo Messiæ & Fidelium; de futuro quoque Serpentis & improborum judicio & æterno atque irrepara-

bili exitio: Quemadmodum, inquam, hic dies *Septimus ſanctificatus* eſt a Deo, & inſtitutus ſignum & ſymbolum cum Promiſſionis jam factæ, tum ſecuturæ etiam Exſecutionis; ita numerus Septenarius in eodem pariter eſt conſecratus, typus itidem conſtitutus perfectionis per Meſſiam promiſſæ, & per eundem aliquando etiam reſtituendæ. Ita ſimiliter *Enoch* SEPTIMUS *ab Adamo*, typus Meſſiæ fuit, non tantum ratione numeri ſacri *Septenarii*, ſed *in primis ratione immortalitatis & raptus ad vitam æternam*, quo *& adſcenſio Chriſti in cœlos, & futura aſſumtio electorum, præfigurata fuit.* Enoch vero non tantum ita mutum typum egit Meſſiæ & reliqui Seminis Mulieris, ratione ortus & exitus; ſed & ejusdem doctrinæ Præconem, quando *vaticinatus eſt* impiis de futuro illo judicio a Meſſia adminiſtrando.

§. VII. Non ignoro equidem, hanc noſtram qualemcunque explicationem quibusdam Theologis nimis Judaicam & Cabbaliſticam viſum iri, illis ſc. qui innocentiſſimam doctrinam de lapſu hominis die mundi ſexto, omni antiquitati, Chriſtianæ pariter ac Judaicæ, tot abhinc ſeculis, receptam & celebratam, non minori imperitia quam malevolentia Novitatis & Heterodoxiæ accuſant. Sed tanti nobis non eſt illorum auctoritas, ut nos a tam pervulgata ſententia, & utili hypotheſi, depellat. Cabbaliſtæ, inprimisque R. *Menahem Ricanatenſis*, paſſim inculcant, plurimarum legum ceremonialium nullam rationem reddi poſſe, niſi ab eo qui intelligat סוד הזוהמה דהטיל הנחש הקדמון בחוה *Myſterium labis illius, quam Serpens antiquus Evæ adſperſit*, id eſt, Myſterium Peccati Originalis. Quod ut veriſſimum eſſe uſus ipſe evincit; ita non minus certum eſt de hypotheſi Altingii, lapſum hominis cum omni Antiquitate ad diem mundi Sextum referentis, & reſtitutionem ejusdem, per promiſſionem Meſſiæ, ad SEPTIMUM. Quod qui negare adhucdum ſuſtinent, illos equidem rogatos atque oratos velim, rem ipſam experiantur, & rationem ſaltem aliquam probabilem afferant, cum ſanctitatis *numeri Septenarii*, in Lege & Apocalypſi adeo frequentis: tum etiam tot Legum Ceremonialium, in quibus idem numerus *Septenarius* vel memoratur, vel certe ſupponitur.

§. VIII. Sed ut ad noſtrum inſtitutum revertamus, illud quoque conſiderationem mereri videtur, quod Judæi obſervant de *Phineaſo ſeptimo a Jacobo*; de *Moſe* itidem (cui & *Aaronem* addere licebit) *ſeptimo Patriarcharum.* Phineaſo magnum illud & memorabile nomen, ſingulare illud fœdus Sacerdotii, nihil aliud peperit quam zelus ille & judicium in Zimbri & Cosbi exercitum, Num. XXV. Moſen vero Deus Pharaoni primum & Ægyptiis אלהים *Deum & Judicem* dedit, qui horrenda Dei judicia in Pharaonem & populum ejus exſecutus eſt, denique etiam ipſum & exercitum ejus ad internecionem uſque delevit. Idem vero deinde etiam populum in deſerto מול האלהים *vice Dei*, guber-

gubernavit & judicavit. *Septimus* ergo ab *Abrahamo Moses* divinorum judiciorum exsecutor fuit; *Septima* item *a Jacobo Phineas* Dei nomine improbos ultus est. Quo minus mirum videri debeat, Judam observare, SEPTIMUM *ab Adamo Enochum de universale Dei judicio vaticinatum esse.*

§. IX. Priusquam ad alia pergamus, unam adhuc & item alteram Judæorum de *Enocho* observationem appingere juvabit. Bechai; l. c. *Et ecce dimidium hujus nominis colligatum est cum nomine* METATRON, *quia illi cognoscendo, & negotio ejus apprehendendo, assiduam operam dedit, donec illum tandem apprehendit eique adhæsit. Et quia illi firmiter adhæsit, mutatum est & corpus & nomen ejus: nam corpus ejus in facem ignis est mutatum, & nomen de illo appellatum Metatron; quia adjunctum rei sæpe appellatur nomine subjecti, quia sic illa quasi unum quiddam constituuntur. Quod vero dicitur* ואיננו *id ex Magistrorum nostrorum phrasi explicandum venit,* אמר לו אין Dixit illi, IMO; *quod est assentientis & affirmantis. Et sic Chaldaice subtiliter redditum est:* Et etiamnum existit, quia non occidit illum. *Et sane hac assumptio illi beneficium maximum fuit, & dignitas incomparabilis. Atque inde indicium sumitur pro Paradiso, & Immortalitate Animæ, quodque illa persistat in æternum. Eademque validum argumentum præbet, nisi homo peccavisset, victurum fuisse in æternum & corpore & anima.* Postrema Rabbini hujus observatio sic satis clara est, neque explicatione indiget; quin eodem modo alii quoque ex raptu Eliæ argumentantur. Media illa, de איננו explicando ex אין Talmudico, argutior. Prima vero, de *Enocho*, appellato nomine *Metatron*, Cabbalistica est & plane ἀινιγματώδης, quam cum præsentis dissertationis angustiæ explicare non patiantur, satis erit eandem paucis verbis indicare. *Metatron* est Angelus illi faciei. Legatus Domini & simul ipse Dominus, custos & vindex Israelis, Angelus, inquam, increatus, minimeque a Deo ipso diversus; cui pleraque omnia a Judæis tribuuntur, quæ Christiani Filio Dei Messiæ adscribunt. Hunc ergo Enoch cognoscere, huic conjunctissimus esse allaboravit; id quod tandem etiam assecutus est, quando in cœlum raptus, ubi ejusdem illius *Metatoris* nomen nactus est, & *Scriba magnus* appellatur. Quo pacto Veteres Judæos nihil aliud significare voluisse existimo, quam Enochum fuisse typum Messiæ.

§. X. Speciminis loco, ut paginam hanc impleamus, de *Angelo Metatron* quædam ex R. *Becbai* addere juvabit. ועל דרך הקבלה׃ ואל משה אמר׃ השם המיוחד׃ על דרך אל ה׳ זהו ששמו כשם רבו׳ וכן דרשו רבותינו זכרונם לברכה׃ ונקרא כשם הזה לפי שבשם הזה נכללים שתי לשונות המורים על ענינו׃ והוא אדון ושליח׃ אדון מלשון חכמים שקורין אל חגברת בעלת ממשלה מטרונה׃ השליח מלשון יון שקורים לשליח מנטטור׃ ועוד

ועוד יכלול ענין שלישי מלשון שמירה׃ כי תרגום משמרת מטרת ועל
שהוא שומר העולם נקרא שומר ישראל׃ והנה מתוך הוראת שמו
השגנו שהוא אדון לכל מה שתחתיו. שכל צבא העליונים והתחתונים
הלא הם ברשותו ותחת ידו׃ והוא השליח לכל שעליו ולמעלה
ממנו שהשליטהו על הכל׃ ושמו אדון לביתו ומושל בכל קנינו׃

Qui primis labris Hebræa degustarit, hæc facile intellexerit, & nos, quoque in seqq. D. V. hoc mysterium pluribus dabimus explicatum.

*OBSERVATIO III. ad 1. Corinth. XV, 45.-47.*

§. I. Cum superiores observationes de *numeris* potissimum agant, non ingratum forte erit adhuc unam & item alteram id genus addi, priusquam ad Matthæum revertamur. Paulus 1. Cor. XV, 45. 47. *Primo & Secundo* Hominis mentionem facit.

Οὕτω καὶ γέγραπται. Ἐγένετο ὁ ΠΡΩΤΟΣ ἄνθρωπος Ἀδὰμ
εἰς ψυχὴν ζῶσαν· Ο ΕΣΧΑΤΟΣ Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν
Ὁ ΠΡΩΤΟΣ ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός.
Ὁ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ.

§. II. Prior phrasis, *Primus Homo*, אדם הראשון adeo frequens est apud Hebræos, ut omnem apud illos paginam faciat; meritoque ineptus dici atque haberi debeam, si illud leviter saltem instituam probare: cum nemo Christianorum, qui vel a limite Magistrorum libros salutarit, illam ignorare possit; præterquam quod in sequentibus etiam illa satis frequenter occurret. An vero *Secundus Homo* Philologis nostris æque ex Magistrorum scriptis notus sit, equidem haud scio. Et quanquam ipse אדם השני τὸν δεύτερον ἄνθρωπον, nondum invenerim; אדם אחר ἄλλος ἄνθρωπος, tamen jam pridem occurrit, & quidem oppositus *Adamo Primo*. En igitur illum apud R. *Abraham Seba*, Fasciculo Myrrhæ, sive Com. in Leg. f. 81. 4. m. *Et propterea quæcunque in Opere creationis scripta sunt, illis similia scripta sunt in Opere Tabernaculi. Atque id omne innuitur indicio diei sexti, quo creatus est* אדם הראשון. *Homo Primus, & quoque alienatus. In Tabernaculo vero propius admovetur* אדם אחר *Homo Alter, similis illi, & hic est Aharon, quemadmodum scriptum est*, Exod. XXVIII. 1. *Tu vero propius adhuc ad te Aharonem fratrem tuum.* Et mox rursum fol. 82. 2. m. ad h. l. *Jam scripsi illud supra, Adamum primum die sexto abalienatum esse per peccatum, quemadmodum scriptum est* Gen. III, 9. *Et dicebat illi* (Deus), *Ubi es? Ac in Tabernaculo adducitur Homo alius similis illi, & hic est Aharon, sanctus Domini, ut suavem reddat* (DEO) *mundum, & stabiliat illum; & sic filii ejus cum ipso, respondentes filiis Adami Primi, qui in causa fuerunt, cur vastaretur mundus. Et quoniam Primus Homo nudus erat sine vestimentis, donec Deus O. M. pro sua misericordia illis*

*illis tunicas pelliceas faceret advelandam nudam carnem: Propterea hic quoque praecipit; & facies vestes sacras Aharoni fratri tuo; qui similis* (vel *respondet*, vel f. *opponitur*) *Adamo primo. In honorem & ornamentum; Non quemadmodum priores* (vestes) *quae non alio inserviebant, quam ad tegendam carnem nuditatis, unde etiam Tunicae ex corio fuerunt, quod est indumentum bestiae.* (Onkelos vero) *qui interpretatus est illud,* Tunicas pelliceas, לבושין דיקר *vestes honoris, consentit illi quod hic dicitur, in honorem & ornamentum, quod itidem redditur* ליקר ולתשבחן *in honorem & laudem.*

§. III. Satis hic manifesta oppositio inter *Hominem Primum*, per peccatum a Deo abalienatum, vastantemque mundum; & inter *Hominem Alium* vel *Alterum*, Pontificem Maximum, adducendum ad Deum, imo vero alios quoque ad Deum adducturum, quique mundum sit restituturus. Sed quicquid hujus est, id in plena emphasi de Antitypo demum verum est, Sacerdote Messia, qui cum ipse ad Deum appropinquavit, tum alios quoque in ipsum credentes ad Deum adducit, Jer. XXX, 21. Rom. V, 1. & S. Eph. II. 12. S.

§. IV. Sed an veteres Judaei talem quoque aliquem agnoscant *Sacerdotem coelestem*? Nos locum unum & alterum proferemus; Lector peritus judicet. R. Menahem Ricanatensis in Leg. f. 112. 1. m. ex Zohar; *Et ex hac barba patescit barba* דכהנא רבא עילאה *Pontificis Maximi Superni, & ex hac barba descendit in barbam inferiorem P. M.* Et mox: *Unde vero nobis constat? ex eo quod scriptum* Ps. CXXXIII, 1. *Sedere fratres etiam una.* (Hic vocula) גם *facit ad includendam Pontificem Maximum Inferiorem. Quia quandocunque Pontifex ille Maximus superior pariter, ut ita dicam, sacerdotio magno fungitur.* Quisnam vero ille *Sacerdos Supernus?* Audiamus eundem Menahemum, fol. 131. 3. f. *Et jam nosti, Michaelem esse* Pontificem illum Maximum Supernum, *quia virtus ejus est ex Gratia. Et* (M. N.) *dicunt in Medras, illum offerre,* (adducere, vel propius admovere) *animas justorum ad instar quotidianorum sacrificiorum, quae igne consumuntur.* Sed haec pluribus persequi alius est & loci & temporis. Nunc satis sit paucis ostendisse, Aaronem, quem Judaei אדם אחר τὸ *δεύτερον*, vel minimum ἄλλον ἄνθρωπον appellant, typum saltem fuisse *Sacerdotis Superni*, i. e. ut Apostolus appellat, *τῆς ἐπουρανίου.*

*OBSERVATIO IV. ad Lucae VI, 1.*

§. I Quemadmodum modo *πρῶτον* & *δεύτερον* seorsim, & ordine naturali, atque opposita vidimus; ita alibi eadem, inso enti plane compositione, & inverso ordine, legimus conjuncta, *Δευτερόπρωτον, Secundo-Primum* Luc. VI, 1.

*Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ* ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΩΙ.

„Multum vexavit & exercuit Viros Doctos (verba sunt Cl. *Cloppenburgii* in pe-

 „culi-

„culiari dissertatione ad h. l.) interpretatio vocis Δευτερόπρωτον, qua indigeta„tur Sabbatum illud Luc. VI, 1. Ante *Scaligerum* vulgo censuerunt, compo„situm esse ex duabus integris vocibus istis δεύτερον πρῶτον. *Scaliger* id exsi„bilat: *Id ad verbum* inquit, *Hebraice esset*, מאחר מקדם *aliter* ὕστερον πρότερον, „*Latine Præposterum, quo nihil præposterius dici potuit &c.* Ipse vero revocat no„minis notationem ad τὴν δευτέραν τοῦ πάσχα: quod sit ἀπὸ τῆς δευτέρας „πρῶτον, a crastino Paschatis primum Sabbatum in computo Pentecostes. „Hanc Viri Illustris conjecturam adoptat *Matthias Martinius* in doctissimo „Etymologico suo.„ Imo vero *Drusius*, *Ligtfootus*, *Altingius*, & nuperrime *Lamy*; præterea, teste *Frischmuthio*, *Casaubonus*, *Petavius*, *Schmidius*, *Hackspanius*; & ipse denique, cujus fide hæc narramus, *Frischmuthius*. Alii diem *septimum Paschatis* intelligere malunt, ut *Aretius*, *Beza*, *Bertramus*, *Pasor*, *Flaccius*, *Chemnitius*. Neque alieni admodum ab hac sententia sunt *Estius & Osiander*.

§. II. Alii vero Doctissimi Viri hoc Sabbatum δευτερόπρωτον festo Paschatis prius esse statuunt, quibus Cl. *L'Empereur* facem præluxit, ad nescio quæ Sabbata, pleraque in mensem Adar incidentia, illud referens. Hujus sententiam Cl. *Cloppenburgius* partim adoptat, partim etiam emendat, ita ut ultimum illorum Sabbatorum, quod à Sectione, quæ tum prælegitur, החדש appellant, illud esse statuat quod a Luca Δευτερόπρωτον appellatur, Hebræis autem הראשון dictum sit. Id quod prolixe & operose satis probare conatur, adhibita etiam tabula, qua, in quem mensis diem quodque Sabbatum incidat, ob oculos sistit.

§. III. Nequaquam tamen ista sua diligentia Cl. *Lud. Cappello* ita satisfecit, quin hic varia in illa sententia incommoda ostenderit, & manifestos *Cloppenburgii* errores notarit. Unde tandem ipse novam sententiam profert, qua *Sabbatum* Δευτερόπρωτον illud dicendum existimat, *quod est quolibet anno primum in Mense Nisan; ut* πρῶτον *quidem dicatur, quia est primum anni cujuslibet sacri* Sabbatum, δεύτερον *vero, quia est post primum anni civilis Sabbatum:* ut sc. *Primum anni civilis Sabbatum sit absolute primum,* πρωτόπρωτον; *primum autem anni sacri* Sabbatum *sit* δεύτερον πρῶτον, unde tandem sit *compositum* Δευτερόπρωτον Vide *Lud. Cappelli* Epistolam ad *Cloppenburgium*, cum *Epicrisi*; & adde, si alias adhuc Veterum sententias desideres, peculiarem *Frischmuthii* Dissert. de hoc argumento.

§. IV. Quid ergo tandem in tanto sententiarum divortio sit statuendum? Quod si mihi quoque post tot Clarissimos Viros symbolam conferre liceat, dicere non verebor; *Cappelli* sententiam, mihi ut simplicissimam, ita & verissimam videri, & à me publice privatimque multis annis ante traditam, quam illam à *Cappello* ad *Cloppenburgium* perscriptam observassem. Ut vero ita statuerim,

erim, simile exemplum facit, *Δευτεροδευτέρῳ*, & *πρωτοδευτέρῳ*, quod in alio casu apud Hebræorum magistros occurrit.

§. V. Hebræi sc. in publicis calamitatibus, earumve metu, inde ab antiquissimis temporibus in hunc usque diem, jejunia per trinundinum indicere solent, sive à paucis quibusdam, sed pietate & meritis gravioribus Viris, sive à toto cœtu celebranda. Non celebrantur vero per tres continuo subsequentes dies, sed per intervalla; die nempe *secundo* & *quinto* septimanæ, & rursum *secundo* septimanæ sequentis. *Misna*, Cod. *Tanith*, Cap. II. §. 9. אין גוזרין תענית על הצבור בתחלה בחמישי שלא להפקיע השערים אלא שלש תעניות הראשונות שני וחמישי ושני: *Non indicunt jejunia Ecclesiæ ita, ut primum illorum incidat in* diem septimanæ *Quintum, ne pretium annonæ augeatur: Sed tria prima jejunia* (indicunt) in diem *Secundum & Quintum & rursus Secundum: Tria autem sequentia, in Quintum, Secundum & Quintum. R. Jose vero dicit: Quemadmodum* tria *prima non* indicuntur inchoanda *a Quinto, ita nec secunda, nec ultima:* sed universa initium ducunt a die hebdomadis Secundo. Secundum hanc ergo constitutionem duo jejunia incidebant in feriam *Secundam*; primum in feriam secundam primæ septimanæ, ultimum in feriam secundam hebdomadis sequentis.

§. VI. Ut vero Magistri duos hosce dies *Secundos* distinguant, illum qui in primam septimanam incidit, vocant יום שני הראשון *diem Secundum primum*; alterum, qui secundæ septimanæ est, appellant יום שני השני *Diem Secundum secundum.* Quod quid aliud sit, si Græce reddi debeat, & voce composita, quam *ἡμέρα πρωτοδευτέρα, dies primo-Secunda* & *ἡμέρα δευτεροδευτέρα, dies secundo-Secunda*? An vero Judæi ita unquam loquantur? rarius, fateor, hactenus ita loquentes observavi, sed observavi tamen. *Lebusch*, Part. 1. sive *Orach chaijim*, §. CCCCXCII. נוהגים בכל אלו הארצות להתענות ב' וה' וב' אחר הפסח וכן אחר הסוכות ואין מתענין אותם בחודש נישן ותשרי: „Solent in omnibus hisce regionibus jejunare, Secun„do, Quinto, & Secundo, post festum Paschatis, & festum item Tabernacu„lorum: neque tamen id adeo illico ipso mense Nisan & Tisri &c.„ Sed mensibus Ijar & Marchesvan. Tum quibusdam interjectis: ואומרים בהם סליחות' ביום שני הראשון אומרים ישראל עמך' אלהים בישראל' פזמון מלאכי רחמים: - - - ביום שני תניינא' אפפוני מים וכו' *Et recitant in illis deprecationum formulas. Die Secundo primo,* (vel primo-Secundo, *ἐν ἡμέρᾳ πρωτοδευτέρᾳ,*) *recitant: Israel Populus tuus. Deus in Israele. & cantionem, Angeli misericordiarum. . . Die secundo Secundo,* (*ἐν ἡμέρᾳ δευτεροδευτέρᾳ, vel die secundo-Secundo*) *Obruerunt me aquæ* &c.

§. VII. Ovum, credo, ovo similius esse non potest quam sibi sunt similes phrases, *Σάββατον Δευτερόπρωτον, Secundo-Primum,* & יום שני הראשון

 *ἡμέρα*

ἡμέρα πρωτοδευτέρα, *dies primo-Secundus*, id est, feria *secunda*, quæ in *primam* jejunii septimanam incidit, atque item יום שני תנייגא *dies secundo-Secundus*, id est, feria *secunda*, quæ in secundam septimanam incidit. Unde adeo illud Lucæ, ἐν Σαββάτῳ Δευτεροπρώτῳ. *Sabbato Secundo-Primo;* ex his, *die primo-Secundo*, & *secundo-Secundo*, explicandum existimem.

§. VIII. Cum enim Judæi duplicem annum habeant, alterum *Civilem*, in contractibus, elocandis & conducendis agris aliisque fundis, necessario secundum naturæ ordinem, in australibus illis regionibus, observandum, & a Deo ipso convenienter naturæ constitutæ commendatum; cujus initium est neomenia mensis septimi, qui *Tisri* appellatur; quem diem Deus festum esse jussit, יום תרועה *diem clangoris*, Hebræi vulgo ראש השנה *Initium anni* vocant: alterum *Sacrum*, respectu festorum, & in memoriam multiplicium beneficiorum quæ Deus populo Israëlitico ex servitute Ægyptiaca liberato præstitit, institutum: duplex quoque anni initium, & in utroque *Primum* aliquod *Sabbatum*, agnoscant necesse est.

§. IX. Quemadmodum ergo Hebræi, cum duos dies *Secundos* habeant, discriminis causa priorem vocant יום שני הראשון ἡμέραν πρωτοδευτέραν, posteriorem vero יום שני השני vel ore Syrissante תנייגא ἡμέραν δευτεροδευτέραν: Ita non sine ratione concludere posse videmur, cum iidem pro duplici anno duplex quoque ejusdem principium & per consequens duo quoque *prima Sabbatha* agnoscant. Discriminis causa, illud quod in anno civili primum erat, *primum*, inquam *Sabbathum mensis Tisri*, ab iisdem olim, appellatum fuisse שבת ראשון הראשון, Σάββατον πρωτόπρωτον: Illud vero quod in anno sacro primum est, & in initium mensis Nisan incidit, dictum fuisse שבת ראשון השני, vel שבת ראשון תנייגא *q. Lucæ* stylo est.

Ἐν Σαββάτῳ Δευτεροπρώτῳ

OBSERVATIO V. ad MATTH. XVIII, 15. 16. 17.

§. I. Sed ut tandem ad Evangelistam Matthæum revertamur, & in numeris tamen pergamus, est ubi UNUS, DUO, & DECEM denique, si recte locum accipiamus, occurrant. Is est

MATTH. CAP. XVIII, 15. 16. 17.

Ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου, Παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ΕΝΑ Η ΔΥΟ. Εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ.

§. II. Quid Ecclesiæ nomine hic loci intelligendum veniat jam olim abhinc seculum controvertitur. Aliorum sententias prolixe afferre & refutare, nostri non est instituti. *Beza* notat esse, quod *Reipublicæ* verterit, S. G; alios qui totum cœlum intelligant; ipse de synedrio Ecclesiastico, vel, ut verbis ejus utar, *Collegio seniorum* interpretatur. Quod si vero Judæorum instituta

tuta & linguam, quibus Chriſtus & Evangeliſtæ ſeſe paſſim accommodarunt, conſulamus, longe aliter vox erit accipienda, pro *numero* ſcil. *hominum* denario, qui apud Hebræos עדה *Eccleſiam*, publicam cœtum conſtituere cenſetur. Ea illorum inſtituta innuo, quæ de privatis injuriis, & confitendis & condonandis, ſanxerunt.

§. III. De confeſſione delicti & ſatisfactione Veteres in Codice *Ioma* agunt, *Cap. VI. §. 9*; & Recentiores de *Ritibus diei Expiationis* ut *Tur Orach Chajim* §. 606. Rem omnem compendio, nec minus nervoſe, jam pridem tradidit latine *Buxtorffius*, Synagog. Judaica *Cap.* XXV, cujus adeo verba huc transferre non pigebit. „*Si cui cum alio*, inimicitia intercedunt, *alter alterum* „*accedit*, & qui alium injuria aliqua affecit, veniam injuriæ illatæ ab adverſa par„te debet petere. Injuria affectus ſponte condonare debet: ſic enim Deus pec„cata ſua illi quoque cito condonat. Si prima vice ignoſcere noluerit; qui ve„niam petit TRES alios ſecum aſſumat, eumque *bis ac ter* deprecetur: ſi „nihil promoveat, non ex debito, ſed ex abundanti DECEM ſecum aſſumat, „eumque iterum deprecetur. Si injuria affectus tum condonet, bene, ſe res habet; „ſi ſecus, tamen ſuo functus officio, liber eſt & immunis, nihilque veniæ, quam „a Deo ſperaret, nocebit: Alter autem qui remittere voluit vocatur אכזרי „*Crudelis, neque a Deo* peccatorum ſuorum remiſſionem petet. Videantur & ſe„quentia *Buxtorffiana*.

§. IV. Nihil poteſt ſimilius eſſe, quam hæc Judæorum agendi ratio illi eſt, quam Servator noſter præſcribit. Non agitur ſc. hic de ſcandalo publice dato, ſed privatis tantum injuriis, עבירות שבין אדם לחבירו, *ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σε ὁ ἀδελφός σου, ſi peccaverit in* Te (ſolum, non in alios) *Frater Tuus*, vel Tu in illum. Quid tum vero? צריך לפייסו, *neceſſe eſt offendens deprecetur, & placet ſibi offenſum* וצריך לילך לו. *& ipſe illum adire debet, ſed hactenus ſolus*, ſine arbitris; Servator: *καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ μόνου.* Si offenſus ſatisfactionem accipere nolit, illum iterum, tertium adire debet, ſed præſentibus teſtibus; Chriſtus: *ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σου ἔτι ἕνα ἢ δύο*, idque Teſtimonii cauſa, ut eodem admonitionis officio fungantur id quod ex ſeqq. intelligitur: *ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν*, quod ſi vero illos, illorumque admonitionem, ſuſque deque habuerit; *εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ*, *Dic Eccleſiæ*: Eccui vero Eccleſia? Totine coetui, an, qui illum moderantur, ſenatut Eccleſiaſtico, vel Collegio ſeniorum? Hic Judæorum Magiſtri, loco unius privati, loco trium, qui hactenus illud negotium egerunt, tandem *Decem* commendant, qui juſtum apud illos coetum, *Ἐκκλησίαν*, conſtituere cenſentur, quique itidem cum offendente, & illius gratia, delicti veniam petere debeant. Quod ſi denique illis *decem* deprecantibus tamen privatam injuriam condo-

 nare,

nare nolit, tu tuo functus es officio, atqui ille אכזרי. *Crudelis*, atque *Israelita* nomine minime dignus censendus; servator: *si ne Ecclesiam quidem*, decem fratus, *audiat*, functus es officio fratri debito, qui cum ad meliorem mentem venire hæc usque recuset, nihil tibi cum illo amplius sit negotii, sed sit tibi, (non aliis, non universo coetui) *loco gentilis & publicani*, cujusmodi homines resipiscere nescii sibi, & suo genio sunt relinquendi.

§. V. Sed dicat forte aliquis, hactenus omnia contraria esse, & quæ servator *Offenso* officia commendet, illa ab Hebræorum Magistris *Offendenti* præscribi, idque neque nos ignoramus, nædum ut inficiamur. Hactenus tamen eadem agendi ratio utrinque occurrit, ut primum *Offensus* solus cum solo agat בינו לבין עצמו, deinde unus, duo, tresve testes adhibeantur: denique ut res ad *Ecclesiam* referatur, id est, more Judaico, ad *Decem*, qui eodem deprecationis officio fungantur. Ex quo fit, ut τὴν ἐκκλησίαν, hoc loco, pro *numero* hominum *denario* accipiamus, quo numero ἐκκλησίαν apud Hebræos definiri cum alibi jam probavimus, tum in sequentibus porro ostendemus. Interea vero Lector noster cum hoc Judæorum more deprecandi etiam conferat monitum Christi Matth. V, 23. de quo cum alii viri docti jam pridem egerunt, tam nos quoque de eodem proxime paucula addemus.

## *OBSERVATIO VI. AD MATTH. XXIII.*

## *DE PHARISÆIS.*

Etsi in Dissertatione de Fictis Hebræorum Hæresibus Thes. III. professi sumus nos ita existimare, viros illustres atque clarissimos, *Josephum Scaligerum*, *Johannem Drusium*, *Abrahamum*, *Scultetum*, & *Johannem Lightfootum*, adeo solide atque accurate de veris Judæorum hæresibus egisse, ut nostræ diligentiæ nihil aut parum reliquum fecerint: Tamen nemo, spero, nobis vitio vertet, levitatisque aut arrogantiæ accusabit, si post tantos Heroas, aliquid ex *Maimonide* adjiciamus, quoad explicandam atque illustrandam genuinam, a servatore *Matth. XXIII.* castigatam, *Pharisaismi* naturam, pertinere videntur. Est autem illud in R. MOSIS MAIMONIDIS *Jod Chazakah, Hilcoth Metammee Miscabh um-sabh, Cap. X.*

„§. I. Plebejus, quamvis Israelita sit, & legi bonisque operibus operam det, tamen immundus esse præsumitur, & vestes ejus sunt calcatio rebus mundis; quæ si cibum potumque contingant, hi inde immundi fiunt. „Quod si ipse vasis testacei aerem contingat, illud polluit. Primitias ob plebejorum contactum comburunt. Et licet immundities illorum dubia sit, „Tamen fidem non merentur de rebus puris (testantes,) quia non intelligunt, „apices juris munditiæ & immunditiæ; unde quisque semper talis esse præsumitur, neque fidem invenit de rebus mundis, donec in se recipiat obser-

„vare

„vare instituta Societatis. Illa autem Societatis Statuta, quæ se observaturum „promittere debet, hæc sunt:

1. *Rebus immundis ne polluatur, nec mundus polluat, sedulo caveto.*
2. *Manuum lotionem & munditiam sedulo observato.*
3. *Ab homine plebejo liquidum non accipito.*
4. *Ad plebejum ne divertito.*
5. *Eundem gestibus suis indutum hospitio ne accipito.*

„§. II. Si quis veniat, qui statuta ordinis omnia in se suscipere velit, uno solo „excepto, non recipitur. Quod si viderimus illum jam privatim domi illa obser„vare, admittitur, & postea docetur rationem munditiæ & immunditiæ. Quod „si vero non viderimus illum domi hæc privatim observantem, primum il„lum rite informamus, tunc in ordinem recipimus; primo quidem ad lotio„nem manuum, dein ad reliquam omnem munditiem. Quod si dicat, se „non recipere nisi lotionem manuum, recipitur; sin vero profiteatur in cæte„ris munditiæ studere, non in manuum lotione, ne quidem ad cæterarum re„rum munditiem admittunt. Postquam eum in Societatem adsciverunt, sol„liciti sunt de illo integros triginta dies, donec didicerit, atque assuefactus sit „munditiæ. Elapsis autem triginta diebus, inde ex quo nomen suum professus „est, vestes ejus, & omnes item cibi ac potus mundi sunt, & de rebus mundis, „æque illi fides habetur, ac cuivis alii Sociorum, etsi non est vir doctus.

„§. III. Viri docti præsumuntur, fide digni esse circa res mundas, neque „necesse habent in se recipere statuta ordinis. Inde tamen ex quo templum „destructum est, sacerdotes tanto fastu elati sunt, ut ne quidem viris doctis res „mundas tradant, prius quam fuerint professi.

„§. IV. Senex, qui Academiam assidue frequentat, non tenetur ad professio„nem, quia jam re ipsa professus est, Academiam frequentando.

„§. V. Quisquis nomen suum inter socios profitetur, necesse est id apud „tres socios faciat; ac liberi & domestici ejus non indigent professione coram „tribus, quoniam ipse (paterfamilias) illos docet, atque assuefacit modo mun„ditiei. Itaque Uxor, Liberi & Domestici ejus tamdiu socii esse præsumuntur, „donec justam suspicionem incurrant.

„§ VI. Uxor hominis plebeji, vel filia quæ viro docto nupsit, ejusdemque ser„vus, qui viro docto venditus est, hi omnino tenentur edere professionem. At „Uxor viri docti, filiave ejus, quæ homini plebejis nupsit, itemque servus „ejus, qui plebejo venditus est, non necesse habent, nomen suum profiteri.

„§. VII. Si plebejus, qui se legibus ordinis abstrinxit, tum, quum adhuc „plebejus esset, habuerit res quasdam mundas, & se probe scire asseveret, eas tum

„tum, cum alii illas tractarent, immundas non fuisse, hæ res vetitæ sunt æque ac „ante. Sin ipse eas tractaverit, licitæ ipsi sunt, sed aliis omnibus vetitæ. Si in„terrogaretur socius de rebus suis mundis, & ostendat illas sibi, ipsi mundas „esse, de eo non vocant illum in suspicionem.

„§. VIII. Si quis ex socio Quæstor Regis, vel publicanus factus sit, aut quid „simile admiserit, ordine ejicitur: si a malitia sua discesserit, cuivis alii similis „est, & de integro ordinis legibus se obstringere tenetur.

„§. IX. Si Laicus, qui professus est, in suspicionem alicujus rei incurrat, „non est suspectus, nisi de re illa sola. Quicunque vero suspectus est, de re gra„viori, etiam in levioris suspicionem vocatur: sin de leviori suspectus sit, non „item venit in suspicionem rei gravioris.

„§. X. Quicunque, cum socius sit, suspicionem incurrit, de rebus mundis, „veluti qui vendat cibos immundos pro mundis, illi nunquam fides habetur, „donec confiterit, illum perfecte resipuisse.

„§. XI. Qui suspectus est, quod fructus anni septimi, vel primitias vendi„derit pro cibis ordinariis, is ponitur in suspicione de rebus mundis. Quo„niam suspectus est de re, lege vetita; idem quoque suspectus est, de institutis „Scribarum. Et cibi immundi non polluunt alias, nisi ex statuto illorum, quem„admodum declarabitur. Quisquis suspectus est de re aliqua, fidem tamen „meretur, ut aliis de eadem testari & judicare possit: cum nemo præsumatur „peccare, ut alii inde lucrum capiant.

§. XII. *Atque hæc hactenus, magnus ille Juris Judaici Doctor & compilator* MAIMONIDES. Unde cuivis attendenti, constare posse arbitramur, qua in re *Pharisæismus* potissimum situs sit, *nemo in externa corporis, ciborum, vestium, & suppellectilium munditie*, non quæ & quatenus a Deo in lege præscripta, sed a Magistris instituta erat, ad quam sancte & religiose observandam sese certo fœdere obstringebant, adeo ut חברות, *societatem*, vel, ut *Josephus* vocat, *ordinem*, τάγμα, (unde *Hieronymi* corruptum *dogma*), constituerent.

§ XIII. Observabit vero etiam ex his diligens Lector, quo fastu *Pharisæi*, reliquos omnes, qui ordini adscripti non erant, etsi cæteræ legis divinæ & bonorum operum studiosos, infra se despexerint, veluti immundos, & indignos quibuscum aliquod commercium instituerent, vel debita humanitatis officia exercerent. §. 1. Cum quo illud eorundem dictum Joh. VIII, 48. 49. conferri potest: *Num quis primorum crediderit in illum*, vel *Pharisæorum? 'Αλλ' ὁ ὄχλος οὗτος, sed plebs ista*, (עם הארץ) *quæ legem non novit, maledicti sunt*. Imprimis illud de *manuum & vasorum lotione* §. 1. & 2. conferatur cum Matth. XV, 1 2. XXIII, 25. 26. & Marc. VII, 1. 5. ad quæ loca videantur quæ prolixe & erudite commentatus est celeberrimus *Pocockius* in *Notis Miscellaneis* ab *Maimonidis portam Mosis*,

*Mosis*, *Cap. IX. p. 34.* ubi Lector explicatum inveniet, quid sit §. 1. *vestes hominis plebeji* esse *Pharisæis* מדרס שהרות, *conculcationem rebus mundis*, nempe ut *Maimonides* illud explicat, *quod Pharisæi vestibus plebejorum propius admotis, haud secus polluantur, atque is, qui ad illud accesserit, quod Gonorraicus calcaverit, eoque nomine baptismo indigeant.*

§. XIV. Neque vero illud negligendum, alios in hoc ordine doctos, alios illiteratos esse, quemadmodum inter Monachos, etiam illiterati vel Laici occurrunt. Ut mirum non sit in N. T. præcipue Matth. XXIII. *Pharisæis* toties *scribas* sociari, imo illis præponi, ceu *Duces & Doctores* illorum.

§. XV. Cæterum de modo recipiendi quoque in ordinem (scilicet) sacrum, & nominis professione apud socios; de jure professorum, mulierum item, liberorum & servorum; de pœna lapsorum, eorumque ejectione & receptione; de odio denique in Publicanos & id genus aliis, ejusmodi esse putamus ut nostra explicatione non indigeant. Quare ne Lectoris nostri judicio in re clara diffidere videamur, eorum observationem propriæ cujusque diligentiæ relinquemus.

§. XVI. Si cui tamen forte dubium sit, an *Maimonides* hoc Capite de *Pharisæorum* secta & Institutis agat, quorum nulla toto hoc capite mentio incurrit; is velim credat, in iis locis Talmudicis, ex quibus *Maimonides* hoc caput compilavit, vel in *Textu* ipso, vel in *Rabbinorum* Notis, hos *Socios* vocari Pharisæos. Sic, quod est *de vestibus Plebeji* polluentibus, id Codice *Chagiga Cap. II.* §. 7. in textu sic legitur: בגדי עם הארץ מדרס לפרושים: *vestes plebeji habentur Pharisæis, pro contaminatis contactu Gonorrhaici.* Rursum, quod est §. 2. שנוהג בצנעה, *quod privatim intra domesticos parietes observat*, id *Glossa* Exterior ad *Codicem Bechoroth fol. 30. col. 1. pr.* ita explicat: כיון דנוהג מנהג פרושים, *quando more Pharisæorum vivit &c.* adeo ut דברי החבורה nihil aliud sint quam *Instituta Pharisæorum.* Sed non licet esse prolixioribus. Conferentur modo, quæ habet Clariss. *Lightfootus* ad *Matthæi III*, 7. & res omni dubio, credo, carebit.

# JAC. RHENFERDII DISSERTATIO
# DE LEPRA CUTIS HEBRÆORUM
## AD ILLUSTRANDA VARIA V. ET N. TESTAM LOCA.

§. I.

Cum de *Lepra Cutis Hebræorum* nonnulla in medium proferre sit animus, pauca nobis in genere præfari liceat; cum quæ ad ὀνοματολογίαν pertinent, tum

quæ ad Rem ipsam delibandà esse videntur. Vocem ipsam Latini Græcis acceptam ferunt, *Lepra* enim certum aliquod scabiei genus denotat latinis æque ac græcis. *Λέπρα scabiei* male genus est, ex eo dicta, quod Cutem *scabiosam* facit, & in quasdam quasi squamas resolvit. A λεπὸς vel λεπὶς *squama*, vel a λέπω *desquamo, decortico*. In Gloss. Cyr. *λέπρα Lepra, Impetigo. λεπρὸς Leprosus, depetigosus.* Gloss. Philox: *λέπρα λίχνην Impetigo.* Hinc & verbum λεπρύνεσθαι, quod duo significare volunt: τραχύνεσθαι & λευκαίνεσθαι. unde & λέπρα ἡ ἐν τοῖς σώμασι παρὰ φύσιν λευκότης. Lepra, præternaturalis corporum albedo dicitur. Germani Aussatz appellant quasi *extrapositionem*, quia malo illo affecti extra sanorum hominum societatem ponuntur: vel potius ob ipsam mali ad exteriora Cutis eruptionem. Alias etiam Maltzey vocant, quasi Malatzey: a græco Μαλακία, unde gallorum *Malade*, & Belgarum *Melaad-heid*, voce generis ad speciem contracta. Idem *Melaats* germanice Maltzey est Leprosus. Hebræis nomine ex Sacris Litteris petito hic Morbus צרעת nuncupatur, & illo affectus צרוע & מצורע. *Lepra* unde *Leprosus*, ut communi Græcorum Latinorumve Interpretum consensu redditur. Hujus Vocis Radicem in lingua hebræa non offendimus. Unicum saltem occurrit conjugatum צרעה. Exod. XXIII, 28. Deut. VII, 20. & Jos. XXIV, 12. Nonnullis Interpretibus, inter quos & *Aben Esra* nomen profitetur suum, hoc idem sonare & significare videtur, ac צרעת Lepra, aut saltem ut ait: מכה בגוף שתחלש כח הגוף *Plagam aliquam in corpore qua debilitentur vires corporis*, quod secutus *Arabs* Parisiis editus in utroque Legis loco. *Græci* tamen eosque secutus *Syrus*, necnon *Latinus Vetus*, vertunt *Vespas* vel *Crabrones* quibus accedit *Chaldæus* & hunc secuti Doctores Judæi. Ita enim Auctor libri ערוך ad vocem צרע non solum citat *Cod. Macschir*: sed etiam *Chaldæum*, qui verterit ערעית *Crabronem*, voce quæ *Incurrere* significat שעוסדרת לקראת אדם ומכה אותו *quia in hominem incurrentes Crabrones eum afficiunt*, pungendo scilicet suo aculeo. Quid vero Vespis dices cum Lepra commune est? Nomen sane, quod hoc insecti genus a pungendo accepit levi litterarum transpositione convenit cum רצע quod pungere significat, unde מרצע Subula, qua auris servi hebræi perforabatur, Exod. XXI, 6. Neque hæc significatus pungendi a Lepra adeo alienus esse videtur, cum hic affectus externam corporis Cutem non minus afficiat & quasi pungat, ac si aculeo Vesparum fuisset læsus. Ingens utique malum *Lepra* est adeo ut Magistri Judæorum ad ipsam hanc denominationem respicientes Lepram appellent צר רעת *Angustia Malorum*, cum plurimum Mali afferat homini illa laborant. Abarbanel notat. צרעת על שם צרת רעת *Lepram vi vocis notare Angustiam malorum*. Huc & pertinet illud quod נגע *Plaga* audiat. Idque nomen κατ' ἐξοχὴν per eminentiam Lepræ detur. Unde Integer Talmudicus Codex

נגעים

נגעים *de Plagis* inſcriptus de ſola Lepra agit; quo ſpectare etiam volunt illud Deut. XVII, 8. *Inter plagam & plagam. Abarb.* ונקראו אלו החולים נגע ספני שהיה העור נגוע. *Hæc autem morborum genera plaga audiunt quia ipſa cutis eſt affecta.* Quid quod conjunctim hæc phraſis occurrat נגע צרעת *Plaga* ſive *Affectus Lepræ* Deut. XXIV, 8. &c. *Chaldæus* pro מצורע habet לקי סגירות *Lepra percuſſus.* Sicque apud Chaldæos Syrosque Lepra vocatur ac ſi *ſecluſionem* dicas. סגר enim eſt claudere, & Leproſi ſecundum Legem ſecludendi & removendi erant. In Verſione *Syriaca* N. T. quæ antiquiſſima eſſe videtur, eſt גרב & גרבא quod *Scabiem* notat in *Thargum:* Lev. XXI, 20. Hebræum גרב ex mente *Iarchidis* eſt *Scabies ſicca.* Convenit vox Hebræa inverſo lecta ordine cum Latinorum *Porrigine.*

§. II. De *Lepra* cum agamus Hebræorum, generalis nunc ſequatur hujus Mali Deſcriptio ut quid per *Lepram Cutis* in ſequentibus intelligendum ſit tanto certius conſtet. In gente Judaica Lepram fuiſſe familiarem ex ſacris conſtat paginis, quidnam vero mali fuerit hac ratione declarabimus: Lepra, in genere conſiderata, eſt Affectus præternaturalis corporum tam inanimatorum quam humanorum, quo externa & naturalis eorum ſuperficies, quacunque ex cauſſa præprimis reſpectu Coloris, mutatur illo in Lege Moſis definito modo. *Subjectum* quod Lepræ affectus occupat eſt Corpus tam *inanimatum* quam *humanum.* Ita enim de *Lepra Veſtium* de *Lepra Ædium* de *Lepra Hominum* legimus Lev. XIII. & XIV. Et hæc prima & maxime notabilis eſt hujus Lepræ differentia ab omnibus aliis ita dictis Lepris, quæ ſola humana ſibi poſtulant corpora quemadmodum etiam objectum Medicinæ ſunt Corpora humana non vero parietis nec ſupellectilia. Specialior autem Lepræ ſedes eſt in externa Corporum ſuperficie, non quidem quaſi ſolam tantum ſuperficiem occupet tanquam affectus aliquis ſuperficiarius, nam & altius penetrare ſolet, ut in parietibus domorum abraſis, & Lapidibus remotis videre licet; ſed quod illa externa in oculos incurrens ſuperficies, certiores reddat de veritate hujus mali, nulla ratione in dubium vocanda. Potiſſimum ſignum ejus fuit, *coloris naturalis immutatio* præternaturalis, color albus in pilis, flavus in Veſtimentis, viridis vel flavus cum rubicundo non quidem arte aliqua facta ſed ſponte enaſcens & propullulans in pariete, ſive aſpredo ſuperficiei adfuerit ſive non. His vero diutius inſiſtere & accuratius ſingula demonſtrare inſtituti nec permittit ratio, nec paginarum anguſtia.

§ III. Quo tamen de toto clarius conſtet negotio, Differentes Lepræ ſpecies enumerare ſaltem in anteceſſum debemus, quo felicius ad ipſam nobis propoſitam pertingere liceat metam. Et primo quidem in duo ſumma genere dividere omnem poſſumus de Lepra Tractationem, cujus fundamentum a ſub-

jectis petimus circa quæ versatur. Alia itaque est *Lepra Rerum Inanimatarum.* Alia *Rerum Animatarum* sive hominum. Prioris generis *Rerum Inanimatarum* Lepræ, duæ potissimum sunt species. Una quæ *Vestes* inquinat, altera quæ ipsos *ædium* occupat *Parietes.* De priori agitur Lev. XIII, 47. De Posteriori vero Lev. XIV, 33. s. Talmud Cod. *Negaim.* de his Inanimatarum speciebus seorsim agit Tractatu *Negaim de Plagis* dicto. C. XI. seqq. & *Maim.* de *Impuritate Lepræ.* C. XI. sqq. Verum de his hic non est agendi locus. Alterum Lepræ genus est quod *Corpora* Hebræorum affecit; estque itidem duplex. I. *Capitis* Lepra, quæ & *Barbæ* ipsiusque *Calvitii* plagam complectitur, de quibus Moses. Lev. XIII. Talmudistæ L. 1. cap. X. Maim. l. 1. cap. VIII. videri poterunt: Secunda hujus species est *Lepra illa Cutis*, quatenus in gente Judaica antiquitus obtinuit, quam hac occasione examini subjicere volui, cum integra de *Lepra* Tractatio angustis unique Disputationis limitibus absolvi vix possit, & hæc ultima sufficiens sit cui operam impendamus nostram, ut quantum licet ex ipsis Hebræorum fontibus, de hoc Hebræis quondam familiari morbo, quædam proferamus in medium.

§. IV. Primus & præcipuus qui de Lepra Hebræorum meminit Auctor est divus ille Moses, summus illius gentis Dux & Legislator, qui *Historiarum* Lib. III. Cap. XIII pluribus hac de re agit, cujus vestigia prementes, quæ ex Judæorum Commentariis vel scriptis melioris notæ & majoris auctoritatis, ad declarationem sensus facere videntur proferre, & salvo meliora docentium judicio, examini subjicere placuit. Hac nobis ipsis indicta Lege, modeste & ordine quantum fieri poterit sequenti observato, susceptum enarrare Thema. *Primo* omnes hujus Lepræ Cuti *Species* proponemus; *Dein* Signa & Rationem ejus contemplabimur; *Tum Caussas* inquirere conabimur; *Denique Adjuncta* quæ maxime ad Prognosin Medicorum facere videbuntur subjungemus: atque ita potissima rerum Capita nos persequi posse confidimus.

§. V. A definitione hujus affectus quæ *Lepra Cutis* dicitur nobis ordiendum esset; sed quod perfectiori modo & majori argumentorum pondere illam probatam dare valeamus, ubi singulas ejus viderimus species & signa, non ægre feret Lector spero, si ad hunc locum eum ablegemus. Nunc de Differentibus ejus *Speciebus*: & quæ his omnibus vel singulis competunt prius acturi. Dividimus autem *Lepram Cutis Hebræorum* ratione extensionis in *Universalem* & *Particularem.* *Universalis* est, quæ totam fere Cutis superficiem possidet, a capite ad calcem, ita ut nihil fere sani in toto corpore externo appareat. *Particularis* vero est quæ unum vel plura humani corporis membra occupat. Et hæc quidem *Particularis Lepra* varias iterum admittit differentias. Alia enim in genere quamcunque cutis partem tenet; Alia autem non nisi certam & deter-

terminatam sibi vendicat. Prior omnem respicit partem cæteroquin sanam; posterior vero non nisi Cicatrice ulceris vel adustione deformatam. Nec dissentiunt hic Judæi cujuscunque Sectæ. Ita Auctor quidem Karæus *Elias Bischitzi* dictus in Libro quem de suo Nomine inscripsit : אדרת אליהו. *Pallium Eliæ*. (quem Librum Constantinopoli Impressum Bibliotheca Lugdunensis Academiæ possidet, licet Viri Doctissimi illum ἀνέκδοτον esse sibi aliisque persuadere conati sint.) Omnes in lege memoratas Lepræ species quæ homines attinent, numero comprehendit septenario hoc ordine & his verbis: שאת ספחת בחרת שע׳ עור ובשר שאת ובהרת ש׳ מכוה שאת ובחרת ש׳ שהין נתק ש׳ הראש והזקן שאת ש׳ קרחת וגבחת h. e. *Tumor, Abscessus, Macula, in Cute vel Carne; Tumor & Macula in Adustione; Tumor vel macula in Ulcere; Porrigo Capitis ut & Barbæ; Tumor Calvitiei & Recalvationis.* Tres priores species proprie ad præsens nostrum faciunt institutum, & eandem referunt sententiam. Ex Talmudistarum schola est R. Isaac Karo, in suo תלדות יצחק Historia Isaaci, in scripto Opere. *Sex*, inquit, *Lepræ dantur species: In Carne Cutis, Ulcere, & Adustione, Plaga Capitis, Barbæ, & Defluxus Pilorum.* Aliam quoque Judæorum Magistri Lepræ observant differentiam, qua non tam ipsum locum affectum, quam ipsum mali respiciunt statum & conditionem, & in singulis fere memoratis speciebus vel in totum vel ex parte conveniunt. In Genere legimus *Cod.* Schebuoth. *De Juramentis* C. I. §. I. מראות נגעים שנים שהן ארבע: *Duo dantur Plagarum Genera quæ in quatuor dipesci possunt species.* Hoc repetunt quoque & specialius declarant initio *Codicis de Plagis* C. I. מראות נגעים שנים שהן ארבע בהרת עזה כשלג שניה לה כסיד ההיכל ושאת כצמר לבן שניה לה כקרום ביצה:: *Duo dantur plagarum Genera, quæ in quatuor dividuntur species. Macula intense alba ut nix, cujus secunda species est instar gypsi palatii, dein Tumor ille Lanæ albissimæ similis, cujus secundaria species instar pelliculæ ovorum.* Singulas hasce Lepræ species ordine videbimus prout a Mose describuntur, cum in antecessum pauca de loco affecto in genere quoque fuerint observata.

§. VI. Non arbitror fore ullos, qui hoc Genus Lepræ de quo in præsenti dissertatione agimus, in gente Judaica unquam extitisse in dubium vocare velint, nisi omnem simul fidem hebræorum æque sacris ac profanis denegent Historicis; neque si qui tales sint morari nos debent, quin potius de re ipsa certi, in *modum* & *rationem* ejus inquirimus. Primum quod itaque nobis sese offert est ipse locus affectus. Diximus jam §. 2. Lepram externam Corporum tangere superficiem, cujus dicti memores nulla operosa indigebit probatione, Lepram Cutis externam corporis humani respicere superficiem.

Sæpius enim inculcatum legimus toto illo XIII. Levit. נגע בעור בשרו *Plaga in Cute Carnis ejus* v. 3. v. 5. 6. &c. Plagam in homine adeoque in Cute & Carne humana deſcribit Moſes priori hujus Capitis parte. Cutem & Carnem eſſe partes quibus Corpus humanum conſtat, certum eſt, & per Carnem quidem omnem illam molliorem & muſculoſam intelligimus ſubſtantiam, qua Oſſa, Arteriæ Venæque reconduntur, quas partes divinus ille humani Corporis artifex ab omni defendere aeris cæterorumque corporum injuriis volens, variis tegumentis, inter quæ Cutis cum ſua Cuticula eminet munire inſtituit. Quem Animantibus uſum præſtant pelles, Volucribus pennæ, ſquamæ Piſcibus, eundem & longe præſtantiorem habet ipſa Cutis. Magnus ille Veteris ævi Philoſophus, Jobum indigito; inter miranda Dei opera in formatione hominis gravisſimis ſententiis Cutem & Carnem commemorat. עור ובשר תלבישני ובעצמות וגידים תשככני *Cute & carne induiſti me, & oſſibus atque nervis compegiſti me.* c. X. v. 11. Artificioſam Carnis ſubſtantiam ex infinitis vaſis conſtantem quem fibræ undique cingunt, tendines firmant, cuique nervi inter texti æque ac ſanguiferi illi venarum arteriarumque canales, robur & firmitatem conciliant, nunc accuratius & fuſius perſequi non licet, neque quiſquam expectabit ampliorem Cutis deſcriptionem quam Anatomiæ & Medicinæ Principes ſumma Cura opera ſtudio atque labore inſtituerunt. Scopo notis ſatisfacere poſſe exiſtimamus, ſi hic notemus, illud corporis noſtri mirabile Tegumentum intelligi, quod variis conſtat laminis, cui ab interiori parte adeps adhæret, in cujus medio cribroſum vel reticulare illud opus, in quo Glandularum & excretoriorum vaſorum extremitates deprehenduntur, una alterave membrana perforatis poris, ad inſenſibilem tranſpiratum promovendum reperitur, cui denique Epidermis ſive Cuticula ſuperimponitur, infinitis minimiſque ſquamis conſtans, arctiori vinculo inter ſe invicem junctis, ut externam illam conſtituant Cutis noſtræ ſuperficiem,

§. VII. Vitia cutis, in quibus potiſſimum Lepra fuit obſervata ſacer deſcribit Hiſtoricus v. 2. אדם כי יהיה בעור בשרו שאת או ספחת או בהרת והיה בעור בשרו לנגע צרעת. quæ verba J. Tr. vertunt: *Homo cum fuerit in cute carnis ejus tumor aut abſceſſus aut papula, quorum aliquid erit in cute Carnis ejus vergens ad plagam.* Tria hic occurrunt nomina, quibus hæc vitia, quæ ad Lepram vergunt, denotantur. Generalis quippe hæc eſt deſcriptio omnes ſub ſe comprehendens ſpecies, quam etiam in ſequentibus pluribus exequitur, & ſignis ſuis diacriticis determinat. Ordine videamus ſingula: Primum nomen eſt שאת. *Tumor.* LXX. habent οὐλὴ Luth. ſo etwas aufſähret.

fähret. Belg. *Geswel,* Satis sibi constant Judæi in significatione hujus vocis eruenda. Karæus ille *Elias* in suo de *Pallio Eliæ* Tractatu supra citato, ait: שאת טעמו הוא מענין נשיאות. *Vocabulum* שאת *protuberantiam denotare.* Imo mox explicationis ergo vocat בשוא׳ מן העור *Tumorem qui præ cute protuberat.* Optime huic Karæo cum Traditionum convenit Magistris ut traditur in *Jalkuth.* n. 551. שאת אין שאת אלא גבוה וכ״הוא על ההרים הרמים ועל הגבעות הנשאות. *Vocabulum* שאת *Tumor, altitudinem aliquam denotat secundum illud* Ef. II, 14. Et contra omnes montes celsissimos & omnes colles altissimos. *Abarbanel* rejecta sententia Aben-Esræ ita concludit: היותר נכון הוא שמלת שאת הורה על יתרון בשר או ליחה הנולד בעור האדם שלא כמנהג הטבעי והוא מלשון יתר שאת. h. e. *Rectius multo vocabulum* שאת *abundantiam denotat carnis vel humoris in cute humana præternaturaliter enatam, quemadmodum hæc vox sumitur Genes.* XLIX, 3. יתר שאת *Excellentia abundantia dignitatis.* Refertur quippe hæc vox ad Radicem נשא, quæ *ferre, tollere, attollere*, significat, adeoque suæ originis ratione aliquid elatum denotat, & in his circumstantiis, *Tumorem, Tuberculum, Pustulam,* aut *Protuberantiam* quamlibet, in cutis summitate observandam, ex quacunque caussa & quomodocunque contingat. Cutim enim posse extolli, si major, ut *Abarbanel* notat, collectio Liquidi intra vasa fiat vel aliquid succrescat, ipse rerum docuit usus & ratio: hac ratione autem de naturali suo statu decedit longius, quanto tumescentia illa est major vel difficilior, unde tumores quandoque dicuntur scyrrhi, & in sphacilum transeunt. Cujus generis Tumorem vel Tuberculum intelligere debeamus, ex sequentibus demum constare poterit: nobis in præsenti sufficit, si probe teneamus, quamvis protuberantiam, quæ fit in cute carnis, salva tamen ejus superficie, quæ in ulceribus rumpitur, heic loci indigitari. Et hæc *species Lepræ,* cui *Tumor* accidit, *protuberans* sive *aspera* dici poterit: & licet primo memoretur, posteriorem tamen locum obtinet inter Lepræ species: uti ex Talmude §. 5. vidimus.

§. VIII. Alterum nomen est ספחת. quod toto hoc Capite non nisi v. 2. occurrit. Conjugatum ejus מספחת aliquoties invenitur. Interpretes varie vertunt: Vulg. *Scabiem.* quem Lutherus sequitur: Schäbicht, Grind, Krätze. LXX. habent Σημασια. Belgæ: *Gesweer, Versweringe.* Junius & Tremellus *Abscessum.* Buxtorfius & Coccejus in Lexicis *Scabiem* vertunt. Vocis Origo facile patet, agnoscit enim Radicem ספח, quod verbum *Adjungere, assumere* significat. 1 Sam. XI, 36. Ef. XIV, 1. hinc vox ספיח, Ef. XXXVII, 30. *Accessorium,* quod sponte ex terra nascitur segetique accedit. Huc refert *Elias Bischbitzi:*

*Bischitzi:* ספחת טספחת מטעם את ספיח קצירך וטעם שהיא צרעת מספחת & ספחת Hoc est: ויוצא מן העור אפנים ונשא אל נגלחו: *eo veniunt sensu quo* Lev. XXV, 5. ספיח קצירך. *Accessorium vel sponte enatum messis tuæ; banc ob rationem quia hæc Lepræ species intra cutem collecta palam sponte prorumpit.* Propius ad veritatem accedunt illi Judæorum Magistri, quos longa serie enumerare nil attinet, quorum sensum optime assecutus clarissime explicuit R. *Salomo Ben Melech* in מכלל יופי ad hunc locum: סה׳ לשון ספחת טפלה שנ׳ ספחני נא אל אחד כהונות לאכל פת לחם ובשורש ספח פירש ואפשר כי היא החזזית הנאספת והמקובצת יחת מענין ונספחו על בית יעקב שהוא ענין הקבוץ והדבוק ואסיפה. דבר אל דבר ורז״ל פירשו כי לפיכך נקראת ספחת לפי שהיא טפלה לבהרת שניה לה בלובן מלשון ספחני וגו׳. Id est: *Vox* ספחת *significat accessorium aliquod, ut sumitur* 1 Sam. II, 36. *Assume me quaso &c. Ad Radicem* ספח *notatur: forte Impetiginis esse speciem, quæ colligitur & aggregatur una. Significatione desumta ex illo* Ps. XIII, 3. *& associabunt se Domui Jacob: ubi notatur congregatio, adhæsio collectiove unius ad aliud; Magistri quoque nostri f. m. ita exponunt: Hunc vocari affectum* ספחת *quia ad maculam est adjunctum aliquod, ipsi scilicet in albedine secundum sensu vocis ex* 1 Sam. XI, 36. *desumto.* Id nempe sibi volunt Judæorum Doctores, hoc nomine non aliquid diversi, sed *subordinati* saltem indigitari atque *accessorii*, ad vitium illud principale, quod *Tumor* dicitur; & hoc respectu non inconcinne per *Abscessum* forte verti posset. Quandoquidem autem hoc nomen medium locum occupat inter Tumorem & Maculam, ideo non tantum de priori, sed & de posteriori aliquid participat, & ut Talmudici loquuntur, est שניה *secundarium* aliquid in Tumorum & Macularum genere. Vitium scilicet quod incipientem stagnationem humorum indicat, antequam ad illam perfectionem seu quantitatis, seu potius qualitatis, quæ hic magis attendenda venit, sit perductum: Adeo ut licet tria memorentur vitiorum cutis nomina, hoc intermedium tamen ad utrumque ex æquo pertineat, & tanquam *adjunctum* aliquod seu *accessorium* consideretur, cui *Abscessus* nomen, donec commodius occurrat, distinctionis gratia imponemus. Sequimur hac in parte *Eliam Mizrachi*, qui pag. 187. 1 sic loquitur: הכתוב מונה אותן שלשה הוא משום דספחת לאו שם נגע אלא שם חבור כמו ספחני נא אל וגו׳ כמו אמר שאת ומחובר לה בהרת ומחובר לה Hoc est *Tria in Scripturis memorantur nomina, licet vox* ספחת *non tam sit nomen Affectus quam symptomatis ejus, ut docet locus ille:* 1 Sam. II, 36. *Assume me quaso &c. ac si diceretur; Tumor cum suo symptomate, Macula*

*Macula cum symptomate suo.* Gradu scilicet hæc tantum differunt, symptoma nempe illud, *minor Tumoris & Maculæ gradus est.* Nec abludit ab hac sententia Auctor מקור החיי qui hoc modo definit: ספחת הוא חולי שיתחבר אל מקום אחד: *Abscessus, est morbus in unum locum collectus;* quod Græci *ἀπόστημα*, Latini *Abscessum* vocant.

§. IX. Tertium nomen, quod in hoc negotio occurrit, est בהרת. LXX. habent. *Αὔγασμα, Τηλαύγασμα διυγάζον.* Vulg. *Lucens candor.* Jun. Tr. *Papula.* Lutherus Eiterweiß. Belg. *Blaaren* Judæus Germ. Blecken. Hoc vocabulum æque ac præcedens extra hunc locum, ubi de Lepra agitur, in S. Scriptura non occurrit. De Etymo interim inter Judæos aliosque Interpretes satis constat; convenire quippe putant cum voce בהיר quam legimus Job. XXXVII, 21. בהיר הוא בשחקים *splendens est in nubibus*, quod de luce prædicatur. Arabibus usitata est Radix בהר, quæ *Lucere, splendere* significat. Ejus derivatum est בהיר *Chaldæis* familiare. Ita apud Judæos Cabbalistas Librum extare novimus, בהיר *Bahir* dictum, quod idem valet ac alio tantummodo vocabulo alter ille זוהר *Zohar*, quem alius magni nominis *Commentarius Cabbalisticus* gerit. Utrumque *splendorem* Αὔγασμα denotat. Ita quoque hoc cutis vitium, a splendore quem emittit præternaturali, בהרת Splendor, *Candor* qualis nivis est, denominatur: ut optime vim vocis expressérint LXX & hos secutus *Vulgatus.* Qui enim ex junioribus *Papulam* vertunt, a vi vocis recedunt longius, neque quid *Papula* sit, satis attendere videntur. *Papula enim pustula* est; at Pustulam jam appellaverat Moses שאת *Tumorem*, quo omnis generis Pustulas & Tubercula comprehendit. Accedit, quod monente *Celso* L. V. c. 28. „Papularum duo sint genera, alterum est in quo cutis „per minimas pustulas exasperatur & rubet; Alterum Ἀγρίαν appellant Græ„ci, in qua similiter, sed magis, cutis exasperatur & rubet„ Huic Lepræ speciei candenti & intense albicanti neutra papularum species convenit, & sic nonnisi abusive *papula* dicitur *alba.* Si sane Judæos, quibus hoc quicquid est vitii melius constare potest, consulamus; illi præter summum candorem & splendorem in *macula* intelligunt nihil. Ipsum proferamus *Karæum Eliam*, aliquoties citatum, qui ab ea suspicione cœcæ obedientiæ & amoris nimii erga traditiones Majorum liber, ita scribit: בהרת הוא מטעם בהיר הוא בשחקים והטעם שיראה בעור מקום עב ונדעך ומקום בהיר מחבה דקות הליחה המחליאה שתחת העור: Id est: בהרת *Macula eo sensu venit, quo vox hæc occurrit* Job. XXXVII, 21. Splendens est in nubibus. „Cu„jus rei ratio hæc est: quod in Cute locus appareat obscurioris & obtusioris „coloris, & locus intense splendens abscondet tenuissimum liquidum morbi-

„ficum sub ipsa cute.„ Nec abeunt in diversum Talmudici. Unde etiam Judæus Germanus generaliori nomine *Maculas* (*Flecken*) vertit. Id quod & faciunt Christiani plurimi *Munsterus*, *Piscator*, *Tirinus*, *Sa*. Quam versionem & nos retinemus, cum, ut in sequentibus patebit, hæc macula non fuerit elata sed potius ejusdem cum reliqua cute superficiei, si non aliquantulum depressior. Proxime huic accedit Maculæ aliud vitium cutis בוהק dictum. v. 28. quod *Vitiliginem* probabiliter credimus, albicans quippe & splendens pariter est, non vero adeo intense, ac hæc macula, adeo ut a Lepræ immunis sit suspicione.

§. X. Quo ordine jam hæc tria nomina in Lepræ affectu consideranda veniant certius constabit, cum prius egerimus de signo Pathognomico, omnibus Lepræ cutis speciebus communi, a cujus intensiori vel remissiori gradu postea dependet specierum differentia. Dein de aliis huic affectui maxime propriis & specificis signis acturi. Generale Lepræ signum, omnibus ejus speciebus competens est *Albedo præternaturalis* externæ superficiei partis affectæ. *Macula* etenim expresse appellatur *alba*. vs. 4. 24. *Tumor itidem albus*. vs. 10. 19. Quid quod de ipsa plaga expresse dicatur: vs. 17. והנה נהפך הנגע ללבן *& ecce mutata fuerit plaga in albam.* Hinc *Moses Maimonides* nullus dubitavit ab hac albedine definire ipsam Lepram. *de Impur. Lep.* C. 1. §. 1. צרעת עור הבשר הוא שילבין מקום מן העור ותהיה חלבנונית כקרום ביצה ולמעלה. i. e. *Lepra cutis carnis est, si aliqua pars cutis albuerit albedine pelliculam ovi aut exæquante aut excedente.* Albedinis cum sint species variæ, remissiores aliæ, aliæ intensiores, pro earum ratione ipsa quoque Lepra alia est. *Summus* albedinis *gradus nivi* comparatur, & Lepræ tribuitur. Sic *Manus* Mosis *Leprosa erat sicut Nix*. Exod. IV, 6. *Maria* Mosis soror *Leprosa* evadebat *sicut Nix*, Num. XII, 10. Inter omnes *Lepra species* hæc albedo summa in בהרת *Macula* reperitur; unde illa Talmudicis doctoribus familiares locutio בהרת כשלג *Macula ut Nix:* item plene בהרת לבנה כשלג *Macula alba ut Nix.* Quod si in *Macula* color remissior fuerit, qui albedine ad nivem proxime accedat, hæc *Macula secundaria* vel *notha* dici potest. & hanc speciem æqualem volunt esse *albedini gypsi templi:* & hæ duæ species, Macula cum suo Abscessu, primarium sunt Lepræ genus. Cui succedit alterum, quod itidem in *duas* dispescitur *species*, quarum *una Tumor*, *altera Abscessus Tumoris* vel Tumor nothus dici potest. In determinanda harum specierum albedine dissensus est inter Doctores, ut notatur Codice *de Plagis*, Negaim Cap. 1. §. 1. השאת כקרום ביצה שניה לה כצמר לבן דברי ר׳ מאיר וחכמים אומרים השאת כצמר לבן שניה לה כקרום ביצה:

ביצה: Idest *Tumor est instar pelliculæ ovi* (*albicans*,) *cujus secundarium vitium est instar Lanæ albæ, hæc est sententia R. Meier Sapientes vero statuunt, Tumorem esse instar Lanæ purissimæ, secundarium ejus ut Pellicula Ovi.* Neque tamen hæc dissensio est adeo magni momenti, quin facile assensum assequatur communis sapientum sententia, præ unius alicujus doctoris singulari opinione. Lana alba hic consideratur tanquam purissima agniculi unius diei, quæ & tenerrima & albicans esse solet. כקרום ביצה quid sit, non caret ambiguitate, unde pro diversa acceptione vel R. Meier vel Sapientum sequenda erit sententia. Vertunt nonnulli קרום per *Testam Ovi*, alii per *Membranam*, quæ albumen ovi intrinsecus obducit, ejusdem cum exteriori testa substantiæ, nisi quod albumini sit proprior, neque tantæ duritiei, utpote aëri non exposita. Infimus videtur esse albedinis gradus, qui in Tumore esse potest, si inter Lepræ species sit referendus. *Testa* nimirum *Ovi*, superare videtur *Lanam purissimam* quæ *gypso* est inferior. Quicquid vero sit, non infra hanc Albedinem subsistit ulla Lepræ suspicio: & si Magistris fides habenda, Quatuor hæ erunt Lepræ species, sola intensione albedinis differentes; *Macula* pura, alba ut *Nix: Abscessus* ejus, instar *Gypsi albissimi: Tumor* instar *Lanæ albicantis: & Abscessus ejus* ad *albedinem pelliculæ ovi* accedens. Illud quoque observat Karæus *Elias:* Mosen in ulteriori explicatione initium sumere a Macula, cui Abscessum subjungit, ultimo de Tumore agere; unde concludit, gradu hæc omnia differre, hoc modo: כי הבהרת היא צרעת קלה ותטהר כשלא תפשה והמספחת קשה בטהרתה כי היא יותר ישנה מן הבהרת והשאת היא יותר ישנה מן המספחת כי היא נשאת ועבתו מן רבוי הליחה ועביה: „Macula est Lepra levior, pura enim erit si non diffuderit sese. Abs„cessus impuritate gravior, magis enim est inveteratum malum Macula. Tu„mor sive pustula adhuc magis inveteratum malum est præ Abscessu; Attolli„tur enim & intumescit ob majorem humorum crassiorum copiam.„ Quæ vero hic de leviori gradu memorat, non contrariantur illis Magistrorum observationibus, quibus *summus* Lepræ *gradus* adscribitur *Maculæ*. Hoc enim solius albedinis respectu dictum est, ut vel inde argumentum petere licet Maculam esse gravissimum malum: quia, si *macula* reliquis *Lepræ signis* careat, pro *Abscessu* reputetur. v. 6 מספחת הוא *Abscessus est*. *Karæus* autem de recenti & inveterata agens Lepra, *Maculam, Recentem* esse judicat, *reliquas* vero *species* magis *inveteratas* esse existimat. Reliqui Traditionum Doctores nec huic contradicunt, sed ipsam Maculam in exemplum semper proferunt; hac cautione, quicquid de hac prædicatur ratione vitii aut impuritatis, illud quoque de cæteris valere Lepræ speciebus, quas pro diversa albedinis commixtio[illegible] i *Cœlo*,

 *seda-*

*ſedecim* alii, nonnulli *plures* faciunt, quas hic recenſere, ſpatii & temporis anguſtia intercluſi ſuperſedemus.

§. XI. In enumerandis *ſignis*, unde de Lepra fieri debet judicium, vidimus *Univerſale: Albedinem nempe naturali majorem*, & hæc quoque ſola in *Lepra Univerſali* conſideranda venit, ut ſuo loco patebit. Dantur tamen adhuc alia *ſigna particularia*, nec ſola ſufficit albedo, niſi quod aliud acceſſerit ſignum, quod dubiam declaret, & præſentem indigitet; cum prius, ſuſpectum de Lepra reddat ægrum, donec eventu aliter Sacerdoti ex ſignis conſtiterit. In enumerandis his ſignis Judæi ſatis conſtant, eaque ad tria revocant capita. Ut ſunt *Pilus Albus, Diffuſio* & *Vivacitas*. Mirum ſane videtur, cur unum & quidem in Macula maxime notabile omiſerint *ſignum*, niſi illud, cum Pilo albo conjunctum eſſe, vel ſub colore albo comprehendi crediderint. Nobis itaque ipſum Moſen ſequentibus, non tria, ſed quatuor conſideranda erunt ſigna, & tribus illis memoratis addimus: *Profundiorem plagæ aſpectum*. Neque tamen Judæi illud omittunt, ſed quo jure in numerum ſignorum non admittant, anxius inquirere non lubet. Primum autem huic dabimus locum, quoniam inter prima occurrit, & ne aliorum turbemus ordinem. De hoc ſigno autem Moſes C. XIII, 3. ומראה הנגע עמוק מעור בשרו *Et ſpecies plagæ illius profundior fuerit cute carnis ejus* verſ. 19. vero ait והנה מראה שפל מן העור *Quod ecce ſpecies ejus depreſſior ipſa cute*. Differunt hæ phraſes, quæ rem unam eandemque, vel ſaltem non multum diverſam notare videntur. עמוק *profunda* res dicitur, quæ & eandem ſervat ſuperficiem; ut *Aqua* cui tribuitur. Prov. XVIII, 4. XX. 5. שפל *Humilis, depreſſus* vertitur, & opponitur *alto*, ut Ezech. XVII. אני יהוה השפלתי עץ גבה הגבהתי עץ שפל *Me eſſe Dominum, dejicere arborem altam, & exaltare arborem dejectam*. Hæc ſi obſervetur hic differentia, tum *Macula*, quæ eandem ſervat cum reliqua cute ſuperficiem, ſi fuerit tranſparens, videbitur eſſe profundior. *Tumor* vero, qui antea erat altior, *depreſſior* dici poterit, ſi juſtam non ſervet vel obtineat altitudinem. Vel etiam *depreſſior* forte erit *macula*, quæ in juſtum tumorem non aſſurgit. Si verſ. 25. cum 26. hujus Capitis XIII. Lev. conferamus, promiſcuum horum vocabulorum obſervabimus uſum, qui tamen nil impedit, quo minus diſtinctum, modo jam obſervato, de eo formemus conceptum. Quod igitur ad *ſpeciem profundiorem* vel *depreſſiorem* attinet, illa de re conſtans Judæorum eſt obſervatio, non niſi de *apparente depreſſione*, vel *profunditate* interpretandam eſſe. Ita enim *Auctor Libri* מצות גדול Præcept. Aff. 234. rem explicat. לא שהיה ממושו עמוק אלא בראיית עין כמראה המרה שהיא נראות רעין עמוק מן הצל; i. e. *Non quaſi revera ſit profundior, ſed quod talis oculo eſſe videatur, ut ſolis aſpectus oculo profundior eſſe apparet ipſa umbra*. Quo & *Abarbanelis* ſpectat nota: ומראה הנגע עמוק מעור בשרו כלומר שהיא

nihil **du-**

את לבן יותר ממראה העור הטבעי ולזה יראה למביט מרחק שהיא עמוק מן העור כשמש מן הצל: i. e. *Et species plagæ profundior cute carnis ejus* hoc *eſt, Intenſiorem eſſe albedinem, quam naturalis fert cutis; unde e longinquo contemplanti profundior cute apparet, quemadmodum ſol umbra videtur eſſe profundior.* Hæc *ſpecies profundior ad ſignum univerſale* referenda videtur, ſi Maim. admittenda ſententia. Is enim de *Imp. Lepr.* C. 1. §. 6. כל מראה צרעת עור הבשר אינו קרויה נגע ולא מטמאה עד שיהיה מראה הנגע עמוק מעור הבשר לא עמוק במשחיתו אלא במראה העין במראה החמה הנראי לעין עמוקה מן הצל: *Omnis Lepra carnis cutis non prius appellatur Plaga, neque impuritati eſt obnoxia, quam Plagæ aſpectus cute carnis fuerit profundior, non quidem profunditate quæ ad tactum, ſed quæ ad ſolum viſum patet, ut Solis aſpectus, qui oculo videtur umbra eſſe profundior.* In id convenit inter omnes, *profunditatem* hanc, *coloris* reſpectu in *Macula* obſervari. Cujus rei rationem ex natura petunt lucis & umbræ; Lux ſcilicet profundior videtur, quia plures emittit radios ex pluribus punctis; Umbra vero altior quaſi apparet, quia & umbra ſuffocantur radii luminis magis minusve, unde non ejusdem videtur cum luce eſſe in eodem corpore plano ſuperficiei. Præterea notum eſt, colorem album, lumen recipere majus, & longius transmittere. Hinc etiam *Karæus Elias*, in *Eliæ Pallio* hoc notat, quaſi Scholaſticorum innutritus principiis, וכל מראה לבן יראה עליון ונשא מן המראה הנרעך ולבן נקרא הנרעך עמוק: i. e. *Omnis albedinis ſpecies excelſior eſſe apparet, & elatior præ ſpecie obtuſiori, unde & obtuſum, profundum appellatur.* Hinc autem Judæis naſcitur difficultas, quomodo fieri poſſit, ut Macula, præternaturali albedine prædita, aſpectu non ſit profundior. Cum in Libro *Siphri* S. 11 §. 1. de *Leproſ.* dicatur אין לי אלא בהרת לבנה *nullam aliam niſi albam agnoſco maculam.* Hæc res R. Sal. Jarchi adeo torſit, ut faſſus ſit ſuam ignorantiam. Huic equidem ſatisfacere ſtuduit dubio R. *Moſes Nachmanides*, obſervans hanc profunditatem aſpectus, ſemper cum pilis albis conjungi, quod quidem verum eſt; ſed huic non acquieſcit interpretationi R. *Elias Mizrachi*, ea ratione ductus, quod ſi in loco affecto plures eſſent pili nigri, duo vero tantum cibi, ex regula *Nachmanidis* ſequatur, hic nullam adeſſe Lepram, ob nigros pilos, cum tamen ob duos pilos albos leproſus declaretur. *Abarbanel* hoc modo argumentatur: אע״פ שתהיה בהרת לבנה בעור בשרו הנה כיון שעמוק אין מראהו מן העור כלומר שאינו לבנה יותר משאר העור i. e. *Quamvis macula alba in cute fuerit carnis, cum tamen aſſeritur in lege ſpeciem illam non eſſe cute profundiorem, hoc notat albedinem hanc reliquæ cutis non excedere multum colorem.* Id ſcilicet agit, colorem hujus Maculæ eſſe remiſſionem, nec adeo

candidum ut transpareat, vel profundior esse videatur. Quod de depressiori dicitur specie, huc poterit referri, vel etiam alia explicatione expediri, prout scilicet aut *maculæ* aut *tumori* attribuitur. Hoc unum notandum, de *Tumore* simpliciter considerato non dici, *& species ejus depressior*. Cum tumoris candor multo sit remissior, nec adeo transparens, quin altitudo ejus facillimo negotio possit observari, quod impendit, quominus depressior, vel profundior esse appareat.

§. XII. *Secundum signum*, ex quo de Lepra certissime constat, est *Pilus albus* sive Pili in albedinem conversi. De hoc signo Moses v. 3. ושער בנגע הפך לבן. *Si Pilus ille in plaga mutatus sit in album*. Id quod & sæpius inculcat de singulis vitiorum generibus. v. 10. 20. 25. Pilus in corpore humano diversis in locis in primis per universam excrescere cutem, varia proportione suoque colore instructos vel *αὐτοψία* docet. Celeberrimis Anatomicis si fides habenda, non tam inter excrementa corporis, quam inter partes ejus organicas recensendi erunt. Radices enim suas habent inter glandulas certis vesiculis contento bulbo, suntque varii coloris pro amplitudine canalium, & constitutione liquidi, quod per illos canales defertur. Pro diversitate quippe sanguinis & humorum diversi, transparebunt colores, qui etiam successu temporis mutationi sunt obnoxii: ita Senes canescunt cum minima vesta constringuntur, partesque extremæ fiunt magis *rigidæ*. In variis gentibus, pilorum quoque diversitatem notant Auctores: hinc Gallia Comata dicta Romanis, Germanis antiquis temporibus crines flavii fulvo auro similes, familiares. Æthiopes crispatis crinibus lanuginosis nigris gaudent. Judæis in hunc usque diem crines pilique nascuntur utplurimum nigri, aut rufi. Et hos colores, eorum magistri tanquam ordinarios ponunt. In Affectu quoque Lepræ, *Pilorum* habenda est ratio, eorumque *mutatio*, inter præcipua impuritatis signa reputatur. Non autem vaga vel incerta illa mutatio, sed determinate *Album* esse pilum oportet, quia *Macula*, vel *Tumore*, horumque *Abscessibus* hanc subierit mutationem; adeo ut præcessisse debuerit vitium cutis, cumque pili in cute radices agant, si scilicet laudabilis nullus affluat humor, vel ipsorum radices aut canaliculi vitium patiantur, constringantur, vel alio modo laborent, naturalem suum amittere debent colorem, qui hoc in Lepræ affectu erit albus, ad canitiem accedens, ante quam annis graves, homines communem naturæ legem sequantur. Jam vero Hebræorum consulendi sunt Doctores Legisque periti, qui hanc *pilorum mutationem*, certissimum asserunt Lepræ signum, cuicunque demum speciei acciderit; *Maimonides* prodeat, qui Tractatu *de Lepra Immund.* C. 11. §. 3. scribit: לובן השערות מטמא בכל מראה בין שהיו לבנות כשלג בין שהיו לבינות לובן כיתה כיותר הואיל ומראהן לבן טמא i. e. *Pilorum albedo*

*bedo polluit quocunque se se habuerit modo: Sive albi ut nix sint, sive remissiori gaudeant albedinis specie, imo cujuscunque demum fuerint albedinis, Impuritatis signum sunt.* Reliquas de pilorum *numero, magnitudine, qualitatibusque*, Magistrorum observationes simul complectitur idem laudatus *Auctor*, loco citato initio illius capitis: שיער לבן שהוא סימן טומאה בצרעת אין פחות משתי שערות וכמה יהיה אורכן כד' שיהיו נטלות בזוג היתה אחת ארוכה ואחת קצרה משיעור זה או אחת שחורה ואחת לבנה או אחת מלמטה ונחלקה מלמעלה ונראית כשתים או שהיה עקרן משחיר וראשם מלבי' הרי זה טהור Hoc est: *In Lepra ad minimum duo sint pili oportet, illius longitudinis, ut conjunctim prehendere illos liceat. Si alter sit longior, alter vero brevior justo, aut si unus niger, albus vero alter; aut si inferne tantum unus, superne in duos dividatur, ut duo esse videantur; aut si circa radicem nigri, summitatibus autem albi fuerint: Ejusmodi homo a Lepra purus est.*

§. XIII. Succedit *Tertium* Lepræ *Signum*, nempe *Diffusio*. De qua Legislator vers. 8. והנה פשתה המספחת בעור וטמאו הכהן צרעת הוא *Ecce diffudit se Abscessus ille in cute ejus tum impurum pronunciabit eum* Sacerdos, *Lepra est*. Repetitur hoc vers. 22. 27. ubi de *Ulceris* & *Adustionis speciebus* agitur. *Diffusio* dicitur, cum malum, quod certam antea quantitatem habuit, successu temporis fit majus, vicinas partes corripit atque vel citius vel tardius serpit. Hoc fit dum sensim plura obstruuntur vasa, dum materia morbifica se extendit, alias etiam inficiens partes ut in gangræna & aliis morbis fieri observamus. Serpit itaque malum, vel inferiora rodendo. In Lepræ speciebus utroque modo fieri, non videtur negandum; si scilicet ad materiæ acredinem attendamus, quæ sæpe partes vicinas invenire potest minus solidas, vel alio modo huic diffusioni aptas, ut in ulceribus sinuosis vel sordidis videtur, nec non in adustionibus non rite tractatis. Illud interim hic notandum: Judæos in diffusione Lepræ non attendisse nisi ad solam *diffusionem ad latera*, quia ipsum hoc vitium externam potissimum cutem occupat, & quia in lege expresse additur: *& videbit Sacerdos*. Omnis enim mutatio, quæ in hoc affectu Lepræ accedisse poterat, in sensus, maxime in oculos sacerdotis incurrere necesse fuit; hinc de diffusione illud observatur, eam Leprosum facere חוץ לנגע *si extra Lepram fuerit*: hoc est, si in illo loco observata sit, qui antea ad ipsum non pertinuit plagam. Hoc enim tale signum est, quod non nisi partes vicinas occupat, nec nisi successu temporis crescit. Unde uno alterove septiduo elapso, homo de Lepra suspectus secludi debuit, si forte, aliud interea oriretur Impuritatis signum, Canescentium pilorum, aut ulterius serpentis mali. Cæterum justam *Lepræ* definiunt Judæorum Magistri *quantitatem*, qua apparente æger de Lepra suspectus erat

erat quaque dilatata, post primum seclusionis septiduum de hoc affectu plane constaret. Minimam nempe quantitatem *fabæ* magnitudinem æquare volunt, ita ut undiquaque plaga habere debuerit latitudinem & longitudinem tantam, ut *sex pilos* capere, quorum numerus quadratus, utpote in loco quadrato superficie nempe, ad 36 pilos assurgat; non quasi totidem præcise requirerentur pili, sed ad determinandum spatii tantundem, quantum totidem pili efflorescentes occupare solent. Hoc sibi vult *Maim. de Imp. Lepræ* C. 1. §. 7. notans: שיעור כל נגעי צרעת בין צרעת האדם בין צרעת בגדים כגריס הקלקי שהוא מרובע והוא מקום מרובע מעור הבשר כדי צמיחת ל"ו שערות שש שערות אורך ושש שערות רוחב וכל פחות מזה אינה נגע צרעת: i. e. *Justa plagarum Lepræ quantitas, sive humanum occupet corpus, sive vestes inficiat, mensuram habet quadratam fabæ Ciliciæ; quæ in cute carnis quadratum occupat spatium, quod 36. capiat pilos, sex in longitudine, totidemque in latitudine, quantumcunque vero ex his desit, plaga Lepræ non habetur.* Et in hac definienda *quantitate*, adeo certi sunt Judæi, ut *Maimonides* asserat: Ita Majores a Mose in monte Sinai edocti accepisse. Eadem habentur in Talmudico *Codice de Lepra* Negaim dicto: C. VI, 1. נפח של בהרת כגריס הקלקי מרובע מקום הגריס ט' עדשות מקום עדשה ארבע שערות נמצא ל"ו שערות: *Macula magnitudine æquat fabam Ciliciam quadratam, faba Cilicia novem lentes, lens vero quatuor pilorum spatium occupat, summa erit 36. pilorum.* Intelligunt autem Judæi quantitatem, non continuam solam, sed & discretam, cum singulas species *Maculæ* & *Tumoris* inter se commisceri statuant, ut simul sumtæ, dictam efficiant quantitatem. Ab hoc termino diffusio pendet, quæ terminum ad quem, totum agnoscit corpus, omniaque membra, quam late patet cutis integumentum, ut in Lepra Universali videbimus. Ad hanc diffusionem omnis referenda *mutatio externæ speciei*, cui hoc malum est obnoxium; sive contrahatur, sive extendatur, modo justam retineat *quantitatem quadratam*, in priori loco affecto; alias pro *dubia* habendam volunt, quæ cæterum quavis quantitate serpat, certam declaret Lepræ plagam.

§. XIV. *Quartum* Lepræ *Signum*, quod apud Mosen occcurrit, est *Vivacitas.* מחיה Hebræis dicitur phrasi integra מחית בשר חי *Vivacitas carnis vivæ.* Hæc habet Sacer Scriptor Lev. XIII, 10. 11. והנה שאת לבנה בעור והיא הפכה שער לבן ומחית בשר חי בשאת צרעת נושנת היא בעור בשרו: *Ecce tumor albus est in cute & ipsa mutavit pilum in album: etiamsi aliqua sanitas carnis vivæ sit in tumore illo: Lepra inveterata est in cute carnis ejus.* Ita J. Tr. vertunt.

hos

hos ſequuntur Belgæ. Lutherus pro *Carne viva* ſemper habet Roh Fleiſch, *Caro cruda.* LXX. ὁ χρῶς ὑγιὴς, *Caro ſana.* Vox חי *Vitam & vivum* denotat. De uſu hujus vocis, *Maimonides, More Nebuchim.* §. 1. c. XLII. p. m. 60. ſequentia habet: *Nomen* חי *competit primo vegetabili & ſenſitivo, ut* Gen. IX, 3. *Omne reptile quod eſt vivens: Deinde ſignificat idem quod ſanari & convaleſcere a gravi aliquo morbo,* ut Jeſ. XXXVIII, 9. ויחי *Et vixit, convaluit,* ab ægritudine ſua. *Item* Joſ. IX, 8. *Manſerunt in caſtris* עד חיותם *donec convaluiſſent. Sic* Lev. XIII, 16. *Caro Viva, id eſt, Sanata.* Nec abludunt ab hac interpretatione Judæi, *R. Samuel Kazis* in Libro מקור חיים inſcripto: בשר חי הוא חבשר הרגיש *Caro viva*, inquit, *eſt Caro ſenſu prædita.* Item ait: ומחיה פירושו בשר חי והנה הבשר שלא ידגיש הוא בשר מת. Id eſt: *Et Sanitas: hoc interpretatur Caro viva, caro etenim omni privata ſenſu eſt Caro mortua.* Auctor מכלל יופי *R. Salomo,* Veterum Interpretationum collector ſcribit: מחית פירוש בריאות הבשר החי. *Vivacitas; Interpretatur Sanitas Carnis vivæ.* In eo convenire videntur Interpretes, tam Judæi quam Chriſtiani, per *Carnem vivam* intelligendam eſſe Carnem ſenſu & vitalitate præditam. Quomodo autem hoc Lepræ nota eſſe poſſit, non æque facile patet. *Caro Viva* appellari poſſet, *Caro Luxurians* & *Sylveſtris* dicta, qualem in ulceribus, vulneribusve non rite tractatis, ſuccreſcere videmus. Huc forte reſpexit Lutherus vertendo Roh Fleiſch. Caro cruda alias Wild Fleiſch. Aſt minus convenire videtur, quia hæc Caro non fuit in ulcere obſervata, ut Lutherus accipere videtur, vertendo, שאת Geſchwür, ſed in ſolo Tumore, ſalva & illæſa cute occurrit. Omnis enim *Lepra in carne cutis,* ſive *Recens* ſive *Inveterata* fuerit, ſuperficiem cutis non interrumpebat, nec findebat, ſed ſolummodo attollebat, vel etiam ſolum externum mutabat colorem. Præterea hoc quoque notandum, quod Pilus albus & Sanitas carnis vivæ, ſimul conjungantur ſimplici *conjunctiva copula*, quam J. Tr. minus clare per *Etiam ſi* vertunt, cum ſimplex & ſufficiat. Duo *hæc ſigna* ſcilicet, ſimul adfuiſſe videntur in hoc Tumoris genere, quod *Lepra inveterata* nuncupatur. Quæ denominatio docet, jam diu mali hujus latuiſſe fomitem, antequam in nervum erumperet: Ubi autem tandem enato Tumore albo, *pili* apparuerint *ejusdem coloris,* ſimul etiam *Carnem adfuiſſe vivam.* Id eſt *ſanam, ſenſu præditam;* cum pars Lepra affecta, tanquam mortua haberetur. Vi vocis igitur inhærentes, pluriumque Graviſſimorum Interpretum veſtigia legentes, per *Vivacitatem* intelligimus portionem aliquam cutis, quæ nondum ſuam perdidit vitam, vel ſi perdiderit quondam, eam denuo fuerit adepta. Quid vero illud vitii, objiciet aliquis? Huic reſpondemus, non vocari hoc vitium, ſed *ſignum* tantum, unde de *Inveterata* conſtare poſſit *Lepra,* cui hoc peculiare ſit, quod circumquaque partibus corruptis, aliqua tamen portio maneat

neat illæsa. Idem in ulceribus sinuosis quotidie fieri observamus, ut circumjacentibus infectis, intermediæ partes non corripiantur. Ita in curandis sinubus, summa cura cavendum est ut æqualiter undique coeat sinus. Imo Caro illa sylvestris quid aliud est, qam *caro viva?* nisi enim viveret non cresceret. Porro quis summo rerum arbitrio dicam scribere ausit, eum minus accurate fuisse locutum, vel illud pro signo Impuritatis ab eo habitum, quod puritatis physicæ nomen mereri videatur? His itaque missis, Judæos consulamus, qui hujus *Vivacitatis quantitatem* minimam definiunt esse *Lentis Magnitudinem*, cum ipsa plaga ad minimum habere debuerit fabæ magnitudinem. *Situm* quoque volunt esse in ipsa plaga talem, ut eam ad minimum duobus pilis excedat undique. Ne plurimis Auctoribus allegandis Lectori creemus tædium, iterato audiamus *Maim. de Lepr. Imp. c. III. §. 6.* בהרת יתירה מכגריס ובה מכיה יתרה מכעדשה ודבו או שנתמעטו טמאה ובלבד שלא יתמעט בהרת מכגריס ולא תתמעט חמחיה מסעדשה ולא הקרב המחיה לסוף חבהרת בפחות מכדי צמיחת שתו שערות כמו שבאר נו. „Si Macula faba major, in qua Vivacitas Lente major, creverit, vel imminuta fuerit, „Impurus est, modo Macula infra fabæ non subsederit quantitatem, neque Vivacitas, Lente minor fuerit, neque Vivacitas ad extremum accesserit maculæ, „propius duobus pilis, uti explicuimus. Et hoc quidem *Signum Vivacitatis*, solum hoc *genus Lepræ* respicere videtur, quod *Inveteratum* dicitur. Non enim nisi hoc in casu memoratur, & in illo qui hunc proxime excipit, in Lepra sc. universali. Unde itidem receptam tuendi sententiam, desumi potest argumentum. Antequam hanc de signis Lepræ concludamus tractationem, illud in genere notandum, non omnia semper & simul adfuisse signa, sed præter *Albedinem*, quæ tam *Maculis* quam *Tumoribus* est communis nota, unum vel alterum illorum suffecisse. v. gr. *Pilus in album mutatus* cum *profundiori aspectu*, in Maculis: Idemque *Pilus albus factus* cum *Vivacitate in Tumoribus;* & hæc quidem signa semper de Lepra reddunt certiorem, quocunque tempore apparuerint. *Diffusio* autem sola cum *Albedine* adesse poterat, numquam tamen nisi finito primo secundove valebat septiduo. Et cum reliqua signa in Lepra occurrentia, semper cum Impuritate legali fuerint conjuncta, illud tamen *Diffusionis signum*, licet Lepræ naturam non immutaret, ab Immunditia tamen reddebat immunem, si universalis evasisset; sin vero particularia fuisset, æquali jure utebantur.

§. XV. Huc usque de illis Lepræ *speciebus* actum est, quæ *quamlibet membrorum & cutis partem* occupant. Ordo jam tangit illas, quæ *non nisi certum & determinatum sibi vindicant locum;* quas in duas dispescere possumus classes. Alia

Alia *Lepra* in partibus *Ulcere* quondam fœdatis obſervata fuit; Alia membra ſpectat *aduſtione* corrupta, vel *cicatrice deturpata*. Plurima hæ Lepræ ſpecies, cum prioribus memoratis habent communia; & *Macula* & *Tumor* ſive poſtulæ hic occurrunt, quæ iisdem Leproſitatis ſignis gaudent, quæ hic repetere ſuperſedemus, illa ſaltem notantes, quæ his ſpeciebus peculiaria & priva, quæ ad duo ſumma capita in qualibet claſſe referri poterunt: Quæ nempe vel *ſemper* vel *aliquando* adſunt. Quæ his Lepræ ſpeciebus *ſemper* adſunt, & in ſpecie competunt, ſunt *Locus, Ulceris* vel *Aduſtionis* nota inſignis. Quæ aliquando in hiſce obſervantur, ſunt *Lepræ Albæ Subrubidæ*, ſ. Mixth. Quod ad primum attinet, *Locus eſt Ulceris* vel *Aduſtionis* nota inſignis de illo v. 18--23. de hoc v. 24 28. agitur. De priori ita Moſes: v. 18. 19. ובשר כי יהיה בו בעורו שחין ונרפא והיה במקום השחין שאת לבנה או בהרת לבנה אדמדמת ונראה אל הכהן: „Item caro cum fuerit in ea ulcus, ſi „ſanata eſt, deinde oboritur in loco ipſius ulceris tumor albus, aut papula alba „ſubrubida, tum oſtendetur Sacerdoti. שחין *Ulcus* eſt ex inflammatione ortum, externa in corporis cute. LXX. ἕλκος, unde Latinis *ulcus* dicitur. Belgæ: *Geſweer*, Lutherus Drüſe, Puſtulæ, cum שאת mutato nomine. Quando Phlegmone non ſolvitur inſenſibiliter, tum ſuppuratur, & in ulcus tranſit, quod eſt ſolutio continui cum pure a cauſſa erodente facta. Suppuratione facta, ſi externa cutis fuerit affecta, illa aperienda & pus educendum eſt, & tunc apparet ſinus, quo repleto, cicatriceque obducto, ſanatum erit ulcus. Cum vero vaſa ſemel ſunt rupta, præprimis ſi notabilior fuerit fibrarum contractio, non adeo facile coëant, quin ſui poſt ſe relinquant notam. Quæ nota a reliqua cute ſæpe nonnihil attollitur, vel alio modo corrugatur. Quicquid horum fiat, hic locus, in quo ulcus fuerat, poſtquam ſanitati reſtitutus eſſet, ſubjectus erat *Lepræ ſpecibus*, tam *Tumoribus* albis, quam *Maculis* albis rutilantibus. Illud hinc notant Judæi, membra ulceribus vel aduſtione fœda, quamdiu in ſtatu manent morboſo, Lepræ non eſſe ſubjecta, quia de ulcere expreſſe dicitur: *& ſanata eſt*, Caro nempe ab ulcera liberata. Convenit Lepræ ſpecies externa cum cicatricis colore, quæ jam cicatrix nullos admittit globulos ſanguineos, unde cicatricis color eſt albus, qui ſi major juſto fuerit, de Lepra homines reddebat ſuſpectos, in primis ſi in Tumorem aſſurgeret majorem.

§. XVI. De *Aduſtione* idem dicendum, ita enim Textus Sacer v. 24. או בשר כי יהיה בעורו מכות אש והיתה מחית המכוה בהרת לבנה אדמדמת או לבנה. „Item caro cum fuerit in cute ejus aduſtio ignis, ſi erit pars ſa„nata ab illa aduſtione, papula alba ſubrubida aut albà tantum, &c. Eſt autem *Ambuſtio*, ſolutio continui in partibus ſolidis vel mollibus vi igni facta. Ignis ut blando ſuo calore corpora noſtra fovet & recreat, vitamque conſervat, ita juſto admotus propius, eidem damnum inferre valet maximum. In multis

tis aduſtioni cum ulceribus convenit, & potiſſimum reſpectu cauſſarum differunt: In *Ulcere* enim cauſſa eſt interna magis, licet externæ non ſint excludendæ; in *aduſtione* autem ſola cauſſa eſt externa vis Ignis, vel Aquæ, Olea fervida, Metalla liquefacta, vel candentia, quæ facile in ſenſus incurrunt; cumque *aduſtio* etiam externas cutis partes lædit, *Ulcera* intercutanea eſſe ſolent. Sanationis modus ſæpe non multum diverſus, cum & ambuſtionem ſæpe ſequantur ulcera. Aduſtio autem ad ſanitatem reducta, hic potiſſimum contemplanda. Ita enim *Maim. de Imp. Lepræ*. c. V. §. 4. התחילה המכוה להיות להתרפאות ונעשה עלה קליפה כקליפת השום זו היא מחית המכוה האמורה בתורה. „Cum aduſtio ſanari incipit tenuique obduci lamella, hoc in lege appellatur „v. 24. ſanatio ambuſtionis.„ Hoc eſt, ſi aduſtionis locus priſtinæ vitæ & ſanitati ſit reſtitutus, ut quicquid vitiatum eſſet, priſtinum ſtatum jam recuperaſſet, vel talem qui ad eum quam proxime accedit, tum ille *locus* eſt proprium illud *ſubjectum*, in quod *Lepræ* plaga cadere poterit. *Suſpectum* hunc *locum* faciunt, omnia in præcedentibus memorata *ſigna albedinis*. Solius quidem maculæ apud Moſen fit mentio. Cum autem huic maculæ duo attributa dentur, *ſubrubida* enim aut *alba tantum* dicitur; hinc non incommode disjunctiva particula, diverſam plagarum indicabit ſpeciem. Hanc obſervationem debemus *Eliæ Doctori Karæo*, in hoc quem *Pallium Eliæ* inſcripſit tractatu: להיות על סבות אש כחרת ואחר כך כתוב או לבנה והטעם או שאת לבנה לפי דעת קצת מן החכמים מהקש שאת ובהרת של שחין. Id eſt, „Quoniam poſt aduſtionem ignis fit mentio Maculæ, tum additur, aut Alba, hoc „fieri eam ob cauſſam, ut ſubintelligamus, Aut Tumor Albus, ellipſi nominis „ſatis frequenti. Accedit argumentum ex v. 19. petitum, ubi plene legimus שאת ובהרת של שחין *Tumor & Macula ulceris*, ita & hic *Macula ſubrubida, aut Tumor albus*. Hunc autem *Tumorem* ab illo *Tumore Ambuſtionis* diſtinguere debemus, cujus v. 28. mentio injicitur. Sed ſatis clare, in quo differat, additur v. 28. צרבת המכוה הוא *Cicatrix aduſtionis eſt*, æque ac in ulcere v. 23. Cujus diſtinctionis fundamentum traditur v. 28. coll. 23. 6. *hebetata vel repreſſa plaga*. Quod ſcilicet ad juſtam non acceſſiſſet Lepræ rationem. quæ in his, quæ *Ulcus* vel *Aduſtionem* occupant, eſt plane eadem; niſi illud Magiſtrorum placitum interceſſerit, non commiſceri has ſpecies inter ſeſe, neque cum aliis, ita ut una alteri ſuam communicet impuritatem; ſed hæc ad rem parum. Illud potiori jure attentionem meretur, quod præter locum his affectibus proprium, in ipſa ejus ſpecie aliqua occurrat diverſitas.

§. XVII.

§. XVII. In illa Lepræ specie quæ *Tumorem* vel pustulam admittit, nihil peculia occurrit; eadem est *Albedo*, sive *cutem carnis* simpliciter, sive *ulceris aduſtionisve cicatricibus deturpatam* occupet. Omnis quam Moses notat diversitas, in illa sita est specie, quæ *Macula* dicitur; quæ describitur, quod sit בהרת לבנה אדמדמת *Papula alba subrubida.* *Albedinem* vidimus esse primariam Lepræ notam, ita ut omnis ejus species hoc colore sit insignis. Hic novum accedit prædicatum, quod varias admittit interpretationes. Vocabulum illud אדמדמת omnem parit difficultatem. Derivatur a Voce אדם quæ *Rubere* communiter vertitur. Hæc autem Hebrææ Linguæ indoles est, ut Duplicatio Radicalium litterarum significationem ordinario intendat. Ita Jud. v. 6. ארחות עקלקלות *Via tortuosa* maxime, dicuntur. Idem & in coloribus denotandis usu venire debet. Atque ita R. Dav. Kimchi notat: אדמדמת אדום שבאדומים כמו ירקרק ירוק שבירוקים. *Rubescens rubedinem notat summe rubicundam, ut Flavescens, maxime flavescentem flavedinem.* Hunc sensum LXX. attendisse videntur, qui habent: Τηλαυγὴς λευκαίνουσα ἢ πυῤῥίζουσα. *Lucida plaga albescens vel rubescens.* Vim vocis quidem observantes, sed & ea disjungentes, quæ simplici copula conjunguntur, quamvis Hieronymus similiter eandem copulam disjunctive extulerit. Quomodo autem *Albedo*, qualis *Lepræ, maxime rubicunda* dici posset, sine apparente contradictione? Contrario ergo modo instituerunt Juniores Interpretes maximi nominis: Ita *Paganius. Macula Alba subrufa.* Munsterus: *Macula candida atque subrufa.* Castalio: *Alba rubicans macula.* Lutherus: Röthlicht Eiterweis. Neque longius recedunt Judæorum Doctores. Ita enim *Talm. Cod. de Plagis, s. Negaim* c. 1. §. 1. הפתוך שבשלג כיין המזוג בשלג הפתוך שבסיד כדם המזוג בחלב דברי ר׳ ישמעאל ר׳ עקיבה אומר אדמדם שבזה ושבזה כיין המזוג במים אלא של שלג עזה ושל סיד דיהה ממנה „Commixtio coloris nivei lepræ, se „habet, ac si vinum novi admisceretur: in gypsii coloris lepra mixtio obser- „vanda, qualis sanguinis lacti admixti; ex mente R. Ismaelis. R. Akibah au- „tem statuit: Rubedinem in utraque specie sese habere instar vini aquis dilu- „ti, ita tamen ut nivea albedo sit intensior, remissior vero illa quæ gypsum „æquaret: Speciem ergo hi faciunt ex summa albedine & intensa rubedine mixtam. Neque vero ita soli instituunt Traditionum Doctores, verum etiam hæc sententia Karaitarum Scholis placuit. Ita enim *Elias* ille *Karaita* explicat: הבהורות לפעמים תבוא מרוב האדום והלבן „Maculæ aliquando fiunt mixti generis, coloris rubicundi & al- „bi. Ab omnibus secedit *Cl. Bochartus*, hanc vocem ex usu Arabismi per *maxime rutilans* exponens. Non equidem inficias ibimus hoc

ſenſu vocem poſſe accipi; imo Thren. IV, 5. a nonnullis Judæis per *ſplendidum* exponitur: ſed diſpar hic plane eſt ratio; obſtat enim, quod verba Moſis colorem notent; & illud quod de lucido ſplendore notatur, jam ſub ipſa voce בהרת indigitatum ſit. Neque etiam facile omnium Interpretum conſenſum, qui de colore accipiunt, non de modificatione coloris, temere ſollicitandum eſſe exiſtimamus; quin ſi qua diverſitas ſententiarum occurrat, illæ erunt componendæ, quantum ſalva rei veritate licet. Illud itaque ut ad noſtram lepræ ſpeciem applicemus, firmiter tenemus: principalem *colorem* eſſe *album*, qui prior etiam memoratur, eique conjungendum eſſe *rubeſcentem* quocunque gradu. Non quaſi albedo ſit rubicunda facta, ſed quatenus natura *maculæ* poſcit. *Macula* obſervatur in *ulceris* & *aduſtionis* loco, & quidem ad *recentem* Lepræ *ſpeciem* pertinet; cum *Tumor* ſit *inveteratæ* nota. Aderit itaque in hac *macula intenſior albedo* nonnihil tranſparans: Interne autem locus occurrit rubicundus magis ſolito, qui per albicantem colorem radios transmittit, quales in aquæ & vini, vel ſanguinis & lactis mixtione videmus. Neque hoc in *ulceribus* aut *ambuſtionibus* alienum, præ primis cum non diu ſanitati ſunt reſtituta membra, ipſa cicatrice nondum in callum mutata; quo facto, tumor fit major, & affectus nomen *inveteratæ Lepræ* meretur. Non enim promiſcue de *Lepra* hoc aſſeritur, ſed ſemper *maculæ* hoc tribuitur epitheton, quod Judæi, ut vidimus, ad *Abſceſſum maculæ*, non vero ulterius extendunt.

§. XVIII. Omnes jam memoratæ Lepræ *ſpecies*, *maculas*, *tumoreſve* cum ſuis *abſceſſibus* (ſive in *cicatricibus ulcerum*, vel *aduſtionis*, ſive in *cute* cætero quin *ſana* eruperint, quæcunque etiam *impuritatis* habuerint *ſigna*) externam corporis ſuperficiem occupaſſe, non ſemper tamen æque polluiſſe notandum eſt. Imo hoc in affectu illud peculiare, quo gravior ſit morbus, eo minus impuritatis legi eum fuiſſe obnoxium. Quid enim gravius accidiſſe potuit, quam ſi malum non tantum latius ſerpat, quod nunquam bonum, ſed &, ſucceſſu temporis, totum externum corporis occupet habitum, quod tamen inter optima puritatis habendum erat ſigna? Hæc Lepræ ſpecies erat *univerſalis* dicta, quam ultimo loco pacis videbimus. Uti ex *Moſis Hiſtoria* conſtat, *Univerſalis Lepra* eſt, quæ totum Corpus a capite ad calcem tegit, quantum quidem oculo diligenti explorare licet. Hanc ita nobis deſcribit Moſes vſ. 12. 12. C. XIII. Lev. ואם פרוח תפרח הצרעת בעור וכסתה הצרעת את כל עור הנגע מראשו ועד רגליו לכל מראת עיני הכהן וראה הכהן והנה כסתה הצרעת את כל בשרו וטהר את הנגע כלו הפך לבן טהור הוא: „Quod ſi omnino efflo-

„reſcet

„refcet illa Lepra in cute ejus, retegetque illa Lepra totam cutem plaga affecti, „a capite ejus usque ad pedes ejus, quacunque inspicient oculi sacerdotis. „Si viderit sacerdos, quod ecce texit Lepra illa totam carnem ejus, tum mun- „dum declarabit plaga illa affectum, tota mutata est in albam, mundus est „igitur.„ De inveterata loquitur quæ in nervum erumpit, & in fertili solo vitiati corporis sita, citius & latius efflorescit, partes vicinas corripit, sanam cutem inficit, totumque corpus albedine tegit, vel tumore illo albicante opplet, a capite ad calcem, quousque illud cutis exporrigitur tegumentum. Mutationem hic evenisse, solamque albedinem Lepræ nomine notatam videmus. Reliqua signa hic occurrunt vel nulla, vel, si quæ sint, in censum non veniunt. *Pilus* scilicet *albus* adesse vel abesse potest, citra Puritatis detrimentum. *Aspectus profundior* vel *depressior*, toto corporis immutato habitu, non potest observari; ut & *diffusio*, locum habet nullum; sola *Vivacitas* huic accidere potuit Lepræ; *Caro* scilicet *Viva* sive *Sana*; quæ tamen si adfuerit, pro particulari habenda erat Lepra. Hoc tamen non ita intelligendum, quasi nihil sani in toto corpore esse possit; illa enim tantum intelligenda sunt loca, quæ unico intuitu statim in oculos incurrunt, illaque membra, quæ vel Lepram non admittant, vel licet admiserint, pollutionis tamen lege eximuntur, neque hanc Lepram Universalem reddunt impuram. Illa autem membra hoc ordine enarrat *Maimon:* C. VI. §. 1. *De Lepræ Impuritate*, ex ipso Cod. *Negaim* C. VI. petita. אלו מקומות באדם שאין מתטמאין בבהרת תוך העין ותוך האוזן ותוך הפה והקמטים שבבטן והקמטים שבצואר ותחת הדד ובית השיחין וקף הרגל והצפורין והראש והזקן שיש בהן שיער והשחין והמכוה המורדים: „Hæc corporis humani loca Lepra non pos- „sunt pollui. Media pars oculi, Auris, Menti, Oris; item Rugæ ventris „vel colli, locus item sub Mammis aut Axillis, plantisque pedum; ut & Un- „gues, Caput & Barba crinibus pilisque vestita; Ulcus & Adustio dum exa- „cerbantur.„ Illius rationes inquirere non vacat, ne nimis excrescat oratio, cum alia adhuc nobis agenda sint „ quæ minime omittere oportet.

§. XIX. Quæ hactenus disputavimus si in unum colligamus, jam certius nobis constare poterit, Quid Lepra sit, quave ratione *definire* debeat. *Abarbanel* in illis *ad legem* Commentariis ait: הילי באחד מאברים הבעלי חיים המרגיש ישחיתו מצורתו הטבעית *Lepram esse morbum in aliquo membra animalis vivi sensu præditi, quo forma ejus naturalis corrumpitur.* Hanc vero nimis esse generalem scriptionem, minusque definite naturam vel signa hujus morbi tradere, facile attendenti patet. Melius *Maimonides* instituit C. 1. §. 1. quem locum supra §. 10, citavimus. Minus tamen plene, cum par-

particularem describere videatur Lepram, a signis quæ universali melius competunt. Tentandum igitur, num his præeuntibus, aliam paulo pleniorem „dare possimus. Asserimus itaque „Lepram Cutis, esse affectum cutis, ex„ternæ præternaturalem, quo naturalis ejus color in albedinem majorem „transit, cum, vel sine pilorum mutatione, diffusione, vivacitate.„ Nullam *Lepræ speciem* dari existimamus, quæ ad *cutem pertineat*, sive *sanam* illam sive *cicatricibus* deturpatam, sive *universalem*, sive *particularem*, sive *maculam*, sive *tumorem*, cum suis *abscessibus* consideremus; quin hæc in illam quadret definitio. Affectus quippe est præternaturalis, qui a naturali statu magis vel minus recedit; hic autem נגע *plaga* adest, quæ ab afficiendo dicta est, unde *affectum* quoque vertere liceat. Hoc in Affectu, *Cutis*, sub qua & cuticulam comprehendi diximus, speciatim rationem habendam esse, in definitione diximus, & supra probatum dedimus. Cumque varia cuti accidere possint vitia; vel lacerando, pungendo, rumpendo, ut in vulneribus, ictibus, & ulceribus, ut & ambustione fit; vel superficiem ejus inæqualem faciendo, ut dum tumores & pustulæ surgunt; vel externam ejus speciem mutando, ut in vitiligine accidit, aliisque lentiginum maculis: ad hanc ultimam vitiorum classem, quæ mutationem coloris inducit, referimus *Lepram*. Quæ tamen non sola coloris immutatione contenta est, sed plerumque, (nisi *universalis* fuerit.) vel *aspectum*, vel *pilos* mutat, vel *diffunditur*, latiusque serpit, vel ipsa *vivacitate* pars affecta fœdatur. Omnia hæc valent *signa* in corporibus Hebræorum, quibus speciali lege injunctum erat, ad hæc ut attenderent, suique corporis accuratiorem haberent curam. Cum Lepra Græcorum, quæ & tandem in Elephantiasin transit, nostræ, præter nomen, parum convenit. Interim definitio illa, qua λέπρα dicitur ἡ ἐν τοῖς σώμασι παρὰ φύσιν λευκότης, *Præternaturalis corporum albedo*, non longe recedit ab illa *Maimonidis* laudata. Si vero omnia cutis externæ examinemus vitia, proxime ad hanc Hebræorum Lepram accedere videtur illa vitiliginis species, quam ἄλφον & λευκὴν Græci appellant. De his *Corn. Celsus*. L.V. C. XXIIX, 19. „Ἄλφος vocatur, ubi color albus est fere subasper, & non continuus, ut „quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Λευκὴ habet quiddam simi„le Alpho, sed magis albida est, & altius descendit, in eaque albi pili sunt „lanugini similes. Hæc omnia serpunt in aliis citius, in aliis tardius.„ Negari equidem nequit, magnam has Vitiliginis inter & Lepræ species esse convenientiam: (α) Color est albus, ut vel ipse nomina huic vitio inde sint imposita, ἄλφος & λευκή. (β) Summa species λευκὴ quæ dicitur magis albida est, æque ac בהרת macula, quam nivis instar candere diximus (γ) λευκὴ altius descendit, num hoc idem sit, quod Sacer Textus *speciem* vel aspectum

ctum *profundiorem* vel *depressiorem* vocat, non definio, quamvis in contrarium potius inclinem. (δ) Alphus dicitur non *continuus*, *ut quædam quasi gutta dispersæ:* idem de Lepra Hebræorum observatur, illius quantitatem non esse semper continuam, sed quandoque discretam. (ε) Lepra mutat pilos in albos; ita quoque in Leuce pili notantur albi. (ϛ) Quod autem *Celsus* de his pilis addit, eos esse *lanugini similes*, hoc si non plane convenit, conferri tamen meretur cum illo Rabbinorum asserto, quo Lepræ speciem cum צמר לבן *lana alba* comparant. (ζ) Serpere dicitur hoc vitium in aliis citius, in aliis tardius, idem quoque in Lepra cutis vidimus. Imo (η) *Celsus* addit, λευκὴ *quem occupat non facile dimittit;* quod de *Lepra* summo jure asseri poterit, cum, ut videbimus in sequentibus, inter incurabiles affectus numeretur. Doctissimus *Drusius* suam exponens sententiam, *mihi videtur*, inquit. בהרת *esse vitiligo alba, quæ Græcis* λευκὴ *dicitur. Vitiliginosæ cutis deformitas, qualis illa Lepra, quæ a Christo in Evangelio curatur* Matth. VIII, 3. de qua *Arnobius*: *Ille notas albicantium vitiliginum manu admota detersit.* Juvat hanc opinionem vox Arabica אלברץ sive ברץ quæ apud *Avicennam* & alios Medicos *Vitiligines* exponitur. Dicitur & Ἄλφος ab albedine. Præcipua conveniunt signa, ita, ut si non eadem, sane non multum diversa sit *Vitiligo* a *Lepra*, quamvis potius cum בהק eam convenire putem, quod itidem albicantem habet speciem, sed remissiorem, ipsaque Vitiligo esse videtur. Quandoquidem vero inter Lepram signa retulimus *Vivacitatem*, hoc est, ut aliquid sanæ cutis sit in medio Leprosæ, quod summum vitium innuere diximus, attamen hæc nota in omni Vitiligine frustra quæritur. Neque valebit exceptio hoc signum tantum impuritatis fuisse, non autem morbi; Cum vel maxime *inveterati mali signum* hoc sit cum *pilo albo* conjunctum; nec non si in *universali* Lepra observatur aliam particularem speciem efficiat. Quid quod alia Lepræ species, simplicem cutem occupet, eamque vel in tumorem, vel in aspredinem extollat, vel etiam depressiorem apparere faciat; alia cutem deturpatam teneat, quæ & mixti coloris dici potuit, quales differentias in illis Vitiliginum speciebus observari vix poterunt. Hinc probabili ratiocinio concludere liceat, hanc Hebræorum Lepram Cutis, ad Vitiliginem quidem in plurimis accedere, non tamen in omnibus, adeoque pro diverso affectu esse reputandam.

§. XX. Cæterum in *caussas* hujus mali, quod Hebræo populo quondam grave erat, totamque nonnunquam depascebat cutis superficiem, & sæpe altius serpebat, instituti nos jubet inquirere ratio. Omnis autem de *caussis* disquisitio ad duo commode referri potest capita, vel enim hæc Lepra *caussam* agnoscit *moralem*, speciali Numinis judicio immissa, vel *naturalem* habet simul *caussam* quare in hoc vel illo, singulari dispensa-

tione divina oriatur. *Moralem* hujus mali caufam extitiffe, vel ipfa exempla docent. Ne Rex quidem ab ea tutus, qui fi contra legem Dei peccaret, extraordinaria hac pœna Lepræ afficiebatur. Id quod Uziæ, facra facere & adolere volenti fuffitum, quod folis licebat facerdotibus, obtigiffe legimus. 2 Chr. XXVI, 16. 19. Servus Prophetæ Elifæ Lepra percuffus eft, cum munera nomine Domini, contra voluntatem Prophetæ accepiffet a viro Principe Syro, 2 Reg. V. Maria fummi Pontificis Aharonis foror leprofa facta eft, fpeciali divinæ providentiæ difpenfatione, ut Num. XII, 9. 10. *De miraculofa lepra*, qua manus Mofis affecta & illico fanata eft, nihil dicam: illud tantum ex his concludere licere exiftimans, hoc morbo Divinam ufam fuiffe curam & providentiam, ut humanas actiones fibi cognitas, feque juftum effe malorum vindicem, omnibus certo conftaret certius; imo fi ullus morbus, hæc fane Lepræ plaga talis fuit ut plurimum, ipfis id confitentibus Judæis. Bene de hoc negotio rationem fubduxit Abarbanel, in illis *in Legem Comm:* והצרעת הבא עליהם והרפאם מהם הכל הוא בהשגחת השם ועל דרך מאמר אדון הנביאים במשנה תורה השמר בנגע וגו' ונתן להם ראיה על היות צרעתם בהשגחה לא בטבע ממה שקרה למרים שמפני מה שדברה במשה לקתה בצרעת ונרפאה בתפלתו: „Sive autem iis Lepra accideret, five ab ea fanarentur, ea omnia a Divina dependebant Providentia: fecundum illud Principis Prophetarum monitum, quod in Deuteronomio XXIV, 8. legimus;„ Cave tibi a plaga Lepræ &c. „cujus rei mox rationem fubjacet: Lepram eorum, a divina effe Providentia, non a Cauffa naturali, ut ex eo, quod Mariæ accidit patet; ea quippe, quoniam contra Mofen locuta fuerat, Lepra percuffa eft, & interceffione ejus fanata.„ Ita etiam Talmudici *Lepram* ob *peccata commiffa*, fpeciali inflictam volunt Numinis vindicta, & fic enumerant illa crimina, ob quæ perpetrata, Lepra accidat. *Codice* ערכין pag. 16. על שבעה דברים נגעים באים על לשון הרע וגסות גזל צרות עין שפיכות דמים שבועת שוא גלוי עריות: *Septem de caufis plagæ fiunt: ob malignam obtrectationem, fuperbiam, furtum, invidiam, homicidium injuftum, perjurium, fcortationemve interdictam.* Hæc funt peccata, quæ perpetrata divinam non effugient vindictam, licet in Judicio humano non fint rei, vel juftam pœnam effugerint. Nonnulli Judæorum omnem aliam rejiciunt cauffam, hac fola contenti divinæ Providentiæ nota. Neque etiam hanc in dubium vocare Chriftiano licet; quin imo, Philofophia hoc ipfos gentiles docuit, extraordinaria mala, cauffas agnofcere extraordinarias, & Numinis arguere præfentiam. Quemadmodum

modum itaque *caussam* hanc *moralem* lubentes admittimus, ita quoque a ratione non alienum esse arbitramur, si simul de *caussa physica* sive *naturali*, simus solliciti.

§. XXI. Judæos consulamus, quibus hoc vitium familiare fuit, ille de *caussis physicis* hujus mali ita sentiunt, referente R. *Alscech* in Libro quem תורת משה: *Legem Mosis* inscripsit pag. 175.2 הנה חכמי הטבע נתנו סיבות אל נגע צרעת כי תהיה באדם מתחת מג׳ דברים: מבעילת נדה מחמת ערלה: מעפוש הדם הפנימי וחב דאבות: שמפלש ויוצא העיפוש חוצה בהרות: „Tres vulgo Philosophi assignant caussas, cur homines Lepra laborent; vel enim hoc fieri volunt ex concubitu impuro cum menstruata; vel ex præputii æstu; vel denique ex sanguinis corruptione interna, & infirmitate latente; quæ erumpens corruptionem extrinsecus propellit. Idem, ut solent Judæi, repetit R. *Isaac Karo* Libro תולדות יצחק, *Res gestæ Isaaci* dicto, nisi quod loco *Corruptionis* ultimo memoratæ, ponat *Alimenta Prava* assumpta. Contra hos Philosophos, *R. Alscheb* hunc fere in modum argumentatur: nullam allatarum causarum hic valere. Lepram quippe ab impuro coitu cum muliere menstruata evenire non posse, cum mulieres Hebrææ Catameniorum tempore neminem admittant, utpote interdictæ viro; quod vero de præputio afferunt, cum in tota gente octavo die circumcisa, nullum reperiatur præputium, id falsitatis convinci. Quid quod neutra causarum in fœminis locum habere possit? Neque tertia ipsi placet caussa, corruptio interna sanguinis, cum extrinsecè cuti hanc plagam tantum accidere existimet. Sed in hac sententia, quam ultimo loco propugnat, plurimi, iique Doctissimi Judæorum consentiunt, quin potius in alia omnia abeunt. Sic R. *Levi Gersonides*: מפני של העדר התנועה יתקבץ החום היסודי ויתגבר על החום הנכרי שהוא סבת הנגע ויוציאהו לחצונה הגוף וכאשר יתחזק החולי עם ההסגרה אז יורה על העפוש שבגוף אשר הוא סבת הצרעת: „Ob privationem motus, calor naturalis collectus, calori prævalet peregrino, qui hujus plagæ caussa est, quem ex corpore expellit; Si vero cum seclusione morbus augeatur, hoc incrementum eam notat corruptionem in corpore, quæ hujus Lepræ caussa sit „ Hic corruptionis internæ expressam mentionem injicit, additque præterea calorem peregrinum, hoc est impetum sanguinis auctum. Omne quod corpori nostro ejusve partibus vitium accidit, fieri solet vel vitio vasorum, vel vitio liquidorum in vasis contentorum, vel utraque ratione simul. Liquida quæ per vasa feruntur, vel quantitate, vel qualitate, vel motu peccant. Si quantitate,

titate, oritur plethora; si qualitate, pro diversitate varia varii fiunt morbi; si motu peccent, vel in defectu hoc fit, quando particulæ sunt ineptæ, aut vis cordis minor est; vel etiam in excessu, ut in febribus ardentibus. Hic pars affecta est externa cutis, adeoque vasa illa minima capillaria arteriarum & venarum, cum reliquis glandulis vasisque excretoriis, hac in parte occurrunt. Vasa illa vehunt liquidum, imo, ut ex rubedine apparet, in statu naturali sanguinem admittunt. Vitium quod his vasis accidit, heic est obstructio, ut liber sanguine reliquisque humoribus negetur transitus: Sive illa obstructio fiat externa compressione, sive, quod multo probabilius, interno infarctu materiæ, quæ facile hæret, aliisque particulis aditum intercludit. Caussam itaque in stagnante liquore quærendam esse, probabili ratione statuendum videtur: Quemadmodum etiam Judæi explicant; אדם חיה משקל חציו מים חציו דם בשעה שהוא זוכה לא המים על הדם רבים ולא הדם רבים על המים ובזמן שחוטא פעמים המים רבים על הדם ונגע זה ארדופיקוס ופעמים שהדם רבים על המים ונעשה מצורע *Justa proportione in homine sanguis & lympha est, quamdiu sanus est nec lympha sanguini, nec sanguis lymphæ prævalet: pro peccati autem ratione si lympha prævaleat sanguini, homo fit Hydropicus, sin sanguis prævaleat lymphæ, fit Leprosus.* Hic dicitur sanguis peccare in Lepra, quia minus lymp æ est: Hoc est sanguinem excusso liquido incrassari, fierive spissiorem, viscidiorem, & ad motum ineptum magis; qui proin in extremis vasis tanquam lentor facile hæreat, & inflammationem pariat, vel etiam stagnet, & alium insequentem dilatatis vasis accipiat, unde Tumor, aut excludat, ut in Macula. Imo eousque Judæi procedunt, ut sanguinis intemperiem quæ in lepra peccat, ad ipsa quatuor determinent ita dicta temperamenta. Sic R. *Isaac Karo:* כמו המזגים ד' ועבורות ד' כן באים ד' מיני נגעים כנגד לבנה בא בהרת וגו' כנגד הדם בא שאת וגו' שחין היא מארוסה וגו' מכוה כנגד שחורה שהיא שקיעת ליחות והשחורה בלתי טבעי' היא שריפת הליחות *Quemadmodum temperamenta dantur quatuor, totidemque vitia cardinalia; ita quoque plagarum quatuor sunt genera: temperamento phlegmatico respondet macula &c. sanguineo tumor, ulcus est ex cholerico, ambustio respondet melancholico, quatenus notat humorum suppressionem, cum atra bilis præternaturalis sit adustio humorum.* Pro ratione constitutionis sanguinis varii oriuntur affectus, varia particularum obtinet conformatio, quæ cum infinita sit, facile determinari nequit. Illud in genere asserere possumus, esse ליחות רעות *humores pravos*, qui pro diversitate sanguinis, magis minusve viscidi & corrosivi, stagnant, maculasve impe-

impetiginosas, vel si major adsit acredo, tumores pustulasve excitant albas. Albedo hæc etiam fit inde, quod nihil sanguinis amplius ad hæc deferatur vasa, & quod illæ partes superficiariæ cutis, quasi mortuæ sint, unde & mutatio pilorum fieri solet, quod illi justum non amplius recipiant alimentum. Hoc malum pro acredinis indole, citius serpit, vel tardius, imo inveteratam si fuerit, hoc est si fomes latuerit diutius, ille excitatus, quaqua versus efflorescere, totumque occupare corpus potest. Quod si autem in una alterave parte, circulationem sanguinis, ut antea, fieri contingat, ista pars erit sana & Vivacitas in hac plaga appellabitur. De universali Lepra hanc notat caussam Abarbanel:

שהטבע דוחה זה העפוש סדרה על ממשלת החום הטבעי בחומר המעפוש ולכן ידחהו בכל צד כמו שיעשה ביו' הגבול בקדחו.

„Naturam hanc expellere corruptionem, indicium est calorem prævalere na„turalem, præ calore ortum ex corruptione, quæ undique dispellitur, ut in „criticis diebus febrium accidere videmus.„ Evacuationem aliquam criticam esse vult hic Auctor *universalem* illam *Lepram*, sed tamen minus perfectam, in extremitate cutis quippe hærente malo, ut in variolis & morbillis fieri observatum.

§. 22. Ut quæ de hoc modo dicenda restant, absolvamus, hanc ejus formare *Prognosin* liceat: *Esse scilicet morbum gravissimum, minime autem lethalem, neque ullo modo contagiosum, incurabilem tamen.* Quæ ubi evicerimus, finem huic tractationi imponere non posse confidimus. *Gravissimum* esse hoc *malum*; vel ex eo patet, quod tanquam severæ vindictæ nota denuncietur, & inflicta legatur. Ab eo serio sibi cavendum esse Moses inculcat, Deut. XXVI, 8. Ipseque summus populi Hebræi Pontifex primus, cum sororem suam ista plaga affectam conspiceret, supplex pro ea his verbis intercessit: אל נא תהיה כמת אשר בצאתו מרחם אמו ויאכל חצי בשרו. *Ne quæso sit instar mortui, qui ex utero materno exclusus dimidias carne sua exesa.* Num. XII, 12. Corruptionem hanc notat maximam, ut mortuo similes, humano ejiciantur consortio, & sic v. gr. fronte manuve affecti, servorum litteratorum instar, criminis constantem gerant notam. Judæis *Lepra* inter gravissimos relata est morbos. *R. Alschech* expresse ait: בגדולים החלאים הוא הצרעה. *Lepra hæc inter gravissimos morbos est reputanda.* Quod non tentarunt mortalia pectora, ut corpori suo bene sit, ut forma ei constet integra, & nihil patiatur damni? Neque enim externe solum fœdabat Lepra, sed doloribus sæpe exquisitissimis emaciabat corpus. Huc Davidem respexisse volunt Judæi Ps. LI, 10. quem & per sex menses Lepra laborasse affirmant. Morbi gravitatem, vel ipsum ejus nomen

Hebræum indicat: צרעת quasi צרת *Angustias Malas* significat, quas Judæi cum ictibus & morsibus Scorpionum & Vesparum computant. Ita Cod. *Chagig.* pag. 5. מאי רעות וצרות אמר רב רעות שנעשו צרות זו לזו כגון זבורא ועקרבא פי׳ כגון עקצוהו זבורא ועקרבא ביחד לעקיצת עקרבא יועיל חמימי ולעקיצת זיבורא יועיל קרירי והילופא סכנתא נמצא המועיל לאחד מזיק לאחר לכן הן צרות זו לזו: i.e. „Quid illud, Deut. XXXI, 21. Ma-„la & Angustiæ? Respondit Rab: Mala esse, quæ sibi invicem sint maxime con-„traria, ut Vespæ & Scorpio; si scilicet Vespa & Scorpio eodem in loco aliquem „læderent; contra Scorpionis morsum calefacientia prosunt, contra Vespæ „ictum faciunt, refrigerantia, omnisque mutatio Medicamentorum est pericu-„losa; Atque ita quod uni prodest, alteri nocet, adeoque hæc sibi invicem sunt contraria. Id scil. agunt Judæi, ut hac ratione contrariorum effectuum comparatione, gravitatem morbi exaggerent, & quantum licet more ipsis satis familiari explicent. Ad hanc morbi gravitatem referre quoque licet, cum *seclusionem*, quamdiu esset *dubia*, quæ per septiduum unum vel alterum durabat, tum omnimodam e cœtu reliquorum hominum *separationem*, qua seorsim extra castra vitam agere, & hominum aliorum commercia, ut mox patebit, sed ne alios, ipsi summa Lepræ immunditia laborantes, impuros redderent, & ad obeunda sacra ineptos. Qualiscunque autem fuerit Lepræ Impuritas, nullum tamen inde præsentis *mortis* incurrebant *periculum*, sed per plures annos hoc protrahebatur malum, ut in Arthritide fieri hodienum observare licet. Nec multum dispar est ratio; extrema enim cutis & corporis humani membra occupat lepra, salva interim sanguinis circulatione, & respirationis vicissitudinibus, quibus vita corporis organici potissimum peragitur. Et si altius serpat, hoc lente & sensim sine sensu demum fieri poterat, ut nisi alia accedant symptomata, non adeo facile ex Lepra mortem metuendam habuerint, neque in tota Scriptura hominem ex Lepra decessisse legamus; sed ubi mortis leprosi fit mentio, semper sic loquitur Scriptura, ut mortem naturalem indicare probabilius esse videatur. 2. Chron. XXVI. Ita Prophetæ Eliæ servus a Domino dimissus, aliquot annis post inter Regis Aulicos & amicos repertus est, quamvis Leprosus fuerit usque ad mortem. Quatuor Leprosi extra portam Samariæ degentes, ut vitæ suæ consulerent, ad Syros transfugere meditati sunt, ne fame, qua urbs premebatur, obsessa, & ipsis pereundum esset. 1. Reg. VII, 2.

§. 23. Mirabuntur forte nonnulli, quod *Contagium*, inter mala Lepram consequentia, referre omiserimus, cum sane, ad gravissimum morbum describendum, *Contagii* nota maximum addat momentum. Neque desunt Viri docti, qui-

quibus hæc de *Lepræ Contagio* placet sententia, ea potissimum, ut videtur, ratione ductis, quod ipsa illa seclusio, & remotio Leprosi, certissimam Contagii suspicionem præbere videatur. Neque rem videri a ratione alienam putant, cum ex corruptione humorum in corpore oriatur Lepra, & in Oriente potissimum, *Contagii* justus sit metus. Quid quod Justinus Judæos Ægypto pulsos asserat, ob scabiem & Lepram, qua maxima pars populi laboraret. His tamen similibusve rationibus permoveri non possum, in animum ut inducam credere, *Contagii* vitium huic malo unquam adhæsisse. Nam Justini auctoritas, quatenus Mosi est contraria, nihil evincit: neque solo ratiocinio rem facti determinandam esse arbitramur, quæ justa Testimoniorum auctoritate, consequentiarumque inde elicita firmitate, se commendare, & assensum exigere nostrum potiori jure postulat. De ipsa leprosi impuritate hoc solum notamus; illam nihil minus quem *Contagium* indicare. Quandoquidem omnis illa impuritas ab ore penderet Sacerdotis, cujus nisi intercessisset Auctoritas, Impuritas fuisset nulla, quod qua ratione de Contagio dici possit non video. Ne vero præter rationem hoc dictum quis putet, ad ipsam provoco *Mosis* historiam, qui omnem de Lepra suspectum, Sacerdotem adire jubet, ejusque expectare sententiam. Totum hoc negotium sic exponit *Maim. de Lepr.* c. XI. הכל כשרים לראות נגעים והטומאה והטהרה תלויה בכהן ביצד כהן שאינו יודע לראות החכם רואהו ואמר לו אמור טמא והכהן אמר טמא אמור טהור והכהן אומר טהור הסגירו והוא מסגירו שנ׳ על פיהם וגו׳. *Omnes licite plagas examinant; at puri aut impuri declaratio soli Sacerdoti concessa. Quod si Sacerdos examinandi minus peritus fuerit, tunc sapientis consilio utetur, quo jubente impurum declarare, impurum declarat Sacerdos; sin mundum pronunciare jubeat, mundum pronunciabit eum Sacerdos: aut secludendum secludet; secundum illud.* Deut. XXI, 5. *Ex eorum ore agetur omnis controversia & omnis plaga.* i. e. Lepra. Hæc quippe *Moralis Declaratio* Sacerdotis, a *physico* longe distat *Contagio*, adeo ut leprosis liberum non negatum fuerit commercium, ante quam Sacerdoti de ea constitisset; tamdiu enim licite templum forumque frequentabant, sine ullo impuritatis nedum Contagii metu. Quod si enim justa *Contagii* fuisset suspicio, ipsum Legislatorem omnem Lepræ speciem impuram declaraturum fuisse, sit verosimile. Quid nonne ab *Universali Lepra*, quæ totum occupat corpus, summum imminere periculum dices? attamen ab omni pollutione liberum talem declarare debuit Sacerdos, si legi insistere vellet. Neque vero Judæorum silentium hic plane negligendum, præprimis si attendamus, omnia paternæ legis instituta huc tendere, ut nullam hujus contagii admittunt suspicionem. Admodum solliciti Judæorum Magistri, in definiendis temporibus &

& locis, cæterisque circumstantiis, quibus examen de Lepra institui poterat. Ita enim Talm. *Negaim* de *Plagis* c. 11. §. 2. אין רואים הנגעים בשחרית ובין הערבים ולא בתוך הבית ולא ביום המעונן ולא בצהרים אימתי רואין בשלש בארבע בחמש בשמונה ובתשע: „Lepræ examen non licet instituere neque mane, neque vesperi, neque in interiori domus parte, neque die nubilo, neque ipsa meridie, sed examinanda est tertia, quarta, quinta, octava & nona diei hora.„ Varia quoque lætitiæ publicæ vel privatæ tempora erant observanda; ut Festa illa anniversaria, quæ nonnunquam ad septiduum usque excurrunt: dies idem Nuptiales, hæ nimis sacræ reputabantur, quam ut immunditiei declaratione commune gaudium interpellaretur. Hinc illud Talm. *Neg.* C. III. §. 2. חתן שנראה בו נגע נותנים לו שבעת ימי המשתה לו לביתו ולכסותו וכן ברגל נותנים לו כל ימות הרגל „Si plaga in sponso appareat, totum septiduum convivii nuptialis ipsi concedendum est, cum pro ipso, quam pro domo, suppellectili ve ejus. Festo item „tempore omnes festi majoris diei illi concedendi sunt.„ Quis jam ad hæc animum appellens suum, audeat *Contagii* notam huic inurere malo, quod publicam privatamve non interrumpebat lætitiam? Et ne ullam Lepræ excludamus speciem, modo citatus locus vetat. Sive enim ipsum sponsum, sive ejus vestes, sive domum invaderet, non illico dissoluto convivio, quilibet aufugiebat, suæ consulens sanitati; sed res omnis manebat integra, donec justum nuptiarum esset elapsum tempus: tunc vero si die sequenti nubilum cœlum fuisset, ulterius examen differendum; qualia in morbis contagiosis observari nemo facile persuadebit. Accedit quod nec omnis Lepra sit immunda; non repeto quæ de Universali extra dubium sunt posita, illa tantum nodo, quæ Judæi observant circa loca humani corporis nulla lepra polluenda. Quænam illa sunt, ex his Talmudicis regulis discimus, quas habemus *Cod. Negaim.* C. VI. §. 1. *Maim.* l. c. C. VI. 1. אלו מקומות באדם שאינן מטמאים בבהרת תוך העין תוך האוזן תוך החוטם תוך הפה הקמטים (שבבטן) והקמטים שבצואר תחת הדד ובית השחי כף הרגל והצפורן הראש והזקן (שיש בהן שיער) בשחין המכוה חקדחת המורדים *Hæc corporis humani membra non inquinantur a macula: Media, pars Oculi, Aures, Menti, Orisve, Rugæ (Ventris,) & Colli; loca sub Mammis tecta, Planta pedum, Ungues, Caput, Barbaque, (crinibus obsita,) Ulcus, Ambustio, Inflammatio, in statu præternaturali.* Præterea illud omnem contagii notam a Lepra longius removet, quod non omnes eadem affecti plaga, sed soli tantum Judæi essent removendi, dum alii peregrini vel inquilini, qui Lege Mosaica non tenebantur, ab hac impuritate legali immunes essent. הכל מטמאים

מטמאים בנגעים חוץ מן הנכרי תר תושב *Omnes polluuntur Lepra, exceptis peregrinis, & inquilinis.* Judæi enim inter illa Instituta, quæ soli populo Israelitico data sunt, etiam hanc de Lepra legem referunt; & ad solos Hebræa stirpe satos, vel justo titulo huic genti adscriptos, istam de Lepræ immunditie & puritate ceremoniam, pertinere tradunt. Naaman Syrus in Regiam admissus est, sine ulla impuritatis nota, ullove contagii periculo. Ex quibus, nisi nos omnia fallunt, certo concludimus, præcipuis Judæorum Magistris, Traditionumque Auctoribus, nunquam in mentem incidisse ullam de Lepræ *Contagio* suspicionem, omnemque hanc de Contagiosa Lepra sententiam, plurimis antiquissimisque Scriptoribus æque ac Mosi, plane fuisse incognitam.

§. XXIV. Pergamus igitur, ut quod restat ad finem perducamus. Quomodo nobis de hujus morbi agendum esset *Curatione.* Qua tamen supersedere possumus, si attendamus, hoc malum nostris regionibus & temporibus fere esse incognitum. Judæi quoque hodierni se ab hac plaga immunes esse existimant. Quod si omnia, in historiis sacris, Leprosorum sanatorum recolamus exempla, neminem humana opera pristinam corporis formam recuperasse legimus. Semper enim specialis Numinis gratia elucescit, & inter miracula *Lepræ Curatio* habetur. Videmus enim ipsam Vitiliginis speciem hanc habere *Prognosin* apud *Cor. Cels.* L. v. 28. *Ultimum* (λευκὴν intelligit) *vix unquam sanescit.* Idem & de *Lepra* nos dicere posse confidimus, omni exemplorum inductione freti, quæ præjudicium in re facti creant sufficiens. Syriæ Rex ad Regem Israelis, Amicum suum mittens, rogavit ut hunc Naamanem a Lepra restitui curaret. Quid vero ad hæc Rex ille Israelis? convocatne concilium Medicorum, vel ad Curationem hujus morbi ipse animum appellit? minime. Sed litteris perlectis, lacerans vestes, in hæc verba erumpit: *An Deus sum, ad morte afficiendum & ad restituendum vita, quod iste mittit ad me, ut restituam virum a Lepra sua?* 2 Reg. V, 7. Se hominem a Lepra restituere divinum opus esse agnoscit, omnesque humanas superare vires; idem enim esse ac mortuo vitam reddere, quod in nullius mortalis potestate positum esse omnes agnoscimus. Leprosorum, quorum in Historia Evangelica fit mentio, pristinam nemo recuperavit sanitatem, nisi voluntate & nutu potenti Jesu, quem Christum, & Deum Christiani omnes venerantur & colunt. His quoque nulla parabatur Medicina extrinsecus vel intrinsecus applicanda: neque ipsi ægri aliter sanitatem, quam precibus & fide petebant. Quid quod Moses ægrum non jubeat adire medicum; sed simpliciter sacerdotem, sive *dubia*, sive *certa*, sive plane *sanata* esset Lepra? Hoc argumento jam olim usus est R. *Alschech* ואל יעלה על רוחך כי המקרה או סבה טבעית החלי או המריצא מרפא שהיה נמשך סוח שנגע צרעת כי תהיה באדם והובא אל הרופא כי אם תובא אל הכוהן שליחה דרחמנא כי הוא יתן הסבבא לפי

לפי מעשיו על ידי משרתיו הכהנים על פי תשובורת עונו ותיקונו רפואת ירפאנו קוטר *In animum ne inducas tuum, casu vel caussa naturali hanc Lepram accidere, aut a medico sanari, quod si ita esset, tunc homo Lepra affectus, medicum adire debuisset; Ast ad sacerdotem summi Numinis Legatum appropinquandum ipsi erat; ipse enim Deus O. M. sanat, secundum opera ejus, per servos suos sacerdotes, adeo ut pro ratione resipiscentiæ & probitatis, certo sanaturus sit aliquem supremus rerum Arbiter.* Cum vero optima medicamenta sæpius sint irrita, igne vel ferro succurrimus, & quod aliter sanari nequit, vel cauterio adurimus, vel ferro amputamus. Lepra quoque cum externam occuparet cutem, si nulla succederet sanatio, his remediis tentari poterat. Verum quo successu? plaga quidem ad tempus tolli, homo autem societati civili restitui nequibat, nisi contra Leges patrias agerent Judæi. Quid hoc in casu juris fuerit, optime explicat *Maim.* L. 1. C. X. §. 1. התולש סימני טומאה בין כולן בין מקצתן או המכבה את המחיה כולה או מקצתה או הקוצץ הנגע כולו מבשרו או מן הבגד או מן הבית בין קודם שבא לכהן בין בתוך הסגר או בתוך החלט או אחר הפטור הרי זה עובר בלא תעשה שנ׳ השמר פן וגו׳ *Si quis Impuritatis signa omnia vel nonnulla evulserit, aut vivacitatem totam, vel ejus partem adusserit, aut totam plagam resecaverit ex Carne, vel Veste, vel Domo sua; sive ante quam ad Sacerdotem accesserit, sive seclusionis, aut Impuritatis tempore, sive postquam impurus vel purus declaratus esset: Is transgreditur interdictum* Deut. XXIV, 8. *Caveto* &c. Neque hoc impune transgredi licuit; *Impuritas* enim *legalis* manebat, neque ante admittebatur æger in societatem Civilem, quam probe sanatam fuisse Lepram sacerdoti constaret; qui & de hoc admoneret Leprosum, ut justa sacra faceret, in signum & testimonium, nulla humana opera, sed solius omnipotentis benigna voluntate, gravissimum hunc affectum uti accidisse, ita etiam fuisse sanatum.

## JAC. RHENFERDII DISSERTATIO

# DE STYLO APOCALYPSEOS CABBALISTICO.

CUm variæ studii Hebraici partes, ac veluti gradus quidam, quorum singuli sua sese utilitate commendant, possunt constitui; tum vero a lectione atque meditatione Biblica, ראשית ותכלית הכל universi hujus studii prora & puppi, facile sibi principem locum Cabbala vendicat: utpote quæ non

non dignitate modo atque nobilitate earum rerum, quas pertractat cæteris studii Hebraici gradibus longe præcellat, sed & ob singularem sui usum suavitatemque tantum inter eos caput efferat.

*Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

II. *Cabbala* enim a קבל, *accepit*, cujus relatum est מסורת *traditio*, a מסר *tradidit*, *acceptionem* notat, sive oralem aut viva voce traditam, auribusque perceptam doctrinam, seu illam institutionem quam Græci κατήχησιν appellant, a qua etiam vix differre deprehendas, nisi quod præter communia, usuque recepta & vulgo intellecta vocabula, etiam literas quasdam, & voces nove usurpatas, & res quoque externas adhibeat, divinorumque mysteriorum, de quibus agit, signa & symbola constituat.

III. Hujusmodi olim Cabbalam ab ipso Deo in primitivæ Ecclesiæ institutione usurpatam; Patribus familias, Ecclesiæque Doctoribus, ut usurparent, præscriptam; ab iisdem inde a primo rerum principio observatam; ad tempora usque Christi continuatam; circa ea vero κακοζηλίᾳ & fastu Doctorum, qui populum indignum judicabant, cui τὴν ἅπαξ παραδοθεῖσαν τοῖς ἁγίοις πίστιν *fidem sanctis semel traditam* revelarent, obscuratam & fœde contaminatam; & tandem, ne intercideret tam insignis scientia, ad instar Talmudis in literas relatam esse; id præsentis non fert ratio instituti non probemus.

IV. Sed iis, quæ modo diximus, atque alibi, ἐάνπερ ὁ Κύριος θελήσῃ, & ex Veteri Novoque Testemento, & ex Hebræorum historia, fusius & abunde demonstrabimus, nunc saltem præsuppositis, id animum ostendere induximus, *quanta sit styli Apocalyptici convenientia cum Cabbalistico*, quantumque adeo lucis libro Sacrorum omnium difficillimo, a Cabbala sit exspectandum & sperandum.

V. In quam sententiam mox in principio libri sese insignis locus offert, Cap. I, 4. 5. 6 Ubi non modo illustria styli Cabbalistici vestigia agnoverit, sed & integram fere Cabbalam Sephirothicam ὡς ἐν κεφαλαίῳ comprehensam esse facile perspexerit, quicunque sequentes ex interiori Hebræorum Cabbala depromtas, & illustribus Celeberrimorum quorundam Cabbalistarum testimoniis atque exemplis confirmatas theses, penitius considerare, & cum voto Johannis voluerit conferre.

VI. Earum prima hæc esto:

*A Decem sunt Sephiroth Cabbalistica.*

Quid ספירה sit, & unde derivetur, utrum a ספר *numeravit*, ut vertenda sit *Numeratio*, quod plerumque fit; an vero a ספיר *Sapphiro*, & pelluciditate; aut denique a סיפור *narratione*; vel potius, quod malimus, neque præstantissimis Cabbalistis videmus displicere, ab omnibus hisce conjunctis: id alibi, volente Deo fusius explicabimus in *Specimine Cabbalistico*, ubi historia Cabbalæ, quam

Th III. attigimus, præmissa, ipsas hisce Sephiroth interpretari, & fere universam Christianam Theologiam, servato etiam Locorum Communium ordine & methodo, conabimur demonstrare. Ne tamen nunc de illis nihil dixisse videamur, unicum testimonium afferre lubet ex præstantissimo & vere aureo libro *R. Meir F. Gabbai*, quem עבודת הקודש *Cultum Sacrum* insignivit, & de quo verissime ille Clariss. Buxtorffii amicus scripsit, *se multa & notatu digna de Trinitatis mysterio in eo invenisse*. Ita igitur ille fol. 16. col. 2. ובעל ספר השמים כתב ז"ל מאין סוף נאצלו כל ע"ס כדי להשפיע שפע לעולם התחתון ואותו החלק אשר נשיג בשכלנו נקרא ספירה פי' ספירה לשון ספור פירוש שמותר לספר בהם כי באין סוף אין לדבר בלל כאשר אמרנו או נוכל לפר כי ספירה מלשון זכות ובהירות כשנ' ותחת רגליו כמעשה לבנת הספיר או נוכל לומר כי ספירה מלשון קצה דבר וגבולו באשר אמרו חז"ל העיר העומדת על הספר ועל זה כוון אברהם אבינו ע"ה בס"י באומרו ספר וספור: *Et Scribit auctor* libri Cœlorum, p. m. *Ex Infinito illo procedunt omnes decem Sephiroth, ad derivandam influentiam & benedictionem in mundum inferiorem. Ipsa vero illa particula, quam nos intellectu nostro apprehendimus, vocatur* Sephirah. *Interpretatio vero (vocis)* ספירה, Sephirah, *est ex significatu τȣ̃* ספור enarrationis, *quoniam de illis narrare licet, cum de Infinito illo, ut diximus, non liceat quicquam loqui. Aut etiam etymologiam vocis* Sephirah *arcessere possumus a* puritate & splendore, *quemadmodum dicitur*, (Exod. XXIV, 10.) Et sub pedibus ejus ut opus lapidis Sapphiri. *Vel denique dicere licebit, vocem* Sephirah *esse ex significatu* extremitatis & termini alicujus rei, *ut cum S. N. p. m. dicunt*; Urbs quæ in extremo littore sita est, *atque id omne intendit Abraham Pater noster p. m. in libro Jetzirah, quando dicit*, ספר ספר וספור. De quibus qui plura nosse cupit, Buxtorfii Lexicon consulat ad vocem, *Sephirah*, & Abbreviaturas Rabbinicas ad י"ס, &, quem hic citat, Rauchlinum ipsum.

VII. De Thesi vero ipsa id merito dixeris, quod Cabbalistæ passim aliis suæ sapientiæ mysteriis applicant כי הענין הזה עקר גדול וסוד מופלא *esse eam ex præcipuis* (Cabbalæ) *articulis, & mysterium admirandum*, imo יסוד גדול ועמוד חזק אשר הכל תלוי בו (conf. στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ἐν ᾧ πάντα κρέμαται, 1. Tim. IV, 15. Matth. XXII, 50.) *fundamentum maximum, & columnam validissimam, ex qua cætera omnia dependeant.* Hanc quippe summo quo possunt studio inculcant, probant & defendunt Cabbalistæ. Auctor libri *Jetzira* vel sexies repetit illud עשר ספירות בלי מה, *decem Sephiroth illius Ineffabilis*; addito etiam Sect. 1. Misch. 4. עשר ולא תשע עשר ולא אחת עשרה *decem, & non novem: decem*, (inquam) *& non undecim*.

Quod

Quod ejus dictum præstantissimis quibusque Cabbalistis tanti semper visum est, ut illud non tantum ubique discipulis suis instillatum velint, sed eos ne vel integra aliquando capita vel libros illi probando pigeat assignare. Ita modo laudatus R. Meir F. Gabbai lib. cit. Part. I. cap. 3. hunc articulum probat, quod ex inscriptione capitis cognoscere suffecerit. ויבאר הבבא המכררת ... בס״י עשר ספירות בלימה עשר ולא תשע וכו׳ ויביא בה שני פנים. *Et interpretatur illam portam quæ in libro Jetzira occurrit*: Decem Sephiroth illius Ineffabilis, decem & non novem &c. *ejusque duplicem sensum affert.* R. Mosche Corduero vero duabus primis Sectionibus libri *Pardes Rimmonim* id unice agit, vel solo titulo teste, quem hoc modo instituit: שער ראשון יחסנו אותו עשר ולא תשע מפני שבו יתבאר איך היתה הסכמת בקבלת חכמינו תקנינו ונביאינו שהספירות הם עשר ולא תשע ולא אחד עשרה ומנין פרקיו י׳. *Portam*, vel sectionem *primam nominavimus* Decem & non novem, *quoniam in ea explicatur constans consensus in traditione & Sapientum & Seniorum & Prophetarum nostrorum, quod Sephiroth decem sint, non vero novem neque etiam undecim. Capita ejus decem sunt.* Quibus capitibus ordine enumeratis ita ad secundam pergit: שער שני יחסנו אותו בשם טעם האצילות מפני שבו יתבאר טעם למה היו עשר ולא פחות ולא יותר וטעם למציאות האצילות בעצמו ומנין פרקיו שבעה: *Portam Secundam appellavimus* Rationem emanationum, *quoniam in ea explicatur ratio cur decem sint, non vero pauciores, neque plures: ut & argumentum pro ipsa existentia emanationum. Capita ejus sunt septem.*

*VIII. B. In harum decem Sephiroth interpretatione maxima Cabbalæ pars versatur, & ea fere tota absolvitur.*

Neque Hujus thesis veritas cuiquam dubia esse potest, qui vel primis labris Cabbalam degustarit, vel fando de ea aliquid perceperit; probationisque loco non exempla quædam aut privata adducere placet testimonia; sed ad omnes fere in universum Cabbalistas provocamus, qui ita in hac materia versantur, ut si non solas, præcipue tamen has Sephiroth pertractent & interpretentur. Hinc in Biblioth. Rabb. Buxtorfii de his solis conscripti libri occurrunt, ut in fine lit: ע׳ עשר ספירות *Eser Sephiroth*, s. Commentarius in decem Sephiroth Cabbalisticas, quem titulum dum inspicio, perquam commode additum invenio, *quibus Cabbalistæ maximam suæ doctrinæ partem comprehendunt.* Certissimumque est quod subjicit, *plurima de his scripsisse* Judæos, *& plures exstare hujusmodi libros*, cum non modo mox alterum citet,

citet, ספר העשירה *Sepher haasirah*, similem librum Cabbalisticum, Auctore R. Bechai, sed passim ejusmodi cum impressi, tum etiam MSS. occurrant. MSS. sunt מאמר בפירוש השם של יהו״ה ונקרא שמו כתר שם טוב *Sermo de interpretatione nominis JHVH, qui vocatur Kether Schem Tobh, Corona boni nominis*, ubi omnes quoque Sephiroth breviter recensentur & explicantur. מקור השכל *fons rationis*, qui ביאור עשר ספירות *explicationem decem Sephiroth* continet. ספר המפתח *Sepher hammaphteah, Clavis* Cabbalistica. סוד עשר ספירות *Sodh Eser Sephiroth, Mysterium decem Sephiroth*, aliique incerti pariter & tituli & auctoris, qui omnes ordine Sephiroth interpretantur. Impressorum vero longe major multitudo est, quales sunt *Schaare Orah* R. Joseph ben Gecatilja; *Hechal Adonai* R. Jechiel Aschkenasi, Hierosolymitani; qui tantum circa Sephiroth versantur, earumque cum nomina recensent, tum horum rationem explicant; in quo etiam præcipue versatur *Maarecheth haelahuth*, R. Judah Peretz, cum illustri commentario R. Judah. Chaijat; & bonam partem *Pardes Rimmonim* R. Moscheh Corduero. R. Isaschar Bæhr in *Pithche Jah*, & Joseph bar Chaijm in *Perusch al eser Sephiroth* id quoque solum agunt. R. Bechai vero, Menachem Racanatensis, Menachem Zioni, Legis interpretes, & Pseudo Pelia, prolixus admodum Commentarius MSS. in primam Sectionem Bereschith, nusquam non de illis agunt; pluresque alios ejusdem argumenti apud Judæos passim videre licet.

*IX. C. Omnes Sephiroth nomine Tetragrammato* יה״ה *Jehovah continentur.*

Sic R. Mosche Corduero in *Pardes Rimmonim*. Sect. XIX. cap. 1. כוונתנו באמרנו שם העצם שהוא עצם הספירות פי׳ שם הכולל כל עצמות הספירות. *Cum dicimus NOMEN SUBSTANTIÆ vel ESSENTIÆ, hac nostra mens est quod sit substantia τῶν Sephiroth, id est, nomen quod in se contineat omnem substantiam τῶν Sephiroth.* Iterum cap. 2. ולטעם זה קראוהו שם המיוחד שהוא שם שמתיחדים בו כל י״ס מיוחדות: *Et hac de caussa nominant illud* (nomen tetragrammaton) *NOMEN UNITUM, quoniam nomen est, in quo se uniunt omnes decem Sephiroth unitæ.* Quod initio cap. 4. repetit; dicens: אחר שבפרקים הקודמים בארנו דעת הרשב״י ע״ה ששם בן ד׳ כולל כל האצילות נבאר עתה ענין אחר וכו׳ *Posteaquam capitibus præcedentibus explicuimus sententiam, R. Schimeon Ben Jochai, super quo sit pax, quod nomen tetragrammatum comprehendat omnes emanationes*

*tiones, nunc porro aliud explicabimus, &c.* Id R. Meir ben Gabbai, lib. cit. fol. 16. col. 4. m. auctoritate alterius cujusdam Cabbalistæ confirmat: וכתב הר'אש ז'ל בספר חיחור בזרת הלשון ונקראו ארבע אותיורת אלו שהם יהו'ה שם המפורש המפרש כל הספירות שהם מודורת מציאות שהמציא הבורא ית' בהתגלות כוחותיו בהם וכו' *Et Dominus Doctor noster Ascher p. m. scribit in libro* hai jichudh *hoc modo: Atque istæ quatuor literæ, sc. IHVH vocantur* nomen expositum, *quod exponit omnes Sephiroth quæ docent existentiam quam existere fecit Creator O. M. dum manifestant se virtutes ejus in illis, &c.*

*X. D. Quod non tantum tres temporum differentias in se continet.*

Nam cum nomine אהיה convenit, quod hæc tria tempora designat, testibus cum aliis Rabbinis passim, tum nostro Bechai, Comment. in Leg. fol. 64 4. fine. ויש לך לדעת כי הזכיר בכאן ג' פעמים בפסוק אחד שם אהיה כנגד שלשה הויות לרמון שהוא יתב' שליט בשלשה זמנים היה הוה ויהיה ושם אה'יה לבדו כולל שלשה זמנים הללו כי מלת א'ה'יה כולל הזמן ההווה ופירושו כאלו אמר אני הוה וכולל גם כן לעתיד וכולל גם כן לשעבר ויהיה פיר' אהיה אשר אהיה אני הוא אותו שהיה כבר. וכן בשם המיוחד נכללין שלשה הויות וידוע ומפורסם וזהו ואין צריך להאריך בזה ואם כן הנה שניהם מורים ענין אחד. *Sciendumque tibi est hic uno eodemque versu* (*Scripturam*) *ter commemorare nomen* אהיה, *idque respectu trium differentiarum temporis, ut innuat, Deum O. M. imperare tribus, præterito, præsenti & futuro. Et solum Nomen* אהיה *tria ista tempora complectitur. Vox* אהיה *enim tempus præsens complectitur, qs. dicat,* EGO EXISTO; *similiterque comprehendit & futurum & præteritum. Ut interpretatio* אהיה עֹז אשר אהיה *hæc sit:* Ego sum idem ille qui jam fuit. *Et sic in Nomine illo appropriato comprehenduntur tria illa tempora, Quod notum & manifestum est, ut non sit opus illud fuse persequi. Quod si verum sit, duo ista* (nomina אהיה & יהוה *unam eandemque rem docebunt.* Id quomodo fiat in sequentibus prolixius exponit, unde & nos quæ ad scopum nostrum facere videbuntur, mox adducemus. Ad præsentis vero thesis confirmationem unum adhuc disertum testimonium audiamus, quod R. Menachem Racanatensis suppeditat, in Taame Mitzvoth fol. 31. col. 1. ubi hæc leguntur: תהלות הזמירות יי' מלך יי' ימלוך לעולם ועד: זה הפסוק בא להורות על הבורא ית' שהוא ראשון בלי ראשות ואחרון בלי תכלית וכן שמו מעיד על ג' הויות י ה'ו'ה

הוה היה ויהיה אלו הכה בעצמם אותיות השם המיוחד גם כן יהוציא
ג׳ לוויותיו בלשון מלכות ואדנות לרמוז כי הוא מושל ומשגיח בעולמו
כמלך בעבדיו ואין מוחה בידו *Principium hymnorum*, Dominus regnavit, (ex Pſalm XCVII, 1. & XCIX, 1.) Dominus eſt Rex, (Pſal. X, 16.) Dominus regnabit in ſeculum & ſempiternum (Pſal. CXLVI, 9.) „Hic, inquam, „textus docet de D. O. M. quod primus ſit abſque principio, & ultimus ſine „fine. Et ſic nomen ejus teſtatur de tribus exiſtendi differentiis ejus „הוה היה ויהיה de Præſenti, Præterito, & Futuro: & ſunt etiam illæ „literæ nominis appropriat. Has vero tres exiſtendi differentias voce re„gni & dominii effert, ut ſignificet ipſum regnare & gubernare mundum „ſuum, quemadmodum Rex ſervos ſuos, cum non ſit, qui id avertat ma„nu ſua.

*XI. E. Sed & ſingulæ pluresve ejus literæ a Cabbaliſtis ſingularum pluriumve Sephiroth indicia conſtituuntur.*

Solent enim Cabbaliſtæ, ad myſteria ſua partim obſcuranda, literis quibusdam uti, rebus ſuis deſignandis aptis, quod inprimis in tetragrammato obſervant, cujus prima litera (י) ex methodo illorum SAPIENTIÆ indicium eſt, ſupremo ejus apiculo CORONAM denotante, ה׳ vero tertiæ Sephiræque INTELLIGENTIA vocatur. Duæ poſtremæ literæ ו׳ה in genere reliqua attributa ſignificant, aut ו׳ aliquando ſex ſeptemve inferiores Sephiroth in genere, & ה׳ poſterius ultimam, SCHECHINAM, in ſpecie. Hæc receptiſſima harum literarum explicatio eſt, quam Bechai Commentario ſuo in Legem ſæpius inculcat, locis mox alibi commodius proferendis. Inſignia vero ſunt quæ hanc in rem a R. Meir. F. Gabbai dicuntur, lib. cit. f. 17. col. 1.

ואמנם קראוהו השם המיוחד להיותו כבנין אותיותיו מיוחד כי כל
האצילות שהוא האלהות ולזה אמר כי שמי המיוחד לי והנה הוא
מיחד כל האצילות בזה הדרך אות הראשונה שבו הוא י׳ וצריכה קוץ למעלה
כך י׳ לחורות על ראש האצילות שהוא רום מעלה ועל חכמת אלהים
והיוד עם קוצה דבר אחד מיוחד אין פירוד ביניהם וזה האות מורה התפשטות
האצילות מאויר העליון אויר שאינו נתפס ועם שנאצל לא נפרד ולזה
ה׳ה׳ה האות בנאת ההמונה י׳ עוד נמשך המעין ונאצל עוד אצילות
יותר נראה ויותר נרגש ועדין העליונים לה עם שהיא בעלמת והיא
אות ה׳א ראשונה והוא בינה הרי יה חצי השם ככל השם
אלו מספיק לפי שמציאות לכל השאר כי הם Et paucis interjectis
עוד נמשך כלל הכל: המעין והאצילות ממנה ששה קצוות ו׳ שבשם
נשארו

ונשארו בה כי לא נפרדו ממנה ולעולם היא כזאת התמונה ה' להורות
על ההיחדה בהם והם כה כמו שהיא מוחדת בשלמעלה לה שהם
י' היר עם קוצת והיא ה' לחורות שהיא הם והם היא הרי י"הו
עוד נמשך המעין והאצילות העשירית שהיא ה' אחרונה והיא ד'
ו' להורות על מקום מציאותה ואצילותה ה' ראשונה ושהוא
שהיא יחידה בה ביחוד שלם הרי יהוה אחד מיוחד ולפי שהשם
הקדוש הזה בבנין אותיותיו מורה על יחוד האצילות נקרא האלהות
שהוא השם המיוחד שהוא מיחד בעצמו וכו'. *Et ſane appellarunt illud (tetragrammaton)* haſſchem hamejuchadh, nomen unitum, *quoniam in compoſitione literarum ſuarum omnes Emanationes, quæ ſunt ipſa Deitas, in ſe conjungit, & propterea de illo dicunt,* nomen meum, quod mihi unitum eſt. *Et ecce tibi qua ratione omnes Emanationes conjungat. Prima litera quæ in illo eſt, eſt* י, *eaque ſuperne apice indiget, hoc modo* י, *ut doceat de principio Emanationum, quod eſt* ALTITUDO GRADUS, *& de* SAPIENTIA DEI; Jodh *vero & apex ejus unum ſunt unitum, inter quæ non eſt ſeparatio. Atque hæc litera docet ſummam ſimplicitatem Emanationis ex aëre ſuperno, aëre qui non apprehenditur. Quia vero immanenter emanat, non ſeparatur, atque ideo litera hanc figuram obtinet* י. *Tum porro fons continuat, & emanat adhuc alia Emanatio, quæ magis conſpicua eſt & ſenſibilis, & ſuperioribus accenſetur, eo quod etiam ipſa occulta ſit. Et hæc eſt prima litera* ה, *quæ eſt* INTELLIGENTIA; *atque adeo ecce tibi* יה, *mediam nominis partem, æquivalentem toti, quoniam illarum (Emanationum) exiſtentia etiam reliquis omnibus eſſe largitur, quoniam illæ omnia in ſe complectuntur, &c. Rurſum fons continuat, & derivat ex ſe ſex extremitates, ſc.* ו, *quod eſt in tetragrammato, & manent in illo, quia non ſeparantur ab illo, & perpetuo ita ſcribitur* ה, *ad oſtendendum quod uniatur ipſa cum illis, & illæ cum ipſa, quemadmodum ipſa unita eſt cum iis quæ ſupra illam ſunt, quæ ſunt Jod, Jod inquam cum apice ſuo, & hoc eſt* ה *ut doceat, quod illa ipſæ ſint & ipſæ illa, atque ita habes* י"ה. *Tunc adhuc ulterius fons pergit, & facit emanare* DECIMAM, *quæ eſt* ה *poſtremum, quod* eſt ד"ו, *ut Significetur locus exiſtentiæ ejus & emanationis ejus, nempe He primum, & quod* ו *quod unum tantum eſt, in eo ſit unitate perfecta: atque ita ecce tibi* יהוה *unum & unitum. Et quoniam hoc ſanctiſſimum nomen ſtructura literarum ſuarum docet unitatem Emanationem, quæ ſunt ipſa Deitas, propterea vocatur* שם המיוחד Schem hamejuchadh, *quod in ſe ipſo unit* &c.

XII. Varia hic congeſſit Judæus, quæ & obſervationem, & ulteriorem quoque explicationem merentur, quam utramque ſuo loco repræſentabimus; nunc illud tantum annotaſſe ſufficiat, & quod theſi IX probandæ inſer-

servit, voce יהוה omnes Sephiroth contineri, &, quem in finem ea nunc adduximus, singulas ejus literas symbolicum apud Cabbalistas usum obtinere, & singulas pluresve Sephiroth denotare. Quem illarum usum universali Cabbalistarum consensu confirmat R. Mosche Corduero, in Pard. Rimm. f. 107. col. 1. ubi adducta rejectaque alia, quadam, sed pauciorum illa, sententia, ita ait: ולא כן דעת כל המקובלים כי כלם הסכימו פה א' היות שם בן ד' בספירות לא למעלה מהם חס ושלום ומה שרוכם פי' והסכימו כי ה י' היא בחכמה וקוצו העליון בכתר ה' ראשונה בינה ו' קצוות כשמותה שהם חסד גבורה תפארת נצח הוד יסוד ה' אחרונה מלכות וקרוב לענין זה באר הרשב"י במקומות רבים וז"ל יהוה איהו י' חכמה ה' בינה ו' כליל שית סטרין ה' מלכות ע"כ „Non vero omnium ista Cabbalistarum sententia est, cum „istud omnes uno ore testentur, Tetragrammaton esse in Sephiroth, non vero supra illas, quod absit. Quemadmodum etiam plerique illorum unanimiter exponunt, quod י' sit in SAPIENTIA, supremus ejus apex in CORONA, ה' primum INTELLIGENTIA sit, ו' pro ratione nominis sui „(SEX) EXTREMITATES, quæ sunt CLEMENTIA, POTENTIA (vel „JUSTITIA) DECUS, VICTORIA, MAJESTAS, FUNDAMENTUM, ה' „ultimum vero REGNUM. Proximeque ad hanc sententiam accedit quod „R. Schimeon Ben Jochai p. m. variis locis explicat, יהוה, hic י' SAPIENTIA est, ה' INTELLIGENTIA, ו' SEX EXTREMITATUM complexus, „ה' REGNUM. Et hæc iterum ille.

### *XIII. F. Ut adeo Cabbala necessario circa Tetragrammaton versetur.*

Id, præterquam quod ex præcedentibus evidenter consequatur, ex professo confirmat R. Meir B. Gabbai, *in Abbod hakk.* fol. 16 col. 4. והחכם ר' טודרוס הלוי בפי' ההגדות במסכת פסחים פ' אלו עוברין אמר בזה הלשון והוי יודע כי כל יסודי הקבלה האמיתית וכל אבני פנותיה מיוסדים על שם הגדול והקדוש הזה שבו היחוד השלם מתפרש ועל כן נקרא שם המפורש כלומר שהוא מעצמו מפורש ומתפרש בבחינותיו הפנימיים המתעצמים והמתאחדים בעצם אחדותו הקדושה והטהורה ע"כ „Et sapiens ille R. Todrus Hallevi in Commentario ad Narrationes Talmudicas, Tract. Pesachim, cap. (III), „Ellu obherim ita ait: Et scias velim, „omnia veræ Cabbalæ fundamenta, lapidesque ejus angulares omnes, huic „maximo sanctissimoque nomini inniti, in quo perfecta unitas declaratur; „Eaque

,,Eaque ipsa de causa vocari, Schem hamephorasch, nomen expositum, ,,quasi dicas, quod per se expositum est, & exponit sese interioribus suis ,,virtutibus, quæ coessentiatæ sunt (sit venia verbo) & unitæ in ipsa san- ,,ctissima purissimaque ejus unitate. Et hactenus quidem ille.

*XIV. G. Illæ vero decem Sephiroth non sunt omnes ejusdem ordinis, sed distinguuntur in* TRES SUPERIORES *&* SEPTEM INFERIORES.

Hæc ipsorummet Cabbalistarum, non nostra divisio est, sed quæ ad præsens institutum vel maxime observari probarique meretur. Sic vero frequens apud eos legas, שלשה הראשונות aut ג' העליונות TRES PRIORES, aut SUPERIORES, & שבע דמדות SEPTEM PROPRIETATES, שבעה אחרונות, SEPTEM POSTERIORES, aut התחתונות INFERIORES, & absolute השבעה SEPTEM illæ, ut ex testimoniis mox & per totam dissertationem adducendis clarius elucescet,

*XV. H. Quarum illæ ipsa* DIVINA ESSENTIA *sunt & inter se* UNUM.

*I. Hæ vero,* INFERIORES *sc.* ATTRIBUTA, *per quæ* TRES SUPERIORES *operantur, & se in mundo manifestant.*

*Tres illæ Superiores* etiam ordine procedendi, & attributis operationibusque SS. *Triadi* respondent, quod nunc brevitatis causa probare omittimus; tametsi in sequentibus ea aliquando adducentur, ex quibus id curiosus lector haud difficulter, sit animadversurus. Quoniam vero theses hasce eo, quo proposuimus, ordine probare difficilius erit, cum unum idemque testimonium aliquando plurium confirmationi inserviat, neque tamen sine Lectoris molestia repeti queat; pro eo atque sese nobis obtulerint, testimonia proferemus, & quomodo ad scopum faciant, ubi opus fuerit, breviter ostendemus.

XVI. In libro Musar, fol. 91. col. 2. R. Moses ן'כ"לץ, in Commentario Cabbalistico, quem in dictum Patris sui librum conscripsit, ita inquit: עוד טעם אחר דע כי המקיים אותן בעונתן כאלו מיחד את השם בסוד יי' אחד ושמו אחד כלומר בשלש ובשבע ואזי הוא ראוי לינצל משלש פורעניות מחבלו של משיח וממלחמת גוג ומגוג ומדינה של גיהנם ושלש סעודות אלו אחת כנגד אדו'ני שמתאחד כנגד השבת שנית כנגד יה'וה שלישית כנגד בינה הקשורה בסוד אה'יה וזהו סוד התאחדות השלוש והשבע וקראת לשבת ע'נג הוא סוד נהר יוצא מעדן להשקות את הגן וסוד הייחוד האמתי השלם בסוד עדן וכל המקיים אותן כל אחת בעונתה אחת בערבית ואחת בשחרית ואחת במנחה כאלו מיחד

י׳ ספירות ביחוד שלהם בסוד אה״יה יה״וה אד״ני וכלהם מתאחדות על ידי א״ל ח״י למעלה ולמטה למעלה בסוד הבינה שהוא סוד קשר שהרי הבינה נקשרת באה״יה בסוד שלש ספירות למטה בקשר אד״ני שהוא סוד שבע ספירות התחתונות נמצאת השבת קושרת בכל הספירות למעלה ולמטה: „Porro etiam alius ſenſus eſt. Scias igitur, eum, qui, il-„la„ (convivia Sabbathina, de quibus hoc loco agit,) „temporibus ſuis ob-„ſervat, idem agere, acſi uniret Dominum in myſterio, DOMINUS UNUS „EST, ET NOMEN EJUS UNUM, qſ. d. in TRIBUS & in SEPTEM. „Et tunc ille dignus eſt, qui liberetur a tribus pœnis, a dolore Meſſiæ, bel-„loque Gogi & Magogi, & ex judicio Inferni. Illorum vero trium convivio-„rum primum כנגד אדני reſpicit, quod unitum eſt, ut Sabbathum: Secun-„dum autem כנגד יהוה Tertium בינה INTELLIGENTIAM quæ colligata „eſt in myſterio vocis אה״יה. Et hoc eſt myſterium unionis TRIUM & „SEPTEM. Et vocabis Sabbathum ענ״ג oblectationem, (Eſa. LVIII, 13.) „hoc eſt myſterium verborum, Et flumen egrediebatur ex Eden ad irrigan-„dum hortum (Gen. II, 10.) Et myſterium veræ & perfectæ unionis eſt in „myſterio ע״דן נה״ר ג״ן, EDEN, FLUMEN, HORTUS. Et quicunque unum-„quodque illorum ſtato tempore obſervat; primum tempore precationis „veſpertinæ, alterum tempore matutinæ, & tertium tempore Minchæ: is „cenſetur unire decem Sephiroth unione perfecta, in myſterio אה״יה יה״וה אד״ני ERO, IHVH, DOMINUS, quæ omnia uniuntur mediante אל חי „DEUS VIVUS & SUPRA & INFRA. SUPRA quidem in myſterio IN-„TELLIGENTIÆ, quod eſt myſterium colligationis, nam ecce INTELLI-„GENTIA eſt colligata in אה״יה, in myſterio TRIUM SEPHIROTH: IN-„FRA vero in colligatione אדני כנגד, quod eſt myſterium SEPTEM SE-„PHIROTH INFERIORUM. Et ſic patet, Sabbathum colligare omnes Se-„phiroth SUPRA & INFRA.„ Hic aliquoties diſtinctionem inter *Superiores* & *Inferiores* inculcat, & *Superiores unum* eſſe docet, quando loquitur de *vinculo* vel *colligatione Intelligentiæ* in voce אה״יה; quæ *Tres Superiores* in ſe complectitur, teſte R. Bechai, cujus verba, cum & huic loco lucem afferant, & cætera quoque quæ theſibus noſtris propoſuimus, confirment, appingemus.

XVII. Ita igitur ille Comm. in Leg. fol. 66. col. 1. עוד אני אומ׳ כי יש בידינו קבלה כי משה בקש לדעת מהותו של שם כדי שיוכל להשיב להם תשובה ברורה וזהו שאם מה שמו כלומ מהות שמו ומזה נרמז ונרשם כל שכן שאלתו השם המיוחד לו׳ מה׳ שמו מה׳ ועל כן היה הענין מוכרח להשיב ולומר לו אה״יה אשר אה״יה שהוא

שהוא המהות כי א"ה רמז לכתר עליון י"ה דמז להכמה הרי שתי ספירות
נכללות בשם אה"יה ועוד שם אה"יה רמז לתשובה ונקראת בשם שתי
הספירות הקודמות לה לפי שהיא נאצלת סכחם וחנה אהי"ה הראשון
בכתוב הוא התשובה והשני על שתי הספירות הקודמות לה ויהיה
פירוש אהי"ה א'שר אהי"ה אהי"ה המאושר מן אה'יה הראשון והבדל
דבר אחר : ,,Ego vero porro dico, esse adhuc traditionem in manibus nostris,
,,Mosen, quo clarius distinctiusque illis respondere posset, ipsam Dei ESSEN-
,,TIAM cognoscere voluisse. Atque istud est quod dicit (Exod. III, 13.)
,,מ"ח שמ"ו quodnam est nomen ejus, vult dicere, מה"ות שמ"ו essentia vel
,,quidditas nominis ejus. Atque inde indicium quoddam & character im-
,,pressus est interrogationi ejus, quam de nomine Domino appropriato insti-
,,tuit; מה' שמו' מה Propterea que necessitas exigebat, ut responderet illi &
,,diceret, אה"יה א"שר אה"יה Ero qui ero, quoniam hæc est ipsa ejus essentia.
,,Tò א"ה *enim* CORONÆ SUPERIORIS *indicium est*, י"ה SAPIENTIÆ. Ec-
,,ce duas Sephiroth comprehensas voce אה"יה. Tum porro alterum nomen
,,אה"יה CONVERSIONEM indicat, (hanc alias Intelligentiam appellant)
,,vocaturque nomine illarum duarum Sephiroth, quæ præcedunt illam, quo-
,,niam ipsa ex virtute illarum procedit (Joh. XV, 26. XX, 22.) Et ecce primum
אה"יה in versu CONVERSIO est, secundum vero de duabus illis acci-
,,piendum, quæ præcedunt eam; ut ita interpretatio verborum אהיה אשר
,,אהיה hæc sit; אה"יה quod procedit ex אהיה priori. ET ID OMNE UNUM
EST. Ex quibus nobilissimi Cabbalistæ verbis perspicuum est *tres superiores* non
tantum voce אהיה designari, sed & inter se *unum esse*, ipsamque *Substantiam* Divi-
nam; quæ quomodo a reliquis septem differant, idem mox in sqq. ostendit, fol.
eodem, col. 2. ubi ita pergit. וצריך אתה לדעת כי אה"יה הכולל שתי ראשונות
ועוד אה"יה שהוא רמז לתשובה ועוד אה"יה השלישי בלתי הה"ה שהוא
רומז לפנימיות הרחמים שהוא התפערח שלשתן נכללין בשם המפורש כי
הי"וד רמז לחכמה עם קוצה הרומז לכתר ה"א לתשובה וא"ו לתפארת
ה"א כנגד הנא מכאן תבין כי השם המיוחד שתי אותיות ראשונות הם
רמז לאסתו ושתים אחרונות רמז למדותיו ועוד התבונן מה שהיו
בתורה שתי אותיות ראשונות שם בפני עצמו ולא כן השתים
האחרונות כי אינם שם והטעם בזה כי כאשר נזכיר שתים ראשונות
האחרנות בכללן כי הן התחלה ואי אפשר לחיות כהן קצוץ אבל
האחרנות שאינן שם אלו היו שם היה בזה קציץ ולכך לא נכתבו שתים
אחרונות שם בפני עצמו והמקום יראנו נפלאות מתורתו. *Sciendumque ti-*


*bi*

*bi est, illud* א״הי״ה *quod duas primas (Sephiroth) continet, atque etiam alterum* אה״יה *quod* INTELLIGENTIÆ *indicium est, tandemque* אה״יה *tertium sive* הי, *quod* INTERIORA MISERICORDIÆ *significat quæ sunt* DECUS; *hæc, inquam, tria in nomine appropriato contineantur,* י *Jod enim* SAPIENTIÆ *symbolum est, cum apice suo qui* CORONAM *notat,* ה' CONVERSIONEM *notat, &* ו' DECUS, ה' (ultimum) *respondet* ה' (*priori.*) *Hinc potes intelligere, duas priores literas nominis appropriati indicium esse* SUBSTANTIÆ *ejus, & duas posteriores* ATTRIBUTORUM *ejus. Et porro etiam id consideres, in Lege duas priores literas nomen absolutum conficere, quod in duabus posterioribus non ita obtinet, cum non sint (separatum) nomen. Et ratio est, quia quando priores commemoramus, posteriores jam in illis continentur, quoniam illæ principium sunt, neque fieri potest, ut resectio in illis committatur, cum tamen in posterioribus, quæ non sunt nomen, si nomen fiant, committatur resectio. Et propterea duæ posteriores non scribuntur ut per se sola nomen constituant. Dominus monstret nobis mirabilia legis suæ.*

XVIII. Patet hinc iterum, quanta sit inter *tres Superiores & Septem inferiores differentia*, tanta sc. quanta inter *Substantiam & attributa* esse solet, cum *Corona, Sapientia, & Conversio*, sive *Intelligentia, Substantia Divina* sint, reliquæ *inferiores* vero *attributorum* nomine tantum veniant censendæ: Unde & literæ י״ה quæ *trium Superiorum* indicium sunt, solæ per se nomen Dei constituunt; quod ו״ה, quæ *Inferiores* notant, præstare non possunt, cum non per se, sed in aliis, non vero extra eas (liceat Judæum præeuntem sequi) subsistant.

XIX. Quam differentiam etiam a R. Menachem Racnatensi inculcari auctor est insignis nostri temporis Cabbalista, D. Henricus Morus, in *Ulteriori Disquisitione de rebus in amica Responsione contentis*, quæ occurrit *Cabbala Denudatæ* Part. II. ubi pag. 118. ita inquit: *Et certe* R. Menachem Haraknati *septem posteriores Sephiroth solas* מדות *seu Modos appellandas censet &c.* Hactenus equidem locum istum in dicto auctore invenire non potui; non dubito vero quin ad illa ejus verba respiciat, quæ doctissimus Rittangelius ex Racnatensi adducit, Lib. *Jezira*, pag. 193. ubi postquam in præcedentibus de *Septem Extremitatibus* egisset, ita pergit: אך שלש ראשונות הם שכליות ולא נקראו מדות ועתה אין אנו בפירושם. *Veruntamen* TRES PRIMÆ INTELLECTUALES *sunt, & non vocantur* מדות MENSURÆ *seu* ATTRIBUTA; *sed nunc non est de his agendi locus.* Quod *Superiores attributa* vocari posse negat, ei me alibi quoque affinia legisse memini; quod vero eas *intellectuales* vocat, quomodo ipsam eas mentem divinam esse dicere vult, illi attestatur R. Joseph bar Chajim, in *Explicatione decem Sephiroth*, quæ occurrit in *Likkute Schecbecha upheа*, fol 21. col. 1. נמצא הג׳ ראשונות כתר עליון המחשבה והחכמה ובינה הם ספירות שכליות

שכליות רוחניות ונקראים ר"וח ונש"מה ונ"פש רוב המקובלים כזה נש"מה רו"ח ונ"פש מלמעלה למטה או נ"פש ר"וח ונש"מה מלמטה למעלה: ועלת העלות ית' הוא כנשמה לנשמות כלומר לאותן שלשה ספירות שהם כנ"ף: „Atque inde patet, tres Primas, CORONAM SUMMAM, seu COGITA-„TIONEM, & SAPIENTIAM & INTELLIGENTIAM esse Sephiroth INTEL-„LECTUALES & SPIRITUALES, quæ vocantur, SPIRITUS, SPIRACU-„LUM & ANIMA. Plerique Cabbalistæ ita recensent, SPIRACULUM, „SPIRITUS & ANIMA, superne deorsum; aut ANIMA, SPIRITUS & „SPIRACULUM, inferne sursum. At CAUSA CAUSARUM, quæ benedi-„cta sit, est tanquam Spiraculum illis Spiraculis (aut MENS ILLIS MENTI-„BUS) q. d. tribus illis Sephiroth, quæ sunt כנ"ף „ Quid כנוף sit, hactenus non satis assequor, quare versionem ejus intermittere malui, quam inepta aliqua lectorem in errorem inducere. Cæterum satis inde liquet, quid de *tribus primis* sit sentiendum, eoque magis, quoniam Infinitam Dei Essentiam tribus illis communem facit. Similia hisce Rittangelus passi allegat, ubi imprimis videantur, quæ lib. cit. pag. 65. & sequentibus aliquot, nomine R. Schabthe adducit, quæ & Trinitatem manifeste demonstrant, & nostra comprobant, & aliis Cabbalistis facilius intelligendis viam sternunt. Nobis interea ex aliis adhuc unum atque alterum testimonium afferre placet.

XX. Likkute Schechecha uphea, f. 22. col. 1. ומחשבה וחכמה והבינה שהם כנשמה שלשתן אחד Et COGITATIO & SAPIENTIA & INTELLIGENTIA, *quæ sunt* ANIMA, TRES ILLÆ UNUM SUNT, & paulo post, ואלו הן אי מחשבה ב' חכמה ג' בינה ואלו ג' מנהיגין הז' סדו' שהן למטה מהן: *Et illa sunt, prima* COGITATIO, *secunda* SAPIENTIA, *tertia* INTELLIGENTIA, *quæ moderantur* SEPTEM ATTRIBUTA INTERIORA, rursum ibidem ועל כן צריך לחקרים הראשונות שהם מקימות האחרונות. *Et propterea oportet præmittere (Tres)* PRIORES, *quæ* SUSTENTANT POSTERIORES.

XXI. Menachem Racnatensis in Leg. f. 53 col. 2. ובמלת א"ז יש"יר רמז לעשר ספירות כי הא"לף כוללת השלשה הראשונות והז"ין לשבעה קצוות וכן אר"זל במלת א"ז בואו ונקלס ליחיד הרוכב על שבעה: *Et in vocula* א"ז *tunc cantabit, est indicium decem Sephiroth*, א *enim* TRES SUPERIORES *comprehendit, &* ז' SEPTEM EXTREMITATES. *Et dicunt R. N. p. m. de vocula* א"ז *Venite & laudemus illum* UNICUM QUI INVEHITUR SUPER SEPTEM. Habes hic iterum mysterium UNUS, TRIUM, & SEPTEM, quod olim in die Expiationis septenis octonisve sanguinis ad propitiatorium adspe-

ſperſionibus fuiſſe adumbratum, auctor eſt R. Bechai in Leg. fol. 132. col. 2. על פני הכפורת ולפני הכפורת יזה שבע פעמים היו ההזאות כיום הכפורים שמונה אחת למעלה ושבע למטה בכאן ארמוז לך אחת למעלה כנגד המעלה הראשונה העליונה הכוללת עטרה החכמה והבינה ושבע למטה כנגד השבעה ושנינו במסכת יומא פרק הוציאו לו וכך היה מונה אחת אחת ואחת אחת ושתים אחת ושלשה אחת וארבע אחת וחמש אחת ושש אחת ושבע והבן כי כשאמרו אחת הוא השלשה וכשאמרו אחת ואחת פירוש השלשה והגדולה וכן כלן עד הסוף: „Superficiem propitiatorii, & anteriora propitiatorii adſperget ſepties. Ad-„ſperſiones in die Expiationis octonæ erant, UNA SURSUM, & SEPTEM „DEORSUM, quod hic tibi explicabo. UNA SURSUM, & SEPTEM DE-„ORSUM fiebat, reſpectu PRIMI SUPREMI GRADUS, qui SAPIENTIAM „& INTELLIGENTIAM ſecum comprehendit; SEPTEM vero DEOR-„SUM, reſpectu illarum SEPTEM. Et legimus in Tractatu Joma, cap. Pro-„ferunt illi: atque ita numerabat, una; una & una; una & duæ; una & tres; „una & quatuor; una & quinque; una & ſex; una & ſeptem, Et obſerva, „quod quando dicunt UNA, ea ſit TRES; & quando dicunt, una & una, inter-„pretandum ſit, TRES & MAGNIFICENTIA, & ſic omnes ad finem uſque. Eadem teſtatur R. Abraham Seba in *Zeror hammor*. fol. 99. col. 4. Sed hæc, aliaque quæ ex aliis adducere poſſemus, nunc omittimus, præſertim quia in ſequentibus *ſeptem inferiorum* adhuc frequens erit mentio facienda.

XXII. Quod Theſi XV. lit. I. præterea diximus, *Deum O. M. per inferiores Sephiroth ſeſe in mundo manifeſtare, eumque per illas mederari*, de eo R. Meir ben Gabbai teſtatur, Abhod. hakk. fol. 15. col. 4. fine, & fol. 16. col. 1. principio. Periodi illius clauſulam exhibere ſuffecerit, quæ hæc eſt: ובזה נשלמו שבע מדות הבנין שהם לצורך העולם שהם אבות ושורש לאלו השמות שהוא נקרא בהם עם חלופם לא בבחינת עצמו כי אם בבחינת נבראיו: „Atque ita abſolvuntur SEPTEM PROPRIETATES STRUCTURÆ QUI-„BUS MUNDUS INDIGEBAT, quæ ſunt fundamentum iſtorum nominum „quibus ille (Deus) appellatur, una cum Synonymis illorum; neque tamen „id ipſius reſpectu, ſed tantum reſpectu creaturarum ejus. Videſis etiam, quæ Rittangelius prolixe in hanc ſententiam ex Sohar & Racnatenſi citat, libr. Jezira, p. 185. & 192. & ſqq.

***XXIII. K. Septem Inferiores iterum dividuntur in* SEX EXTREMITATES, *&* ULTIMAM SEPHIRAM, *Septimam seu decimam, quæ* שכינה SCHECHINA *vocatur; de qua* Cabbalistæ *longe plurimas traditiones, munus aliquod mediatorium, Mediatoremque ipsum haud obscure arguentes, enarrant.***

Latissimus hic sese campus aperiret, in quem nostra se diffunderet dissertatio, si quæ passim a Cabbalistis de hac *Schechina* traduntur, luberet proferre. Paucis nostram de ea mentem aperuisse, & tum quædam, quæ ad præsentis loci illustrationem facere videbuntur, in medium produxisse suffecerit. Cum itaque *Septem inferiores* tantum *attributa* statuantur, eaque non Dei in se simpliciter & absolute considerati, sed relate ad mundum creaturasve rationales, vel Ecclesiam potius, in cujus gubernatione (Cabbalistæ הנהגה vocant, quod οἰκονομίαν commode interpreteris,) has suas virtutes exserat & demonstret; uti jam ex thes. præc. quodammodo constare potest. Et deinde *sex prima* in *Septima* omnes inveniantur & uniantur, perque eam in mundum inferiorem influant, & in illo manifestarentur: Denique ea illi attribuantur, quæ aperte officium quoddam inter Deum & homines mediatorium evincant; qualia sunt, quod sine ea in conspectum S. B. venire, precesve ad eum fundere non liceat, quod sit altare ab ipso Deo ordinatum, ut אמצעי Mediator sit, pacemque faciat inter se & Israelem, &c. facile animum inducimus credere, hac ultima Sephira officium Messiæ Mediatorium, in quo Deus omnes suas perfectiones demonstret, ab antiquioribus Hebræis fuisse designatum. Rursum, cum hanc *Schechinam Angelum* vocent, imo סרסור ומליץ *Mediatorem & interpretem seu advocatum*; eaque de illa prædicent, quæ plane personalia sunt; & in Veteri Novoque Testamento Messiæ attributa leguntur: iterum nulli dubitamus, quin is quoque olim hoc nomine fuerit intellectus, qui id muneris apud Deum gerat. In qua posteriori sententia nos id confirmat, quod videmus Cabbalistas huic ultimæ Sephiræ eadem nomina, quæ secunda ex superioribus obtinet, imposuisse. Secunda *Sapientia* vocatur, uti ex superioribus jam plus quam manifestum est; etiam ultima seu Schechina *Sapientia* est; illa ראשית *Principium* est, & hæc eodem nomine venit: origoque *Sapientia* hujus *inferioris* ex illa *superiori* derivatur.

XXIV. Quod ne gratis dixisse videamur, testem citare lubet R. Meir B. Gabbai, cujus in Abhod. hakk. fol. 88. col. 3 hæc sunt verba: במדרשו של ר' נחוניא בן הקנה ומאי דכתיב ממקומו מל"הר לכה מלך שבאת מרחוק לא ידעו מאין באת עד שראו שהיא אשת חיל נאה והגונה בכל מעשיה אמרו ודאי היא מצד האור נלקחה כי במעשיה יאור העולם שאלו אותה מאין את אמרה ממקומי אמרו אם כן גדולים אנשי מקומך ברוכה תהיה ומבורכת ממקומך ע"כ וכוונתם ע"ה באומרם מצד האור נלקחה

בלקחה על חכמת אלהים כי חכמה מחכמה והוא מקום רחוק שבאת
ונאצלה משם כי מרחוק יי׳ נראה ומשם מתברכת וזהו סוד ברוך כבוד
יי׳ ממקומו׳ ועליו אמר יונתן בן עוזיאל ע״ה בריך יקרא דיי מאתר
בית שכינתיה והוא תוספת באור כי יקרא ושכינתא מכוונת
על ה״א אחרונה שבשם הגדול והוא הכבוד והשכינה ואתר בית שכינתיה
היא בית בראשית וגם בית שכינתיה כי של מקום האצילות והכל שוכן
שם ומתיחד שם כי הסוף נעוץ בראש והראש בסוף וחכמה בראש וחכמה
בסוף להורות כי הכל ייחד אחד ומיוחד ואם כן והכוונה האמיתית והסוד
הנעלם באומרו ממקומו כאלו אומר מעצמו כי אין מקומו דבר זולתו וגו׳ „Et in
„Medrasch R. Nechonja ben Hakkana (alias liber Bahir vocatur:) Et quid est, „quod scriptum est (Ezech. III, 12.) EX LOCO SUO? quoniam nemo est „qui novit locum ejus. Parabola: Cui res hæc est similis? Filiæ Regis, quæ „e longinquo veniebat, nesciebantque homines unde veniret, donec viderent „illam viraginem esse, & in omnibus actionibus suis pulchram & decoram. Di„cebant itaque, omnino hæc ex parte lucis desumta est, cum ejus actionibus „mundus illustretur. Rogabant autem illam etiam, unde Tu es? ex loco meo, „inquit, respondent iterum: Si ita sit, magni erunt viri loci tui (*aut* cives „tui.) Benedicta sis atque iterum benedicta ex loco tuo, hactenus illi. Cum „dicunt R. N. p. m. EX PARTE Lucis DESUMTA est, id de SAPIENTIA DEI in„telligunt, non SAPIENTIA EX SAPIENTIA EST; & hic locus longinquus est, „unde venit & emanavit: nam e longinquo Dominus apparuit (Jer. XXXI, 3.) „atque inde benedicitur illi assiduo. Et hoc est mysterium, BENEDICTA SIT „GLORIA DOMINI EX LOCO SUO. Et de eo loquitur Jonathan Usielides p.m. „Benedicta sit gloria Domini EX LOCO DOMUS SCHECHINÆ SUÆ. Et hæc „paraphrasis est, quoniam & GLORIA & SCHECHINA HE POSTREMUM notant, „quod est in nomine illo magno, quod est GLORIA & SCHECHINA. Et LO„CUS DOMUS SCHECHINÆ SUÆ, est litera ב׳ in voce בראשית. Aut etiam „DOMUS SCHECHINÆ SUÆ, quia ibi est locus emanationis, & omnia ibi ha„bitant & unita sunt, cum finis fixus sit in principio, & principium in fine, & „SAPIENTIA in principio & SAPIENTIA in fine: ut doceat hæc omnia esse „unitatem unam & perfectissime unitam. Quod si ita sit, hic genuinus sen„sus erit, & absconditum illud mysterium, quando dicit, EX LOCO SUO, id „est, EX SE IPSA; cum locus ejus non sit quicquam præter illam ipsam.

XXV. Digna est elegantissima hæc parabola, ad quam *ἐν παρόδῳ* gradum paululum sistamus, quamque cum veritate Evangelica, cui pleraque consentanea docet, conferamus: cum nulli aptius, quam Messiæ Dei Filio, queat appli-

applicari. Hujus enim *originem* sibi *ignotam* fore, testantur Judæi, Joh. VIII, 27. *ὁ δὲ χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστίν. Quum autem Christus venerit, nemo cogniturus est, unde sit*, ad eam sc. respicientes, quæ humana major sit atque excellentior, cum alias non ignorarent, eum Bethlehemo fore oriundum, Ibid. v. 42. Et assentitur Christus ipse, Joh. VIII, 14. *ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι, Vos vero nescitis unde venerim, & quo vadam*. At *ex operibus* ejus, quæ omnia *decentissima*, planeque admiranda, Marc. VII, 37. *illum cognituri erant*: Unde & Salvator ad illa provocabat, Matth XI, 2. sqq. Joh. V, 36. multique ex populo eum verum Messiam agnoscebant, dicentes: *Quando Messias venerit, num signa plura edet iis quæ ille edidit?* cap. VII, 31. confer etiam Luc. XXIV, 19. & 21. Joh. VI, 14. Est etiam ille *ex Luce desumtus, lux ipsa* Joh. I, 4. sqq. *illuminans omnem venientem in mundum*, vers. 9. *lux mundi*, VIII, 12, non tantum ad illuminationem *Israelitarum*, Es. VIII, 23. & IX, 1. Matth. IV, 14. sq. sed & *gentium*, Luc. II, 32.

XXVI. Quod propius ad nostrum scopum facit, & ad nostræ sententiæ confirmationem, id est, quod in explicatione *Schechina Sapientia* vocatur, & *ex Sapientia Superiori orta & cum ea perfectissime dicitur unita*. Cui si addas quod de *Schechina* in Hechal Adonai legitur, fol. 31. col. 1. והמדה הזאת היא ראשית והתחלת הכנסה לאצילות מלמטה למעלה ואין דרך להגיע״ה לראשית זולת אם יקנה המדה הזאת שהיא״ח חכמת של ולכן תקרא ראשית: *Et hæc proprietas* (*Schechina*) *est* PRINCIPIUM, *& initium ingressus ad cognoscendas Emanationes, inferne sursum. Neque alia ulla ratio; qua homo illum* (*ingressum suum*) *promoveat ad* PRINCIPIUM (*Sapientiam Superiorem*, quam etiam ראשית *principium* vocari paulo ante dixerat,) *nisi hanc proprietatem, quæ est* SAPIENTIA SALOMONIS, *jam ante sibi fuerit lucratus* (conf. Phil. III, 8. *ἵνα χριστὸν κερδήσω*) *qua de causa etiam ipsa* PRINCIPIUM *vocatur*. Et ex Maarecheth haëluth, fol. 138. col. 2. כבר בארתי בשער הטעם כי נגנז האור הראשון בסבת חטא האדם ונשארה ההשגה בשר העולם: *Et jam explicui in Schaar hattaam, Lucem illam primogeniam* (hæc secunda Sephira est, *Sapientia superior*,) *propter peccatum Adami absconditam esse, & apprehensionem tantum superesse in principe mundi*, qui est ipsa Schechina. Hæc, inquam, si quis prioribus addat, & paulo consideret attentius, id inde manifestum esse putem; Veteres Hebræorum Sapientes hoc modo duplicem in Sapientia *σχέσιν* considerasse, quarum altera quidem absoluta sit, altera vero œconomica & ad homines relata, qui Sapientiam non simpliciter ut secundam Sephiram, & principium reliquarum contemplari debeant, quæ contemplatio & difficilior & inutilior futura esset: sed œcono-

conomice quatenus hominibus *a Deo facta est Sapientia*, 1. Cor. I, 30. ita illis cognoscenda, *ut veritas in illa est*, Eph. IV, 22. *in qua cognitione omnes thesauri Sapientiæ & notitiæ sunt absconditi*, Col. II, 2. 3. & *salus* denique ipsa, Joh. XVII, 3.

XXVII. Huic igitur *Schechinæ*, ut e diverticulo in viam redeamus, a Cabbalistis speciatim consideratæ & a sex præcedentibus Sephiroth, uti ex antecedentibus jam satis liquet, distinctæ, cum alia multa adscribuntur Mediatorem designantia, tum etiam nonnulla ab hoc nostro loco minime aliena.

XXVIII. Vocatur ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, quomodo Legatus esse dicitur, ad id emissus ut de voluntate Legantis testaretur, vid. Joh. I, 6 7. 8. coll. Mal. III, 1. & quidem *fidelis testis*, qui rite & exacte ad præscriptum Legantis munere suo defungatur. Sic *Schechina* constanter מלאך vocatur vel שליח *Legatus*, quod probatione non indiget, modo de *fide* ejus testimonia afferamus. Likk. Schech. uphea, fol. 24. col. 1. ubi mysterium hujus angeli describitur עשה כי שמו מטטר"ן כלום מנטטו"ר ופי' שלית והזקת שליח שליחתו: *Nam nomen ejus est* METATRON, *quasi dicat*, MENTATOR, (respicit forte Græcum μηνύτωρ; videsis Lex. Buxtorffii ad vocem מטטרון) *quod* LEGATUM *significat. Et præsumtio est de Legato, quod (fideliter) Legatione sua fungatur*, in præcedentibus illum *fidelem* vocari ait, והוא הנקרא שכינה והוא והנקרא רוח נאמן: *Et ille est, qui vocatur Schechina, & qui vocatur Spiritus* FIDELIS.

XXIX. Ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς. Sic frequenter Cabbalistis appellatur, שר העולם *Princeps mundi*. Gale Rasaja, MS. fol. mihi 3. col. 1. הנקרא בעבור כן מטטרון רע שהמלאך הגואל שהוא מדת דוד נקרא מטטרון ושר העולם לפי שמנהיג העולם בכח השם הגדול וממנו מקבל שפע: „Qui propterea Metatron vocatur. Scito angelum illum Redemtorem, „qui est proprietas Davidis (*id est ultima Sephira*,) Metatron vocari & PRINCI„PEM MUNDI, quia gubernat mundum virtute nominis magni, a quo in„fluentiam accepit.„ In Hechal Adonai, fol. 30. c. 2. שר העולם על ב' פנים כל מלך יש לו שרים והם עבדיו והמדה הזאת היא שר וגם עבד למלך העולם העליון והוא תחתיו וממלא מצותו והשר הנה גם הוא שר ונגיד לכל העולם: „Vocatur Princeps mundi duplici respectu. Omnis Rex ha„bet principes, qui servi ejus sunt: & hæc Proprietas est Princeps, atque et„iam servus Regis mundi Superioris, & ipse infra illum est, & perficit mandata „ejus. Et ecce hic Princeps etiam ipse PRINCEPS EST ET DOMINUS „TOTIUS MUNDI.„ Quæ iterum nostro Messiæ optime conveniunt, quo non tantum est ארון כל הארץ, *Dominus totius terræ*, uti Schechina sæpe vocatur, & totius mundi, *cui data omnis potestas in cœlo & in terra* Matth. XXVIII, 18.

Sed

Sed & Patri ſuo *ſervus*, Jeſ. LIII, 11, Phil. II, 7. quem ea propter *ſe majorem* dicit Joh. XIV, 28. *cujus voluntatem & mandata exſecutus eſt*, Joh. IV, 34. VI, 38. XVII, 4

XXX. Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς. Si Likkute Schechecha uphea fol. 24. col. 1. de Principe illo dicitur, והוא פועל באה״יה יהוא מחבב כל איש אלהי „Et ille operatur per (nomen) אהיה, & amore ſuo amplectitur omnem hominem divinum,„ Quod dicitur *de ablutione peccatorum per ſanguinem ejus*, eo referri poteſt, quod *Schechina victima & altare* vocatur, uti hæc teſtimonia albi, Deo volente ſumus exhibituri.

*XXXI. L. Inferiores Sephiroth etiam* קולות TONITRUA & VOCES, נרות LAMPADES, & עינים OCULI, *vocantur*.

Hæc ob duo alia apocalypſeos loca addimus, ex quibus noſtræ ſententiæ inſigne robur accedit. Cap IV, enim verſ. 5. *Septem illi Spiritus Dei*, quos *ſeptem Sephiroth inferiores* eſſe probavimus. Φωναὶ καὶ βρονταί, *tonitrua & voces*, & ἑπτὰ λαμπάδες, *Septem lampades* appellantur: & Cap. V, 6 ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ *Septem oculi*. Adeo ut ſi hoc probaverimus, ſeptem Sephiroth iisdem nominibus vocari, dubitari nequeat, quia utrobique unum idemque denotetur. Sunt etiam loca, ubi רבקים *fulgura* dici videntur, & thronus Dei מבזיק *fulgurans*: Verum cum in iſtorum explicatione ipſimet nobis ex omni parte ſatisfacere nequeamus, neque incertis conjecturis Lectorem paſcere lubeat; ea nunc proferre ſuperſedebimus, alias forte exhibituri, ſi quando nobis genuinum illorum ſenſum aſſequi contingat.

XXXII. Vocantur קולות VOCES & TONITRUA. Pardes Rimmonim fol. 168. col. 2. וכל שבע ספירות נקראים קולות והם ז׳ קולות שבמזמור הבו וכלם מצד הת״ת הנקרא קול כמו שנבאר ואפילו במתן תורת נקראים קולות מצד התפארת והם ששה קולות והוא קול שביעי הכולל כלם בסוד עלייתו אל הבינה וגו׳ „Et omnes Septem Sephiroth vocantur קולות VOCES & TONITRUA; Et illæ ſunt SEPTEM VOCES & TONITRUA „quæ Pſ. XXIX. memorantur. Et omnes ita appellantur ratione PULCHRITUDINIS, quæ קול TONITRU & VOX vocatur. Atque etiam in Legis promulgatione VOCES & TONITRUA dicuntur ratione PULCHRITUDINIS. Illæ „ſunt SEX VOCES & TONITRUA; hæc vero eſt SEPTIMA VOX & TONITRU comprehendens reliquas omnes in myſterio adſcenſionis ſuæ ad INTELLIGENTIAM &c. Quod in Legis promulgatione ſeptem *voces & tonitrua* audita eſſe ait. & Pſ. XXIX. recenſeri, ei nobiliores quique Cabbaliſtæ, qui in Legem commentati ſunt, adſtipulantur. R. Menachem Racnatenſis in Legem fol. 101. col. 3. etiam antiquiſſimum librum Bahir citat, ubi illa *tonitrua* ea eſſe dicuntur,

 quo

quorum Psal. XXIX. mentio fiat; ipse vero mox singula de singulis Sephiroth interpretatur.

XXXIII. R. Bechai in Legem fol. 120. col. 3. והנני מעורך כי יש כאן חמשה פסוקים ובכל פסוק ופסוק יזכור ענן והם כנגד חמש ספירות שהן קולות שהזכירו החכמים בחמשה קולות נתנה התורה ואף על פי שהשיג משה שבעה קולות שהן שבעה ספירות וכמו שבארתי בסדר וישמע יתרו וגו׳ „Atque ecce te monebo, hic quinque versus esse, in quorum unoquoque (Moses) nubis meminerit, idque respectu quinque Sephiroth, quæ sunt VOCES & TONITRUA, quorum meminerunt Sapientes, quando dicunt: Quinque VOCIBUS & TONITRIBUS Lex est data. Et licet Moses apprehendisset SEPTEM VOCES & TONITRUA, quæ sunt SEPTEM SEPHIROTH, quemadmodum jam explicui in Sectione Jethro, &c.„ Idem fol. 89. col. 2. postquam *Septem illas voces* ex Psal. XXIX. recensuisset, ita pergit. ואחר שהשיג משה ז׳ ספירות הללו חזר ובקש למעלה מהם והוא שאמר הראני נא את כבודך ושם אכתוב בע״ה: „Et postquam Moses has septem Sephiroth apprehendisset, pergebat & ulterius contendebat supra illas. Et hoc est quod dicit: (Exod. XXXIII, 18) monstra mihi, quæso gloriam tuam; atque ibi, volente Deo, illud scribam.

XXXIV. Etiam נרות *Lampades* dicuntur. Bechai in Leg. fol. 179. col. 2. והנה ז׳ מזבחות האלה הם שבעה ימי בראשית וז׳ נרות המנורה *Et septem illa altaria sunt septem dies creationis, &* SEPTEM LAMPADES *candelabri*. Loquitur autem ibi de septem altaribus, quæ repræsentabant Septem Sephiroth, uti in sequentibus patescet. Pardes Rimmonim, fol. 163. col. 3. ומלכות עולם כולל שבעה נרות שבעה ספירות: *Et Regnum mundi complectitur* SEPTEM LAMPADES, SEPTEM SEPHIROTH.

XYXV. Tandem quoque עינים *Oculi*. Bechai in Leg. f. 89. col. 2. והנה משה ע״ה השיג במעמד הקדוש הזה שבעה קולות שהן ז׳ ספירות ונקראים בלשון הקבלה ז׳ ספירות ובלשון רבותינו ז״ל שבעה קולות ובלשון הנביאים שבעה עינים והוא סוד הכתוב על אבן אחת שבעה עינים מלשון גוונים *Et ecce Moses, super quo sit pax, apprehendit in hac sanctissima statione septem* VOCES *&* TONITRUA, *quæ sunt Septem* SEPHIROTH. *Vocantur autem stylo Cabbalistico Septem* SEPHIROTH,

Rabbi-

*Rabbinico vero ſeptem* VOCES & TONITRUA; *at prophetico ſeptem* OCULI. *Et hoc eſt myſterium, quod ſcriptum eſt, (Zach. III, 9.) ſuper lapide uno ſeptem oculi, ex ſignificatione colorum.* R. Menachem Zioni in Legem fol. 104. col. 4. בארץ שהיא אבן הראשה על אבן אחת ז׳ עינים שהם ז׳ מאורות וז׳ ספירות: *In terra, quæ eſt lapis capitalis; Super lapide uno ſeptem* OCULI, *qui ſunt ſeptem luminaria, & ſeptem* SEPHIROTH.

XXXVI. Liquet hinc ſatis harmonia inter Johannem & Cabbaliſtas, a qua antequam diſcedamus, illud adhuc monendum eſt, quod tribus poſtremis teſtimoniis dicitur, ulterioremque convenientiam oſtendit. Sc. *Regnum* ſive *Schechinam ſeptem lampades vel Sephiroth complecti*, & *ſuper lapide uno*, qui idem eſt Schechina, *ſeptem oculos* eſſe; quomodo omnem plenitudinem in Schechina eſſe docere volunt, Johannes eodem modo Cap. III, 1. ὁ ἔχων τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, & Cap. V, 6. ἀρνίον ἔχον ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ τοῦ Θεοῦ πνεύματα τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, eum deſignans, in quo placuit Deo ut πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος *omnis plenitudo Deitatis* inhabitaret Col. I, 19. & II, 9. Quod vero addit de *Spiritibus emiſſis in totam terram*, locum, Zachariæ reſpicere videtur ubi *ſeptem oculi Domini* משוטטים בכל הארץ *obeuntes in tota terra.* Cap. IV, 10. quod rurſum cum eo convenit, quod Cabbaliſtæ dicunt, *Tres ſuperiores Sephiroth per Inferiores mundum gubernare.*

*XXXVII. M. Decem hæ Sephiroth, ſunt fons & origo omnis Benedictionis, quæ hominibus obtingit.*

*N. Corona Summa.*

Abhod. hakk. fol. 108. col. 1. ברוך סוד העדן המשכת החפץ מן האין מקור הברכות: *Benedictum ſit myſterium Paradiſi, derivatio beneplaciti ex* אין NON ENTE, FONTE BENEDICTIONUM. Vox אין *non Ens*, *Coronam ſummam* notat, ſic dictam, quia hominibus minus multa de illa aſſequi & cognoſcere licet, de quo Pſeudo-pelia noſter fol. 91. col. 1. והם סתרי כ״ע והחכמה והחכמה מאין תמצא כלו׳ מכ״ע שאינו מושג מהותו משם ומצאת החכמה: *Hæc ſunt arcana* CORONÆ SUMMÆ & SAPIENTIÆ. *Et* SAPIENTIA *ex* אין *exiſtit (Jobi XXVIII, 12.) Vult dicere, ex* CORONA SUMMA, *cujus eſſentia apprehendi nequit, inde* SAPIENTIA *exiſtit.*

*XXXVIII. O. Sapientia.*

Maarecheth haelahuth fol. 37. col. 2. אתה שליט בהדר הספירה השניה שהיא חכמה הנקראת ברכה מספקת משפע המקור המתברך: *Tu dominaris in gloria, o Sephira Secunda, quæ es* SAPIENTIA, *quæ vocaris* BENEDICTIO, SUPPEDITANS INFLUXUM EX FONTE BENEDICTO.

XXXIX.

*XXXIX. P. Intelligentia.*

De hac singulare testimonium jam non occurrit; est tamen ubi simul cum reliquis benedictionis auctor constituatur. Bech. in Leg. fol. 5. 1 ומה שכתב בספר יצירה חקק ולא הזכיר מי החוקק הכוונה על הכתר כי הדבר החקוק הם שלשה ספרים שהם שלשה אותיות של שם שחקק הכתר והן י״הו שהן אותיות מתברכות ומברכות כל המתברך: *Et quid est quod scripsit in libro Jezira; exaravit, neque commemorat, quis ille sit qui exaravit? Id intelligendum est de* CORONA, *quia id quod exaratum est, sunt tres libri, qui sunt tres literæ nominis quod exaravit* CORONA; *& illæ sunt* י״הו *quæ sunt literæ benedictæ &* BENEDICENTES CUICUNQUE BENEDICITUR. Literæ hic Cabbalistice pro ipsis Sephiroth sunt sumendæ, quarum signa & indicia a Cabbalistis sunt constituta; quemadmodum ipse Bechai in sequentibus *tres libros & tres literas* de *Sapientia & Intelligentia* & *reliquarum complexu* interpretatur. Notum autem est ה primum designare *Intelligentiam*, ut adeo etiam illi origo benedictionis adscribatur.

*XL. Q. Septem inferiores.*

Hæ enim sunt per quas Deus O. M. operatur, & benedictionem effundit. Bech. in Leg. f. 179. col. 2. ועל דרך הקבלה את שבעת המזבחות ערכתי מה שעשה מהם שבעה ומה שהזכירם בה״א הידיעה הכל בהשגחה ומוונה ידועה כי בלעם ברוב חשקו לקלל רצה להמשיך רצון מחמחשבה הטהורה אל כל השבעה ולהשפיע בם כח ולא הספיק אצלו שיעשה מזבח אחד ועשה ז׳ מזבחות כדי שיפעלו כל המדות רצונו ויספיקו מחשבתו בהמשכת הרצון: „Et „Cabbalistice, septem altaria disposui, (Num. XXIII, 4.) Quod septem illa „fecerit eorumque meminit cum He demonstrativo, id omne omnino præ- „meditato egit, & cum intentione nota. Bileam enim quum vehementis- „sime (Israeli) maledicere gestiret, benevolentiam ex PURISSIMA COGI- „TATIONE AD OMNES SEPTEM derivare, iisque robur suppeditare „volebat: neque sufficiebat illi unum (altare) exstruxisse, sed septem erexit, „ut scilicet omnes proprietates desiderium ejus perficerent, votique cum „damnarent dum benevolentiam (Dei ad illum) derivarent.„ *Cogitatio* aliquando א״ס notat, *Infinitum* illud, sive *infinitam Dei Essentiam*; aliquando vero etiam *Coronam summam & Sapientiam*: Quandocunque autem hic sumatur, id satis liquet, Septem Sephiroth inferiores intervenire ad benedictionem in homines derivandam, ad quas proinde hi in precibus supplicationibusque suis debeant esse intenti.

XLI.

*XLI. R. In primis vero Schechina.*

Hechal Adonai fol. 27. col. 1. בריכה הוא מקום קבוץ מים הבאים מן הנהר להשקות את הגנות והשדות כן במדה זאת יתקבצו כל מיני שפע ואצילות להשפיע ולברך לכל הגנות ולכל הנבראים Vocatur בריכה PISCINA. *Hæc est locus ubi aquæ colliguntur, quæ veniunt ex flumine ad irrigandos hortos & agros. Sic in hac Proprietate congregantur omnes species influentiæ & Emanationum, ut affluenter suppeditet & benedicat omnibus hortis & omnibus creaturis.* Confer iterum Joh. I, 14. 16. Eph. I, 3. Col. I, 19. & II, 9. 10. &c. Rursum ibidem: ברכה היא עצמות הברכה והיא ברוכה ומברכת ומבורכת תמיד לכל והיא נתנה לאברהם ולבניו לנחלה במתנה שנאמר והיה ברכה והיא נחלת שבטי ישראל זאת הברכה היא להם והוא סוד יבק ופי׳ יחוד ברכה קדוש Vocatur ברכה BENEDICTIO. „Et illa ipsa est benedicto, & est benedicta atque iterum benedicta, & benedicit assiduo omnibus. Et illa Abrahamo & filiis ejus dono data est in hæreditatem, juxta id quod dicitur (Gen. XII, 3.) Et esto benedictio. Et illa est hæreditas tribuum Israelis, & hæc benedictio illorum est: & hoc est mysterium יבק id est (per Rasche Tebboth) יחוד ברכה קדוש Unio, Benedictio, Sanctificatio.

*XLII. S. Hæ tandem omnes Sephiroth in precibus & Supplicationibus sunt conjungendæ.*

Id sæpe inculcant Cabbalistæ, ad id, ut homo benedictionem a Deo eliciat, necessarium esse, ut summa imis conjungat, & omnia inter se vera fide & firma animi intentione perfectissime uniat. R. Menachem Racnatensis in Leg. fol. 117. col. 1. והנה השומר השבת בהלכתו מיחד הק״בה וכנסת ישראל וגורם ברכה למעלה ולמטה ביחוד ההוא: *Et ecce qui Sabbathum rite observat, ille unit Deum O. M. & Cœtum Israëlis* (hæc est Schechina,) *& causatur hac sua unitione benedictionem & supra & infra.* Quæ ista Sabbathi observatio sit, & quæ unitio, ex Thes. XVI. repeti potest, ubi mysterium UNITIONIS UNIUS, TRIUM, & SEPTEM, fuse declaratur. R. Meir ben Gabbai in Abhod. hakkod. fol. 33. col. 3. אבל כשיעכוד בכוונה ההיא אשר כתבנו הנה הוא פותח המעין וממשיך שפע הברכה למעלה והנה הוא מיחד בכוונה ההיא השם הגדול בבחותיו עד א״ס והוא עשיית הטוב בעיני השם וגם הוא יהולו הברכות ההן על ראשו ועשו רצונו כמו שהוא עושה הרצון העליון וגו׳ *Sed*

 *quum*

*quum cum hac intentione, de qua jam scripsimus, cultum suum instituit, ecce tunc aperit fontem, & derivat superius copiosam benedictionem. Et ecce sibi, hac intentione unit nomen illud magnum cum perfectionibus suis usque illud Ens Infinitum, & hoc est quod bonum est in oculis Domini. Et propterea requiescent hæ benedictiones super capite illius, perficientque voluntatem ejus, quemadmodum ipse exsequitur voluntatem illam excelsam.* Egerat autem in præcedentibus de קרבן *sacrificio* שהוא מקרב הכחות הקדושות *quod unit sanctissimas Dei virtutes aut perfectiones*; inque ejus locum jam precationes quasdam institutas dixerat, in quibus similiter unitio illa intendenda. Idem fol. eod. col. 4. טבע העבודה לשם המיוחד בכוונה אשר הודענו סודה ובארנו ענינ׳ לפתוח המקור ולהמשיך אצילות הברכה מראש המחשבה עד סופה ומשם מתפשטת אל התחתונים הגורמים זה בעבודתם כי בהתברך השם הגדול יתברך העובד הממשיך הברכה בעבודתו: „Atque ea natura est illius cul„tus, qui præstatur nomini approprieato cum ea intentione, cujus myste„rium jam indicavimus atque interpretati sumus, ut aperiat fontem, derivet„que emanationem benedictionis a principio Cogitationis usque ad finem ejus, „unde ad inferiores diffunditur, qui cultu suo id causantur. Nam cum bene„dicitur nomini illi magno, etiam benedicitur τῷ προσκυνητῇ, qui cultu suo „benedictionem derivat &c.„ Quis autem ita Deum vere colat, mox explicat, כי העובד בכוונה הראויה הוא המיחד את השם בכחותיו ובזה נותן און וחיל בו בסוד באלהים נעשה חיל ובסוד תנו עוז לאלהים ומהעוז ההוא נותן אל העובד ההוא: *Nam ille, qui ea qua decet intentione (Deum) colit, is est, qui unit Dominum cum perfectionibus suis; atque ita illi vires largitur juxta mysterium (verborum* Psal. LX, 14.) *In Deo agemus strenue,* (& Psal. LXVIII, 25) *Tribuite Deo robur. Et ex hoc robore iterum largitur cultori huic.* Et hinc illi, qui hæc observant, passim העובדים האמיתיים, οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ *veri adoratores,* dicuntur; & ipsa *unitio* העבודה האמיתית, *verus cultus:* imo שרש הדת והאמונה *fundamentum legis & fidei,* ותכלית העבודה *& finis consummatioque totius cultus.*

XLIII. Cum igitur Johannes, ut rem in compendium redigamus, & applicationem instituamus ad præsentem locum, Ecclesiis illis, ad quas scribere jubebatur, omnimodam salutem atque benedictionem comprecari vellet; ad eum se convertit, votaque sua dirigit, qui solus quidem & unicus, sed sufficientissimus idem omnis fons est & origo, lit. M. Ad יה״וה scilicet, τὸν ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, Ens illud infinitum, æternum, atque immutabile, Deum T. O. M, lit. D. qui non tantum perfectissime Unus est essentia; sed & Tri-

Trinus personis, Lit. H. quarum literæ Jod & He in tetragrammato יהוה indicia memorialia sunt constituta, lit. E Cum vero hic Triunus Deus, cujus essentia est incomprehensibilis, sese per attributa sua, quæ per ו"ה denotantur, lit. E. in mundo manifestet, lit. I. eaque quasi instrumenta sint benedictionis, aut canalis aliquis per quem eam in homines derivet, lit. Q. etiam illa ad partes vocat, & ut ad salutem Ecclesiarum cooperentur, optat: *καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ.* Quæ cum iterum omnia in unam Sephiram tanquam centrum concurrant, inque ea uniantur, & per illam demum demonstrentur, Thes. XXXVI. vel inprimis se ad illam convertit similiterque ut benedictionem suppeditet, orat, vers. 5. 6. *Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς* &c.

XLIV. Unde liquet, quod vi Thes. V. erat demonstrandum, scilicet, Cap. I, 4. 5 6. *non modo illustria quædam styli Cabbalistici vestigia agnosci, sed & integram fere Cabbalam Sephirothicam ibi ὡς ἐν κεφαλαίῳ esse comprehensam.* Johannes enim in hoc suo voto tantum *Tetragrammato* utitur, ejusque explicationem more Cabbalistis usitato instituit. Primo enim *simplicissimam vocis significationem, de simplicissima & immutabili Dei essentia*, exponit; Lit. D. *quæ cum tribus Sephiroth communis sit*, lit. H. & ipse alibi *earundem unitatem* docuerit 1 Ep. V, 7. illas minime exclusisse censendus est: Eoque minus cum mox *τῶν ἑπτὰ* meminerit, quas alibi iisdem nominibus insignit, quibus a Cabbalistis insigniri solent, lit. J. & L. atque inde se ad *ultimam* convertat, quæ *Messiæ Filio Dei* respondet. Porro cum *ab his solis* quidem, sed *omnibus*, *benedictionem Ecclesiis comprecetur*, juxta lit. M. N. O. P. Q. R. S. dubitare vix quisquam poterit, quin hic ad Cabbalam respexerit, lit. F. eamque, saltem Sephirothicam, maximam partem proposuerit, lit. [illegible] & A.

XLII. Atque hæc sunt, q[illegible] ad hujus loci illustrationem, ex Cabbalistis placuit afferre. Quarum meditationum primam nobis occasionem dedit החכם בחכמת הקבלה D. Henricus Morus. *Cabbala denudata Part. II. pag. 54. Quæ quidem earum*, inquit, *in tres & septem divisio mihi supponi videtur Apoc. I, 4. Est enim ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος Periphrasis Jehovæ, qui Triunus ille Deus est, ac proinde tres primas Sephiroth sive Numerationes occupat, septem autem Spiritus, qui dicuntur ante Thronum illius reliquas septem.* Tametsi enim idem in seq. *septem Sephiroth de angelis bonis, Divinæ providentiæ ministris*, intelligendas esse velit; atque adeo longe iterum a nobis discrepet: tanti tamen hanc ejus conjecturam nobis visam esse fatemur, ut eorum recordati, quæ de Sephiroth passim apud Cabbalistas legeramus. Proxima vice, volente Deo, ad alia Apocalypseos loca transibimus, & quid Cabbalistæ, de *Iride, Altari mediatore, eodemque loco animarum*, & stylo Johannis, & fidei orthodoxæ convenien-

nienter tradant, ostendemus: Monstrata etiam aliarum phrasium, Apocalypsi propriarum, cum Cabbalismis harmonia.

תם ונשלם שבח לאל בורא עולם:

# DISSERTATIO I.

## DE

# PHRASI GRÆCA N. T.

## Ο ΑΙΩΝ Ο ΜΕΛΛΩΝ

## ET HEBRÆA

## העולם הבא:

Exhibens Summum Argumentum, quibus probatur, SECULUM FUTURUM non denotare DIES MESSIÆ.

I.

Recepta est & pervulgata hodie inter eruditos sententia, illam adeo decantatam Hebræis phrasin העולם הבא seu SECULUM FUTURUM, præter cætera, de quibus etiam ipsi inter se Judæi recentiores disputant, apud Veteres passim etiam designasse ימות המשיח: DIES vel TEMPORA MESSIÆ, quæ non Vulgo TEMPORA NOVI TESTAMENTI appellantur. Posteaquam enim hunc phraseos illius significatum *Raimundus Martinus*, doctissimus seculi sui vir, & in Hebraicis versatissimus tradidit; & hujus compilatores, *Porchetus* & *Galatinus*, sedulo propagarunt; & R. *Elias Levita* insuper in Lexidio suo, quod *Tibi* inscripsit, visus est confirmasse; tanto consensu a Christianis in hunc sententiam itum est, ut hodie paucissimos invenias Hebraice doctos, qui, si occasio ad eam rem ferat, eandem non repetant atque inculcent: etsi nemo hactenus, quod quidem sciamus scriptis illud ex professo conatus fuerit probare, Philologis nostris plerisque, credo, satis habentibus, rem certam, uti quidem existimabant, & certa omnem dubitationis aleam collocatam, in usum suum convertere, paucissimis unum & alterum locum proferentibus, ad communem opinionem confirmandam, nemine plura Cl. Lightfootho, qui tamen etiam ipse illud sparsim & tantum pro re nata egit.

II. Quoniam vero ista explicatio SECULI FUTURI per TEMPORA MES-

MESSIÆ, nobis jam multos abhinc annos suspecta fuit, &, dum usum illius formulæ apud Hebræos paullo diligentius observamus, non pauca nobis collegisse videmur, quæ illam acceptionem falsi arguant; faciendum existimavimus, ut quæ olim de hoc argumento congessimus, in ordinem redigeremus, & eruditorum virorum oculis & judicio subjiceremus, qui nostris rationibus, si tanti videantur, rite perpensis, & cum illis, quæ pro recepta sententia afferuntur, comparatis, arbitrentur, utrum ea significatio SECULI FUTURI posthac stare possit, an ex scholis & libris Philologorum pariter ac Theologorum in posterum debeat exulare.

III. Ut autem argumentum illud rite tractemus, neque quod ad ejus explicationem facere possit, consulto omisisse videamur, tribus partibus illud absolvere constituimus, quarum

Prima *Historiam phraseos controversæ*, id est, ortum ejus & progressum, ac lites inter ipsos Judæos super illa agitatas, enarremus;

Secunda *nostræ sententiæ Rationes* exponamus, atque ex veteribus & recentioribus Hebræorum magistris probatum demus, olim per multa secula ignotam fuisse eam significationem, qua nunc vulgo accipitur de DIEBUS MESSIÆ.

Tertia denique *Argumenta* excutiamus, quæ ab aliis *pro vulgata sententia* sparsim sunt allata, & a Viro quodam Clarissimo pridem contra nos in peculiari dissertatione de SECULO HOC ET FUTURO congesta, & superioribus annis secundis curis non nihil auctiora repetita. Quod si ita, uti apud animum nostrum constituimus, Deo favente absolvere licebit; sole meridiano, spero, clarius apparebit, non temere nos a tot tantisque Viris, quorum summam eruditionem & gravissima in rem literariam & Theologicam merita, pro eo atque par est, veneremur, & commendamus, in hac causa discessionem facere; quantumvis etiam alii pro sua confidentia nos *toto, quo ajunt, cælo aberrare asseveranter pronuncient*.

IV. Quanquam vero in libro ipso eam, quam diximus, methodum in animum induximus observare, nunc tamen brevem tantum secundæ partis, sive nostrorum argumentorum, summam exhibebimus, ut si Lector nostræ sententiæ fundamenta viderit, totius structuræ speciem animo percipere possit.

V. Ut vero omnis in hac disputatione ambiguitas videtur, primo atque ante omnia status controversiæ rite formandus erit. Quæstio igitur hæc est: *An olim Veteres Hebræorum sapientes per* העולם הבא SECULUM FUTURUM, *inter alia etiam* DIES, *seu* SECULUM MESSIÆ *intellexerint, ut adeo phrasis illa* Ο ΑΙΩΝ Ο ΜΕΛΛΩΝ *in N. T. aliquando etiam de* DIEBUS MESSIÆ, *sive uti nunc vulgo loquimur, de* TEMPORE NOVI TESTAMENTI *sit intelligenda?*

 Id

id plerique omnes hodierni Theologi & Philologi affirmant: nos gravissimis uti quidem existimamus, rationibus adducti, illud negamus.

VI. Earum vero rationum alias ex naturâ subjecti petemus, seu SECULI FUTURI, pro eo atque Veteres Hebræorum Magistri illud descripserunt; alias ex natura prædicati, sive DIERUM MESSIÆ; alias porro ex utriusque frequenti oppositione; rursum alias ex disertis recentiorum Judæorum testimoniis, DIES MESSIÆ ad HOC SECULUM referentium; eorumque, quando de SECULO FUTURO agunt, silentio de DIEBUS MESSIÆ; & denique ex historia controversiæ de significatu SECULI FUTURI inter posterioris ævi Magistros agitatæ.

VII. *Primum* argumentum a natura subjecti, ex *origine* illius petemus, vel, si malis, *occasione & scopo* hujus formulæ introductæ & confirmatæ. Hanc nobis Cl. *Lightfootus* exhibet, in *Horis Hebraicis* ad Matth. XII, 32. ubi ita commentatur: „In communem usum receptæ sunt quædam phraseologiæ, quibus ex „vulgari sermone contrairetur hæresi Sadducæorum, immortalitatem negan„tium. Ejus farinæ fuerunt עולם הבא / *αἰὼν ὁ μέλλων*, גן עדן *παράδει„σος*, גיהנם / *Γεέννα*, &c. *Babyl. Berachoth* fol 54. 1. (quod observavimus an„te) *ad finem omnium orationum in Templo dixerunt* עד עולם in seculum: *cum „vero irrumperent Hæretici, dicerentque, Non esse Seculum nisi unum, statutum est, „ut diceretur,* מן העולם ועד העולם / *a seculo in seculum.*

VIII. Sed majus robur dictis Cl. Lightfoothi accedet, si commentarium *R. Salomonis Jarchii* ad hunc locum, quem ipse etiam alibi addit, adscribamus, qui sic habet: משקלקלו המינים ואמרו אין עולם אלא זה התקינו עזרא וסיעתו שיהו אומרים מן העולם ועד העולם לומר ששני עולמות יש להוציא מלב הכופרים בתחיית המתים: *Ex quo irruperunt* (vel *corruperunt*) *Hæretici, & dixerunt; Non est Seculum aliud præter Hoc* (*præsens seculum,*) *edixerunt Esras & collegium ejus, ut in posterum dicerent, a Seculo usque in Seculum, ut docerent duo esse Secula.* (Hoc & Futurum,) *ut refutarent* (opinionem illorum) *qui negant Resurrectionem Mortuorum.*

IX. Ex quibus cum sic satis liqueat, phrasin SECULI FUTURI a priscis Hebræorum sapientibus inventam atque institutam esse, ut Sadducæorum hæresi obviam iretur, qui virtutum scelerumque præmia & pœnas post hanc vitam negabant; simul clarum atque evidens esse putamus, phrasin illam ex ex prima sui institutione, ex scopo & intentione instituentium nequaquam significasse DIES vel TEMPORA MESSIÆ, de quibus quæstio non erat; sed tantum עולם הגמול SECULUM vel TEMPUS RETRIBUTIONIS ab

ab HOC præsenti SECULO distinctum, quod improbi illi Hæretici præfracte negabant

X. Atque ad hoc primum argumentum quid excipi vel opponi possit, nisi forte hoc unicum: Etsi concedatur, SECULUM FUTURUM inde a prima institutione significasse SECULUM MERCEDIS, tamen fieri potuisse, ut deinceps tractu temporis ad alia quoque, atque ita ipsos DIES MESSIÆ denotandos adhibitum fuerit, quemadmodum aliis infinitis vocibus & phrasibus evenisse constat. Verum si qui sint, qui ita ratiocinentur, hos perquam rogatos velimus nobis pariter ostendant, qua occasione vel necessitate urgente, formula, certo consilio primum instituta, deinde ad alia significanda sit traducta, atque adeo prorsus enervata.

XI. *Secundum* argumentum ab unanimi Veterum consensu sumemus, qui SECULO illi FUTURO ultimam & summam virtutis mercedem constanter adscribunt. Sic Cod. *Kidduschin*, f. 39 שכר מצוה בהאי עלמא ליכא *Merces præcepti* (virtutis) *in Hoc Seculo non datur:* Sed in *Futuro* demum, quemadmodum illud in sequentibus explicatur, argumenta a nobis mox allegando Huc pertinet illud R. Jacob in *Pirke Abhoth* Cap. V. ר׳ יעקוב אומר העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין: *R. Jacob dicere solebat: Seculum hoc simile est vestibulo respectu Seculi Futuri. Itaque para te in vestibulo, ut possis ingredi in triclinium* Quo dicto Magister ille innuit, *Seculum Futurum* tempus præmii & mercedis esse, adeoque in hac vita id cuique negotii datum, ut bonis operibus sese in Hoc Seculo præparet, ad mercedem Futuri illius obtinendam. Eodem facit illud *Medras Tillim*, de *Hoc mundo* simili vesperæ & parascevæ Sabbathi, *Mundo Futuro* autem simili Sabbatho, in quo laute quidem vivitur, sed nihil ciborum parare licet. Unde illud Deut. VII, 11. sic explicant: היום לעשותם ולא למחר לעשותם היום לעשותם ולא היום ליטול שכרם *Hodie ut facias illa, non cras ut facias illa: Hodie ut facias illa, non hodie ut mercedem illorum reportes.* Ex his aliisque id genus bene multis, recentiores SECULUM FUTURUM constanter appellant *Seculum Mercedis*, quemadmodum in libro ipso prolixe satis ostendemus. Cum itaque DIES MESSIÆ eorundem Veterum recentiorumque consensu non sint Seculum mercedis; manifestum esse SECULUM FUTURUM & DIES MESSIÆ toto cœlo differre.

XII. Huic *tertium* succedet argumentum a natura vel forma *Seculi Futuri* petitum, quæ talis est, ut *Diebus Messia* nulla ratione convenire possit. Hanc nobis Pandectæ Talmudicæ exhibent, Cod. *Berach.* fol. 17. col. 1. מרגליתא בפומיה

כפומידה דרב׳ לא כעולם הזה העולם הבא אין בו לא אכילה ולא
שתיה לא פריה ורביה לא משא ומתן לא שנאה וקנאה ולא תחרות
אלא צדיקים יושבים ועטרותיהם בראשיהם ונהנין מזיו השכינה: *Frequens erat in ore Rabbi Apophthegma: Non est Huic simile Seculo Futurum. In Futuro enim Seculo non est cibus & potus, neque conjugium* (confer Luc.XX, 34 sq. 1. Cor VI, 13.) *neque mercatura, neque odium, vel invidia, non denique ira; Sed justi sedebunt & coronas suas capitibus gestabunt, & fruentur splendore Majestatis divinæ.* Hic maximi nominis Doctor, & cum illo gens omnis Hebræa nobis *Futuri Seculi* descriptionem exhibent; a qua cum *Tempora Messiæ*, in quibus, consentientibus omnibus Hebræis, cibus, potus, conjugium &c. locum habent, toto cœlo differant: firmiter concludi posse putamus, *Seculum Futurum* priscis illis Sapientibus non significasse *Dies Messiæ*. Neque vero hic veremur, ne quis nobis vel *Menasses Ben Israel* objiciat, qui *Seculo Futuro* cibum, potum, conjugium &c. attribuit; vel *Rabbenu Tam* opponat, qui *Diebus Messiæ* eadem negat: cum ille studio & data opera, hic vero insignia quadam oscitantia, a Veterum Magistrorum scitis recessisse videantur.

XIII. His *quartum* addemus a duratione desumtum, quia *Seculum Futurum* æternum & infinitum erit, cum *Dies Messiæ* omnium consensu finiti sint & certis terminis circumscripti. Atque hanc in rem evidens est illud R. Jacob dictum Cod. *Kidduschin*, fol. 39. col. 2. & *Chullin* fol. 142, תניא רבי יעקב
אומר אין לך כל מצוה ומצוה שכתובה בתורה שמתן שכרה בצדה שאין
תחיית המתים תלוית בה: בכבוד אב ואם כתיב למען יארכון ימיך ולמען
ייטב לך ובשלוח הקן כתיב למען ייטב לך והארכת ימים הרי שאמר
לו אביו עלה לבירה והביא לי גוזלת ועלה ושלח את האם ובחזרתו נפל
ומת היכן אריכות ימיו של זה והיכן הטבת ימיו של זה אלא למען
יאריכון ימיך בעולם שכולו ארוך ולמען ייטב לך בעולם שכולו טוב:
*Traditio. R. Jacob dicit: Nullum omnino præceptum scriptum est in Lege, cui sua merces sit adscriptio, ex quo non dependeat Resurrectio* Mortuorum. *Ita, verbi gratia, de honore parentum scriptum est,* (Deut. V, 16.) Ut diu producantur dies tui, & bene sit tibi. *Et pariter de matre pullorum dimittenda,* (Deut. XXII, 7.) Ut bene tibi sit, & ut producas dies. *At ecce aliquando filium, quem cum pater in summum palatium adscendere jussisset, & pullos inde referre, ipse dicto audiens adscendit, & matre dimissa solos pullos abstulit. Cum vero jam rediret, summo loco delapsus cervicem fregat. Ubi ergo nunc hujus longævitas, ubi illius vitæ felicitas? Resp. illud,* Ut prolonges dies tuos, *erit in Seculo quod totum longum* (infini-

finitum) *est*; Ut bene tibi sit, *in illo Seculo, quod, quantum quantum est, nihil nisi beatitudo est.*

XIV. Manifestum est, hic loci de *Seculo Futuro* agi, Seculo illo mercedis, quæ in hac vita non datur, quemadmodum modo §. XI. ostendimus. Unde Judæi recentiores de *Seculo Futuro* agentes passim ad hoc R. Jacob Apophthegma provocare solent. Huic vero præter summam & absolutam felicitatem, quam nulla ægritudo interturbabit, etiam æternitas adscribitur; unde qui a *Nachmanide* faciunt, contra *Maimonidem* solide concludunt; *Seculum Futurum* non esse *Seculum animarum* de Resurrectione Mortuorum finem sit habiturum. Quare nihil causæ esse videmus, cur non nobis quoque eodem jure eodemque modo hinc concludere liceat, *Seculum Futurum* non denotare *Dies Messiæ*, qui pariter finiti sunt quemadmodum ex sequentibus patebit.

XV. Atque huc nescio an non illud quoque referri possit, quod mortem in *Futuro Seculo* locum habere negant, אין מיתה לעתיד לבא *Non erit*, inquiunt, *mors Tempore Futuro*, id est, ut recentiores explicant, *in Seculo Futuro*. At eadem mors in *Diebus Messiæ* locum habebit, constanti omnium veterum recentiorumque Magistrorum consensu. Unde rursum sequitur, *Seculum Futurum* non esse *Tempora Messiæ*.

XVI. Quemadmodum vero illa, quæ de *Futuro Seculo* a Veteribus prædicantur, *Diebus Messiæ* nullo modo conveniunt: ita e contrario *Dies Messiæ* ad *Hoc* præsens *Seculum* sæpius & diserte referuntur. Ergo *Quinti* argumenti loco illud esto, quod Veteres *Dies Messiæ Huic* præsenti *Seculo* includant. Ita diserte Codice *Berachoth* Cap I. Misn. ult. ימי חייך העולם הזה כל : להביא לימות המשיח *Diebus vitæ tuæ* (Deut. XVI, 3. id significat) *Hoc Seculum*; Quod vero additur *Omnibus*, significat *includi Dies Messiæ*. Agitur istic loci de legenda in paschate Sectione Exod. XIII. de fimbriis, & liberatione ex Ægypto, quam Ben Zoma ipsa nocte legendum esse concludebat, Sapientes vero etiam ipsa tempore Messiæ. Id autem inde conficiunt, quod Deus Deut. XVI, 3. jusserit; *Ut memineris diei exitus tui ex Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Quum enim dicitur *Diebus vitæ tuæ*; id *Hoc Seculum* illis notat; adeoque *Omnibus diebus vitæ tuæ*, universum *Hoc Seculum* arguit; quantum quantum illud est: Et hinc adeo inferunt, hoc præcepto etiam *contineri Dies Messiæ.* Ut adeo ex mente illorum Magistrorum sub *Hoc Seculo* necessario etiam comprehendantur *Dies Messiæ*; qui si ad aliud Seculum pertinerent, nota illa universalitatis כל, addita τῷ *Diebus vitæ tuæ*, innui non potuissent.

XVII. Quid Cl. Lightfoothus aliique ex hoc loco inferre velint, quo pacto etiam ex Codice Hierosolymitano ulterius contra nos urgeri possit,

 nul-

nulli ignoramus: ſed ad id jam alibi ex parte reſpondimus, & in progreſſu nos abunde reſponſuros confidimus, præſertim ſi locum parallelum ex Codice *Sebachim* protulerimus, ubi Magiſtri *Dies Meſſiæ* non tantum *Huic Seculo* includunt, ſed a *Futuro* illo etiam ῥητῶς diſtinguunt. Nunc tantum id agimus, ut noſtrorum argumentorum ſedes oſtendamus.

XVIII. Cum itaque *Dies Meſſiæ* in *Hoc Seculo* includantur, paulo quoque accuratius, in quam *hujus Seculi* partem incidant, inveſtigandum erit. Illa autem pars extrema erit, אחרית הימים *finis dierum*, vel *ultima dies* hujus mundi, quemadmodum quidem ipſi Judæi phraſin illam explicant כי לדברי הכל באחרית הימים ימות המשיח הם: *Nam extremum dierum, conſenſu omnium Doctorum ſunt Dies Meſſiæ.* Verba ſunt Nachmanidæ ad Gen. XLIX, 1. Vide Kimchium & Abarbanelem ad Jeſ. II. & Apoſtolos noſtros Hebr. I, 1. Act. II, 17. 1. Tim. IV, 1. 2. Petr. III, 3. &c. Unde adeo *Sextum* nobis argumentum naſcetur, quo ſententiam noſtram probemus. Nam ſi *Dies Meſſiæ* in *ultimam temporis* partem incidant, non certe novum quoddam Seculum ordientur, quomodo novæ epochæ *initium* dicendi eſſent, ſed antecedenti tempori, *Seculo præſenti*, venient annumerandi.

XIX. Nempe, quod *ſeptimum* argumentum erit; cum integra *Hujus Seculi* duratio a Veteribus Magiſtris ſex annorum millibus definiatur, horum duo poſtrema *Dies Meſiæ* ſibi vindicant. Nota in hanc rem eſt & protrita illa Scholæ Elianæ Traditio: שיתא אלפי שנה הוי עלמא שתי אלפים תהו שתי אלפי' תורה ושתא אלפים ימות המשיח *Sexies mille annos durabit hic mundus. Duobus millibus inane; Duobus millibus Lex; & duobus millibus Dies Meſiæ.* Quo pacto hac antiquiſſima traditione Chriſtiani noſtri adverſus Judæos utantur, nemo, credo, lectorum noſtrorum adeo eſt ignarus, qui neſciat. Sed ignoſcent nobis, ſpero, Chriſtiani Doctores, ſi hoc eodem dicto adverſus vulgarem errorem, de *Seculo Futuro Meſiæ*, utamur. Vel enim hic diſerte & perſpicue *Dies Meſiæ* ad *Hoc Seculum* referuntur; Vel, ſi diem cum Hebræis, (ne longe ab illorum ſcitis diſcedamus) in duodecim horas dividat, Joh. XI, 9. duæ extremæ horæ, undecima & duodecima, Matth. XX, 6. non ad diem illam, ſed ſequentem noctem pariter erunt referendæ.

XX. Atque ad hæc omnia tandem, *octavo*, illud accedit, quod *Samuel* olim dixit, & reliqui omnes Rabbini admiſerunt. *Dies Meſiæ* nihil diſtincti habere ab *Hoc* præſenti *Seculo*. אמר שמואל אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכויות בלבד: *Dixit Samuel: Nihil intereſt inter Hoc Seculum & Dies Meſiæ, niſi ſola ſervitus gentium.* Ex omnibus, quibus utemur dictis, nullum aliud neque apud Hebræos, neque apud Chriſtianos, quod qui-

quidem ſciamus, frequentius occurrit. Et licet ex recentioribus Judæis aliquando alii aliter hæc verba accipiant, tamen in eo omnes conſpirant, Samuelem hoc dicto innuere, *Dies Meſſiæ* ad *Hoc Seculum* pertinere nequaquam vero ad *Futurum*. Cujusmodi explicationem cum jam alibi ex Maimonide attulerimus, ne eadem ſæpius recoquamus, hic repetere nihil attinet. Lector noſter, vel nobis tacentibus, facile intelliget, quod ab *Hoc Seculo* non differt, vel non eſt diſtinctum, illud procul omni dubio ad illud pertinere; Et per conſequens *Dies Meſſiæ* ad *Hoc Seculum* referendos eſſe, &c.

XXI. Cum itaque *Seculi Futuri* attributa *Diebus Meſſiæ* nullatenus conveniant, imo hi ad *Hoc Seculum* a Rabbinis referantur; nemo mirabitur eosdem *Seculo Futuro* ſæpius opponi. Atque huc inprimis illud facit, quod noni argumenti loco erit, Cod. *Schabbat* fol. 63. & alibi ſæpius: אמר ר׳ חייה בר אבא כל הנביאים כולם לא נתנבאו׳ אלא לימות המשיח אבל לעולם הבא עין לא ראתה אלהים זולתך וגו׳ *Dixit R. Chija Bar Abba: Omnes prophetæ in univerſum non ſunt vaticinati, niſi de* Diebus Meſſiæ; *ſed de* Futuro Seculo (illud Eſ LXIV, 4. valet) *Oculus non vidit præter Te o Deus, quod paraſti præſtolantibus ipſum.* Manifeſta eſt hic loci inter *Sec. Fut.* & *Dies Meſſiæ* oppoſitio, quorum uni quod negatur, aſſeritur alteri, ut adeo toto genere differre neceſſe ſit. Atque hujus noſtri argumenti robur recentiorum Judæorum teſtimoniis confirmabimus, qui hoc R. Chijæ dictum explicantes, hanc ejus rationem afferunt, quod *Dies Meſſiæ* ſint *Hujus Seculi*, & prophetæ non niſi *Hujus Seculi*, negotia aſſequi poſſint.

XXII. Ita pariter R. *Eliezer*, Cod. *Schabbath*, l. c. de quo ita narrant: ואמרו לשון אחר אמר לחכמים ר׳ אליעזר אף לימות המשיח אינן בטלין אבל בטלין הן לעולם הבא *Dicunt vero, R. Eliezerem mutaſſe ſententiam & dixiſſe; Ne quidem in* Diebus Meſſiæ *illa* (arma) *ceſſabunt, ſed demum in* Seculo Futuro. Cujus argumenti vis ut recte intelligatur, hiſtoria controverſiæ ibi agitatæ ſcienda eſt. Rabbi ille *Eliezer* ſtatuebat, die Sabbathico licitum eſſe arma geſtare, cujus ſuæ ſententiæ hanc reddebat rationem, quoniam arma hominem ingenuum æque ornent, ac veſtes pretioſiſſimæ. Sed audierant illum alias docentem, in *Diebus Meſſiæ* nullum armis locum fore. Unde ex propria hypotheſi illum impugnare incipiebant, quærentes; Si arma gerere hominum decorum ſit, cur non ergo etiam in *Diebus Meſſiæ* ſint geſtanda, ubi ſcilicet nihil, quod hominem ornet, prohibitum ſit; regerebat ille, quoniam *Temporibus Meſſiæ*, quando pax

 futu-

futura altiſſima, æque ſtolidum ſit arma geſtare, atque ipſo meridie cum Diogene lucernam in foro circumferre. Sed objiciebant illi tum iſtud Samuelis, *Non eſt differentia &c.* Hujus itaque dicti Samuelis auctoritate commotum R. Eliezerem tandem ſententiam mutaſſe agunt, & dixiſſe, quod in rem ſuam erat, ad confirmandam opinionem de uſu armorum in die Sabbathico: *Ne quidem Temporibus Meſſiæ armorum uſum ceſſaturum eſſe, ſed demum in Seculo Futuro.* Quæ ſi non directa contrariorum oppoſitio ſit, quorum unum de altero nullo modo prædicari poſſit, lubens equidem me neſcire fatebatur, quid ſit oppoſitio.

XXIII. Eodem facit, quæ eadem occaſione narrari ſolent, conciliatio illa *R. Chasdai*, qua duo illa loca ἐναντιοφανῆ apud Jeſaiam componere ſolebant. רב חסדא רמי כתיב וחפרה הלבנה ובושה החמה וכתיב והיה אור הלבנה כאור החמה לא קשיא כאן לימות המשיח כאן לעולם הבא *Rabb Chaſda hæc duo Scripturæ loca opponere ſolebat:* Et erubeſcet ſol, & luna pudefiet, Jeſ. XXIV, 21. *Atque*; Et erit lux lunæ ſimilis lumini ſolis, Ibid. Cap. XXX 26. *Sed hoc modo ſolvebat: Quod uno loco agatur de Diebus Meſſiæ altero vero de Seculo Futuro.* Nempe ad concilianda iſta dicta, tempora diſtinguit, &, quæ noſtra ſententia eſt, *Dies Meſſiæ & Seculum Futurum* diverſa eſſe docet, nulloque modo confundenda. Quod adeo *undecimum* argumentum eſſe poterit.

XXIV. Similiter oppoſitio horum temporum occurrit in vulgato illo Rabbinorum dicto, de differenti muſica *Templi, Dierum Meſſiæ, & Seculi Futuri*, quod Cod. *Eracbin*, fol. 13. 2. *Medras Tillim*, ad Pſal. LXXXI. & alibi occurrit. כנור של מקדש של שבע נימין היה שנאמר שובע שמחות את קניך אל תקרי שובע אלא שבע של ימות המשגה שנאמר למנצח על תשמינית ולעולם הבא עשרה נימין שנאמר עלי עשור ועלי נבל וכו' *Cithara Sanctuarii ſeptem tantum chordarum erat, quemadmodum dicitur*, (Pſal. XVI.) Satietas gaudiorum coram facie tua. *Ubi noli legere* שובע Satietas, *ſed* שׁבע Septem. *At cithara in* DIEBUS MESSIÆ *octo fidibus conſtabit, quemadmodum dicitur* (Pſal. XI, 1.) Præfecto octochordi. *Sed in* SECULO FUTURO *decem chordis inſtruetur*, Q. D. (Pſal. XCII, 4.) Super decachordo & nablio &c.

XXV. Manifeſta hic loci oppoſitio eſt inter *Dies Meſſiæ & Seculum Futurum*, adeoque *duodecimum* nobis argumentum ſubminiſtrabit. Quod quo melius intelligatur, ex Recentioribus Magiſtris, *Moſe Nachmanide, Jehuda Bezaleëlide*, aliisque oſtendemus; Veteres Sapientes per hæc inſtrumenta muſica varios gradus cognitionis, quam homo de Deo rebusque divinis habet, & ſecun-

cundum quos eundem plus minus laudare & celebrare potest, adumbratos voluisse; atque illud adeo significasse, apprehensionem illam Dei rerumque divinarum, quæ in *Hoc Seculo* homini obtingat multis modis imperfectam esse; & licet major quidam cognitionis gradus expectandus sit in *Diebus Messiæ*, ultima illa & præstantissima *Hujus Seculi* parte; perfectionem tamen & summum illum gradum non obtineri nisi in *Seculo Futuro*, quando Deum cognoscemus, quemadmodum ipse est, &c. Unde clarum fore confidimus, veteres hoc uno eodemque dicto *Dies Messiæ* simul ad *Hoc Seculum* retulisse, & a *Futuro* illo tanquam longe diversissimo distinxisse.

XXVI. Atque hæc præcipua argumenta sunt, quæ jam vere viginti abhinc annis ex Veteribus congessimus, quorum robur quo melius Lector noster perspiciat, nexum eorundem hic veluti in brevi tabella exhibere non abs re erit. Quod itaque *Subjectum* nostræ quæstionis attinet phrasis hæc SECULUM FUTURUM.

I. Inventa & instituta est ad significandum & inculcandum Tempus ultimæ mercedis.

II. A Veteribus deinde constanter usurpata & explicata de tempore mercedis.

III. SECULUM FUTURUM erit æternum, infinitum:

IV. Et expers cibi, potus, conjugii, mortis, &c. &c. Atque *Dies Messiæ* non sunt tales. Ergo. Vel si malis, propositiones transponantur, ut *Seculum Futurum* minorem faciat, & naturalis ordo servetur.

Quod vero *Prædicatum* attinet, nimirum DIES MESSIÆ, illi

V. *Hoc Seculo* includuntur;

VI. Cujus postrema pars sunt;

VII. Duo extrema millia annorum ejus sibi vindicantes.

VIII. Adeo ut ab *Hoc Seculo* nihil differant.

Et hinc adeo frequens illa, non solum apud recentiores, qui hic nondum in censum veniunt, sed Veteres inprimis, oppositio inter *Dies Messiæ* & *Seculum Futurum*; qualis illa

IX. R. Chijæ Bar Adæ, de Prophetis vaticinatis tantum de *Diebus Messiæ*, sed non de *Seculo Futuro*.

X. R. Eliezeris, de usu armorum, non in *Diebus Messiæ*, sed *Seculo Futuro* demum abolendo;

XI. R. Chasdæ, illa compositione dictorum Jesaiæ, Cap. XXIV. & XXX. de Sole & Luna.

XII. Et denique R. Jehudæ de variis gradibus Musices, vel cognitionis, in *Templo, Diebus Messiæ*, & *Seculo Futuro*.

XXVII. Etsi vero non difficile foret, ex aliis Veterum dictis multo plura argumenta formare, tamen quoniam non tam numero illorum, quam valido robore certare constituimus, id operam dabimus, ut illa quoque quantum ejus fieri poterit, ad has, quas diximus, veluti sedes, revocemus. Idque eo magis, quoniam pleraque horum ita tractabimus, ut ostendamus, ipsos recentiores Hebræorum Magistros ex iisdem Veterum dictis diserte & ex professo concludere atque inferre, *Dies Messiæ* ad *Hoc* præsens *Seculum* pertinere, & a *Futuro* illo toto genere differre. Cujus rei exempla Lector noster jam ex illa disputatione colligere per se poterit, quam huic mox subjiciemus de *Recentiorum testimoniis, qui Dies a Futuro Seculo distinguunt.* Vide sis §. 14. 16. 20. 21. 22. imo omnia, quæ ex Nachmanide produximus: & adde §. 31. 32. inprimisque §. 37. 38. 39. 40. In quibus non pauca Veterum dicta a nobis supra prolata, in eandem sententiam, atque nos fecimus, explicantur.

XXVIII. De tertia argumentorum nostrorum classe, illud dissimulare nolumus, quod alii cuivis, inprimis cui firmiter animo sederit τὴν ὑπόθεσιν φυλάττειν, in mentem venire possit; quemadmodum istis locis *Dies Messiæ* & *Seculum Futurum* opponuntur, ita alibi centies eosdem *Dies Messiæ* & *Hoc Seculum* opponi: Unde adeo eodem modo, eademque certitudine, inferri posse videatur; *Dies Messiæ* ab *Hoc Seculo* distinctos esse, & ad *Futurum* necessario referendos. Quæ certe recta & genuina argumentandi ratio est, & insignem speciem habet, multumque negotii nobis facessere posset; nisi ipsi Hebræi nobis hac parte succurrerent, suaque hujusmodi dictorum interpretatione juvarent. Nempe quando Veteres D. M. & S. F. opponunt, & res ipsa clamat, & recentiores inde, uti jam diximus, & testibus omni exceptione majoribus assertum dabimus, ex professo concludunt: *Dies Messiæ* & *Seculum Futurum* distincta tempora esse, quorum unum alterum sequatur. Quando vero etiam *Dies Messiæ* & *Hoc Seculum* opponere videmur, illud ita explicant, ut & *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum* redigant, & quænam tamen ratio distinctionis sit, ostendant, nimirum qualis solet esse inter totum aliquod ejusque partem. Quamobrem, si qui illo argumento adversus nos uti velint, id sibi negotii datum esse credant, ut probent sese loca illa, quæ ex Judæis proferunt, ex eorundem hypothesi allegare, & loca ostendant, ubi iidem Hebræi sese in illam sententiam, quam ex verbis illorum extorquere satagunt, explicent.

XXIX. Hisce vero argumentis a Veterum auctoritate petitis aliud subjiciemus, a Recentiorum Magistrorum testimoniis desumtum, qui Veterum sententiæ procul dubio non ignari, sæpius & diserte *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum*

*lum* referunt, & a *Futuro* prorsus distinguunt. Quoniam vero hoc argumentum longe uberrimum est, & integram justamque dissertationem constituit, ne demonstrationis nostræ seriem interrumpamus, illud seorsim tractabimus, & huic dissertationi mox subjiciemus.

XXX. Ad hæc porro omnia, duo vel tria alia argumenta accedent, non ex uno vel altero singulari dicto Magistrove deducta, sed omnium Hebræorum Scriptorum & controversarum phrasium consideratione. Quod si enim *Seculum Futurum* priscis Hebræorum Sapientibus, Talmudicis, inquam, & qui ante illos vixerunt, significasset etiam *Tempora Messiæ*, id citra omne dubium recentioribus Magistris latere non potuisset; & per consequens, quando horum præstantissimi, qui apud Judæos pariter ac Christianos eruditionis fama florent, ex professo de *Futuro Seculo* agebant, & significatum illius exponebant, hanc ejus vim, qua *Dies Messiæ* notat, minime dissimulassent; imo vero quando de *Diebus Messiæ* agebant, procul omni dubio eadem phrasi, qua Veteres illos designarant, quoque ipsi usi fuissent; haud secus atque alias quasdam adhibuerunt. Neque enim, credo, ulla ratio dari vel fingi poterit, cur significatus phrasis ejusmodi, quæ omnibus assidue in ore erat, & in Veterum scriptis atque institutis versatissimi erant, notitiam effugere, vel iisdem adeo invisus fieri potuerit, ut illum vel nequiverint vel noluerint explicare; & in scriptis suis ibi, ubi maxime potuerunt & debebant, adhibere. At enim vero, quando recentiores de *Seculo Futuro, Temporibusve Messiæ*, dedita opera & ex professo agunt, nihil eorum, quæ modo ipsos facere debuisse facturosque fuisse diximus, præstant. Quod dum asserimus, ne quis nostram fidem & pudorem accuset, ad integros libros & capita celeberrimorum Rabbinorum, *Saadiæ Gaon, Mosis Maimonidæ, Nachmanidæ, Josephi Albi, Meir Gabbaidæ, Isaaci Ravanelli, Jehudæ Bezaleëlidæ, Menassis Israelitæ*, aliorumque provocamus; quorum omnium loca, in quibus de alterutro argumento agitur, ita indicabimus, ut eruditus lector neque fidem neque diligentiam in nobis sit desideraturus.

XXXI. Tandem denique & illud velim Viri Docti in seriam considerationem mittant, quod cum *Nachmanides* sententiam *Maimonidæ* de *Seculo Futuro Animarum*, cum ipse idem Seculum de illo tempore accipiendum contenderet, quod sequitur *Resurrectionem Mortuorum*, in quo maxime corporibus sit locus; tamen nunquam hoc argumento usus esse legitur, quod *Seculum Futurum* etiam denotaret *Dies Messiæ*. Quo argumento nullum aliud clarius validius nullum invenire potuisset. Quid enim *Nachmanidæ* facilius, quid ad omnium confictionem evidentius, quam, cum *Maimonides* omnem corporibus non tantum usum sed & locum in *Seculo Futuro* abrogaret, cum Christianis nostris *Maimonio* longo ordine loca objicere, in quibus *Seculum Futurum*

a Ve

a Veteribus usurpetur de *Diebus Messiæ*, de quibus ipse Maimonides nullus dubitabat, quin corpora & rerum corporalium usum sint admissuri? Sed tantum abest, ut *Nachmanides* omni suo ingenio & industria hoc argumentum excogitare potuerit, ut e contrario ibi, ubi maxime e re ejus fuisset illud docere posse, sæpius, diserte, & ex professo contendat atque probet, *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum* pertinere, & a *Futuro* illo toto genere differre. Quæ Nachmanidæ vestigia alii quoque maximi nominis scriptores inter Judæos premunt, uti *R. Joseph Albo*, *Meir Ben Gabbai*, aliique, qui sive *Nachmanidæ* contra *Maimonidem* faveant, sive conciliandi studio utriusque sententiam simul amplectantur, multis post exortam illam controversiam annis nihil omnino scivere de *Diebus Messiæ* phrasi *Seculi Futuri* denotatis.

XXXII. Cum vero nihil adeo certum sit, adversus quod non hoc illudve obtendi possit, hic quoque illi ex Recentissimis nobis objicientur, qui *Seculum Futurum* per *Dies Messiæ* explicuerunt, quales *Elias Levita* & *R. Abraham Bar Schem Tobh Bibaculus*, & si qui alii hisce adhuc inferiores. Quibus, cum & numero pauci sunt, & exigui nominis, certe Christianis nostris præter unicum Eliam vix ipso nomine noti, & ineptissimis argumentis infelicissime pugnent, integram aciem fortissimorum heroum opponemus, qui non inter suos tantum præcipua semper dignatione fuerunt, sed apud ipsos etiam Christianos eruditionis laude plerique omnes floruerunt, & etiamnum florent.

XXXIII. Sic itaque habes, Benevole Lector, brevem summam & seriem illarum rationum, quæ nos a veteri & pervulgata inter Christianos sententia de *Seculo Futuro* in alia omnia discedere coegerunt; quas Dissertationis nostræ parte secunda, si Deus voluerit, ita ex unanimi Hebræorum consensu explicatas & confirmatas dabimus, & ab exceptionibus omnibus, quarum quidem nobis in mentem venire possit, ita vindicabimus, ut speremus fore, ut si minus ex hoc specimine id facere possis, tamen libro ipso lecto nos, si non ab *inscitia* in hoc argumento, saltem a *temeritate* omni sis absoluturus.

XXXIV. Si quis vero etiam quærat, nullisne tandem etiam Christianorum Philologorum auctoritatibus sententiam meam asserere queam; lubens equidem fatebor, me ita solum & unicum in hac sententia esse, ut hactenus neminem offenderim, qui receptam sententiam in dubium vocarit; neque vero etiam in re, quæ unice ex Hebræorum tabulis decidenda venit, de Christianorum consensu magnopere sollicitum esse. Quod si tamen horum quoque auctoritas in hac controversia aliquid momenti habere debeat, atque eos, qui minus pertinaces sunt, facilius in nostram sententiam adducere queat;

at; non ita prorsus ab ea nos imparatos & destitutos esse confidimus, quin ad tres maximi nominis & in Hebræorum scriptis exercitatissimos Viros provocare audeamus. *Eduardum* dicimus *Pocockium*, *J. Windetum*, & denique Præceptorem de nobis optime meritum *Jacobum Altingium*: a quibus, si per fata sententiam dicere possent, amicum nobiscum consensum sperare liceret, adeo nos illorum libris & institutione in nostra suspicione primum confirmatos meminimus, & ad accuratius vulgatæ sententiæ examen instituendum incitatos.

XXXV. Nimirum *Pocockius* cum in *Notis Miscellaneis*, quas *Portæ Mosis* subjecit, prolixe & operose ad methodum & ductum *R. Isaaci Abarbanelis* de *Resurrectione Mortuorum* agit, ubi *Dierum Messiæ* & *Seculi Futuri* frequentissima mentio fit, tamen hujus sententiæ, quam nos in controversiam vocamus, nusquam vel minimo verbulo meminit. Imo vero inde a pag. 102. & seq. controversiam illam inter *Maimonidem* & *Nachmanidem* de significatu *Seculi Futuri* ab *Abravanele* quoque motam satis prolixe & diligenter pertractat, & præstantissimos quosque Hebræorum Magistros in partes vocat; Sed de tertio illo significatu Christianis nostris recepto altum silet. Id quod nostram suspicionem jam olim vehementer augebat, & valido etiam nunc est argumento, præstantissimum illum diligentissimumque virum vulgatam illam sententiam in Judæorum libris, quos trivit, nunquam invenisse; vel si forte invenerit, tamen illam neque credidisse, neque observatione dignam censuisse. Præterquam quod non pauca ejus generis Magistrorum dicta ibi recenset, quæ in nostram sententiam adeo perspicua sunt, & diserta, ut sæpius animum subeat mirari, qui fieri potuerit, cum liber ille Doctorum Virorum manibus probe versetur, ut illa neminem neque ante, neque etiam post controversiam hanc a nobis motam, in contrariam sententiam impulerint.

XXXVI. Neque vero aliter *J. Windet*, de *Vita functorum statu* Sect. VII. Ubi cum prolixe de *Seculo Futuro* ex mente Hebræorum agit, & duplicem sententiam proponit, earumque etiam unam refutat, tamen de *Diebus Messiæ* illa phrasi significatis nihil habet. Ut & hunc Virum tertium illum phraseos controversæ inter Hebræos usum nescivisse, vel rejecisse necesse sit, etsi non vulgariter in Rabbinorum lectione erat versatus.

XXXVII. Si quis vero ex horum Virorum silentio nihil magnopere de re ipsa concludi posse contendat, equidem vehementer non repugnabo. Illud saltem Viri Docti velim considerent, an non ejusmodi Virorum, qui ex professo de phraseos illius significatu inter Judæos recepto agunt, silentium de *Diebus Messiæ*, illud minimum arguat, illos in suis, quos versarunt, libris (versarunt autem complures, eosque, uti *Pocockius* de se testatur, ipsorum

Judæorum commendatione optimos & præcipuos) tertium illum significatum nusquam invenisse?

XXXVIII. Sed *Altingium* quod attinet, ille non tantum de *Seculo Futuro* eam, quæ vulgo illi tribuitur, significationem non habet; neque vero etiam, quod quidem meminerim, usquam de illo agit; Sed etiam, quando illi occasio est de *Diebus Messiæ* agendi, non obscure in nostram sententiam concedit, vel potius nostram suspicionem, cum illam semel concepissemus, mirifice promovit. Vide illum *Schilo* Lib. IV. cap. XVI. ubi ex dicto illo *Samuelis* & loco *Maimonidæ*, jam semel iterumque citatis, concludit, *Dies Messiæ Hujus Seculi esse*. Et in primis *Comment.* ab Heb. I, 1. Ubi hanc rationem reddit, cur *Dies Messiæ* vocentur *Extremum dierum*, quoniam extremam *Hujus Seculi* partem faciant.

XXXIX. Sed fere obliti essemus Cl. *Hulsii*, qui etsi etiam ipse plurium sententias confundere videtur, tamen *Theol. Jud.* pag. 177. ita concludit: *Videmus itaque sententiarum discrepantiam, 1. Veteres Messiæ tempora ad hunc mundum referebant: Recentiores ad mundum futurum.* Ubi sequentia etiam videantur.

# DISSERTATIO II.

## EXHIBENS

# TESTIMONIA

## Recentiorum Rabbinorum de SECULO FUTURO & DIEBUS MESSIÆ.

I.

INter cætera argumenta, quibus probare conamur, SECULUM FUTURUM non designasse Veteribus Hebræis DIES vel TEMPORA MESSIÆ, superiore dissertatione illud recensuimus, quod ex generali consensu petimus illorum Magistrorum, qui post Talmudem congestum floruerunt, & cum apud suos, tum apud Christianos præcipuo loco & numero habentur, quique DIES MESSIÆ sæpius, diserte, & ex professo ad HOC SECULUM referunt, & a FUTURO sollicite distinguunt.

II. In his primus sententiam dicat, R. *Saadias Gaon* qui Libro *Emunoth*, Cap. VI. ipso initio in hæc verba scribit: ואחרי כן אומר שמצאתי המון בני

בני ישראל מאמינים כי הבורא יתב׳ ויתעלה יחיה המתים בעת הגאולה ומצאתי שמפרשים כל פרשה שיש בספרים שנראה ממנה תחיית המתים בעת הישועה כפשוטה ועוזרים זה בדברים מקובלים כוללים פירושי המין ההוא ומצאתי אנשים מעטים מן האומה שאינם מודים שזה יהיה כעת הגאולה ואומרי׳ שזה יהיה בעת היציאה אל העולם הבא וגו׳ „Porro itaque deprehendi, plerosque omnes Iſraëli-„tas credere, Deum O. M. reſuſcitaturum eſſe mortuos Tempore Liberationis, „in eamque ſententiam omnia loca Sacræ Scripturæ, ex quibus reſurrectio „mortuorum probari poſſe videtur, ad literam de Tempore Salutis expli-„care, idque porro etiam traditionibus quibusdam, quæ id genus explicatio-„nes continent, confirmare. At paucos de populo noſtro inveni, qui non „fateantur illud futurum eſſe TEMPORE LIBERATIONIS, ſed demum eo „tempore futurum dicant, quo tranſibunt ad SECULUM FUTURUM &c.„ Agit hic illuſtris *Saadias* de Reſurrectione Mortuorum, de qua receptam gentis ſententiam eſſe ait, fore *tempore Meſſiæ*, quod *liberationis* & *ſalutis* vocat; Sed paucos quosdam alios diſputare ſcribit, qui illam ad tempus referant, quo tranſibunt beati ad *Seculum Futurum*; Quo ipſo docet, utrisque, atque adeo toti genti Hebræorum, T*empore Meſſiæ* a F*uturo Seculo* diſtingui; absque eo enim ſit, de re nihili diſputaſſe dicendi erunt.

III. Verum T*empora Meſſiæ* illi non tantum a F*uturo Seculo* diſtingui, ſed ſimpliciter ad *Hoc* præſens *Seculum* referri, in progreſſu prolixe & diſerte docet, quemadmodum ex ſequentibus evidens & manifeſtum eſt. Eodem capite, fol. 34. 4. pr. ואחד כן חקרתי במצא השלישי והוא הכתוב במקרא והסתכלתי אולי יש בה מה שמונע תחיית המתים בעולם הזה „Inde tertium locum argumentandi ſcrutatus ſum, nimirum Sacram Scri-„pturam, atque perpendi an forte in illa ſit, quod impediat (quo minus „credere poſſimus) Reſurrectionem Mortuorum futuram in Hoc Seculo.„ Hic D*ies* M*eſſiæ*, quos modo *tempus liberationis* & *ſalutis* dixerat, & ex ſententia omnium, quotquot usquam erant, Hebræorum a F*uturo Seculo* diſtinxerat, vocat *Hoc Seculum*, in quo reſurrectio ſit futura.

IV. Sed utrumque ſimul inculcat, fol. 45. 1. fine ויהיה אמרו והעליתי אתכם מקברותיכם מבאר שזה מועד לבני ישראל לבדם ויהיה אמרו והבאתי אתכם אל אדמת ישראל שזה המועד בעולם הזה שלא נחשוב שהוא בעולם הבא. *Itaque quod dicit* (Ezech. XXXVII, 12.) Et reducem vos ex ſepulchris veſtris, *declarabit, illud ſolis Iſraëlitis promiſſum eſſe; quod vero ait*, & perducet vos in terram Iſraëlis, (id eo ſpectat,)

*ut nos certos reddat, illud in* HOC SECULO *promissum esse, ne existimemus illud pertinere ad* FUTURUM.

V. Porro Ibid. col. 2. והיה אמרו ונתתי רוחי בכם וחייתם וגו' וידעתם כי אני יהוה דברתי ועשיתי נאם יי' להתברר אצלנו שימי הישועה יהיה להם ארוכות בעולם הזה *Quod ait*, (Ezech. XXXVII, 14.) Et dabo Spiritum meum in vobis &c. & cognoscetis, me Dominum dixisse & præstitisse, dictum Domini; *id omne eo facit, ut nobis clarum & certum sit*, TEMPUS SALUTIS IN HOC SECULO *diu prorogatum iri*.

VI. Ibidem, medio col. 2. ומצאתי עוד מאמר דניאל ורבים מישיני עפר יקיצו וגו' וזהו המאמר שהמלאך לדניאל הוא בעולם הזה בלי ספק *Porro inveni dictum Danielis*, Et multi ex tormientibus in pulvere evigilabunt &c. *Hoc vero dictum Angeli ad Danielem absque omni dubio in Hoc Seculo eveniet*. Tum posteaquam in sequentibus sermonis Angelici Cap. XI. analysin instituit, de Imperio Persarum, vers. 2. Græcorum, vers. 3.... 15. Romanorum vers. 16.... 35 & Arabum vel Muhammedanorum, vers. 36 usque ad finem, sic pergit: ואחר כן שלושה פסוקים בישועה ובעת ההיא יעמוד מיכאל ורבים מישיני אדמת עפר והמשכילים יזהירו וקצר עניניהם דניאל מפני שכבר השלימם ביאורם בספר ישעיה וירמיהו ויחזקאל ואלה השבעה וארבעים פסוק נאמרו יחד מאורע אחר מאורע על הסדר' וכמו שמלכי פרס ויון והרומיים והערב בעולם הזה לא בבא גם כן ורבים מישיני אדמת עפר יקיצו בעולם הזה לא בבא וגו' „Denique tria commata sequuntur de futura salute (Cap. XII, „1. 2. 3.) de qua Daniel paucis agit, quoniam jam pridem plena illius declara„tio in Libris Esaiæ, Jeremiæ & Ezechielis exhibita erat. Illa vero qua„draginta septem commata continua serie variarum rerum eventus ordine „enarrant. Quemadmodum itaque Reges Persiæ, Græciæ, Imperatores item „Romani atque Muhammedani in HOC SECULO sunt, non autem in FU„TURO, ita pariter multi ex dormientibus in terra pulverulenta evigila„bunt in HOC SECULO, nequaquam vero in FUTURO &c.

VII. Idem porro ex Lege probare contendit, & quidem ex Cantico Dei, Deut. XXXII. in quo se in venisse ait זכרון תחיית המתים בעת הישועה *mentionem fieri Resurrectionis Mortuorum* futuræ *Tempore salutis*. Quod postquam data totius capitis analysi & explicatione demonstravit, sic tandem fol. 36. 1. med. concludit: וכל זה בעולם הזה כאשר פירשתי ובארתי

*atque*

*atque hæc omnia in* HOC SECULO *evenient, quemadmodum jam explicui & declaravi.*

VIII. Sed pergamus cum illo : והב' הימותו אחר כן ואשיב כי לא ימותו אבל מעתיקים אותם מימות המשיח אל כעימות העולם הבא ובזה אמרו רבותינו מתים שהקב"ה עתיד להחיותם שוב אינן חוזרין לעפרן „Secundo quæritur, an (resuscitati) postea rursum sint morituri? Quod equidem nego, Quoniam transferentur ex DIEBUS MESSIÆ in voluptates SECULI FUTURI, qua de „re Magistri nostri olim dixerunt: Mortui, quos Deus T. O. M. resuscitabit, „non redibunt de novo in pulverem.

IX. Rursum fol. 36. col. 3. m. והששית אם יאכלו וישתו וישאו נשים ואומר כן כמו שבן הצרפית שהחיהו הבורא על ידי אליהו ובן השונמי' על ידי אלישע אכלו ושתו ויתכן שנשאו נשים' והשביעית איך יעתקו אל העולם הבא אשר אין בו לא אכילה ולא בעילה וכבר נהגו בם בעולם הזה ויחד ואומר כמו שנהג משה רבינו עליו השלום האכילה והשתית והבעילה ועמד בלעדיהם ארבעים יום בהר סיני ג' פעמים ויחיה כמו שכתוב בתורה: „Quæstio sexta est; An (resuscitati) cibo & potu sint usuri, ducturique uxores? Id quod affirmandum ajo, haud secus „atque filius Sareptanæ, quem Deus per Eliam resuscitavit, & F. Sunamitidis, quem Elisa in vitam revocavit, ederunt & biberunt, quos verosimile „est etiam duxisse uxores. Septima; Quomodo ergo transferendi sint ad „SECULUM FUTURUM, in quo cibus, potus, & conjugium, quibus in „HOC SECULO adsueverunt, locum non habent, & tamen victuri ? Ad quod „respondeo; Quemadmodum Moses Magister noster, cui pax sit, cibo, potu „& conjugio solitus fuit uti, & tamen teste Lege absque illis omnibus quadra„ginta dies in monte Sinai tertium substitit & supervixit,„ ita quoque illi in Seculo Futuro absque his omnibus ætatem agent.

X. Porro : והשמינית כיון שהמחויים בימי הישועה הם מונחים לבחירתם בעבודה שמא יבחרו במרי ולא יהיו בעולם הגמול אשיב בזה שמשיבים כל עמנו המון המאמינים בענין הצדיקים בעולם הבא כיון שהם בוחרי' בעבודה ולא במרי ואומר כי הידוע מה שיהיה קודם שיהיה לא הכריח הצדיקים שבעו"ה הבא בגמול המתמיד אלא לדעתו שהם בוחרים בעבודה ולא במרי כן אומר אחר שהוא יודע מה שיהיה לא הבטיח תחיית המתים לצדיקי ישראל עד שידע כי בימות המשיח יבחרו בעבודה ולא במריו „Octavo: quoniam resuscitati TEMPO„RE SALUTIS libero suo arbitrio relinquentur in cultu,(sc. obedientia Deo præ„standa, quæritur) An non forte animum ad deteriorem partem applicaturi sint, „ut deinde non vivant in MUNDO RETRIBUTIONIS? Ad quod ita respondeo, „ut

„ut universus noster populus, multitudo omnium credentium respondere so-
„let (ad quæstionem) de justis in Futuro Seculo; quum illi obsequium Deo
„potius præstituri sint, quam ut rebellens, an non fortean prælaturi rebellio-
„nem? Adeoque ajo, quemadmodum Deus qui novit quod futurum est,
„priusquam fiat, non promisit justis, qui in FUTURO SECULO erunt, æter-
„num illud præmium, nisi quoniam præscivit illos pietatem prælaturos inob-
„edientiæ; ita pariter quia prænovit id quod futurum est, non promisisse
„piis Israelitis resurrectionem ex mortuis, priusquam nosset illos TEMPORI-
„BUS MESSIÆ electurus esse obsequium & nequaquam inobedientiam.

XI. השאלה העשירית על העם אשר בימי הישועה בהיותם מה
יהיה מענינם וכן הולדים בזמן הישועה ואשיב בעבור שהכתוב לא
דבר בזה, וגם רבותינו לא קבלו בזה קבלה נחלקו בזה על שלשה
דרכים. יש מי שאומר שאין מתים כלל ותלה באמרו בלע המות
לנצח: ויש מי שאומר ימותו ויחיו כדי להשתוות עם המחויים ההמי
ויש שאומר יחיו שנים רבות וימותו ולא יחיו עד העולם הבא ולבי
וישירך האלהים נוטה אל זה המאמר השלישי „Quæstio decima est;
„Quid illis sit futurum, qui TEMPORE SALUTIS adhuc in vivis erunt, eo-
„demve tempora nascentur? Ad quam sic respondet: Quoniam ea dè re ne-
„que S. Scriptura loquitur, neque Magistri nostri traditionem acceperunt, in
„tres sententias itum esse. Est enim, qui dicit, illos prorsus non esse moritu-
„ris, ex illo (Jes. XXV, 8.) Absorpsit mortem in æternum. Alii vero mori-
„turos ajunt, & mox vitæ restituendos esse, ut cæteris resuscitatis similes eva-
„dant. Alii denique multos annos victuros credunt, & tum demum moritu-
„rus, neque resuscitatum iri nisi SECULO FUTURO. Atque in hanc ter-
„tiam sententiam meus etiam animus, dirigat te Deus! inclinat.

XII. In his omnibus excellentissimus Scriptor, toties, tanta cura & sollicitudine, ac tam diserte *Tempore Messiæ* a *futuro Seculo* distinguit & excludit, atque ad *Hoc* præsens *Æneum* refert, ut merito cum in illum, cum in Lectorem nostrum, injurii videri debeamus, & vel illum obscuritatis accusare, vel de Lectoris acie oculorum ingeniive diffidere, si illius sententiam nostris verbis illustrare vel ornare instituamus. Quam si quis nondum perspicere possit, næ is Hypsea cæcior sit oportet, quem qui erudire aggrediatur, Æthiopem lavet, & saponem atque operam misere perdat. Atque hinc etiam facile, ceedo, quivis intelliget, quid responderi possit ad alium ejusdem *Saadiæ*, ubi *Regnum Messiæ* ad *futurum Seculum* refertur, quem alibi proferemus. Nunc *Saadiæ* nostro alios addemus

demus, qui, etsi forte parcius, tamen non minus clare ac diserte, atque illi, de *Diebus Messiæ, Hujus Seculi* parte, loquuntur.

XIII. Succedat itaque ut ætate ita & auctoritate proximus R. *Salomon Jarchi* &, quo *Tempora Messiæ* sint referenda, edisserat. Sic itaque ille ad dictum illud Veterum Cod. Sanhed. fol. 92. 1 f. צדיקים שעתיד הק׳בה להחיותן אינן חוזרין לעפרן *justi, quos Deus T. O. M. resuscitaturus est, non redibunt amplius in pulverem suum;* שעתיד הק׳בה להחיותן לימות המשיח לאחר שיחיו שוב אין חוזרין לעפר בין לימות המשיח בין לעולם הבא אלא הבשר מתקיים עליהם עד שישובו ויחיו לעתיד לבא „Quos Deus O. M. resu-„scitabit in Diebus Messiæ, postquam revixerint, non revertentur in pulverem, „neque Temporibus Messiæ, neque Seculo Futuro: sed manebit super ipsis „caro, donec iterum vivant Tempore Futuro.„ Ubi dum id, quod a Veteribus absolute prolatum erat, per partes explicat, satis ostendat *Dies Messiæ* diversos esse a *Seculo Futuro*, neque ad illud pertinere, quemadmodum ipse alibi ad *Hoc Seculum* consulte refert. Ita ad Codicem *Schabbath*, fol. 63. 2. שמע מבא וכחמות שנתנבאו הנביאים ולא יהיה כנעני עוד לא לימות המשיח נתנבאו שהן העולם הזה דא״כ חדל לך אביון „ Unde discimus, prophetias „quas prophetæ prædixisse de TEMPORIBUS MESSIÆ „ QUI HUJUS „SECULI SUNT: Sic enim si res haberet, cessaret tibi egenus.

XIV. Sequatur R. *Moses Maimonides*, in *Hilchot Melachim*, cap. XII. §. 4. לא נתאוו החכמים והנביאים ימות המשיח לא כדי שישלטו על מל העולם ולא כדי שירדו בכותים ורא שינשאו אותם העמים ולא כדי לאכול ולשתות ולשמוח אלא כדי שיהיו פנויים בתורה וחכמתה ולא יהיה להם נוגש ומבטל כדי שיזכו לחיים לעולם הבא כמו שביארנו בהלכות תשובה. „ Sapientes & Prophetæ non desiderarunt Tempora „Messiæ, ut toti orbi terrarum impetrarent, neque ut denominarentur Cu-„thæis, ut toti orbi terrarum, impetrarent, neque ut alii populi illos efferrent; „neque ut cibo, potu & omne genus voluptatibus diffluerent; sed ut Legis „studio & sapientiæ vacare possent, & nullo impediente vitam mereri Seculi „Futuri, quemadmodum jam supra de Resipiscentia exposuimus. Hic maximi nominis scriptor *Dies Messiæ* & *Seculum Futurum* ita distinguit, ut satis ostendat, tempore illa toto genere differre, quorum unum alteri ita subordinetur, uti medium fini optato.

XV. Verum id prolixius & disertius agit Libro de *Resipiscentia*, ad quem adeo ipse nos remittit, Cap. IX, §. 2. Nimirum postquam integro Cap. VIII. naturam *Seculi Futuri* prolixe descripserat, in quo summum hominis bonum & præ-

præmium exercitæ in hoc mundo pietatis collocarat; Capite IX. quid de promissionibus & comminationibus corporalibus, quæ in lege toties occurrunt, de annonæ vilitate ac caritate, pace & bello, regno & servitute, possessione terræ & exilio, sentiendum sit, exponit; quæ omnia cum *Hujus* tantum *Seculi* sint, neque præmii neque pœnæ loco æstimanda tradit, sed solummodo consideranda tanquam media, quæ studium Legis, & virtutis exercitium, unica *Futuri Seculi* obtinendi media, vel promoveant vel impediant Et hanc adeo piis ad causam fuisse desiderandi *Tempora Messiæ*, quibus procul negotiis & soluti omnibus curis & ærumnis hujus vitæ, soli Deo cognoscendo & colendo operam dare possent, & vitam æternam mereri, שבזמן שאדם טרוד בע״הז בחולי ובמלחמות וברעבון אינו מתעסק לא בחכמה ולא במצוה שבהן זוכה לחיי העה״ב: „Quoniam homo, quando in Hoc Seculo cum mor„bo, bello & fame conflictatur, sapientiæ & virtutis operam dare nequeat, quæ „sola via sit, quæ vita Seculi Futuri obtinetur.„ Quibus declaratis tandem §.2. de temporibus Messiæ sic pergit: ומפני זה נתאוו כל ישראל נביאיהם וחכמיהם ימות המשיח כדי שינוחו ממלכיות שאינם מניחות להן לעסוק בתורה ובמצות כהוגן וימצאו להם מרגוע וירבו בהכמה כדי שיזכו לעולם הבא - - - וסוף כל השכר כולו זוה טובה האחרונה שאין לה הפסק וגרעון הוא חיי העולם הבא אבל ימות המשיח הוא העולם הזה ועולם כמנהגו הולך אלא שהמלכות תחזור לישראל וכבר אמרו חכמים הראשונים אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכיות בלבד. „Et propterea universus Israel cum Prophetis suis „& Doctoribus desiderarunt DIES MESSIÆ, ut liberarentur a servitute re„gum gentilium, qui non permittunt illis Lege & pietate rite vacare; & ut re„quiem sibi invenirent, & proficerent in sapientia, quo tandem assequerentur „SECULUM FUTURUM.„ Et mox paucis interjectis de felicitate Seculi Christi: "At finis mercedis & boni ultimi, quod infinitum est & minui non „potest, est vita Seculi Futuri. DIES MESSIÆ autem sunt ipsum HOC „SECULUM, & Seculum more suo procedit, nisi quod regnum restitueretur „Israeli. Ac de eo jam olim Veteres dixere Sapientes: Non est differentia „inter hoc Seculum & Dies Messiæ, nisi solummodo respectu servitutis re„gnorum.

XVI. Ex quibus omnibus sole meridiano clarius elucet, *Maimonidem* non tantum *Dies Messiæ* a *Futuro Seculo* sollicite distinguere sed etiam diserte & consulto ad *Hunc* præsentem *Mundum* referre.

XVII.

XVII. Atque in hanc ſententiam & pene iisdem verbis idem *Maimonides* prolixe ſcribit in commentario ad Cap. XI. Cod. *Sanhedrin*, quem ex Arabico Latinum fecit Celeberrimus *Pocockius* in libro quem inſcripſit *Portam Moſis*. Ibi poſtquam de *Futuro Seculo* prolixe egerat, *Paradiſo* item, & *Reſurrectione mortuorum;* tandem naturam *Seculi Meſſiæ* explicat, quod ad *Hoc Seculum* refert, p. 158. *conceſſa illis qui tunc vivent perfectione magna, qua ad vitam Seculi Futuri pertingant*, pag. 159, & a *Futuro Seculo* rurſus diſtinguit, pag. 161. cum hoc ſit *ultimus finis, quo enitendum, ad quem adeo finem reſpiciens Doctor iſte veridicus, omiſſis aliis, Omni Iſraelitæ, inquit, ſors eſt in Seculo Futuro.* Quæ quoniam, ut diximus, jam Latine exſtant, majori ſuo fructu Lector integra apud Cel. *Pocockium* leget & perpendet. Etſi in libro ipſo illa omnia deſcripta exhibere forte non abs re erit, cum ſatis certus ſim, fore ut multi lectorum meorum, neque *Maimonidem* Hebræum habeant, neque illius excerpta Arabico-Latina *Pocockii*.

XVIII. Atque hanc conſtantem *Maimonidæ* ſententiam eſſe, quod *Dies Meſſiæ* ad *Hoc Seculum* pertineant, alii quoque Hebræi nobis atteſtantur. Sic de illo *Nachmanides, Capite Gamul*, fol. 24. m. והנה יאמין באמת שתחיית המתים שהוא עקר מעקרי התורה הכונה בו שתשוב הנפש לגוף ברצון הבורא ויצאו הנשמות מן העולם הבא וישובו לגוף בימי התחייה ויתעדנו האנשים ההם הזוכים בטובות העולם הזה בימות המשיח ויזכו בו למעלה עליונה במעלתם הראשונה אבל אחרי כן יגזור הרב ז"ל מיתה על המשיח ועל דורו ויהיו נפשותם בטוב העולם הבא בלא גוף כמו שהיו בתחלה „Et ecce credit revera de reſurrectione Mortuorum, „quæ eſt ex fundamentalibus Legis articulis, reverſuram eſſe animam in cor„pus voluntate creatoris, & exituras animas ex Seculo Futuro, & redituras ad „corpora Tempore reſurrectionis, & oblectaturos ſeſe homines illos, qui di„gni erunt, in bonis HUJUS SECULI IN DIEBUS MESSIÆ, & aſſecutu„ros gradum priori multo ſublimiorem. Poſt illa vero Doctor p. m. Meſſiam „& ætatem ejus morituros credit, ut animæ illorum fruantur beatitudine Se„culi Futuri abſque corporibus quemadmodum jam ante fuerunt.

XIX. In eandem ſententiam *Maimonidæ* verba R. *Joſeph Albo* explicat, Libro *Ikkarim*, Part. IV. cap. 30. pr. ubi poſtquam dixerat, *Maimonidem Seculum Futurum* de *Sec. Animarum* accipere, ita pergit: ויאמין עם זה שעם היות עקר השכר הזה לנפש בלבד עוד יש שכר אחר גשמי לעולם הזה לימות המשיח וזה בתחיית המתים שיחיו אז הצדיקים הגמורים וכו' „Nihilominus tamen credit, etſi præcipuum hujus mercedis ſoli animæ obtinget, tamen „etiam aliam mercedem corporalem fore in HOC SECULO in DIEBUS MES-

„MESSIÆ, nimirum in Resurrectione Mortuorum, quoniam tum justi perfe-„cti (οἱ δίκαιοι οἱ τετελειωμένοι, Hebr. XII, 23) reviviscent &c.„ Neque aliter R. Meier Ben Gabbai, in *Abbodath Hakkodes* fol. 53. 3. f. ubi Doctoris Ægyptii sententiam iisdem verbis, atque *R. Joseph Albo*, exponit. Ubi præterea etiam illud notandum, ipsos professos *Maimonidæ* adversarios, quando hanc ejus sententiam recensent, quantumvis in explicanda natura *Seculi Futuri* sese illi opponant, tamen de *Diebus Messiæ* ad *Hoc Seculum* relatis nunquam illi controversiam movisse.

XX. Neque enim aliter Rabbi *Moses Nachmanides*, qui etsi in explicatione phraseos העולם הבא, *Maimonidæ* e diametro adversatur, eumque ex professo refutare instituit, tamen in eo cum illo amice conspirat, quod *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum* pertineant, & a *Futuro* maxime sint diversi. Sic igitur ille Cap. *Haggamul*, sive de *Retributione*, Edit. Ferrariensis fol. 17, fac. 1. princ. „Postquam itaque natura judicii & pœnæ, a quo misericors ille Dominus nos servet! „bonam partem explicata est; necesse est, ut porro etiam rationem mercedis, „quam ὁ μισθαποδότης nobis impertiat! pariter exponamus. והוא בדברי רבותינו שני שמות גן ערן והעולם הבא מלבד טובות העולם הזה כגון ימות המשיח וחיים ותחיית המתים שבאותו זמן שאין אנו מרברים עתה בהם. „Atque hæc in Scriptis Magistrorum nostrorum duplici nomine venit, „Paradisi sc. & Seculi futuri, præter BONA HUJUS SECULI, ut sunt DIES „MESSIÆ, vita & Resurrectio Mortuorum, quæ isto tempore erunt, de qui-„bus nunc non agimus.

XXI. Ibid. fol. 20. 1. pr לא קשיא כאן בעולם הזה כאן בעולם הבא כלומר בעולם הזה לימות המשיח *Nulla hic est difficultas; altero enim loco agitur de Hoc Seculo, altero vero de Futuro.* (Hactenus verba Talmudis, quæ Nachmanides sic explicat) *Quasi dicat in* HOC SECULO, *in* DIEBUS MESSIÆ. Ibid. med. ואמרו לשון אחר אמר להם ר' אליעזר אף לימות המשיח אינן בטלין אבל בטלין הן לעולם הבא והיינו רשמואל הפרישו בכאן בין ימות המשיח ובין העולם העתיד והוא לאחרי התחייה *Dicunt autem R. Eliezerem mutasse sententiam & dixisse, (Arma) ne quidem temporibus Messiæ cessatura esse, sed demum cessatura in Seculo Futuro; idque convenienter sententiæ Samuelis.* (Hactenus Talmud) *Distinguunt hic inter* DIES MESSIÆ & SECULUM FUTURUM, *quod erit post Resurrectionem &c.*

XXII. Ibid. fine, post recitatam explicationem Veterum ad illud Prov. VI, 22. תוכיחו כאן העולם הזה וזמן המיתה והוא עולם הנשמות וימות המשיח ואחר

ואחר כן העולם הבא: *Faciunt hic mentionem Hujus Seculi, & temporis mortis, quod est Seculum Animarum, & Dierum Messiæ, & post illos demum Seculi Futuri.*

XXIII. Fol. 20. 2. fine. כל אלו דברים ברורים שעולם הבא בכל מקום אינו עולם הנשמות והשכר המגיע להם מיד אחרי המיתה אלא עולם הוא שעתיד הקב״ה לחדשו לאחר ימות המשיח ותחיית המתים: *Atque hæc omnia declarant, Seculum Futurum nusquam esse Seculum Animarum & mercedem quæ illis illico post mortem obtingit, sed illud Seculum, quod Deus creaturus est Dies Messiæ & Resurrectionem mortuorum.*

XXIV. Fol. 21. 1. f. ושגור בפי הדורות לומר בין בבקשה בין בסוף ברכת המזון ובכל תפלות הרחמן הוא יזכנו ויקרבנו לימות המשיח ולחיי העולם הבא מקדימין ימות המשיח וגו׳ *Et tritum est omnium ore, sive in petitione sive in fine gratiarum actionis pro cibo, cæterisque omnibus orationibus, illud: Faxit ille misericors ut appropinquemus ad Dies Messiæ & Seculum Futurum. Præmittunt hic Dies Messiæ* (Seculo Futuro) &c.

XXX Fol. 22. עכשו בארנו כוונתנו בשכר המצות ועונשן ונחזור בקצרה כי שכר הנפשות וקיומם בעולם הנשמות נקרא לר״זל ג״ע ופעמים קורין אותה עלייה וישיבה של מעלה ואחרי כן יבואו ימי המשיח והוא מכלל העולם הזה ובסופו יהיה הדין ותחיית המתים שהוא השכר הכולל הגוף והנפש והוא העקר הגדול שהוא תקות כל מקוה לה׳ ב״ה והוא העולם הבא וגו׳ „Hactenus „sententiam nostram explicuimus de præmiis & pœnis. Ut itaque ad propo- „situm redeamus, dicimus, mercedem animarum & permanentiam illarum in „seculo animarum Magistris nostris p. m. vocari Paradisum, & quandoque et- „iam Cœnaculum & Consessum superiorem. Post illud vero venient TEM- „PORA MESSIÆ, atque illa AD HOC SECULUM pertinent, & in fine il- „lorum erit Judicium & Resurrectio Mortuorum, quæ est merces quæ corpo- „ri simul & animæ obveniet, qui est articulus ille magnus, spes omnium spe- „rantium in Deo T. O. M: Et hoc est SECULUM FUTURUM &c.

XXVI. Fol. 23. 1. lin. 1. ומלכות בית דוד באלף הששי כנגד יצירתו של אדם שמכיר את בוראו ומושל בכולם ובסוף אותו אלף יהיה יום הדין שכן אדם נידון בו ביום שביעי שבת שהוא התחלת העולם הבא „Et „regnum domus Davidicæ (Messiæ) in millenariis sexto erit, quemadmodum „Adam quoque sexto die est creatus, qui creatorem suum agnovit & denomi- „natus est omnibus. At in fine illius millenii erit dies judicii, quia eodem „modo Adam sexto die est judicatus. At Septimo erit Sabbatum, quod est „initium Seculi Futuri.

XXVII. In hisce omnibus toties & tam perspicue etiam hic *Moses Nachmanis filius*, sententiam suam de *Diebus Messiæ* ad *Hoc Seculum* pertinentibus exponit, ut soli facem accendere velle videri debeamus, si de nostris verbum addere velimus. Cum vero hic loci, ubi de *Diebus Messiæ* non nisi ἐν παρόδῳ agit, illos toties ad *Hoc Seculum* referat; quid non alibi illum facere putemus, ubi ex professo illud argumentum tractat, in libris de *Fine* & *Liberatione*, quibus adhuc ante hoc ipsum seculum *R. Asarias De Fano* usus est in Italia, qui inde fragmentum nobis conservavit, cujus lectione & meditatione Lectorem frustari nolimus, si forte Viri Docti hoc specimine allecti operam dare possint, ut hos libros quoquo modo nobis inventos dent, & a situ & squalore vindicent.

XXVIII. Sic itaque R. Azarias in *Meirath Enajim*, f. 142. 2. fine. *De tempore liberationis nostræ inveni verba R. M. B. N. Viri Clarissimi, Libro de Redemtione, Cap. 11. fine. Quæ quoniam auro contra digniora sunt, & dulciora melle, etsi paulo prolixiora, animus huc transferre gestit. Idque eo magis, quia liber in paucorum manibus versatur; estque Viri merito suo celeberrimi R. Mosis Nachmanidæ, cujus spectata apud prudentissimum quemque nostri populi virum est fides. Sic itaque ille.* „Scias „ergo, ita te Deus adjuvet, sive toto animo assentiamur, prævaricationes no„stras & peccata majorum nostrorum nobis omne solatium interturbare, & „hinc adeo Deum exilium nostrum in infinitum prorogare; sive dicamus, ita „Deo visum esse, ut nos in hoc seculo jugo regnorum gentilium pro suo bene„placito nostrove commodo (conf. Hebr. XII, 10.) affligat: id omne funda„mento Legis nihil omnino nocere posse. Neque enim summum nostrum „bonum in Diebus Messiæ situm est, neque in eo ut proventu terræ fruamur, „lavemus in balneis Tiberiadis, aut id genus aliis voluptatibus perfruamur. „Neque etiam sacrificia & cultus sanctuarii id sunt in nobis, ex quo Deus sum„mam voluptatem capiat. Sed merces & spes nostra vita Seculi (Futuri, vo„cula הבא excidisse videtur,) & illa animi oblectatio, quæ Paradisus vulgo di„citur, & immunitas a pœnis orci. Nihilominus tamen (עם כל זה σὺν πᾶ„σι τούτοις Luc. XXIV, 21.) liberationem exspectamus, quoniam manifesta ve„ritas est in confesso apud omnes eos qui Legem & Prophetas versant. Atque „ea spe illos, qui calamitatibus quasi sepulti jacent, erigimus; eademque A„theis os obturamus gaudentes argumentis illius, & verbis ejus serio trium„phantes, quoniam illam spectamus, propter spem nostram, quam concipimus „de propiori nostro accessu ad Deum, quando versabimur in sanctuario illius „cum Sacerdotibus & Prophetis ejus: Et quod munditiei & sanctitatis parti„cipes erimus, quæ in terra electa erit, & Majestas ejus super nos habitabit, su„pra quam nunc animo concipere possumus, dum vino ærumnarum & cala„mitatum, quæ nos premunt, adhuc pleni sumus. Tunc enim temporibus

Messiæ

„Meſſiæ abolebitur genius malus, ut veritatem aſſequamur qualis in ſe eſt (καθώς ἐστι 1. Joh. III, 2.) vel aliam quamcunque ob cauſam, cujus myſterium „ſublimius eſt eo quod hactenus memoravi. Atque hæc præcipua cauſa eſt, „cur Tempora Meſſiæ tantopere deſideremus. Præterquam quod Lex ipſa hoc „noſtrum deſiderium multis modis adauget, quæ nobis declarat, quamdiu „nos in peccatis perſeveramus, etiam exſilium prorogatum iri, ut caſtigemur; „ſimul ac vero Deum ita, uti par eſt, coluerimus, illum quoque de novo bene „nobis facturum, quemadmodum bene fecit majoribus noſtris, atque eo et- „iam hoc fine ad illa beatiſſima tempora adſpiramus, ut adverſariis noſtris ali- „quando demonſtremus veritatem a nobis eſſe: Atque hac etiam compre- „hendimus fundamentum maximæ illius virtutis, quod nobis volupe eſt mar- „tyrium coram omnibus mundi nationibus ſubire. Et certe Sapientes No- „ſtri p. m. illum, qui hunc mercedem Temporis Meſſiæ negat, pro hæretico „habent, cui nulla ſors ſit in Seculo Futuro, quoniam nihil aliud illum ita cre- „dere inducit, niſi quod præmium Legis noſtræ abneget. Is vero ſtultus eſt, „qui & contra diſerta SS. dicta & Magiſtrorum noſtrorum verba diſputet. „Hæc hactenus R. Nachmanides l. c. Quibus germana ſunt quæ ſcribit in Ga- „mul, Capite ultimo Libri Torath Adam.

XXIX. Atque hæc velim illi ex Chriſtianis noſtris legant ac perpendant, qui tam tenuiter atque abjecte de Judæorum fide in Meſſiam ſentiunt. Quæ ſi conferantur cum iis, quæ ſupra §. 15. ſq. ex *Maimonide* allegavimus, atque alibi ex aliis proferemus, paullo ſpero, melius de voluptatibus illis ſentient, quibus Judæi ſeſe Temporibus Meſſiæ fruituros ſperant. Interim facile Viri Docti agnoſcent, optime de Judæis pariter & Chriſtianis meriturum, qui libros illos *Nachmanidæ*, ספר הקץ & ספר הגאולה eruerit & publicæ luci expoſue- rit. Nobis certe rem gratiſſimam faciet, & ad præſens inſtitutum utiliſſimum, qui vel indicium fecerit, ubi lateant & unde haberi poſſint.

XXX. Huic vero *Moſi Nachmanidæ* commodiſſime jungemus *Rabbenu Bechai Ben Aſcher* illius fidem ὑπερασπιστήν, cujus Commentarius in Legem cele- bratiſſimus eſt. Hic igitur, quod neceſſario præmittendum, ſex *Hujus Mundi* millennia, & quod ſequitur *Seculum Futurum*, cum ſex diebus creationis, & ſe- quente Sabbatho comparat, ac deinde, quo pacto ſua ſingulis diebus millennia reſpondeant, exponit. Comparationem generalem fol. 9. 4. m. his verbis exhibet, ודע והבן כי שבעת ימי בראשית אלה מבארים לנו מה שעבר ורומזים לנו על העתיד והנה הם כנגד שיתא אלפי שני וחד חרוב ודרשו רז״ל יומו של הקב״ה אלף שנה שנאמר כי אלף שנים בעיניך כיום אתמול ודבר ברור הוא שכל יום ויום מששת ימי בראשית אלה רומז לדברים שעתידין

Eee eee e 3

שעתידין להיות בעולם באותו האלף שכנגד היום *Scias autem atque perpendas, hos Septem Dies principii enarrare nobis jam præterita, & αἰνιγματικῶς innuere futura, respondent enim illi; Sex annorum millibus (durabit hic mundus) & uno vastabitur. Et Magistri nostri p. m. tradunt; Dies Dei O. M. est mille annorum, quemadmodum dicitur* (Ps. XC, 4.) Nam mille anni in oculis tuis similes diei hesterno. *Et manifestum est, unumquemque ex his sex diebus creationis innuere res in mundo eventuras eodem illo millenario, qui isti diei respondet.*

XXXI. Cum itaque hic *Becbai* noster Hujus Seculi durationem auctoritate Raf Ketinæ & consensu omnium Hebræorum sex annorum millibus definiat, Futuro autem Seculo septimum millenarium assignet; in sequentibus Messiæ adventum & regnum ejus in sextum atque ultimum millennium rejicit, atque ita satis manifeste ad *Hoc Seculum* refert. De quo fol. 10. 1. m. ita scribit: וכשם שבא אדם לבקרו של יום ששי זהו שאמר נעשה אדם כך יבא המשיח לבקרו של אלף ששי אחר עשירית האלף כשיעור הנץ החמה ליום וזהו משיח בן דויד שכתוב בו וכסאו כשמש נגדי *Et quemadmodum Homo creatus est die sexto mane, (q. d. Faciamus hominem,) ita veniet Messias tempore matutino millennii sexti, elapsa decima parte illius, eadem proportione qua se habet ortus solis ad diem. Atque hic est Messias F. Davidis, de quo scriptum est* (Psalm LXXXIX, 36.) *Et thronus ejus erit coram me sicuti sol.*

XXXII. Sed & a *Futuro Seculo* convenienter illi hypothesi mox distinguit eodem fol. col. 2. paulo post principium: והנה זהו סוד העזין שחתם כל הצרות שעברו בכל חימים בטוב מאד להורות כי תכף בא הגאולה בבקרו של האלף חששי יהיו כל הצרות נשכחות כענין שכתוב כי נשכחו הצרות הראשונות וכי נסתרות מעיני. ומפני זה אמר יום השששי בה״א הידיעה דרך שבח ומעלת היום לבאר שתהיה גאולה גלויה ומפורסמת לכל העולם · יום שביעי בנגד האלף השביעי שכולו שבת ומנוחה לחיי העולמים והוא אחר ימות המשיח ותחיית המתים ובני תחיית המתים יזכו אליו ויתענגו בגוף ובנפש תענוג שאין לו סוף: „Et ecce hoc est mysterium ejus, quod omnes „calamitates, quæ quoque die transierunt, finiat illo, Bonum erat valde: ut „doceat, simul ac Redemtio matutino millenarii sexti advenerit, fore ut omnes „exantlatæ ærumnæ oblivioni mandentur, Q. S. (Jes. LXV, 17.)„ Quoniam priores afflictiones oblivioni datæ sunt, & absconditæ ab oculis meis. „Et hinc adeo dicit, dies הששי, cum He demonstrativo, ob insignem illius „ diei

„diei excellentiam, ut declaret, Redemtionem toti mundo (an omnibus gen-„tibus?) evidentem & manifestam fore. Dies denique septimus respondet „millennio septimo, quod totum Sabbathum est & quies in vita æterna: at-„que illud sequetur Dies Messiæ & Resurrectionem Mortuorum, & qui ex mor-„tuis resuscitati fuerint, illud assequentur, inque illo infinitis corporis & ani-„mi voluptatibus oblectabuntur.„ Millenario itaque sexto *Messias* veniet, quo elapso, post Resurrectionem Mortuorum, tum demum *Seculum* incipiet *Futurum*. Quo quidem nihil in nostram sententiam disertius dicere poterat.

XXXIII. Clarissime vero hunc Seculorum ordinem sub finem commentarii sui explicat, unde quædam huc transferre non abs re erit, sed Latine tantum, quoniam prolixiora sunt. Sic ergo fol. 221. col. 2. paulo post medium. *Convenit autem ita explicare illud* (Deut. XXX, 15.) Vide, hodie tibi ob oculus posui vitam & bonum: *quod Scriptura subjiciat hunc textum superiori, qui agit de promissione Redemtionis, eo quod tempus Resurrectionis Mortuorum subsequetur tempus Redemtionis annis* ר״אה, i. e. *ducentis & sex. Atque idcirco subnectit Sectioni Redemtionis hanc,* ר״אה, Vide, proposui tibi hodie vitam & bonum. *Et hinc adeo Salomo dicit,* (Cant. VIII, 12.) Mille tibi sunt, Salomo, & ducenti, qui custodiant fructum ejus. *Vox* ומאתים *notat sex annos supra ducentos: Et revelat tibi, Resurrectionem Mortuorum fore ducentis & sex annis post adventum Salomonis, i. e. adventum Messiæ, qui erit ex sanguine Salomonis. Quod vero vox* ר״אה *superioribus subnectitur, id innuit subsequens tempus. Quare autem superior Sectio de Redemtione agens clauditur voce* לעשותו faciendo illud? *Ut negotium Redemtionis comparet cum opere primæ creationis, quod pariter illa voce clauditur,* (Gen. II, 2.) Quod creavit Deus faciendo. *Comparat autem finem temporis cum initio temporis, ut te doceat, illa paria esse respectu operis naturæ & constitutionis mundi: Nam tempore Messiæ eodem prorsus modo naturam sese habebit, atque in opere primæ creationis. Atque ita Magistri diserte dixerunt:* Nihil interest inter hunc mundum & Tempora Messiæ, nisi sola servitus gentium. *Quod autem Litera* (ו) *additur, id innuit. Millenarium sextum processurum esse more sex dierum creationis. Et tum immediate subjicit,* Vide, ob oculos tibi posui vitam & bonum *ut significet, illo* (millenario sexto) *fore Resurrectionem Mortuorum; & tum ait,* vitam & bonum, *quia per illam vitam assequentur bonum illud absconditum, id est,* EX SECULO RESURRECTIONIS TRANSFERENTUR IN SECULUM FUTURUM, *quod est bonum illud reconditum. Quod itaque dicit,* Vitam; *notat Resurrectionem Mortuorum:* Et bonum; *id significat Seculum Futurum quod erit post Resurrectionem, quia de illo dictum est istud* (Psal. XXXI, 12.) Quam ingens est bonum tuum, quod recondidisti cultoribus tuis?

XXXIV.

XXXIV. Satis hinc manifestum est, millenario sexto venturum Messiam; hujus exhibiti anno ducentesimo & sexto fore Resurrectionem Mortuorum: & ex hujus demum mundo vel seculo, nempe initio millenarii septimi, traducendos esse in seculum Futurum. Sic enim ipse eodem fol. col. 3. postquam quædam contra R. *Mosen Maimonidem* de *Seculo Futuro* disputavit, & adhuc semel atque iterum illud *post Resurrectionem Mortuorum* fore dixit, tandem concludit: ובבראשית רבה ויברך אלהים את יום השביעי ויקדש אותו ברך הק'בה העולם הבא המתחיל באלף השביעי ויקדש אותו זמנו לישראל וזהו לשון מזומן לחיי העולם הבא: *Et in Bereschit Rabba legimus;* Et benedixit Deus diei septimo & sanctificavit illum; *benedixit* Deus *O. M. Seculo Futuro, quod incipit millenario septimo,* & sanctificavit illum, *destinavit illud Israëli; hæc est phrasis illa, Destinatus vitæ Seculi Futuri.*

XXXV. Atque huic hypothesi in sequentibus firmiter insistit. Sic fol. 222. 4. pr. ובשרו שני מיני החיים הראשון חיי עולם הנשמות המתקרבים לו לאדם תכף מיתתו · והשני חיי עולם התחייה: שמשם יעתק אל העולם הבא שהוא השכר האחרון ביום השבת הגדול ושם יזכו ויתעדנו בגוף ובנפש *Et promittit illi duplicem vitam; alteram vitam Seculi animarum, quæ obtingit homini illico post mortem: alteram vero vitam* SECULI RESURRECTIONIS, UNDE TRANSFERENDUS *sit in* SECULUM FUTURUM, *quod est ultima illa merces in Sabbatho illo magno, ubi oblectabuntur corpore pariter atque animo.* Fol. 223. col. 1. f. *Dies Messiæ* ad *Hunc Mundum* refert, & a *Seculo Resurrectionis* distinguit, quem locum jam alibi exhibuimus. Sic rursum fol. 224. 1. fine quatuor Secula enumerat, *Hoc, Animarum, Resurrectionis,* & denique *Futurum*, quod erit *post Res. M.* Et denique fol. 225. 3. p. ordinem promissionum divinarum notat, ita ut primo promittatur *Liberatio* ex captivitate, quæ Tempore Messiæ erit, tum *Resurrectio Mortuorum,* & denique translatio ex *Hoc Seculo Resurrectionis* ad vitam *Seculi Futuri.* Quæ omnia, ne forte Lectori nostro prolixis citationibus nauseam creemus, describere supersedebimus. Qui de nostra in vertendo fide dubitat, librum ipsum adeat, & nos optima fide agere agnoscet.

XXXVI. His denique ex novissimis adjungamus R. *Jehudam Bezaleelis Filium,* qui superiori seculo Pragæ floruit, & variis libris editis inclaruit. Is in *Gebhuroth Adonai,* fol. 2. col. 2 pr. rationem redditurus illius Veterum dicti, *Omnes prophetæ non sunt vaticinati nisi de* Diebus *Messiæ; sed quod Seculum Futurum attinet, oculus non vidit &c.* ita scribit: לא היו יכולים להתנבאות רק לימות המשיח במה שענין המשיח הוא ענין ע'הז ואינו נבדל מן האדם

האדם לגמרי שהרי הוא בעולם הזה אבל עולם הבא שנבדל מן העה״ז אין בו נבואה כי עין לא ראתה אותו ואין הנביא מתנבא רק בראיה כמו שהתבאר *Non potuerunt vaticinari nisi de Diebus Messiæ, eo quod* NEGOTIUM MESSIÆ EST NEGOTIUM HUJUS SECULI, & *nulla ratione ab homine sejunctum; quoniam* IN HOC SECULO *est. Sed de Futuro Seculo, quod ab hoc Seculo distinctum est, prophetia non datur, quoniam oculus non vidit illud. Prophetæ vero non vaticinantur, nisi per visionem, quemadmodum jam est declaratum.* Quibus verbis quid evidentius dari possit, non video. Non tantum *Dies Messiæ & Seculum Futurum* inter se opponit, sed illos etiam ῥητῶς ad *Hoc* refert.

XXXVII. Atque in eandem sententiam, nec minus clare alibi sese explicat in elegantissimo libello *Tiphereth Israel*, quem de Excellentia Legis scripsit, fol. 50. 2. p. הנה המאמרים הגדולים האלה באו לבאר כי אין השגת הנבואה רק לדבר שהוא בעולם הזה כמו ביאת משיחנו אף שהוא מדרגה עליונה בעולם הזה יפול דבר זה בכח הנבואה אבל דבר שהוא בעולם הבא אשר העולם הבא נבדל מעולם הזה ואין לו יחוס אל הזה לא יפול זה בכח הנבואה כלל *Ecce insignia illa dicta eo faciunt, ut nobis declarent, prophetiam non assequi nisi id* QUOD IN HOC SECULO EST, VELUTI ADVENTUS MESSIÆ NOSTRI; *qui etsi sublimior gradus est in* HOC SECULO, *tamen sub prophetiam cadit. Sed res, quæ in Seculo Futuro est, quod* (vel *eo quod*) *Seculum Futurum ab hoc Seculo est separatum, neque cum Hoc ullam cognationem habet, nullo modo sub prophetiam cadit.*

XXXVIII. Quod vero hisce locis *ἐν παρόδῳ* & velut aliud agens simpliciter asserit, id multo pluribus tradit & professo inculcat in *Nezach Israel*, quem librum de Messia, ejusque adventu & regno composuit. Ex plurimis ergo, quæ ibi in nostram sententiam scribit, hæc pauca sufficiant. Cap. XXVI. in eo est, ut doceat, Messiam convenienti tempore esse venturum, eoque traditionem Scholæ Elianæ affert & explicat, indeque concludit, adventum Messiæ non nisi in *postremam partem Hujus Seculi* incidere posse. Primo itaque observat in hac traditione זמן כל העולם *tempus totius Seculi* vel *Mundi* in tres partes dividi, כי זמן כל ימי עולם הזה ו׳ אלפים *quia duratio omnium dierum Seculi sit sex millium* annorum. Unde tandem sic concludit: ומאחר שימי העולם שיתא אלפי שנה חלק אותם לג׳ חלקים וקאמר . . . . . , ושני אלפים ימות המשיח פירש הזמן האחרון הוא מיוחד ליםות המשיח כי הזמן האחרון הוא השלמה שכל אשר הוא באחרונה

באחרונה הוא השלמה ולכן הזמן האחרון מתיחס אל
המלך המשיח כי המלך המשיח יהיה משלים את כל
העולם כאשר יהיה כל העולם אחד עד שיהיה העולם
בשלימות ולכן ראוי שיהיה מלך המשיח שהוא המשלים בסוף הזמן
*Quandoquidem igitur dies mundi sunt sexies mille anni, dividit illos in tres partes, dicitque . . . . Et duobus millibus annorum erunt Dies Messiæ. Hic diserte declarat, tempus postremum esse dicatum Diebus Messiæ; quoniam tempus postremum est consummatio, quia postremum quodque est perfectum. Propterea itaque extremum tempus ad Messiam refertur, quoniam is totum mundum perficiet, quando totus mundus unus erit, donec mundus perfectus sit; Et hinc adeo Messiam, qui omnia perficiet, in fine temporis esse convenit.* Tantum ergo abest, ut hic *Bezaleelides* somniarit *Dies Messiæ Futuri Seculi esse,* vel saltem initium novi seculi ab hoc præsenti distincti, ut contra omnibus rationibus ex professo assertum eat, *Tempora Messiæ* ad *postremam Hujus Seculi partem* pertinere, quemadmodum reliqua omnia illius capitis eodem tendunt.

XXXIX. Sed operæ pretium erit videre, quo pacto insignem difficultatem solvat, quæ contra hanc sententiam moveri posse videbatur. De hac igitur initio Capitis sequentis XXVII. ita scribit : יש לך לשאול אחר
אשר אמרנו כי הזמן אשר הוא מסוגל שיגלה בו המשיח
באחרון ימי עולם א״כ לא ימשך מלכות המשיח זמן רב
ואם כן מהו הטובות שיקבלו ישראל מזמן המשיח אשר
המשיח הוא תקות ישראל ותוחלתם ואומר דודאי למי שאומר
בפרק חלק כי זמן המשיח יהיה זמן ארוך וכמו שתבאר עוד
ואין זה סותר למה שאמרנו שימי המשיח באחרית הימים
כי ימי המשיח זמן אחר לא כמו שהוא הזמן הזה בשביל
רוב הצרות שהן בו מן הזה נחשב הזמן אחד מאוד אבל ימי
המשיח ימים שיהיו בסוף הזמן הוא זמן אחר ולפי אותם
שאומרים שאין מלכות המשיח נמשך כל כך אין זה קשיא
שאם היינו אומרים כי טובות המשיח לאכול ולשתות
בלבד היה לך להקשות קשיא זאת אבל אנו אומרים כי
המשיח יבא כדי להשלים ולהיישר לעולם לקנות תחיית המתים
ועולם הבא א״כ מה בכך שלא ימשך מלכות המשיח . . . ימי המשיח
אינו רק שעל ידה יזכו למדרגה יותר עליונה כי אי אפשר שיזכה
האדם ממדרגה הפחותה הוא העולם הזה למדרגה העליונה
הוא

הוא מדריגת תחיית המתים וע״הב כמו שאמרנו למעלה ולכך תחילה יקנו המעלה הזאת שהיא ימי המשיח ואחר כך יקנו המדריגה היותר עליונה וזהו ענין המשיח להעלות המציאות ממדרגה למדריגה וממעלה למעלה לא זולת זה: „Ex eo vero, quod hactenus diximus, „tempus illud, quod exhibitioni Messiæ est dicatum, in postrema parte die„rum mundi fore, nobis objicere possis; Ergo regnum Messiæ non esse diu „duraturum, & per consequens, bona illa, quibus Israelitæ tempore Messiæ „fruentur, qui unica illorum spes est & exspectatio, non magni momenti „fore. Ad quod respondeo, omnino secundum illum, qui cap. XI. Sanhe„drin loquitur, tempus Messiæ diuturnum fore, quemadmodum in sequen„tibus ulterius declarabitur; neque tamen illud adversari illi quod diximus, „Tempora Messiæ in postremo dierum fore. Dies enim Messiæ unum tem„pus erunt, non quemadmodum hoc præsens tempus propter plurimas cala„mitates, quæ nunc vigent, admodum longum esse putatur: Sed dies Mes„siæ sunt dies, qui in fine temporis erunt, quod unum erit. Si vero ex il„lorum sententia argumentari velis, qui Dies Messiæ non ita diu protractum „iri putant, nihilo major erit difficultas. Quod si enim diceremus, bona „quæ Messias nobis conferet, tantum consistere in cibo & potu, tum certe „hanc difficultatem aliqua specie objicere posses. Ne vero nescias, dicimus „nos, Messiam id venturum esse, ut mundum perficiat atque dirigat, quo „Resurrectionem Mortuorum assequatur & Seculum Futurum. Unde adeo „nihil refert, Regnum Messiæ minus diuturnum fore. . . . . Et Tempora „Messiæ non alio facient, nisi ut per illa acquirant gradum excellentiorem, „quoniam fieri nequit, ut homo ab infimo gradu, qui est Hoc Seculum, im„mediate conscendat supremum gradum, qui est Resurrectio Mortuorum „& Seculum Futurum, quemadmodum jam supra diximus. Et propterea „primo assequentur hunc gradum, nim. Dies Messiæ, & post illum demum „alium longe subliuniorem. Et hoc solum atque unicum Messiæ officium „est, ut creaturam gradatim promoveat ab una excellentia ad aliam sublimi„orem.

XL. Ex his *R. Jehudæ* verbis satis liquere existimamus, quam tenax fuerit illius sententiæ de *Diebus Messiæ* ad *Hujus Seculi* finem pertinentibus, a qua adeo nullis difficultatibus sese dimoveri passus sit. Sed responsionem ejus ad objectam difficultatem inprimis notari velim, ex qua non illud tantum constare potest, Judæos *Dies Messiæ* non aliter considerare atque viam & gradum quo ad *Seculum Futurum* enitantur; sed etiam quam magnifice vulgo de Messiæ officio sentiant, & longe excellentiora beneficia Judæos sibi de

Messia, suo promittere, quam vulgo Christiani nostri de illis existimant, qui nihil nisi corporeas voluptates eos in Regno Messiæ somniare autumant. Addantur hæc ergo illis, quæ supra ex *Maimonide* & *Nachmanide* de fine adventus Messiæ protulimus, & liquidum de Judæorum Messia judicium formetur. Quod si quis adhuc dum dubitet, sequentia legat, quæ *Bezaleelides* noster fine ejusdem Capitis habet. כי אין משיח רק שיקנו מעלה ומדרגה יותר עליונה הוא מדרגת עולם הבא *Quia Messias non aliam ob causam veniet, nisi ut acquirant* (per Illum) *excellentiam & gradum sublimiorem, atque hic est gradus Seculi Futuri.* Id quod ibidem adhuc bis, & pene iisdem verbis, inculcat.

XLI. Sed pergamus cum Auctore nostro ad Cap. XXXVIII. ubi, ipso initio scribit: כבר התבאר לך פעמים כי התכלית והסוף מסוגל לשלימות יותר מהכל וזה כי ההתחלה במה שהיא התחלה אין בה שלימות שהרי לא נשלם עדין רק הסוף יש בו השלמה ולכך הסוף ראוי אל השלימות והכרח המתחייב מזה שיהיה תכלית הזמן מן ימי עולם מסוגל לשלימות וזהו ימי המשיח שהוא באחרית הזמן ודבר זה מבואר למעיין בדבר זה ואף כי בארנו למעלה כי עולם הזה אינו מוכן לישראל ואיך יהיה המשיח בעולם הזה שהוא עולם גשמי שכל ענין המשיח הוא אלהי לא גשמי ואין דבר זה קשיא כי ימות המשיח הם אחד ולכך כל ימי המשיח נקרא סוף העולם וסוף העולם הוא מוכן שיהיה אלהי וגו' „Jam aliquoties tibi declaratum est, extremum quodque præ reliquis „omnibus aliis perfectioni esse appropriatum: idque ideo, quia initium, eo „ipso quod initium est, non habet perfectionem suam, quia hactenus non est „consummatum; in fine autem perfectio est. Unde necessario sequitur, fi„nem temporis dierum mundi dicatum esse perfectioni; atque hoc est Tem„pus Messiæ, quod erit in fine temporis. Id quod cuivis attendenti mani„festum est. Etsi vero in superioribus explicuimus, Hoc Seculum non esse „destinatum Israeli; & quod (vel quomodo) Messias tamen in Hoc Seculo „sit futurus, quod est Seculum corporale, cum totum negotium Messiæ di„vinum sit, non corporale; in eo nihil difficultatis est, quoniam Dies Mes„siæ unum sunt, & propterea omnes Dies Messiæ vocantur Finis Seculi; At „finis seculi prædestinatus est, ut sit divinus &c.

XLII. In his rursum præstantissimus Scriptor naturam *Regni Messiæ* declarat, idque *divinum*, non *corporale* fore asserit; vel si nostra Christianorum phrasi malis, *spirituale*, non *carnale*. Unde nova difficultas nasci posse videbatur. Cum enim *Hoc Seculum* omnium consensu, & ex ipsiusmet *R. Jehuda*

*Jebudæ* hypothesi, *corporale* vel *carnale* sit; non videtur *Regnum Messiæ Huic Seculo* convenire. Verum nullius quidem hæc apud ipsum momenti est objectio; quoniam *Hoc* ipsum *Seculum Temporibus Messiæ* in melius mutabitur, & perfectionem suam consequetur, quæ hactenus ante adventum Messiæ illi maxime deest, ita ut tum quoque ipsum sit *divinum*, vel *spirituale*. Adeo ut quicquid adversus hanc ejus, imo reliquorum omnium Magistrorum sententiam, *de diebus Messiæ ad hoc Seculum* pertinentibus, objici posse videtur, ex reliquis hypothesibus, quas *de regno Messiæ* fovent, facillime solvi possit. Quare hæc quoque ex hoc *R. Jebudæ Bezaleelis* prolata sufficiant, cum ad illius sententiam declarandam, tam ad responsiones parandas objectionibus, qui haud sive an aliunde plures & copiosiores, quam ex hoc eodem produci possint. Cum passim toto libro non tantum *Hoc Seculum* & *Dies Messiæ* inter se opponat, sed etiam certis characteribus distinguat, sed de his alibi ἐάνπερ ὁ κύριος θελήσῃ.

# VINDICIÆ SENTENTIÆ DE SECULO FUTURO.

POsteaquam *testimonia Recentiorum Hebræorum* consideravimus, qui Viro Cl. visi sunt *asserere*, *Veterum aliquos per Futurum Seculum intellexisse Dies Messiæ*; & quantum singula seorsim ponderis habeant, expendimus; faciendum existimavimus, ut priusquam ad *Veterum verba* examinanda progrediamur, universa jungamus & inter se comparemus, cum illa collatio non exiguum momentum ad nostram sententiam allatura videatur.

II. Nimirum quatuor Vir Cl testes allegavit, *Mosin Ægyptium*, *Isaacum Ravanellum*, *Eliam Germanum*, & denique *Manassen Israehtam*. Atque ex his omnibus tres a nobis sunt, qui non modo locis citatis, quod Vir Cl. quam maxime velit atque optet, nullo modo habent, sed alibi plane contrarium testantur, & *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum* disertis verbis restringunt: ut hic nobis illud Hebræorum merito usurpare liceat אוי לאדם שסניגרו כעשה קטיגורו. *Va illi cujus advocatus fit adversarios.*

III. Sed tamen unus est ex his quatuor, qui *Seculum Futurum* de *Diebus Messiæ* exponi posse affirmet, *R. Elias Levita Germanus*. Id quod Vir Cl. & forte alii, qui ab illo sunt, satis causæ ad triumphum esse putabunt, cum sic liqueat, non deesse ex ipsis Hebræis, quem in phrasi controversa per *Tempora Messiæ* explicanda sequuntur. Quam quidem auctoritatem atque ex ea triumphum tantum abest, ut adversariis invideam, ut infra adhuc alterum & item tertium huic

*Elia* addere non verear, qui idem, quod *Elias*, non minori fiducia, sed neque majori jure, asserant. An vero vel hic *Elias* tribus reliquis allegatis testibus, vel duo illi alteri reliquæ testium nubi non dicam anteponi sed vel æquiparari mereantur, cordati lectoris, postquam eorum comparationem instituerimus, arbitrium esto.

IV. Tantine enim nobis solius *Elia* sit auctoritas, ut Maimonio, Abravineli, Manassi comparari & præferri mereatur. Suam illi rei Grammaticæ peritiam, & quam ex ea apud Christianis potissimum sibi laudem peperit, nulli quidem invidemus, sed ut propterea vel eruditionis varietate, vel ingenii acumine, vel judicii solitidate reliquorum singulis, nedum universis conferatur, summa illorum eruditionis existimatio, quæ apud Judæos pariter & Christianos florent, non patitur.

V. Quis enim *Maimonio* Juris & Philosophiæ (qualis quidem istis temporibus erat) Medicinæ item, & aliarum liberalium artium scientia clarior? de quo Judæi quidem vulgo illud jactant, ממשה ועד משה לא עלה כמשה *inde a Mose propheta nullum huic Mose parem fuisse*, nedum priorem: Christiani autem *primum desiisse* ajunt *delirare*, & quæ alia in illum encomia vulgo nota conferri solent. *Abravanelis* vero quotusquisque est sive Judæorum sive Christianorum, qui eruditionem Theologicam, in Scriptura interpretanda sollertiam, in disputando acumen non admiretur? *Manassis* denique eruditionem quis in dubium vocet? qui præterquam quod Juris & Theologiæ Hebræorum peritissimus fuit, unde Synagogæ & Gymnasio Amstelodamensi præfectus fuit, in Latinorum quoque scriptorum, tam Christianorum quam gentilium lectione versatissimus fuit, qnod nemo, nisi qui in libris ejus hospes est, ignorat.

VI. De *Elia* vero *Levita* quam tenuiter ipsi Judæi sentiant, olim ex R. Meir Francfurter, Judæorum primo Clivensium, inde Trevirensium Judice & Doctore audire meminimus, cujus de *Elia* sententiam simili illustris *Julii Bartalocii* judicio confirmatam dabimus. Sic itaque ille, *Bibliotheca Rabbinica magna* pag. 27. *Nunquam enim*, inquit, *hic Elia Levita Germanus in aliud occupatus fuit, quam in Grammaticalibus; erat quidem purus Grammaticus, in qua tamen arte exercitatissimus fuit, & non in aliis facultatibus*. Qui itaque ne quidem singulis eruditione par sit, quo jure universis comparetur, vel præponatur?

VII. Sed si ipsum quoque modum & occasionem testimoniorum consideremus, illud *Elia* reliquorum auctoritati multis modis infirmius esse deprehendemus. Num I. Cum cæteri de *Futuro Seculo* ex professo scribant, & quæ ejus significatio sit disquirant, *Elias* in Lexidio illo suo, postquam ad voces עולם & עתד pervenit, paucis, ut institutum ejus ferebat, phrasin illam attingit potius quam

quam tractat. II. Cum cæteri suam quisque sententiam audacter exponant, & contra alios defendans, Elias ad titulum עולם incertus est quid statuat, neque rem definire audet, atque adeo tritum illud Hebræorum usurpat: ואני איני כדאי להכניס ראשי בין ראשי החכמים ההם quod est Virgilii phrasi,

*Non nostrum inter eos tantas componere lites.*

Unde adeo tandem *Isaacum Ravanellum* laudat כי הטיב לדבר בזה מאוד *qui bene hac de re locutus sit*, & Lectorem ad illum remittit. Quem Abrabanelem si eo adducat, quo illum etiam de *Messiæ Diebus Seculum Futurum* explicuerit, vel ab aliis saltem explicari tradiderit, sane multis modis fallitur, quemadmodum in superiori disputatione prolixe probatum dedimus: Si vero eo non respexerit, id nostram sententiam mirifice juvat. cum is, qui egregie illam phrasin ex *Eliæ* sententia pertractavit, de *Diebus Messiæ* phrasi *seculi futuri* intellectis nihil omnino habeat. Ut hactenus colligendum esse videatur, *Eliam* nihil ejus credidisse, quod Christiani ex hoc ejus loco probatum eunt.

VIII. Sed tamen ad vocem עתד idem *Elias* tam העולם הבא *Seculum Futurum*, quam לעתיד לבוא *Tempore Futuro*, cum de cæteris, tum de *Tempore Messiæ* accipi posse asserit. Nempe hic paulo audacior factus est, atque in superioribus fuerat, & rem determinat, sed tamen ita, ut cum non obscure miseram animi confusionem prodat, tum hæsitationem suam apertis verbis fateatur. ואני אין דעתי משגת להבין ההפרש שבין עולם הבא ובין לעתיד לבוא *Et me quod attinet*, inquit, *pro meo captu intelligere nequeo, quod inter* SECULUM FUTURUM, *&* CONSEQUENS TEMPUS *intersit*. Cum itaque posterior phrasis tam late pateat, ut *Dies Messiæ* etiam complectatur; Elias vero priorem *Seculi futuri* æque late patere existimarit, quod tamen est longe falsissimum העולם הבא tandem etiam de *Diebus Messiæ* accipi posse dicit, licet nullo idoneo auctore probet. Quod adeo quisquis recte perpenderit, neque receptæ ὑποθέσει δυλεύει assidue voluerit, facile, credo, nobis largietur, unius & incerto animo primum fluctantis, ac tandem ex ignorantia definientis Eliæ testimonium, trium maximi nominis Virorum auctoritati nullo jure aut specie opponi, nedum præponi, posse.

IX. Sed pergamus tandem cum Viro Cl. ad *Veteres*, & videamus, num quid illi habeant, quo felicius atque solidius recepta sententia asseri queat. Atque hic primum & merito Vir Cl. Talmudi locum dat, & in hæc verba scribit:

Sed ipsos *Veteres* audiamus. *Berachot Cap.* 1. *Halacha ultima;* ex versione *Ligtfooti* ad Matth. XII, 32. *Memor esto diei, quo exivisti ex Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ.* Diebus vitæ tuæ, *innuitur hic mundus.* Omnibus diebus, vitæ tuæ, *superinducuntur* DIES MESSIÆ. Satin hoc clarum, dies Messiæ, ceu ad alium mundum pertinentes, ab hoc mundo distingui?

X.

X. Nempe igitur Vir Cl. ex obscura Lightfooti versione *clarum* argumentum formari posse existimat qui si sciat, quid sit illud Hebræorum להביא, quod hic loci Lightfootus, reddidit *ut superinducantur*, mirum sane, ni aliter sentiat, atque hoc dictum nobis invictum pro nostra sententia argumentum suppeditare fateatur. Nos certe jam olim credidimus, & alibi pluribus ostendemus, *Dies Messiæ* hic a Tannæi, veteribus illis παραδόσεων Magistris, ad *hoc* præsens *seculum* referri, eoque diserte *includi*.

XI. Scilicet vis omnis argumenti in significatu & usu vocis להביא sita est, quæ hoc loco & ubique in simili argumentandi genere, significat *includere*, *comprehendere*, opposite ad להוציא quod ex *excipere*, a יצא, vel יצא מן הכלל *excipi*, pro quibus alias usurpant לרבות & למעט, de quarum vocum usu, quoniam a Cel. Buxtorffius in Majori Lexico præteritæ sunt, secunda nostræ dissertationis parte paullo prolixius agemus. Verbaque ita sic reddenda sunt: להביא לימות המשיח *ut includantur Dies Messiæ* Dubitas, Lector, de versionis nostræ fide? R. *Isaacum Karronem* audi, doctissimum Legis interpretem, qui in *Toledoth Jizhac*, commentario in Legem, fol. 9 col. 4. pr. per לכלול *comprehendere* exponit. Sic enim ille l. c. ואמר כל ימי חייך לכלול לזמן המשיח שאיפלו אז שיסתלק האיבה כין הנחש לזרע האשה שנאמר ושיעשע יונק אל חור פתן מאכל עפר לא יסור ממנו שנאמר ונחש עפר לחמו וכך אמרו ז"ל ביציאת מצרים ימי חייך העולם הזה כל ימי חייך להביא לימות המשיח *Dicit autem* (Deus ad Serpentem Gen. III, 15.) Omnibus diebus vitæ tuæ, *ut comprehendat*, vel *includat*, *tempus Messiæ*. *Quandoquidem etiam tum quando inimicitia inter serpentem posteriusque mulieris abolebitur, quemadmodum dicitur* (Jes. LXV.) sed serpentis cibus pulvis erit. *Atque ita dicunt Sapientes Nostri, p. m. de exitu ex Ægypto*, (Deut. XVI.) Diebus vitæ tuæ; *id est, in hoc seculo:* omnibus diebus Vitæ tuæ, *ut includantur Dies Messiæ.* Videt hic quivis, illud Misnicorum להביא ליפות המשיח idem esse, quod לכלול לזמן המשיח *comprehendere, includere* ipsos *dies Messiæ*. Quod qui tamen ne sic quidem credere velit, *Lightfooto* tamen ipsi, credo, fidem non derogabit, qui in *Horis Hebr.* ad Luc. XXII, 19. quasi se ipsum corrigens, vel certe verba illa clarius redditurus, ita vertit: *Ut includantur Dies Messiæ.*

XII. His ita constitutis, quid est, quod quisqam inde pro recepta sententia eliciat? *Diesne Messiæ, ceu ad alium mundum pertinentes, ab hoc mundo distingui?* an vero, *Dies Messiæ hoc mundo includi?* Ex eo enim, quod Deus Israelitas exitus ex Ægypto meminisse jubet *omnibus diebus vitæ ipsorum*, Magistri concludunt; Ergo commemorandum esse hoc beneficium etiam ipso tempore Messiæ. At quo alio argumento, nisi quia *Dies Messiæ* ad *hoc seculum* pertinent? Hæc sc. est con-

conclusio: Dies vitæ Israelis Hoc Seculum significant: Atque in diebus vitæ Israelis commemorandus exitus ex Ægypto: Ergo in hoc seculo commemorandus exitus ex Ægypto. Cum vero Hoc Seculum totum quoddam universale sit; Et de toto hoc universali prædicetur officium commemorandi exitus ex Ægypto: Ergo idem prædicatur de omnibus partibus sub eo contentis; Et per consequens etiam de *Diebus Messiæ.* Huc nempe facit addita particula universalitatis כל, *omnibus* diebus vitæ Israelis; ut sciant *toto hoc seculo* commemorandum, adeoque להביא לימות המשיח huc *referendos*, hoc *toto seculo includendos, comprehendendos* esse, etiam ipsos *Dies Messiæ.* Eat nunc Ergo Vir Cl. & distinguat *Dies Messiæ* ab *Hoc seculo*; sed sciat distinctionem hanc esse partis extremæ & nobilioris a toto suo, & diversitatem, uti Logici ajunt, non coordinatam sed subordinatam.

XIII. Sed pergamus ad alterum argumentum, quod Viro Cl. tanti roboris esse videtur, ut vel ipsam *pertinaciam* eo provocare ausit. Verba hæc sunt, §. XVI.

„Adde alterum, quod nulla vis eripiat, eidem *Lightfooto* alibi laudatum, ex „*Tanchuma*, fol. 77.4. *Dicit Sanctus Benedictus in hoc mundo; quoniam nuncii* „*mei* (missi ad explorandam terram) *fuerunt caro & sanguis, de iis decretum est* „*de non intrando terram: at* in mundo futuro *ego mitto vobis nuncium meum subito,* „*& præparabit viam coram facie mea.* Mal. III, 1. Vel ipsa mihi respondeat per„tinacia, quodnam ibi Seculum describatur distinctum a Diebus Messiæ?

XIV. Sed nulla, crede mihi, neque *vi* neque *pertinacia* opus est ad responsionem hanc quam paro. Eadem methodo eademque facilitate defungemur, atque illa in superiori dissertatione ad argumentum, quod ex *Menasse B. Israel* nobis objiciebatur. Nam 1) Auctor *Tanchuma* ipse alibi diserte & perspicue *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum* refert, ut adeo quam V. C. verbis affingit, mens ejus esse non potuerit. 2) Dictum illud Mal. III, 1. ex mente Judæorum, Veterum certe & Recentiorum, non tantum ad *Dies Messiæ* pertinet, sed etiam ad *Seculum Futurum*, quod hos sequitur. Ut adeo 3) hic rursum committatur fallacia conjunctionis diversarum hypothesium, eadem ratione atque in superioribus fieri ostendimus.

XV. Quod itaque sententiam Auctoris *Jelammedenu* attinet, sciendum est, illum sæpius universam mundi durationem in duo tempora distinguere. *Seculum Hoc & Futurum.* Ita fol. 2. editionis Veronensis, qua nos utimur, col. 4. med. ועוד לסה״ק נברא בבי״ת ללמד לבריות שהן שני עולמות העולם הזה והעולם הבא מי שעסק בטובה בעולם הזה״ טובה ויאכל בזה״ ובבא הצדוקין כופרין ואומרין כלה ענן וילך כן יורד שאול לא יעלה: *Porro vero, quare* (Mundus) *creatus est per literam Beth? ut discant homines, duos mun-*

*mundos esse, hunc & futurum, atque illum qui bono* (virtutibus) *operam dederit in hoc mundo, bono etiam* (præmio bonorum operum) *fruiturum in Seculo Futuro. Id vero Sadducæi negant, atque ut nubes, inquiunt, consumitur & disparet, ita qui descendit in Avernum, nunquam inde gradum revocabit.* Qui locus eo facit, ut non tantum sciamus, duplex illi seculum esse, sed etiam *Futurum* illud ei esse *Seculum mercedis*, quod *Temporibus Messiæ* ex constanti præstantissimorum Doctorum sententia non convenit. Atque hinc alibi *Dies Messiæ* ad *Hoc Seculum* refert. 87. col. 2. & 3. Ubi postquam prolixe explicuerat, quamdiu Regnum seu Dies Messiæ ex singularium quorundam Doctorum sententia duraturi essent, tandem receptam Magistrorum, atque adeo vulgi, sententiam exponit: רבותינו אמרו
שני אלפים שנה שנאמר כי יום נקם בלבי שנת גאולי באה ואחר ימות
המשיח בא העולם הבא והקדוש ברוך הוא מופיע כבודו ומראה זרועו
שנא חשף יהוה את זרוע קדשו לעיני כל הגוים וראו כל אפסי ארץ את
ישועת אלהינו באותה שעה רואין ישראל את הק'בה בכבודו שנאמר
כי עין בעין יראו בשוב יי' ציון ותו' *At Magistri nostri dicunt* (Dies Messiæ duraturos) *dies mille annos, quemadmodum dicitur* (Jes. LXIII, 4.) Nam dies vindictæ apud animum meum, & annus redemtorum meorum venit. POST DIES MESSIÆ *vero* (veniet) SECULUM FUTURUM. *Et Deus O. M, gloriam suam illustrabit, & exseret brachium suum, Q. D.* (Jes. LII, 10.) denudavit Dominus sanctum suum brachium coram omnibus gentibus, omnesque fines terræ videbunt Salutem Dei nostri. *Eo tempore Israelitæ Deum* O. M. *conspicient in gloria sua, quemadmodum rursum dicitur.* (Jes. LII, 8.) Nam coram familiariter intuebuntur, quando restituerit Dominus Zionem &c. Ergo recepta inter Magistros sententia eadem erat, quæ Eliæ illius, de duobus millibus annorum Regni Messiæ, quibus elapsis demum venturum sit *Seculum* illud *Futurum*, cujus felicitatem in immediata Dei visione collocat, & ex quibusdam SS. locis probat; sed more suo & tribulium suorum, id est ita, ut loca, quæ nos Christiani vulgo ad tempora Messiæ referimus, ille de *Futuro Seculo* exponat.

XVI. Quemadmodum igitur dicta prophetarum, quæ proprie & per se ad Regnum *Diesve Messiæ* pertinent, hic loci ad Seculum Futurum rapit; ita in loco controverso pariter facit, & dictum Mal. III, 1. quod nos Christiani de Johanne Messiæ prodromo recte accipimus, ad *Futurum Seculum* transfert, ad quod Eliam Thesbiten viam muniturum Veteres pariter ac recentiores Judæi crediderunt.

XVII. Quid noster Messias de *Elia* illo docuerit, quid ejus ævo ab ipsis Pharisæis & Synedrio Hierosolymitano de eodem creditum sit, nullus equidem igno-

ignoro. Verum id non intercedit, qui minus alii eodem ſeculo, vel ſequentibus ſaltem temporibus eundem Eliam non ad *Meſſiæ adventum* ſed ad *Seculum Futurum* credere potuerint viam eſſe muniturum. Atque hujus rei certam nobis fidem faciunt ipſi Hebræi, qui adventum Meſſiæ aliquando poſt Reſurrectionem Mortuorum differunt, vel certe uſque ad illam. Notatu dignus in hanc rem locus occurrit in *Sebir Rabba*, fol. 149. 3. היה ר׳ פנחס בן יאיר אומר זריזות מביאה לידי נקיות נקיות מביאה לידי טהרה טהרה מביאה לידי קדושה קדושה מביאה לידי ענוה ענוה מביאה לידי יראת חטא יראת חטא מביאה לידי חסידות חסידות מביא לידי רוח הקודש ר״ה מביאה לידי תחיית המתים תחיית המתים מביאה לידי אליהו הנביא זכור לטוב:
„R. Phineas Jairi F. dixit: Alacritas (in exſequendis præceptis divinis) per-„ducit ad (parit) innocentiam: innocentia munditiem, mundities ſanctimo-„niam, ſanctimonia humilitatem, humilitas timorem peccati, timor peccati „pietatem, pietas ſpiritum ſanctum, ſpiritus ſanctus Reſurrectionem Mortuo-„rum, Reſurrectio denique Mortuorum, Eliam prophetam p. m.

XVIII. Eſt in hac Barajetha, ſive exotica traditione, variarum virtutum nexus quidam & gradatio, non plane abſimilis illi 2. Petr. I, 5. 6. 7. Ubi etſi longe aliæ virtutes inculcantur, tamen procedendi modus idem eſſe videtur. Nam uti R. *Phineas* a זריזות incipit, ita Apoſtolus *ἀπὸ τῆς σπουδῆς*; cum זריזות nihil aliud ſit niſi כילוי & מהירות *prompta & feſtina alacritas* atque *ſtudium* perficiendi præcepta; & quemadmodum una virtus Rabbino dicitur מביאה לידי אחרת *perducere hominem ad aliam*, ita Petrus fideles jubet *ἐπιχορηγεῖν*, *adducere*, *adjicere* aliam alii; uti Hebræi alibi dicunt מצות גוררת מצוה *præceptum trahit præceptum*, id eſt, virtus virtutem. Hic vero tandem *Spiritus Sanctus* dicitur *perducere ad Reſurrectionem Mortuorum*, hæc vero denique ad *Eliam* promiſſum Mal. IV, 5. Quæ poſtrema quomodocunque explicentur, liquet Prophetam *Eliam* referri ad Reſurrectionem Mortuorum, quæ vel initium eſt *Futuri Seculi*, vel ſaltem viam ad illam parat. Quod ſi enim verba illa ita accipiamus, ut prima fronte ſignificare videntur, certum erit Reſurrectionem Mortuorum præcedere adventum Eliæ; ut adeo hic ex R. *Phineaſi* ſententia non ſit niſi immediate venturus ad *Seculum Futurum*. Sin vero ita interpretamur, uti R. *Niſſim* facit, qui cum per *Diem illam magnam & illuſtrem* intelligit *Reſurrectionem* Mort. dicit, בשביל אותו יום הוא בא אליהו *propter illum ipſum diem venturum Eliam*; illud minimum ſequetur, quod ipſe R. *Niſſim* elicit, שתחיית המתים גורמת לאליהו הנביא שיבא *Reſurrectionem Mortuorum cauſam eſſe cur Elias debeat venire*; atque adeo Eliam venturum eſſe non in *Seculo Futuro*, ſed proxime

me ante illud, & non nisi illius gratia, ut viam paret ad *Resurrectionem Mortuorum*, quæ est ipsa porta *Seculi Futuri*.

XIX. Quacunque igitur ratione postrema illa verba accipiamus, clarum ex illis erit, Eliam venturum esse *ad* vel *propter Seculum Futurum*, non *ad Dies Messiæ* sive *horum causa*. Eodemque modo quandoque recentiores, ut alibi σὺν Θεῷ ostendemus. Quo recte observato age ad *Tanchuma* nostrum revertamur, & quæ ejus sit sententia, nisi nos omnia fallant, manifestum erit: Idque ita, ut *Diebus Messiæ* in phrasi העולם הבא seu *Seculi Futuri*, nihil sit relictum loci.

XX. Nempe comparatio ibi est, vel si forte malis, oppositio *Terræ Canaan*, in quam quondam introducendi erant Israelitæ, & *Futuri Seculi*, terræ illius viventium, uti alias Hebræi illud appellant, in quo omni Israeli sors, ceu summo & ultimo bono Israeli aliquando adhuc conferendo. Hunc loci sensum & scopum esse, quod ad prius membrum attinet, ipsi Viri Clarissimi non diffitentur: „In „hoc mundo quoniam legati mei (missi ad explorandam terram, inquiunt) fue„runt caro & sanguis, de iis decretum est, de non intrando terram.

XXI. Secundo vero etiam Legati inter se comparantur, qui olim missi fuerunt, uti Judæi credunt, mittendus, & utrorumque successus. Illi dicuntur fuisse *caro & sanguis*, phrasi ob singularem usum notanda, id est, non tantum homines, quod alias vulgo illa phrasis significat, sed etiam *corrupti*, imo maximam partem increduli, & inobedientes homines; quo significatu corruptionis incluso Apostolus etiam hac phrasi utitur, 1. Cor. XV, 50. Hic vero, Elias erit jam olim cœlo receptus & glorificatus. Cum vero illi populum ad querelas & obmurmurationem & desperationem excitarint, atque adeo in causa fuerint, cur neque ipsi neque ætas illorum in terram ingressi fuerint: Hic e contrario, quia non amplius *caro & sanguis*, corruptioni & infirmitatibus obnoxius, fideliter munere suo fungetur, & Israeli viam parabit ad *Seculum Futurum, regnum* illud *Dei* de quo Apostolus l. c. in quod *caro & sanguis* non ingredietur.

XXII. Postquam itaque sic demonstratum dedimus, R. Tanchuma *Seculum Futurum & Dies Messiæ* distinguere; & locum Malachiæ, cui procul dubio Viri Clarissimi ratiocinium suum unice superstruunt, a quibusdam Judæis de *Die Judicii & Seculo Futuro* explicari, ut nihil causæ sit cur illud de *Diebus Messiæ* accipi debeat: huic quoque objectioni abunde satisfactum esse existimamus, ut adeo nemo, nisi ipsi pertinet, nostram *pertinaciam* sit accusaturus, quando nec hoc, nec centenis aliis dictis ejusdem R. *Tanchumæ*, nos a nostra sententia patimur dimoveri.

XXIII. Pergit, tamen Vir Cl. & alterum ex *Tanchuma* locum profert, qui est fol. 9. col, 2. „Dixit Deus Sanctus Benedictus Israelis: In *Hoc Mundo* vos time-

„timetis a transgresſionibus: At in *Mundo Futuro*, quando non eſt futurus malus affectus, ſolliciti eritis ſolum de bono vobis repoſito, ſicut dicitur: poſt „hæc convertentur Filii Iſraelis, & quærent Dominum Deum ſuum, „& Davidem Regem ſuum. Hoſ. III, 5." An hæc quoque alio quam ad *Meſſiæ Dies* ſpectant? Conferri velim ex *Sepher Abhkat Rochel*, quod in *decima conſolatione* temporum, quæ *ſub Meſſia* futura ſunt, hoc quoque veluti inſigne bonum futurum prædicet: עתיד הק'בה לתסיר יצר הרע ובכל דבר רע מישראל „Ablaturus eſt Deus benedictus figmentum ma„lum, & omnem rem malam ab Iſraele. Nec abludit *Gerundenſis* ad Deut. XXX, 6.

XXIV. Quod itaque ad hunc locum attinet, eadem omnino reſponſio valet quam ad ſuperiorem dedimus. §. XIV. cum nihilo magis hunc locum contra ipſius auctoris ſententiam, alibi pluribus diſerte declaratam, explicare liceat atque illum ſuperiorem. Deinde vero Vir Cl. nobis tantum verba objicit, in quibus quidem oppoſitio eſt inter *Hoc Seculum* & *Futurum*; ſed *Futurum* illud de *Meſſiæ Temporibus* ab auctore dictum eſſe, nullus probat. Cum enim Veteres recentioresque Hebræis vere de *Diebus Meſſiæ* explicantur, de *Seculo Futuro* accipiant; nihil cauſæ eſt, cur non *hæc quoque alio quam ad Dies Meſſiæ ſpectent* etiamſi in illis verba occurrunt, quæ Chriſtiani atque alii etiam Hebræi de *Temporibus Meſſiæ* interpretantur.

XXV. Neque vero tandem collatio libri *Abbkat Rochel*, vel *Moſis Gerundenſis* Virum Cl. & vulgatam ſententiam tantillo magis juvat, cum *abolitio figmenti mali* ita propria non ſit *Temporibus Meſſiæ*, quin etiam ad *Futurum* illud *Seculum*, & quidem præcipue & in emphaſi pertineat. Adeo ut non obſtante eo, quod quidam, imo vero plerique omnes Judæi *malam concupiſcentiam* in *Regno Meſſiæ* abolitum iri credant, tamen dicta Hebræorum de *concupiſcentia in F. S. abolenda* nec poſſint nec debeant de *Diebus Meſſiæ* explicari. Cujus rei, ne longius abeamus, *Gerundenſis* a Viro Cl. laudatus, inſigne nobis exemplum præbet; qui etſi loco citato Iſraelem mala concupiſcentia in *Diebus Meſſiæ* liberandum eſſe aſſerit, tamen in Capite *Gamul* ſæpius, ſerio, & ex profeſſio *Dies Meſſiæ* a *Futuro Seculo* diſtinguit, quemadmodum proxime alia diſſertatione prolixe oſtendemus.

XXVI. Ne quis vero hanc noſtram dilationem ſecius interpretetur, atque tergiverſationem eſſe exiſtimet, *R. Becbai* audiamus *Moſi Gerundenſi* ὁμόψηφον, ad Deut. XXXI. ונראה לי מתוך לשון הכתוב שהוא רומז שיבא זמן שתשתכח התורה והוא כזמן בטול יצר הרע שהוא זמן התחייה שעתידה תורה שתתבטל באותו זמן חוץ ספורים וזהו שאמר כי לא תשכח מפי זרעו כי ידעתי את יצרו כלומר כל זמן שידעתו את יצרו והוא כשיתבטל יצרו תשכח וכן אמרו רז"ל עתידה תורה שתשתכח מישראל וזה יהיה בזמן

בזמן התחיה לא בימות המשיח וחס ושלום שהרי אמרו רז"ל אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכיות בלבד אבל קיום התורה לנו ולבנינו עד עולם כל זמן שהעולם הזה הגופני נוהג כנהוג זה אבל לתחיית המתים עתיד שישתנה לטוב וינהוג כנהוג אחר ושם אמרו שתשתכח תורה מישראל. „Videtur mihi Scriptura „ipsa phrasi innuere, venturum tempus, quo Lex oblivioni dabitur, quod est „tempus abolendi figmenti malitempus inquam Resurrectionis, quia Lex abole„bitur illo tempore, excepto festo Purim.„ *Et hoc est quod dicit* (Deut. XXXI,21.) Quoniam Lex non dabitur oblivioni ab ore seminis ejus, כי novi figmentum ejus; *id est; Quamdiu novero figmentum ejus, Unde sequitur, Quando figmentum ejus sublatum erit, etiam Legem oblivioni mandatum iri. Et sic jam olim Magistri nostri p. m. dixerunt:* Lex oblivioni dabitur ab Israële: *nempe* TEMPORE RESURRECTIONIS, *non vero in* Diebus *Messiæ, quod absit! Dixerunt enim Sapientes nostri p. m.* Non est differentia inter Hoc Seculum & Dies Messiæ, nisi quod attinet servitutem gentium tantum. „Lex autem nobis & posteris nostris pro„pria manebit, usque in seculum, omni tempore, quo hic corporalis mun„dus hoc suo more procedet: Sed in Resurrectione Mortuorum in melius „mutabitur, & alio more procedet, & tum dicunt Sapientes Nostri, Legem „oblivioni datum iri ab Israële.

XXVII. Agit hic Doctissimus interpres de Legis in hoc Seculo constantia, futuraque tandem ejus abrogatione tempore abolitionis figmenti mali. Hinc si jam aliquis concludat; Ergo Lex abolebitur in Diebus Messiæ: næ is ex Viri Cl. dialectica recte concluserit, quoniam in *Diebus Messiæ* figmentum malum abolebitur, pro eo atque auctorem libri *Abkkat Rochel* loquentem audivimus, cui Nachmanides quoque adstipulatur; At in *R. Bechai* gravissime incurret, illique è diametro adversabitur, qui illam abolitionem figmenti mali & per consequens ipsam abrogationem Legis ad *Tempus Resurrectionis* refert, nequaquam vero, quod abominatur, *ad Dies Messiæ.* Tanti sc. est *Rabbinos conferre*, & diversas sententias confundere, & quadrata miscere rotundis.

XXVIII. Sed nec alius nobis ratio deesset hanc difficultatem solvendi, si vel maxime illa *figmenti mali abolitio* ad *Dies Messiæ* pertineret, aliorum locorum hujus R. *Tanchumæ*, de eadem abolitione loquentium, collatione: sed quoniam ea primo intuitu paullo violentior videri possit, prius ea non utemur, quam clarissimis exemplis illam & facilem esse probaverimus & quandoque etiam plane necessariam.

XXIX. Sed pergamus. „Operæ pretium est (inquit Vir Cl. §. XVIII.) „iterum aliquid ex *Lightfooto* excerpere, qui in *Chronicis Temporum N. T. Sect.* „IX.

„IX. hæc habet. *De Tribus seculis loquitur R. Houna, quorum ultimum est* דורו
„של משיח ÆTAS NESSIÆ, *quæ quum venerit*, inquit, *Deus Benedictus*
„*dicit, jam mihi incumbit novam instituere creationem. Hoc tempus etiam vocant*
„עולם הבא *Seculum Futurum, propter rerum mutationem quam tunc ex-*
„*spectabant, quasi Novus Mundus creatus fuerit. Tanchum fol. 77. col. 3.*
IN SECULO FUTURO Mittam ANGELUM MEUM CITO, ET CORAM ME VIAM PARABIT. An adhuc dubitandum?

XXX. Imo vero, inquam ego, adhuc dum vel maxime. Est enim hoc argumentum tale, ut prudenti Lectori, etiam vulgatam sententiam amplexo, modo paullo attentior sit, & textum Hebræorum ipse inspiciat, faciat, facile & merito scrupulum injiciat. Quid enim est in toto hoc *Lightfooti* loco, si ipsam ejus asseverationem, qua nos quidem minime movemur, excipias, quod probet *Veteribus Hebræorum Magistris Seculum Futurum denotasse Dies Messiæ?* Certe minus nihilo. Verba *Medras Tillim* ita habent ad Ps. II, 7.

רב הונא אמר שלשה חלקים נחלקו היסורין אחת נטלו
אבות העולם וכל הדורות ואחת דורו של שמד ואחת דורו של
משיח וכד תיתי שעתיה אומר הקב״ה עלי לבראתו בריה חדשה
וכן הוא אומר אני היום ילדתיך הוא שעתא בריה ליה
וגו' „Rabh Houna dixit: In tres partes sunt divisæ castigationes. Unam „sustinuerunt Patriarchæ & reliquæ omnes hominum ætates; alteram ætas „persecutionis: tertiam denique Ætas Messiæ. Postquam autem venerit „hora ejus, Deus O. M. dicet: Meum est creare illum creaturam novam. „Sic enim dicit: Ego hodie genui te. Hoc momento illum sibi creat„ Quid ergo nunc quisquam hinc eliciat, ubi neque *Seculi Futuri* neque *Dierum Messiæ* mentio occurrit? דורו של משיח, ÆTAS MESSIÆ, quod Vir Cl. tanquam mira & singularis in eo emphasis lateret, majusculis etiam literis expressit, uti alibi passim, ita hic quoque non tempus significat, sed homines Messiæ coævos. Neque vero hic, uti Cl. Lightfootus existimavit atque reddidit, de aliarum rerum *nova creatione* agitur, sed de ipso Messia definito tempore creando: ne quis forte existimet ex aliqua rerum innovatione vel creatione *novum* idque *Futurum Seculum* hic concludi posse. De verbis *R. Tanchumæ* jam modo vidimus.

XXXI. Sed pergamus cum Viro Cl. ad §. XIX.

„Certe dubitationem omnem cedere oportet iis, quæ Coccejus annota-„vit ad inscriptionem Psalmi XCII. *Dies Sabbathi*, inquit, *intelligi potest tem-* „*pus Novi Testamenti, in quo gratia & veritas Dei per Christum repræsentatur, ablato* „*jugo servitutis Legalis.* Sic Hebr. IV, 9. Σαββατισμὸς. *Et sic Rabbini Veteres*
„*puta-*

שהוא על העתיד לבוא לעולם שכולו שבת ומנוחה „*putaverunt*
והם ימי המשיח „ *Quod hic Psalmus pertineat ad futurum tempus, seculum*
„*quod totum Sabbatum est & quies:* & HI SUNT DIES MESSIÆ.

XXXII. Illud vero, fateor, speciosissimum argumentum est, & primo intuitu irrefragabile & prorsus *invictum* videri possit; quo nullum aliud evidentius neque desiderari, neque, credo, etiam dari queat. Hic enim ipsi *Veteres* uti celeberrimus Interpres existimat atque asserit, nulla circuitione usi rem ipsam dicunt, & quando de *Futuro Seculo* agunt, de quo nemo Hebraice doctus dubitare queat, illud eodem halitu de *Diebus Messiæ* explicant; והם ימי המשיח. *Et hi*, inquiunt, *sunt Dies Messiæ*.

XXXIII. Ubinam vero locorum *Veteres Rabbini sic putarint?* Cel *Coccejus* locum nullum notavit, neque vero Vir Cl. illum, credo, sibi investigandum putavit; & certus sum, etsi, non dicam omnem lapidem movisset, sed quicquid usquam *Veterum* est librorum evolvisset, tamen hanc gemmam nusquam inventurum fuisse. Miram vero illam audaciam nostram! qua ipsa quoque integerrimi Viri fides a nobis videri queat in dubium vocari. Sed cave, Lector eo verba nostra rapias, quo optimum Virum tantæ fraudis insimulemus. Novimus unde verba illa descripserit, & fide illum agere ut quisquam, optima. Decide docuit, eoque facilius, quo magis illa verba ipsius & receptæ hypothesi favebant; at fictis verbis lectori suo, nunquam, scio, imponere voluit.

XXXIV. Nimirum verba illa *R. Davidis Kimchii* sunt, vel potius esse videntur, pro eo atque nunc quidem in commentario ejus ad Psal. XCII. leguntur, unde Vir. Cel. illa commentarium optima fide transtulit. Cur vero postrema illa והם ימי המשיח *Et hi sunt Dies Messiæ*, non ipsius *Kimchii*, sed interpolatoris alicujus esse putamus quæ nobis, eæque, uti quidem arbitramur, validissimæ sunt rationes; quas simul exposuerimus, tum vero Lector noster judicet, genuina illa *Kimchii* & *Veterum* verba sunt, an a sciolo quodam Christiano, qui sua & totius Christianismi interesse putavit ita legi, pia fraude, sed pessimo exemplo, in textum *Kimchii* infarta.

XXXV. Prima ratio nobis ex ipsius *Kimchii* hypothesi nascitur. Cum enim ille totus a *Maimonide* steterit, quemadmodum ex Epistolis ejus Apologeticis, pro *Maimonide* ad Synagogas Arragoniæ scriptis liquet; & inter alias *Maimonide* sententias illam inprimis sit amplexus de *Seculo Futuro Animarum*, in quo nullus corporibus & actionibus corporeis relictus sit locus; quemadmodum ex commentariis ejus abunde patet, & nos alibi probatum dabimus: quis credat, *Kimchium* adeo sui ipsius oblitum fuisse, ut hic verba Veterum addu-

adducere voluerit, quæ ipsiusmet hypothesi ita e diametro adversabantur? nedum ipse verba Veterum in hunc sensum explicare.

XXXVI. Sed quid illum ita scribere noluisse dicimus, cum ne potuerit quidem, nullis Veterum, neque recentiorum, quæ nobis secunda ratio est postrema illa verba νοθείας accusandi & convincendi, ita loquentibus? Tribus distinctis vicibus, quantum hactenus observare potuimus illud Psal. XCII, 1. ליום השבת *in diem Sabbathi*, in Talmude de *Futuro Seculo* explicatur, sed semper absque glossa ista *Dierum Messiæ*. Ita Codice *Rosch Hasschana* fol. 31. 1. בשביעי היו אומרים מזמור שיר ליום השבת ליום שכולו שבת *Die septimo dixerunt* (in liturgia templi, Psalm XCII.) Psalmus Cantici in die Sabbathi, *in die qui totus Sabbathum.* Et Cod. *Sanhedrin* fol. 97. 1. lin. penult. ואומר מזמור שיר ליום השבת ליום שכולו שבת *Et dicit:* Psalmus cantici in die Sabbathi, *in die qui totus Sabbathum.* Videatur Editio Talmudis Amstelodamensis. Sed pleniorem explicationem Codex *Tamid* nobis exhibet, in quo de quotidianis sacris & liturgia templi ex professo agitur, capite ultimo, fine, ubi ita legimus: ליום שכולו שבת ומנוחה לחיי העולם הבא *In die qui totus Sabbathum est, & quies in vita* (vel *ad vitam*) *Seculi Futuri.* Hæc constans omnium codicum, quotquot nobis quidem videre contigit, lectio, absque illo assumento, *Et hi sunt Dies Messiæ.* Vide præter editionem Talmudis modo allegatam, Misnam cum comment. Bartenorii Kracoviæ, an. 1643. & Amstelodami 1686. Misnam Jac. Jehudæ Leon, cum punctis Amst. 16... Livornæ 1656. aliasque. In quibus omnibus cum unanimi consensu postrema illa verba, quæ hactenus Christianis nostris fraudem fecerunt, non compareant; quotusquisque non perspiciat atque intelligat, illa in *Kimchii* commentario, non ab ipso *Kimchio*, qui ita nusquam legere potuit, sed ab aliena, at parum fida manu esse? Et cum in quibusdam illarum editionum Codicis *Tamid* bis varia lectio notata occurrat, dum alii Codices legunt, uti nos jam allegavimus, ליום שכולו שבת, *in die qui totus est Sabbathum;* alii vero, uti *Kimchius* olim legit, לעולם *in Seculo:* & rursum alii לחיי *in* vel *ad vitam*, alii לחי *Vitæ*, vel etiam *Vivo:* tamen *Dierum Messiæ* nec vola nec vestigium occurrit.

XXXVII. Si cui vero hæc *Misnæ Gemaraque* auctoritas nondum sufficere videatur falsi convincendæ illi lectioni, quæ nunc apud *Kimchium* occurrit; non desunt alii magno numero Rabbini Veteres Recentioresque, quorum nemo, quod quidem meminisse queamus, illud assumentum de *Diebus Messiæ* agnoscit. Atque ecce tibi ex Veteribus compilatorem antiquissimi commentarii *Medras Tillim* dicti, qui fol. 41. col. 1. fine, Deum ipsum, variis

 exem-

exemplis numeri ſeptenarii ſanctitatem & excellentiam laudantem, in hunc modum introducit: שבעה עולמות בראתי ומכולם לא בחרתי אלא שביעי ששה לצאת ולבא ואחת שכולו שבת ומנוחה לחיי העולם *Septem secula creavi, ſed ex omnibus illis non elegi niſi ſeptimum: Sex ad exeundum & ingrediendum*, (id eſt, credo, ut homines in illis verſentur, vel ut Guilh. Henr. Vorſtius in *Pirke Elieſeris* explicat, mortis & nativitatis) *unum vero qui totus ſit Sabbathum & quies in vitam Seculi.* Huic addas licet *Pirke R. Eliezeris*, ubi eadem plane verba occurrunt, ſed hiſtorice ab illo Magiſtro relata, ſub finem Cap. XVII. & Cap. XIX. non procul a principio, ubi hæc habet interprete eodem Vorſtio: „R. Iſmael inquit: aſſerunt hunc fuiſſe „Pſalmum primi hominis, ſed illum oblivioni fuiſſe traditum ab omnibus „ætatibus, donec venit Moſes, atque illum renovavit (vel in memoriam „revocavit) ſicuti dicitur:„ Pſalmus Cantici ad diem Sabbathi; „ad diem „qui totus eſt Sabbaticus & quies in vita Seculi Futuri.„

XXXVIII. Sed & recentiores conſulamus, quo pacto illi variis ſeculis legerint: Quorum quidam præterea etiam id commodi nobis afferent, ut illud Seculum in eum, quem nos volumus, ſenſum explicent, & a *Diebus Meſſiæ* diſerte & ex profeſſo diſtinguant. Sic ergo R. *Becbai*, in Leg. f. 149. 1. pr. ועל דרך הקבלה ושבתה הארץ שבת ליי׳ כנגד וחד חריב שהוא כולו שבת ומנוחה לחיי העולמים והוא העולם הבא שאחר התחייה *Et ſecundum Cabbalam illud*, Et quieſcet terra Sabbathum domino, *reſpondet illi*, (*R. Ketinæ* dicto, ) Et uno vaſtabitur, *quod totum eſt & quies in vita Seculorum; & hoc eſt Seculum* Futurum, *quod eſt poſt Reſurrectionem mortuorum.* Et fol. 10. 2. pr. יום שביעי כנגד האלף השביעי שכולו שבת ומנוחה לחי עולמים והוא אחר ימות המשיח ותחיית המתים ובני תחיית המתים יזכו אליו ויתענגו בגוף ובנפש תענוג שאין לו סוף „Dies ſeptimus reſpondet millenario ſeptimo, qui totus Sabbathum eſt & re„quies in vita ſeculorum; Is autem eſt poſt Dies Meſſiæ & Reſurrectionem „Mortuorum obtinebunt illum & oblectabantur in illo corpore pariter atque „animo voluptatibus infinitis.„ Tantum abeſt, ut hic noſter *Becbai* lectionem illam, quæ in *Kimchio* occurrit, ullatenus agnoſcat; ut è contrario illud Sabbathum demum poſt D. M. & R. M. initium habiturum dicat, cujus non niſi *οἱ υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν ἀξιωθήσονται*, beatitudine eorum in omnem æternitatem duratura.

XXXIX. Eodem modo R. *Menachem Ricanatenſis*, ad hoc Veterum dictum reſpiciens, fol. 15. 1. ע״א רומז למאמר רז״ל שיתא אלפי שני הוי

הוי עלמא וחד חריב כי הוא יום מנוחה לחיי העולמים *Secundum aliam interpretationem, innuit dictum illud Magistrorum nostrorum p. m. Sex millibus annorum durabit mundus, & uno vastabitur: quia ille est dies quietis in vita aeterna.* Rursum fol. 158. 2. m. כמו ששנינו במזמור שיר ליום השבת מזמור שיר לעתיד לבא ליום שכולו שבת שהוא מנוחה לחיי העולמים Et ibid. col. 3. f. כי הוא יום שבת ומנוחה לחיי העולמים In quibus omnibus locis R. Menachem ex professo agit de *Seculo Futuro*, seculo illo beatitudinis æternæ, quod die septimo & anno intermissionis præfiguratum docet.

XL. Sed quid attinet omnia ad verbum descripta huc transferre? Videat Lector, si lubet, porro R. *Asariam de Rubeis*, in *Meor Enajim*, fol. 44. 1. m. *Nachmanidem*, Capite *Gamul*, fol. 21. 2. p. *Matteh Mosche*, fol. 79. 1. m. quorum nemo est, qui vel verbulum de diebus Messiæ legerit, vel, credo, etiam somniarit.

XLI. His itaque omnibus rite perpensis, statuat Lector, utrum locus ille ex *Kimchio* tanquam veteribus productus, talis sit, *cui omnem dubitationem cedere oporteat*; an potius gravissimam suspicionem injicere debeat de Monachorum audacia, qui nihil intentatum, nihil incorruptum relinquunt, quod ipsorum hypothesibus defendendis ulla ratione favere videatur. Quicquid certe sit, illud, spero, nemo amplius negare poterit, locum illum Kimchianum fœde esse contaminatum, & vel hinc cuivis prudenti constare posse, quibus artibus *Futurum* illud *Seculum Messiæ* a *Raimundo* cœptum, ab aliis porro sit promotum.

XLII. Sequitur *insignis locus in Babba Bathra Cap. V. ubi narratur fabula de Leviathane a Judæis tempore Messiæ epulando*, & quidem לעתיד לבא, i. e. ut Vir Cl. vertit & explicat, *in Futuro Seculo*. Sed quoniam argumentum illud de phrasi לעתיד לבא multo prolixius est, quam ut hac dissertatione absolvere queamus, cum complures præstantissimi Philologi in partes vocandi sint, illud in sequentem dissertationem rejiciemus, quam illi soli impendemus, ut ostendamus quoties in hac phrasi exponenda etiam a summis viris sit erratum.

XLIII. Thesi XXI. Vir Cl. ex *Rabboth*, antiquissimo commentario allegorico, argumentum producit, in quo cum diversis locis de Lege agitur, altero *Lex Seculi Futuri* occurrit, altero vero *Lex Messiæ*; unde adeo concludi posse videtur, *Seculum Messiæ*; idem esse ac *Futurum*. Sed verba ipsa audiamus; „Neque omittendum videtur, quod ex *Midras Cohelet Cap. II. citat Rai-* „*mundus Pug. fid. Part. III. Distinct. III. Cap. XI. §. XII R. Hiskias dicit*; כרי

„תורה שאתה לומד בעולם הזה הבל הוא לפני התורה של עולם„
„הבא. *Omnis Lex, quam discis in Hoc Seculo, vanitas est si comparetur cum lege*
„SECULI FUTURI. Lex autem Futuri Seculi lex Messiæ est. Ita enim
„explicatur Cap. XI. 8. *Omnis Lex, quam discit homo in Hoc Seculo, vanitas est,*
„לפני תורתו של משיח *comparata cum* LEGE MESSIÆ.

XLIV. Sed quis *Raimundum* docuit, quis nobis fidem faciet, *Legem* illam *Futuri Seculi* posteriori loco explicari per *Legem Messiæ*? Quid, quæso, causæ sit, cur non ex his dictis singula seorsim consideremus & distincte, ita ut uno loco R. *Hiskias* Legis, quæ in *Futuro Seculo* obtinebit, excellentiam nobis describat, altero vero ipse *Medraschim* compilator vel suo nomine, vel de alterius sententia, illam legem laudet, quæ *Tempore Messiæ* erit? sive illa duo dicta inter se opponere velis, sive componere & alterum alteri subordinare. Quorum utrumque ex more Veterum Recentiorumque Hebræorum, & aliorum omne genus scriptorum, facere licebit. Quis enim Theologus adeo rerum Judaicarum ignarus sit, ut nesciat, quanta disputationum in *Talmude* & *Medraschim*, quanta item contradictionum sit farrago, dum illorum librorum compilatores id sibi negotii datum esse crediderunt, ut quæcunque a majoribus & præceptoribus suis unquam dicta audiverant, quantumvis dissonantia, atque adeo longas sæpe disputationes, in unum colligerent, atque inde quoddam quasi florum corpusculum facerent. Quæ si quis omnia componere velit, & unum de altero explicare, næ ille multas nobis chimæras fingere poterit, & cum unus de cepis, alter de alliis loquitur, inde insigni & novo argumentandi modo colligere cepas esse allia, nigrum esse album, & quicquid aliud absurditatum ea ratione concludi atque fingi potest.

XLV. Sed ne id quidem hic necessum est, ut duo illa dicta inter se opponamus, cum componi inter se possint & amice conspirare. Longe enim excellentius erit Legis studium, longe sublimior cognitionis gradus *Temporibus Messiæ*, quam in *Hoc Seculo* est: Sed & illum gradum, etsi excellentissimum, multis parasangis prævertet illa Dei cognitio, quæ in *Seculo Futuro* obtinebit. Id quod Veteres Hebræorum Magistri ex discrimine Psalmorum qui olim septem, octo, decemve fidibus canebantur, elicuerunt, vel eo saltem utcumque adumbratum voluerunt. Qua de re nos libro II. harum dissertationum, ἐάν περ ὁ κύριος θελήσῃ, peculiari capite agemus. Interim hoc novo argumento discere licet, quam infirmæ, imo nullæ sint illæ consequentiæ, quæ ex ejusmodi variarum sententiarum collatione ducuntur.

XLVI. Multo itaque speciosiora sunt, quæ Vir. Cl. §. XXII. ex *Talmude*, & *Targum* profert.

„At

„At quid ſequelis (inquit) utut evidentibus, pugno? Quum diſerta tam „Talmudiſtarum, quam Targumiſtarum verba habeam. Gloſſa Talmudis ad „*Sanhedrin* Cap. XI. citante *Joſepho de Voiſſin* ad *Raimundi Pugionem* pag. 356. in „hunc modum loquitur. אין להם חלק לעולם הבא היינו ליסות המשיח „NON EST IPSIS PORTIO IN SECULO FUTURO HOC EST IN „DIEBUS MESSIÆ. Targum vero ad 1. Reg. IV, 33. בעלמא הדין „ובעלמא דאתי דמשיחא *In Seculo hoc, & in* SECULO FUTURO „MESSIÆ.

XLVII. Ut vero horum prius, quod quidem omnium, quæ hactenus producta ſunt, in ſpeciem validiſſimum eſt, recte examinemus, operæ pretium erit, gloſſam hanc cum textu ſuo conjungere, & reprehendere locum, quem Vir Cl. §. XV. ex verſione *Ligtfooti* produxit, nosque hactenus conſulto prætermiſimus, ut hic illum gloſſa ſua exhiberemus. Eſt autem is Cod. *Sanh.* fol. 110. col. 2. m. ת"ר עשרת השבטים אין להם חלק לעולם הבא שנאמר ויתשם יהוה מעל אדמתם באף ובחמה ובקצף גדול ויתשם יהוה מעל אדמתם בעולם הזה וישליכם אל ארץ אחרת לעולם הבא דברי רבי ר"ש בן יהודה איש כפר עכו אמר משום ר' שמעון אם מעשיהם כהיום הזה אינן חוזרין ואם לאו חוזרין רבי אומר באים הם לעולם הבא וגו. *Tradiderunt Magiſtri: Decem tribubus non erit ſors in Seculo Futuro, Q.* D. (Deut. XIX, 27.) Et expulit eos Dominus terra ſua in ira, excandeſcentia, & furore magno. Et expulit eos terra ſua, *in Hoc Seculo;* & abjecit in terram alienam *in* Futuro *Seculo. Ita quidem Rabbi ſentit. Sed R. Simeon Judæ* F. *Acconenſis dixit nomine R.* Simeonis: *Quod ſi opera illorum ſimilia fuerint hodiernis, non redibunt; Sin vero, redibunt. R. dicit, pervenient illi ad Seculum* Futurum *&c.*

XLVIII. Atque hæc *Gemara* eſt, in quam hic commentarius legitur: ואית דמפרשי עשרת השבטים אין להם חלק לעולם הבא היינו ליסות המשיח שלא יקבלו משיח עם שהר גלויות לפי שספרו לגנות ארץ ישראל „Et ſunt qui explicent, *Decem tribubus non erit ſors in Seculo Futuro,* „id eſt in DIEBUS MESSIÆ, quod non ſint accepturi Meſſiam reliquis exſulibus, quoniam male dixerunt terræ Iſraelis?

XLIX. Hæc conjungere viſum eſt, quo liquidius Lectori noſtro de hoc loco, & noſtra ad objectionem ex eo formatam reſponſione, judicium eſſe poſſit. Primum itaque notari velim, verba citata partem eſſe capitis undecimi *Sanhedrin,* in quo ex profeſſo agitur de *Seculo Futuro,* quodque præcipua ſedes eſt famigeratiſſimæ illius controverſiæ inter duos *Moſes, Maimonis* illos & *Nachmanis* Filios, eorumque ſectatores agitatæ, quorum neuter de *Diebus Meſ-*

*siæ* per *Seculum Futurum* significatis ne quidem per somnium unquam cogitavit. In eo vero capite, primo suum universo Israeli jus asseritur in *Seculum Futurum*; inde vero, qui ejus exsortes sint futuri, enumerantur, nimirum qui vel Resurrectionem Mortuorum, vel divinam SS. originem negant, & Epicurei &c. §. 1. Tum Reges Jeroboam, Achab & Manasses; & privati, Bileam, Doeg, Achitophel & Gehasi, §. 2. Porro Ætas diluvii, & structæ turris Babylonicæ, Cives Sodomæ, & qui perierunt in deserto, §. 3. *Hos* tandem adduntur *decem tribus, quæ non sint reditura.* Ibidem. Quibus omnibus denique accedunt *Cives urbis depulsæ*, quibus pariter *Seculi* illius *Futuri* felicitas negatur §. 4. Videatur & perpendatur integrum illud caput, Latinitate donatum a Celeberrimo *Coccejo*, qui nullus adeo dubitavit, quin ibi de *Seculo ultimæ mercedis* agitur, ut ipse עולם הבא per *vitam æternam* vertere non vereatur.

L. Atque hæc capitis illius Analysis attento Lectori facile persuadebit, in traditione illa Magistrorum, de *Decem Tribubus Seculo Futuro excludendis*, phrasin hanc *Seculi Futuri* nihil aliud significari posse, atque in antecedentibus & sequentibus iisdem Magistris notat. Ut adeo Cl. Lightfootus frustra ex illa significationem *Dierum Messiæ* probare conetur.

LI. Sed tamen Glossa diserte dicit, *Esse qui istic loci Seculum Futurum explicent per Dies Messiæ.* Ego vero fateor, sed ita, ut nobis non multum obesse queat. Nam primo, dum commentator dicit alios esse, qui hic loci *Seculum Futurum* ita accipiant; satis aperte ostendit, se ipsum in alia sententia esse, & novam prorsusque insolitam esse hanc explicationem, quemadmodum ex ipso etiam fine hujus glossæ liquere videtur, ubi ait, ובן לשון תוספתא ולא שמעתי עד *atque hæc verba sunt Tosiphta* (vide *Buxtorfii Bibliothecam Rabbinicam* ad תוסותא) *sed alias non audivi.* Deinde hi qui ita nove & insolenter phrasin hanc accipiunt, sua auctoritate nequaquam efficere poterunt, ut *Veteribus* quoque ita significarit; cum illi acceptioni reliqui Hebræorum Doctores magno numero, & quotquot aliquo loco apud illos sunt, fere ad unum omnes contradicant. Et sane mirum sit, in tanta scriptorum multitudine ne quidem unicum esse; qui aliquando a reliquis discessionem faciat; etsi illa sua singularitate contra reliquorum consensum nihil efficere potest. Quare nos in sequentibus adhuc & alterum hisce *ὁμόψηφον* addere non verebimur.

LII. Quod ad locum Targumicum attinet 1. Reg. IV. illum jam pridem apud Doctissimum *Owenum* alicubi legisse meminimus, etsi loci jam in mentem non venit. Sed verbis ipsis inspectis, & variis editionibus collatis fraudem facile animadvertimus, adeo apertam, adeo manifestam, ut vel hoc solo exemplo Lectorem nostrum discere posse speremus, quam parum in posterum possit & debeat illis locis fidere, in quibus *Seculum Futurum* & *Dies Messiæ* per appositio-

tionem junguntur. Nimirum mera fraus est, qua quidam male feriati homines, qui edendis corrigendisve libris in Typographiis Christianorum præfuerunt, scripta Judæorum invadere & corrumpere ausi sunt, de Christo scilicet & regno ejus præclare merituri, si hoc *præsenti seculo* exclusum *futuro* transscriberent. Quod cum alii non animadverterent, corruptam editionem imitati sunt, adeo ut neque *Buxtorffius*, neque Doctissimi Angli, Bibliorum Polyglottorum editores, in Variis Lectionibus a quibusdam Codicibus vocem דאתי *futuro*, abesse notarint.

LIII. At quinam ergo, inquies, incorrupti illi Codices, qui illud דאתי non agnoscunt? Biblia Hebræa, inquam ego, cum Targumo Chaldaico, & commentariis Rabbinorum, primæ editionis Bombergianæ, Venetiis anno 1517. cujus integritatem hoc loco Kimchius confirmat, qui in adjecto commentario Paraphrasin integram commatis 33. sed sine illo glossemate, sic exhibet: וי"ת פסוק וידבר על העצים בן ואתנבי על מלכי בית דויד דעתידין למשלט בעלמא הדין ובעלמא דאתי דמשיחא „Et Jonathan „vertit versum 33. hoc modo: Et vaticinatus est de Regibus familiæ Davidi„cæ, qui regnaturi sunt in Hoc Seculo & in Seculo Messiæ. „ At in sequentibus editionibus, quæ ex ejusdem Bombergii florentissima typographia prodierunt, ut tanto, credo, auctiores & mendaciores essent, adjecta est unica vocula, דאתי, ut esset unde *Galatini* explicatio *Seculi Futuri* per *Dies Messiæ* adstrui posset; quæ adeo *Owino*, circa omnem controversiam doctissimo viro, & Patriæ suæ atque Ecclesiæ decori, tantam fraudem fecit.

LIV. Sed parum erat *Paraphraseos* textum corrupisse, nisi etiam *Kimchii* commentario vim facerent, eumque misere mutilarent, quoniam ille in eadem pagina additus, correctores illos, an corruptores? illico falsi reos acturus erat. Ergo ultima illa verba, quæ in Kimchio intaminata erant, exsulare jusserunt, substitutis in eorum locum hisce verbis: וגו' כבעמוד *Et cætera, quemadmodum in columna.* Quam editionem deinde Cl. Buxtorffius, excepto quod punctationem Paraphraseos & Masoram plurimis locis correxit, tum religiose secutus est, ut eundem etiam numerum paginarum & versuum in singulis paginis servarit.

LV. Sed quis nunc adeo obesæ naris sit, cui fraus illa, per illud, *Et cætera, quemadmodum in columna,* Kimchio pariter ac Lectoribus facta, nunc non suboleat? *Paraphrasin* illi uno & pluribus verbis ornare, *Kimchii* commentarium mutilare potuerint; sed nec mihi, nec, scio, ulli alii rerum Judaicarum paullo peritiori persuadere poterunt, Kimchium loco Paraphraseos Chaldaicæ nobis illud ET CÆTERA adscripsisse, nosque ad *Columnam* ablegasse, quasi scilicet, eadem ratione atque nunc Biblia cum Targum excuduntur, ille eadem primo per

per columna descripsisset, atque illis ad marginem & inferius suas notas adjecisset, ut, si quando Paraphrasin Chaldæam laudare vellet, rem compendifacere posset, & dicere, *Quemadmodum in columna.* Longe alia olim Targum scribendi ratio fuit, eadem nempe, quæ legendi, ut singulis versibus sua interpretatio subjiceretur; nequaquam vero ut per columnas disponerentur.

LVI. Si quis vero quærat, quem hujus corruptionis auctorem, aut quid illi causæ fuisse existimem hæc loca ita data opera contaminandi: lubens equidem fatebor, me, dum rem ipsam sciam, atque aliis, qui saltem oculos in fronte habent, demonstrare possim, priorem æquo animo ignorare, de posteriori non nisi levem conjecturam habere.

LVII. Nempe cum olim *Raimundus*, & ex illo *Galatinus*, contra Judæos disputantes de nova Lege Messiæ veteri Mosaicæ surroganda, id ex ipsis Hebræis probatum irent; loca protulerunt, in quibus de *Lege* agebatur *Seculi Futuri*, quam contendebant esse ipsius Messiæ, hoc præcipue argumento usi, quod *Seculum Futurum* apud Veteres Hebræos cum alibi, tum istis in locis, significaret *Dies Messiæ*. Cum itaque hac de re vel ipsi Galatino, vel aliis, qui librum ejus legerant, controversia aborta esset cum Judæis, quod facile est suspicari; Judæi negaverint, quod de *Lege Seculi Futuri* a Magistris dicitur, ad *Messiæ Tempora* pertinere. Id vero cum aliis disertis Hebræorum dictis probari posse fidei Christianæ interesse videretur, neque tamen talia in promtu essent; a disputatoribus illis, quicunque fuerint, id operam datum esse existimo, ut quoquo modo inventa darentur. Cum igitur talia loca occurrerent, quæ leve unius atque alterius voculæ additione in hunc sensum torqueri possent, arrepta est occasio, & in editiones, quæ in officinis Christianorum accurabantur, in textum infarta sint, quæ Christianis contra Judæos disputantibus usui esse possent.

LVIII. Hæc nostra de præsenti loco, ejusque corrumpendi causa conjectura est, cui quisque tribuat quantum volet; Locum corruptum esse nobis certo certius est, neque quisquam, qui primam editionem sequentibus attente & cum judicio contulerit, poterit negere. Si quis vero istud ab illorum hominum candore alienius esse existimet, velim secum repetat, quot *piæ fraudes* jam olim a Christianis adversus gentiles disputantibus adhibitæ sint, & quid superirio seculo Monachi & Jesuitæ cum in Masoram, tum in ipsum textum Hebræum pro re Christiana vel Romana sibi licere putarint; qua de re inter alios videri potest Cl. *Altingius* in Dissertatione de *Integritate vocis* כארי Psal. XXII, 17. §. LXIII. & sequentibus.

LIX. Tandem denique Vir Cl. etiam nostris nos armis aggreditur, & dictum, quo nos aliquando ad nostræ sententiæ confirmationem, in nos retorquet, §. XXIII.

Non

„Non ignoro equidem decantatum illud *R. Samuelis* dictum, quod ſæpius „in Talmude repetitur: אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שעבוד מלכיות „*Nihil intereſt inter hunc mundum & Dies Meſſiæ, niſi ſub-* „*jectio Regnorum.* Cæterum & id Dies Meſſiæ ab hoc mundo diſcriminat, no- „vumque nobis ſuggerit argumentum, tantum abeſt, ut aliter ſentientibus „faveat.

LX. Nempe ita ſemper exiſtimavimus, *Samuelem* antiquiſſimum Docto-rem & ſumma auctoritate virum, his verbis *Dies Meſſiæ* diſerte ad *Hoc Seculum* referre, a quo non niſi hoc uno differunt, quod tum liberi erunt ab illo, quo nunc premuntur, regem gentilium jugo, quibus illo tempore viciſſim domi-nabuntur. Unde adeo argumento huic enucleando peculiare caput deſtina-vimus. Sed Vir Cl. ſuæ ſententiæ præſidium in hoc dicto invenit; tantum abeſt, ut nobis videri queat favere.

LXI. Verum, ut diximus, alibi de hoc dicto ex profeſſo agemus. Ut ta-men Lector noſter interea arbitrari poſſit, utri noſtrum *Samuel* ille magis faveat, & *Dies Meſſiæ* ad *Hunc Mundum* referat, an ab illo diſcriminet; hæc *R. Moſis Maimonidæ* verba perpendat, ex *Hilchoth Theſchubba*, Cap. IX. in fine; וסוף כל השכר כולו והטובה האחרונה שאין לה הפסק וגרעון הוא חיי העולם הבא אבל ימות המשיח הוא העולם הזה ועולם כמנהגו הולך אלא שהמלכות תחזור לישראל וכבר אמרו חכמים הראשונים אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכויות בלבד *Extremum omnis mercedis & bonum ultimum, cujus neque finis eſt neque imminutio, eſt vita Seculi Futuri. At* DIES MESSIÆ SUNT HOC SECULUM: *& mun-dus more ſuo procedit, niſi quod regnum redibit ad Iſraelem. Et dixerunt jam olim primi ſapientes:* NON EST DIFFERENTIA INTER HOC SECULUM & DIES MESSIÆ, NISI SOLA SERVITUS REGNORUM. Hæc quisquis modo attente legerit, tam manifeſta eſſe agnoſcet, ut a nobis ulteriorem expli-cationem minime ſit deſideraturus,

LXII. Addatur huic & הרשב״א ſive R. *Salomo Ben Addereth*, laudatus R. *Jehuda Leoni Bezaleelis* F. in *Tiphereth Iſrael* fol. 47. 1. הרשב״א ז״ל פירש מה שאמר מצוות בטילות לעתיד לבא היינו אחר התחיה מיד בעולם הנשמות והטעם כמו שמפרש שם כיון שמת האדם נעשה חפשי מן המצוות ומה שאמרו בע״א בפסוק היום לעשותן ולא למחר לעשותן היום לעשותן ולא היום ליטול שכרן כלל זה הוא בעולם הנשמות אבל לא בזמן התחייה וכל שכן לימות משיחנו שהרי אמרו אין בין העולם הזה לימות משיחנו אלא שיעבוד מלכויות בלבד ואיך

ואף ס״ד שיהיו המצוות בטלים לימות משיחנו כך כתב הרשב״א ז״ל:
*Et R. S. B. A. p. m. id quod dicitur*, Præcepta cessabunt, (*vel* adolebuntur) tempore futuro, *illico post mortem in Seculo Animarum futurum ait; Et ratio est, quemadmodum l. c. explicat, quia postquam homo mortuus est, liber factus est a præceptis* (ἐλεύθερος ἀπὸ τοῦ νόμου, Rom. VII, 3.) *Quod autem in Codice de* Idololatria *dicitur ad versum* Deut. VII, 11. *Hodie, ut facias illa, & non cras, ut facias illa: Hodie, ut facias illa, & non hodie, ut mercedem reportes; id omne de Seculo Animarum intelligendum est, non vero de tempore Resurrectionis, multoque minus de Diebus Messiæ nostri, Dixerunt enim: Nihil interest inter Hoc Seculum & Dies Messiæ nostri, nisi tantum servitus gentium: Quo pacto ergo tibi in mentem veniat cogitare, præcepta abolitum iri Tempore Messiæ nostri: Ita R. S. B. A. p. m scriptum reliquit.* Quæ verba quisquis rursus leviter consideraverit, etiam nobis tacentibus facile intelliget, quid *R. Salomo B. Addereth* ex illo *Samuelis* concludendum esse putarit, & quod ipse inde probarit.

LXIII. Atque hæc ea sunt, quæ Vir Cl. ad receptæ sententiæ confirmationem collegit. Quibus equidem haud satis scio, an nunc addere licet aliud, quo Vir Cl. olim usus est, ceu *evidentissimo*, sed nunc procul dubio consulto abstinuit, postquam illius imbecillitatem animadvertit. Sed neque Lectori injucundum, neque abs re nostra fore arbitramur, si illud reprehenderimus; si forte aliis etiam aliquid præsidii in illo pro vulgata sententia situm esse videatur.

LXIV. Erat autem argumentum illud petitum *ex oratione a Viris Synagogæ Magnæ composita* Verba hæc sunt: אין ערוך י״י אלהינו בעולם הזה אין זולתך מלכנו לחיי הע״הב אפס בלתך גואלנו לימות המשיח ומי דומה לך מושיענו לתחיית המתים „Nulla est proportio tecum IN HOC MUNDO, Domine Deus „noster; neque præter te rex noster est in VITA FUTURI SECULI; neque „præter te ullus erit redemptor noster in DIEBUS MESSIÆ; neque tibi simi„lis est Salvator noster in RESURRECTIONE MORTUORUM. *Ad quæ Vir* „*Cl. sic olim commentabatur:* Totius universi duratio in SECULUM HOC & „FUTURUM dispescitur; FUTURUM rursus subviditur in vitam, ut videtur, „ANIMARUM, DIES MESSIÆ & RESURRECTIONEM MORTUORUM.

LXV. Quod si vero R. *Joseph Albo* consulamus, ex quo hæc verba a *Manasse Ben Israel*, & Viro Cl. producuntur, is multo aliter illa explicat. *Ikkarim* Lib. IV. fine cap. 31. ואמר אין ערוך לך י״י אלהינו בעולם הזה אין זולתך מלכנו להיי הע״הב ואלו הב׳ זמנים הכוללים לקבול השכר ואחר כך פירש מבהר השכר שבעולם הזה שהזכיר ראשונה ואמר אפס בלתך גואלנו לימות המשיח ואחר כך מבהר השכר שבעולם הבא אחר המות שהוא.

שהוא בתחיית המתים „Et dicit; Non est, qui tecum comparari queat. D.
„D. N. in HOC SECULO; Neque præter te, Rex noster, in vita SECULI
„FUTURI; Et hæc sunt duo illa tempora, quæ (omnem) mercedis acceptio-
„nem complectuntur. Inde vero porro distincte explicat præcipuam mer-
„cedem, quæ in HOC SECULO (obtingit) quam primo loco memorat, Et
„non est, inquit, præter te redemtor noster IN DIEBUS MESSIÆ. Et tan-
„dem denique præcipuam mercedem, quæ in Futuro Seculo post mortem
„(eveniet,) & hæc est Resurrectio Mortuorum." Tametsi ergo *Dies Messiæ* in illa formula *Huic Seculo* opponi videntur, minime tamen inde sequitur, ideo illos ad *Futurum* pertinere. Sed observabit id Lector noster, quemadmodum *Dies Messiæ* a *Præsenti Seculo* distinguantur, nempe ut pars extrema atque eximia a toto suo, vel a reliquis partibus ignobilioribus. Id quod recte observatum ad sequentium intelligentiam, non parum momenti afferet; quemadmodum etiam superioribus quibusdam robur addit.

# HERMANNI WITSII
## DISSERTATIO
# DE SECULO HOC ET FUTURO.

I. *Dissertationis momentum.* II. *Argumentum.* III. *Diversu adspectu eadem res referri potest ad seculum præsens & futurum.* IV. *Mundus futurus Hebræis notat statum animarum post mortem.* V. *Ut & Paulo 1. Tim. VI, 17. 19.* VI. *Ac 2. Tim. IV, 10.* VII. *Et Eph. I, 21.* VIII. *Denique & Christo Matth. XII, 32.* IX. *Per mundum futurum Hebræi eum quoque intelligunt, qui consequetur resurrectionem mortuorum.* X. *Ut & Christus atque Apostoli.* XI. *An & dies Messiæ?* XII. *Sic Hebræos, saltem aliquos, sensisse docet Maimonides.* XIII. *R. Elias.* XIV. *Menasse Ben Israel.* XV *Veteres: in Berachot & Sanhedrin.* XVI. XVII. *Tanchuma.* XVIII. *Dicto R. Houna* XIX. *Aliorum.* XX. *Baba Batra.* XXI. *Medras Cohelet.* XXII. *Explicationibus disertissimis.* XXIII. *Nec repugnat R. Samuel.* XXIV. *Neque ii qui Messiæ dies ad hunc mundum referunt.* XXV. *Scriptores certe Regnum Messiæ novum mundum vocat.* XXVI. *Ouvreni insignis commentarius in 2. Petr. III, 5 13.* XXVII. *Novi istius mundi periodus prima.* XXVIII. *Secunda.* XXIX. *Tertia.* XXX. *Extrema horum dierum.* XXXI. *Finis stati tem-*

*temporis.* XXXII. *Consummatio seculorum finem Mosaicæ oeconomiæ notant.* XXXIII. *Orbis Habitabilis futurus, est Ecclesia Testamenti Novi.* XXXIV. *Quæ & οἰκουμένη merito vocatur.* XXXV. *Et futura dicitur.* XXXVI. *Et Christo non Angelis subjecta est.*

§. I.

FRequens admodum tam in arcanis divinarum Literarum oraculis, quam in Commentariis Hebræorum, distinctio est τῦ αἰῶνος τῦ νῦν καὶ τῦ μέλλοντος, העולם הזה ועולם הבא, SECULI sive MUNDI PRÆSENTIS & FUTURI. Cujus locutionis genuina explicatio quum plurimum locis multis Scripturarum testimoniis fœnerare queat, rem non ingratam secretioris sapientiæ canditatis arbitror, si de ea anquisitius paullo diligentius disseram.

II. Summam eorum quæ dicenda habeo compendio complexus est *Drusius*: dum ad Matth. XII, 32. in hæc verba commentatur: *Triplex est seculum futurum, ut annotavit Don Isahac Abarbenel, in libro qui* Possessio Patrum *inscribitur. Primum est* SECULUM MESSIÆ. *Secundum* POST HANC VITAM. *Tertium* POST RESURRECTIONEM MORTUORUM.

III. Ita autem putanda semper temporum momenta sunt, ut cum initio seculi quod futurum dicitur finire censeatur id seculum præsens quod ejusdem significationis adspectu ei respondet. Verbi gratia, quum seculum futurum dies Messiæ notat, præsens seculum vocatur, quod currit usque ad manifestationem regni ejus. Quando autem per futurum seculum intelligitur conditio animarum separatarum post hanc vitam, seculum præsens respectu uniuscujusque hominis fluit usque ad vitæ hujus animalis terminum. Quoties denique futuro seculo designatur status tam hominum quam totius universi post mortuorum resurrectionem; præsenti seculo comprehenditur quicquid ævi ad universalem omnium rerum innovationem fluet. Unde patet, diverso adspectu, sine contradictione ulla, unam eademque rem & ad præsens & ad futurum seculum referre posse: ne tamen calculi turbentur, ei qui accurationi studet attendendum semper esse ad præsentis seculi cum futuro contentionem, servata ejusdem significationis analogia. Sed singulæ nobis significationem declarandæ ac confirmandæ sunt, eo ordine ut a clarioribus magisque confessis orsa est oratio, in ea quæ magis controversiæ mentis sunt delinat.

IV. Primo ergo per *mundum futurum* intellexerunt Hebræorum Sapientes *statum animarum post mortem*. Id voluit T*anchuma folio* 52. עה״ב לאחר שיצא האדם מן העולם הזה *Mundus futurus est, quam exiit homo ex hoc mundo.* Multisque rationibus *Moses Maimonius* adversus *Mosen Gerundensem* pugnat, mundum futurum illum esse in quem quisque post mortem recipitur, non sane quoad corpus.

sed

sed quoad animam. Ita enim ait, *Halachot Teschuba*. Cap. VIII. העולם הבא אין לו גוף וגויה אלא נפשות צדיקים בלבד בלא גוף. *In mundo futuro non est corpus aut corporale quid, sed tantum anima justorum a corpore separata.* Kimchius pariter *ad* 1. Sam. XXV, 29. *Juxta sententiam Jonathanis haec est loci interpretatio:* נפש אדני צרורה בצרור החיים לעולם הבא *anima Domini mei ligata erit in fasciculo viventium, in futuro seculo.* Eodem facit illud ex *Zohar in Genes* fol. 5 col. 2. *Dies sabbati quid est?* דוגמת ארץ החיים שהוא עולם הבא עולם הנשמות עולם הנחמות. *Figura terrae viventium, qui est mundus futurus, mundus animarum, mundus consolationum.* Supervacaneae diligentiae esset in re clara operam abuti.

V, In eandem mentem Paulum scripsisse opinor 1. Tim. VI, 17. 19. *τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε Divitibus in* SECULO HOC *denuncia, ne magnis animis sint, &c. reponentes sibi fundamentum bonum εἰς τὸ μέλλον, in* FUTURUM, *ut occupent vitam aeternam.* Cum quo Pauli dicto conferri potest haud inelegans fabella, quae exstat in *Midras Ruth* fol. 42. col. 2. Summa huc redit. Ex binis qui in hoc mundo scelerose atque impie vixerant; alter resipiscens in futuro mundo accensebatur coetibus justorum; alter impiorum. Huic autem de sorte sua querulanti, quum iisdem se pariter criminibus obstrinxissent, responsum est: *alterum ante mortem resipuisse.* Cui ille, *finite me, ut ego quoque eam & resipiscam.* Iterum autem responsum: „Stultissime hominum, nonne nosti „hunc mundum (id est, mundum animarum in quem transierat) similem esse „sabbato, (quo ex Hebraeorum sententia cibos parare licuit) mundum autem „ex quo venisti similem esse vesperiis Sabbati? Si homo non parat in vesperiis „sabbati, quid comedet Sabbato? Praeterea mundus hic similis est mari; mun„dus autem ex quo venisti similis est aridae. Si quis non parat in arida, quid „comedet in mari? Adhaec, mundus hic similis est deserto; & mundus ex quo „venisti similis est terrae habitabili. Si quis non parat in terra habitabili, quid „comedet in deserto?

VI. Eodem retulerim 2. Tim. IV, 10. *Demas me deseruit, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα; dilecto* PRAESENTI SECULO, id est, vita animali: ita nimirum, ut pericula & incommoda metuens, ad tempus vitae suae consuluerit. Recte *Hesychius*: *Αἰών, ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος.* Quod confirmari potest ex Marc. IV, 19. col. cum Luc. VIII, 14.

VII. Et quidni eundem sensum interpretemur, quod Eph. I, 21. Christum evectum legimus „longe supra omne imperium ac potestatem, & poten„tiam, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in HOC „SECULO, verum etiam in FUTURO. Quasi dicat Apostolus: Christum multo sublimiorem omnibus Angelis esse, quibuscunque etiam titulorum emi-

nentiis gaudeant: & si quæ sint adhuc illis nominibus augustiora Angelorum vocabula, quæ illis adsociati in futuro demum noscemus seculo; iis quoque Christum imperitare. Nisi quis cum Celeberrimo *Coccejo* per *hoc seculum, Vetus Testamentum* intelligere malit, ubi magnum nomen est *Angeli*, *Prophetæ Mosis*, *Pontificis Maximi*: per *seculum futurum*, *Testamentum Novum* & regnum gloriæ, ubi maxime demonstratum est Christi *διαφορώτερον ὄνομα*. Sed de ea significatione mox.

VIII. Fortasse etiam ex prima hac interpretatione lux aliqua affulgere potest famoso illi Christi dicto Matth. XII, 32. *Non remittetur neque in* HOC SECULO *neque* IN FUTURO. Etiamsi enim præeunte D. Marco Cap. III, 29. secure illud interpretari queamus, *non habet remissionem in æternum:* non tamen contemnenda Grotii aliorumque observatio est. Videri Christum de industria utrumque seculum nominasse: ut Judæis auferret eam qua sibi blandiebantur adversus gravissima delicta persuasionem. Existimabant enim, peccata commissa ab his, qui in Judaismi professione perseverarent, remitti, aut per meram *pœnitentiam* ut quæ admitterentur contra præcepta jubentia; aut in *die* solemni *Reconciliationis*, ut quæ admitterentur contra pleraque præcepta vetantia; aut per *hujus vitæ castigationes*, ut quæ mortis aut excidii pœnam adjunctam habent; aut saltem *post mortem*, sive statim, sive post temporis alicujus moras, ut quæ cum contemtu facta essent Divini Numinis. Atque hinc vulgatum illud, כפרה מיתה, *sit mors expiatio pro peccatis*. Verba Talmudis huc recidentia, & in Latium transfusa sermonem, invenies apud *Lightfootum in h. l.* Credebant ergo Judæi, quædam crimina in *hoc seculo* expiari, & remitti; alia in *futuro*, animarum videlicet, vel per mortem ipsam, vel per passiones mortem insecutas. De quibus vide Menassen *De creatione Probl.* XVII. His criminibus accensebant Divini nominis blasphemiam. Sic enim exstat *Sanhedrim. Fol. 37. col. 3. A quo profanatur vel blasphematur nomen* Dei, *ei non valet pœnitentia ad suspendendum judicium, nec dies expiationis ad expiandum, nec plagæ aut castigationes inflictæ ad abstergendum; sed omnes suspendunt judicium, & mors abstergit.* Sic illi: at contra Christus docet, non esse quod Spiritus Sancti profani contemtores ulla se vel *hujus*, vel *futuri seculi, per* aut *post mortem*, expiatione blandiantur.

IX. *Secundo, Futurum mundum* Hebræi quoque dixerunt, eum qui erit *post resurrectionem mortuorum*. Pro qua significatione *Gerundensis* pugnat. Ut prolixitatis nauseam vitem, nonnulla appingere libet ex *Menasse Ben Israël, De Resurr. Mort. Lib. III, Cap. I.* Is ergo, posteaquam contentiones utriusque *Mosis*, tam *Ægyptii*, quam *Gerundensis*, enarrasset, ita infit: *R. Joseph Albo, animadvertens, quibus uterque opinionem suam rationibus, & potissimum qua auctoritate Veterum, tueretur, conatus est eos hunc in modum conciliare, ut verba illa*

עולם

עולם הבא, MUNDUS FUTURUS, *exponi duobus modis possint; modo de* mundo animarum, *in quem animæ post hanc vitam recipiuntur; modo de mundo*, *seu* seculo, quod resurrectionem mortuorum proxime secuturum est. „Ad hanc „sententiam comprobandam, adducit quædam ex Veterum scriptis loca: „inter quæ insignis ac valde illustris est ille locus, qui exstat in precatione „quam Viri Synagogæ magnæ composuerunt: cujus hæc sunt verba. אין, „עדוך לך י״י אלהינו בע״הז אין זולתך מלכנו לחיי הע״הב אפס „בלתך גואלנו לימות המשיח ומי דומה לך מושיענו לתחית „המתים. Nulla est proportio tecum in HOC MUNDO, Domine Deus „noster, neque præter te Rex noster ullus est in VITA FUTURI SECULI, „neque præter de ullus erit Redemptor noster in DIEBUS MESSIÆ, ne„que tibi similis est Salvator noster in RESURRECTIONE MORTUORUM. „Post aliqua sic pergit Menasse. Atque hoc efficaciter etiam probat illustris „ille locus, qui legitur in Tractatu Sanhedrin: ubi dicitur, quod nemo eo„rum qui negant resurrectionem, futuri seculi particeps sit futurus: & ra„tio additur, quare non sit futurus particeps, nempe hæc: הוא כפר „בתחית המתים לפיכך לא יהיה לו חלק בתחית המתים. „Quicunque negat resurrectionem mortuorum, hoc ipso quod eam negat, „non erit particeps resurrectionis.„ Hactenus Menasse. Quæ ex Hebræis nunc sufficient.

X. Præclare in hanc mentem D. Jesus. Luc. XX, 34. 35. 36. Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, FILII HUJUS ÆVI *ducunt uxores*, *& nuptum dantur. Qui vero digni habiti fuerint, qui* ÆVUM ILLUD *consequantur*, *&* RESURRECTIONEM EX MORTUIS, *neque ducunt uxores &c. & filii Dei sunt*, *quum sint* FILII RESURRECTIONIS. Adde Marc. X, 29 Luc. XVIII, 29. 30. & imprimis Tit. II, 12. 13. *Pie vivamus in* PRÆSENTI SECULO. *Expectantes beatam illam spem &* ILLUSTREM ILLUM ADVENTUM GLORIÆ *magni illius Dei ac Servatoris nostri, nempe Jesu Christi.* Quæ ἐπιφάνεια τῆς δόξης, si non unice, saltem potissimum, intelligenda est de fulgore & coruscatione appellentis regni gloriæ, in novissimo adventu Christi ad resurrectionem mortuorum & extremum judicium.

XI. Major difficultas nonnullis esse videtur circa significationem *tertiam*, de *Diebus Messiæ*. Verum enim vero, si quis existimet a Christianis eam temere assertam esse, neque ex Hebræorum scriptis probari posse, eum ego toto, quod ajunt, cœlo errare asseveranter pronuncio; & nisi invictis id evicero testimoniis, caussam non dico quin & ipse inscitiæ ac temeritatis arguar.

XII.

XII. Et primo quidem *Recentiorum* producam verba, asserentium Veterum aliquos per futurum seculum *Messiæ dies* intellexisse, dein ipsa *Veterum* verba dabo. Audiatur ergo primo loco *Maimonides*, suorum variantes de futuri seculi conditione sententias ex professo exponens, prout ejus verba Latine exhibuit D. *Coccejus*, in *Notis ad Sanhed. Cap. XI.* Ubi inter cætera hæc exstant. *Alii hac spe sunt, Messiam, quum venerit, pacatissimum seculum allaturum, ita ut in deliciis omnibus in perpetuum sit victuri, terra ipsa vestes textas, & panem coctum præbente.* Quod quamvis ipse refutet, fatetur tamen nullorum fuisse sententiam.

XIII. Maimonio *Eliam* adde, qui in *Tisbi* ad Vocem עולם hæc habet. יש מחלקות בין האחרונים על זמן עולם הבא ויש אומרים שהוא עולם הנשמות ר״ל תכף אחר המיתה ויש אומרים שהוא זמן ימות המשיח ויש אומרים שהוא אחר תחית המתים וכל אחד מביא ראיות לקים דעתו. *Dissentiunt recentiores circa tempus futuri seculi: sunt qui dicant esse* seculum animarum, *nimirum mox post mortem. Alii dicunt, esse* tempus dierum Messiæ; *alii*, post resurrectionem mortuorum. *Et singuli argumenta ad sententiæ suæ confirmationem proferunt.* Additque; si quis plenius hac de re informari velit, adeundum ei esse *Abarbenelem*, in libro *Nachalot Abbot Capite Ben Zoma*: quem ego Abarbenelem, Drusio quoque laudatum, o quam vellem mihi nunc ad manum esse! Idem *Elias* ad vocem עתיד, docet עולם הבא, & עתיד לבא pariter dici posse ליום הדין או לימות המשיח או תכף אחר מיתה *de* DIE JUDICII, *aut* DIEBUS MESSIÆ, *aut mox* POST MORTEM.

XIV. Succedat *Menasse Ben Israel*, qui *de Resur. mort. Lib. II. Cap. VIII.* explicans Veterum illud axioma: *Omnis Israel particeps erit futuri seculi*, observat, non dici, *Resurget*, sed, *particeps erit. Id est*, inquit, *quicunque resuscitati fuerint illi seculi futuri beatitudine fruentur, vel partem obtinebunt terræ Sanctæ, quando ea in tribus distribuetur.* Ergo distributio terræ, quæ sine dubio ad Messiæ tempora pertinet, ex Menassis sententia a Veteribus futuro seculo transcripta est.

XV. Sed ipsos *Veteres* audiamus. *Berachot Cap. 1. Halacha ultima*; ex versione *Lightfooti* ad Matth. XII, 32. *Memor esto diei quo exiisti ex Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Diebus vitæ tuæ, *innuitur Hic mundus.* Omnibus diebus vitæ tuæ, *superinducuntur* DIES MESSIÆ. Alium locum ex Sanhedrim vide apud *Lightf. ad Joh. X. §. VI.* Tradunt Rabbini, X. *tribubus non erit portio in mundo futuro. Sicut dicitur, Extirpavit eos de terra, in furore & indignatione maxima, & ejecit in terram alienam. Extirpavit eos e terra sua in hoc seculo, & ejecit*

*cit in terram alienam, in seculo futuro.* Satin hoc clarum, dies Messiæ, ceu ad alium mundnm pertinentes, ab hoc mundo distingui?

XVI. Adde & hoc, quod nulla vis eripiat, eidem *Lightfooto* alibi laudatum ex *Tanchuma fol. 77. 3. Dicit Sanctus Benedictus*, in hoc mundo, *quoniam nuncii mei* (missi ad explorandam terram) *fuerunt caro & sanguis, de iis decretum est de non intrando terram: at in* mundo futuro *ego mitto vobis nuncium Meum subito, & præparabit viam coram facie mea.* Mal. III, 1. Vel ipse mihi respondeat pertinacia, quodnam ibi seculum describatur distinctum a diebus Messiæ?

XVII. Sed nec plura nobis desunt. Audiamus iterum ex *Tanchuma fol. 9. col. 2. Dicit Deus Sanctus Benedictus Israeli: In* hoc mundo *vos timetis a transgressionibus: at in* mundo futuro, *quando non futurus est malus affectus, soliciti eritis solum de bono vobis reposito, sicut dicitur: post hæc convertentur filii Israelis, & quærent Dominum Deum suum, & Davidem Regem suum. Hos. III, 5.* An hæc quoque alio quam ad Messiæ dies spectant? Conferri velim ex *Sepher Abkat Rochel,* quod in *decima consolatione* temporum quæ *sub Messia* futura sunt, hoc quoque veluti insigne bonum prædicet: עתיד הב״ה להסיר יצר הרע וכל דבר רע מישראל *Ablaturus est Deus benedictus figmentum malum, & omnem rem malam ab Israele.* Nec abludit *Gerundensis.* ad Deut. XXX, 6.

XVIII. Operæ pretium est iterum aliquid ex *Lightfooto* excerpere, qui in *Chronicis Temporum T. N. Sect.* IX. hæc habet. *De Tribus seculis loquitur R. Houna, quorum ultimum est* דורו של משיח ÆTAS MESSIÆ, *quæ quum venerit,* inquit, *Deus benedictus dicit, jam mihi incumbit novam instituere creationem. Hoc tempus etiam vocant* עולם הבא *seculum futurum, propter rerum mutationem quam tunc exspectabant, quasi Novus Mundus creatus fuerit. Tanchum. fol. 77. col. 3.* IN SECULO FUTURO MITTAM ANGELUM MEUM CITO, ET CORAM ME VIAM PARABIT. An adhuc dubitandum?

XIX. Certe dubitationem omnem cedere oportet iis quæ *Coccejus* annotavit ad inscriptionem Psalmi XCII. *Dies sabbati,* inquit, *intelligi potest tempus Novi Testamenti, in quo gratia & veritas Dei per Christum exhibita repræsentatur, ablato jugo servitutis legalis. Sic. Hebr.* IV, 9. *σαββατισμός. Et sic Rabbini Veteres putaverunt,* שהוא על העתיד לבוא לעולם שכלו שבת ומנוחה והם ימי המשיח *quod hic Psalmus pertineat ad futurum tempus, seculum quod totum Sabbatum est & quies: &* HI SUNT DIES MESSIÆ.

XX. Insignis quoque locus exstat in *Baba Batra Cap.* V. ubi narratur fabula de Leviathane, ceto illo magno a Judæis tempore Messiæ epulando: additurque, Deum castravisse marem, & occidisse fœminam, eamque salivisse לצדיקים לעתיד לבוא *pro justis in futurum seculum.* Idem repetitur de

Behemoth, Tauro vægrandi. Locutiones autem istæ לתיד לבא, & עולם הבא ejusdem sunt significationis, observante *Elia* in *Thisbi* ad vocem עתיד.

XXI. Neque omittendum videtur quod ex *Midras Cohelet* Cap II. citat *Raimundus Pug. Fid Part III. Distinct. III. Cap. XI. §. XII.* R. Hizkias dicit: כל תורה שארם לומד בעולם הזה הבל היא לפני התורה של עולם הבא. *Omnis lex quam discis in hoc seculo mera vanitas est si comparetur cum* LEGE FUTURI SECULI. Lex autem futuri seculi Lex Messiæ est. Ita enim explicantur Cap. XI, 8. *Omnis Lex quam discit homo hoc seculo vanitas est*, לפני תרותיו של משיח *comparata cum* LEGE MESSIÆ.

XXII. At quid sequelis, utut evidentibus, pugno? Quum diserta, tam Talmudistarum, quum Targumistarum verba habeam. Glossa Talmudis ad *Sanhedr. Cap.* XI. Citante *Josepho de Voisin* ad *Raimundi Pugionem* p. 356. in hunc modum loquitur. אין להם חלק לע״הב הייני לימות המשיח. NON EST IPSIS PORTIO IN SECULO FUTURO, HOC EST IN DIEBUS MESSIÆ. Targum vero ad 1 Reg. IV, 33. בעלמא הדין ובעלמא דאתי דמשיחא *In seculo hoc, & in* SECULO FUTURO MESSIÆ.

XXIII. Non ignoro equidem decantatum illud *Rabbi Samuelis* dicterium, quod sæpius in Talmude repetitur: אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שעבור מלכיות. *Nihil interest inter hunc mundum & dies Messiæ, nisi subjectio regnorum.* Cæterum & id dies Messiæ ab hoc mundo discriminat, novumque nobis suggerit argumentum; tantum abest ut aliter sentientibus faveat. Justo fortassis operosius tot testimonia Hebræorum coacervata videri possent in re liquida. Sed norit Lector, fuisse aliquando virum harum literarum doctissimum, qui animum induxit suum, ut in corona hominum eruditorum præfracte negaret, ullos exstitisse Hebræos, qui dictione futuri seculi Messiæ ætatem intelligerent. Id occasionem mihi dedit, significationem istam prolixius probandi.

XXIV. Inficias interim haudquaquam ivero, plurima produci posse Judæorum testimonia, quibus de Messiæ diebus, tanquam ad hunc mundum pertinentibus, loquuntur: sed ea cum iis quæ a me nunc allegata sunt facile componuntur, ex fundamento quod *Themate* III. jecimus. Videlicet, si quis hanc mundi præsentis & futuri significationem in mente habet, juxta quam futurus resurrectione mortuorum ordiatur, eum necesse est Messiæ tempora ad præsentem mundum referre: non tamen eo ipso evertit aliam illius distinctionis significationem, secundum quam Messiæ tempora futu-

futuri ſeculi pars dicantur. Ut contradictioriæ enunciationes ſint, neceſſe eſt ajentem & negantem, juxta Logicorum canones, ſecundum idem, ad idem, eodemque modo dici.

XXV. Sed quidquid de Hebræis Doctoribus ſit; negari certe nequit, quin & Sacrorum *Vatum* & *Apoſtolorum* locutionibus nitantur qui Meſſiæ Regnum Novi ſeculi exordium vocant. Apud Haggæum Prophetam, quo tempore ſe miſſurum dicit Deus eum qui eſt *deſiderium gentium;* addit, *ſe commoturum cælos & terram, & mare, & ſiccum.* Hag. II, 6. Apud Jeſaiam pariliter. Cap. LXV, 17. *Nam ecce ego creaturus ſum cælos novos, & terram novam: neque commemorabuntur hæc priora, neque venient in animum.* Iterum Cap. LXVI, 22. *Cæli illi novi, & terra nova, quam ego facturus ſum, ſtant coram me.* Convenit Apoc. XXI, 1. *Et vidi cælum novum & terram novam. Nam prius cælum & prior terra præterierat, & mare non eſt amplius.* Nec abludit Petri illud. 2 Pet. III, 13. *Novos vero cælos, & novam terram expectamus, ſecundum ejus promiſſum.* Omnia eo tendunt, per Meſſiam novam rerum faciem mundo inducendam eſſe, unde alterius ſeculi initium putare liceat.

XXVI. Non poſſum ab animo meo impetrare ut Diſſertationis hujus lectores fraudem eruditiſſimo commentario, quem in poſtremum hunc Petri locum exhibet Vir Præſtantiſſimus, *Johannes Ouwenus* in ſuis *Theologumenis* Lib. III, Cap. I. Obſervat. Apoſtolorum com. 5. 6. 7. duplicis mundi meminiſſe: *veteris* illius qui per aquam perierat, atque tum temporis præſentis per *ignem* conſumendi; poſt cujus interitum, *tertii* ingreſſum prænunciat verſu *decimo tertio.* Καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ γῆν καινὴν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ προσδοκῶμεν ἐν οἷς δικαιοσύνη κατοικεῖ. De aſpectabili Cœlo, Terrave, reſpectu ſubſtantiæ, neutro in loco agit Apoſtolus. Mundo enim veteri per aquam deſtructo, manſit nihilominus cœlorum terrarumque compages. Mundus ideo iſte, fuerunt homines in *mundo* degentes. Eis per diluvium deletis, *mundus* alius ad Dei cultum rite peragendum erigi debuit. Hujus autem Mundi fundamenta poſuit Deus in familia *Noachi*: totam fabricam perfecit *Eccleſiæ Judaicæ* erectio atque ornatus. Atque is mundus erat quem illico igne diſſolvendum prædixit B. *Petrus*; ſtylo nempe *Prophetico.* Ita legimus apud *Jeſaiam, Capite quinquageſimo primo, verſibus decimo quinto & decimo ſexto. Ego dominus Deus tuus, ſcindens mare, ut perſonent fluctus ejus, dominus excercituum nomen ejus, & poſui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te: ad plantandum cælos & fundandam terram, & ad dicendum ad Sion populus meus tu.* Quo tempore ideo Deus, *dividens mare, & educens populum ſuum ex Ægypto,* verbum ſeu legem cum ſolemni cultus ſui præſcriptione ei concredidit, in Eccleſiam eum ſibi formans, *novum hunc mundum,*

 *cælum*

*cœlum* illud & *terras*, instituit & absolvit. Eo tempore quo *Petrus* scripsit, *Mundus* hic, hoc est, *Ecclesia Judaica* jam Apostatica, in exitium *ignis* festinavit; non aliter quam Mundus ille vetus in *diluvium* se præcipitavit. Incendio Templi & urbis, dissoluta est istius mundi compages. Alium autem mundum, quoniam nondum esset τῦ αἰῶνος συντέλεια, novos cœlos, novamque terram, secundum Dei promissum, fideles exspectare jubet Apostolus. Promissum illud exstat *Isaiæ* capite *sexagesimo quinto*, commate *decimo septimo*; atque iisdem verbis capite *sexagesimo sexto* commate *vicesimo secundo*. *Ecce*, inquit, *ego creaturus sum cœlos novos & terram novam, neque commemorabuntur hæc priora, neque venient in animum;* Ecclesiæ statum post adventum Christi Propheta in locis hisce depingit: nempe quo tempore Deus assumpturus esset ex gentilibus in *Sacerdotes & Levitas*, uti verba se habent commate *vicesimo primo* capitis ultimi, hoc est, instituturus esset ministerium Evangelicum. Inde is status Ecclesiæ ante mundi istius secundi conflagrationem, *seculum venturum*, & *mundus futurus* indigitabatur; uti nos docet *Paulus* in *Epistola* ad *Ebræos capite secundo*, & versu *quinto*. Atque etiam *capitis sexti versu quinto*. Periit itaque per aquæ diluvium *primus* ille seu vetus mundus; *secundum*, tum temporis præsentem, per ignem periturum prænunciat Apostolus, *futurum* autem, ad *consummationem usque seculi* duraturum confirmat. Hactenus *Ouwenus*.

XXVII. Quidquid de hac expositione sit, quam expendendam eruditis damus; cuncta certe hæc vaticinia Regnum nobis Messiæ describunt: at complementi sui varios gradus periodosque habent. Tunc Deus *cœlum & terram commovere* cœpit, quando remota gentilium profana idololatria, totiusque mundi hominibus per Evangelii prædicationem commotis, ac in spem non vulgarem erectis, diruta etiam Hierosolyma & Templo, ubi *solium gloriæ* suæ habuerat, & *terra decoris anathemate percussa*, *infirma & egena veteris mundi elementa*, jure & facto abolevit: eo introducto statu in quo *nec circumcisio quicquam valet*, *nec præputium*, *sed καινὴ κτίσις*, gentesque omnes sine discrimine privilegiis spiritualis regni potiuntur: breviter quo *vetera præterierunt*, *& nova facta sunt omnia* 2 Cor. V, 17. Vide sodes Heb. XII, 26. 27. cum commentariis *Bezæ*, & *Belgarum*. Jesaiæ etiam vaticinia ejus generis sunt, ut eorum saltem initium ultimum Christi adventum antecedat, quemadmodum inspicientibus patebit.

XXVIII. Sed præter *primam* hanc, *alteram* quoque mundi innovationem sub Messiæ auspiciis expectamus; quum nimirum Antichristo de throno suo deturbato, destructis destructoribus terræ, conversis Israëlitis, plurimaque cognitionis, sanctimoniæ, ac consolationis luce Ecclesiam circumful-

fulgente, insigni mundus opulentia, & quasi vita ex mortuis donabitur. Rom. XI, 12. 15. Quæ felicia tempora Apoc. XXI. vivis coloribus delineantur. In quod Caput legi velim doctissimum commentarium *Jona le Bui*, qui est *Launaus*.

XXIX. Succedet tandem *ultima* mundi innovatio, quando prorsus liberabitur ex servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: quorum revelationem quasi exserto capite observans exspectat, unaque suspirat, & una parturit ad hoc usque tempus. Rom. VIII, 19. & seq. Atque huc potissimum Petrus respexit. Quum ergo *mundi innovatio*, in primo Messiæ adventu inchoanda, auspiciis ejus continuanda, & novissima illiusdem *ἐπιφανείᾳ* consummanda sit, meritissimo jure ea temporum conditio cum anteactis collata *futurum seculum* dicitur.

XXX. Non videtur etiam negligendum, Messiæ adventum passim collocari באחרית הימים, Jes. II. 1. Ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων. Heb. I, 1. quod proprie significat, *sub novissima horum dierum*, qui fluebant stante adhuc cultu ceremoniali, & vigentibus elementis veteris mundi. Unde conficitur, paulo post eum adventum novi seculi novos dies putandos esse.

XXXI. Haud absimilis phrasis est Hab. II, 3. *Adhuc erit visio ad statum tempus*, ויפח לקץ *& præco erit* SUB FINEM, *qui non mentietur*. *Visio* significat ibi propheticam prædicationem, cum præmonstratione typica. Ea duratura erat למועד, ad προθεσμίαν & *plenitudinem temporis*, de qua Gal. IV, 2. 3. 4. *Omnes Prophetæ & lex usque ad Johannem prophetarunt*. Matth. XI, 13. Messiæ est, *obsignare visionem & Prophetam*. Dan. IX, 24. id est, verificando abrogare. Is hic promittitur sub nomine יפח, qui est *Index, præco, Testis*. (Conf. Prov. VI, 19. XII, 17.) qui non futura prænunciat, sed veritatem & rem factam enarrat. Diciturque venturus לקץ, *ad finem* præstituti termini. Unde ordienda epocha seculi alterius.

XXXII. Et revera Christus venit, & se ipsum immolavit ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων *circa consummationem seculorum*. Heb. IX, 26. h. e. fine temporis prioris. Restare etenim debebant αἰῶνες ἐπερχόμενοι, *supervenientia secula*, quibus ostenderet Deus τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. Eph. II, 7. Potuisset ita in fine dierum Christum mittere, ut statim sequeretur resurrectio mortuorum. Sed voluit annum gratiæ, a Christi missione cœptum. Jes. LXI, 2. per multa secula producere, ut amplitudinem divitiarum beneficientiæ suæ tam longi temporis duratione illustrius mundo patefaceret.

XXXIII. Neque dubium mihi est, quin Hebr. XI. 5. τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, quam Christo subjectam asserit, Angelis subjectam negat, Ecclesiam Novi Testamenti, in qua plene patefactum Messiæ regnum sit, Apostolus intellexerit. Nam de seculo novissimum judicium consecuturo testatur, fore ut tum Christus *regnum Deo ac Patri tradat, & ipse Filius subjiciatur ei qui subjecit omnia, ut Deus sit omnia in omnibus*. 1. Cor. XV, 24. 28. Et profecto nauci non est quod contra *Camero* argutatur: statum Ecclesiæ prout est in hoc terra, οἰκουμένην dici non posse, nedum μέλλουσαν: *quia mundus*, inquit, *Ecclesia desertum est; οἰκουμένη Ecclesia est in cælo, sicut Israelitarum in terra Canaan.*

XXXIV. Haud diffiteor equidem, statum Ecclesiæ *in terra*, si contendatur cum *cælesti*, aliquod *deserti* instar habere: attamen Ecclesia T. N. collata cum illa *Veteris*, חבל, sive ἡ οἰκουμένη *orbis habitabilis*, & dici commode potest, nec semel in Sacris dicitur. Ante Christi ἐπιφάνειαν Judæi veluti *desertum* erat. Propterea Johannes *vox clamantis in deserto* nuncupatur: Jes. XL, 3. non solum γραμματικῶς, quia in locis desertis frequenter docuit, sed & μυστικῶς, quia populus, ad quem missus est, speciem deserti terræque non seminatæ habebat. De regno autem Christi prædictum est Jes. XXXV, 1. 2. „Lætabuntur de his desertum ac solitarius locus, & exsultabit solitudo, ac florebit sicut rosa. Magis ac magis florebit, & exsultabit etiam exsultatione sua & cantu; gloria Libani dabitur ei, decor arvi & Scharonis. Iterumque Ps. XCIII. 1. Jehova „regnat celsitate indutus; indutus Jehova robore se accingit: אף „תכון תבל etiam stabilitur ORBIS HABITABLIS, ne dimoveatur.„ Psalmum autem hunc, ut & cæteros usque ad centesimum & primum esse עתידים על ימות המשיח *futuri temporis, & de diebus Messiæ loqui*, ne ipsi quidem cœci Judæi non vident. Ita enim post *Kimchium*, commentarius *Kab Venaki*. Ad eundem modum Ps. XCVI, 11. 13. „Exsultabit æger, & quicquid in eo est: „cantabunt omnes arbores silvæ. Ante faciem Jehovæ, quum venerit, nam „venit ad judicandam terram: judicaturus est ORBEM HABITABILEM „per justitiam, & populos per fidem suam.„ Id est. repurgabit Ecclesiam suam, ab hypocritis, & manifestabit justitiam suam, quæ salutis omnis fundamentum est, & propter illam populum suum vindicabit, præstans in promissionem Patribus factam. Clarum itaque est, Ecclesiam N. T. *orbem habitabilem* dici.


XXXV. Sed & *orbis habitabilis futurus* dici potest, ob rationem duplicem. I. Respectu temporis antegressi, & παραδοξίας Veterum: quo pacto Christus, etiam præsens, & per passionem consummatus, & introductus in gloriam, respectu prioris Adami FUTURUS dicitur. Rom. V, 14. II. Quia eo tempore, quo hæc scribebat Apostolus, stante adhuc templo, & Hierarchia Levitica, & Poli-

ia

tia Judaica, revelatio Regni Messiæ in plena libertate exspectabatur magis quam præsto erat. Unde suum ævum, quo sacrificia adhuc & dona offerebantur, τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, TEMPUS PRÆSENS vocat, in discrimine proxime instantis temporis, quod καιρὸς διορθώσεως, *tempus correctionis* appellat. Hebr. IX, 9. 10. Cum ratione ergo Novi Testamenti Ecclesia ab Apostolo ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα dicta fuit.

XXXVI. Quam dum Angelis subjectam esse negat, nequaquam de Veteri Ecclesia id asseverare existimandus est. Nam totus est in eo, ut Doctrinam Christi quam maxime nobis commendabilem faciat. Huic fini inserviunt magnifica elogia quibus personam ejus præcedenti capite exornavit. Deinde magnam Evangelii præ lege antecellentiam adstruxit. Nunc id urget, quod Pater ei orbis habitabilis imperium contulerit: qui honor in nullam unquam collatus est Angelorum. *Futuri* autem orbis insignite mentionem facit, quia quum illius conditio longe præstantior antegressor sit, ad dignitatem Christi illustrandam plurimum pertinebat, observare, quod solus Ecclesiæ Dominus sit in statu illius perfectissimo. Quid hoc ad Ecclesiæ Veteris Testamenti subjectionem sub Angelis? verum alibi hac de re copiose duxisse memini. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ

# FINIS.



JOH.

# JOHANNIS GERH. MEUSCHENII DIATRIBE DE נשיא SEU DIRECTORE SYNEDRII M. HEBRÆORUM.

בשׁ׳ יח׳

## §. I.

Quamvis illustris ac celeberrimus Vir, D. CHRISTIANUS THOMASIUS, ante sex fere annos doctas suas faces, quibus orbi erudito prælucere studuit, condere sibi firmiter proposuerat, tamen, aliorum eruditorum virorum monitis motus, consilium hoc iterum mutavit, animumque induxit, repetere abjectas fere tædas, seu, (quantum per alia graviora ac illustria sua obeunda officia, & per gloriosam suam indies altiorem, imo fere nostris temporibus altissimum, vitæ humanæ gradum ascendentem ætatem sibi liceret) recolere studia, in quibus totam ætatem consumpsit, priora, novisque elaboratis scriptis novum in Literato orbe lumen pro virili accendere. Conatus autem hoc est ante quatuor annos novo erudito curiosoque miscellaneo juridico opere, inscripto: *Ernsthaffte aber doch muntere und vernünfftige Thomasische Gedancken und Erinnerungen über allerhand Juristische Händel*, in quo opere non solum sua propria cogitata, consilia, judicia ac responsa pandit, verum etiam interdum aliorum illustrium doctorumque virorum elucubratas rariores meditationes exhibet, hasque aliisque curatius dijudicandas reliquit. Fecit hoc præcipue in hujus operis *Parte secunda*, ubi a) inter alia etiam publici Juris fecit Consilium D. SCHWARTZKOPFII, Cancelllarii ac Consiliarii quondam quidem intimi sed pessimi Brunsuicensis, quod Serenissimo ac beatissimo suo Principi olim dedit, ad Jura Sacrorum felicius majorique cum fructu exercenda, ecclesiasque regendas. Hunc verum ac primarium fuisse finem hujus consilii, ejusdem rubrica ac introitus equidem Lectori persuadere volunt; verum!, si consilium ipsum totum perlustramus, ac in exactiore trutina suspendimus, inveniemus, hoc eo primario tendere, ut, de beati, celeberrimi ac de Ecclesia Christi immortaliter meriti Theologi Doctoris JOACHIMI LUTKEMANNI, Generalis Brunsuicensium Ecclesiarum Superintendentis Abbatisque Riddagshusani, famæ ac meritis, uti in universam Ecclesiam, sic præcipue in Serenissimam

a) Pag. 340, sqq.

mam Domum Ecclesiamque Brunsuicensem, summis detrahat, piissimum hunc virum optimo suo Principi odiosissimum reddat, illumque denutet dignitate Consistorialis Directorii vel præsidii, qua absente seque in Consistorii Senatu præcedente Cancellario functus fuit, idque constanti justissimoque more Antecessorum suorum ecclesiasticorum.

§. II. In ultimum hunc scopum primario allegatum consilium collineat ad quem consequendum, imo ut omnes SCHWARZKOPFIUS in Ecclesia nostra Theologos a Directorii Consistorialis munere (quo tamen in Consistorio Regio ac Electorali Hannoverano, in Regio Suecico Gryphico, in Ducali Wurtenbergico, in Principali Episcopalique Hildesiensi, aliisque quamplurimis Theologi in hunc usque diem eadem, qua alibi Præsides politici, cum laude ac in Principes suos fide, funguntur) simul excludat, varias longe petitas ac ratione destitutas rationes corrasit, & inter illas unam deduxit ab exemplo Præsidis Synedrii Magni Hierosolymitani, statuendo, hunc non fuisse Summum Hebræorum Pontificem, aut aliam personam Ecclesiasticam, sed personam mere civilem & politicam, a Summo Pontifice distinctam, ac NASIR appellatam, a cujus in S. Synedrio directione ac voto Summus Sacerdos totus pendere, huicque submittere carbasa constrictus fuerit. Ne autem videar me hanc D. SCHWARZKOPFIO sententiam affingere, audiamus, licet in vernaculo, quo concepta sunt, sermone, verba ejus ipsa: *Et si quis* (scribit) *rem altius expendere velit, so war der Præses oder Caput des höchsten geistlichen Synedrii zu Jerusalem (dessen Institution doch am meisten GOtt dem Allmächtigen selbst ex ejus conservatione zuzueignen) nicht der Hohe Priester, sondern ein anderer, welchen der König dazu verordnete, qui dicebatur Nasir. Nechst solchem Nasir, oder capite Synedrii war noch einer, so etwa nicht unfüglich des Nasir Vicarius genennet werden konte, qui vocabatur Pater Synedrii. Der Hohe Priester aber war die meiste Zeit, wenn er tüchtig und qualificiret dazu war, nur ein Senator, sive Assessor Synedrii, muste sich auch nach der Direction richten. Unterweilen war gemeldter Hoher Priester nicht eins ein Assessor Synedrii, sondern muste sich an seinem Hohen Priesterlichen Amt begnügen lassen.*

§. III. Et in hoc ficto Synedrii M. Præside B. Cancellarius SCHWARZKOPFIUS palmarium, pro stabilienda sua, exque, ut videtur, puro in Viros Theologos odio enata sententia, ponit argumentum. Verum, uti reliquæ ejus in hunc finem conquisitæ, & quoque a me alibi Deo volente accurate & cogitate discutiendæ, rationes fundamento destitutæ sunt, ita etiam hæc longissime abest a veritate, a cujus via quoque in allegatis verbis, adhuc vir illustris pluribus erroribus delatus est. His autem, quibus bonus hic, cum hæc scriberet, dormitans Homerus, ductus fuit, erroribus paucis hisce obviam ire ideo officii mei esse putavi, ne iisdem, quod jam factum esse scio, & alii egregii politici

 viri

viri capiantur, ac etiam a veritatis & æquitatis tramite abripiantur, ducanturque in tantam philautiæ lacunam ut existiment, sed solum duobus gaudere oculis theologos autem unum tantum habere; uti superba Sinica gens Europæos depingit.

§ IV. Primus autem, quo hic D. SCHWARZKOPFIUS irretitus fuit, error in eo consistit, quod putavit *Synedrium Magnum Hierosolymitanum fuisse apud Hebræos supremum judicium Ecclesiasticum* speciemque aliquam nostrorum Judiciorum Ecclesiasticorum, quæ antiquo nomine *Consistoria* b) vocamus, habuisse. Verum fefellit hic auctorem optimum animus, quia amplissimus hic consensus LXXI. Viralis Hierosolymitanus potius supremam curiam civilem Hebræorum præsentavit. Videatur equidem pro illustris auctoris sententia duæ militare rationes: una, quod quoad maximam partem Senatores in hoc Concilium lecti fuerint Sacerdotes & Levitæ; altera, quod suprema religionis ejusque illibatæ conservationis cura fuerit penes summum hoc concilium, & in eo simul gravissimæ res ecclesiasticæ discussæ. Largior hæc omnia viro beato, scio, quod ex variis gravissimisque a clarissimo viro HERMANNO WITSIO c) adductis rationibus ad Senatum hunc supremum constituendum electa membra numero superavere, exque ea ratione universum hoc Collegium a S. Paulo Act. XXII, 5. *πρεσβυτέριον* vocatum est; nec me fugit, supremum religionis negotium huic Synedrio M. fuisse commissum: attamen his rationibus nondum persuaderi possum, Synedrium hoc M. Concilium fuisse Ecclesiasticum, typumque quasi nostrorum Consistoriorum. Majoris enim ponderis propendent argumenta, quæ evincant, Synedrium hoc Magnum fuisse proprie *summum civile universæ Hebræorum gentis hanc ipsam repræsentans tribunal*, in quo omnia, quæ ad administrandam probe rempublicam, ejusque salutem &

b) Consistorium antiquitas vocatum fuit *Consilium Imperatoris ac Summi Principis*, ideo, quod Consiliarii ibi ad res tractandas constiterint, deliberaverintque in præsentia Imperatoris non sedendo sed stando, ut constat ex *Codice* Justinianeo *Lib. III. de officio diversorum*; porro, ex *Novella XXIII Cap. II: adhac sancimus*; ex MARCELLINI *Historiarum Lib. XX. fol. 68.* b. editionis primæ, Romæ 1473. fol, itemque ex *Actis Conciliis Chalcedonensis, Actione I. pag. 67 Tom. II.* Conciliorum General. ed. cura HARDUINI Parisiis 1715. fol. Pluribus autem in rationem denominatione vocis Consistorii inquirunt: CAROLUS DU FRESNE in glossario mediæ & infimæ latinitatis p. 1182 sq. Tom. I. edit. Francofurt. 1681. fol nec non in eruditissima sua, *corpori Historia Byzantina* inserta, Historia Byzantina, *Partis II. Lib. II.* p. 125. ed. Lutetiæ Paris. 1680 fol. Add. denique, qui omnium fusissime originem hujus vocis discussit. CHR. WEBERUS in libro, de Jure Consistoriorum, *Cap. I. toto*, pag. 523. & 553. in FRITSCHII *Jure Ecclesiastico* (cui totus Weberi tractatus insertus est) ed. Jenæ 1772. 4. c) Miscellaneorum *Lib. II. Diss. III.* §. XXXVI. pag. 537. Tom. I. ed. Lugdun. Bat. 1995. 4.

& ſecuritatem faciebant, eodem fere modo, quo hoc in ſumma magnæ Britanniæ curia, quæ Parlamentum dicitur, peragitur, tractabantur; quamvis illa Hebræorum ſuprema curia, Seleucidarum temporibus, hanc Brittonum auctoritate & privilegiis inſuper in multis ſuperavit.

§. V. *Primum*, qua hoc evinci poterit, rationem ſuppeditat ipſum nomen, quo olim Hebræorum Magiſtri illud inſignibant, vocantes בית דין הגדול hoc eſt: *Domum magni judicii* d) & quidem *civilis*, quia docente clariſſimo JOHANNE BUXTORFFIO, בית דין in Talmudiſtarum ſcriptis ſemper *forum civile* ſignificat. Et fuiſſe tale ſummum civile forum ſynedrium hoc, colligi *ſecundo* poterit ex conſultationibus & appellationibus, quæ a ſynedriis Hebræorum civilibus inferioribus, tam a ſenatu XXIII. virorum, quam ab infimo triumvirali tribunali, ad hoc ſupremum ac univerſale Judæorum tribunal, (a quo nulla provocatio locum habebat) tam in civilibus, quam criminalibus cauſis delatæ & factæ ſunt, uti conſtat ex *II. Paralip. XIX. 10.* & ex FL. JOSEPHO f) præcipue autem ex JOHANNIS SELDENI eruditiſſimo *de Synedriis veterum Hebræorum* opere, g) ubi hoc clariſſimus vir pluribus ex Talmude demonſtravit.

§. VI. Accedit, quod *tertio* res, de quibus in Synedrio M. agebatur, quoad maximam partem fuere mere profanæ, cauſæ nempe civiles, criminales, militares, & politicæ. Nam ſi bellum erat ſuſcipiendum, armaque in hoſtes proferenda, aut belli tempeſtas pace iterum diſcutienda, fœderaque cum vicinis populis erant ineunda, hoc fieri debebat conſilio & conſenſu ſummi hujus collegii, quod porro, integra adhuc ſua auctoritate, gaudebat ſimul jure vectigalium, condendarum aut diruendarum urbium, imo conſtituendorum graviſſimorum ſuppliciorum capitalium, uti liquet ex tractatu *Talmudico* סנהדרין, h) ubi ita Talmudiſtæ ſcribunt: אין דנין לא את השבט ולא את נביא השקר ולא את כוהן גדול אלא בבית דין של שבעים ואחד ואין מוציאין מוסיפין על העיר ועל העזרות אלא על פי בית דין של שבעים ואחד אין עושין סנהדריות לשבטים אלא על פי בית דין של שבעים



d) Vocatur ita Synedrium M. in Codice Talmudico סוטה *Cap. I. Sect. IV. p.* 185. Tom. Miſchnæ, editionis Surenhuyſianæ Amſtelod. 1700. f. e) In Lexico Talmudico p. 514. ed. Baſileæ 1639. f. f) Antiquitatum Judaicarum *Lib. IX. Cap. I.* p. 297. edit. Lipſiæ 1691. f. g) *Lib. III. Cap. II.* p. 14-26. ed. Amſtelodami 1697. 4. Conf. JOHANNES VORSTIUS, de Synodriis Hebræorum, p. 347. 348. Faſciculo IV. Opuſculorum Philologicorum THOMÆ CRENII, ſeu, qui ſub hoc nomine latet, THEODORI CRUSII, infelicis quondam Brunſuicenſis Eccleſiæ Miniſtri. Add. H. WITSIUS l. c. §. XXIII, p. 531. h) *Cap. I.* §. V. p. 219. Tom. IV. Miſchnæ, editionis citatæ Surenhuyſianæ.

ואחד אין עושין עיר חנדחת אלא בבית דין של שבעים ואחד ואין עושין עיר חפדחת בספר ולא שלשת עיר הנרחת עבל עושין אחת או שתים Hoc est: *Tribus Israelis, Pseudspropheta, Sacerdos M. non nisi a LXXI. Judicum consessu judicantur. Bellum arbiurarium nonnisi ex illorum auctoritate suscipitur. Urbs atriumve nonnisi illorum jussu amplificatur. Synedria tribuum nonnisi horum nutu instituuntur. In nullam urbem sententia universalis Apostasiæ fertur, nisi ab hoc LXXI. Judicum collegio. Nulla urbs ob universalem idololatriam plectitur, si in limitibus sita sit, neque adeo ternæ eodem tempore, sed una vel ad* Summum *bin*æ. Et alibi i) ומוציאה למלחמה הרשות על פי ב'ד של שבעים ואחד id est: *In bellum arbitrium educit* ( Rex scilicet ) *ex sententia Domus Judicii LXXI. virorum.*

§. VII. Quod secundum, qui hunc sequitur, lapsum Schwarzkopfianum concernit, is in eo consistit, quod finxit B. Vir Præsidem Synedrii M. semper a Rege fuisse electum & constitutum, *der König* (uti loquitur) *habe ihn dazu verordnet.* Verum opinioni contrariatur *primo*, quod, uti ex antecedentibus jure liquet, summum hoc tribunal nulla ratione Regi subjectum fuit, sed e contraria parte Rex potius in variis casibus se illius judicio submittere, ejusque Decreta exequi tenebatur, uti hoc pluribus expressissimisque Talmudis verbis docent GUILIELMUS SCHICKARDUS k) & JOHANNES SELDENUS l), quibus adstipulantur CAROLUS SIGONIUS m) HUGO GROTIUS n), GUILBERTUS GAULMINIUS o), JOHANNES LIGTFOOTIUS p), HADRIANUS RELANDUS q), aliique. Habuisse autem summum hunc Hebræorum Senatum in Reges suos tam magnam, tantamque, qualem MAIMONIDES r) fingit quæque Majestati Regiæ diametraliter repugnare videtur auctoritatem, ante Seleucidarum tempora, valde dubito, & variis inductus rationibus potius credo, hanc in reges potestatem Concilium hoc supremum sibi demum arrogasse post reditum ex servitute Babylonica, præcipue autem temporibus Hasmonæorum, (quos vulgo Maccabæos vocamus) utpote qui prospero armorum suorum successu inflati, ex sua libidine omnia moderari, regiamque

i) In dicto tractatu סנהדרין Cap. II §. IV. p. 217, ed. cit. k) De Jure Regio Hebræorum Cap. VII. Theorem. VII p. 90. ed. Argentinæ 1625. 4. l) *Ex Synedriis* Lib. III. C. IX. p. 64. sq. m) De Republica Hebræorum Lib. VI. Cap. VII p. 475 ed. Helmst. 1685. n) De Jure Belli ac Pacis Lib. I. Cap. III §. XX n. 2. 2. p. 116. edit. Amstelod. 1701. 8. o) De Vita Mosis Lib. II. Cap. IV p. 318. ed. Parisiis 16 9.8. p) In Descriptione Templi Hierosolymitani Cap XXII. p. 608. Tom. I. Oper. ad Franequere 1699. f. q) Antiquitatum Hebræorum Parte II. Cap. VIII. § II. p. 235. ed. Ultrajecti 1712. 8. r) In tractatu *de Regibus Hebræorum* Cap. III. § 2. 3. 4. p. 35-40. Fasciculo IX. Opusc. Philolog. ed. cit.

que sibi maxime adversam auctoritatem arctissimis non solum cancellis includere, verum etiam ab eo tempore, quo ipsi de supremo principatu cogitare ac laborare cœpere, plane infringere ausi sunt.

§. VIII. Hanc autem, quam jam protuli, primam rationem excipiat non minoris ponderis alia & secunda, eaque ex jure eligendi, omnia hujus Synedrii M. membra petita. Dum enim nullus hujus Curiæ Senator ab ipso Rege eligi potuit, quomodo ex solo Regis arbitrio pendere potuit hujus Curiæ princeps seu Præses? Sane, si Regi non licitum fuit deferre in aliquem Senatoriam in hoc Consessu dignitatem, non credendum est, illum potestatem habuisse hanc supremam Præsidis curulem pro lubitu ornare persona, quæ sibi solum placeret cordique esset. Minime Gentium. Hoc autem, nempe Senatores hujus Hebræorum Areopegitici Magistratus, non ex voluntate exque præscripto Regis fuisse designatos, omnes fere Hebræorum Magistri profitentur, & in eo conveniunt, Assessorum seu Consiliariorum electionem fuisse ab ipso hoc summo Collegio ejusque membris peractam, & quidem ordinarie per suffragia, aut, his inter se nimium dissidentibus discordantibusque, per sortes, antiquissimum electionis modum, docentibus hoc pluribus doctissimo JOHANNE SELDENO s), HERMANNO WITSIO t) & celeberrimo Theologo D. JOHANNE GEORGIO PRITIO: u) quam electionem deinde subsecuta est solennis neo-electorum membrorum initiatio in hoc amplissimo Conventu, facta primis temporibus per χειροθεσίαν x), dein autem per solennem renuntiationem y), quæque solennis ab ipso hoc illustrissimo Senatu instituta renuntiatio, huic meæ assertioni adhuc majus addit pondus.



s) De Synedriis veterum Hebræorum Lib. II. Cap. IV. 101. sq. ed. cit. t) Miscellaneorum S. Lib. II Diss. III p. 541. 542. Tom I. ed. cit. u) In introductione in N. T. Cap. XLV. §. VII. p. 638. edit. Lips. 1704. 12. x) Modus hic χειροθεσίας qui in initiatione LXXI. Synedrii M. judicum obtinuit, describitur a MAIMONIDE in tractatu סנהדרין Cap. III. & IV. § 1. sq. PETRO GALATINO de arcanis catholicæ veritatis Lib. IV. Cap V. p. 199. ed Francofurti 1612. fol. PETRO CUNÆO de Republica Hebræorum Lib. I. Cap. XII. p. 709 ed. Lugduni Bat. 1703. 4. cura J NICOLAI, cujus etiam eruditæ ad l. c. addantur notæ. Porro de hoc hic & in aliis Hebræorum initiationibus locum habente ritu agunt FRIDERIGUS SPANHEIMIUS in Miscellaneis Sacræ Antiq. Liq. VII. Part. I. p. 874 Tom. II oper. ad Lugduni Bat. 1703. fol. ADAMUS TRIBECHOVIUS in Diatribe de impositione manuum Cap II Sect IV. 21. 22. 23. sq. ed. Kiloni 1688. 4. JOSUA ARNDIUS in Lexico Antiq. S. p. 583. sq ed. Gripswald. 1669. 4. & denique JOH. HENRICUS OTHO in Lexico Rabbinico p 271. sq ed. Genevæ 1675. 8. y) Renuntiatio seu proclamatio in ipso Synedrii M. consessu facta est verbis sequentibus: הרי אתה סמוך ויש לך רשות לדין אפלו ריני קנסות Hoc est: *Ecce Tu ordinatus es, daturque potestas Tibi judicia exercendi, etiam criminalia* MAIMONIDES loc. cit.

§. IX. Sed missis his aliisque in allegatis *Schwarzkopfianis* verbis extantibus erratis, tango solum jam illud, quod ille in determinatione Directoris Synedrii M. parum prospiciente animo commisit, quodque duplex est, ac primo tangit nomen honoris hujus Præsulis, quodque existimat fuisse NASIR. Verum si evolvimus omnia antiquiorum recentiorumque Doctorum Hebræorum scripta, in illis nec volam nec vestigium de tali Nasir seu Synedrii M. Præside inveniemus; nec credo ullum Christianorum Scriptorum Antiquitatum Hebraicarum fuisse tam præcipitem, ut hæc quoque tradiderit. Admiratione itaque non minima hæreo defixus, unde & ex quo fonte Schwarzkopfius turbidam hujus erroris aquam hauserit: In somno sane Præsidis hujus Nasir species solum efficta sibique oblata esse videtur. Si autem porro in nomen hoc *Nasir* inquirimus, statim videbimus, hoc ipsum non tam nomen honoris dignitatisque eminentioris fuisse, uti Schwarzkopfius existimavit, quam potius sectæ. *Nasir* seu נזיר enim Nasiræum vel Naziræum notat, hoc est, (uti ejus R. נזר innuit, pluribusque R. SIMEON, in *Jalcut* z) docet,) *separatum*, seu talem hominem, qui sese ab aliis quoad victum ac habitum separavit, votoque quodam singulari sese Deo obstrinxit, hocque vel per totam vitam, vel quoad certum statutum tempus, quod *Nasiræi* in Hebræo populo fecere, utpote qui vota suscepere uti alendorum capillorum sic etiam abstinentiæ ab omni tonsura, a vino, aceto omnique inebriante potu imo ab omni pollutione, uti pluribus hoc, imo universum Nasiræismum exposuere viri doctissimi ANTONIUS HULSIUS a), JOHANNES LEUSDENIUS b), H. RELANDUS c), JOHANNES SPENCERUS d), Fratres MACRI e), THOMAS GODWINUS f), & qui omnium labores in hoc argumento superavit GEORG. FRIDERICUS MEINHARDUS g). Ex his jam abeunde constare puto prolatum a D. Schwarzkopfio nomen Nasir non proprium Synedrii M. Directori fuisse, ideoque optimum hunc virum hic lapsum per hunc errorem, in quam, quantum conjicere possum, inductus esse videtur illa Doctorum Ebræorum, præcipue R. MAIMONIDIS h) huncque secuti CORNELIII a LAPIDE i) sententia, *Nasir* (נזיר) sed

z) Cap. III. fol. 203. ed. Cracoviæ 1595. fol. a) in Theologia Judaica Lib. I. Part. I. p. 159. s. ed Bredæ 1659. b) In Philologo Hebræo mixto Dissert. XXIII p. 162. sqq. ed. Leidæ 1699. 4. c) Antiquitat. Hebr. Part. II. Cap. X. p. 273. sq. ed. cit. d) De Legibus Hebræorum Ritualibus, Lib. III. Dissert. I. Cap. VI. p. 850-870. ed. Lipsiæ 1605. 4. e) in Hiero-Lexico p. 397. sq. ed. Romæ 1677, fol. f) in Mose & Aarone Lib. I. Cap. VIII. p. 67. ed Bremæ 1694. 8. g) In *quatuor* peculiaribus & eruditis *Dissertationibus* de Nasiræis ed. Jenæ 1676. 4. h) in More Nebuchim Part. III. Cap LXVIII. p. 497. ed. Basileæ 1629. 4. i) in Commentario in pentateuchum & quidem in Numer. Cap. VI. p. 786. ed. Antwerpiæ 1671. fol.

seu *Nasiræorum æquatum fuisse summo Pontificis* idque ex hac Nasir seu Nasiræ apud Hebræos habita summa existimatione; quæ æque ac Pontifex M. gavisus est. Illustris Vir judicaverit Nasir seu Nasiræorum fuisse S. Synedrii Præsidem, quamvis hæc Nasiræorum existimatio non tam ex aliqua, qua inter Hebræos eminuerint excellentiori functione, quam potius, docente hoc quoque MAIMONIDE l. c. ex illorum sanctitate profluxit, ita ut in hoc solum pares summo Pontifici positi fuerint, non autem in alia.

§. X. Longe sane excellentius nomen fuit, quod Directori hujus Synedrii datum est, idque, omnium Doctorum Hebræorum imo ipsius Talmudis consensu, נשיא, NASI, quod *Principem*, seu, juxta R. נשא, *elevatum supra alios* significat: & hunc *Nasi* sive Principem respexisse eumque cum *Nasir* confudisse videtur illustris *Schwarzkopfius*. Sed confusionis ejus nondum est finis, novamque & quidem *secundam* diffundendo perpetravit, quando per hunc Nasi seu Præsidem, non ipsum Pontificem Hebræorum Maximum, sed longe alium, ab illo distinctum, illumque in Synedrio S. dignitate, auctoritate, imo & ipso loco, antecedentem effinxit.

§. XI. Sed uti occultis hisce telis, vano tamen ictu, Theologos lacessere voluit, ita his sese in illum laxato tendine retorquentibus, ipse appetitur. Vult Vir B. nomine Nasi (נשיא) designari hic virum solum politicum, & quidem in populo Hebræo summum; fasces, sibi soli, ut lepide somniat, traditos, ex mero arbitrio, vibrantem, horumque eis involutam securim omnium Sacerdotum & ipsius Pontificis maximi vultibus, imo & illorum cervicibus, ferociter opponentem. Verum, ut maximi viri, imo ipsi Imperatores, Reges ac Principes, cum aliis inferiorum ordinum hominibus, sclopetis præfixum elavatumque discum petentes, sæpissime longe ab hoc aberrant; ita etiam summus noster *Schwarzkopfius* præfixam hic sibi metam, in quam tam exacte collimare summa ope annisus est, non assecutus sed potius ab illa quam longissime delatus est. Etenim ille ipse Nasi (נשיא) seu Princeps, quem in Synedrio Summo Hierosolymitano supra Pontificem M. evehit, ipse Pontifex est, & non alius ab illo diversus, fuit. Hic enim, nempe Pontifex summus hoc, in quo veneratio fuit, honoris nomine affectus est ab ipso Jehovah, utpote qui hunc summum Sacerdotem, primum intimiorisque suæ admissionis ministrum, expressissimis verbis vocet נשיא, *Principem*; imo נשיא נשיאי הלוי *Principem Principum Sacerdotum*, Num. III, 32. Quo titulo illum etiam in N. T. Spiritus S. ornare voluit, quia hic S. Sacerdos, quando ejus ibi mentio fit, semper *ἀρχιερεὺς* seu Princeps Sacerdotum dicitur, uti constat ex sequentibus locis: Matth. XVI 21. XX, 18. XXVI, 51. sq. Marc. II, 26. XI, 18. 27. XIV, 43. 51. 61. Luc. III, 2. XXII, 66.

XXIII.

XXIII, 10. 13. Joh. XI, 49. sq. XVIII, 13. sq. Actor. IV, 17. sq. IX, 1. 14 XXIII, 1. sq. ut alia loca taceam.

§. XII. Et eodem hoc *Nasi* seu principis titulo ornarunt quoque Hebræi Doctores hunc summum pontificum, uti constat ex codice Talmudico *Horajoth* k) ubi Nasi describitur: הנשיא הוא היה בעל הדרשה ותלמד תורה ברבים Hoc est: *Nasi seu princeps est, qui interpretandæ publice legis summam habet auctoritatem.* Quis autem summam hanc interpretandi legem auctoriratem habuit? Sane summus sacerdos, utpote qui summus legis voluntatisque divinæ interpres erat, & cui custodia legis puritatisque doctrinæ expresse a Deo concredita & demandata fuit, uti liquet ex *Malachia* Cap. II, 7. *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirerent ex ore ejus, qui ipse est angelus Domini exercituum.* In quibus verbis per כהן seu *sacerdotem* intelligitur sacerdos M. qui hic, uti & alibi κατ' ἐξοχὴν כהן seu *sacerdos* vocatur observante hoc eruditissimo HUGONE GROTIO l). Tango huic loco alium, occurrentem in Codice תענית, seu *de jejuniis* m). Nam dum hic de ceremoniis in solennioribus jejuniis observandis, agitur, expresse scribitur: ובראש הנשיא וכראש אב בית דין וכל אחד ואחד *Et cinere consperguntur capita principis* (Præsidis scil. Synedrii) *& patris domus judicii,* (secundi a Præside) *& singulorum, unius post alium.*

§. XIII. Præter hoc, quod jam examinavimus, nomen Nasi, Talmudici Doctores & aliud Synedrii M. Præsidii excellens nomen tribuere, vocando illum nonsolum simpliciter *Principem* seu *Nasi*, sed etiam *principem in omni loco*, נשיא בכל מקום testante hoc ipso MAIMONIDE n). Quis autem extra pontificem summum talis in omni loco & ubique princeps esse, omnesque alios maximis dignitatibus & meritis nobilitatos illustresque viros præter hunc anteire potuerit, nescio. Primum enim in populo Hebræo locum post Regem pontifex M. semper habuit, fuitque secundus a Rege, uti constat ex clarissimo BOCHARTO o): imo, quando Hebræorum populus Rege erat destitutus, in ejus vicem regia potestate præditus erat pontifex M quemadmodum hoc fusius demonstravit vir doctissimus ZACHARIAS LUNDIUS p). Sic

k) Verba hæc Talmudica allegati codicis *Horajoth* Cap. III. adduxit clarissimus JOHANNES COCCEJUS in Notis ad Tract. Talmudicum *Sanhedrin* & quidem ad Cap. IV. pag. 26. Tom. VII. oper. edit. Amstel. 1673. fol. l) in hunc locum p. 1578. Tom. III. Bibliorum Crit. S. editionis optimæ Gürtlerianæ, impressæ Francofurti 1695. fol. Confer. QUENSTEDIUS in Antiquitatibus Biblicis p. 28. ubi scribit: quod penes Sacerdotum S. fuerit directorium totius rei Ecclesiasticæ & arduorum maxime negotiorum. m) Cap. II. §. p. 361. Part. II. operis Mischnici Surenhusiani. n) l. c. Cap. I. §. 3. o) in HIEROZOICO Part. I. Lib. II. Cap. XVII. p. 217. ed. Francofurt. 1675. f. p) Im Jüdischen Heiligthümern, Lib. III. Cap. XIII. p. 464. sqq. ed. Hamb. 1721. fol.

Si itaque ſ. ſacerdos primus, excepto ſolum rege in omni loco, in templo & extra templum exſtitit, ſane primum hunc etiam in ſynedrio occupaſſe locum, ſicque hunc ipſum *Naſi* ſeu principem fuiſſe, credendum erit.

§. XIV. Videtur hoc ipſum etiam probare ſplendidiſſimus S. ſacerdotis habitus cultui regali fere reſpondens, & vere principalis. Nam ſi hunc ſummi pontificis veſtitum, quo in ſolennioribus ſuis functionibus indutus fuit, intuemur, videbimus illum tam magnificum fuiſſe, uti ſummum principem decet. Erant veſtes ejus ornatæ pretioſiſſimis gemmis, diſtinctæque puriſſimo auro & purpura; purpura inquam, quæ docente clariſſimo BRAUNIO q) apud Hebræos quoque inſigne & Regis & principis fuit, quique purpureus color dein etiam apud alias gentes, Græcos Romanosque præprimis, habitus eſt pro regio, quo ſummi Reges Duces ac Principes ſolum uſi fuere, docentibus hoc pluribus OCTAVIO FERRARIO r) & JOH. CHRISTOPHORO BECMANNO s). & qui his in hoc de purpura ſtudio palmam eripuit doctisſimo præſide JOHANNE FRIDERICI t). Ne dicam de purpuræ huic in habitu S. ſacerdotis juncta inque apice ejus Tiaræ effulgente corona ſeu lamina verticem circumeunte aurea, inſigni ſane antiquisſimo, docente CAROLO PASCHALIO u), regio & principali, quodque pontificis M. majeſtaticum ac principale diadema pluribus expoſuit jam laudatus BRAUNIUS x) & poſt hunc B. LAMIUS y) doctisſimusque Theologus Ultrajectinus H. van de WALL z).

§. XV. Hæc autem quæ Principatus inſignibus pro principatus ſacerdotis S. ejusque inde fluente in ſynedrio M. præſidio protuli, cofirmat is, qui MARTINO RUARIO a), judice *poſt ſacras literas de Judaicis rebus optime ſcripſit*, PHILO JUDÆUS, *natione*, uti HIERONYMUS b) loquitur, ALEXANDRINUS, de *genere Sacerdotum*, qui c) expreſſe profitetur, omnium in gente Hebræa exactisſimum tribunal, quo omnes gravisſimæ ac difficillimæ cauſæ

Mmm mmm m dif-

q) in libro de veſtitu Sacerdotum Hebræorum Lib. II. Cap. XXV. p. 661. ed. Amſtelodami 1698. 4. r) De Re Veſtiaria Lib. II. Cap. IX. p. 714. Tom. VI. *Antiquitatum Roman.* J. G. GRÆVII. s) in Syntagmate Dignitatum Diſſert. VII. §. VII. & VIII. p. 203. ſq. ed. Francofurti 1696. 4. t) in Tractatu *de Porphyrogenitis*, p. 4. ſq. ed. Jenæ 1700. f. u) de Coronis Lib. IX. Cap. IX. ſqq. p. 588. ſqq. ed. Lugd. Bat. 1671. 8. x) De veſtitu Hebræorum Lib. II. Cap. XXII. p. 630. ſqq. ed. cit. y) de Tabernaculo Moſaico Lib. III. Cap. VIII. Sect. IV. p. 41. ſq. ed. Pariſiis 1720. fol. z) In diſſertatione: de Pileis ac Tiaris Sacerdotum & ſummi Pontificis Hebræorum, Cap. VI. p. 48. ſqq. edita cum S. van TILL Tabernaculo Moſis Amſtelodami 1714. 4. a) In Epiſtolis, Centuria I. p. 98. editionis Amſtelodamenſis. b) In Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum Cap. XI. p. 33. editionis celeberrimi ac ſummi Theologi ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI, luci expoſitæ Helmſtadii 1700. 4. c) in libro *de creatione principis* p. 728. ed. Frf. 1691. fol.

discutiendæ erant, fuisse Sacerdotum & Pontificis M. curiam, h. e. Synedrium M. Audiamus Philonem ipsum: Ὅταν, inquit, ἂν ἀμαυρὰν, ποιῆται τὴν ἀντίληψιν τῶν πραγμάτων, ἀσάφειαν, καὶ πολὺ σκότος ἀπεργαζομένων παραιτείσθω τὰς κρίσεις, καὶ ἀναπεμπέτω πρὸς ἀκριβεστέρους δικαστάς. οὗτοι δὲ τίνες ἂν εἶεν, ἢ ἱερεῖς, καὶ ὁ τῶν ἱερέων ἔξαρχος ἡγεμών. i. e. *Quodsi* (Rex nempe) *igitur non satis causas perspicit propter perplexitatem illarum & caliginem, recuset officium Judicis, & litigatores ad accuratius tribunal ablegét. Id vero non aliud fuerit, quam sacerdotum, atque summi sacerdotum principis.* Cimmeriis sane tenebris cum Cimmeriis populis pressum imo plane demersum illum possit summam sacerdotis M. in hoc consessu LXXI. virali auctoritatem, supremamque in ferendo judicio potestatem, quam & PHILO alibi d) ei adscribit, vocando illum primarium ac ordinarium δικαστὴν seu *judicem.* Et hoc ipsum etiam confirmatur axiomate illo Talmudico: כהן גדול דן ודנין i. e. *Sacerdos M. judicat* (scil. in Synedrio M.) *& judicatur* e).

§. XVI. Verum hæc ipsa, quæ noster ex PHOTII f) mente *Platonizans,* seu ex EUSEBII g) sententia *Pythagorizans Philo* de summa ac perpetua Pontificis M. judiciaria potestate Platonico more breviter, &, Pythagoræa methodo, in umbra quasi protulit, clariori luci exponit FLAVIUS JOSEPHUS, Historicus, cui, ex judicio magni SCALIGERI h). in rebus Judaicis tutius credere possumus, quam omnibus summis Scriptoribus græcis ac latinis, imo, quod addo, omnibus Scriptoribus Talmudicis, & ipsi Talmudi, conflato quoad Mischnam a R. JEHUDA, cognomine הקדוש seu Sancto, demum centum fere post Josephum annis, i) & quoad Gemaram seculo demum V. k) Hic Josephus confirmat primo l) Philonis assertum, nempe discussionem gravissimarum maximeque involutarum rerum & causarum fuisse penes summum Pontificem & Senatum maximum Hierosolymitanum, idque exprimit his verbis: Ἀλλ' οἱ δικασταὶ, μὴ νοῶσι περὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς παρατεταγμένων ἀποφή-

d) in libro *de Profugis*, p. 467. ed. cit. e) vid. Tractatus Mischnicus *Sanhedrin* cap. II. §. I. p. 214. Pars Mischnæ ed. cit. f) Bibliothecæ Codice CV. p. 378. ed. Rothomagi 1653. f. g) Historiæ Ecclesiasticæ Lib. II. Cap. IV. p. 43. ed. Valesii Moguntinensis 1672. fol. h) vid. VOSSIUS de Historicis Græcis Lib. II. Cap. VIII. p. 196. ed. Francofurti ad Mœn. 1677. 4. i) Docentibus hoc JOH. HENRICO OTTHONE in Historia Doctorum Mischnicorum p. 158. ed. Amstelodami 1700. 8. JO MORINO in Exercitationibus Ecclesiasticis in Pentateuchum Samaritanum Exercit. II. Cap. III. p. 111. sq. ed. Parisiis 1631. 4. & R. DAVID GANZ in צמח דוד p. 108. ed. Lugduni Bat. 1644. 4. k) BUXTORFFIUS in Bibliotheca Rabbinica p. 230. ed. Basileæ 1640. 8. LUDOVICUS CAPELLUS in Critica S. Lib. V. Cap. XII. p. 372. ed. Paris. 1650. fol. it. JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER de emendatione temporum p. 587. ed. Genevæ 1629. fol. l) Antiquitatum Judaicarum Lib. IV. Cap. VIII. p. 122. ed. cit.

φήναθαι συμβαίνει δὲ πολλὰ τοιαῦτα τοῖς ἀνθρώποις, ἀκέραιον ἀναπεμπέτωσαν τὴν δίκην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν. καὶ συνελθόντες ὅ τε ἀρχιερεὺς καὶ ὁ προφήτης, καὶ ἡ γερουσία, καὶ τὸ δοκοῦν ἀποφαινέσθωσαν. i.e. *Quod si judices* (aliarum scil. urbium & inferiorum Synedriorum) *nesciant de negotio ad se delato pronunciare: Sicut interdum accidit, in sanctam urbem integram causam relegent; tum vero Pontifex M. & Propheta una cum Senatu, quod visum fuerit, decernant.* Porro idem auctor m) Pontifici summo summam, post reditum ex Babylone, usque ad Hasmonæorum tempora in populo auctoritatem adscribit his verbis: Οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς προεστήκεισαν τῶν πραγμάτων, ἄχρις οὗ τοὺς Ἀσμωναίους συνέβη βασιλεύειν ἐκγόνους. Hoc est: *Etenim penes Pontifices M. fuit summa auctoritas, donec Asmonæorum gens mutato rerum statu regnum habuit.* Licet autem ex Josephi sententia Hasmonæis clavum Reipublicæ Judaicæ tenentibus, Pontificum summorum auctoritas fuerit diminuta, hoc tamen non obstante hæc ipsa eorum auctoritas adhuc magna in Synedrio fuit, & hoc quidem adhuc temporibus Romanorum in populum summam potestatem jam habentium, quod JOSEPHUS n) confirmat exemplo summi Pontificis Anani, de quo ita verba facit: Ἄνανος καθίζει συνέδριον κριτῶν, καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους; i.e. *Ananus advocat concilium Judicum, & constituit coram eo fratrem Jesu Christi, Jacobum nomine, & quosdam alios,* (intelligo Apostolos). Quia nunc Senatum convocare, rationemque extraordinariæ congregationis exponere ad Præsidem cujuscunque Senatus concilii proprie pertinet, apparet sane ex eo, hunc Ananum Præsidis in Synedrio M. tenuisse fasces.

§. XVII. Et hæc a Josepho enarrata de Anano historia confirmatur in ipsis pandectis Novi fœderis sacris, præcipue Act. V, 17. sq. 21. sq. & versu 27 ubi Spiritus S. testatur, Principem Sacerdotum (qui hic ipse Ananus est) insurrexisse Apostolis, eosque custodiæ mandasse, conscripsisse in illorum causa Synedrium, & dein Apostolus in hoc Senatu statutos interrogasse, examinasse ac summæ impietatis & hæreseos ideoque mortis reos condemnasse, qua illis irrogata mortis pœna, & quidem atrocissimo supplicii capitalis genere, nempe lapidatione, supplicio hæreticorum in populo Hebræo Doctorum seu Pseudoprophetarum ordinario o), etiam affecti fuissent, nisi Gamalielis, non minimi hujus Senatus & quidem integerrimi membri, consilio & rationibus, pœnæ hæc



m) Lib. cit. Lib. XI. Cap. IV. p. 367. ed. cit. Conf. etiam Lib. XX. Cap. VIII. p. 700. ubi idem, quod in allegato loco scripsit, confirmat. n) Lib. XX. Cap VIII. p. 698. o) omnes Pseudoprophetas ac Seductores populum ad apostasiam impellentes lapidationis supplicio mulctandos esse, præcipitur in Tractatu Talmudico *Sanhedrin* Cap. VI. §. 3. p. 238. Tom. IV. Misch. ed. cit.

hæc mutata fuisset in flagellationis castigationem. Et quem fugit Præsidii dignitas, qua in Synedrio M. eminuit ἀρχιερεὺς Caiphas, seu uti illum vocat JOSEPHUS p) *Josephus Caiphas*; cum per hunc detestandum Pontificem in sanctissimum nostrum Salvatorem Jesum Christum sententia mortis in dicto concilio fertur. Ad hunc enim Cajapham innocentissimis & miseris modis vinculisque durissimis colligatus agnus abductus fuit; hic convocato universo Synedrio q) illum de doctrina sua examinavit; productos & suppositos a se ipso sceleratos testes quæsivit; hoc facto suffragia omnium Synedrii membrorum collegit, ac denique ipse ab omnibus sancitam injustissimam capitis pœnam pronuntiavit, ut pluribus docent MATTHÆUS XXVI. sq. MARCUS XIV, 53. sqq. LUCAS XXII, 54. & denique JOHANNES XVIII, 19. sqq. Omnes jam dicti a Cajapha in hoc iniquissimo consessu exercitii actus abunde ejus, quod in illo habuit, directorium evincunt, quod etiam oculatissimus HUGO GROTIUS r) adjecto calculo suo comprobat, scribitque memoratum iniquitatis consessum fuisse ipsum Synedrium, Pontificemque M. ejus Præsidem, *qui*, נשיא, uti loquitur, *illis temporibus nullus fuit alius a Pontifice Maximo; alioquin enim si alius a Pontifice M. fuisset, ipsius fuisset concilium cogere.*

§. XVIII. Et licet statim post optimi nostri Salvatoris acerbissimam, universo autem orbi salutarem, mortem, res Judæorum præcipiti subitoque casu adeo ruere cœpere, ut amplissimi LXXI. vitalis collegii conventum non S. Sacerdos aut Romanorum Provinciales Præses solum, sed & ipsi Romani Chiliarchæ Præfectique urbis Hierosolymitanæ, cogere potuere, & quod magis est, in ipso Romano Prætorio congredi, dictitarunt: mansit tamen nihilominus præsidium in hoc Concilio M. apud S. Sacerdotem, uti liquet ex Act. XXII, 30. XXIII, 2. Nam postquam ibi Claudius Lysias, urbis Hierosolymæ militumque præsidiariorum Præfectus Romanus, Synedrium M. jussisset adesse in suo palatio ad cognoscendam ibi S. Pauli, quem in custodia tenebat, caussam, Paulusque ad hoc judicium ductus erat, Pontifex M. Ananias, ut Præses, verba fecit, & pro sua, & in hoc Collegio etiamnum plurimum pollebat, auctoritate, Paulum, libere ac intrepide causam suam dicentem, jussit percuti colaphis, quam injustitiam Paulus indigne ferens, in hæc contra Pontificem verba iterum erumpebat: *Percutere te futurus est Deus, paries dealbate, & tu sedes*

p) Antiquit. Jud. Lib. XVIII, cap. III. p. 618. q) Hoc enim congregatum a S. hoc pontifice fuisse, inque ejus ædibus seu palatio inusitato & tumultuario more nocturno tempore consedisse docet MATTHÆUS cap. XXVI, 29. imo hoc ipsum Synedrium altero mane iterum convenit, ut latam jam mortis sententiam confirmaret & consummaret, uti constat ex MARCI cap. XV, 1. & LUCÆ cap. XXII, 66. r) in Commentario in Matth. cap XXVI, p. 807. Tom. IV. Bibliot. Crit. S. ed. cit.

*des judicans me secundum legem, & contra legem jubes me percuti?* Act. XXIII, 3.

§. XIX. Videtur autem hic non leve, & a doctissimo viro WILHELMO GOREE s) motum, restare dubium, enatum ex subsequentibus Pauli verbis, in quibus v. 15. profitetur, se nescivisse, hunc, ex cujus mandato colaphis defixus fuerat, & cui maledixit, fuisse principem sacerdotum. Ex hac inscitiæ professione colligit *Goreus*, Pontificem summam minime hoc tempore præsidem egisse in Synedrio, quia si Præses fuisset, ex primo a Præside semper occupato loco Paulo legum, jurium ac dignitatum populi sui valde perito, cognitus esse debuisset. Verum ex hoc, quod Paulus pontificem S. ignoravit, nondum sequitur, pontificem non præsedisse huic collegio. Alia enim hujus inscitiæ Paulinæ fuit causa, & quidem non tam, uti JOHANNES CHRYSOSTOMUS t) existimat, longa Pauli absentia, qua incognitus sibi factus pontifex M. quam potius tumultuarius & extraordinarius hujus summi judicii, non in ordinario & consueto loco, nempe in conclavi templi, sed in ipso romano prætorio, vel in memorati militum romanorum tribuni palatio, congressus. Vix enim credendum est, judices hujus Synedrii coram tribuno hic constitutos eadem semicirculari vel semilunari forma u) ac eodem modo formasse senatum, singulosque secundum ordinem talia hic occupasse subsellia, uti facere consueverunt in ordinario congressionis loco, nempe in conclavi templi, dicto לשכת גזית seu *Conclavi Gasith* x). Quis scit, an judicibus permissum fue-



s) In antiquitatibus Judaicis belgico idiomate scriptis dictisque: *Bybelsche Wysheit*. Lib. V. p. 606. Tom. I. ed. Amstel. 1690. fol. t) In Acta Apostolorum, *Homilia* XLVIII. p. 418. Tom. IX. *operum*, qui III. est N. T. ed. Frf. 1698. fol. u) Formam consessus Semilunarem vel Semicyclicam pluribus delineant ac depingunt JOH. SELDENUS de Synedriis H. Lib. II. Cap. VI. p. 158. ed. cit. CONRADUS MEL in antiquario S. Sect. IV. Cap. I. p. 243. ed. Frf. 1719. 4. it. B. LAMY de Tabernaculo fœderis & templo Hierosolymitano Lib. VI. Cap. II. Sect. VI. p. 923. ed. cit. x) i. e. Conclave cæsorum lapidum, quod huic consessui ita proprium erat, ut citra illud aliquid recte decerni posse non arbitraretur, uti constat ex tractatu Talmudico *Middoth* Cap. V. §. III. p. 378. Tom. V. Mischna ed. Surenhuys, addantur *L'empereurii* notæ in h. l. p. 379. sq. Ex hoc autem assignato huic judicio ordinario conclavi ante adventum optimi Salvatoris ejusque temporibus migravit Synedrium hoc ad tabernas in monte templi, in urbem, & ex ea Jabneam & in alia loca, ubi ex Talmudistarum scriptis ac pluribus demonstravit vir clarissimus GEORGIUS JEREMIAS HOFFMANNUS in pererudita dissertatione: *de Processu Criminali Synedrii M. adversus Salvatorem* §. XI sq. p. 218. Tom. II. *Thesauri Philologici* a MENTHENIO Amst. 1702. fol. editi, cui Thesauro hæc dissertatio ob præstantiam inserta est. Confer. MELCHIOR LEIDECEERUS de Republica Hebræorum Lib. VII. cap. IX. p. 475. edit. cit. JOHANNE BAPTISTA VILLALPANDUS in Ezechielem Tom. II. Part. II. Cap. XXVI. p. 203. ubi conclave hoc pluribus delineatur.

fuerit a tribuno sibi hic assidere, & annon potius circumadstando res suas agere debuerint. Sane, si illis sedes hic fuere distinctæ, consessum tamen hic promiscuum fuisse credibile est. Et ex hoc promiscuo tumultarioque consessu, in quo summus pontifex non primum ac ordinarium occupare poterat locum, fluxit memoratus Pauli, ex ignorata summi Sacerdotis persona ortus, error.

§. XX. Stat itaque sentia, Summum Pontificem fuisse נשיא, ordinariumque semper Synedrii M. Præsidem, nec unquam, nisi per vim, ut aliam gravissimam causam, fuisse ab hoc officio exclusum, uti mecum fatetur vir antiquitatum Judaicarum peritissimus ac celeberrimus JAC. GUSSETIUS y) ita scribens: *Caiphas* NB. *Summi Sacerdotis titulo præses erat Synedrii. Nec moramur negantes ex Rabbinis, nimium ad rem hanc certo docendum novis, pontificem fuisse caput natum Synedrii Judaici, & potius credimus Flavio Josepho id testanti Lib. II. contra Apionem prope medium, & Ἀρχαιολ. Lib. IV. Cap. VIII, Josephus enim est fide dignus in his, quorum ipse pars magna fuit: cui alter testis concinit Philo, Christo σύγχρονος, libro de principatu constituendo, qui etiam alibi narrando Synedrii statum Josephus ἀρχ. Lib. XI. Cap. IV. & Lib. XX. Cap. VIII. Philo vero de vita Mosis, evincunt Talmudistarum ignorantiam.* Accinit GUSSETIO Cl. JOHANNES BRAUNIUS z) his verbis: *Nonne Cathedra Mosis erat solium* הנשיא *principis in medio Sanhedrin? Nonne Sanhedrin ipsiusque thronus fuit in templo, in loco alto, prope altare holocaustorum? Sed hæc iis, qui antiquitatem Judaicam spernunt, latet.*

§. XXI. Sed missum jam ex conspectu meo facio Hierosolymitani quondam summi Synedrii Præsidem vel Directorem, oculosque potius conjicio in novum & exoptatissimum illustris nostri Gymnasii Academici Casimiriani Directorem, Virum Maxime Reverendum, Amplissimum, Eruditissimum & Excellentissimum, Dominum ALBERTUM MENONEM VERPOORTENNIUM, S. S. Theologiæ Doctorem, & huc usque Ecclesiarum in Ducatus nostri Saxo-Coburgici Diœcesi Neustadensi ad Ericas Superintendentem fidelissimum, vigilantissimum & clarissimum. Hic est, quem Deus iterum, ex singulari gratia, Athenæo nostro moderatorem dedit, postquam ante jam effluxum semestre temporis spatium, optimum de ... universa ecclesia & Republica literaria bene meritum ejus Antistitem Dn. GODOFREDUM LUDOVICI, S. S. Theol. D. & P. P. ut huic nostro Gymnasio, sic etiam rebus omnibus humanis præmatura perpetuoque lugenda morte eripuit. Verum ut benignissimum Numen ea, quæ mortalibus una manu subtrahit, altera liberaliore eis reddere solet: Ita etiam beatum, e vivis nostrisque lacrymis perfusis oculis sublatum cla-

y) In Commentariis Linguæ Hebraicæ p. 491. ed. Amst. 1702. f. z) In selectis sacris, Lib. I. Cap. VIII. p. 117. ed. cit.

clarisſimum D. LUDOVICUM, nobis refudit in præſtantisſimo D. VERPOORTENNIO. Uti nunc de novo hoc divino nobis reſtituto dono ſibi gratulantur illuſtre Scholarchatus Collegium, amplisſimus Profeſſorum ordo, univerſus Ducatus, tota hæc civitas, & præcipue exſultantium Gymnaſi noſtri civium corona; ita etiam opera danda, ut ejus ſtudio ac ſolidiore doctrina quantocyus Gymnaſii noſtri ejus deſiderio flagrantes cives, in majus ſtudiorum ſuorum incrementum, cum animo oblectatione frui poſſint.

§ XXII. Eum itaque in finem laudatum & a *Sereniſſimis* noſtris Principibus ac Dominis, Dn. JOHANNE ERNESTO, Dn. ERNESTO LUDOVICO, & Dn. FRIDERICO, *Ducibus Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium*, reliqua, *Dominis noſtris clementiſſimis*, uno animo huc vocatum, jamque rebus ſecundis appulſum novum Gymnaſii Directorem & S. Theologiæ ordinarium Profeſſorem, ad ſpeciale *Sereniſſimorum* mandatum, conſtitui die XIII. Octobris hora IX. Antemeridiana, in auditorio Gymnaſii majori ſolenni ritu inducere in commiſſa fidei Gymnaſii munera, præmiſſoque adſtrictione, ſermone de *Directoribus Scholarum Hebræorum*, eum *Docentium ac Diſcentium ordini* dare & committere ac denique pro *Sereniſſimorum* noſtrorum *Principum*, horumque imo univerſæ *Sereniſſimæ Saxonicæ Domus* ac Reipublicæ noſtræ perpetua ſalute vota ſolvere devota. Huic autem ſolenni actui, ut *Sereniſſimi Patriæ Patres*, horumque *Sereniſſimi Porphyrogeniti*, ac Perilluſtres Status & Aulæ miniſtri, omnesque alii illuſtrium Collegiorum ac Urbis Proceres, & cujuscunque ordinis Muſarum Patroni, præſentia ſua gratioſisſima, ſplendida & exoptata, intereſſe velint, ſubmiſſe, officioſe ac permanenter rogo, nobilisſimæque ſtudioſæ floridæ juventutis debitam placidamque frequentiam expecto, ſerioque jubeo: Denique autem Summi Numinis, ad hunc actum neceſſariam gratiam lumen & auxilium omnibus ſupplicibusque precibus expeto. P. P. die VIII. Octobris ſive DOMINICA XVIII. poſt. SS. Trinit. Feſtum A. O. R. cIↄIↄcc xxiv.

# IOH. GERH. MEUSCHENII
## O R A T I O
# DE DIRECTORIBUS SCHOLARUM HEBRÆORUM.

Licet, *Sereniſſimi* DUCES AC PRINCIPES, *illuſtres Aulæ, Status, Collegiorum, Provincialium Proceres* venerandi *Eccleſiarum hujusque Athenæi Moderatores, Omnesque alii æſtumatiſſimi Auditores*, flebili ac nunquam ſatis deplorando pro-

protoplastorum nostrorum lapsu, anima nostra, antea summo collustrata & perfusa lumine, spissis, tenebris & densissimæ ignorantiæ caligine fuit obducta; tamen infinita Dei misericordia hæ, quæ mentem occupaverant, tenebræ iterum sensim sunt discussæ, & novum lumen, novaque rerum & cœlestium & humanarum cognitio occœcatum denuo intravit. Et hoc factum est primo, gratiosa, quæ timore perculsis protoplastis post lapsum obtigit, revelatione, & in ea ab ipso Deo instituta nova mentis cultura, imo ipsa constitutione Scholæ. Scholæ inquam: Nam hæc divina & quidem prima fuit, in qua ipse Deus Summi Doctoris munere fungens, protoplastorum animum denuo formavit, & Adamo exemplum, imo in exemplo mandatum dedit, ut posteris suis simile panderet gymnasium, & in illo recluderet occlusa fidei, religionis ac naturæ mysteria.

Nec defuit in hoc *Adamus* suo officio, statimque ad formam hujus celsissimi Archetypi effinxit nobilissimum ἔκτυπον, inque familia sua scholam fundavit, in qua ipse Doctor & uxorem & liberos summa cura instruxit, illisque abdyta sacra & naturæ arcanæ reseravit, fatentibus SUIDA a) ac CLEMENTE ALEXANDRINO qui illum ideo etiam prophetam vocat b) imo ipso impostores MAHUMETE c). Et hac Adami in erectione scholarum vestigia iterum pressit piissimus ejus filius *Sethus*, qui ea quæ a patre, non autem ut Judæi fabulantur ab angelis didicerat præcepta, iterum tradidit suis posteris, illosque, docente ALBUFARAYO in *Historia Dynastiarum* d) simul scribendi artem primo edocuit, & ope hujus accepta a se præcepta & mysteria conservare & transfundere possent in omnes omnium orbis partium & seculorum, mortales, quod & duabus a suis nepotibus erectus ante diluvium columnis, lateritia una, altera lapidea, factum esse JOSEPHUS e) tradidit, & credula Antiquitas pro certo habuit: Hoc certum est, piissimi Sethi optimum filium *Henosum* scholam, docente scriptura (Gen. IV, 26.) erexisse publicam; & in illa exposuisse divina oracula; quod quoque divinum fuisse *Henochum*, nullum est dubium, quia ejus doctrinæ, qua publice orbem informavit, illustria in Pandectis S. novi fœderis exstant vestigia.

Et quantam non novavit operam Noachus in erudiendis, & ad rectam, a quo deflexi erant, viam reducendis pessimis mortalibus antediluvianis? tantam

a) In voce Adam p. 46. ed. KUSTERI Cantabrigiæ 1705. fol. b) Lib. I. Stromatum p. 335. edit. Parisiis 1641 fol. c) in Alcorano Suratta II. p. 21. 22. edit. a MARACCIO Patavi 1698. fol. d) p. 5. edit. Oxonii 1663. 4. Conf. MICHAEL GLYCAS in Annalibus Part. II. p. 121. ed. Parisiis 1660. fol. e) Antiquitatum Judaicarum Lib. I. Cap. III. p. 8. edit. Lipſ. 1691. fol. Conf. JAC. BOULDUCCIUS in Ecclesia ante legem p. 28. sq. edit. Parisiis 1626. 4.

tam sane, ut inde illustri elogio *praconis* justitiæ a Spiritu S. (2. Petr. II, 8.) fuerit mactatus.

Nec existimandum est, Noachum hoc publici Doctoris munere solum ante diluvium fuisse defunctum: ipsa, cui in exæstuantibus fluctibus inclusus erat ærea, erat, ex JOHANNIS GREGORII f) mente, illustris Scholæ, quam tamen longe illustriorem fundavit, cum per effusas in universam orbem unctas sedata ira divina, & revolutis iterum in Oceani fauces inhorrescentibus aquis, salvus & incolumis exsiccatam terram sicco iterum tangebat pede. Multa equidem de hac Noachi post diluviana Schola PSEUDO BEROSUS g) INGHIRAMUS h) aliique tradunt, sed mitto hæc lubens, una cum optimi ejus filii *Semi* Schola, ex mente Hebræorum in monte Thabore exstructa, & dicata scrutinio abstrusissimarum tam naturalium quam divinarum rerum.

Hoc extra ambiguum est, Semi fidelissimæ institutioni unice adscribendum esse, qui vera cognitio summi Numinis hujusque Cultus, in sua prosapia permansit, impiis Chamitis ac Japhetitis omnem veri Numinis cultum legesque divinas, laxatis impietatis ac idololatriæ frenis, ferociter excutientibus. Omnes enim Semi posteri adhæsere cognitioni ac Cultui veri Numinis, & ad hunc conservandum in condendis Scholis fuere occupati, uti hoc constat de *Hebero*, omnibusque ab eo quoad nomen & sanguinem descendentibus *Hebræis*, præcipuo autem de *Abrahamo*, divinæ familiaritatis juxta *Tertullianum*, viro; utpote cujus Canaan, (relicta chaldaica) intrantis primum ac palmarium opus fuit ejectio Oratoriorum ac Scholarum publicarum, uti *Sichemi*, *Betheli*, sic præcipue in *Bearseba*, ubi institutioni publice sacravit, locum amœnissimum, arboribus densis, implexisque frondibus superbientibus, late consitum, studiisque ac mentis elevationi ideo aptissimum, eaque de causa in fundendis Scholis imitatum ab *Ægyptiis*, *Græcis*, *Romanis*, *Gallorum Druidibus*, & *priscis Germaniæ Bardis*. Sed quid has compello gentes? Omnes Abrahami posteri etiam longissimo seculorum intervallo a se distincti, hujus hac quoque in re vestigia pressere, lucosque, nemora, & loca montana ab omni vano strepitu remota, devoverunt publicis oratoriis & scholis, uti hoc constat de *Isaaco*, *Jacobo*



f) In Observationibus sacris c. XXV. g) in Antiquitatibus Lib. III. p. 24. editis Lipsiæ 1659. & effictis a JOHANNE ANNIO Viterbiensi, summo impostore cujus alias doctas imposturas enarrat JAC. SPONIUS in Itinerario, p. 13. ed. Noriberg. 1681. fol. h) in Fragmentis Antiquitatum Hetruscarum p. 174. ed. Volater. 1637. fol. conf. JOH. ORVENI Theol ogumena p. 156. ed. Bremæ 1684. 4.

*cobo*, hujusque progenie in ipso Ægypto, qui tamen, mortuo protectore *Josepho*, hisce æque ac libertate sua iterum fuit orbata.

Sed restituit has illis Deus, postquam eos per Mosen Pharaonum sævitiæ subduxit, & ex dira servitute in libertatem vindicavit: Et ne unquam ab hoc tempore deficerent viri, qui uti cultui sacro publico, sic etiam informationi juventutis ac Scholis præessent, Deus omnes *Levi* postgenitos utroque hoc officio perpetuo in sua gente fungi expressissima lege jussit, cui quoque parato morem semper gessere animo. Occupata enim, & in duodecim provincias a *Josua* subdivisa Palæstina, compositisque bellis, in omnibus Sacerdotum & Levitarum, distinctis eum præcipue in finem, urbibus, publicæ divini mentisque cultus officinæ sunt conditæ; qui quoque sequioribus, & quidem Regum temporibus factum est in omnibus fere Hebræorum civitatibus, legeque expressa & universali cautum, ut *omnis urbs destituta Literario ludo sit devastanda, ejusque incolæ sint gravissimo anathematis fulmine percutiendi*, uti hanc legem pandunt Pandectæ Talmudicæ in Cod. *Schabbath*, & ex his *Maimonides* i) aliique Judaicarum constitutionum & legum interpretes, quorum unus nempe *Jarchius* asserit, in quavis urbe, imo vico, ubi ducentæ & viginti familiæ fuere repertæ, constituendum fuisse Ludi Moderatorem, in majoribus autem urbibus, ratione multitudinis civium plures, traditque idem *Jarchius*, jam tempore Esaiæ, Hierosolymis quadragintas octoginta Synagogas, sive gymnasia vel scholas, fuisse numeratas k).

Imo tantus erat apud Veteres Hebræos scholarum amor, ut nulla, licet durissima, calamitate, sese ab illis abstrahere passi sint. Unde in ipsa gravissima captivitate Babylonica, in iis locis, ubi illis aliquali modo legibus suis vivere concessum erat, habere suos ad erudiendam plebem & juventutem Doctores publicos, & quod magis, & fere fidem superat, magnifica Gymnasia vel Academias, ex quibus a R. *Mose Mi Kotsensi* enarrantur & evehuntur *Nabardensis*, in urbe Babylonica *Nabardea*, fluentis Euphratis cincta; & post hanc celeberrimæ Babylonicæ Academiæ Judaicæ *Sorana* & *Pumpeditana*, quas tamen Academias demum Seculo III. post mortem R. Jehudæ a Judæis in Babylonia residuis, erectas fuisse cum celeberrimo GEORGIO URSINO l) aliisque Gymnasticas Hebræorum antiquitates delineantibus philologis credimus.

Si

i) In הלכות תלמוד תורה seu de doctrina legis Cap. II. § 1 p 7. ed. Oxonii 1705. 4.
k) vid. JOHANNES BRAUNIUS in selectis sacris Lib. V. Exercit. I. de sapientia veterum Hebræor. p. 569. ed. Amstelod. 1703. 4. l) in Antiquitatibus Hebraicis Scholastico-Academicis Cap. II. p. 47. ed. Hafniæ 1702. 4.

Si vero Hebræi in ipsa, qua tenebantur, Babylonica servitute, se adeo literis dedere, tantamque scholarum habuere curam, facillime conjicere possumus, quantam illi Babylonicum exilium iterum cum patria sede mutantes, operam adhibuerint tam in restituendis exscisis, quam exstruendis novis Scholis, Gymnasiis & Academiæ sane studium illorum hac in re tantum fuit, ut consilio & opera & viginti אנשי כנסת הגדולה seu *virorum Synagogæ magnæ*, præcipue hujus principis Doctoris *Esræ* non solum ubique triviales Scholæ, sed & illustriora Gymnasia & Athenæa fuerint aperta, legibus certis Scholasticis & Academicis circumscripta, clarissimisque demum Doctoribus ornata. Et ab hoc, post fatale Babylonicum jugum, tempore, res Hebræorum literariæ, indies majora incrementa cœpere; imo ab hac quoque temporis dimensione origo illustrium in gente Hebræa Scholarum & Academiarum demum arcessenda erit.

Quemadmodum autem nullus cœtus, nullaque societas publica consistere potest, si destituitur capite aut Rectore, cujus studio consilio & auctoritate quilibet teneatur in suo officio, & ad hoc promptiori animo subeundum stimuletur; ita quoque Hebræo saluti suarum Scholarum prospicientes, hisce dedere eminentiores Rectores seu Directores, ut horum cura res literaria in constituto ordine ac florentissimo statu, leges scholasticæ in vigore, omnesque docentes ac discentes in officio suo continerentur.

Et hos ipsos *Directores Scholarum Hebræorum* in hac solenni panegyri ac inauguratione præsentis novi, illustris hujus Casimiriani Ludi, Directoris Summe Rev. Domini D. VERPOORTENNII brevi sermone porro delineabo, idque tantum Geometrarum more, lineas solum primas ducendo, limitesque, dimetiendo rudiori mea pertica & denique Vobis serenissimi DUCES, omniumque Ordinum *Optimi Auditores!* residuum ad perficiendum opus laborem relinquendo, & commendando, quam operam eo felicius præstabitis, si, quod submisissime & officiose rogo, attento gratioso & benevolo animo, qualemcunque hanc meam meditationem sequimini.

Liceat vero hic figere pedamen primum in Directorum horum Gymnasticorum ipso capite, nempe *Titulis*, quibus olim ab Hebræis præ aliis Scholarum inferioribus Doctoribus, coronati sunt; quorum primus & antiquissimus est ראש seu caput, nec absolute solum, verum etiam cum additamentis, ישיבה סדרא הכניסה, ita ut salutarentur: ראש ישיבה, it. *caput consessus*, seu ex versione L'EMPEURERII m) *caput Synedrii*, quem titulum proprium

 fuisse

m) nempe BENJAMINI Tudelensis Itinerarii p. 124. sqq. ed. Lugd. Bat. 1633. in forma 24.

fuisse Rectoribus Academiarum Babylonicarum Pumbeditanæ & Suranæ, fusius & erudite monstravit Cl. RHENFERDUS, n) addendo, hoc ipso nomine laudatos Academiarum Rectores, distinctos fuisse, ab aliis sibi subordinatis Professoribus, ראשי הכלות, *capita*, vel *præfecti classium* (scil. studiosorum) vocatis. Et quemadmodum hi Rectores academici & scholastici, præ reliquis sibi substitutis Professoribus in hoc jam laudato titulo prima habebant, sic etiam in sequenti, ראש סדרא, exprimente *caput ordinis*, & quidem iterum Academici & Scholastici in Babylonia degentis, uti innuitur in *Talmude* o) his verbis: מאן ריש סדרא בבבל: *Quis est caput Academiæ in Babel?* Quod denique tertium capitis titulum ראש הכנסת *caput congregationis* attinet, is latissime patuit, extendens se nonsolum in proprie dictos Academiarum & Scholarum præfectos, verum etiam in ipsos Ephoros Synagogarum vel Oratoriorum, unice בית הכנסת, docentes BUXTORFFIO, p) quoque affectorum. Si vero, *Auditores Optimi*, causam quæritis, quæ summum hunc *Capitis* titulum Academiarum & Scholarum præfectis peperit, tenete, hanc fuisse illis perpetuum monitum, ad gravissimum hoc munus recte obeundum. Uti enim capitis est; regere ac in ordinem cogere universum corpus ejusque singula membra; Ita etiam Scholarum Moderatoribus incumbet, accuratum Regimen totius Scholastici corporis singulorum membrorum. Et, quemadmodum caput suos in cerebro formatos spiritus animales per nervorum meatus, largo flumine diffundit in omnia corporis membra; Sic quoque Scholæ eminens caput participes facit, omnes sibi arctissime membrorum instar, adhærentes discipulos, omnium suarum inpolito suo cerebro enixarum eruditarum meditationum. Et uti porro capiti incumbit, curam agere universi corporis hujusque membrorum; Sic etiam Directori summæ curæ sit universus sibi commissus scholasticus cœtus, ut ei consulat, prospiciat, eumque conservet ac in tuto collocet. Imo, illi denique caput eminet, supra totum corpus, eique splendore fide prælucet: Sic quoque oportet Directorem Gymnasticum superare discipulos eruditione, sapientia, animi moderamine, & dominio affectuum, insimulque illos collustrare fulgore fidei, pietatis, ac omnium christianorum virtutum, ut ita ex illis tandem iterum exsplendescentia, tenebrasque inscitiarum & peccatorum discutientia lumina, & mundi & cœli, prodeant.

Non solum autem Directores condecorati fuere titulo ראש, verum etiam שיר, *Principis*; שיר enim seu princeps salutatus fuit, observante Cl. VITRIN-

n) de decem Otiosis pag. 283. 284. Franequeræ 1686. 4. o) in Cholin fol. 137. 2.
p) In Lexico Talmudico fol. 1555.

TRINGA q) Hebræorum *Æchmalotarcha*, cui in Babylonia summa omnium temporibus Synagogarum præfecti *Principes Scholarum*, Ἀρχισυνάγωγοι dicti fuere, gessereque hunc titulum *Jairus*, qui Christi opem in resuscitanda mortua sua filiola felicissima imploravit, r) & *Crispus* præpositus Synagogæ Corinthianæ s) imo etiam Synagogæ Antiochenæ præstitit t). Et hinc factum esse reor, qui olim in Ecclesia prima Orientalis primariis Ecclesiarum Ecclesiæque Ministrorum Antitistibus hoc honoris nomen Ἄρχοντος tributum fuerit, quidamque præcipue in aula Constantinopolitana vocati Ἄρχοντες τῶν Ἐκκλησιῶν, *Princeps Ecclesiarum*, Ἄρχοντες τοῦ Εὐαγγελίου, *Principes Evangelii*, Ἄρχοντες τῶν Φώτων, *Principes luminum*, i. e. præpositi illuminatorem seu baptizatorum, referente GEORGIO CODINO CUROPALATA u): quibus dein succisivis temporibus accessere Ἀρχιδιάκονοι, *principes* seu præfecti *Diaconorum*, Ἀρχιμανδρεῖται, *principes* seu præfecti *Monasteriorum*, Ἀρχιπρεσβύτεροι, *principes* seu præfecti *Presbyterorum*, & tandem in sequioribus seculis Ἀρχιεπίσκοποι, principes Episcoporum docentibus hoc pluribus ISAACO HUBERTO x) & JOHANNE MORINO y). Dum autem primi Imperatores Christiani viros ecclesiasticos, alios auctoritate & honore præcurrentes, hac illustri principis appellatione dignati sunt, non minimam sæpe mihi injecit admirationem, illos eandem gratiam quoque exhibuisse Judæorum Magistris ac Synagogarum præpositis, quando hos quoque in suis Constitutionibus ac Decretis vocarunt Archi-Synagogos z). Sed quemadmodum plurimi tituli, quibus olim Judæi exsplendescebant in desuetudinem abire, ita quoque idem fatum hunc honoris titulum mansit, nemoque jam a multis abhinc seculis repertus est, excepto unico viro, Clariss. JOHANNE SELDENO, qui ita salutaverit Academiarum & Synagogarum supremos Rectores, uti fusius docuit, ac antiquos Archi-Synagogos eruditæ depinxit Cl, JAC. RHENFERDUS. a)

Nnn nnn n 3 Usi-

q) de Synagoga veter. Lib. II. Cap X, p. 576. ed. Franequeræ 1676. 4. r) Marc. V, 22. 35. 36. 38. Luc. VII, 49. s) Actor. XVIII, 8. conf. v. 17. t) Actor. XIII, 5. u) De officiis magnæ Ecclesiæ, Cap. I. p. 3. ed. Parisiis 1648. fol. x) in pontificiali Ecclesiæ græcæ, Observ. VI. ad Part. IX. Liturg. p. 206 sqq. & Observ. I. ad edicta pro Archimandritis, p. 584. ed Parisiis 1667 fol. y) de sacris ordinationibus Part. II. Annot. CLIV. p. 205. 206. & Part. III. Cap. II. & III. p. 215. sqq. ed. Amst. 1695. fol. z) Vid. Codex Leg. XII. & Leg. XIV. de Judæis. a) In investigatione præfectorum & ministrorum Synagogæ, Cap. I. p. 483. Oper. Ultract. 1722. 4.

Usitatius adhuc hodie inter Apellas est nomen חכם *sapiens*, quo jam ab antiquissimis temporibus illorum Magistri fuere insigniti, imo jam optimi nostri Salvatoris temporis decursu, uti hoc satis superque constat ex novi fœderis Pandectis b). Videntur Hebræi antiqui hunc titulum sapientis in suos Doctores transtulisse ab antiquissimis gentibus *Ægyptiis* ac *Persis*, apud quos quoque summi Scholarum, sacrorum ac mysteriorum Præsides, sapientum חכמים nomine, docente iterum S. Scripturæ, c) devenerabantur. Et quamvis idem moris erat apud antiquos Græcos, tamen abhorruit ab hac consuetudine compositus PYTHAGORAS, declinando turgidum hunc σόφυ titulum, & admittendo solum modestiorem φιλόσοφυ seu *sapientiæ studiosi* d). Et hoc Pythagoræo more quoque fungi placuit antiquis moderatoribus Hebræorum Magistris, loco pomposi חכמים tituli eligentibus hunc תלמידי חכמים *discipulorum sapientum*, illumque relinquentibus solum eminentioribus viris, & quidem *primo* illi, qui in Synedrio M. tertium a Nasi, seu ab augustissimi hujus judicii præside locum, ad ejus sinistram occupat e); *Secundo* autem Rectoribus Academiarum; & *tertio*, & quidem ab Hillelis tempore universo Collegio Academico, quo sensu *in libris Mischnicis* frequentissime nomine בית חחכמים *Domus*, seu Collegii *Sapientum* exprimitur. Quemadmodum vero antiquorum Hebræorum laudata moderatio apud nostri ævi Judæos degenerant in summum fastum, sic quoque unusquisque Judæorum Magister, & minoris etiam ludi & oratorii moderator eximium חכם seu *sapientis* titulum, sibi arrogat, idque præcipue inter inflatos Hispanarum Ulilipponensium ac Polonorum verpos.

Uti autem nostra ætate in universo christiano orbe, præcipue vero in nostra Germania, ad stuporem usque excrevere titulorum inanes turgidæque ampulla; ita etiam hodierni Judæi, hac elationis peste jam ante correpti, ea gravius laborare incœpere, dum illorum studiorum & sacrorum antistites illustrioribus titulis, *capitis, principis* ac *sapientis*, non contenti, novum, & usque ad Christi

b) Matth. XI. 25. XXIII, 38. 1. Cor. I, 20. c) Gen. XLI, 8. Exod. VII, 11. Jer. L, 35. Baruch. I. 30. II, 2. 12. sqq. V, 7. 8. Matth. II, 1. sq. d) LAERTIUS Lib. VIII. Sect. VIII. p. 493. Conf. ÆGID. MENAGII Observationes in h. l. p. 352. edit. Amstel. 1692. 4. it. JAMBLICHII vita Pythagoræ, Cap. IX. p. 33. & Cap. XII. p. 43. edit. Amstel. 1706. 4. e) Liquet hoc ex Codice *Horajoth*, Cap. ult. fol. 13. ubi legitur: „Quando primaque „seu præfectus Synedrii ingreditur, omnes assurgunt ei, nec sedent, donec *dixerit illis*: „Sedete. Quando Pater Synedrii sive vices præses ingreditur, assurgunt ipsi *duo* triusque ordines, per quos incedit, donec sedém cœperit. Quando vero sapiens ingre„ditur, proximus quisque assurgit, (altero sedem te) donec in loco suo dederit,

ſti periodum, plane inauditum, ideoque inter alia ab illo damnatum f) רבי *Magiſtri* titulum iterum ſibi attribuerunt, & quaſi poſtliminii jure vindicarunt. Primi qui ſe hoc titulo præ reliquis Doctoribus magnifice extulere, fuere *Bethinæ* duo, reliquis Judæis ſe eximente, filii, *Jehuda* & *Jehova*, quoniam ille Scholis Babylonicis, hic autem Hieroſolymitanis ipſo nativitatis Chriſti tempore, erat Præfectus g). Ab his ſtatim latius ſerpſit hoc vane ambitionis virus, corripuitque omnes Judæorum Doctores, præcipue autem illos, qui eo tempore (uti hodie in Eccleſia Romana Jeſuitæ) cathedram gymnaſticam occupaverant, nempe Phariſæos, homines inextinguibili gloriæ ardore flagrantes, ideoque etiam a Chriſto h) graviſſime caſtigatos. Licet autem hi minorum gentium Dii apud Hebræos eo tempore (ubi hodierni noſtro ævo) dictum *Rabbi* titulum altiſſimo animo, inexplebilique honorum famæ appetebant, tamen non ſuſtinebant uti magnificentiſſimo illo titulo רבן, utpote quo ſolum ab aliis Synagogicis proceribus disjuncti fuere magni *Hillelis* poſteris, & inter hos primum filius ejus *Simeon*, primus omnium propter ſummam cum pietate conjunctam eruditionem ex relatione R. DAVIDIS GANZII i), eminentiſſimo hoc honoris titulo proſecutus.

Poſſem adhuc, *Auditores Optimi*, plures Hebraicarum Scholarum præfectis datos faſtuoſos titulos in cothurnatam producere ſcenam, uti e. g. titulum *Archipherecitæ*, qui ſummis ſcholarum antiſtitibus poſt exilium urbis ac templi proprius fuit; porro titulum *Arabarchæ* & *Ethnarchæ*, quæ præ aliis coli maluit Scholarum Alexandrinarum præfectus; item titulos גאון ſeu *Excellens*, זקן, *Senior* מורה, *ſummus Doctor*, aliosque plures, quibus olim Synagogarum Judaicarum Magiſtri, ſeſe titillarunt, & partim in hodiernum usque diem ſeſe jactant; ſed relinquo umbraticis his recubitis hanc vanam titulorum pompam, ne vobis & mihimet ipſi, longiori recenſione faſtidium creetur. k)

Oſtendam potius illas qualitates, in quibus etiam apud Hebræos illi excellere debebant, quibus regimen Scholarum & Academiarum concredebatur. In his autem primas tenere debebant partes, infucatas pietas, absque qua veram ſapientiam nullum habere locum, ingenue profeſſi ſint antiqui Hebræorum

f) Matth. XXIII, 8. g) Vid. J. H. OTTHONIS Hiſtoria Dictorum Miſchnicorum p. 19. ed. Amſtel. 1700. 8. it. h) Matth. XXIII, 5. 6. 7. i) in צמח דוד ſeu chronologia ſacro-profana p. 87. edit. Lugd. B. 1674. 4. k) Faſtuoſos hos aliosque pluribus erudite excuſſit Cl. GEORGIUS URSINUS in Antiquitatibus Hebræorum Scholaſtico-Academicis Cap. integro VIII. p. 185. ſqq.

rum Doctores, dicendo in *Pircke Aboth* l): אם אין חכמה אין יראה אם אין יראה אין חכמה. *Ubi non est sapientia ibi non est timor;* (scil. Dei) *Ubi non est timor, ibi non est sapientia.* Hanc vero pietatem sincerumque Dei timorem efflagitabant Hebræi a juventutis suæ moderatoribus nonsolum ut veræ *sapientiæ* & eruditionis fundamentum seu juxta Salomonis expressionem m) *initium*, sed ut in hac præcipue suos anteirent discipulos, hique in illorum cœlestem vitam, tanquam in speculum inspicientes, ex ea sibi probitatis ac sanctitatis exemplum sumere possent. Quem in finem etiam religiosos tales Doctores vocarunt *lumina*, comparaveruntque luminibus cœli dicendo illos idem esse in terra, quod luminaria in cœlo; quo etiam respexisse videtur optimus noster Salvator, quando sanctos suos Apostolos etiam *lumina mundi vocavit* n). Quemadmodum autem apud Hebræos Doctores pii, aliis vita sancta prælucentes, æquati sunt cum luminibus cœli, ita e contra alii vitiis polluti & quasi obruti collati sunt cœcis, qui lucernam in manu tenent, qua prælucent aliis, ipsi autem in tenebris ambulant o); qualem fuisse quondam Doctorem *Asai* Talmudistæ tradunt p), cumque his verbis perstringunt: רב עזאי נאה דורש ולא פאה מיקים: *Rabbi Asai pulchre docet, sed non pulchre observat.* Heu, quanta labes, heu quanta turpitudo ex parte docentium est, imo eheu quantum detrimentum patiuntur Scholæ ac Respublicæ, si hoc quoque de Doctore ferendum est judicium: pulchre docet, sed non pulchre observet. Sed quanta gloria, quantum decus docentibus oritur, imo quantus saluberrimus in discentes & rempublicam redundat fructus si de publico Doctore communi applausu dicitur: pulchre docet, & pulchre observat. Si enim vita Doctoris, qualis GREGORII NAZIANZENI celebratur q), emicans fulgur est, verba & præcepta ejus erunt gravissimum animos concutiens tonitru. *Homines* enim, ex LACTANTII r) judicio, *malunt exempla, quam verba, quæ loqui facile est, præstare difficile.*

Huic autem, quam extuli Doctoris Directorisque pietati, secundo apud Hebræos juncta esse debebat solida eruditio, sed rerum divinarum humanarumque cognitio, & quidem recte. Qui enim aliis hominibus solidioris eruditionis viam monstrare vult, ipsum oportet hanc prius calcasse, fecisse, imo perfecisse: Et quid alios scientia & artibus erudire intendit, ipse prius omnibus

l) Cap. III. §. 17. p. 446. Part. IV. operis Mischnii SURENHUSANI. m) Prov. I, 7. IX, 10. n) Matth. V, 14. o) in Cod. Hammaaloth p. 87. p) in Bereschit Rabba §. 34. q) in ejus vita scripta a GREGORIO PRESBYTERO & præmissa illius operibus Lips. 1695. fol. r) de vera sapientia Lib. IV. Cap. XXIII. p. 280. ed. Lugd. Bat. 1652. 8.

bus ſtudiorum artibus excultus eſſe debet. *Μανικὸν γὰρ ἐςι, διδάσκειν ἃ οὐκ οἶσθα*, inquit Plato s) cui accinit PINDARUS, t) dicens: *Ἄγνωμον* Doctori eſſe *τὸ μὴ προμαθεῖν*. Unde Hebræi u) Doctorem publicum חנות מיוחכת *officinam inſtructam mercatoriam*, vocarunt, intendentes, ut animus Doctoris tanta, tamque varia eruditarum mercium copia ſit repletus, ut omnis ad illam, tanquam bonarum artium mercaturam, proficiſcens, omnia ab eo mercari queat, quæ ex uſu ſuo eſſe ſibi videntur.

Ubi vero omnis eruditio parum prodeſt, niſi acceſſerit prudentia, qua omnia in uſum, ordinem, certumque finem dirigantur: Sic quoque Hebræi hac Scholarum ſuarum moderatores præditos eſſe voluere, & quidem tali, qua poſſent accurate dignoſcere diſcipulorum ſuorum ingenia, & cuilibet pro ſuo captu & affectu talia proponere dogmata & præcepta, quæ aſſequi capax eſſet, quam prudentiam ab illis expreſſe requirit magnus illorum Doctor MOSES MAIMONIDES x). Et utinam omnes etiam Scholaſtici Doctores Chriſtiani, hanc in docendo prudentiam & accommodationem, hocque ingeniorum ſcrutinium obſervarent, & ex PETRO DE MONTIS, y) JOHANNE IMPERIALI, z) J. B. PORTA, a) JANO HUARTO, b) EDONE NEUHUSIO, c) ROBERTO BARCLAJO, d) NICOLAO FOLLINO e) SCIPIONE CLARAMONTIO f), aliisque haurirent, ſecundum hujus artis regulas diſcipulorum ſuorum animos probarent, in horum vires inquirerent, latitantesque affectus producerent, tunc ſane non tam multis Davis & ſemi-, ſed quid dico ſemi-vix quoad centeſimam partem ſic dictis eruditis ac inutilibus terræ ponderibus Eccleſia & Reſpublica laboraret; imo non tot egregia, aliis diſciplinis a natura dicata, ingenia, invita Minerva, ad plane illis contraria ſtudia abriperentur. Sane, ſi hoc ingeniorum ſcrutinium a Do-

O oo ooo o ctori-

s) in Alcibiade p. 19. Oper. Lugduni 1590. fol. edit. t) In Olympicis Ode VIII. p. 99. ed. Oxon. 1668. fol. u) in Codice Talmudico, Gittin fol. 67. x) הלכות יסודי התורה ſed Conſtitutionibus. y) de fundamentis legis Cap. II. §. 17. p. 24. ed Franequeræ 1684. 4. z) ejus omnium rariorum librorum rariſſimo & eruditiſſimo libro, *de dignoſcendis hominibus* ed. Mediolani 1492. fol. a) hujus nempe *Muſæo phyſico*, edito cum Muſæo-Hiſtorico Venet. 1640. 4 b) puta ejus quatuor libris *de Humana Phyſiognomia*, cum lapidiſſimis figuris editis, Rothomagi, 1650. 8. c) ejus *ſcrutinio ingeniorum* ſub ÆSCHATII MAJORIS nomine prodiit, Jen. 1661. d) videlicet ejus *Theatro ingenii humani*, ed. Amſtelodami 1664. 12. e) nimirum ejus *Icone animorum*, ed. Frf. 1675. 8. f) hujus nempe *ſpeculo naturæ humanæ*, ed. Coloniæ 1649. 12.

ctoribus Scholasticis exacte teneretur, major in Promotionibus Scholasticis & Academicis, variis in locis, haberetur selectus, nec tot sapientia ...ni, ne dicam fatui, producerentur in sacra & profana, sæpiusque eminentiora, subsellia, imo adyta ipsa.

Sed ut in orbem, a quo fere deflexa erat, redeat mea Oratio, & hoc porro de Hebræorum Doctoribus gymnasticis animadvertendum est, illos, ex judicio MAIMONIDIS g) proprio opere victum sibi acquirere debuisse, eumque in finem illos oportuisse artem aliquam manuariam seu mechanicam assequi, ut inde sibi prospicere possent omnibus ad promovenda studia, vitamque honeste ducendam necessarie. Et istiusmodi artibus manuariis & opificiis dediti fuere magni ac celeberrimi Hebræorum Magistri: R. *Joses* fuit pellio h); Artem sutoriam exercuere R. *Chanina*, R. *Oschaja* i), & R. *Johannes* k) & pistoriam R. *Menachem* l); fabricæ ferrariæ autem operam navarunt R. *Isaac*, & summus Scholæ Alexandrinæ Director R. *Elieser* m). Si itaque exercitium technicæ artis summis Hebræorum Doctoribus non dedecori, sed potius honori fuit, sane vitio verti non potest Paulo Apostolo textura tentoriorum (Actor. XVIII, 3.) aut *contextura coriorum*, uti hanc in contumeliam S. Apostoli accepit anonymus ille Judæorum Doctor apud PHILIPPUM LIMBURGIUM n), quemadmodum etiam quidam Jesuitarum perstingere PHILIPPUM MELANCHTONEM, qui in juventute sua ἀρτένοπον egerit, & MARTINUM CHEMNITIUM, quod primam suam barbam pannis intexere fuerit coactus. Si hos veritatis Evangelicæ hostes non pudet, suum evehere BENEDICTUM BALDUINUM, quod in officina paterna sutoria subula primum fuerit usus, hanc autem dein felicissime commutaverit cum eruditissimo calamo, ex ejus *calceo antiquo & mystico* o) satis elucescente; sane & nos non erubescimus laudatos maximos Ecclesiæ nostræ Theologos, ostentare quoque universo mundo.

Sed

f) De *Conjectandis hominum moribus & latitantibus affectibus*, edit. Venetiis 1628. 4. g) de studio legis, Cap. III. §. IX. pag. 13. editionis supra cit. h) Juchasin fol. 43. *i) Pesachim* fol. 113. k) Juchasin loc. cit. l) JULIUS BARTHOLOCCIUS in *Bibliotheca magna Rabbinica* Tom. I. p. 502 edit. Romæ V. Tomis fol. 1675. & an sqq. m) Megilla fol. 26. n) in amica collatione de veritate Religionis Christianæ, Resp. III. Cap. II. p. 162. ed. Goudæ 1687. 4. o) edito Amstelodami 1667. & Lidæ 1711. 12.

Sed me jam satis dixisse arbitror de Directorum nostrorum qualitatibus, in illis desideratis, adjungenda his sunt adhuc paucis specialiora, quæ illis in hoc munere incumbebant, officia. Primas inter hæc partes occupat sedula ac accurata ephoria, tam in omnes subalternos docentes, quam discentes. In docentes, ut omni studio implerent sua munia, tam fideli juventutis institutione, quam necessaria severa in immorigeros adhibita animadversione. In discentes, ut ipse Director illos quoque instrueret, viaque brevissima, ad veræ sapientiæ sublimem perduceret arcem. Porro, illorum mores componeret, litesque & insana inter illos exorta jurgia citissime restringeret, ne ex tali leviore concepta scintilla, major reviviisceret flamma, tandem in plura ora funesto exitu ferenda. Nec his solum, ex Hebræorum monitis, munus Directoris absolvitur; efflagitat hoc insuper imitationem remissiorum ac languescentium discipulorum & majorem in discendo, industriam, vigorem, imo ardorem: & requirit, ex adversa parte, debitam remunerationem discipulorum, qui omni ope, omnique animi alacritate connituntur, vincere sapientia, virtute & pietate, alios suos commilitones.

Præter hæc enumerata tenebatur quoque Hebræorum Gymnasiarcha singulis annis cum omnibus omnium classium discipulis solenne inire examen, idque duabus in anno vicibus, nempe in mense *Adar*, seu Februario, & in mense *Elul* seu Augusto. Dabo hoc examen paucis, idque ex ipso Talmudistarum p) explanatione, quæ hæc est: In quatuor Sabbathis mensium Adar & Elul omnes Scholæ vel Academiæ classes, coram Rectore, in elevato suggestu sedente, congregantur, unus ex unaquaque classe discipulus recitat & exponit sonora voce ea, quæ in elapso semestri in hac classe fuere tractata, reliquis omnibus ejus condiscipulis, inter hæc altissimum silentium habentibus. Facta autem hac recitatione, Rector unumquemque examinabat, & simul cuilibet dabat facultatem respondendi libere, ad mentem suam absque ullo timore declarandam. Absoluta autem hac exploratione, Rector de omnibus ac singulis judicium publice ferebat, optimosque in literis præ aliis profectos, & laude & promotione mactabat, nullo neque parentum, neque divitiarum habito respectu. Optima sane Gymnasticorum examinum, promotionumque methodus, cujus ut inter Christianos etiam ubique similis haberetur ratio, optandum magis quam sperandum erit, idque ob detestandam, & hinc inde altissimas radices agentem προσωποληψίαν.



p) in libro Juchasin p. 124. 125.

Nolite autem, A.O. eo animum inducere, quasi his ephoriæ & examinis laboribus expletis, Judæorum Gymnasiarcha jam ex omni numero officio suo satisfecisset; Nondum. Præter exantlata etenim Gymnastica examina, etiam ei incumbebat, singulis annis, græcorum more, instruere & aperire literariam & gymnasticam palæstram, sed indicere & disponere solennem literariorum armorum collationem, quam hodie disputationem vocamus, idque eum in finem, ut studiosi, tanquam generosi athlethæ in hanc arenam, publice ducerentur, primatibus præsentarentur, animus illis adderetur, & ex ingressa, commissa, & denique finita docta hac contentione, judicium de illorum profectibus, virtute, animique magnitudine ferri, spesque de illis præterea concipi posset, optima.

Una adhuc, & quidem non ultima, licet ultimo tangitur, pars officii Rectoris Gymnastici restat, quam absolvit severior *disciplina gymnastica*, ubi enim absque gravi disciplina, nulla domus, nulla societas, nulla civitas, imo nulla etiam florentissima Respublica sarta tecta esse potest: ita quoque hac absente, nullus ordo, nulla salus, nullumque Regimen Scholarum & Academiarum consistit. Dantur etenim in cœtibus Scholasticis & Academicis plurimi lascivia diffluentes, ac tanta ferocitate imbuti adolescentes, ut more pullorum equinorum, ephipphia excutiant, frena laxant, capistra perrumpant, & sic citato cursu, & interdum conglomerato agmine, in profundam perniciem ruant. Horum itaque furor per suos Gymnasticos Directores est retundendus; horum dissoluta plane mens est iterum coarctanda; imo harum barbaro, interdum plusquam belluino, furori ac temeritati in tempore occurrendum est gravissima disciplina, nempe *carcere*, *flagellis*, & *excommunicatione*, tribus Scholasticæ & Ecclesiasticæ disciplinæ apud antiquos Hebræos gradibus ac modis, præfectis Gymnasticis & Ecclesiasticis sanctissime commissis, & severissime quod eorundem irrogationem, demantatis. *Carcer*, primus adversionis gradus erat, durior tamen quam in nostris Academiis & Gymnasiis. Siquidem carcer, cui immissi immorigeri apud Hebræos discipuli, locus erat non, uti apud nos, spatiosus, sed angustus, altitudine staturam corporis delinquentis non excedens, imo ita in arctius coactus, ut huic traditus in eo neque se movere neque cubare posset, uti hanc Hebræorum custodiam Academicam pluribus depingit Clariss. CAMPEJUS VITRINGA q). Carceris pœnam excipiebat *flagellatio*, facta vel virgis, vel loris, vel bacillis; dura equidem non

q) in Archi-Synagogo p. 370, ed. cit.

non tamen, uti apud Romanos, infamis castigatio, quia, uti ex *Talmude* r) informamur, eadem hac pœna affecti fuere ipsi Hebræorum Doctores, inconsiderato gradu legem transilientes; Et cum S. Apostolus Paulus quem jam ante conversionem suam Judæi Doctorum suorum numero addiderant, ab illis pro tali legum patriarum transgressore haberetur, ideo etiam in illorum Synagogis, vice plus simplici, in eum hæc gravior flagellationis pœna nonsolum sancita, verum etiam ab eo sumpta est, uti ex ejus Epistolis, Apostolorumque Annalibus, seu Actis, unicuique constat. Hodierni Judæi eodem hoc pœnæ genere, in Synagogis suis quoque plectunt legum suarum pertinaces temeratores, idque tanto rigore, ut ad hunc evitandum, hujus flagellationis damnati rei, interdum ipsa judaica castra deserant, exemplo illius infelicis & Athæi Judæi Lusitani URIELIS a COSTA, uti constat ex ejus *exemplari humanæ vitæ* s). Restat ultima & quidem gravissima Synagogica pœna, nempe *Excommunicatio*, seu exclusio a publico cœtu, quæ quidem aliquo modo, cum nostra Academica relegatione conferri potest, hanc tamen gravitate sua longe vincit, uti hoc ex specialioribus eruditorum scriptis t) satis superque liquet. Et ad idem hoc excommunicationis gravissimæ supplicium raptus fuit quoque quondam perniciosus ille Atheus BENEDICTUS SPINOSA, idque in Synagoga Amstelodamensi Lusitanorum Judæorum; quamque pœnam adeo graviter, & cum summo animi cruciatu tulit, ut inde primo in desperationis gyrum, & ex hoc in infelicissimum Naturalismi Labyrinthum, imo denique in horrendum Atheismi abyssum huicque junctum barathrum æternum sese præcipitem dedlerit, uti hæc Hagæ Comitum accepi ex ore ejus perpetui hospitis *Spuyckii*, Ecclesiæ quondam meæ Haganæ Senioris.

Verum, tempus jam erit, Optimi Auditores, ut ex Hebræorum Gymnasiis tandem mente nostra etiam descendamus in hanc nostram Casimirianam, & miseris illorum Doctoribus, oculos nostros convertamus potius in præsentem magnificum & summe Reverendum Gymnasii hujus Directorem, Domiminum ALBERTUM MENONEM VERPOORTENNIUM, S. Theologiæ



r) Cod. Mœd. Caton Cap. III. fol. 17 a. s) p. 350. qui lectu dignissimum *exemplar humanæ vitæ* inseruit supra laudatus PHIL. LIMBORGIUS de veritate Christianæ Religionis operi. t) præcipue H. OPITII Dissert. de Communicationis ritu apud an[illegible]uos Hebræos edit. Kiloni 1680 4. JOH. GEORGII BINDRIM tractatu de grad[illegible]s excommunicationis Judæis olim receptis, ev. Jenæ 1670. 4. & DANZII nostri præmissæ Dissert. de Excommunicationis ritu.

Doctorem, ac hucusque Ecclesiarum nostrarum Neostadensium Ephorum vigilantissimum & fidelissimum, virum, de quo sibi illustre hoc Athenæum eo magis gratulari poterit, quia omnes quas in Hebræorum Directoribus jam vidimus, egregiæ virtutes ac infucata pietas, in illo uno, tanquam virtutis ac eruditionis centro, amœnissimo nexu concurrunt, illumque ideo ad summum hunc, quem jam occupo, Gymnasii nostri suggestum evehunt.

Euge! itaque, summe Reverende & amantissime vir, conscende bonis avibus faustoque pede hanc, quam Tibi jam aperio, novam cathedram & dexteram Tuam dextram junge meæ dextræ, imo accipe, quam Tibi ex toto animo do, fidem collegialem, & qua Te simul excipio antiquam & gratulabundam acclamationem: *Feliciter! Feliciter* u). Ruentem TE itaque in amplexus meos, in nomine Summi ac TRINUNUS DEI, imo Auctoritate Serenissimorum ac Clementissimorum nostrorum Ducum & Principum, Domini JOHANNIS ERNESTI, Domini ERNESTI LUDOVICI, & Domini FRIDERICI, Ducum Saxoniæ, reliqua, TE inquam vocatum huc illustris hujus Academici Gymnasii Directorem, ac S. S. Theologiæ publicum Professorem, in hoc amplissimum munus immitto & induco, TE in eodem solennissime confirmo, eumque in finem TIBI hisce publice primum trado gymnasii nostri Dyptichon, seu barbara voce *Matriculam*, idque ex ea ratione, ut nomina studiosorum, qui ad limpidas castalidasque musarum nostrarum aquas occurrunt, huic inserere, insertos autem contra quosvis malignorum hominum insultus defendere, ac omnia Gymnasii nostri Privilegiorum participes facere velis; quod si vero hac protectione ac Privilegiis se ipsos indignos fecerint flagitiis, pertinaci inobedientia ac perdicta vita, horum nomina, nigra tabula nigroque lapillo digna, ex hoc albo iterum deleas, eosque ut Gymnasii ac urbis fœdissima purgamenta ejicias.

Ma-

u) De hac antiqua gratulandi ac beneprecandi formula videatur SUETONIUS in Tiberio Claudio Cæsare Cap. VII. p. 512 edit Lugd. Bat. 1656. 8. FLORUS Rerum Romanar. Lib. III. Cap. III. p. 261. ed. Amstel. 1674. 8. JUVENALIS Lib. I. Satyr. p. 47. edit. Lugd. Batav. 1664. 8. JUSTUS LIPSIUS Electorum Lib. II Cap. X. p. 787. Tom. I. Oper. Vesatiæ 1675. 8., edit. BARNABAS PRISSONIUS de formulis Solennibus Pop. Rom. Lib. VIII. p. 719. Cl. Frf. 1629. 4. & denique SAMUEL PITISCUS in Lexico Antiquit. Roman. Tom. I. p. 768. ed. Leovardiæ 1713. fol.

Matriculæ TIBI traditæ jungo *Sigillum* nostri Gymnasii, hocque ita fidei ac custodiæ TUÆ committo, ut eo utaris non solum in signandis literis, Programmatibus, aliisque Documentis Gymnasii, verum etiam in corroborandis publicis testimoniis, imo & denique in majus laborum ac diligentiæ incitamentum, ut exemplo Christi in Synagoga docentis ac disputantis, quem sigillum hoc exhibet, etiam TE in Synagoga hæc literaria, & docendo & disputando frequentem & indefessum exhibeas. Et quemadmodum apud antiquos Hebræos, in solenni inauguratione summi Academiæ & Gymnasii Directoris ei dabatur *clavis* x) in signum potestatis, sic quoque Tibi hisce offero claves, non quidem regni cœlorum, quos Christus concredidit Petro y) & quas sibi soli vindicabat impia Pharisæorum secta z), sed tartari potius seu loci pœnarum, carceris inquam nostri gymnastici, ut hujus fores ferocibus, lascivis, luxuriosis, seque vario scelere polluentibus civibus pandas, hosque in hunc detrusos, huic tamdiu inclusos teneas, donec correctione hac, tanquam medicina, a perdita vita & luxuria, ad meliorem frugem reducantur, reclusionemque hujus ergastuli Academici demum mereantur. Sed ne unquam, suavissime Collega, rigidiorem hanc censuram ac vindicatam ab aliquo sumas, sed potius cives nostros flexiles, industrios, virtutique ac pietati semper deditos invenias, & simul pacato, & ex omni parte felici, Gymnasii nostri regimine fruaris, ex tota mente voveo. Vos autem reliqui honoratissimi hujus Gymnasii Professores & amantissimi Collegæ, humanissime rogo, serioque adhortor, velitis hunc novum nostrum exoptatissimum Collegam, mecum non solum collegiali amicitiæ amplexu excipere, verum etiam pro vestro ראש חכמה, seu capite vestri concilii, agnoscere, venerari, & quod etiam membrorum est, vestros labores, ad hujus capitis vestri nutum summa ope dirigere.

Et vos quoque dilectissimos hujus Athenæi alumnos blande compello, severeque admoneo, ut vestro huic Domino Directori ac Doctori exhibeatis semper debitam reverentiam, promptissimum obsequium, flexilem semper ad omnia bona animum, & tam flagrantem discendi cupiditatem, ut ad ejus, tanquam Gamalielis vestri, pedes frequentes confluatis, hisque composito animo assidentes, ex ejus facundissimo ore, tanquam limpidissimo fonte, hianti mente hauriatis candidissimam veræ sapientiæ lympham. Tunc Deum habebitis pro-

x) Vid. URSINI Antiquit. Academicæ Cap. VII. p. 171. sqq. y) Matth. XVI, 19. z) Luc. XI. 52.

propitium, Spiritum S. vos inhabitantem, illuminantem, ac in omnem veritatem ducentem; imo tandem, reportabitis largissimam studiorum vestrorum messem, nempe honorem, gloriam vitamque æternam.

Quod ut fiat, insuperque *Serenissimi* ac *Clementissimi* nostri PATRIÆ PATRES, horumque etiam præsentes PORPHYROGENITI PRINCIPES, una cum universa potentissima ac sublimi SAXONICA DOMO, perpetuo flore, interrupta altioremque indies gradum ascendente gloria, ac perenni denique salute gaudeant, ab ipso salutis fonte, supplicibus votis contendo, ejusque gratiæ protectioni & ductui, nostram ecclesiam, nostram Rempublicam, nostram urbem, & illustrem hanc nostram Musarum sedem committo, commendo, ac erecta fiducia trado.

FINIS.




INDEX I.

# INDEX I.

# DICTORUM S. SCRIPTURÆ,

QUÆ

IN HOC OPERE VEL CITANTUR ET EXPLICANTUR, VEL A CORRUPTELIS ADVERSARIORUM VINDICANTUR.


| | | |
|---|---|---|
| *Genes.* I, | 1. | 10 |
| | 2. | 305. 386. 727 |
| | 3. | 850 |
| | 6. 7. | 125 |
| | 9. | 386. 725 |
| | 11. 12. | 386 |
| | 18. | 181 |
| | 20. 21. | 799 |
| | 24. | ibid. |
| | 26. | 10. 737 *d.* |
| | 28. | 180 |
| | 29. | 785 |
| | 31. | 126. 741 |
| II, | 1. | 100 |
| | 2. | 10 |
| | 4. | 75. 396 |
| | 8. | 34 |
| | 10. | ibid. |
| | 15. 16. | 209 |
| | 16. 17. | 785 |
| | 17. | 180. 738. *e* |
| | 18. | 180 |
| | 27. | 10 |
| III, | 1. | 288 |
| | 2. 3. | 785 |
| | 9. | 1048 |
| | 16. | 182 |
| | 21. | 118 |
| | 24. | 705 |
| *Genes.* IV, | 7. | 168. 194 |
| | 10. | 120. 1123 |
| | 14. 15. | 510. sq. |
| | 15. | 507 |
| | 18. | 722 |
| | 26. | 738. *e* 1200 |
| V, | 2. | 10. 180 |
| | 21. sqq. | 728 |
| VI, | 5. | 844 |
| | 12. | 866 |
| VIII, | 1. | 386 |
| | 21. | 327. 844 |
| | 22. | 785 |
| IX, | 2. 5. | 795 |
| | 3. | 786 |
| | 5. 6. | 1023 |
| | 11. | 58 |
| | 15. | ibid. |
| | 26. 27. | 297 |
| | 27. | 10. 11. 703. 740. & 776 |
| X, | 8. 9. | 19 |
| | 14. | 303 |
| | 23. | 99 |
| XI, | 4. | 738. *e* |
| | 7. | 10 |
| | 17. | 1024 |
| XII, | 3. | 714 |
| | 5. | 17. 18. 264. 664 |
| XIII, | 3. | 132 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Genesis* XIII, | 8. | 103 | *Genesis* XXI, | 23. | 664 |
| | 11. | 37 | XXII, | 2. sqq. | 786 |
| | 12. | 739. *e* | | 6. | 62 |
| | 17. | 216 | | 11. | 364 |
| XIV, | 22. | 839 | | 11. 13. | 365 |
| XV, | 4. | 360. 880 | | 14. | 387 |
| | 13. | 32 | XXIII, | 2. | 72 |
| | 13. 16. | 222 | | 15. 16. | 222 |
| | 16. | 785 | XXIV. | 1. | 165 |
| | 17. | 741. *b* | XXV, | 8. | 209. 229 |
| XVI, | 1. 2. | 153 | | 11. | 118 |
| | 1. 3. | 710 | | 12. sqq. | 540 |
| | 1. 15. | 540 | | 23. | 880 |
| | 5. | 72 | XXVI, | 3. | ib. |
| | 8. | 60 | | 5. | 165 |
| XVII, | 1. 2. | 153 | | 20. | 216 |
| | 1. 3. | 710 | XXVIII, | 13. | ib. |
| | 7. 9. | 771 | | 15. | 28 |
| | 12. | 256 | XXX, | 14. | 215 |
| | 13. 14. | 185 | | 16. | 183 |
| | 15. | 49 | | 18. | 722 |
| | 20. | 985 | | 39. | 217 |
| | 22. | 713 | | 42. | 11 |
| XVIII, | 1 | 719 | XXXI, | 13. | 733. 771 |
| | 2. | 718 | | 47. | 9 |
| | 3. | 717. 719 | | 48. | 387 |
| | 5. 6. 7. | 222 | | 50. | 183 |
| | 10. 13. | 719 | XXXII, | 3. 5. 20. | 704 |
| | 11. | 118. 966 | | 7. | 28 |
| | 12. | 10 | | 11. | 68 |
| | 15. | 28 | | 29. | 766 |
| XIX, | 15. | 57 | XXXIII, | 18. | 964 |
| | 26. | 381 | XXXIV, | 14 sqq. | 300 |
| | 27. | 68 | XXXV, | 2. | 665 |
| | 33. 35. | 102 | | 10. | 766 |
| XX, | 12. | 786 | | 11. | 880 |
| | 13. | 403 | XXXVI, | 31. | 215 |
| | 18. | 739 | | 35. | 146 |


Gen.

Gen. XXXVII, 32. 39
XXXVIII, 10. 56
11. 216
14. 37
15. ibid.
25. 38. 39
26. 38. 447
29. 1040
XXXIX, 8. 141
19. 216
XLI, 8. 1206
XLIII, 8. 164
XLIV, 12. 178
33. 813
XLV, 6. 19
26. sq. 206. 710
27. 431
XLVI, 2. 766
4. 704. 715
6. 10
26. 880
27. 707. 748. g
36. 813
XLVIII, 16. 722. 733. 735
17. 18. 735
XLIX, 3. 1063
9. 39
10. 30. 775. 902
22. 57
33. 99
L, 35. 164
Exodus I, 5. 880
22. 302
II, 4. 491
5. 264
12. 59. 170
III, 2. 306. 381. 423. 708. 720. 733
4. 72. 733

Exodus III, 5. 163
10. sqq. 304
12. 964
13. 216. 1101
IV. 6. 1066
11. 385
12. 13. 28. 304
19. 640
20. 10
22. 396. 776
24. 152
V. 22. 8
23. 8. 216
VI. 4. 108
7. 8. 100
28. 318
VII, 4. 652
11. 1206
VIII, 13. 797
18. 382
19. ib.
22. 813
IX, 6. 19. 321
X, 2. 873
XI, 34. 360. 423
XII, 2. 740. 906
6. 907
11. 722
12. 122. 724. 730. 734
14. 17. 25. sqq. 900
19. 178
22. 223
37. 306. 747
38. 43. sqq. 300
40. 10
42. 771
43. sqq. 295
43. 44. 48. 902

*Exodus* XII, 48. 256
49. 902
XIII, 2. 5. 8. 900
11. 901
14. 900
21. 724. sq.
XIV, 16. 22. 288
19. 20. 304
31. 320
XV, 1. 111
3. 129
16. 28
17. 703
26. 88
XVI, 7. 703
7. 10. ibid.
10. ibid.
25. 116
33. 955. 947
XVII, 3. 6. 289
6. 288
7. 703
15. 906
XVIII, 22. 131. 139
XIX, 1. 256. 739. 740
1. 10. 11. 14. 289
4. 5. 6. 293
5, 6. 738
6. 10. 14. 293
8. 333. 436. 738
9. 289. 308. 321. 323. 333. 335. 370. sq. 390. sq. 394. 426
9. 19. 389
10. 267. 294. 298. 306. 670
10. 14. 292. 669
10. 11. 14. 15. 750

*Exod.* XIX, 12. 13. 21. 22. 745
16. 349. 744
16. 18. 19. 746
16. 20. 336
17. 167. 344. 361. 381
18. 378. 703
19. 267. 354. 390
20. 256
21. 349
XX, 1. 324. 325. 377. 378
1. sqq. 289
2. 214. 329. 330. 335. 328
5. 175. 894
9. 208
10. 614
11. 786
14. 56
15. 307. 316. 326. 349. 361. 424
15. 16. 17. 18. 338
15. 18. 424
15. 16. 19. 383
16. 308. 335. 338. 394. 746. 749
18. 748
19. 335. 390
20. 53
21. 785
XXI, 1. 179
6. 88. 785
10. 183. sq.
14. 85. sq.
23. 59. 572
30. 869
XXII, 2. 85
6. 223
9. 56


Exodus

| | | |
|---|---|---|
| *Exod.* XXII, | 11. | 56 |
| | 12. | 122 |
| | 20. | 676 |
| | 22. | 223 |
| | 28. | 45 |
| XXIII, | 7. | 8. 221 |
| | 13. | 149 |
| | 14. ſqq. | 780 |
| | 14. 16. 19. | 778 |
| | 15. | 760 |
| | 16. | 753. 765 |
| | 17. ſqq. | 967 |
| | 20. ſqq. | 304. 727. 734 |
| | 20. 21. | 721 |
| | 21. | 289. 382. 722. 733 |
| | 24. | 297 |
| | 25. | 722 |
| XXIV, | 1. | 382. 727. 730 |
| | 5. | 10 |
| | 7. | 220 |
| | 8. | 224. 267. ſq. |
| | 11. | 10. 112 |
| | 16. | 425. 436. 705. 707 |
| | 16. 17. | 703 |
| | 17. | 424. 427. 711 |
| | 18. | 424. 707. 708 |
| | 22. | 65 |
| XXV, | 8. | 209. 712. 713. 715 |
| | 9. | 209 |
| | 11. | 114 |
| | 22. | 318 |
| XXVI, | 1. | 944 |
| | 4. | 658 |
| | 16. 18. | 943 |
| | 33. | 944 |
| | 34. | 946 |
| | 36. | 942 |
| | 37. | ibid. |
| *Exod.* XXVII, | 1. ſqq. | 785 |
| | 12. | 954 |
| | 19. | 944 |
| | 20. 21. | 985 |
| | 21. | 771 |
| XXVIII, | 1. | 971 |
| | 3. ſqq. | 919 |
| | 3. 41. | 291 |
| | 29. 36. | 860 |
| | 30. | 861 |
| XXIX, | 1. 4. | 291 |
| | 1. 33. 44. | ibid. |
| | 10. 15. | 857 |
| | 29. 30. | 919 |
| | 34. | 791 |
| | 36. ſq. | 291 |
| | 40. | 986 |
| | 42. | 771 |
| | 45. | 705 |
| | 46. | 715. 739 ſ |
| XXX, | 6. | 949 |
| | 7. | 981. 985 |
| | 8. 10. | 771 |
| | 10. | 960 |
| | 19. | 268 |
| | 21. | 771 |
| | 30. | 291 |
| | 32. | 170 |
| | 34. | 979 |
| XXXI. | 3. | 86 |
| | 6. | 88 |
| | 14. | 86 |
| | 16. | 86. 771 |
| | 17. | 574 |
| XXXII, | 1. | 653 |
| | 1. ſqq. | 702 |
| | 4. | 652. 653 |
| | 16. | 744 |

| | | |
|---|---|---|
| *Exod.* XXXII, | 25. | 192 |
| | 34. | 720. 722. 734 |
| XXXIII, | 2. 3. | 720 |
| | 10. | 373 |
| | 12. | 720 |
| | 14. | 720. 734 |
| | 18. | 704. 705 |
| | 20. | 212. 430. 706. 724. 735 |
| XXXIV. | 1. | 177 |
| | 3. | 740 |
| | 6. 9. | 708 |
| | 7. | 175. 887. 894. 1010 |
| | 9. | 721 |
| | 22. sqq. | 778 |
| | 23. 24. | 967 |
| | 24. | 753 |
| | 27. | 153. 293 |
| XXXV. | 2. | 265 |
| | 22. | 50 |
| | 25. | 209 |
| XXXVI, | 6. | 177 |
| | 6. 7. | 209 |
| XXXVIII, | 8. | 416. 773 |
| | 21. | 715 |
| | 21. sq. | 291 |
| | 38. | 975 |
| XXXIX, | 42. | 88 |
| XL, | 8. | 942 |
| | 9. 10. 11. | 291 |
| | 12. | 971 |
| | 12. 13. | 291 |
| | 15. | 771 |
| | 19. | 177 |
| | 34. | 703 |
| | 34. sqq. | 749 |
| | 34. 45. | 424 |
| | 35. | 704 |
| *Levit.* I, | 4. | 216 |
| | 9. 13. | 126 |
| | 16. | 949 |
| | 17. | 126 |
| II, | 2. | ibid. |
| III, | 9. | 1003 |
| | 13. | 771 |
| IV, | 2. | 1022 |
| | 12. 21. | 1023 |
| | 18. 25. | 1004 |
| | 22. | 103. sq. |
| VI, | 11. | 771 |
| | 13. | 986 |
| | 23. | 791 |
| | 30. | 1023 |
| VII, | 9. | 791 |
| | 24. | 805 |
| | 36. | 771 |
| VIII, | 2. | 702 |
| | 17. | 791 |
| | 30. | 291 |
| IX, | 4. | 426. 702. 709 |
| | 4. 6. 23. | 703 |
| | 7. | 702. 861 |
| | 23. | 720 |
| | 23. 24. | 721 |
| | 24. | 423. 703. 708 |
| X, | 1. sqq. | 774 |
| | 10. | 626 |
| XI, | 2. | 796 |
| | 4. | 798 |
| | 6. | 18 |
| | 9. | 113 |
| | 9. 10. | 800 |
| | 11. | 805 |
| | 15. | 279 |
| | 20. sqq. | 799 |
| | 29. | 798 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Levit.* XI, | 31. | 964 | *Levit.* XVI, | 3. ſqq. | 760.786 |
| | 33. | 237 | | 7. | 778 |
| | 41. | 113 | | 11. | 216.857 |
| | 42. | 204 | XVIII, | 3. | 297 |
| | 43. | 231 | | 5. | 63. 86. 168 572 |
| | 44. | 232 | | 6. | 183 |
| | 46. | 798 | XIX, | 3. | 86.101 |
| XIII, | 3. | 152 | | 5. | 127 |
| | 10.11. | 1071 | | 6. | 976 |
| | 13. | 16.204 | | 8. | 61 |
| | 47. | 1060 | | 13. | 101 |
| | 52.55. | 791 | | 17. | 74 |
| XIV, | 8.47. | 290 | | 18. | 60.61 |
| | 33. | 1060 | | 29. | 201 |
| XV, | 5. | 237 | | 33. | 676 |
| | 8. 10, 26. | 723 | XX, | 20. ſq. | 858 |
| | 9. | 177 | | 23. | 297 |
| | 16. | 268.715 | | 25. | 590 |
| | 18. | 291 | XXII, | 1.2.3. | 402 |
| | 31. | 716 | | 5. | 673 |
| XVI, | 2. | 423. 955. 961 | | 6. | 1058 |
| | 3. | 952 | | 8. | 971 |
| | 4. | 965 | | 17.18. | 868 |
| | 5. | 1019 | | 20. | 1059 |
| | 6.11. | 1007 | XXIII, | 2.4.9. ſqq. | 778 |
| | 9. | 906 | | 3. | 573 |
| | 11. | 14.965 | | 4. | 780. 782 |
| | 12. 13. | 969.993 | | 5. ſqq. | 900 |
| | 15. | 997 | | 10. | 753 |
| | 16 | 716 | | 14. | ibid. |
| | 17. | 864 | | 14.21.31.41. | 772 |
| | 20. | 22 | | 15. | 739.752 |
| | 21. | 1002 | | 16. | 753 |
| | 24.26. | 276 | | 17. | 84.735.761. |
| | 26. | 1002 | | 18. | 752.761 |
| | 29. | 956 | | 18.19.10. | 760 |
| | 29.34. | 861 | | 21. | 752 |
| | 30. | 989 | | 27. | 741 |


*Levit.*

| | | |
|---|---|---|
| *Lev.* XXIII, | 36. | 733 |
| XXIV, | 2. 3. | 985 |
| | 17. | 522 |
| | 21. | 59 |
| XXV, | 5. | 1064 |
| | 6. | 807 |
| | 11. | 715 |
| | 17. | 206 |
| | 40. | 785 |
| XXVI, | 11. 12. | 715. 741. b |
| XXVI, | 30. | 188. 189 |
| | 28. | 618 |
| *Numer.* I, | 47. 49. | 1007 |
| III, | 6. | 971 |
| | 38. | 914 |
| IV, | 3. | 416. 417. 773 |
| | 20. | 215 |
| | 22. | 103 |
| | 23. | 416. 774 |
| V, | 3. | 716. 740. g |
| | 14. | 177 |
| | 15. | 1009 |
| | 18. | 190 |
| VI, | 7. | 403 |
| VII, | 8. 9. | 319 |
| | 24. | 417 |
| VIII, | 7. 21. | 290 |
| | 9. | 471 |
| IX, | 2. sqq. | 900 |
| | 10. | 771 |
| | 14. | 902 |
| X, | 2. | 723 |
| | 8. | 771 |
| | 10. | 762 |
| | 35. | 713. 715 |
| XI, | 4. sqq. | 652 |
| | 6. | 131 |
| | 12. | 839 |
| *Numer.* XI, | 15. | 726 |
| | 16. | 131 |
| | 17. | ibid. |
| | 18. | 290 |
| | 25. | 348 |
| | 26. | 131 |
| XII, | 3. | 177 |
| | 6. | 360 |
| | 7. | 390. 749. 954 |
| | 7. 8. | 397 |
| | 8. | 370. 383 |
| | 9. 10. | 1082 |
| | 10. | 1066 |
| | 15. | 491 |
| XIV, | 10. | 703 |
| | 10. 21. | ibid. |
| | 12. | 114 |
| | 18. | 887. 894 |
| | 22. | 114 |
| | 34. | 33 |
| | 42 | 704 |
| XV, | 14. sqq. | 669 |
| | 15. | 266 |
| | 21. 23. | 771 |
| | 24. | 46 |
| | 30. | 215 |
| | 30. 31. | 108 |
| | 31. | 109. 213 |
| | 38. | 771 |
| XVI, | 3. | 704. 740. g |
| | 9. | 971 |
| | 9. 10. | 914 |
| | 15. | 10 |
| | 19. | 703 |
| XVIII, | 2. | 971 |
| | 3. | 914 |
| | 4. | 1002 |

um,XVIII,7. 914
8. 721
23. 771
28. 108
XIX. 5. 791
10 21. 290
XX, 6. 703
16. 734 919
17. 439
17. 19. 81
20. 949
XXI, 14. 205
XXII, 5. ſqq. 729
7. 146
8. 12. 132. 133
XXIII, 1. 42
9. 540
XXIV, 6. 87
7. 176
17. 789
XXV, 14. 37
15. 84
XXVII, 5. ſqq. 395
XXVIII, 3. ſqq. 975
5. 7. 986
11. 672. 783
16. ſqq. 900
27. 30. 760
XXIX, 39. 783
XXX, 3. 184
XXXI, 14. 50
23. 292
24. 290
49. 50
50. 50. 55
XXXV, 7. 19
17. ſqq. 786
29. 771

*Deuteron.* I, 13. 15. 183
II, 23. 303
31. 724
34. 966
IV, 4 108. 387
5. 81
9. 203. 204. 394
9. 12. 15. 36. 335
10. ibid.
10. 12. 33. 36 307
11. 748
12. 322. 323. 333. 378
13. 333
13. 14. 15. 586
13. 23. 293
19. 10
24. 118. 427
25. 224
33. 335. 380
34. 222
37. 721
39. 430. 708
44. 194
V. 1. 202
1, 2. 293
3. 4. 308
4. 19. 333. 335
4. 19. 20. 21. 335. 745
5. 306. 322. 373. 750
9. 894
14. 614
15. 574
16. 54
19. 332. 336. 351. 749
20. 308. 338. 361. 78.
746. 748
21. 328. 333. 334. 703
21. 23. 33. 316. 745

| | | |
|---|---|---|
| *Deut.* V, | 21. 23. 24. | 321 |
| | 22. | 39.329. 338. 424 |
| | 23. | 322. 323. 333.748 |
| | 25. | 749 |
| | 30. | 180 |
| VI, | 4. | 6. 55. 189 |
| | 7. | 8. 10 |
| | 21. | 204. 205. 734 |
| VII, | 2. | 50 |
| | 2. 26. | 624 |
| | 3. | 659 |
| | 11. | 162 |
| | 20. | 1058 |
| | 6. | 738 |
| VIII, | 3. | 32. 183 |
| IX, | 5. | 785 |
| | 9. 11. 15. | 293 |
| X, | 8. 9. | 1007 |
| | 12. | 175 |
| XI, | 8. | 205 |
| | 14. | 722 |
| | 18. | 194 |
| | 19. | 202. 203 |
| | 21. | 33. 108 |
| XII, | 4. 5. 13. | 759 |
| | 7. | 74 |
| | 11. | 740. 8 |
| | 12. | 18. 19 |
| | 18. | 767. 784 |
| XIII, | 4. | 118 |
| | 5. | 6 |
| | 6. | 2. 68 |
| | 8. | 8 |
| | 11. | 149 |
| | 17. | 155 |
| XIV, | 1. | 330. 391 |
| | 4. | 786 |
| | 8. | 798 |
| | 21. | 805 |
| | 23. 24. 26. | 760 |
| *Deut.* XIV, | 26. | 180. 767. 784 |
| XVI, | 1. sqq. | 760. 900 |
| | 3. | 765. 900. 903 |
| | 8. | 737 |
| | 9. | 739. 770 |
| | 10. | 770 |
| | 11. 14. | 786 |
| | 12. | 763. 765 |
| | 14. 17. | 767 |
| | 16. | 760. 780 |
| | 17. | 785 |
| | 22. | 807 |
| XVII, | 3. | 110 |
| | 6. | 211 |
| | 10. | 157 |
| | 13. | 118 |
| | 15. | 45. 178 |
| | 16. | 166 |
| XVIII, | 1. 2. | 721 |
| | 15. | 312. 339 |
| | 15. 18. 19. | 309. 311. 313. 749 |
| XIX, | 14. | 67 |
| | 15. | 57 |
| | 19. 21. | 522 |
| XX, | 20. | 602 |
| XXI, | 4. | 195 |
| | 5. | 1087 |
| | 23. | 122. 157. 262 |
| XXII, | 4. | 189 sq. |
| | 7. | 54. 74. 83 |
| | 9. | 290 |
| | 29. | 96 |
| XXIII, | 2. | 341. 343 |
| | 4. | 96 |
| XXIII, | 10. | 51 |
| | 18. | 291 |
| | 25. | 190 |
| XXXIV, | 1. | 57. 96 |
| XXXV, | 1. 2. 3. | 97. 291 |

| | | |
|---|---|---|
| *Deut.* XXXV, | 8. | 1059. 1082 1090 |
| | 13. | 71 |
| | 14. | 101 |
| | 16. | 175 |
| XXV, | 2. | 809 |
| | 2 3. | 157 |
| | 5. sqq. | 659 |
| | 16. | 211 |
| XXVI, | 8. | 1085 |
| | 11. | 767 |
| XXVII, | 7, | 760.784 |
| | 7. 11. | 767 |
| XXVIII, | 1. | 355 |
| | 26. | 797 |
| | 57. | 169 |
| | 58. | 197 |
| XXIX, | 9. | ibid. |
| | 19. 20. | 202 |
| XXX, | 3. | 716 |
| | 6. | 1177 |
| XXXI, | 3 | 89 |
| | 7. | 49 |
| | 16. | 107.109 |
| | 21. | 1086 |
| | 26. | 947.948 |
| XXXII, | 2. | 195 |
| | 5. 6. | 210 |
| | 6. 18. | 726 |
| | 36. | 16 |
| | 39. | 89. 111. 724 |
| | 49. | 724 sq. |
| XXXIII | 2. | 167 |
| | 4. | 207 |
| | 6. | 107. 164 |
| | 9. | 256 |
| | 16. | 703 |
| | 21. | 225 |
| | 23. | 48 |
| | 26. | 61 |
| *Deut.* XXXIV, | 1. sqq. | 603 |
| XXXIV, | 5. 6. 28. | 225 |
| | 6. | 118 |
| *Josua* I, | 2 7. | 397 |
| | 7. | 163 |
| | 8. | 214 |
| | 18. | 163 |
| II, | 6. | 966 |
| | 10. | 40. 288 |
| | 18. | 40 |
| IV, | 23. | 288 |
| V, | 1. | 33. 40 |
| | 5. | 256 |
| | 11. | 754 |
| | 13. | 360 |
| VIII, | 30. | 111 |
| XIII, | 6. | 1019 |
| XIV, | 1. | 48 |
| | 2. | 1019 |
| XV, | 34. | 37 |
| | 35. | 151 |
| XIX, | 35. | ibid. |
| XXIV, | 12. | 1058 |
| | 14. | 336. 778 |
| *Judic.* I, | 8. | 966 |
| III, | 18. | 971 |
| IV, | 14. | 724 |
| V, | 2. | 192 |
| | 23. | 625 |
| | 27. | 182 |
| | 31. | 177 |
| VI, | 13. | 704 |
| | 19. | 786 |
| | 21. | 707 |
| VIII, | 30. | 880 |
| XI, | 27. | 386 |
| XIII, | 5. 14. | 381 |
| | 15. sqq. | 786 |
| | 20. | 707 |

| | | |
|---|---|---|
| *Judic.* XV, | 18. | 303 |
| | 26. | 288 |
| XVI, | 2. | 301 |
| | 17. 19. | 381 |
| | 21. | 490 |
| XVIII, | 7. | 738 |
| XX, | 16. | 1009 |
| *Ruth* I, | 1. | 73 |
| | 18. | 650 |
| III, | 17. | 34 |
| 1. *Sam.* I, | 15. | 710 |
| | 22. | 785 |
| II, | 6. | 230 |
| | 22. | 416. 773 |
| | 36. | 1064 |
| III, | 3. | 984 |
| | 4. 6. 8. | 360 |
| VI, | 19. | 774 |
| VII, | 1. | 291 |
| | 12. ſqq. | 786 |
| IX, | 17. | 738 |
| X, | 27. | 60 |
| XI, | 1. | ibid. |
| | 36. | 1063 |
| XII, | 7. | 218 |
| XIV, | 6. | 303 |
| XVI, | 2. ſqq. | 786 |
| | 18. | 34 |
| XVII, | 26. | 36. 303. |
| | 36. | 169 |
| | 44. | 797 |
| XX, | 25. | 971 |
| XXI, | 6. | 84 |
| | 7. | 85. 591 |
| XXII, | 17. | 164 |
| XXV, | 29. | 118 |
| XXVI, | 20. 24. | 1023 |
| XXXI, | 4. | 303 |
| 2. *Sam.* I, | 20. | 169 |
| III, | 27. | 163 |
| | 29. | 177 |
| | 39. | 46. 133 |
| VI, | 6. ſqq. | 774 |
| VII, | 5. 6. 7. | ibid. |
| | 14. | 868 |
| XI, | 2. | 69 |
| | 3. 4. | ibid. |
| | 4. | 246. 292 |
| | 15. | 164 |
| XV, | 6. | 490 |
| XVI, | 11. | 880 |
| | 23. | 400 |
| XVIII, | 14. | 490 |
| | 15. | ibid. |
| | 33. | 888 |
| XIX, | 20. | 1009 |
| XX, | 4. 5. | 163 |
| XXII, | 22. | 25 |
| XXIV, | 17. | 1009 |
| 1. *Reg.* I, | 1. 2. 3. 4. | 95 |
| | 15. | 96 |
| II, | 5. | 163 |
| | 32. | ibid. |
| III, | 4. | 42 |
| IV, | 33. | 1178 |
| V, | 14. | 185 |
| | 29. | 163. 660 |
| VI, | 1. | 17 |
| | 20. | 943 |
| VII, | 2. | 1086 |
| | 6. | 20 |
| | 49. | 703 |
| VIII, | 9. | 946 |
| | 10. 11. | 360. 749 |
| | 11. | 703 |
| | 19. | 714. 880 |

1. *Reg.* VIII, 27. 345
28. 94
IX, 22. 660
X, 2. 949
XI, 7. 104. 111
22. 263
XII, 7. 104
18. 177*
32. 782
XIII, 31. 964
XIV, 15. 87
24. 291
XV, 12. ibid.
23. 177
XVII, 1. 135
XVIII, 19. sqq. 786
38. 707
XIX, 11. 145. 382
XX, 25. 206
XXII, 47. 291
2. *Reg.* I, 14. 1023
II, 15. 50
24. 42
III, 15. 409
V, 7. 1089
14. 234
VI, 15. 318
VIII, 2. 959
X, 20. 737
XV, 5. 103. 38
XVI, 3. 188
XVII, 24. 265
25. sqq. 658
30. 31. 187
XIX, 17. 288
XXI, 8. 397
XXII, 1. 547
14. 40
XXIII, 31. 36. 547
2. *Reg.* XXIV, 8. 547
10. sqq. 538
16. 224
17. 43
18. 547
XXV, 1. sqq. 538
8. 114
18. 920
30. 177
1. *Chron.* II, 55. 204
III, 15. 42
17. 43
IV, 5. 70
VII, 20. sqq. 230
27. 40
XII, 32. 183
XXIII, 13. 915
XXVI, 4. 416
5. 908
11. 19. 294
XXVII, 1. 185
XXVIII, 2. 738. c
11. 714
11. 19. ibid.
XXIX, 23. 1041
2. *Chron.* II, 17. 263
III, 17. 43
V, 10. 946
14. 703. 707
VI, 9. 880
18. 345
21. 738. c
41. sq. 714
VII, 1. ibid.
1. 3. 707
9. 737
XIV, 10. 738
XXI, 3. 42

*2. Chron.* XXIV, 25. 114
XXV, 14. 130
XXVI, 16. 177
18. 291
XXVII, 21. 138
XXVIII, 23. 130
XXIX, 7. 984
19. 291
XXX, 10. 901
16. 900
XXXV, 3. 948
23. 177
XXXVI, 12. 43
14. 918
*Esra* I, 8. ſqq. 588
II, 2. ſqq. ibid.
IV, 1. 421
2. 631
VII, 6. ſqq. 538
X, 2. 41
8. 625
*Nehem.* I, 3. 894
20. 9
II, 10. 421. 429
III, 33. 421
IV, 1 ſqq. ibid.
VI, 1. ſqq. ibid.
VIII, 18. 737
*Eſther* I, 2. 966
10. 73
16 ſq. 1009
20. 9
II, 7. 964
11. 41
III, 2. 403
5. 47
VIII, 9. 9
17. 660
X, 3. 41
*Jobus* II, 4. 896
III, 2. 174
10. 722
V, 7. 214
21. 882
24. 180. 182. 202
VI, 13. 180
VII, 1. 416 418. 774
IX, 8. 385
XII, 17. 15
XIV, 4. 735
14. 418. 774
XV, 16. 114
XVIII, 19. 78
XIX, 2. 168
XX, 22. 114
XXII, 16. 93. 227
28. ſqq. 135
XXIII, 24. 1027
XXV, 3. 227
XXVIII, 12. 225
13. 100
17. 76. 177
26. 723
XXIX, 4. 164
XXX, 25. 723
XXXI, 7. 868
28. 1009
XXXVI, 16. 219
XXXVII, 5. 326
21. 1065
*Pſalm.* I, 1. 6. 866
3. 221
II, 7. 13. 386. 726. 776. 860. 878
8. 13
IV, 7. 466
V, 2. 723
5. 56. 1027
VIII, 6. 177

*Pſ.*

| | | |
|---|---|---|
| *Ps.* VIII, | 8. | 797 |
| X. | 8. | 8 |
| | 16. | 1096 |
| XI, | 1. | 1124 |
| XIII, | 3. | 1064 |
| XIV, | 3. | 844 |
| XVI, | 10. | 908 |
| XVII, | 3. | 69 |
| XVIII, | 28. | 25 |
| XIX, | 8. | 328 |
| | 13. | 49 |
| | 14. | ibid. |
| XXI, | 5. | 13 |
| | 20. | 168 |
| | 31. 32. | 98 |
| XXII, | 7. | 841 |
| XXIV, | 4. | 168 |
| XXV, | 7. | 1008 |
| XXVI, | 2. | 96 |
| XXIX, | 4. | 329 |
| | 4. 5. | 319 |
| | 7. | 747 |
| | 8. | 294 |
| | 9. | 327. 704 |
| | 11. | 327 |
| XXXIII, | 5. | 80 |
| | 7. | 140 |
| | 9. | 385 |
| | 14. | 465 |
| XXXIV, | 4. | 192 |
| | 15. | 211 |
| XXXVI, | 9. | 49. 80 |
| XXXIX, | 3. | 725 |
| | 4. | 723 |
| | 5. | 159 |
| | 12. | 296 |
| XL, | 7. 9. | 1014 |
| | 9. | 893. 1015 |
| | 13. | 67 |
| *Ps.* XLI, | 6. | 8 |
| XLII, | 3. | 8. 289 |
| | 9. | 367 |
| XLIII, | 1. | 97 |
| | 3. | 367 |
| XLV, | 6. | 205 |
| | 8. | 348 |
| | 11. | 78 |
| XLVI, | 3. | 229 |
| | 11. 13. | 182 |
| | 18. | 52 |
| XLVII, | 6. | 731. 879 |
| XLIX, | 2. | 869 |
| | 7. | 870 |
| | 8. 9. | 830. 886 |
| L, | 2. | 714 |
| | 4. | 195 |
| | 10. 13. | 127 |
| | 16. | 77 |
| | 20. | 215 |
| | 23. | 8 |
| LI, | 3. 4. | 1010 |
| | 4. | 1009 |
| | 7. | 844. 866. 1009 |
| LII, | 3. | 8 |
| | 12. | 325. 964 |
| LIII, | 4. | 844 |
| LVI. | 1. | 38 |
| LX, | 21. | 25 |
| LXII, | 12. | 378 |
| LLVI, | 18. | 52 |
| LXVIII, | 7. | 174 |
| | 8. | 381 |
| | 9. 10. | 288 |
| | 12. | 326 |
| | 34. | 345 |
| LXIX, | 2. 3. 4. | 812 |
| | 3. | 1024 |


*Psalm.*

Ps. LXIX, 5. 1022
27. 1009
LXXI, 6. ibid.
LXXII, 5. 32
14. 1023
16. 109
17. 30. 32. 36
LXXIV, 2. 740. g
11. 160
LXXVIII, 15. 16. 288
38. 197. 809
43. 873
54. 294
LXXX, 6. 20
14. 13. 205
LXXXI, 4. 769
LXXXII, 1. 94. 718. 740. g
LXXXIV, 5. 111
LXXXV, 10. 431. 797
12. 70
LXXXVII, 4. sqq. 771
LXXXIIX, 6. 171
16. 99
37. 293
38. 205
LXXXIX, 2. 785
20. 52
21. 868
35. 32
36. 1142
51. 14
XC, 2 396
4. 17. 33. 1142
11. 1022
15. 32
XCI, 10. 7
XCII, 1. 1161
4. 17. 1124
15. 165. 225
Ps. XCIII, 1. 1182
XCIV, 9. 385
16. 225
21. 1023
XCV, 7. 27. 386
10. 32
XCVII, 1. 1069
2. 71. 345
XCIX, 6. 71
C, 1. 8
CI, 7. 198
CII, 28. 180
CIII, 17. 80
CIV, 3. 345
15. 212
21. 152
24. 50
25. 799
31. 730
CV, 26. 367
44. 220
CVI, 6. 1009
7. 300
9. 1096
23. 390
30. 68
CX, 1. 776
3. 726
4. 13. 860
CXI, 8. 782
CXIV, 1. 2. 287
CXV, 16. 171
CXVI, 6. 97. 187
15. 198
CXIX, 137. 890. 894
165. 24
CXX, 6. 205
CXXI, 2. 385
CXXII, 2. 199


Ps.

| | | |
|---|---|---|
| *Ps.* CXXIII, | 1. | 345 |
| CXXIV, | 8. | 385 |
| CXXV, | 1. | 82 |
| CXXVII, | 4. | 205. 377 |
| | 5. | 205 |
| CXXX, | 4. | 735. 896 |
| CXXXII, | 2--5. | 713. sq. |
| CXXXIII, | 3. | 714 |
| | 7. | 141 |
| CXXXIV, | 3. | 385 |
| CXXXVII, | 7. | 844 |
| CXLV, | 1. | 345 |
| | 17. | 894 |
| CXLVI, | 7. sq. | 141 |
| CXLVII, | 20. | 170. 207 |
| CXLIIX. | 10. | 796 |
| *Prov.* I, | 8. | 210 |
| | 20. | 63. 736 a |
| III, | 18. | 194 |
| | 29. | 96 |
| | 34. | 76 |
| IV, | 4. | 168 |
| | 18. | 181 |
| V, | 8. | 6 |
| VI, | 13. | 180 |
| | 22. | 1138 |
| | 23. | 46 |
| | 26. | 91 |
| | 32. | 214 |
| | 43. | 692 |
| VII, | 4. | 205 |
| | 9. | ibid. |
| VIII, | 6. | 194 |
| | 21. | 144 |
| | 24. 25. | 726 |
| | 30. | 730. 736. a |
| | 36. | 120. 194 |
| IX, | 5. | 289 |
| *Prov.* IX, | 5. | 289 |
| | 7. | 868 |
| | 10. | 220 |
| X, | 2. | 63 |
| | 19. | 219 |
| XI, 4. | 4. | 63. 64 |
| | 21. | 54 |
| | 30. | 71 |
| XIII, | 12. | 68 |
| | 23. | 2 3 |
| XV, | 1. | 175 |
| XVI, | 7. | 63 |
| | 14. | 223 |
| | 26. | 214 |
| | 32. | 1034 |
| | 33. | 1019 |
| XVII, | 14. | 220 |
| | 16. | 169 |
| | 18. | 219 |
| XVIII, | 1. | 37 |
| | 4. | 1068 |
| | 5. | 971 |
| | 22. | 57 |
| XIX, | 2. | 182 |
| | 9. | 129 |
| | 17. | 63 |
| XX, | 1. | 228 |
| | 5. | 1068 |
| | 9. | 844 |
| | 12. | 178 |
| | 21. | 228 |
| | 25. | 170 |
| XXI, | 3. | 79 |
| | 14. | 66. 67 |
| | 21. | 211 |
| XXII, | 6. | 203 |
| | 10. | 58. 63 |
| | 17. | 78 |

*Prov.* XXII, 18. 115
XXIII, 15. 124
23. 81
25. 134. 135
31. 55
XXIV, 1. 2. ibid.
17. 61
XXV, 2. 814
7. 139
16. 198
XXVI, 2. 799
XXVII, 2. 112
6. 87
11. 113
14. ib.
18. 105
XXVIII, 24. 210
XXIX, 7. 92
9. 129
XXX, 16. sq. 207
25. 971
32. 122
XXXI, 6. 111
26. 80
XXXII, 2. 122
*Eccles.* I, 4. 3
15. 762
18. 209
II, 1. 466
8. 228
IV, 1. 142
3. 142
9. 94
V, 1. 69. 345
10. 126
11. ibid.
VI, 9. 54
VII, 2. 199
*Eccles.* VII, 7. 288
27. 58. 181
VIII, 1. 225
14. 67
IX, 4. 159. 160. 171
5. 211
8. 106
X, 8. 9
20. 45
XI, 6. 180
7. 117
XII, 12. 124. 584
14. 64
*Cantic.* I, 2. 289. 335. 371
8. 66
12. 299. 750
17. 162
II, 9. 465
14. 55
III, 11. 299
IV, 1. 55
7. 868
8. 716
V, 6. 324. 328. 330
10. 859
11. 15. 16. 90
16. 330
VI, 10. 78
VII, 2. 63
10. 108
14. 91. 92
21. 63
VIII, 12. 1143
*Jes.* I, 2. 1009
8. 21. 26. sqq. 782
13. 737 758
14. 769
15 56

| | | |
|---|---|---|
| *Jes.* I, | 16. | 295 |
| | 22. | 74 |
| | 25.26.27. | 25 |
| II, | 2. | 35.46.771 |
| | 3. | 35.903 |
| | 4. | 35 |
| | 11. | 16.17.229 |
| | 14. | 24.1063 |
| III, | 10. | 71 |
| IV, | 3. | 200.229 |
| | 5. | 199 |
| V. | 9. | 82 |
| | 14. | 99 |
| | 18. | 13.215 |
| VI, | 1.2.3. | 879 |
| | 1.8. | 360 |
| | 3. | 156.345.704.706 |
| | 4. | 200 |
| | 13. | 116.177 |
| VIII, | 6. | 137 |
| | 14. | 289 |
| | 23. | 137.1107 |
| IX, | 1. | 1107 |
| | 1.2. | 789 |
| | 6. | 23.35 |
| X, | 18. | 25 |
| XI, | 1. | 8.756 |
| | 2. | 727.878 |
| | 4. | 776 |
| | 5. | 825 |
| | 9. | 903 |
| XII, | 3. | 153.154.289.756.777 |
| XIII, | 3. | 291 |
| XIV, | 1. | 1063 |
| | 6 | 971 |
| | 19. | 8 |
| XVI, | 10. | 400 |
| *Jes.* XVII, | 13. | 14 |
| XVII, | 5. | 24 |
| | 7. | 25 |
| | 26. | 797 |
| XIX, | 1. | 345 |
| XX, | 1. | 964 |
| | 4. | 367 |
| XXI, | 11.12. | 36 |
| | 15. | 136 |
| XXIII, | 3. | 553 |
| | 15. | 32 |
| XXIV, | 16. | 36 |
| | 21. | 1124 |
| | 23. | 34.89.101 |
| XXV, | 8. | 89.1134 |
| XXVI, | 2. | 99.192.776 |
| | 4. | 75.382 |
| | 10. | 482 |
| | 14. | 98 |
| | 15. | 672 |
| | 19. | 99.108 |
| | 20. | 93 |
| XXVII, | 1.2.13. | 14.208 |
| | 8. | 73 |
| XXVIII, | 16. | 289 |
| | 19. | 116 |
| | 20. | 141 |
| XXX, | 13. | 768 |
| | 21. | 24 |
| | 15. | 23 |
| | 18. | 21.138 |
| | 26. | 34 |
| | 30. | 26 |
| | 33. | 219 |
| XXXIII, | 6. | 175 |
| | 13. | ib. |
| XXXV. | 6. | 89.90.112 |
| XXXVII, | 18. | 288 |

Jeſ. XXXVII, 30. 1063
XXXIIX, 9. 1073
18. 116
XXXIX, 6. 7. 772
XL, 1. 2. 784
2. 774. 784. 785
2. ſq. 778
3. 1182
5. 703
12. 491
22. 704
31. 165 229
XLI, 2. 173
25. 366 367
29. 1041
31. 291
XLII, 1. 366. 389. 843
6. 344 776
XLIII, 3. 840. ſq. 870
7. 199
9. 167
10. 843
13. 387
14. 716
18. 766
25. 735
XLIV, 4. 385
6. ibid.
6. 7. ibid.
9. 327
XLV, 23. 168. 904
XLVI, 3. 726
11. 196
XLVII, 2. 23. 55
3. ibid.
XLVIII, 2. 724
10. 117. 218
11. 62. 63

Jeſ. XLVIII, 16. 63. 309
22. 77. 118
35. 200
XLIX, 1. 843 800
6. 344
7. 23
10. 107
23. 606
L, 1. 291. 694
8. 1026
LI, 8. 25
9. 895
16. 5
19. 25
LII, 3. 23
8. 111
10. 895
13. 835
13, ſqq. 776
15. 857
16. ibid.
LIII, 1. 895
4. 27. 30. 847. 887
4. 5. 6. 843
4. 10. 857
4. 6. 11. 12. 868
5. 27 888
5. 6. 903
6. 891
8. 9. 1026
8. 10. 12. 857
9. 309
10. 830. ſqq. 908. 1022
10. 12. 868
11. 1109
LIV, 9. 33. 58
12. 157
13. 903


Jeſ.

| | | |
|---|---|---|
| *Jes.* LV, | 1. | 220 |
| | 1. 2. | 289 |
| LVI, | 1. | 199 |
| LVII, | 1. | 223 |
| | 19. | 33. 118 |
| | 21. | 118 |
| LVIII, | 2. | ib. |
| | 8. | 71 703 |
| LIX, | 2. | 865 |
| | 2. 3. | 1009 |
| | 15. | 15 |
| | 16. | 26. 878. 895 |
| | 18. | 25 |
| LX, | 1. | 344. 703 |
| | 2. | 31 |
| | 7. | 660 |
| | 8. | 200. 311 |
| | 21. | 25 |
| | 22. | 26. 879 |
| LXI, | 1. | 52. 309 |
| | 1. 8. | 829 |
| | 5. | 89 |
| | 8. | 92 |
| LXII, | 5. | 33 |
| LXIII, | 3. | 806 |
| | 4. | 32 |
| | 5. | 395 |
| | 9. | 304. 720. 722. 734 |
| LXIV, | 3. | 33 |
| | 4. | 33. 34. |
| LXV, | 7. | 1009 |
| | 13. | 107 |
| | 16. | 767 |
| | 21. | 89 |
| LXVI, | 1. | 345. 713. 716 |
| | 2. | 707 |
| | 15. 16. | 747 |
| | 17. | 295 |
| *Jes.* LXVI, | 23. | 771 |
| | 24. | 125 |
| *Jerem.* I, | 2. 3. 5. 6. | 101 |
| | 6. | 77 |
| II, | 8. | 1009 |
| | 22. | 77. 295 |
| | 27. | 396 |
| | 31. | 316 955 |
| III, | 1. 8. | 654 |
| | 8. | 1009 |
| | 14. | 23. 76. 99 |
| | 17. | 716. |
| | 23. | 23 |
| IV, | 1. | ibid. |
| | 31. | 75 |
| V, | 1. | 93 |
| | 9. | 738 |
| | 25. | 71 |
| VI, | 19. | 52 |
| VII, | 11. | 429 |
| | 12. | 704. 740. 5 |
| | 33. | 797 |
| VIII, | 4. | 288 |
| IX, | 4. | 181 |
| | 5. | 1109 |
| | 11. sq. | 176 |
| | 22. | 137 |
| | 24. | 302 |
| | 24. 25. | ibid. |
| | 25. | 169. 303 |
| X, | 2. | 122 |
| | 2 sq. | 297 |
| XI, | 19. | 949 |
| XIII, | 16. | 704. 705 |
| XV, | 9. | 314 |
| | 16. | 289 |
| XVI, | 13. | 30 |
| XVII, | 2 | 226 |


R[illegible]

| | | |
|---|---|---|
| *Jer.* XVII, | 6. | 221 |
| | 12. | 716 |
| | 18. | 722 |
| XXI, | 9. | 43 |
| XXII, | 30. | ibid. |
| XXIII, | 1.2. | 91 |
| | 5. | 188. 789 |
| | 6. | 200. 879 |
| | 19. | 227 |
| | 23. ſqq. | 345 |
| | 29. | 826 |
| XXIV, | 1.2. | 91 |
| XXIX, | 6. | 179 |
| | 23. | 146 |
| XXX, | 6. | 105 726 |
| | 9. | 31. 408 |
| | 11. | 894 |
| | 21. | 30. 104 |
| | 32. | 288 |
| | 62. | 29 |
| XXXI, | 8. | 89 |
| | 11. | 1032 |
| | 15. ſqq. | 775. 778 |
| | 22. | 180 |
| | 32. | 293. 300. 839 |
| | 33. ſq. | 903 |
| XXXII, | 7. | 45 |
| | 20. | 873 |
| XXXIII, | 5. | 704 |
| | 16. | 873 |
| | 25. | 153 |
| XXXVI, | 18. | 40 |
| XXXVII, | 5. ſqq. | 542 |
| | 13. | 722 |
| XXXIX, | 4. ſqq. | 538 |
| XLI, | 1. | 42 |
| XLIII, | 5. ſqq. | 538 |
| XLIV, | 1. ſqq. | ibid. |
| *Jer.* XLIV, | 28. | 548 |
| XLVI, | 19. ſqq. | 538 |
| XLVII, | 4. | 303 |
| XLIX, | 7. | 4 |
| | 30. | 716 |
| L, | 25. | 1206 |
| LI, | 9. | 115 |
| | 27. | 291 |
| | 59. | 40 |
| LII, | 11. | 53 |
| *Threni* I, | 5. | 429 |
| | 26. | 737. d |
| | 28. | 703 |
| II, | 8. | 354 |
| III, | 8. | 206 |
| | 23. | 228 |
| | 28. | 95 |
| | 64. 65. | 844 |
| *Ezech.* I, | 18. | 839 |
| | 26. | 737. d |
| | 28. | 703 |
| II, | 3. | 1009 |
| III, | 3. | 289 |
| | 12. | 1106 |
| | 17. 18. | 626 |
| | 20. | 112 |
| | 23. | 703 |
| IV, | 6. | 33 |
| | 13. | 91 |
| | 14. | 803 |
| VIII, | 4. | 703 |
| | 10. | 230 |
| IX, | 3. | 720 |
| X, | 4. | 703 |
| | 4. 18. | ib. |
| | 5. | 319 |
| | 19. | 787 |
| | 22. | 703 |

*Ezech.* X, 22. sq. 703
XII, 3. 195
XIV, 4. 52
XVI, 8. 287. 293. 299
9. 287. 293
10. 294
26. 300. 339
XVII, 12. 360
23. 892
XVIII, 4. 1022
19. 1009
XX, 5. 7. sqq. 300
7. sqq. 293
7.8.16.18.24.30. 339.778
10. 287
12. 287.293
25. 293.771
39. 52
XXI, 8. 223
11. 82
12. ibid.
30. 211
XXIII, 1.2. 19. 200
2.3.8. 10.21. 778
7.8.9. 1023
11. 850
15. 294
XXIV, 21. 46
XXV, 16. 303
XXXI, 18. 19. 29. 32. 172
XXXII, 21.24 25.26.27.28.29.30. 302
XXXIV, 23. 408
31. 170. 606
XXXVI, 8. 24
26. 787
XXXVII, 2. 230
11. ibid.
*Ezech.* XXXVII, 14. 1139
24.25. 408
27. 31.737. *d* 741 *b*
XXXVIII, 12. 1131
25. 31
XL, 5. 703
XLI, 6. 201
23 24. 162
XLIII, 2 4 5. 703
XLIV, 2. 162
4. 703
30. 180
XLIV, 23. 626
35. 291
XLVIII, 11. 138. 200
*Dan.* II, 21. 88
24. 288
34. sq. 289
IV, 11. 98
24. 46
25. 47
26. ibid.
VII, 10. 227
13. 26
25. 20
VIII, 11. 13. 15. 418
12. 418. 774
13. 26
13. 418
13. 16. 360
IX, 14. 224
24. 771. 860. 1181
27 418. 959
29. 30. 100
X, 1. 418. 774
13.21. 722
XI, 17. 354
XII, 2. 107. 892

*Dan.*

| | | |
|---|---|---|
| *Dan.* XII, | 7. | 23.58 |
| | 20. | 98 |
| *Hoseas* II, | 4 sqq. | 319 |
| | 13. | 769 |
| | 15. | 100 |
| III. | 5. | 1177 |
| IV, | 5. | 629 |
| | 11. | 229 |
| | 14. | 291 |
| | 15. | 1008 |
| | 17. | 135 |
| V, | 8. | 722 |
| | 15. | 721.738.e |
| VI. | 2. | 16 |
| VII, | 13. | 1069 |
| VIII, | 1. | ibid. |
| X, | 2. | 135 |
| XI, | 4. | 656 |
| | 9. | 1199 |
| XIII, | 13 | 971 |
| | 14. | 865 |
| *Joel* I, | 14. | 388 |
| II, | 2.3.6.19. | 843 |
| | 23. | 777 |
| | 28. sq. | 787 |
| III, | 1. | ibid. |
| | 5. | 792 |
| *Amos* II | 7. | 297 |
| III, | 2. | 130 |
| IV, | 4. | 1009 |
| | 7. | 14 |
| V, | 6. | 199 |
| | 8. | 288 |
| | 18. | 31 |
| | 19. | 29 |
| | 21. | 758 |
| VI, | 1. | 783 |
| VII, | 9. | 290 |
| *Amos* VII, | 10 sqq. | 783 |
| VIII, | 11. | 13.289 |
| IX, | 6. | 95 |
| | 9. | 288 |
| | 11. | 14 |
| X, | 12. | 79 |
| *Obadia* I, | 17. | 792 |
| *Micha* I, | 7. | 6 |
| II, | 9. | 429 |
| III, | 3. | 183 |
| | 4. | 865 |
| IV, | 2. | 28.903 |
| V, | 1. | 880 |
| | 2. | 19.28 |
| | 3. | 30 |
| | 6. | 15 |
| VII, | 6. | 16.84 |
| | 8. | 198 |
| | 15. | 906 |
| | 19. | 1024 |
| *Nahum* II, | 3. | 400 |
| *Habac.* I. | 14. | 123.209 |
| II, | 1. | 134 |
| | 3. | 20.21.1189 |
| | 4. | 199 |
| | 14. | 703.903 |
| III, | 2. | 167 |
| | 3. | 704.770 |
| | 6. | 167 |
| *Zephan.* I, | 1. | 41 |
| | 12. | 178 |
| II, | 5 6. | 64.303 |
| III, | 9. | 904.660 |
| | 11. | 1009 |
| | 15. | 25.64 |
| *Haggai* I, | 6. | 20 |
| | 8. | 432.702 |
| II, | 5 | 293 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Haggai* | II, | 6. | 20. 1179 |
| | | 7. | 416. 750 |
| | | 7. 9. | 703 |
| | | 8. | 166. 806 |
| *Zach.* | I, | 3. | 23 |
| | | 14. | 360 |
| | II. | 3. | 35 |
| | | 4. | ibid. |
| | | 6. | 200 |
| | | 8. | ibid. |
| | III, | 1. 2. | 148 |
| | | 8. | 788. 789 |
| | | 9. | 1029 |
| | | 11. | 25 |
| | | 12. | ibid. |
| | | 19. | 660 |
| | IV, | 7. | 839 |
| | | 10. | 72 |
| | | 14. | 13 |
| | VI, | 12. | 788. 789 |
| | | 13. | 1038 |
| | VIII, | 6. | 13 |
| | | 10. | 24 |
| | | 19. | 767 |
| | IX, | 9. | 28. 32 |
| | X, | 1. | 723 |
| | XI, | 1. | 116 |
| | XII, | 10. | 12 |
| | | 12. | ib. 787 |
| | XIII, | 8. | 99 |
| | XIV, | 3 4. | 879 |
| | | 6. | 198 |
| | | 9. | 903 |
| | | 10. | 200 |
| | | 16. sqq. | 771 |
| *Malachias* | I, | 6. | 138 |
| | | 10. 11. | 419 |
| | | 11. | 660 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Malach.* | II, | 7. | 78 |
| | | 13. | 767. 784. |
| | | 13. 14. | 97 |
| | | 16. | ibid. |
| | | 17. | 311 |
| | III, | 1. | 416. 703 721. 734. 750. 776. 1177 |
| | | 3. | 367 |
| | | 6. | 785 |
| | | 7. | 23. 37 |
| | | 15. | 304 |
| | | 16. | 52. 94. 95 |
| | | 18. | 221 |
| | | 19. | 97. 98 |
| | | 22. | 397 |
| | | 23. | 116. 304 |
| | IV, | 2. | 789 |
| | | 4. | 390 |
| | | 5. | ibid. |
| *Judith* | V, | 3. sqq. | 203 |
| | | 6. sqq. | 207 |
| *Sapientiæ* | IX, | 8. | 738. |
| *Siracides* | XV, | 3. | 289 |
| | XXIV, | 29. | ibid. |
| *Baruch* | I, | 30. | 1206 |
| | II, | 2. 12. sqq. | ibid. |
| | V, | 7. 8. | ibid. |
| *1. Maccab.* | I, | 15. | 302 |
| | | 65. 66. | 803 |
| | VII, | 35. | 611 |
| | | 38. | 705 |
| *2. Macc.* | VI, | 17. sqq. | 803 |
| | XIV, | 35. | 738. |
| *Matth.* | I, | 1. | 11 |
| | | 2. | 43 |
| | | 3. | 37 |
| | | 5. | 40 |
| | | 11. | 42 |

| | | |
|---|---|---|
| *Matth.* I, | 17. | 1039 |
| | 18. | 44 |
| II, | 1. | 44. 958 1206 |
| | 4. | 918 |
| III, | 2. | 47. 892 |
| | 3. | 416. 732 |
| | 4. | 47 |
| | 5. | 408 |
| | 5.6. | 233. ſqq. |
| | 6. | 673 |
| | 8. 11. | 301 |
| | 11. | 297. 792. 1015 |
| | 13. ſqq. | 306. ſqq. |
| | 16. | 313. 314. 344. 348 |
| | 16. 17. | 746 |
| | 17. | 306. 311. 316. 365. 380. 389. 395. 405 |
| IV, | 3. | 396. 442 |
| | 14. | 1107 |
| | 17. | 47. 301 |
| | 18. | 47 |
| | 24. | 971 |
| V, | 6. | 49 |
| | 16. | 70. 306 |
| | 17. | 893 |
| | 18. | 49 |
| | 22. | 804 |
| | 24. | 894 |
| | 28. | 50. 52 |
| | 29. 30. | 56 |
| | 31. | 57 |
| | 34. | 58. 134 |
| | 37. | 58 |
| | 38. | 59 |
| | 38. 39. | 408 |
| | 39. | 59. 60 |
| | 41. | 60 |
| | 43. | ibid. |
| *Matth.* V, | 44. | 61 |
| | 45. | 62 |
| VI, | 1. | ibid. |
| | 2. | 66 |
| | 3. | 67 |
| | 5. | 68 |
| | 7. | ibid. |
| | 9. | 345 |
| | 13. | 69 |
| | 19. | 70. 865 |
| VII, | 1. | 72 |
| | 2. | 77 |
| | 4. | 73 |
| | 6. | 74 |
| | 12. | 75 |
| | 14. | ibid. |
| | 15. | 76 |
| | 24. | ibid. |
| VIII, | 3. | 1081 |
| | 16. | 971 |
| | 22. | 288 |
| | 30. | 79. 808 |
| IX, | 2. 32. | 971 |
| | 3. | 735 |
| | 11. | 794 |
| | 13. | 79 |
| | 15. | 80 |
| | 23. | 81 |
| X, | 8. | ibid. |
| | 25. | 82 |
| | 28. | ib. |
| | 29. | 83 |
| | 35. | ib. |
| XI, | 2. ſqq. | 1107 |
| | 3. | 776 |
| | 7. | 84 |
| | 13. | 772 |
| | 25. | 879. 1206 |


*Matth.*

| | | |
|---|---|---|
| *Matth.* XII, | 1-14. | 569. sqq. |
| | 3. | 84 |
| | 8. | 583 |
| | 11. | 86. 611 |
| | 20. | 87 |
| | 22. | 971 |
| | 28. | 894 |
| | 39. | 88 |
| XIII, | 12. | ibid. |
| | 30. | ibid. |
| | 31. 32. | 811 |
| | 32. | 89 |
| | 43. | ibid. |
| XIV, | 6. | 90 |
| | 25. | ibid. |
| | 34. | ibid. |
| XV, | 2. | 90 |
| | 5. | 91 |
| | 9. | ibid. 768. |
| | 11. 17. | 823 |
| | 27. | 22 |
| XVI, | 8. | 794 |
| | 18. | 641 |
| | 19. | 618. 626 |
| | 21. | 918. 1191 |
| XVII, | 5. | 309. 311 |
| | 9. | 317 |
| | 25. | 92 |
| XVIII, | 3. | 96 |
| | 8. | 93 |
| | 10. | ibid. |
| | 15. | 631 |
| | 15. sq. | 635 |
| | 15. 16. 17. | 1052 |
| | 17. | 93 |
| | 18. | 615. sqq. |
| | 20. | 94. 880 |
| | 35. | 1009 |
| *Matth.* XIX, | 3. | 95. 689 |
| | 9. | 696 |
| | 12. | 98 |
| | 13. | 971 |
| | 14. | 76. 98 |
| | 24. | 100 |
| | 30. | 101 |
| XX, | 1. | ibid. |
| | 6. | 102 |
| | 12. | ibid. |
| | 16. | 892 |
| | 18. | 918. 1191 |
| | 18. 19. | 872 |
| | 22. | 246 |
| | 26. | 102 |
| | 27. | 103 |
| | 28. | 858. 890. 892. 893 |
| XXI, | 2. | 104 |
| | 5. | ibid. |
| | 9. | 776 |
| | 12. | 104 |
| | 15. 23. 45. | 918 |
| | 19. | 105 |
| | 42. | ibid. |
| | 43. | ibid. |
| XXII, | 3. | 106 |
| | 11. | 107 |
| | 18. | 857 |
| | 29. | 107 |
| | 30. | 112 |
| | 50. | 1092 |
| XXIII, | 2. | 112 |
| | 12. | ibid. |
| | 15. | 296. 300. 649. sqq. |
| | 24. | 113. 808 |
| | 25. | 114 |
| | 28. | ibid. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Matth.* | XXIII, | 32. | 114 |
| | | 35. | ibid. |
| | | 37. | 115 |
| | | 38. | 1206 |
| | XXIV, | 1. | 116 |
| | | 2. | ibid. |
| | | 8. | ibid. |
| | | 21. | ibid. |
| | | 22. | 117 |
| | | 26. sq. | ibid. |
| | | 28. | ibid. |
| | | 35. | 875 |
| | | 44. | 117 |
| | XXV, | 1. | ibid. |
| | | 31. | 345 |
| | | 36. | 118 |
| | XXVI, | 2. | ibid. |
| | | 3. 14. 47. 57. | ibid. |
| | | 5. sq. | 1191 |
| | | 12. 26. 27. 28. | 882 |
| | | 21. sq. | 873 |
| | | 24. | 1017 |
| | | 28. | 882. 894 |
| | | 29. | 1196 |
| | | 34. | 119 |
| | | 38. | 882 |
| | | 39. | 1024 |
| | | 47. 59. | 918 |
| | | 73. | 119 |
| | XXVII, | 1.3.6.12.20.41.62. | 918 |
| | | 9. | 119 |
| | | 23. | 794 |
| | | 24. | 120 |
| | | 29. | 882 |
| | | 30. | 120 |
| | | 31. | 121 |
| | | 33. | 857 |
| | | 34. | ibid. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Matth.* | XXVII, | 34. 48. | 882 |
| | | 45. | 121 |
| | | 46. 50. | 907. 1025 |
| | | 51. | 122 |
| | | 58. | ibid. |
| | XXVIII, | 2. | 123 |
| | | 11. | 918 |
| | | 18. | 1108 |
| | | 25. | 794 |
| *Marc.* | I, | 3. | 416. 772 |
| | | 4. 15. | 301 |
| | | 5. | 408 |
| | | 9. | 306. sqq. |
| | | 10. | 306. 313. 314 |
| | | 11. | 306. 311. 389. 395. 405. 406 |
| | | 14. | 746 |
| | | 15. | 301. 892 |
| | II, | 7. | 735 |
| | | 26. | 1191 |
| | | 27. | 587 |
| | III, | 4. | 123 |
| | IV, | 31. | 811 |
| | V, | 11. | 808 |
| | | 22. 35. 36. | 1205 |
| | VII, | 2. | 124. 292 |
| | | 3. | 125 |
| | | 7. | 768 |
| | | 37. | 1107 |
| | VIII, | 37. | 200 |
| | IX, | 28. | ibid. |
| | | 31. | 872 |
| | | 34. | 794 |
| | | 43. | 125 |
| | X, | 2. | 579 |
| | | 11. 12. | 689 |
| | | 12. | 677. sqq. |
| | | 18. 27. | 1191 |

| | | |
|---|---|---|
| *Marc.* X, | 32. | 426 873 |
| | 33 34. | 872 |
| | 45. | 892 |
| XI, | 25. | 126 |
| XII, | 7. | 532 |
| | 30. | 585 |
| | 43. | 126 |
| XIII, | 32. | 127 |
| | 36. | 16 |
| XIV, | 1. 10. 43. 53. 55. | 918 |
| | 43. 51. 61. | 1191 |
| XV, | 2. | 627 |
| | 22. | 857 |
| | 36. | 882 |
| XVI, | 14. | 794 |
| | 19. | 879 |
| *Luc.* I, | 7. | 127 |
| | 9. | 128 |
| | 10. | 1008 |
| | 21. | 128. 313. 1125 |
| | 22. | 314 |
| | 51. | 895 |
| | 74. | 792 |
| | 75. | 896 |
| | 78. | 789 |
| II, | 32. | 1107 |
| | 39. | 882 |
| | 52. | 1191 |
| III, | 2. | ibid. |
| | 3. 8. | 301 |
| | 4. | 772 |
| | 12. | 405 |
| | 13. | 128 |
| | 16. | 397. 7 2 |
| | 21. sqq. | 306. sqq. 746 |
| | 21 22. | 398 |
| | 22. | 306. 311. 365 389 395 402 |

| | | |
|---|---|---|
| *Luc.* VI, | 1. | 129. 1049 |
| | 9. | 585 |
| | 22. | 618 |
| | 36. | 129 |
| | 38. | ibid. |
| VII, | 7. | 863 |
| | 20. | 776 |
| | 32. | 129 |
| | 41. | 130 |
| | 49. | 1205 |
| VIII, | 32. | 808 |
| IX, | 22. | 872 |
| | 56. | 883. 884 |
| X, | 1. | 131 |
| | 7. | 132 |
| | 8. | 822 |
| | 20. | 792 |
| | 21. | 882 |
| XI, | 8. | 132 |
| | 17. | 135 |
| | 20. | 895 |
| | 28. | 136 |
| | 33. | 237 |
| | 49. | 136. 1015 |
| | 54. | 576 |
| XII, | 13. | 16 |
| | 49 sq. | 792 |
| | 58. | 136 |
| XIII, | 4. | 137 |
| | 14. | 598 |
| | 15. | 137. 604 |
| | 19. | 811 |
| | 23. | 137 |
| | 33. | ibid. |
| | 35. | 776 |
| XIV, | 5. | 139. 605 611 |
| | 8. | 139 |
| | 11. | ibid. |

*Luc.* XIV, 18. 139
31. 949
XV, 5. 861
10. 141
29. 30. 404
XVI, 13. 141
16. 768 772
22. 142
23 ibid.
24. 234
25. 142
30. 143
XVII, 6. ibid.
10. ibid.
20. 144
22. 145
XVIII, 31. 857
XIX, 8. 145
30. 776
41. 782
XX, 34. 776
XXI, 5. 882. 618
12. ſq. 882
35. 16
XXII, 8. 882
19. 20. 858
37. 872
38. 873
53. 1017. 1035
66. 627. 1191
10. 13. 1192
12. 146
31. ibid.
33. 872
43. 147
46. 1025
54. 147
XXIV, 13. ibid.
*Luc.* XXIV, 19. 21. 1107
21. 1140
25. 794
25. ſqq. 1038
39. 882
43. ibid.
50. 51. 879
*Joh.* I, 1. 880
3. 894
4. 1107
6. 7. 8. 1108
7. 31. 717 860. 868
12. 34. 317
13. 396
14. 396. 432
17. 895
17. 23. ſqq. 775
18. 396. 880. 726
23. 416
26. 317. 1015
26 ſqq. 306. ſqq.
29. 317. 866. 887
31. 314. 402. 407
32. 306
32. 33. 389
33. 314. 316. 317
34. 316. 396
II, 11. 705
13. 959
23. ſq. 288
III, 1. 147. 579
5. 342
6. 467
10. 302
16. 867. 894
16. 18. 396
17. 492
25. 678

*Joh.*

| | | |
|---|---|---|
| *Joh.* III, | 31. 35. | 396 |
| | 47. | 479 |
| | 49. | 396 |
| IV, | 9. | 149 |
| | 10. | 289 |
| | 27. | 144 |
| | 53. | 156 |
| V, | 1. | 959 |
| | 15. 16. | 396 |
| | 27. | 386. 583 |
| | 17. sq. | 880 |
| | 18. | 396. 880 |
| | 21. | 882 |
| | 28. sq. | 892 |
| | 31. | 314 |
| | 33. | 396 |
| | 36. | 1107 |
| | 37. | 316. 410 |
| | 38. | 412 |
| | 41. 44. | 705 |
| VI, | 1. | 151 |
| | 5. | 882 |
| | 14. | 309 |
| | 27. 33. | 289 |
| | 51. | 151 |
| | 54. | 882 |
| | 63. | 791 |
| VII, | 18. | 705 |
| | 22. | 152 |
| | 31. | 1107 |
| | 37. | 153 |
| VIII, | 12. | 792 |
| | 14. | 1107 |
| | 27. | ibid. |
| | 32. 34. 36. | 865 |
| | 39. | 155 |
| | 46. | 858. 868 |
| | 50. 54. | 705 |

| | | |
|---|---|---|
| *Joh.* IX, | 2. | 155 |
| | 24. | 705 |
| | 29. | 806. sqq. 390 |
| X, | 14. 27. | 861 |
| | 15. | 892 |
| | 28. | 404 |
| | 33. | 155 |
| XI, | 33. 38. | 882 |
| | 47. | 579 |
| | 48. | 582 |
| | 49. sq. | 1192 |
| | 50. | 377 |
| XII, | 13. | 776 |
| | 24. | 155 |
| | 28. 29. | 348 |
| | 30. | 314 |
| | 32. sq. | 857. 873 |
| | 38. | 847 |
| | 43. | 705 |
| XIII, | 1. | 959 |
| | 3. | 882 |
| | 13. | 873 |
| XIV, | 9. | 347 |
| | 11. | 404 |
| | 13. | 711. 739. f |
| | 16. | 790 |
| | 22. | 737. d |
| | 23. | 701. sqq. 711 |
| | 28. | 1109 |
| XV, | 2. | 794 |
| | 26. | 847. 1101 |
| XVI, | 2. | 618 |
| | 7. | 790 |
| | 8. 11. | ibid. |
| | 12. | 859 |
| | 12. 13. | 794 |
| | 13. | 792 |


Joh.

| | | |
|---|---|---|
| *Joh.* XVI, | 14. sq | 790 |
| XVII, | 1.4.5.24. | 705 |
| | 5. | 880 |
| | 14.16. sqq. | 792 |
| XVIII, | 13. | 156 |
| | 20. | 578 |
| | 31. | 156 |
| XIX, | 28. | 889 |
| | 28. 30. | 882.1025 |
| | 30. | 889 |
| | 31. | 157 |
| | 35.36. | 882 |
| | 36. | 904 |
| XX, | 17. | 906 |
| | 29. | 157 |
| XXI, | 7 | 158 |
| XXVIII, | 36. | 841 |
| XXX, | 24. | 831 |
| XXXIII, | 4. | 727 |
| *Acta Apost.* I, | 3. | 875 |
| | 7. | 159 |
| | 9.10.11.12. | 879 |
| | 12. | 160 |
| | 13. | 750 |
| | 13. sq. | ibid. |
| II, | 1. | 746 |
| | 1. sqq. | 737. sqq. |
| | 2. | 747.787. sqq. |
| | 3. | 747.792. 74 |
| | 3.4. | 209 |
| | 4. | 790 |
| | 5.6. | ibid. |
| | 6.8. | 604 |
| | 11. | 296 |
| | 13. | 750 |
| | 17. | 793 |
| | 17.33. | ibid. |
| | 23. sq. | 412 |
| *Acta Apost.* II, | 24. | 908 |
| | 25. | ibid. |
| | 29 | 161 |
| | 38. | 794 |
| III, | 2. | 161. sq. |
| | 15. | 874.883 |
| | 19. | 163. 892 |
| IV, | 1. | 163 |
| | 2.4. | 385 |
| | 10. | 162 |
| | 17. | 1192 |
| | 18. | 1036 |
| | 19. | 163 |
| | 27. | 859 |
| | 28. | 1019 |
| V, | 17. | 164.1195 |
| | 34. | 867 |
| VI, | 5. | 296 |
| VII, | 16. | 164 |
| | 22. | 265 |
| | 30. | 381 |
| | 38. | 380 |
| | 44. | 511 |
| | 49. | 345 |
| | 53. | 289. 381 |
| | 55 sq. | 317 |
| VIII, | 32. | 164 |
| IX, | 1--14. | 1192 |
| | 13. 32. | 793 |
| X, | 11. | 776 |
| | 11. sq. 34. sq. | 165 |
| | 12. sqq. | 775. sqq. |
| | 28. | 340 |
| | 30. | 612 |
| | 36. | 879 |
| | 45. | 53 |
| XI, | 1. | 776 |
| | 3. | 824 |


*Acta*

*Acta Apost.* XI, 24. 26. 1019
XII, 13. sqq. 746
XIII, 5. 1205
24. 301
43. 296
46. 776
48. 792
XV, 4. 165
7. 8. 9. 824
9. 45. sqq. 776
10. 774
XVI, 27. 612
37. 1027
XVII, 3. 1210
23. 364
27. sq. 345
XVIII, 3. 165
4. 296
XX, 24. 867
26. 27. 1024
28. 867. 879. 885. 892
29. 626
32. 894
XXI, 9. 318
XXII, 30. 1196
XXIII, 2. ibid.
5. 864
XXV, 13. 166
XXVI, 14. 318
18. 1032
XXVIII, 4. 166
13. 167
*Ep. ad Rom.* I, 4. 790. 909
16. 296
18. 894
23. 798
25. 880
32. 894
*Rom.* II, 5. sq. 894
5. 6. 8. 9. 11. 895
9. 296
25. 28. 303
26. ibid.
III, 1. 169
9. 296
9. sqq. 776
19. 894
23. 892
24. 890. 893. 894
25. 860. 862. 1019
25. sq. 1022. 1027. 1029
IV, 9-12. 303
15. 168. 339
19. 196
22. ibid.
24. 857
25. 888. 893
V, 1. 1049
6. 132
8. 894. 896
9. 860
10. 894
10. sq. 858. 869
12. 866
14. 1182
15. 892
16. 1009
18. 893
28. ibid.
VI, 3. 4. 705
6. 867
6. sqq. ibid.
7. 170. 1026
12. sqq. 1027
15. 18. 896
18-22. 865

| | | |
|---|---|---|
| Rom. VIII, | 1. 31. sq. | 858 |
| | 2. | 791 |
| | 3. | 1022 |
| | 3. 4. | ibid. |
| | 17. | 792 |
| | 19. | 1181 |
| | 28. | 171 sq. |
| | 31. | 880 |
| | 32. | 858. 883. 891 |
| | 33. | 858 |
| | 34. | 861. 1027 |
| IX, | 3. | 888 |
| | 5. | 879. 880 |
| | 11. | 173. sq. |
| | 33. | 289 |
| X, | 4. 5. | 189 |
| | 12. | 296 |
| | 12. 13. | 365 |
| | 13. | 792 |
| XI, | 5. | ibid. |
| | 7-10. 20. 25. | 875 |
| | 12. 15. | 1181 |
| | 25. | 600 |
| | 33. | 778 |
| XII, | 13. | 296 |
| | 18. | 175 |
| XIV, | 15. | 891 |
| XV, | 16. | 176. 790 |
| | 17. | 793 |
| XVI, | 4. | ibid. |
| 1. Cor. I, | 20. | 1206 |
| | 26. | 176 |
| | 30. | 894. 1108 |
| II, | 8. | 838 |
| | 9. | 177 |
| | 29. | 641 |
| III, | 12. | 867 |
| | 16. | 741. b |
| 1. Cor. III, | 16. sq. | 74 b |
| IV, | 5. | 177 |
| | 12. | 61. 177 |
| | 21. | 949 |
| V, | 2. 5. | 619 |
| | 7. | 178. 897. sqq. |
| | 9. | 821 |
| | 12. | 631 |
| VI, | 1. | 178 |
| | 13. | 23 |
| | 19. | 741. b |
| | 20. | 867. 890. 896 |
| VII, | 2. | 179 |
| | 4. | 691 |
| | 10. 12. | 677 |
| | 11. | 894 |
| | 15. | 701 |
| | 18. | 303 |
| | 19. | 865 |
| | 23. | 867 |
| | 34. | 186 |
| | 36. | ib. sq. |
| VIII, | 4. | 187 sq. |
| | 11. | 891 |
| IX, | 9. | 189. 821 |
| | 13. | 721 |
| | 21. | 294 |
| X, | 1. | 297 |
| | 2. | 293. 299 |
| | 4. | 299 |
| | 5. | 190 |
| | 6. | 191 |
| | 10. | ibid. |
| XI, | 11. | 971 |
| | 27. 29. | 860 |
| XIII, | 1. | 890 |
| | 2. | 191. 288 |
| | 12. | 191 |

| | | |
|---|---|---|
| 1. *Cor.* XIV, | 16. | 192. sq. |
| | 34. | 193 |
| XV, | 3. | 884 888. 898 |
| | 17. sq. | 908 |
| | 19. | 193 |
| | 24. 28. | 1182 |
| | 37. | 193 |
| | 45. 47. | 1048 |
| | 47. | 879 |
| | 50. | 1156 |
| | 51. | 193 |
| XVI, | 14. | 227 |
| XXIII, | 13. | 1007 |
| 2. *Cor.* II, | 4. sq. | 891 |
| | 8. | 882 |
| | 16. | 194 |
| III, | 6. | 791 |
| | 14. | 875 |
| V, | 10. | 195 |
| | 14. sq. | 891. 896 |
| | 17. | 1180 |
| | 18. sqq. | 894 |
| | 19. | 858. 883 |
| | 20. | 888. 894 |
| | 21. | 309 857. 858. 868. 893 |
| VI, | 10. | 195. sq. |
| | 16. | 741. *b* |
| IX, | 7. | 196 |
| XI, | 24. | 196. sq. 809 |
| XII, | 2. | 198 |
| | 4. | ibid. |
| XIII, | 4. | 1031 |
| | 4. sq. | 949 |
| XXVIII, | 58. 59. | 809 |
| *Gal.* I, | 4. | 858. 861. 865. 883 |
| | 8. | 369 |
| | 8. 9. | 631 |
| *Gal.* II, | 20. | 1037 |
| III, | 11. | 198 sq. |
| | 12. | 893 |
| | 13. | 857. 888. 890. 891. 894 |
| | 13. sq. | 876 |
| | 18. | 24 |
| | 19. | 289. 306. 322. 380. 381 |
| | 28. | 296 |
| | 29. | 792 |
| IV, | 3. | 1079 |
| | 4. | 894 |
| | 4. sq. | 893 |
| | 5. | ibid. |
| | 25. | 199 |
| *Ephes.* I, | 7. | 890. 894 |
| | 10. | 1029 |
| | 18. | 894 |
| II, | 3. | ibid. |
| | 11. | 303 |
| | 12. | ibid. |
| | 20. | 741. *b* |
| | 21. | ibid. |
| III, | 10. | 1027 |
| | 12. | 861 |
| | 17. | 741. *b* |
| | 22. | 739 |
| IV, | 22. | 867 |
| V, | 2. | 884 |
| | 2. 25. | 861 |
| | 4. | 201 |
| | 25. | 892 |
| | 25. 26. 27. | 793 |
| | 28. | ibid. |
| VI, | 4. | 202. sqq. |
| | 23. | 1028 |
| *Phil.* I, | 6. | 397 |

| | | |
|---|---|---|
| *Phil.* II, | 7. | 893. 1109 |
| | 9. | 205 |
| III, | 3. | 793 |
| | 8. | 1107 |
| IV, | 8. | 205 |
| XI, | 5. | 728 |
| *Coloss.* I, | 14. | 860. 890 |
| | 15. sq. | 396. 880 |
| | 16. | 707 |
| | 17. | 808 |
| | 19. | 1111 |
| | 20. | ibid. |
| II, | 2. 3. | 1108 |
| | 9. | 398 |
| | 14. 14. 15. | 1037 |
| | 14. | 894 |
| | 17. | 756 |
| | 22. | 206 |
| III, | 9. | 867 |
| | 11. | 296 |
| | 19. | 206. sq. |
| XI, | 14. | 1026 |
| 1. *Thess.* I, | 10. | 894 |
| II, | 16. | 207 |
| | 18. | 880 |
| IV, | 16. | 207 |
| | 17. | 208 |
| V, | 5. | 940. 396 |
| | 10. | 894 |
| 2. *Thess.* I, | 6. | 894 |
| | 9. | 1022 |
| II, | 8 | 812 |
| | 13. | 790 |
| III, | 10. | 208. sq. |
| IV, | 6. | 631 |
| 1. *Tim.* I, | 9. | 209 |
| II, | 2. | 209 |
| | 4. | ibid. |
| 1. *Tim.* II, | 5. | 861. 883 |
| | 6. | 858. 869. 890. 891. 893 |
| | 11. | 814 |
| | 12. | 210 |
| IV, | 1. | 1122 |
| | 4. | 210 |
| | 8. | ibid. |
| | 15. | 1092 |
| V, | 5. 6. | 884 |
| | 6. | 211 |
| | 13. | ibid. |
| | 18. | 821 |
| | 23. | 211 |
| VI, | 14. | 212. 880 |
| | 15. | 879 |
| | 16. | 212. 705. 741. b |
| XI, | 5. 6. | 1029 |
| 2. *Tim.* I, | 10. | 865 |
| II, | 26. | 713 |
| III, | 8. | 212. sq. |
| | 16. | 213. sqq. |
| IV, | 1. | 880 |
| XI, | 26. | 1032 |
| *ad Tit.* II, | 13. | 709. 878 |
| | 14. | 858. 888. 893. 896 |
| | 45. | 900 |
| III, | 5. | 305 |
| | 7. | 752 |
| 1. *Petr.* I, | 2. | 857 |
| | 5. 6. 7. | 723 |
| | 18. sq. | 830. sqq. 860. 863. 890. 893 |
| | 19. | 858. 1021 |
| II, | 5. | 741. b |
| | 6. | 289 |
| | 9. | 894 |
| | 21. | 857. 896 |


1. *Petr.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. *Petr.* | II, | 23. sq. | 703 |
| | | 24. | 858.862.887.893 |
| | III, | 7. | 207 |
| | | 15. | 223 |
| | | 18. | 1109 |
| | IV, | 17. | 223 |
| | V, | 10. | 895 |
| 2. *Petr.* | I, | 5. sqq. | 949.1155 |
| | II, | 1. | 890 |
| | | 19. | 882.832 |
| | | 22. | 223.864 |
| | III, | 3. | 1122 |
| | | 8. | 224 |
| | | 13. | ibid. |
| 1. *Joh.* | I, | 7. | 867 |
| | | 8. | 224 |
| | II, | 2. | 858.869.891.894 |
| | | 7. | 858.885.891 |
| | III, | 2. | 1141 |
| | | 5. | 309.875 |
| | | 5. sq. | 883 |
| | | 8. | 884 |
| | IV, | 9. | 397.880.894 |
| | | 10. | 893 |
| | V, | 6. | 949 |
| | | 7. | 895 |
| | | 20. | 878 |
| | XI, | 2. | 1025 |
| 1. *ad Ebr.* | | 1. | 383.1122 |
| | | 2. | 396.1029 |
| | | 5. | 880.1014 |
| | | 6. | 880 |
| | | 10. | 895 |
| | | 12. | 880 |
| | | 14. | 381 |
| | II, | 2. | 289.380 |
| | | 5. | 289 |
| | | 9. | 891 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. *ad Ebr.* | II, | 10. | 891 |
| | | 14. | 879 |
| | | 14 sq. | 865 |
| | | 15. | 792 |
| | III, | 1. | 350 |
| | | 3. | 353 |
| | | 6. | 741.b |
| | | 13. | 215.1179 |
| | IV, | 3. | 215 |
| | | 6. | 862 |
| | | 9. | 1177 |
| | V, | 5. 6. | 860 |
| | | 7. 8. | 1015 |
| | VI, | 6. | 896 |
| | VII, | 18. | 771 |
| | | 20. | ibid. |
| | | 23. sq. | 1030 |
| | | 26. | 309.858 |
| | | 26. 27. | 1180 |
| | | 27. | ibid. |
| | | 27. 28. | ibid. |
| | | 28. | 861.1030 |
| | VIII, | 1. | 72 |
| | | 3. | 1019 |
| | | 5. | 1029 |
| | IX, | 4. | 882 |
| | | 5. | 215.882 |
| | | 7. | 912 sqq. |
| | | 8. | 775 |
| | | 9. 10. | 1183 |
| | | 10. | 772 |
| | | 11. 12. | 1027 |
| | | 11. 12. 14. | 1029 |
| | | 12. | 868.896 |
| | | 12. 15. | 858 |
| | | 14. | 860.868.894 |
| | | 15. | 893.894.1027 |
| | | 18. 22. | 971 |

| | | |
|---|---|---|
| *Ebr.* IX, | 22. | 216. 894. 1019 |
| | 24. | 1038 |
| | 26. | 217. 859. 888. 1181 |
| | 28. | 892 |
| X, | 4. | 1029 |
| | 5. | ibid. |
| | 7. 10. | 893 |
| | 8. | 778 |
| | 10. | 857 |
| | 12. | 1030 |
| | 12. 14. | 1027 |
| | 19. 20. | 1025 |
| | 12. | 859 |
| | 22. sq. | 1027 |
| | 29. | 867 |
| | 37. | 881. 776 |
| XI, | 5. | 1182 |
| | 9. 10. | 1021 |
| | 10. | 1022 |
| | 17. | 396. 880 |
| XII, | 7. | 217 |
| | 9. | 76. 216 |
| | 14. | 971 |
| | 29. | 218 |
| XIII, | 2. | ibid. |
| | 4. | 867 |
| | 8. | 880 |
| | 11. | 1023 |
| | 12. | 1036 |
| | 17. | 626 1024 |
| *S. Jacobi* I, | 13. | 218 |
| | 15. | 866 |
| | 19. | 219 |
| *S. Jacobi* I, | 22. | 220. sq. |
| II, | 2. | 221 |
| | 10. | ibid. |
| | 14. | 222 |
| V, | 3. | 865 |
| | 14. | 222 |
| | 16. | 223 |
| *Ep. S. Judæ* | 9. | 722 |
| | 14. | 1044 |
| | 17. | 949 |
| *Apocal.* I, | 18. | 226 |
| | 20. | 304 |
| II, | 1. 8. 12. 18. | ibid. |
| IV, | 11. | 895 |
| VI, | 9. | 1023 |
| | 19. | 226 |
| X, | 9. | 289 |
| XI, | 5. | 226 |
| XII, | 5. | 859 |
| | 7. | 722 |
| XIII, | 8. | 893 |
| XIV, | 3. sq. | 890 |
| | 14. | 226 |
| XVI, | 5. 6. | 894 |
| XVII, | 14. | 879 |
| XIX, | 16. | ibid. |
| | 20. | 227 |
| XX, | 2. | 228 |
| | 5. | 229. sqq. |
| XXI, | 1. | 1179 |
| | 2. | 231 |
| | 3. | 231. 432. 741. *b* |
| XXII, | 11. | 231 |


# INDEX II.

# INDEX II.

# VOCUM ET PHRASIUM HEBRAICARUM,

## QUORUM EMPHASIS IN HOC OPERE OSTENDITUR.

## א

אבה, nudam ac simplicem aliquam *volitionem*, aut rei alicujus qualemcunque *concupiscentiam* denotat 850

ברמרסת; Vocabulum hoc omnem parit difficultatem 1077

אדם אחר; *Homo alter s. secundus* oppositus אדם הראשון *Adamo Primo*, quinam hujus oppositionis sensus 1048. sq.

אדני, an idem sit ac יהוה 717

אדרמלך; *Adramelech*, cur ita dictus 188

אהיה אשר אהיה quomodo interpretetur 1095

אך veruntamen 86.163

און, *vanitas, molestia*; idem *idolum* 5

און גליון, *vanitas revelata*, vel *liber vanus* 4, sq. componitur ex און *vanitas, molestia, idolum*, vel ex עון *iniquitas*, & גליון *margo libri, volumen* vel *revelatio*: a גלה, *revelavit*: affine etiam est גלל, *volvit, convolvit*; unde מגלה volumen 5. Rabbini contumeliose ita vocant Evangelium ibid.

ראה vel איה avis, quæ aquilæ speciem habet, & perspicacissimi visus est 117. dicitur nomen ejus avis Lev. XI, 14. דאה, ibid. Deut XIV, 13 autem dicitur ראה & quare ibid.

איה species avis quæ in Deut. XIV, 14. dicitur דיה h. e. *Aesalon* 802

אילונית, *sterilis* 127

אין, *non Ens coronam summam* ex decem Cabbalistar. Sephiroth denotat 1111

איסריון, *Assarium* unum facit duo פוסמיסין *Musmesin* 83

אכף, *incurvavit* 214

אל, DEUS 99

אלוף, significat Principem magnum, sed qui non est coronatus 217

אם תשים אשם נפשו quomodo hæc verba inter se concilianda & explicanda 851. sq.

אמן, *Amen* 99

אמת, *veritas* h. l. nomen urbis 15

אנקה, *Stellio* 799

אסר, de *re prohibita* & *concessa* usurpatur 618

אקדח, gemma, quæ lumen spargit instar ignis flagrantis. 158

אקום, significationem habet *acceptionis* 32

ארבה, *locusta* 47

אשחור, per hoc nomen intelligitur *Caleb* 70 cur ita vocetur ibid.

אשם, *sacrificium pro reatu* seu *delicto* (germ. ein Schuld-Opffer) 862

אשר

אשר, quomodo Talmud exponit 104

## ב

ב, in numeris valet *duo* 75. Infinitivis præposita, denotat *postquam* ib. 964
בבר, *cum licentia*, seu *Privilegio* 22. 138. *Coccejus* putat rectius verti *cum* filio 22
בבואו Lev. XVI, 17. *ex quo venit ille* in Præterito; vel *postquam jam ingressus est* 964
בבקר, Exod. XXX, 7. *distributionem* denotat, *ad unumquodque tempus matutinum* 985
בדקא *probe comptum*, vel *exquisitissimum* 26. legitur etiam: *splendidum*, seu *fulgurantem* ibid. *Coccejus* vertit *badio colore* ibid.
בהבראם Gen. II, 4. rectius legatur בהי בראם 75
בהיטיבו, vox hæc ad literam accepta significat *purum*, seu *mundum facere* a sorde 685. h. l. quid significet ib.
בהמה, *domestica* sc. *animalia* num recte vertetur 796. sqq.
בוהק, *vitiligo*, macula vel vitium cutis 1066
בהרת, *Splendor* seu *Candor* qualis nivis est, denominatur 1065
בהרת לבנה ארמדמרת, *Papula alba subrubida* 1077
ביה Es. XXVI, 4. *in Deum*, cur non scriptum sit יה omisso ב 75
ביום החוא, quomodo exponitur 788
בירה *Pyra*, locus combustionis apud Judæos, in quo comburunt Piaculares compurendas. 1004
בית דין הגדול, *domus magni judicii* 1187
בכישרות Ps. LXVIII, 7. pro isthoc legas בכי ושירות 174
בן atque בת, extra regimen, & sine mentione Patris aut Matris PARVULAM denotat 353
בן חריץ, *filius aquaductus* ibid.
בן פטיש *filius mallei* ibid.
בונו, legitur pro בני 8
בסופה, Num. XI, 14. legas בסופו *in fine ejus* 205
בעלתי, *dominatus sum* 23
בר כוזיבא h. e. *filius mendacii* 35. ita Christus contumeliose vocatur ibid.
בר נפלי *filius lapsorum* (vel *abortuum*) 14. Messias ita dicitur ibid.
בר שורא, *filius muri* 353
ברותים legas pro ברות ים 162
ברית, *Fœdus* 170
ברותים Cant. I, 17. pro isthoc legas ברית ים 162
בת החכמים, *domus Sapientum* 1206
בת בירתא, *filia fossæ* 354. sq.
בת הנשים, *filia fœminarum* 353
בת קול, frequenter in Scriptis Hebræorum deprehenditur, & ad literam *Filia vocis* redditur 350. *proprie* quid denotet ib. sqq.

## ג

גאון, *Excellens* 1207
גדיותיך *capellas tuas* Cant. I, 8. ne ita legas, sed גויותיך quod significat *corpore tua* 66
גולל ita Talmudicis dicitur *Lapis*, incumbens sepulchro mortuorum 123

גיליון

גיליון, *margo libri, volumen*, vel *revelatio* 5. undenam derivetur ibid.
גירים i. e. *peregrini*, *accolæ, hospites*. ex גיר *peregrinari, commorari* 666. sq. dicuntur ita ab Ebræis *Proselyti* ib.
גלל, *volvit*, *convolvit* 5. unde מגלה *volumen* ibid.
גם זו *Gam Zu*, cognominatur ita vir quidam aliàs nomine *Nachum* & quaro 171. sqq.
גמל, *reprehendere, retribuere* 516
גרב, secundum versionem *Syriacam* notat *Scabiem* 1059. Hebræum גרב ex mente *Jarchidis* est *scabies sicca* ibid. convenit vox hebræa inverso lecta ordine cum Latinorum *Porrigine* 1059

ד

דאה, avis, quæ eadem est cum ea, quæ Deut. XIV, 13. ראה vocatur 801 vid. sub tit. איה.
דבר, *verbum*, vel *res* 57
דור, *generatio* 32
דכא, vehementiorem quandam subjecti pressuram, gravioremque afflictionem denotat 851
דמים, *sanguines* 793

ה

הבא ad Messiam venturum respicit, cui nomen הבא, seu ἐρχόμενος, veluti proprium est, unde etiam מלאך הברית *Angelus*, vel præses *fœderis* dicitur; datus לברית עם *in fœdus populi*, cujus *doctrinam* s. legem *expectaturi sint Insulani* 776
הגיגה, *Festivitas* 754
הדית, *impulit* 8
החולד, *talpa* 799
החטא a verbo חטא *erravit, aberravit a via*, vel *scopo* 1009. metaphorice *peccavit*, significat peccatum, prouti aberratio seu* digressus a recta via est ibid.
החטאה, *sacrificium pro peccato*, (germ. ein Sünd-Opffer) 862
הי, *vitam & vivum* denotat 1073
היה *bestia fera*, opponitur בהמה *domestica*, ita ut voce היה agrestes feræ significantur, voce בהמה vero jumenta & greges, & omne domesticum pecus 796. sq.
היום *quolibet die* i. e. *quotidie* sive etiam *hodie* 386. æternam filii Dei generationem ac perpetuitatem indicat ib. 387. sq.
המסית, *seductor* 2
המעון הזה, *per habitaculum hoc*. Ad hæc verba *Glossa* notat jurari *per domum Sanctuarii* 58
הן, *ita* ibid.
הנה ישכיל עבדי, *ecce prosperabitur servus meus* Jes. LII, 13. quomodo hoc vaticinium de *Messia* patiente recte sit explicandum, & contra adversarios defendendum 835. sqq.
הנופלת, *collabescens* 14
הסיטון, *Mercator frumentarius* 129
הסית, *seduxit* 8
העבודה, *per cultum* scil. DEI. Formula jurandi est 58
העולם הבא, quomodo contra phraseos hujus explicatiooem *Maimonidæ R. Moses Nachmanides* adversatur 1138
הפץ, non nudam ac simplicem ali-

 quam

quam *volitionem*, aut rei alicujus qualemcunque *concupiscentiam* designati sed talis hic intelligenda venit volitio quæ non solum cum maximo desiderio, sed etiam firmo proposito, animi decretum in actum deducendi, est conjuncta 850
הער צוביא species locustæ *Chargol* dictæ 47
חרז בפירא locustæ species quæ dicitur *Chagab* ibid.
השגיח videndi synonymum, non solum superficiarium & perfunctorium exprimit intuitum; sed accuratum & diligentem. Inprimis providam infert curam erga rem visam quæ mente intuentis continuo obversatur, solicitam sui conservationem efflagitans 463. sq. Rabbinis significat *providere*, curam & rationem alicujus habere: & providentiam ipsam per השגחה efferunt 245. sqq.
השחרה, *lætitia* 755
התיר usurpatur hæc vox *de re probibita & concessa* 618

ו

ואנוהו Exod. XV, 2. an idem sit ac הוא אני 129
והריחו *& odorari ejus in timore* 35
וחזרה, an solum de oculorum visu usurpetur 312
ויהוה חפץ דכאו החלה, *sed Deus volens conterere ipsum, morbo affecit* Jes. LIII, 10. quid hæc verba insinuent 849
וירע *& displicuit Domino* 56
ולאלישע balbutiente & blæsa lingua legitur pro ולרשע 77
ופושנתם in numeris valet 857 89
וצבאם תכתן *tempus fixum est cultus Levitici* 774
וקודש וצבאם idem est, ac *tam sanctuarium quam Cultus Leviticus* ibid.
ושננתם Deut. VI, 7. & *exacues ea*, legas ושלשתם *& in tria divides ea* 204

ז

זקן, *Senior* 131. 1207
זרובבל, *Zerubbabel* filius *Sealtbielis*, quare ita dictus 43

ח

חבל habet significationem ὠδίνων dolorum partus 116
חגב, species locustæ 47
חגבורה, *potentia*, est unum ex Synonimis Dei 127
חדי, vox chaldaica, & significat *pectus* 103
חדוה, *lætitia* 755
חומט, *lacerta* in arenis degens 799
חיוורא, *leprosus*. Rabbini nomen Messiæ esse, dicunt 30
חיכלא *per templum*, Formula jurandi 58
חלזון, *murex*, f. vermis unde colligitur Purpura 110
חמתה Jos. XIX, 35. quid significet 151
חן, *gratia* 50
חנינה h. e. *gratia* vel *gratiosus* 30. ita dicitur Messias ibid.

חכר

חסר, defectus vel diminutio 65. pro isthoc aliqui legi malunt חסד *beneficentia* seu *liberalitas* ibid.

חרגול, species locustæ ita dictæ 47

חרם, Excommunicationis species 616. sq. 620. sqq.

## ט

טבות, *Tabuth*, nomen cujusdam Rabbini præstantissimi 15. alii dicunt ei nomen fuisse R. טביומי *Tabjome* ibid.

טבילה ita vocabatur apud Judæos *lotio manuum*, quæ diversa erat a נטילה *mersione* 242

טימוס ita dicitur apud Judæos vas Aspersorium, ad manuum lotionem adhibitum ibid.

טרעפעיק moneta urbis, valens dimidium Denarium. 139

## י

י *Jod* omnium literarum est minima 76. quare caput ejus reflexum sit ibid. per istud Seculum futurum a Deo esse creatum Rabbini tradunt ibid.

יגר שהדותא, *cumulus testimonii* 9

ידע præter cognitionem rei alicujus, quacunque fiat ratione, quam *proprie* involvit, *tropice*, & quidem per *metonymiam causæ pro effectu*, idem quoque est, ac rem notam ad animum revocare, accurateque æstimare & expendere 864

יהוה omnes Sephiroth nomine hoc Tetragrammato continentur 1094

יהוה שמה, *Jehovah ibi* 200

יהודה, *Juda*, cur totus de nomine Dei Op. Max. יהוה vocetur 39

יוחנא ירושלמיה species locustæ sic dictæ 47

יום גנוסיא dies γενέσεως, seu *generationis* 90

יחרו, vox peculiaris in S. Scriptura, ob ו in fine additum, & ægre ad analogiam redigenda grammaticam 436--438. LXX. Seniores Codice non satis distincte scripto usi, legerunt pro isthac ישעו ex præcipitantia ח cum ש & ר cum ע confundentes 438

יסף Deut. V, 19. varie interpretatur seu vertitur 336. sqq.

יוסף, *Joseph* cur addatur ei litera una de nomine Dei Opt. Max. יהוה & dicatur יהוסף 39

ינון nomen Messiæ 36

יעסוף, *impediet* 11

יפה, Deus pro יפיתו *pulchritudo ejus* ibid.

## כ

כבוד יהוה, *Angelus Domini* an recte explicatum sit 709

כד כד, *quasi, quasi* 158

כהן, *Sacerdos* 1192

כהן אחר, *Sacerdos alius* 920

כהן משנה, *Pontifex secundarius* ibid.

שני, *Pontifex secundus* ibid.

כומן, *cingula pendula* 50

כח, lacerti species 799

כי, quatuor usurpatur modis 96

כל הבשר, *omnis illa caro* 467

כן הוא חשמים, *per cælum, res ita se habet* 58. esse Juramentum R. *Sal.*

*Jarchi* ad hæc verba notat, & significari *per DEum* 96

כנגדו, Gen. II, 18. *ex adverso ejus*, legitur etiam כניגדו quod significat *ad flagellationem ejus* 180

כסא כבוד, *solium DEI gloriosum* 716

כסותה, *degumentum ejus* 183

כפר, Græci per λύτρον exprimunt, LXX. viral. per ἄλλαγμα *expiatio* ἐξίλασμα *Placamentum*, vertunt 896. sq.

ל

ל, apud Ebræos Dativum denotat 402. sq. in infinitis Scripturæ locis idem est ac *propter* 403

לא, *non* 58

לבנן, Zach. XI, 1. ita dicitur templum Hierosolym. & quare 116

להכניס, *includere, comprehendere*; opposite ad להוציא *excipere*, a יצא vel הכלל יצא מן *excipi &c.* 1152. *Lightfoot* reddidit *ut superinducantur* ibid.

לו, *eum*, in numeris valet 26 22. 138

לו אין שומעין, Frequentissima Jureconsultorum Formula, *non audiunt eum*: cui respondet nostratium, wird nicht damit gehöret, findet kein Gehör 459

לוחות הברית tabulæ, quibus Decalogus erat inscriptus, ita vocantur, & quare 465

לטאה, *lacerta*, Stellioni similis, maxime venenata & terræ adhærens 799

לילה *Nox*, sic dicitur Angelus qui præfectus est conceptioni 174

למרבה Es. IX, 6. *amplitudini principatus & paci non est finis* 35. quare litera Mem in hac dictione clausum sit ibid.

למשנאי, Prov. VIII, 36. rectius legatur למשניאי 121

לעג Eccl. XII, 12. cur non potius להג scribatur 124

לתודה pro *Thoda* h. e. laude 8

מ

מבלי pro isthac voce *Scaliger* מכלות legit, & exponit græce καταναλίσκοντα 186. *Lightfoot* quomodo explicat ibid.

מגדים, *pretiosi fructus* 92

מגלה, *volumen* 5

מדה כנגד מדה Proverb. Ebræorum ad literam *mensura respectu mensuræ* 490

מדות, *proprietates divinæ* 361

מחתה *Thuribulum aureum* 949. *Arabs* atque *Syrus* quomodo explicant ib.

מום, *vitium, labem, maculam* significat & non solum *defectus corporis* notat; sed etiam de *animi vitiis* exprimendis usurpatur 868. & ab hac voce Græcorum μῶμος provenit: quod vocabulum non solum *dedecus, probrum &c.* sed etiam *gentilibus Deum* omnium rerum *irrisorem atque reprehensorem* denotabat ibid. Unde Græcorum proverbium, enatum est: τῷ Μώμῳ ἀρέσκειν i. e. *Momo satisfacere* ibid.

מוסמים *Musmes* unum facit duo קונטרינקין *Kontrinckin* 83

מוציא אסירים בכושרות Ps. LXVIII, 7. *educit*

*educi vinctos*, ne ita legas, sed כמיצוא אסירים בבי ושירות 174
מוצאות Talmud exponit *inveniebatur* 38
מורה *Summus Doctor*, Titulusquo olim Synagogarum Judaicarum Magistri sese honorabant 1207
מיאור, *de rivo* 13
מיני, *a me* 67
מיטטרון sic dicitur Angelus qui idem esse debet ac SCHECHINA 721. sq.
מיער, *de Sylva* 13
מכתם, *aureolum* 38
מלאך הברית *Angelus*, vel præses *fœderis* 776. ita dicitur Messias & quare ibid.
מלאכי *Maleachi*, cur ita vocetur 41
מלך, *rex* 99
מלקות *vapulatio*, certum pœnæ genus apud Ebræos iis irrogandum, qui sanctitatem Legum nefario violari ausi essent conatu 809
מך, *mansuetus* 38
מנחם, *consolator*, *reficiens animam*, de Messia dicitur 30
מעה, *Meah* una facit duo פונדיונין *Pondiones*, sex מעה argenti faciunt דינר Denarium, f. Drachmam aut quadrantem Sicli 83
מקוה, *conceptaculum* 672
מקרב idem quod Latinorum *e medio*, in phrasi, *e medio tollere*, significat 793
מראות Græci per εἶδος reddiderunt, frequentissime autem etiam *spectaculum* denotat aliis ad *aspiciendum contemplandumve* oblatum 462
מריש an Epitheton Rabbini cujusdam vel Appellat. ab initio 15
משתולל, *insanit* ib.

**נ.**

נא, *quæso* 39
נאמן, *fidelis* 99
נבונים, *intelligentes*, *celebres* 183
נטילה, *mersio manuum* apud Judæos ita vocabatur, & differebat a טבילה *lotione manuum*
נידוי Anathematum species apud Ebræos 616. 620. 622
נסכים, *Libamina* 986
נקדימון, cognominatus est ita filius *Gorion*, & quare 147
נקאי Rabbini legunt pro נקי 8
נרות, *lampades* 1110
נשיא *Princeps*, nomen honoris, quo Deus Opt. Max. pontificem summum olim affectus est 1191

**ס**

סביב, *circumquaque* 230
סביב סביב, *circum circa* ibid.
סיגיך, *scorias tuas* 25
סית, *pullus*, quare ita vocetur 104
סים, *blatta* 25
סלעם, *species locustæ* 47
סמם, *aroma* vel *pharmacon perfectum* 194
סמאל, ita dicitur dæmon 38
ספח, *adjungere*, *assumere* hinc vox ספיח Ef. XXXVII, 30. *Accessorium* 748
ספחת, Interpretes varie vertunt, conjugatum ejus מספחות a radice ספח quod *adjungere*, *assumere* significat 1063

ספירה, quid sit & unde derivetur 1091. sq.
ספר כריתות, *Libellus repudii* 679

ע

עברה, *ira, excandescentia* 64
עגול, Num. XXXI, 30. quid intelligitur 50
עדרים, *greges* h. e. *gregatim se habens* 15
עולל, *infans, puer* 429
עולם, *abditum, occultum, absconditum esse*, denotat 785
עולם הבא Coccejus per *vitam aeternam* vertit 1166
עון, *iniquitas* 5. 1109
עונים, *oculi* 1109
עכבר, *mus* 799
עם *populus* 206
עם הארץ, *terrae filios* 471
ענמלך, *Anamelech*, quare ita dicebatur 188
עצרת, & sub inflexione עצרתא, scriptores Ecclesiae Judaicae *Festum Pentecostes* insigniunt 737. sq. 758
ערות דבר, quomodo vertetur 695. s.

פ

פונדיון, *Pondion* unus facit duo אסרין Assaria 73
פרי הארץ, *fructus terrae* 789
פכר quid significet 832
פרה, quomodo vertenda ibid.
פרץ, significat *rumpere, irrumpere, perrumpere*, & *prorumpere* 403
פסח denotat *transitum* 897
פרשה, *Sectio*, etiam de breviori loco Biblico ab Hebraeis usurpatur 164
פשע, designat *transgressionem, defectionem*, & *rebellionem malitiosam* 1008. origo ejus est verbum פשע transgressus est. ib. sq.
פתיים, *simplices* 98 sic in regionibus maritimis vocantur *infantes* ib.

צ

צב crocodillus terrestris 799
צבא, *militia* 416. 773. 774
צדיק, *justus* 71
צדקה *justitia* 25. dicitur etiam *eleemosyna* ibid.
צואה *excrementum* 793
צמח Jes. IV, 4. Septuag. Interprett. ἀνατολὴ transtulerunt 789
צמח יהוה *Germen Jehovae* 788
צעירת, *parvam pedibus feram*, forte pro צעירת רגלים *parva* pedibus 10. rectius legatur שעירת רגלים *hirsutus pedibus* ibid.
צרה Talmud exponit *aemula* 141
צרעת Hebraeis item ac Graecis & Latinis significat *Lepra* 1058

ק

קבל *accepit*, cujus relatum est מסורת *traditio*, a מסר *tradidit*, inde *Cabbala* quae *acceptionem* denotat 1091
קדש formalis hujus verbi significatio tam profunda lateque diffusa, ut nativam ejus vim & efficaciam, nec graeca, nec ulla Europaeorum lingua unica voce comprehendere valuerit 290 sqq.
קול *vox*, ejusque pluralis קולות *voces* quibus Lex s. Decalogus promulgatus

tus dicitur, *de Deo* usurpatæ haud raro denotant *Tonitrua* 14 349
קונטרינק *Kontrineck* unum facit duo פרוטות *prutas* 83
קרום nonnulli vertunt *per testam ovi*, alii per *Membranam*, quæ albumen ovi intrinsecus obducit 1067
קטני אמונה *parva fidei homines* 72

ר

ראה *vidit*, præter consuetam significationem, aliquam ejus qualitatem adjunctam, aut conditionem simul involvit, Approbationem scil. rei visæ haud significationem ex nomine ראיה derivationem mutat, & fidem ac rationem habere denotat ibid. transfertur etiam metaphorice, ad apprehensionem intellectus 457. sq.
ראה והביט וחזה tria hæc videndi synonyma, non de solo *oculorum visu* usurpantur; sed & *mentis* per Metaphoram.
ראיה *apparitio* 754
ראשי משמרות *principes Liturgiarum* 916
ראשי בתי אבות *Principes Ephemeriarum* ibid.
רבי *Magister*, honoris titulus, quem olim Judaicarum Synagogarum Doctores sibi tribuebant 1207
רחץ *lotionem* denotat 793
רוח Jes. IV, 3. Paraphrastes Chald. per מימרא *verbum* transtulit 790. de Deo usurpatum quid significet ibid.
רוח בער *Spiritus ardens* Jes. IV, 4. num recte explicetur per רוח קדוש *Spiritum sanctificationis* 790
רוח המשפט *Spiritus judicii*, an recte exponetur per יסורין דין *judicium castigationum* 799
רות, *Ruth*, quare ita vocata 42. 120
רע, *malus* 56
רק, *tantummodo* 163
רקא familiare & contumeliosum Judæis vocabulum 842
רך *Rach*, significat alias *tener*: hic autem Talmudicum est, & significat regem, & unctum regem 46
רקת Jes. XIX, 35. quid 151

ש

שאלתיאל, *Sealthiel* filius Jechoniæ, cur ita dictus 43. quare etiam dicitur אסיר *Assir* ibid. legitur etiam שלתיאל *Salathiel* ibid.
שארה *carnem ejus* Exod. XXI, 10. intelligi traditur *alimenta ejus* 183
שאת *Tumor*. Interprett. quomodo vertunt 1062. sq.
שומר אמונים Es. XXVI, 2. *Servans fidem*, legas שאומר אמן h. e. *qui servat Amen* 99
שחין *ulcus* ex inflammatione ortum, externa in corporis cute 1095
שיחה, *loquacitas* 69
שולה, Nomen Messiæ 30
שילוח, *rivuline* sit an *fontis* nomen 137
שלום, *Sallum*, quare nomen ejus ita vocatum 42
שליח ציבור *Ecclesiæ Apostolum* seu *Delegatum* denotat 304
שמע, apud LXX. Interprett. autoresque N. T. ἀκούειν, Latinorumque audi-

ad dire respondet 456. cum *Accusativo* constructum quid denotet 457. cum אל quid significet ibid. cum קול cui ל vel ב præfixum fuerit, quid inferat ibid. 459
שמת *potestas clavium* seu Nostratibus *Excommunicatio* 620. 621. sqq ejus synon. usitatoria sunt נידי & חרם ib.
שמתא species Excommunicationis 615 sq.
שכן, unde שכינה *gloria Domini*, 704. sq.
שכינה *divina præsentia* 231. 704. sq.
שפל, *humilis, depressus*, vertitur 1068
שפן *Cuniculus*, majoris muris genus, in Palæstina 798
שקצים, *pisces immundi* 807
שר הצבא, *princeps militiæ* 774
שרי de *re prohibita & concessa* sumitur 618

ת

תם, *integer, perfectus* 38
תודה h. e. sacrificium laudis, 8. Rabbini legunt לתודה ib.
תהו, *vastitas* 17
תהו ובהו Gen. I, 2. LXX. ἀόρατος ἢ ἀκατασκεύαστος reddiderunt 386
תחום השבת *iter* seu *terminus sabbathicus* 160
תולדות respondet voci gr. γένεσις 1043
תולעת, *vermiculus* 841
תחלת habet signific. precationis 68
תמונה græci per ὁμοίωμα reddiderunt 462
תמיד continuationem sine ulla interruptione denotat 985
תנשמת, *Chamæleon* 799
תשים, Jes. LIII, 13. quamnam personam vox sustinere debeat Interprett. non conveniunt. ibid.

# INDEX III.

# VOCUM ET PHRASIUM GRÆCARUM,

## QUORUM EMPHASIS ETIAM IN HOC OPERE OSTENDITUR.

### A.

ἁγιάζω, transfert βαπτίζω 364. inde Israelitæ Decalogum accepturi dicuntur ἁγνεύοντες ἁγνείαν ibid.
ἀγνοήματα, *peccata voluntaria* ac *graviora* 1008
ἀκούειν, sæpe idem est, ac ὑπακούειν vel ἐπακούειν 458. cujus contrarium παρακούειν ibid.
ἀλλὰ particula adversativa est 408
ἀμοιβαῖα ἀποκλήρωσις i. e. *permutata* seu actionibus conveniens *sors* 300. etiam in Sacro Codice pro ἀντιπελαργία seu *beneficii* a parentibus *accepti remuneratione* usurpatur ib.
ἄμωμος, *inculpatus*, contaminatus 868
ἀνάθεμα Græc. per *Excommunicationem* exprimunt 617. apud LXX. Inter-

Interprett. respondet in omnibus Ebræo חרם ib. sq.
ἄνδρα ἀπολείπειν, *virum deserere* 678
ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ Matth. I, 10. an solum ad JEsum spectent ista verba 446
ἀντὶ in compositione modo *contrarietatem* denotat, modo *vicissitudinem* atque etiam *æqualitatem* 491
ἀντιπεπονθὸς, non minus *æqualem* officiorum *pensationem*, quam offensarum, denotat 490. unde descendat 495. 497
ἀπαλλοτριοῦν τοῦ πλήθους *abalienare a cœtu* 619
ἅπαντα λάος, *omnis populus* Luc. III, 21. denotat multum, numerosum, copiosum populum 365
ἀπελαύνειν τοῦ κοινοῦ, *arcere a communicatione* 619
ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, *receperunt mercedem suam*, Talmudici exprimunt hanc phrasin *receperunt seculum suum* 66
ἀποκήρυξις *proscriptio* 619
ἀποσυναγώγους ποιεῖν, Jo. XVI, 2. quid 618
ἅπτεται μῶμος καὶ τῶν ἀψαύστων, Proverb. *Calumnia nemini parcit* 611
ἀρχιβρεσβύτεροι, *principes s.* præfecti *bresbyterorum* 1205
ἀρχιδιάκονοι *Principes* seu Præfecti *Diaconorum* ibid.
ἀρχιερεὺς proprie *princeps Sacerdotum* 915. componitur ex ἄρχων *princeps* & ἱερεὺς *sacerdos* ib. per Synecdochen generis Pontifici M. tribuitur ib.
ἀρχισυνάγωγοι, *Principes scholarum* 1205
ἄρχοντες honoris nomen primariis Ecclesiarum Ecclesiæque Ministrorum Antistibus tributum 1205
ἄρχοντες τῶν Ἐκκλησιῶν *Principes Ecclesiarum* ib.
ἄρχοντες τοῦ Εὐαγγελίου *Principes Evangelii* ibid.
ἄρχοντες τῶν Φώτων, *Principes luminum* ib.
ἀρχιμανδρῖται, *Principes* s. præfecti *Monasteriorum* ibid.
ἄσπιλος, *incontaminatus* 612
ἀφορίζειν Luc. VI, 22. excommunicandi actum denotat 618

B

βάπτω, glossæ antiquæ reddunt *tinguo* 234. vetus onomasticon: βάπτω *tingo* ibid.
βάπτειν ὑδρίαν dicitur, qui aquam haurit e puteo vel flumine 235
βαπτίζειν, an satis valide contra hunc concludant, qui hoc verbum non minus bene *tingendi* notionem sustinere contendunt, quam *mergendi* 234
βαπτισμὸς, βάπτισμα vel βάπτισις *mersionem*, vel *intinctionem*; it. *lotionem* vel *lavacrum* denotat 233
βαπτὸς, *tinctus* ibid.

Γ

γενεαὶ, an voci Hebrææ תולדות respondeat 1043

Δ

δασύποδα, *birsutum pedibus* notat 10. legitur in LXX. Interpretum versione

ne pro λαγῶν ibid. Glossa exponit: *parva pedibus* ibid.
δέειν, *ligare*, Matth. XVI, 19. Metaphora a captivis desumta, indicatque excommunicandi actum 618
δευτερόπρωτον Luc. VI, 1. quomodo vertendum sit 1050
διὰ Ebr. II, 2. per *inter* vertitur 381
διαςέλλειν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀποικίας, *amandare ab Eccles. & Colonia* 619
δικαιοσύνης, *justitia* pro Ebræorum משפט a LXX. Interprett. quandoque adhibita deprehenditur 311

E

ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΩΙ, Luc. VI, 1. quomodo intelligendum 1049. sqq.
ἐγένετο ὁ ΠΡΩΤΟΣ ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν ὁ ΕΣΧΑΤΟΣ Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν ὁ ΠΡΩΤΟΣ ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός. Ὁ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ 1. Cor. XV, 45-47. 1048. sq.
εἶδε Marc. I, 9. 10. quomodo hæc vox intelligenda 346
εἰδέω Ebraico ידע exactissime respondet, præter cognitionem rei alicujus, quacumque fiat ratione, quam *proprie* involvit; *tropice* idem quoque est, ac rem notam ad animum revocare, accurateque æstimare & expendere 864
εἰς pro ἐν sumta, quomodo verti debeat 381
ἐκβάλλειν τοῦ τάγματος, *depellere a congregatione* 619
ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναςροφῆς πατροπαραδότου 1. Petr. I, 18. hæc verba ab Interpretibus in diversas rapiuntur partes
ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο. Εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ Matth. XVIII, 15-17. quid Ecclesiæ nomine hic loci intelligendum veniat 1052. sqq.
ἐν ᾧ καὶ ἐν σοὶ Matth. III, 17. Marc. I, 11. Luc. III, 22. 386
ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν quinam horum verborum sensus 316
ἔννομος, *ad Deum ducens* 212
ἐπενδύτης, *Amiculum* 158
ἐπικαταρᾶσθαι, *diris execrari* 619
ἑρπετά, *reptilia* 798
ἑώρακα Joh. I, 34. num idem sit ac *audivi* 316

H

ἠδ' ἴσων ἀμοιβὴ i. e. *æqualis pensatio* 499
ἠρημένου pro isthac voce *Petavius* legendum contendit περιηρημένου 296

Θ

τὰ θηρία Act. X, 12. *reptilia animalia* num recte 796
θυμιατήριον, quid significet 949
θύρα ὡραία, *Porta speciosa* 161

I

ἱλασμός, *placatio, propitiatio* 842
ἴσον ἴσῳ Proverbium, denotat quamcumque accepti redditionem sive beneficiorum ea fuerit sive injuriarum 489

K

κακόν τι παθεῖν, *aliquid mali pati* 495

καταναθεματίζειν, *diris devovere extremis* 619
κύριος, *Dominus*, respondet vox Ebræorum אדוני 218

Λ

λαγὼς, *lepus* 10
λέπρα, *scabies* 1058
λευκὴ στόλη, *stola alba* 293
λόγος πορνείας quomodo vertetur 695
λύτρον, a verbo λύω *solvo* ac hujus 3t. perf. sing. Præt. Paff. λέλυται &c. 869. proprie ergo autoribus λύτρον dicitur *pretium, quod pro redimendis captivis dabatur &c.* ibid.

M

μονὴ *mansio* 701
μυστηρίων εἴργειν a *mysteriis* vel a sacrificiis arcere 619
μῶμος, non solum *dedecus, probrum* sed etiam gentilibus Deum omnium irrisorem atque reprehensorem denotat 868
τῷ Μώμῳ ἀρέσκειν i. e. Momo satisfacere 868 unde hoc Græcorum Proverbium enatum sit ib.
μωρολογία, *turpiloquium* 221

N

Νεοπτολέμειος τίσις, *vindicta Neoptolomica* 50. unde in Proverbii consuetudinem venerit ibid.

O

ὀλιγόπιστοι, *parvæ fidei homines* 71
ὁρᾷν, latin. *perspicio*, idem ac expendo, examino 254. παροςᾷν & ὑπερορᾷν in compositione vim diminuendi inferunt 466
οὐπώποτε, *nunquam* 412

Π

πάντα κάλων σείειν, *omnem movere rudentem* 649
παρακύειν contrariatur τῷ ἀκύειν & non modo negligenter & oscitanter audire; sed prorsus perperam audire, non obtemperare denotat
παρορᾷν non tantum significat, *connniventibus aspicere oculis, per incuriam transmittere*; sed & *contemnere*, ac negligere 466. quod etiam de ὑπερορᾷν obtinet: eodem prorsus valore, quo latinorum *despicere* ib.
πᾶσαι ἐν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες Matth. I, 17. quomodo hæc verba intelligenda 1039 sqq
περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν locutio proverbialis est, trito Latinorum, *omnem movere lapidem*, aut Græcorum πάντα κάλων σείειν *omnem movere rudentem* respondens 649
περιοχὴ τῆς γραφῆς. *sectio legis* 164
τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, *volatilia cœli* 801
πορνεία hæc vox ita late patet, ut *simplicem* pariter *scortationem* atque *adulterium* complectatur 696
προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ Ep. Jud. v. 4. quomodo Judæi explicant 1044. sqq.
προσφέρειν, haud secus ac Ebræorum הקריב generatim *rem* vel *personam quocunque modo, & ad finem quemcunque admovere* sive *afferre* 971. per Synecdochen generis vero idem est

est *ac rem Deo consecratam offerre* ac *exhibere &c.* ib. sq
πώποτε, *unquam* 412

Σ

σὴς, *blatta* 25
σκηνή, *tabernaculum* 231
στεῖρα, *sterilis* 127

Τ

τάλικ@, Æolicon pro τηλίκ@ per Syncopen, inde derivatur latinum vocabulum *Talio* 488
τεθαύμαι, obstupescens *spectavi* 400
το τερμέριον κακὸν i. e. *Termerium malum* 501
τετράποδα Act. X, 12. *animalia quatrupedita* 796
τίμιος, non solum *pretiosum*, sed etiam *honorabile & carum* significat 867

Υ

ὑπέρακμ@, *superadulta* 186
ὑπερορᾶν vid. παροφᾶν.

Φ

Φωνὴ ἐκ τῶν ὀρανῶν, *vox cœlitus delapsa* Matth. III, 17. Marc. I, 11.

Ψ

ψώχοντες, *fricantes* 129

# INDEX IV.
# RERUM ET VERBORUM.

A.

AARON, an charior sit Messia 13. ejus ingressus in Sanctum Sanctorum ad certum tempus erat restrictus 955. 956
AARON POSTERIOR *R. Eliæ filius*, quid sentiat de Festo Septimanarum 752. 758. 762. 768 769 ejusdem de Festo Septimanarum abrogando rationes 752--755. 758. 768. de Festo Septimanarum conservando rationes 762
R. ABARBANEL: Arcæ Fœderis in Ecclesia Judaica contenta descripsit 946. sq. de Schechina Ebræorum, scil. quid significet 706 de Festo Septimanarum 759. 766. 768. sq Judæorum e captivitate Babylonica in patriam reversorum miseriam describit 773 approbavit falsam sententiam & explicationem R Kimchi de v. 15. cap. XXXI Jerem 776 per doctorem justitiæ Joelis Messiam intelligendum fore contendit 777. de fastidio loquitur quod Deus erga Festa Judæorum habuit 780 de Festis Judæorum abrogandis quænam foveat opinionem & rationem 784. de Sacerdotum apud Judæos ministerio 915 de officio Pontificis Maximi apud Judæos 923. de oleo sancto quippe quo inungebantur apud Judæos Pontifices Maximi 941. de iis, quæ in templo secundo apud Judæos defecerunt ibid. de Sancto Sanctorum in Tabernaculo Mosis 944. sq. de Mosis introitu in Sanctum Sanctorum 954. de introitu Pontificis Max. apud Judæos in Sanctum Sanctorum 964. de variis Pontificis apud Judæos Max. ministeriis die Expiationis peragendis 973. de mactationis tempore in Sacrificiis die expiationis a Pontifice Max. observando 976. 977. quod peccatum gravissimum judicet 1011. de peccati differentia ib. 1012. de Lepra, quid vi vocis denotet 1058. 1063. de

de Lepræ signis, quid sentiat 1068. sq. de Lepræ Hebræorum morbo, quid sent. sit 1079. qualem de Lepra prognosin formaverit 1085. de cura & medela, quam sibi poscit Lepra 1089. de lotione corporis & vestium apud Judæos 269. triplex annotavit Seculum 1162
ABARBANELIS magnum eruditionis suæ encomium 1150
ABEDAN domus, quid significet in Talmud 4. 5
R. ABEN ESRA totum, qui in Ecclesia Judaica Sanctus Sanctorum dicebatur, descripsit 946
ABLEGMINA in Ara Holocausti apud Judæos comburenda describuntur 1003
ABOMINATIO, quid in Sacris denotet 898
ABRAHAM, cur vocatus sit integer 153. fide peregre habitavit 216. Proselytos multos fecit 664. die expiationum circumcisus dicitur 958. primus fuit, cui Deus Messiam promisit ex ipso nasciturum 1041
*Abrahami* filius Isaac, num fuerit puer expostititius 61. 62
*Abrahami* filii, qui sint 155
*Abraha Sinus*, quid significet 142
R. ABRAHAM, *Hispanus*, vulgo ARRAHAM SEBA, de Homine primo & altero 1248
ABROGATIO *prava concupiscentia* dicitur Festum Pentecostale 751
ABSTINENTIA omnis rei se affligans peccatorum est 206
*a Vino*, non semper probanda est 211. 212
R ABUHAB, *Hispani*, sententia de Festo Pentecostali 737. 738. 742
ACADEMIÆ in Babylonia caput 226
ACCUSANTES Christum de Sabbatho profanato pessimi fuerunt hypocritæ 518
R. ACHARIS liberatio e Gehenna 76. 77. 78
ACTIO prædicatur etiam de eo, qui immediate in eam non-influit sed saltim procurat 612
ADAM *primus homo* quando conditus fuerit 907. ubinam habitaverit 34
*Adami lapsus* quando contigerit 1046
*Adamo* afferunt angeli carnem vinumque ei præbuerunt 151. carnem a Deo interdictam fuisse plurimi volunt 785
ADRAMELECH cur mulus dicatur 188
ADUSTIO quid sit 1076. ejus causæ ib. Adustionis & ulceris differentia ibid.
ADVENTUS *Messiæ in carnem* quando sit expectandus 11. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 30. 36. 163. quomodo sit comparatus 116. 117. multis Rabbinorum traditionibus expositus fuit 11--30. 36
*Adventum Messiæ* quid juxta Rabbinorum sententiam retardet 17. 22. 36
ADSPECTU *solo* scortatio committi potest 50--55
AER & COELUM dicuntur Dei habitaculum & quare 345
ÆGROTI sunt visitandi 118
ÆGROTOS quomodo curare debeamus 222. 223
ÆGROTUS lethaliter peccata sua confiteri debeat 223. propter Sabbathum negligi non debeat 586. 588. 589
ÆGYPTII circumcisionis morem magni fecerunt 257
*Ægyptiacam servitutem* aliæ præter Judæos, gentes non sustinuerunt 755
*Ægyptiorum Apis* quid sit 869. cultus quid ibid. eorum superstitio detestanda Festi Paschalis eligendi occasionem suppeditavit 898. 899
ÆTHIOPES circumcisionis morem servarunt 257
*Æthiopum* mos circumcidendi mulieres 258
AGNUS PASCHALIS V. T. quomodo Christum tanquam Agnum N. T. præfiguraverit 859
*Agnum Paschalem* quomodo assare solebant Judæi 904
AGRIPPAS rex Judæorum qui fuerit 166
R. AKIVA: de Judaicorum Festorum celebratione interrogatur a Christiano quodam 781. Messiæ novi Fœderis condendi officium tribuit 776. sq. ejusdem responsio & refu-

refutatio ad dubium a Christiano quodam de Judæorum Sabbathis motum 781. 782. quid de agno paschali apud Judæos præparando sentiat 905
AKKO, quid sit 798
ALAPA homini in lucem edito ab angelo inflicta facit, ut totius legis iterum obliviscatur 168
*Alapa inflicta* qualem habeant pœnam 59
R. JOSEPH ALBO, de Festis Judæorum abolendis judicium 903. de Seculo futuro & diebus Messiæ 1137
ALIMENTUM *vitiosum* in orbis a Deo prohibitis reperitur 590. 591
ALPHONSI Deum calumniari neutiquam erubescunt 611
ALPHUS, qualis sit morbus 1081
R. MOSE ALSCHECH, de causis lepræ physicis 1087. de cura & medela, quam lepra postulat 1089
ALTARE, thronus est gloriæ divinæ 226
AMALECK unde ortum suum traxerit 217
AMBITIO *Pharisæorum* describitur 581. illam Christus ex ipsorum scriptis refutat & reprehendit ibid.
AMBULARE *serecundo*, quid significet 199
AMEN, quid sit 99. post benedictionem pronuntiatum, quam possideat virtutem 192. 193
AMICITIA *Herodis & Pilati* restaurata 146
AMICTUS Pontificis Max apud Judæos, qualis fuerit 926. sq.
AMOR *misericordia*, quid sit 199
AMOS IV, 7. Textus explicatur 14
ANAMELECH, cur mulus dicatur 188
ANASTASIUS *Sinaita* de Etymo Baptismatis 233
ANGELI homini primo in horto Eden carnam assatam, vinumque præbuerunt 151
*Angeli ministerii* singulis diebus creantur ex fluvio di Nur 228
*Angelis* sanctiora & puriora Judæi multa ecclesiæ suæ membra prædicant 605
*Angelo* quot claves a Deo sint traditæ 226
ANGELUS *Gabriel* præfectus dicitur maturationi fructuum 136
*Melachon* idem cum Deo nomen habere dicitur 205
*Mitatron* quis fuerit appellatus 1047
*Mortis* s. *custos mortuorum* 3. plenus est oculorum 51. hora mortis quid agat ibid.
*Angelus* Sadducæum quendam in Sancto sanctorum interfecit 164. homini in lucem edito colaphum infringit, & facit ut ille legis iterum obliviscatur ibid.
ANGLI sententia de nomine Festi Pentecostalis 737. 738
ANGUSTIA *porta ac via* ad vitam æternam 75. 76
ANIMA revertit ad Deum, qui dedit eam 117. 118
*Anima & corpus* aliquando sese, si ratio ab illis exigeretur, a Dei judicio possunt liberare 195
*Animam* nostram in puritate conservare debemus 117 118
ANIMÆ quando creentur 12. quomodo propagentur in corpus humanum, utrum per traducem, an per infusionem ibid.
*defunctorum* num Christi morte fuerint expiatæ 1028
ANIMARUM *domicilium* quid sit 11. 12
ANIMALIA, quædam lacessitas vices lacessentibus rependent 514. 515. 516. in V. T. sacrificanda quinam fuerint typus 858
*immunda* mactare an liceat 819
Animalium multorum usus Judæis a DEO vetitus & quare 590
ANNI varia apud Judæos principia 957
ANNUM *duplicem* habent Judæi sacrum sc. & civilem 1052
ANTISTES sacerdotum apud Judæos quis fuerit 920
APELLÆ quomodo apud Judæos in gremium ecclesiæ fuerint receptæ 258. 259
APEX pugnax animal 518
APIS bos Ægyptiorum Deus 898. 899
APOCALYPTICI STYLI cum *Cabbalistico* convenientia 1091

APO-

APOSTOLI *primi* ecclesiæ conditores ab imbecillitatibus purgandi erant, antequam munus a Deo ipsis assignatum susciperent 794
APOSTOL. PAULUS sapiens architectus 177
APOSTOLORUM TITULI & DIGNITATIS tam in scriptura, quam in Ebræorum monumentis vestigia reperiuntur 303
APPETITUI *insatiabili* quomodo Judæi mederi curarunt 591
AQUA omnia purificat 235. 236. 290. 291. quæ sit omnium purissima 269. 270. 271. 272. ex rupe tempore Mosis percussa erumpens Exod. XVII, 3. 6. num fuerit potus spiritualis 289. qualis ad Baptismum initiationis apud Judæos fuerit adhibita 269. 270. 272. 273--279
*Aqua* major copia in montium abundantia reperitur quam in aliis locis 270
*mensura* quæ ad Baptismum initiationis suffecerit 279. 280
quales ineptæ ad Baptismum initiationis fuerint judicatæ 273 274
*Aquarum lustrationes* ad purificationes requirebantur apud Judæos 290. 291. 292. 293
AQUILÆ visus perspicacissimus 117
ARABES quo vitæ anno instituerint circumcisionem 302
ARBOR insignis ex semine Sinapi provenit 89
ARCA FOEDERIS cum multis aliis in templo secundo apud Judæos defecit 941 951
*Arca foederis* in Ecclesia Judaica contenta 946. 947 948
ARCHIERATICÆ STOLÆ describuntur 9·7
ARCHITECTI in Talmud qui dicantur 105. 177
ARIETEM Ægyptii præcipuo honore colebant 899
*Arietem* mactare cur Deus præceperit Judæis ib. sq.
AROMA s. CONDIMENTUM lex divina vocatur 494
AROMATA quæ suffitus materiam a Pontif. apud Judæos Max. comburendam, ingredi solebant, describuntur 979
ARRIANI per Judæos intelligunt Christianos 296
ARS quælibet divitias & egestatem habet 312
ARTES HONESTÆ & INHONESTÆ quæ sint 165. 166
ARTICULUS FIDEI primus ac principalis 871
ARUNDINI homo similis esse debet 87. 88
ASARTHA Judæorum Festum 737. 738. Festo Christianorum Pentecostali cedere debet 756. vanitatem hujus Festi Dei diutius ferre recusavit 738
ASINAM si quis vendiderit, vendidit pullum, vaccam si quis vendiderit, non etiam vendidit pullum &c. 104
ASINUM & CANEM sibi idolum fecerunt Avroei 188
ASINORUM CARNES Judæi ægrotis porrigere solent 591
ASMODÆUS num dederit Salomoni vermiculum Schamir ad poliendos lapides 228
ASPERGENDI *sanguinem* ad aram varii apud Judæos fuerunt modi & ceremoniæ 977. 978. 993. 997. 1005
ASPERSIONES *sanguinis* apud Judæos variæ erant Pontif. Max. administrandæ 996 997. 998. 999
ASSARIUM quantum valeat 83
ATAΞΙΑ apud Judæos in templo secundo circa constituendos sacerdotes summos 156
ATHENÆ immodico Veneris cultu vastatæ fuere 911
ATHENIENSIUM LEX de divortio 685. f.
ATRIUM *antemurale* quid apud Levitas fuerit 973. *commune* apud eosdem ibid. *Mulierum* quid fuerit ibid.
*coeleste*, quod coram Deo est, quot habeat parasangas 22
ATTRIBUTA *divina*, quæ Christo æque ac Deo Patri competunt 880
*humana*, quæ Christo in Scriptura tribuuntur

tur quænam 881. ſq. evincunt Chriſtum fuiſſe verum hominem ibid.
AUDACIA *Judæorum* in conquirendis proſelytis 662. ſq.
AUGUSTINI *ſententia* de Feſto Pentecoſtali 741
AULÆUM ſ. *paragauda* quid ſignificet 11. 12
AURUGINEM ſ. *Ikterum* carne aſini Judæi profligare voluerunt 591. 600
AUTOR *quidam Libelli famoſi* non dubitavit Chriſto mendacii notam inere 611
AUTORITATE *inſigni* Judæorum doctores pollent 884
AVARITIA ac MALITIA Rabbinorum 6
AVEN GILION quid ſignificat apud Rabbinos 4. 5
AVES ſine Dei voluntate non moriuntur 83. quædam non modo ſibi invicem, ſed nonnullos etiam quadrupedes invadent animo ulciſcendi 516. ſqq. ſpecies avium lege prohibitarum 801
*Avium* plures mundæ quam immundæ 802
AZARIAS de ſeculo futuro & diebus Meſſiæ quid ſentiat 1140
AZAZELIS nomen quam habeat ſignificationem 1033. 1034
AZYMORUM *Feſtum* apud Judæos 751. 752

B.

BAPTISMUS CHRISTI ab Johanne in Jordane peractus ab omnibus Evangeliſtis concorditer deſcribitur 309
vox cœlitus delapſa an ad Chriſtum vel ad Johannem fuerit directa 315
Spiritus S. ſalvatori incumbens, an ſoli Chriſto innotuerit ibid.
viſionis actus num ad ſolum Chriſtum ſit reſtringendum 313. ſq
vocem iſtam cœlitus delapſam quis audidiverit & intellexerit 315. ſqq. quid proprie denotet hæc vox cœlitus delapſa 348. ſqq. utrum Deus ipſe immediate hanc vocem formaverit, an ejus nomine Angelus 364. ſqq. quis tenor vocis iſtius fuerit 388. ſ. an omnis turba quæ præſens fuit, per utramque Jordani ripam diſperſa vocem hanc audiverit 404
Spiritum S. in forma columbæ deſcendentem populus an viderit 397
propter quem actus ille inſtitutus fuerit 404
quo tempore Chriſtus baptizari voluerit 408
qualisnam hujus Baptiſmi finis 409
BAPTISMUS INITIATIONIS *Iſraelitarum* quo tempore datum 233. ſqq. 286. Actus Ceremonialis 290. Terminus conſecrationis 292. Nomina a baptiſmo quibusdam impoſito 293. ornatus capitis baptizatorum initiatorum ibid. quænam inter baptiſmum initiationis Judæorum & Chriſtianorum intercedat differentia 304
BAPTISMUS PROSELYTORUM *judaicus* unde derivetur 233. ſqq. actus inaugurationis 669. ſq. Tempus quando 672. modus quomodo ibid. Circumſtantiæ adhibitæ ib. ſq.
BARBARIS pariter atq; CHRISTIANIS an jura ſint & olim fuerint repudiandi 687. ſq.
BASILIUS M. de divortio quid ſentiat 683. de Spiritu ſancto 794
R. BECHAI de vocabulo Adonai, quid ſignificat 717. de Schechina Ebræorum 707. 720. Michaelem Archangelum cum Schechina idem facit 720. 734. de Enoch ſententia 1044. de Angelo Metatron 723. 1047. de Sephiroth vocabulo 1095 quomodo decem Sephiroth explicaverit 1100; 1101. 1104. 1110. 1112. de ſex hujus mundi millenibus & ſeculo futuro 1142. 1143. 1144. 1157. ſq. 1162. ad Gen. XXXIIX, 29. 716. 717. 1090. regnum domus Davidicæ lunæ comparavit 1039. ſqq.
BELLUM *inferre*, vel *depellere* die Sabbathi Judæi non detrectant 601. 602
BENEDICTIONEM a R. Gamaliele in atrio gentium mulier quædam ethnica accepit 937

BE-

BENEDICTIONIS apud Cabbalistas fons & origo 1111. 1112. 1114. instrumenta quæ sint 1114. sq.
BENEFACERE numquis, an malefacere debeat Sabbathi die 585. 587. 588. 607. 610
BENEFICIA Christum Pharisæis reum fecerunt 577
BENEFICIA CHRISTI tanquam turpissimum die Sabbathi facinus Judæi improbant & accusant 585
BENEFICIORUM omnium memoriam certo die festo conservandam Deus non præcepit 768
BEZA quomodo Textum Cap. I. prioris Ep. Petr. v. 18. 19. vertat 834
BISCHIZI de lepra Hebræorum morbo 1061. 1063. sq. 1065. 1067. 1069. 1076. 1077
BUXTORFII sententia & parabola de Festo Pentecostali 743

C.

CABBALA a fastu Doctorum obscurata & fœde contaminata fuit 1091. ab ipso Deo in primitivæ Ecclesiæ institutione usurpata fuit ibid.
*Cabbala* ὀνοματολογία 1091. dignitas & utilitas 1090. pars ejus maxima qua in re versetur 1093. sq.
CABBALISTÆ magna in voce *Schechina* quærunt mysteria 709. quid per *Schechinam* intelligunt 726. dignitatem & mysterium in numero septenario quærunt 1045. 1046. mysterium in Sephiroh quærunt 1091. quomodo Christi officium mediatorium designaverint 1105. 1106. 1107. quem quærunt benedictionis fontem & originem 1111. 1112. sqq. quæ judicent benedictionis instrumenta 1114. sqq. singulas pluresqueSephiroth literas singularum pluriumque indicia constituunt 1096
CABBALISTICI *styli* cum APOCALYPTICO convenientia 1091
CADAVERI superbus comparatur 112
CAIN cur a Deo ob parricidium acceperit signum gratiæ divinæ 507
CAIPHÆ Pontificis Max. sententia de Christo accusato 577
CALAMO similis esse debet homo 87. 88
CALCATIO quid fuerit Pharisæis 238
CALIGINE laborantibus quomodo medelam paraverint Judæi 591. de illa laborasse Rex David dicitur ib.
CALUMNIA nemini nec Deo quidem parcit 611
CALVINIANI an ex Ecclesia possint ejici 630. satisfactionem Christi ad solos Electos restringunt 892
CAMBYSEN libido interfecit 912
CAMELUS injuriam acceptam opportune ulciscitur 515. sq. unde acceperit nomen suum 546
*Camelum per foramen acus* &c. quid significet 100
*deglutire & culices percolare* quid 113
CAMERARII apud Judæos qui fuerint 916. 918
CANEM & ASINUM sibi idolum fecerunt Avroæi 188
CANES & PORCOS alere prohibitum 712
CANIS reversus ad vomitum 223. 224
*rabidi* morsu læsis quod remedium Judæi suaserint 591. sq. 600
CANIBUS objicere sanctum non debemus 74
CAPITALIS SUPPLICII REUS quomodo & quo tempore apud Judæos fuerit interfectus 118
CAPUT seu PRÆSES SYNEDRII M. apud Hebræos quis fuerit 1185. sqq. 1191. dignitas ejus in quo constiterit 1192. 1193. sq. vestitus ejus 1194
CARO *coelitus descendens* 152. 165
*suilla* difficilis est digestionis & pessimi nutrimenti 590. sq. Judæi gravidæ mulieri illam suadent 591. sq.
Carnes canium asinorumque Judæi ægrotis porrigere solent 591
CARNIS VIVACITAS quid denotet 1072. 1073
CASAUBONUS magni æstimat Maimonidem 913

CASTIGATIONUM quibus Deus suos solet castigari non est terminus 217
CASTRA LEVITARUM apud Judæos describuntur 937. quomodo subdivisa fuerint ibid. gentiles ingredi poterant ib. sanguinis fluxu laborantes & puerperæ adire non debebant ibid.
CASTRATIO cur interdum instituatur 98
CASTRATUS quid sit 98
CATAMENIA, num Lepræ ansam præbere valeant 1083
CATHOLICIANI apud Judæus qui fuerint 916. 917
CELEBRITATIS *famam* affectare non debemus 112. 113
CEREMONIÆ quædam apud Judæos observandæ e. g. die expiationis 956. 957. 958. 959.-971. in effundendo Libaminis 986. in Festo Paschatis 897. sq. in sacrificiis a sacerdotibus mactandis 586. 587. 588. 589. 978. in sacrificiis Pontif M. & sacerdotibus Deo offerendis ibid. sanguinem ad aram adspergendi 978. in suffitu Pontif. Max. absolvendo 980. 981
R. CHAIIA: de vocabulo *Adonai* quid significet 317. sq. de diebus Messiæ & Seculo futuro quid sentiat 1123
CHALDÆORUM mulierum concupiscentia nimia & libidinis pravitas 231
R. CHASDAI: de diebus Messiæ & Seculo futuro 1124
CHIVORA Messias a Rabbinis vocatur 30
CHOMET, quid 799
CHRISTIANIS primitivæ ecclesiæ jejunio parasceves diem transegere 908
CHRISTIANIS cum Judæis societas nulla esse debet 757
CHRISTIANORUM LEX de divortio 696. Festo Pentecostali Asartha Judæorum cedat necesse est 766. 768. locus disputatorius quomodo vocetur a Rabbinis 4. 5
CHRISTIANUS quidam de Festorum Judaicorum celebratione R. Akivam interrogat 781. quale ab Akiva tulerit responsum ib. sq.
CHRISTUS, cur a Deo Patre dicatur Filius suus 395. sq.
an charior sit Aarone 13
alter David vocatur 31
a Rabbinis Leprosus vocatur 30
rupes spiritualis dicitur 289
venit hominem dividere adversus patrem suum &c. 83. 84
Israelitis ad montem Sinai consistentibus verbum Dei dedit 289
Pharisæorum Sectæ non erat addictus 237
præter insidias a Judæis expectare nil poterat 506
textum Mosaicum a pravis Rabbinorum interpretationibus repurgavit 61
inter Judæos agens continuis eorundem vitiis fuit expositus 611
propter beneficia reus Pharisæis factus est 577
quomodo cognitus fuerit populo judaico 569
Capitis condemnatur a Caipha Pontif. M. 577
jus & justitiæ neglectum Pontifici Maximo Judici suo objecit 578
honore Magistris Judæorum a discipulis suis exhiberi adsuetum, accepit 578
num ea quæ in sermonibus suis protulit, ex Talmude surripuerit 580
multa in concionibus & disputationibus suis cum Pharisæis ex Talmude docendi vel convincendi Judæos gratia protulit 580 581
pharisæorum ambitionem ex ipsorum scriptis refutat & reprehendit 581
cogitationum in hominibus scrutator 582
publicanos in viam reducere quolibet quæsivit tempore 569. sq.
Legis Princeps omnibus prævalet Judæorum magistris 596
a medelis suis nunquam frustratus fuit 604
a Judæis non vulgo, sed ipsis sapientiæ magistris annumeratus fuit 578
Messias promissus & Judæorum Rex est 582
Sabbathi Dominus est 583

ardentibus a Judæis desideratur precibus 654
in mense Tisri natus & baptizatus dicitur 959
Princeps mundi dicitur 1118
Fidelibus suis perpetuam & fixam promisit commorationem 701
verus & summus Deus est 878
verus & naturalis homo fuit 881
secundum utramque naturam est noster mediator 882
unicus & solus est mediator inter Deum & homines 886
satisfecit obedientia tum activa tum passiva 893
quo die & mense passus sit 906. 907
defunctus non furtim surreptus, sed divina virtute resuscitatus fuit 909
in locum agni paschalis successit 904
quare a Johanne baptizari voluerit 309
cur tam sæpe in sacro Codice agni nomine veniat 860
capitis condemnatur a Caipha Pontif. Max. 577
CHRISTI ADVENTUS *in carnem* quo tempore sit expectandus 11. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26 27. 28. 29. 30. 163. quomodo sit comparatus 116. 117. multis Rabbinorum traditionibus obnoxius fuit 11. 12. 13. 14. 15. 16--30. 163. Christi adventum quid ex Rabbinorum sententia retardet 17. 22
*beneficia* tanquam turpissimum dies Sabbathi facinus Judæi accusarunt 585
*dies* quamdiu durent 18. 32. 33
*Fama & rumor* ad Judæorum omnium aures pervenit 578
*hostes* omnium iniquissimi fuere Pharisæi ib.
*innocentiam* Judæi perdere conati sunt 569
*methodus disputandi* contra Pharisæos 578. 580. sq.
*officium mediatorium* quomodo ab antiquioribus Hebræis fuerit designatum 1105. 1107. sq.
cum Pontifice Aaronico convenientia 1014--1020. 137. sq.
*Passiones quotuplices* fuerint 1035
præceptio de occidentibus longe sanctior est, quam Talmudicorum 82
*regnum* quale sit 1148
Sententia de divortio 690. 692. sq.
*Tempora* quo sint referenda 1121. 1122. 1125. 1130. sqq. 1142 -- 1148 1151. 1152. 1153. quamdiu duraverint 1147. 1154. sq. quomodo Judæi considerent 1147
*Christi tempore* & hoc seculum quomodo differant 1169. quomodo tempora & seculum futurum differant 1119. 1120. 1123
CHRISTO quali ratione Judæi composuerint insidias 569. Magistri & Doctoris titulus tribuitur 578. sq. 582. sq. falsum crimen Pharisæi semper objecerunt 584. mendacii notam pingere non dubitavit Libelli cujusdam famosi autor 611
CHRISTUM e medio tollere maxime studebant Herodiani 570. profanati Sabbathi reum reddere voluerunt Pharisæi 570. inter & pontificem Aaronicum discrimen 1015. 1019. 1137. sq. divinitus esse missum Judæi ipsimet asserunt 311 sq. verum & natura esse Deum, unde probetur 878. sqq. verum & natura hominem fuisse, unde probari possit 881. redemptorem particularem esse Calviniani docent 887. secundum saltem humanam naturam mediatorem agnoscunt 885
CHRYSOSTOMUS: de divortio quid sentiat 683. quod per τὸ ἅγιον κοσμικὸν v. 1. Ep. Ebr. cap. IX. intelligat 936
CIBI a Deo prohibiti vitiosum possident alimentum 500. 591. an ob periculum animorum corrumpendorum fuerint prohibiti 818
CIBUM quo ritu sumserint Judæi 239. 240. 241
CIRCUMCISIO res est magni æstimanda 152. 153. 169. 170. an sit repetenda 185. 258. 259. Sabbathum pellit 152, 153. in Prole-

lytis instituenda 669. circumstantiæ ante ipsam circumcisionem a Judæis observatæ 669. an in Proselytis recipiendis fuerit sufficiens 252.253.254
circumcisionem præter Israelitas multæ adhuc gentes servabant 257. 302. quo vitæ anno Arabes instituerunt 302. Idumæi a Judæis acceperunt 300. 301. 302. Israelitæ in Ægypto non exercuerunt 300
Circumcisionis utilitas 169. 170. ejus notam Esavus in se delevit 302
circumcidendi mulieres mos apud Æthiopes 258
CLAUDI quare nascantur 53
CLAUDICATIONE cur Levi laboraverit 62
CLAVES quot DEI legatus habeat 226
CLEMENS ALEXANDRINUS duplicem igni adscribit virtutem 791
CLOACÆ *stercore* suffocatus Judæus Meidenburgens. 611
COACH quid 799
COELO INÆQUITARE dicitur de Deo 345 quid significet ibid.
COELORUM *regnum* num sit infantum 98. 99
COELUM & AER cur dicatur Dei habitaculum 345
COENACULI COELESTIS FILII quot sint numero 21. 22. 137. 138
COGITATIO *peccandi*, num haberi possit pro ipso peccato 52. 54
COHABITATIO *gratiosa Dei Patris & Filii* diligentibus Christum &c. perpetua & fixa est 701
COLAPHUS homini in lucem edito inflictus ab angelo facit, ut iterum ille totius legis obliviscitur 168
*Colaphi inflicti* qualem apud Judæos post se duxerit pœnam 59
COLCHI circumcisionis morem non servarunt 257
COLLOQUII verba cum Mose a Deo tempore legis promulgatione habita, num etiam populus præsens & adstans perceperit, eorumque intellexerit valorem 320 sqq.
COLLOQUIUM inter Judæum & gentilem 807
COLLYBISTÆ qui fuerint, & quid fecerint in Judæorum sanctuario 104
COLUMBA etsi blandum tamen etiam pugnax animal est 518
COMBURENDARUM PIACULARIUM *locus*, quotuplex apud Judæos fuerit 1004 1005
COMMENTA Talmudistarum de Bestiis primogenitis &c. 613
COMMERCIUM cum animalibus quibusdam a DEO interdictum.
COMMUNIO cum gentilibus in V. T. improbata 818
CONCEPTACULUM quid sit 277. ejus amplitudo 235. 236. 278
CONCEPTIONEM cur, & quomodo mulieres interdum impediant 187
CONCEPTUS num impediatur, si vir stans cum fœmina rem habeat. 43
CONCORDIA res est pretiosa 135
CONCUBITUS cum uxore suo quomodo sit instituendus 182. 183
CONFESSIO *delicti* & SATISFACTIO apud Judæos quomodo instituta fuerit 1053. sqq.
*Confessiones* expiationis die apud Judæos quotuplices 1008
*Confessionis Formula*, qua Pontifices apud Jud. Max. expiationis die usi fuerunt 1001
CONJUGIUM multis expositum est incommodis 677. multi sapientes aversati fuerunt ibid. arctissimum ejus vinculum ibid. cur non in vita æterna detur 112
Conjugalis debiti exhibendi tempus 184
CONNUBIA an proselytis cum Israelitis contrahere licuerit 673
CONSECRATIO Ebræorum latam & profundam habet significationem 290. 291
CONSISTORIA *Ecclesiastica* quando adstructa 682. quo fine instituta ibid. Presbyterio primitivæ Christianorum Ecclesia non dis-

similia ibid. excommunicationis actum an exercere possint ib. sqq.
CONTROVERSIA inter Judæos & Christianos de objecto Jesaiæ oraculi Cap.LIII,10.
CONVALLIS *Dura* 231
CONVIVIA publicani adornarunt, ut Christum audirent 569. 570
*Convivia Judaeorum* intemperantiam & luxuriam pro fine agnoscebant 269
CONVICTUS interdictus 819
CONVITIIS lacessiti benedicere debemus 177
CORDIUM occulta Deus manifestabit ibid.
R. *Moses* CORDUERO quomodo Sephiroth explicaverit 1098. Schechinam cum Metatore coincidere affirmat 735 *b* 740. *g*
CORRECTIONIS seu Διορθώσεως Tempus 937
CORINTHUS immodico Veneris cultu excisa fuit 911
CORPORA justorum num redigantur in pulverem 193. 229
CORPUS & ANIMA possunt sese aliquando, si ratio ab illis exigeretur, a judicio Dei liberare 195
CRIMEN falsum Pharisæi semper objecerunt Christo 584
CRUCIS figuræ Talmudici efficaciam fugendi dæmones adscribunt 903
*Cruci suffigere* mortis reos quomodo soliti fuerint Judæi 122. 123. 157
CULICES *percolare & camelum deglutire* quid 113
CULTUS *Leviticus* certæ saltem genti ad certum tantummodo tempus impositus erat 755. dicitur jugum 763. 774. quadraginta ante templum devastatum obnoxius fuit stupendis mutationibus 903. 904. molestiis plenus fuit 774. cum vitæ periculo conjunctus fuit ibid. cur fuerit abrogandus 757. 758. 774 778. sq.
*cultus Leviticus destructus* multis Judæorum ceremoniis Festisque aliis celebrandis finem præscripsit 557. 761. 770. sq. 774
*cultus Levitici* duratio 758 759. cum profana militia convenientia 458. sqq. 759
CURA crastini diei angere se nemo debet 72
CUTHÆI cives Gallum sibi idolum fecerunt 188
CUTIS fabrica & usus 1062

D.

DÆMONUM *rex* num Salomoni vermiculum Schamir ad poliendos lapides dederit 228. quomodo Salomo illum ligaverit 228. 229
DANIEL vir desideriorum dicitur 31
DARE debemus gratis, gratis quod accepimus 81
DATOREM liberalem Deus amat 196
DAVID *Rex Judaeorum* num jure comedere potuerit panes propositionis 84. 85. 86. cur panes sanctos comederit 591. tentationis potestati semetipsum subjecit 69. Sabbathi die mortuus dicitur 159. 160. quot vicibus una hora cum Bathseba congressus fuerit 96. ultimus fuit, cui Deus Messiam promisit ex ipso nasciturum 1041
*Davidis Sepulchrum* Hierosolymis fuit 161
DECALOGUS quo tempore promulgatus 739. 740. cur inter tonitrua & fulgura promulgatus fuerit 749. an verba Decalogi cum Mose in Monte Sinai habita, etiam totus populus ad radices montis constitutus audivisse 318. sqq.
*Decalogum* totum, una vel simul pronunciatum esse inepte Antiqui Ebræorum contendunt 323
DELICTI confessio & satisfactio apud Judæos quomodo instituta fuerit 1053
DEMOSTHENI cultus Sabbathi admodum religiosus fuit 574
DENTEM pro dente &c. 59
DESIDIA & OTIO Ebræi animos suos inficiunt 575
DETRECTATORUM dentes ne Deo quidem parcere solent 615
DEUS non tantum perfectissime unus est essentia, sed trinunus etiam in personis 1095. 1099. 1114
sufficientissimus omnis fons est & origo 1111. 1114

 per-

per attributa sua sese in mundo manifestat 1099. 1114
de facie ad faciem olim patribus locutus est 383. quomodo vocem in colloquio usurpatam formaverit ib. sq.
an cum successione facere posse 385. sqq.
cur præceperit Judæis arietem mactare 899 900
cur prohibuit Judæis carnibus Suillis vesci 590. 591
hilarem datorem amat 196
dierum Messiæ notitiam sibi soli reservavit 127
est ignis consumens 218
non est immunis a detrectatorum dentibus 615
Festa Judæorum fastidire cœpit 779. 780. 784. 902
legem per omnes populos linguasque circumduxit, nec ab ullo nisi ab Israelitis recepta fuit 167
leges propter nosmet ipsos conservandos dedit 589
quot ab initio præcepta per Mosen dederit 198
memoriam beneficiorum omnium certo die festo conservandam non præcepit 768
mortis tempus hominibus non revelat 159. 160
cur præ cæteris septimum diem sibi elegerit consecrandum 572. 573. 574. 576
eundem sanctificandi Sabbathi diem, quem Moses, elegit 571
propter Israelitas alias nationes non perdat 105. 126
non donum sibi oblatum sed cor offerentis respicit 126
habitat ibi, ubi duo, aut tres in ejus nomine colliguntur 94. 95
occulta cordium manifestabit 177
ex nepotibus etiam impiorum quosdam sub alas divinitatis suæ congregare cupit 115
cur rigorem justitiæ juxta quem interficiendus fuisset Cain executus non sit 506. 507
non est tentator ad mala 219
sedulus & festinus super malum est 224
parum dicit & multum facit 222
peccatores ligare jussit & peccata ipsis servare præcepit 626
insignem egit Proselytorum curam 249
vir sapiens dicitur 129
salutem æternam omnium hominum an velit absolute 849
omnes nationes coram tribunal sua juxta opera ipsorum judicabit 167. 168
quando ultionem ab homine sumat 114
calumniis ab Alphonsibus afficitur 611
*Deum diligentibus* omnia cooperantur in bonum 171. 172. 173
DEUS PATER cur Christum vocet filium suum 395. sq.
DEI *castigationum*, quibus ille suos solet castigare terminus determinari non potest 217
*cultum* scil. adorationem Pythagoras Græcis præcepit 574
*gloria thronus* est altare 226
*judicia acerbissima* maximis permista sunt solatiis 787. judiciorum solatiorumque finis ibid.
*Legatus* quod habeat claves 226
*Lex* aroma s. condimentum vocatur 94. cum ficubus comparatur 105. item cum principe 194. cur & quo tempore data sit 227. non est hæreditas Rabbinis propria 176. pharmacum dicitur vitæ & mortis 194. in societate discenda est 176. an tota sit servanda 221. commoda nostra respicit 590. illam assidue legere debemus & cur 223. argute in Ecclesia illam exponens, bonum quid agit 176
*pœna* a justis in mundo incipit 225
*præceptum* immaculatum servari debet 212
*propositum* secundum electionem manet 173. 174
*providentia* a Lucianis arroditur 611
*Regnum* non venit cum observatione 144. 145
*sapientiæ immensa & φιλανθρωπίας* singulare argumentum 787

*Verbum* sperni non debet 213. 214. non audire sed facere debemus 220. 221. quomodo spernatur 213. 214
*Via* imperscrutabiles 175
DEO pro acceptis ab eo beneficiis gratias agere debemus 210
num boves curæ sint 189
plus obedire debemus quam hominibus 163. 164
DIABOLUS ipsas res Sacramentorum in idolorum mysteriis æmulatur 298
DIES *generationis* regum quid sit 90
*pluviarum* num major sit mortuorum resurrectione 22
DIES quædam solennes apud Judæos Festi Pentecostes titulo gaudent 744. 745. 763
DIES apud Judæos pœnitentiales 958
DIE SABBATHI num opus faciendum sit 85. 86
DIEI crastini cura obruere se nemo debet 72
*expiationis* cultus, ritus & ceremoniæ 956-995
dierum Messiæ notitiam Deus sibi soli reservavit 127
DIFFIDENTIA *Mosis* reprehenditur 216
DIGNITATUM *gradus* apud Sacerdotes Judaicos 906
DILIGENTIBUS *Deum* omnia in bonum cooperantur 171. 172. 173
DILUVIUM *Deucalionis* cum universali illo cujus in Sacris fit mentio an coincidat 560 sqq.
DI NUR fluvius describitur 227
DIONYSIUM Seculorum Tyrannum libido exuit impio 912
ΔΙΟΡΘΩΣΕΩΣ seu Correctionis tempus 937-942
DISCIPULI *Jesu* ægrotis medelam facientibus a Rabbinis non admittebantur 8. an Magistrum suum defunctum furtim surripuerint 908. sq.
DISCIPULORUM *Jesu* numerus & nomina a Rabbinis indicantur 8
DISCIPULOS quot habuerit Hillel Senex 164
DISCORDIA conjugibus scortandi occasionem suppeditabat 3. res est perniciosissima 135. 136
DISPUTANDI methodus Christi contra Pharisæos 578. 580. sq. 585
DIVINA LEX sui studiosum servat 165
DIVINA PRÆSENTIA non quiescit super homines tristes & Melancholicos 205
DIVITES, num liberi sint a legis divinæ studio 140. 141
DIVITIÆ & egestas in qualibet arte reperiuntur 71
DIVORTII & REPUDII differentia 678
DOCTOREM culpa redarguere non debet 73. 74. 169
DOCTORES Ebræorum splendidis ornati sunt nominibus 578. sq. magna gentis auctoritate pollent 584. negant, omnia die expiationis in Sanctissimo perfici a Pontifice Maximo uno introitu posse 962
*Talmudici* pravis suis interpretationibus textum Mosaicum perverterunt 61
DOCTORIS & MAGISTRI Titulus Christo a Judæis attributus fuit 579. 582
DOCTORUM *Theologia Cabbalistica* sententia de Festo Pentecostali 741. 742
DOCTRINA *Evangelica* cur non inter fulgura & tonitrua tradita sit 749. ejus promulgatio æque solennis fuit ac Legis V. T. 746. sqq 749
DOMICILIUM *animarum* quid signific. 11. 12
DOMINIS duobus servus nullus servire potest 141
DOMUS *Abedan* quid sit in Talmud 4. 5.
Nizrephe quid significet ibid.
DONUM oblatum Deus non respicit, sed cor offerentis 126
DUMA vocatur custos mortuorum 3. præfectus spirituum dicitur 36. plenus est oculorum 51. quid agat hora mortis 81
DURA convallis 231

E.

EBIONITÆ legalium Ceremoniarum observantium pressius urgent 305
EBRÆI desidia & otio animos suos inficiunt 575

EBRÆO-

EBRÆORUM DOCTORES negant, omnia die expiationis in Sanctissimo perfici a Pontifice Max. primo introitu posse 962
ECCLESIA claves ligandi a Christo accepit 626. ejus sanctitas in N. T. fideliter vindicata 615
*Christianorum primitiva* diem parasceves jejunio transegit 908
N. T. Christo, non Angelis subjecta est 1182. sq. orbis habitabilis dicitur 1182
*Judaica*, comparatur ad mulierem menstruatam 743. præsentiæ divinæ indicium vocat Schechinam 749. Judæorum & Christianorum Messiæ novi condendi fœderis tribuit officium 776
ECCLESIA *in terra* quid sit 1182
*futura* quid ibid.
ECCLESIÆ nomen quid significet 1052. 1053
*Occidentalis* lex de divortio 685
*orthodoxæ* lex de repudio ibid.
*veteris* Patres quomodo se alioque ad Festum Pentecostale præparaverint 751
ECLIPSIN sol ob res quatuor juxta Rabbinorum sententiam patitur 122
ECLIPSIS *lunæ* juxta Rabbinorum sententiam Judæis malum est signum 121
*Solis* num juxta Rabbinorum sententiam toti mundo malum signum fit ibid.
ECSTASIS Rabb. Josephi 198
EDEN & HORTUS in quo habitavit Adam non differunt inter se 34
EDICTUM de animalibus immundis oneri comparatum a Bechai 822. Excusabat fames extrema ibid. & speciatim milites 823. ac βουλίμῳ laborantes. ib. & malacia gravidarum ibid.
abrogatio ejus probatur ex dictis Jesu 823. Lactantii sententia an locus Act. X, 11. sqq abrogationi faveat ibid. negant Abyssini ib. negativæ probabilitas 824. affirmativa quomodo probetur ibid. an Magistri docuerint, esse parcum Messiæ restituendum 825. abrogatio impugnata ab hæreticis 825. sqq.
EFFECTUS ministeriorum a Pontifice apud Judæos Max. expiationis die peractorum 1010
EGESTAS & DIVITIÆ in qualibet arte reperiuntur 71
E. ELEASAR lictoris officio functus fuit 88. aliquando coram Dei Tribunali condemnabit divites 140. 141. dives admodum fuit 140
ELECTI quod sint numero 21. 22. 137. 138. pro his solis Christum mortuum Calviniani somniant 891
ELECTIO Dei 137. 174
ELEEMOSYNÆ gratæ sunt & acceptæ 79. 80. quomodo sint faciendæ 62. 63. 64. 65. 66. 67
Israelitarum, quid sint 141
ELEPHANTES allatam sibi injuriam reciproce vindicant 541. sq.
R. ELIAS de Seculo futuro quid sentiat 1149 1151. eruditio ejus quanta fuerit 1150
ELIANÆ SCHOLÆ Traditio famosa de sex millibus annorum hujus mundi duratione 1045. 1122
R. ELIESER de diebus Messiæ & Seculo futuro 1123. de ingressu prophetarum in Sanctum Sanctorum 955. de Proselytis Messiæ tempore recipiendis 660. sq. Mensem Tisri multis solemnibus nobilitavit 957
ELUL *Mensis* dies primus apud Judæos decimationem pecoris constituebatur ib.
EMBRYONES num in regno cœlorum recipiantur 98. 99
EMMAUS qui fuerit locus 147
ENCRATITÆ falso & affectatu metu sibi ab esu animarum abstinent 826
ENOCHUS typus fuit Messiæ 1045. 1046. cur Septimus fuerit ab Adamo 1044. 1045. 1046. illi nomen Metatron tributum fuit 1047
ΕΠΕΝΔΥΤΗΣ quale fuerit vestimenti genus 158. 159
EPHEMERIARUM principes apud Judæos 916

EPU-

EPULUM interdiu comedendum est 54
EQUUM & MULUM sibi idolum fecerunt Sepharvajim 188
ERRANTIUM LAPIS quid fuerit apud Judæos 203
ESAVUS circumcisionis notam in se delevit 302
ESSENTIA DEI ac vera ejus natura an per Ebræorum Schechinam sit intelligenda 705
ETHNICA MULIER a Rabb. Gamaliele in atrio gentium benedictionem accepit 937
ETHNICI divortium approbare noluerunt 691
EVANGELICA DOCTRINA cur non inter tonitrua & fulgura promulgata fuerit 340. 749. in quem diem publicatio ejus locanda sit 746. ejus promulgatio æque solennis fuit ac legis V. T. 746. sqq.
EVANGELIUM non clanculum vel in secreto, uti Judæi volunt, datum fuit 745. sq.
EVNUCHI quomodo apud Judæos in gremium ecclesiæ fuerint recepti 259
EVNUCHUS quid sit 98
EXAMEN quodnam Pharisæi cum Proselytis instituerint 649. sq.
*Lepræ*, quomodo instituatur a Judæorum sacerdotibus 1087. sq.
EXCOMMUNICATIO, quomodo in foro Hebræorum vocetur 615
Appellatio ejus Synonymica 616
Græci quomodo exprimunt 617
Actus excommunicandi 618
extra Scripturam apud Scriptores alios quænam Nomina s. descriptiones occurrunt 619
a parte Rei quid sit 620
excommunicationis species ib. sqq.
origo ejus 625
causa efficiens principalis 626. instrumentalis ibid.
potestas excommunicandi cui competebat in Ecclesia Jud. 626. in primitiva Christ. Ecclesia cui competit 627. in nostris qui Lutherani audimus Ecclesiis 628
objectum excommunicationis person. 628
circumstantiæ delicti 629
delicta quæ excommunicationem merebantur 631
processus quo peragi debeat 635. sqq.
Finis primarius 639. secundarius ib.
Effectus 640
Eventus 644
Personæ solventes 646
EXCUSATIONES pauperum, divitum, & impiorum coram Dei Tribunali 139. 140. 141
EXHÆREDATIONIS apud Judæos ansa 98
EXILIUM triplicia expiat 43
Exilii vasa quæ per hæc intelligantur 195
EXPIATIO non fit sine sanguinis effusione 216
*Christi* num animarum defunctorum peccata extinxerit 1028. sq.
*Expiationis diei* cultus, ritus & Ceremoniæ 956--995
*anniversaria* Pontif. Max. in V. T. cum Christi æterna expiatione comparatio 1013
expiationis perfectio & plenitudo per Messiam promissa ex quo conjicienda sit 1025
EXPIATORIA SACRIFICIA Judæorum fuerunt typus Christi satisfactionis
EXPLICATIO & sensus verborum Ps. XCI, 10. 7. Textus Cap. XLVI, 11. Esaiæ 196. Rabbinorum de v. 7. cap. XLIX. Jeremiæ 4. de Esaiæ LI, 16. p. 3. 4. Textus Amos IV, 7. p. 14. Rabbinorum Textus Mich. VII, 8. 198. 199. Textus Matth. VI, 2. 66
EZECHIEL *Propheta* Spiritus S. beneficiorum disertus fuit præco 787. ejus visio de mortuorum resurrectione num sit veritas an parabola 229. 230. quos defunctos resuscitaverit 230. 231

## F.

FABULA de carne cœlitus descendente 152. 165. de dialogo inter Deum & Messiam de ab æterno humano genere redemptionis

consilio 850. de Pontifice apud Judæos maxime Simone justo 993. de vermiculo Schamir 228
FACERE aliis debemus ipsi quod cupimus 75
FAGIUS cum Judæis decimum quintum mensem Nisan redemptioni per Messiam conferendæ determinat 906
FAMA & RUMOR Christi ad omnium Judæorum aures pervenit 578
FAMAM *celebritatis* ob periculum affectare non facile debemus 112.113
FERMNETUM *vetus* quid sit 178. expurgare debemus ibid.
FESTA *Judæorum* aliis gentibus celebranda non veniunt 769. hæc Deus fastidire cœpit 780 784 902. omnia post Messiæ adventum abrogari debent 767. 779
FESTI *Messis* ratio 769
*Paschatis* eligendi quid ansam dederit 898 896. 900. ad tempus usque Messiæ celebrari tantummodo debuit 761. 762. 767.768
*Pentecostalis* appellationes 744. 751. rationes 744. 745. proprium nomen 737. variæ interpretationes 752. 897. 901. ejus vanitatem Deus diutius ferre recusavit 755. 758. 777
*Septimanarum* ratio 768. abrogandi rationes 752--756. 767--770. 777.
*Tabernaculorum* apud Judæos solemnia & ceremoniæ 153. 154. 155
FESTIVITATES Judæorum & oblationes Sacrificiorum arcto inter se vinculo colligatæ fuerunt 761. 762
FESTO *Pentecostali* cur Judæi herbas virides per plateas perque ædes privatas sparserint 740 Spiritus S. de altissimis datus est 741. quomodo Patres veteris Ecclesiæ se & alios aptos reddere curaverint 751. Christianorum Pentecostali Asarthæ Judæorum cedat necesse est 756. 768
FESTORUM apud Judæos abrogandorum causa vera non fuit nimium gaudium ac lætitia 783
FESTUM quid sit 903
Judæorum quodvis solennius celebrandum tria requirebat necessaria 902. 903
*Judæorum* Asartha 737. 738. 741. 760. sq.
*Azymorum* apud Judæos 752
*Messis* apud Judæos solemne 752. 753. quando celebrari debuit 763
*Paschatis* tempus libertatis vocatur 901. solis Judæis erat celebrandum 897. 901. 902. ex qua causa institutum 897. 898. 899. 900. 902. cur abrogatum sit 897. 904. 905 907. sq.
*Pentecostale* Christianorum in Judæorum Festivitatis Septimanarum locum surrogatum fuit 770. 777
FESTUM *Pentecostes* dies est quo Lex Dei promulgata fuit 738 739. 740. 741
*receptionis Israelitarum sub alas Majestatis divinæ*, dicitur Festum Pentecostes 744
*resurrectionis Domini* in locum Paschatis Judæorum surrogatum fuit 897
*Septimanarum* est pars Cultus Levitici 770. 773. 777. dicitur Festum Pentecostale 762. nemini Judæorum extra Palæstinam exulantium observandum incumbit 752. 753. 755. 759. abrogandum fuit 770. 777
*Unionis Ecclesiæ* cum sponso suo dicitur Festum Pentecostale 744 sq.
FICUBUS Lex divina comparatur 105
FIDES opibus carere non debet 222
*Abrahami* laudatur 216
Judæorum insignis in Messiam 1140. sq.
FIDEI parvæ homines qui sint 72
FIDUCIAM in Christum Judæi & Herodiani discipuli simularunt 570
FIGMENTUM Antiquit. Scriptorum Judæorum de verbis ore Dei in monte Sinai pronunciatis 748
*Rabbinorum* de morte Christi 8. 12
*Scholæ Judaicæ* de igne, qui de cœlo deciderit 747
FIGURÆ *crucis* Talmudici efficaciam fugandi dæmones adscribunt 903
FILIA *fossæ* quid denotet 354. sq.

FILIA

FILIA *vocis* quid Ebræi æque ac Christianorum multi per illam intelligunt 350. sqq. an pro specie Prophetiæ sit habenda 358. sq. an de Spiritu S. intelligi posse 359. an Angeli Autores filiæ vocis dicendi sint 367
FILIAM suam quomodo quis profanare possit 221
FILIATIO Messiæ æterna unde possit probari 878
FILII *Abrahami* qui sint 155
*coenaculi* cœlestis quot sint numero 21. 22. 137. 138
*Olei* Zach. IV, 14. qui sint 13
FILIUS *aquaductus* quid denotet 354
*Dei* quare dicatur λόγος 879
*lapsorum* vocatur Messias 14
*Mallei* quid significet 354
*Muri* quid 353. sq.
*Stada* quis fuerit 1. 2
FINIS solatiorum judiciorumque Dei acerbissimorum 787
FLAGELLATIO apud Judæos describitur 196. 197
FLUVIUS *Di Nur* describitur 227
FOEMINÆ quomodo baptizatæ fuerint apud Judæos 274. 275
FOEMINA res est morte acerbior 181. quomodo videatur mala 182. in quonam viro sit adjutorium 181. num concipiat si vir stans cum illa rem habeat 43
*Foeminæ* vir debitam benevolentiam reddat 182. 183. 184
*Foeminas circumcidendi* mos apud Æthiopes 258
FONTES & PUTEOS honoris causa gentiles coronabant 756
*Fontium dignitas* magna deprædicatur 236
FORMOSI num liberi sint a legis divinæ studio 140. 141
FORNICATIONIS evitandæ causæ quilibet suam habeat uxorem 179. 180. 181
FUNDATIONIS lapis in templo Judæorum secundo, quid significaverit 95
FRUCTUS qui apud Judæos a decimis de iisdem dandis liberi fuerint 136. anni septimi apud Judæos non erant negotiandi 807

G.

GABRIEL *Angelus* præfectus maturationi fructuum dicitur 136
GALILÆORUM pronunciatio qualis sit 119
GALLINAM sibi idolum fecerunt cives Babyloniæ 188
GALLICINIUM Judæis pro auguriis inserviebat 119. 120
GALLUM sibi idolum fecerunt cives Cuthæ 188
RABB. GAMALIEL in atrio Gentium ambulans mulierem gentium benedictione beavit 937. fratri suo Simeoni ob primogenituram prælatus fuit 926. de festo Paschatis sententia 893
GAM ZU qui fuerit, & cur nomen hoc acceperit 172. 173
GAUDIUM in Festis celebrandis a Deo non prohibetur 783
*nimium* Festorum apud Judæos abrogandorum causa vera non fuit ib. sq.
GEHENNA ejusque ignis 112. 219
*gehennæ faucibus* num quis eripi possit 76. 77. 78
GEKATILIA: de Schechina quam habeat sententiam 712
GEMARISTARUM fabella de Pontifice apud Judæos Max. Simeone Justo 993. de festo Pentecostali sententia 765. 767
GENERATIO Eccl. I, 4. quid significet 3
*Hominis* utrum fiat per traducem an per animæ in corpus infusionem 12
*Messiæ* æterna unde probetur 878
GENERATIONES s. GENELOGIA Majorum Messiæ recensentur 1040..1042
GENESARETH denominatio ejusdemque ratio 151
GENS JUDAICA Jesaiæ vaticinium Cap. LII, 13. de se vult exponere 835. 836 sq.
GENTILES Levitarum castra apud Judæos in-

ingredi poterant 973. honoris ergo puteos coronabant 756
GENTILIS num Legem Dei legere debeat 207
GENTILIUM idolum in Sacris Abominatio dicitur 898
GERMEN *Jehova & Fructus Terra* Jes. IV, 2. explicatur 788. 789. 795
GERSON *Christianus* de Schechina quam habeat sententiam 709
R. GERSON de Thuribuli usu, quamdiu scil. die expiationis in Ecclesia Judaica duraverit 952
GLORIA *Domini* olim apparens quomodo describitur 702. 422. sq.
GLORIÆ *divina* thronus 226.
GOLAL Lapis sepulchro incumbens a Talmudicis vocatur 123
GRADUS dignitatum apud sacerdotes Judaicos 916
GRÆCA LINGUA quantum valeat in Talmud 9. 10
GRÆCORUM sapientia rejicitur 11
GRATIAS Deo pro acceptis ab eo beneficiis agere debemus 210
GRATIS dare debemus, gratis quod accepimus 81
GRAVIDÆ *mulieri* carnem suillam suadent Judæi 591
GREGARII sacerdotes apud Judæos 916
GREGARIORUM sacerdotum apud Judæos amictus qui fuerit 936. ingressus in Sanctum sanctorum ad certum tempus erat restrictus 633
GREGORIUS *Nazianzenus* de vero agno Paschali 908. de Baptismo initiationis 299. explicat vocem paschatis 897. ejus sententia de Apostolis 872. de Festo Christiano-Paschali 908
*Hugo* GROTIUS explicat Loc. Jes. XXXIX, 6. 7. 915. it. Ebr. Cap. IX, 7. 969. 967

H.

HABENTI dabitur & abundabit 88
HÆRESIS Hebræorum describitur 1054. sqq.
HALLOIXII falsa interpretatio verborum Ignatii 757
HEBRÆI quodnam cum Proselytis instituerint examen 649. sq. 655 660. quales Proselytos recipere soleant 650. 656. sq abjecte admodum de Proselytis sentiunt 650. 651. cur Proselytos habeant suspectos 651. 652
HEBRÆORUM audacia in conquirendis Proselytis 601--663. illorum cura de conquirendis Proselytis 649 651. consecratio latam & profundam habet significationem 290. 291
HEPAR Canis contra rabiem caninam adhibetur 591. sq. 600
HERBAS virides cur Judæi Festi Pentecostali per Plateas perque ædes privatas sparserint 740
HERODES rex qui fuerit genere &c. 44. 45. 46. quale apud Judæos templum extruxerit 46. 115 116
HERODIS & PILATI amicitia restaurata 146
HERODIANI *fiduciam in Christum simulaverunt* 570. *maxime studebant Christum e medio tollere* ibid. *innocentiam Christi perdere laborarunt* ibid.
HIERONYMUS de Baptismo salutari 299
HIEROSOLYMA civitas apud Judæos intra distinguebatur castra 936. illam adire leprosis minime licebat 937
*Seculi præsentis & Seculi futuri* 199
*superna & inferna* 199. 200
HIEROSOLYMAM *Seculi* futuri tres vocati ingredientur 200
HILLEL pauper admodum fuit 139. 140. aliquando coram Dei tribunali condemnabit pauperes 139. 140. 141. quot habuerit discipulos 144. ejusdem mos recipiendi Proselytos 667. sq.
HILLELIANORUM de divortio sententia 57. opinio messis festo offerendis 765. de repudio 57
HIPPARCHUM libido interfecit 912
HIRCANI audacia in conquirendis Proselytis 662. sq.

HIRCI duo expiationis die apud Judæos forti subjiciendi quales esse debebant 991. sq. a Pontifice Max. quomodo fuerint expositi 991. in V. T. sortioni subjiciendi quid significaverint 137. 1031-1033.1036
HIRCUM *calvum* sibi idolum fecerunt cives Emathi 188
HIRCUS *Emissarius* in V. T. quid significaverit 1030. 1031. 1034. num Christum præfigurasse dici possit 859. per quem apud Judæos adduci debuerit 1001- 1002.1036
R. HISKIÆ sententia de messis festo offerendis 765
HOMERITÆ circumcisionis ritum servarunt 257
HOMINES res septem latent 37. cum piscibus comparantur 123. 124
*fidei parvæ* qui sint 72
HOMO usque quo hospitium suum mutare debeat 132. absque uxore manere non debet 180. perpetuo in tria dividat annos suos 204. laborem diligere debet 208
*primus* quo die creatus fuerit 908
*primus & secundus* qui fuerit 1048.sq.
HOMINIS appellatio in Scriptura S. de Christo testatur fuisse verum hominem 881
*generatio* quomodo fiat 12
HOMINUM salutem magis curare quam animalium debemus 607
HORDEI sex modios cur Boas Ruth dederit 34
HORTUS in quo habitavit Adam, & EDEN num inter se differant ibid.
HOSPITIUM suum usque quo homo mutare debeat 132
HOSTES *Christi* omnium iniquissimi fuere Pharisæi 570
HULSEMANN de Baptismo salutari ab Ezechiele propheta descripto quæ sentiat 299
HUMILIS exaltabitur 112. 113. 139
R. HUNA de seculo futuro quid sentiat 1159
HYPOCRISIS Pharisæorum & Scribarum 112. 113. illorum, qui Christum accusarunt Sabbathi profanati 585. sq. 198

# I

R. JACOB de Seculo futuro quid sentiat 1119. 1120. 1121
JACOBI fides laudatur 216
JANNES & JAMBRES restiterunt Mosi 212. 213
R. *Sal.* JARCHI de aptatione lucernarum a Pontifice apud Judæos observanda quid sentiat 982. de sanguinis aspersionibus, quas Pontifex apud Judæos Max. administrare debebat 998. de variis aspergendi ad Aram sanguinem modis & ceremoniis apud Judæos consuetis 977. sq. de sec. futuro 1118
ICTERUM s. *aeruginem* Judæi carne asini tollere curarunt 591. 602
IDIOTÆ Sacerdotes apud Judæos 916
IDOLA cur sibi fecerint Israelitæ 188
IDOLOLATRIAM exercentes quomodo alios apud Judæos seduxerint 2. quomodo Judæi illos puniverint ibid. Abarbanel gravissimum peccatum judicat 104
IDOLUM in mundo nihil est 188
*gentilium* In sacris dicitur Abominatio 898
DOLORUM varia gentium genera 188
IDUMÆI circumcisionis morem servarunt 257. sub Hircano a Judæis circumcisionem acceperunt 300.301.302
R. JEHUDA de diebus Messiæ & seculo futuro 1144. 1147
vid. & R. JUDA
JEJUNIA quomodo Judæi indicere soleant 1051
JEJUNIUM propter verba legis quid efficiat 49. Christiani ecclesiæ primitivæ parasceves die instituerunt 908
JEREMIAS *propheta* Spiritus S. donorum disertus fuit præco 787
JERICHO urbs quo die a Josua expugnata fuerit 603
JESAIAS *Proph.* unde ita denominatus 779. Spiritus S. donorum disertus fuit præco 787. Evangel. historiæ scriptor haud immerito dicitur 788. duo notatu digna tempora Judæis ante oculos posuit ibid.

JESU *discipuli* ægrotis medelam parantibus a Rabbinis neutiquam admittebantur 8 *mors* ejusque causa a Rabbinis traditur 8. 12
JESUA Sacerdos summus a Nebucadnezare in fornacem ignitam conjicitur 146
JESUS Panthiræ filius vocatur 2. blasphemia atrocissima a Rabbinis impie affectus legitur 6. quot juxta Rabbinorum sententiam discipulos habuerit 8. magicas artes exercuisse dicitur ibid.
IGNATIUS Christi martyr eximius 757
IGNEÆ *scintilla* ex ore Ribbi & Rabi egressæ dicuntur 226
IGNIS *consumens* Deus dicitur 218
IGNIS inferni inextinguibilis est 125
IGNI duplicem adscribit virtutem Clemens Alexandrinus 791
IMITARE Synecdochice usurpatur 246
IMMERSIONEM sub aquas magnifacere solent Judæi 235. 236. 237
IMMERSIONE aquæ omnia purificantur 235. 236
IMMUNDA quæ fuerint Pharisæis 237
IMPII cum ficubus comparantur 91. 92. 106. solent multum dicere, & ne parum quidem facere 222. cui sint similes 106. coram Deo in judicio extremo compArituri, Deumque de lege de integro servanda rogaturi dicuntur 102
IMPLETIO manuum quid significet apud Talmudicos 933 cur instituta fuerit in inauguratione Pontificis apud Judæos Max. ib. sqq. cur fuerit observanda 933. multis objecta est sententiis 933. sqq. quousque duraverit 934
IMPLETIO manuum, inunctio & vestes signa & media erant Pontificis apud Judæos M. consecrandæ 923. 933
IMPOSSIBILIA quomodo exprimant Hebræi 100
IMPUDENTIA pessimum est vitium 132. 133. 134
INAUGURATIO Pontificis Max. apud Judæos triplicia requirebat observanda 926. inaugurationis actus Proselytorum apud Judæos
INFANTES num participes fiant regni cœlorum 98. 99
INFANTUM *Baptismus* quomodo sit instituendus 708
INFERNI ignis quando creatus sit 125
INIMICO tuo, dum es in via, obedito 136
INIMICOS nostros num odio persequi debeamus 60. 61
INITIATIONIS *Baptismus* quid sit 248
INJURIA affecti benedicere debemus 177
INNOCENTIA Christi Judæi pessundare annixi sunt 718
INNOCENTIÆ signum apud Judæos 120
INSIDIAS Christo parare Judæi semper curarunt 369
INUNCTIO manuum impletio ac Vestes signa & media Pontif. apud Jud. Max consecrandi 926. 933
*Vasorum* sanctorum a Mose facta explicatur 438. an tempore secundi templi apud Judæos necessaria fuerit ib. sq.
*Pontificis Max. apud Judæos* describitur 930
R. JOCHAI de expiationis remedio 1012. Messiæ tribuit quod olim, vigente cultu Levitico, præstiterint sacrificia, istius typus 763
R. JOCHANAN falsæ explicat verba Jesaiæ de Festis a Deo institutis 783. ejus opinio de messis festo offerendis 765
JOEL *Propheta* Spiritus S. beneficiorum disertus fuit præco 787
JOHANNES *Damascenus* quæ de Baptismo per nubem & mare sentiat 299
JOHANNIS *Baptismus* cur a Judæis examinatus fuerit 301
JONATHAN *Paraph. Chald.* quomodo germen Jehovæ Jes. IV. 2-4. explicaverit 788. quomodo locum Jesaiæ Cap. LIII, 10. interpretatur 839. Talmudici illum æque majestatis divinæ participem prædicant ac Mosen 788

R. JONATHAN de Schechina qualem habeat interpretationem 716
R. JOSE *Galilaus* de Paschali agno præparando 903
*Flavius* JOSEPHUS de Judæorum Baptismo 296. de Festis Judæorum & ceremoniis, quibus sacrificia iidem Deo obtulerint 761. de Festo Pentecostali 737 de Pontifice *M.* apud Judæos 921. 924. de successore Pontificis *M.* apud Judæos 924. 925 sq. de divortio apud Ebræos 688. 700 de unguento in inauguratione Pontificis apud Judæos M. adhibendo 930. de sanguinis aspersione quæ apud Judæos in vasibus tabernaculi consecrandis inunctione juncta fuit 939. de Vasibus templi apud Judæos mentionem fecit ibid. de loco, qui in ecclesia Judaica Sanctus Sanctorum dicebatur mentionem fecit 946. contenta arcæ fœderis in ecclesia Judaica describit ibid. sq. mense Tisri, ut vult R. Eliezer e Carcere egressus est 957
R. JOSEPH de Proselytis tempore Messiæ recipiendis 661. quomodo decem Sephiroth explicarit 1102. sq. aliquando coram Dei tribunali condemnabit formosos & impios 141. ejus ecstasis 193
JOSUA die Sabbathi Jerichuntem expugnavit 603. in distributione terræ Canaan decem conditiones stipulatus est 48
R. JOSUA quomodo artem Magicam ex Ægypto extulerit 1
JOSUA & MOSES optimi interpretes præsumuntur Legum per alterutrum ipsorum latarum 753
JOTA unum non transiverit de lege 49
ISAAC filius Abrahami num fuerit puer expostitius 61. 62
ISAACI fides laudatur 216
R. ISAACI traditio de Messiæ adventu 16
R. ISAACIDES quomodo germen Jehovæ Jes IV, 2-4. explicaverit 788
ISMAELITÆ circumcisionis mores servarunt 257
ISRAEL terræ toti conveniret, ut locus sit altaris 226
ISRAELITÆ circumcisionem in Ægypto non exercuerunt 300. cur sibi fecerint idola 188. quomodo sub Mose aqua & nube fuerint baptizati 288. 289. omnium tribuum ossa secum exportarunt ex Ægypto 164. quo tempore Deo per baptismum initiati & mancipati fuerint 287. 288. 289 ut requiescerent, a Deo Sabbathi sanctificandi præceptum acceperunt 571. antea sine lege Dei servi fuere 742
ISRAELITARUM causa Deus alias nationes non perdet 105. 106
*eleemosyna* quid sint 141
*mundities* 237. 238
ITER *Sabbathi* quantum apud Judæos fuerit 160. 161
R. JUDA de Messiæ adventu 14. de diebus Messiæ & seculo futuro 847
JUDÆI quomodo Christi divinitatem adimant 306. munus Christi docendi arguunt ibid. novam legis vel doctrinæ promulgationem urgent 307. abjecte de resurrectione Christi sentiunt & loquuntur 338. beneficia Christi die Sabbathi facta, tanquam turpissimum facinus improbarunt & accusarunt 585. Doctoris & Magistri nomine ornarunt 579. non vulgo, sed sapientiæ Magistris Christum annumerarunt 578. Christo insidias struere, quovis tempore studebant 569. Christum & suis & aliis gentibus invisum reddere quærebant 570. annos suos mense Tisri inchoant 957. pro varietate rei numerandæ varia constituunt anni principia ibid. quoties ad conflictum cum Christianis se præparant, similem novæ doctrinæ urgent promulgationem, ac veteris 745. quomodo collocaverint Christi insidias 570. quem in instituendis conviviis habuerint scopum 570. carnem suillam suadent gravidæ mulieri 591. quali illos, qui alios ad Idololatriam seducere studebant, pœna affecerint 2. temerarii admodum insignis adventus Messiæ petendis 27. 88.

88. Doctores suos splendidis ornarunt nominibus 574. multa ecclesiæ suæ membra ipsis angelis sanctiora putant 605. censent singulos homines a Deo mense Tisri judicari 957. quadruplicem Pontificis Max, die Expiationis in Sanctum Sanctorum ingressum statuunt 956. 957. 960. 961. 962. quomodo jejunia indicere soleant 1051. mirum in modum de legis promulgatione exultare solent 745. duplicem annum habent sacrum & civilem 1052 dum demum vere libere evaserunt, cum legem a Deo acceperunt 744. libertatem suam eliciunt, ubi pauci eandem inveniunt 743. filiarum suarum vulvam perforare solebant 55. quomodo & cur filiarum suarum vulvam perforaverint ibid. scandalum manibus datum quomodo punire fuerint soliti 56. Messiam ardentibus desiderant precibus 654. quomodo Messiæ dies considerent 1048. quomodo auraginem f. Icterum curare voluerunt 591. asinorum canumque ægrotis porrigere solent 591. quos olim Magistri titulo honorarunt 580. quibus celebraverint solemnitatibus Festum Pentecostale 740. cur Festo Pentecostali herbas virides, & gravamina per plateas, perque ædes sparserint privatas ibid. primitias quando afferre jussi sunt 753. abjecte admodum de Proselytis sentiunt & quare 651. 652. quales recipiant Proselytis 651. 656. quodnam cum Proselytos instituerint Examen 650. 651. 656. 670. bellum inferre vel depellere die Sabbathi non verentur 601. 692. fastu & superbia insigni tument 606. 607. quomodo appetitui insatiabili mederi fuerunt soliti 591. de prærogativa, quod Abrahami filii sint gemini supra modum gloriantur 605. quid de sua filia vocis graduum propheticorum minimo somniant 375. quem mensem & diem redemtioni per Messiam conferendæ determinent 406. quibus solemnitatibus & ceremoniis Deo obtulerint sacrificia 761. Deum defraudare non erubescunt 608. ipsimet labores die Sabbathi peragunt 593--608. num vere Septimum ab orbe creato diem pro Sabbatho coluerint 576. soli obligabantur Festum Paschatos celebrare 897. 901. sq. an matrimonia distraxerint 688. Loco Jes. LIII, 10. contradicentes, quomodo convincendi sint 834--846. quos morbos judicaverint periculosos 599. canis rabidi morsu læsis qualem fecerint medelam 591. 600. cur suibus interdicti sint 590. 591. Judæis cur multorum animalium usus sit prohibitus ibid. paraphrasten Chald. Jonathanem æque majestatis divinæ participem judicant ac Mosen 790. sq. cur porcos alere non debebant 79. tibicines magni fecerunt 81. quot habuerint vigilias 90. panem absque manuum lotione non edunt 90 91. tempus secundum lunam metiuntur 121. quomodo mortis reos suspenderint 122. 123. 157. se ipsos supra omnes populos extollunt 169. 170. 175. ex gallicinio augurari solebant 119. 120. non habent cum Samaritanis commercium 149. alienigenarum judiciis num sint subjecti 178. 179. quod matrimonii ineundi tempus statuerint 179. quomodo flagellationem instituerunt 196. 197. quos lapidare soliti fuerint 155. quem in sumendis cibis servaverint ritum 239. 240. 241. convenientiam cum Christianis non affectant 304

JUDÆIS Ethnicorum matrimonia negata 820. non licebat occidere quemquam tempore Pilati 156. 157

JUDÆORUM audacia in conquirendis Proselytis 662. sq. Baptisteria 274. 275. 276. 277. baptismus a Corn. Tacito describitur 269. baptizandi modus 283. 284. 285. 286. Ceremoniæ in Festo Paschatis 899. Doctores insigni gentis autoritate pollent 884. illorum Festa Deus fastidire cœpit 780. 784. 902. Festa omnia post Messiæ adventum abrogari debent 767. 779. aliis gentibus celebranda non veniunt 769. Festivitates Sacrificiorumque oblationes arcto inter se vinculo obligata fuerunt 761. 762.

762. Judæorum Festum quodvis solennius celebrandum tria requirebat necessaria 902 963. Festum Martha 737. 738. 741. 760. sq. hoc Christianorum Pentecostali cedat necesse est 756. *Septimanarum* abrogandum fuit 770. 777. fides insignis in Messiam 1140. sq. libertas regia rejicitur 902. e captivitate Babylonica in patriam reversorum miseria describitur 722. Festum Pascha cur institutum sit 891. 892. 893. 902. præcepta in Festo Paschatis observanda 998. 899 Judæorum & Proselytorum differentia 673. 674. Judæorum rex & promissus Messias est Christus 582. ritus novos Tacitus annotavit 898. ritus de agno Paschali 905. 906. Scholæ figmentum de igne, qui de cœlo deciderit 747. Servitus in Ægypto mense Tisri, ut statuit R Eliefer cessavit 957. societatem & festa fugere debent Christiani 757. 769. stultitia delineatur 607. templum desolatum multis eorundem ceremoniis festisque alias celebrandis finem imposuit 761. 770 775. deliria de corpore Christi furtim surrepto 909. modus & ceremoniæ reos lapidandi 7. jus de nudato mulierum capite 190

JUDÆUS *Meidenburgens.* fœtore & stercore cloacæ suffocatus 611

JUDAICA *Ecclesia* mulieri menstruatæ comparatur 743. præsentiæ divinæ indicium vocat Schechinam 749

JUDAICA *gens* sola servitutem Ægyptiacam sustinuit 755

JUDEX personam aspicere non debet 221

JUDICES Synedrii apud Judæos Majoris quot fuerint numero 131

JUDICIA aliter se habent quæ de pecunia quam quæ de capite habentur 120

*Dei acerbissima* maximis permista sunt solatiis 781. finis acerbissimorum, solatiorumque judiciorum Dei ibid.

JUDICIUM de Socio nostro ferre non debemus 72. quæ erat Hierosolymis, magnum capitalis supplicii reos interficiendi potestatem habebat 118

JUDICIUM facere quid significet 199

JUNIUS & TREMELLIUS quomodo verba Ebræa Prophetiæ Jesaianæ Cap. LIII, com. m. 10. vertant 833

JURA *matrimonii & sponsalium* apud Judæos 44

JURA & LEGES proselytorum 675

JURAMENTUM edere non facile debemus 58

JUS *Judæorum* de nudato mulierum capite 190

*Rabbinorum* remediæ incertæ minusque cognitæ virtutis in usum tranere non permittit 599. sq.

JURIS & JUSTITIÆ neglectum Christus Pontifici Max. Judici suo objicit 578

JUSTI cum ficubus comparantur 91. 92. solent parum dicere & facere multum 222. primi sunt ad poenam Dei 223. quid facturi sint annis illis quibus Deus mundum renovaturus est 229. splendebunt sicut sol 89.

JUSTINIANUS *Imperator* divertendi potestatem liberiorem reddit 684

JUSTINUS *Martyr* de agno Judæorum Paschali sententia 904. baptismum initiationis Judæorum affinem agnoscit Christiano 298

JUSTITIA externa Pharisæorum 114

JUSTO lex non est posita 209

JUSTORUM corpora an redigantur in pulverem 193. 229

JUSTUS per fidem suam vivet 189 199. justificetur adhuc 231. 232

K.

KARÆI de Festo Pentecostali a Rabbanitis diffident 751. 752

KARÆORUM Secta describitur 751 sq. error de Festo Pentecostali 740. sententia de Legis promulgatæ tempore 746

R. *Joseph* KARO de gradibus sacerdotum apud Judæos 917. de aptatione lucernarum a Pontifice apud Judæos curanda 982.

R. *Isaac* KARO quid de diebus Messiæ sentiat

tiat 1060. de Lepræ Hebræorum morbi speciebus 1061. de caufis lepræ phyficis 1083
R. KATINÆ traditio de Meffiæ adventu 1092
R. David KIMCHI quid fentiat de loco Jefaiano Cap. LIII. com 10. 776. vana ejus fententia & falfa explicatio v. 15 cap. XXXV. Jerem. 776. rectiffime expofuit v. 2. 3. 4. Cap. IVJ. efaiæ 901. 992. de faftidio loquitur quod Deus erga Judæorum Fefta habuit 780. de Sacrificio a Pontifice Max. expiationis die mane mactando 975. de Seculo futuro qualem habeat fententiam 1156

L.

LABOREM homo diligere debet 208
LABORES die Sabbathi ipfimet Judæi inchoant & abfolvant 593 608
LACEDÆMONII an repudium permiferint 686
LÆTI & ALACRES Dei fruuntur præfentia 205
LÆTITIA in feftis celebrandis a Deo non prohibetur 789. fq.
Feftorum apud Judæos abrogandorum caufa vera non fuit 784
ob legem publicatam dicitur feftum Pentecoftale 745
LAMPADUM refectio in V. T. quid fignificaverit 1033
R. LANIADO falfa de Feftis apud Judæos abrogandis fententia 782. quid per Spiritum ardentem & Spiritum Judicii v. 4. Cap IV. Jefaiæ intelligat 790. 791
LAPIDARE quos folitifuerint Judæi 155
LAPIDANDI modus & ceremoniæ apud Judæos 7
LAPIS errantium quid fuerit apud Judæos 133
fundationis in templo Judæorum fecundo, quid fignificaverit 951
fepulchro incumbens quomodo a Talmudicis vocatus fit 304
LAPSUS Adami quo die contigerit 1046
LAUS legis dicitur Feftum Pentecoftes 745
LEGATUS Dei quot habeat claves 226
LEGES Dei commoda noftra refpiciunt 590
LEGES & JURA Profelytorum 675
LEO Imperator divertendi poteftatem liberiorem reddidit 685
LEPRA Hebræorum morbus 1080. inter morbos incurabiles locum habet 1081. 1089. qualem fibi pofcat medelam & curam 1051
ejus ὀνοματολογία 1058. 1062. 1063. 1064
Subjectum 1058. 1059. fq. 1061. 1062. 1075 fq.
differentia & fpecies 1075. 1078. 1080. 1081
caufæ hujus morbi quotuplices fint & quales 1081-1086
prognofis 1085--1089
Signa pathognomonica & univerfa 1076--
Mofes 1078
examen quomodo inftituatur a Judæorum Sacerdotibus 1088
Lepræ mentionem præcipue & primo fecit 1060
LEPROSIS apud Judæos civitatem Hierofolymam ingredi non licebat 937
LEPROSUS Chriftus a Rabbinis appellatur 30
LETAA quid fit 812
LEVI cur claudicatione laboraverit 62
R. LEVI Barzelonita quindecim recenfuit præcepta apud Judæos in Fefto Pafchatis obfervanda 912
R. LEVI Gerfonides de caufa lepræ nat. 1060
LEVITARUM caftra defcribuntur 937. fubdividebantur in atrium commune f. profanum, antemurale & atrium mulierum ib. gentiles num ingredi potuerint ibid. fanguinis fluxu laborantibus & puerperis an confcendere licitum fuerit ibid.
LEVITICUS cultus jugum vocatur 763. cum profana militia convenit 418. 759. molefiis plenus fuit 774. cum periculo vitæ conjunctus fuit ibid. certæ faltem genti ad certum tantummodo tempus impofitus erat 755. quadraginta ante templum defolatum

latum annis obnoxius fuit stupendis mutationibus 903. 904. quamdiu duraverit 755. cur fuerit abrogandus 757. 758. 774. 778. destructio ejus multarum apud Judæos ceremoniarum, festorumque alias celebrandorum finem post se reliquit 557. 561. 570 sqq. 774

LEVITIS Sacerdotum obire munus interdictum erat 937

LEX *Dei* cur inter fulgura & tonitrua promulgata fuerit 104. cum ficu comparatur 105. aroma s. condimentum vocatur 194. justo non est posita 209. comparatur cum principe 194. hominibus idem præstat, quod piscibus aqua 123. 124. non est hæreditas Rabbinis propria 176. pharmacum est vitæ & mortis 194. sui studiosum servat 165. in societate discenda est 176. an tota sit servanda 221. cur & quo tempore data sit 227 sperni non debet 213. 214. quomodo spernatur ibid. num gentili legenda sit 207

LEX *Mosis* est e cœlo data 213. 214. quamdiu duret 18

LEGEM suam Deus per omnes populos linguasque circumduxit, nec ab ullo, nisi ab Israelitis recepta fuit 167

*Legem Dei* argute in ecclesia exponens bonum quid agit 176. illam non audire, sed facere debemus 220. 221. Christus Israelitis ad montem Sinai consistentibus promulgavit 289. assidue illam legere debemus & cur 223

*Legem* mulier nec discere nec docere debet 202. 210

discens sed non repetens diligenter cui similis sit 214

LEGIS opus in cordibus scriptum 169

LEGIS divinæ oblivio undenam veniat ib.

LIBELLI cujusdam famosi autor non dubitavit mendacii notam Christo inurere 611

LIBER quinam primum in Codice biblico locum mereatur 119

LIBERI educandi sunt in disciplina & correptione Domini 20 :.203 204. 205. ad ir m non sunt concitandi 205

LIBERTAS. Judæorum regia eluditur 104

LIBERTATEM suam eliciant ubi p. uei eandem inveniunt 144

LIBIDINIS pravitas & concupiscentia mulierum Chaldææ 231.

LIBRI sacri quales sint Lex, Prophetæ &c. omni lingua scribi possunt 9. 10

R. LIPMANNUS quomodo vaticinium Jes. LIII. cap. v. 10 intelligat 838. falsam sententiam & explicationem R. Dav. Kimchi approbat de v. 15. Cap XXXI. Jer. 7. 6

LITURGIARUM Principes apud Judæos 917

LOCUS combustionis piacularibus destinatus apud Judæos, quotuplex fuerit 1005. 1006. in quem ingredi debebat Pontifex Max. apud Judæos dicitur Sanctum Sanctorum 935. in quo Pontifex apud Judæos M ministerium facere debebat, describitur ibid. sq. in quem ingredi debebat Pontifex apud Judæos Max. multa dubia, multasque procreavit controversias 935

LOCUSTÆ Esca Johannis, describitur 47. mundæ 799

LOQUI temere & otiose non debemus 219. 220

LOTHUS quem habuerit finem, dum concubitum cum filiabus suis exercuit 592

LOTIO adud Ægyptos 247. 248

*manuum* apud Judæos magni æstimatur 90. 91. 120. 124. 125. inter Judæos genuinæ erat 239. 240. 241. 242 quibus ceremoniis apud Judæos fuerit absoluta 239 240. 241. 242. 243. 244. innocentiæ signum apud Judæos fuit 120

*Vasorum* apud Pharisæos superstitiosa 114

LOTIONES crebræ quam habuerint in initiatis apud Judæos finem 300

LOTIONIS manuum synonyma 244. 245

LOTIONUM apud Judæos & Gentiles finis 246. 247

LUCERNÆ in Sancto Sanctorum quando ac-

accendendæ & extinguendæ fuerint a Pontifice Max. apud Judæos 980. sqq.
LUCERNA una ante mortem R. Simeonis Justi nunquam extincta dicitur 982. 984
LUCERNARUM aptatio, quam Pontifex apud Judæos curare debebat, describitur 981. sq.
LUCIANI Dei arrodunt providentiam 611
LUCRUM, quatenus rebus sacris facere liceat 606
LUCTUS de mortuis quando apud Judæos incipiat 123
LUNÆ regnum Domus Davidicæ comparatur 1040. 1041. sqq.
LUNÆ eclipsis juxta Rabbinorum sententiam Judæis malum est signum 121
LUSTRATIONUM apud Judæos & Gentiles finis 246. 247
LUTHERUS: an Arianismi insimulari queat, quando Christum instrumentum Patris vocavit 895. quomodo verba Jesaiæ Cap. LIII, 10. interpretatur 833. quomodo verba græca 1. Petr. I, 18. 19. transtulerit ib.
LUXURIA intemperantiæ Judæorum ex ipsis conviviis cognoscebatur 569
LYTRI redemtionis scil. Jesu Christi dignitatem ad animum revocare exhortemur 362. sqq.
ejus naturæ & qualitas remotive descripta 868. positive descripta 867
veritas hujus lytri metaphysica 871. physica 878 logica 879. hujus lytri sufficientia 893
Effectus & consequentia 894

M.

MACARIUS conversationis sanctissimæ pater dicitur 791. ejusdem sententia de Spiritu Sancto ibid.
MACRONES circumcisionis morem servarunt 257
MACTATIO Sacrificii die expiationis a Pontifice apud Judæos Max. suscipienda describitur 977. quandonam tempus mactationis in Sacrificio die expiationis a Pontifice Max. fuerit observandum 975. sqq.
MAGICAM ARTEM quomodo R. Josua ex Ægypto extulerit 1
MAGICAS ARTES exercuisse dicitur Jesus 8
MAGISTRATUI alienigenæ num Judæi sint subjecti 178. 179
MAGISTRI Titulo quos olim honorarunt Judæi 580
MAGISTRI & DOCTORIS Titulus Christo tribuitur 578. 579. 582
MAGISTRIS Judæorum omnibus Christus tanquam legis princeps prævalet 596
MAGNUS qui vult esse aliorum, esto minister 102. 105
R. *Mose* MAIMONIDES magnæ est apud Christianos autoritatis 913
laus suæ eruditionis insignis, & encomium 1150
de ablegminibus in ara Holocausti apud Judæos comburendis 1003
amictum Pontificis apud Iud. Max. & Sacerdotum describit 927
de aptatione lucernarum quam Pontifex apud Iud. curare debebat 981. 982. 985
de aqua mensura quæ ad ejus initiationis baptismum requirebatur 280. 281
de antiquitate baptismatis 268
de Iudæorum Baptisteriis 275--282
de baptizandi modo apud Iudæos 283
de aquis ad baptismum initiationis apud Iud. aptis 278--282
de baptizandis apud Iudæos 234
de Canone abstersionis carnis & lotione vestium 670
de cibis a Deo prohibitis 590
de combustione quid statuat 30
de loco combustionis piacularibus destinato apud Judæos 1003
de confessionibus, quas Iudæor. Pontif. Max. expiationis die confitebatur 1028. 1010
de cura & medela quam lepra postulat 1090

de

de Messiæ desiderio, quo flagrant Iudæi 654
de dignitatum gradibus Sacerdotum Iudaicorum 917
de electione & constitutione apud Pontif. Jud. Max. 935
de examine, quod Pharisæi cum Proselytis instituere consueverint 649. 650
Talmudistarum concepta, de tribus necessariis Festorum apud Iud. Solennius celebrandorum explicat 760
quam foveat sententiam de Judæorum Pascha 894
de Festo Pentecostali quid sentiat 743
de Primitiis Deo offerendis 760
fontium dignitat. magnam deprædicat 236
de duobus hircis sorti apud Iudæos expiationis die subjiciendis 901. 992
de hirco emissario expiationis die in desertum abducto 1002
de ingressu Pontificis apud Iud. Max. & reliquorum Sacerdotum in Sanctum Sanctorum quid sentiat 956
ejus judicium de Judæorum Sacrificiis 760. sq. 762
de Lepra Hebræorum morbo quid sentiat 1066. 1069. 1070. 1071. 1072. 1074. 1084
de partibus Lepræ obnoxiis 35
locum, qui in ecclesia Judaica Sanctus Sanctorum dicebatur 939. 945
de lotione corporis & vestium apud Judæos 269
de manuum lotione apud Judæos 239. 240. 242. 243. 244. 245. 246. 246
de mulieribus baptizandis 275
de Proselytis recipiendis 250. 251. 252
de Proselytis Davidis jam tempore factis 263
de vase aspersorio in manuum lotione apud Judæos adhibita 243
de testibus in Baptismo initiationis Proselytorum adhibendis 280. 285
de ordine ministeriorum a Pontifice apud Jud. Max. die expiationis peragendorum 974
ordinem in Pontifice apud Jud. principum ordines recenset 916
de Pharisæorum Statutis 1054. 1055. 1056. 1057
præcepta in Festo Judæorum Paschatis observanda recensuit 898
de precationis formula quam Pontifex apud Iud. Max. expiationis die fecerit 995
de Proselytis apud Iudæos recipiendis 656. 657
de Proselytorum apud Iudæos sponsalibus 659
ejusdem rationes cultus Levitici abrogandi 778 sq.
de ritu in mactantis & præparantis sacrificiis a Sacerdotibus apud Iud. observandus 986
de ritu & ceremoniis in sacrificio, quod a Pontif. apud Iud. Max. die expiationis erat mactandum 988. sq 991
de ritu vestiendi apud Iud. Pontificis Max. absolute observando 929
de Sabbatho quid sentiat 572
de Sabbatho violento quid opinetur 587. 589. 593. 594. 595. 596. 597. 599
de Sacerdotum apud Jud. Levitarumque ministerio 914
de Sacrificiorum apud Iud. offerendorum ritibus & ceremoniis 986. sq.
de variis adspergendi ad aram sanguinem modis & ceremoniis apud Iud consuetis 977. 978. 996. sq. 998. sq 1005
de sanguine juvenci, & hirci die expiationis ad cornua aurei altaris spargendi 963
de sanguinis aspersione, expiationis die quam pontifex apud Iud. Max. super propitiatorium, & ante propitiatorium facere debebat 993. sq.
de Schechina, quid significet 704. 705
de Seculo futuro & diebus Messiæ quid sentiat 963. 964
quid per Spiritum ardentem & judicii v. 4. Cap. IV. Jesaiæ intelligat 791
de successores Pontificis Max. apud Judæos 924

de suffitus materia a Pontifice apud Jud. Max igni injicienda 958
de suffitus a Pontifice apud Jud. Max. absolvendi processu & ceremoniis 958-959
de suffitu quotidiano apud Judæos 920. sq
de Thuribulo, quod apud Judæos Sanctissimum habuit, loquitur 937 sq.
Vasa templi secundi apud Judæos & reliquam supellectilem recenset 918
de Vicario Pontificis Max. apud Judæos 916
de unguento in inauguratione pontificis apud Jud. Max. usurpando 53
MALITIA & AVARITIA Rabbinorum 6
MALO resistendum est 60
MANNA num fuerit cibus spiritualis 289
MANASSES b. *Israel* magnum eruditionis suæ encomium 1150. de Schechina quam foveat sententiam 708. de seculo futuro quid scribat 1176
MANIBUS scandalum datum, quam habuerit apud Judæos pœnam 56
MANICHÆI quid de vera Christi humanitate somniant 882, veritatem passionis Christi negant 871
MANIPULUS & PANES AGITATIONIS Judæorum quandonam & quamdiu Deo erant offerendi 752
MANSVETUDO omnium virtutum est maxima 52
MANUUM IMPLETIO apud Judæos variis obnoxia deprehenditur sententiis 933. sq. quomodo a Spiritu Sancto proponatur 933
illa, quæ in inauguratione Pontificis apud Judæos *Maximi* observanda fuit 926. quid significet apud Talmudicos 933. quem habuerit finem in inauguratione Pontificis *Max* apud Judæos 933. 934. quousque duraverit 934
MANUUM IMPLETIO inunctio & vestes signa ac media erant Pontificis apud Judæos *Max*. consecrandi 926. 933
*Lotio* apud Judæos magni æstimatur 90. 91. 124. 125. innocentiæ signum apud Judæos fuit 120. inter Judæos gemina erat 239. 240. 241. 242. quibus ceremoniis fuerit absoluta 239-244. ejus Synonyma 244. 145
MARGARITAS ante porcos projicere non debemus 74
MARIA nutriens pueros ex errore circa personam pro altera mulierum crines complicante interfecta traditur 3. illam Papistæ in opere mediationis & intercessionis associant Christo 886
MARITI ne sint amari adversus uxores suas 206. 207
MARITUS mulieri debitam benevolentiam reddat 182. 183. 184. quilibet uxorem suam ut corpus suum diligere debet 201. 202. quando concubitum cum uxore sua exercere debeat 182. 183
MATRIMONIUM fornicationis evitandæ causa ineundum est 179. 180. 181. an possit & debeat dissolvi 679. 680. 681. ejus inconstantia apud Romanos 679. sq. novum an inire possit uxor post divortium 699
*Matrimonii & sponsalium* jura apud Judæos 44. tempus 179. 187
MEDIA quibus proselyti in ecclesiæ Judaicæ viscera fuerunt recepti 250 251
MEDIATOR inter Deum & homines & Christus 886
MEDIATRIX hominum vocatur virgo Maria a Papistis ibid.
MEDICINAM exercere die Sabbathi an liceat 588. 589 592. 593 595. 596. 597
R. MEIR F. *Gabbai* de veræ Cabbalæ fundamentis 1098. de Schechina quid sentiat 716. quomodo vocabulum Sephiroth explicaverit 1096 sq. 1105. sq. 1113. sq. multa & notatu digna annotavit de Trinitatis mysterio 1092. 1113. sq.
MELAHON *Angelus* idem cum Dei nomen habere dicitur 205

MELANCHOLICI & tristes Dei præsentia non fruuntur 205
MEMORIAM beneficiorum omnium certo die festo conservandam Deus non præcepit 768
R. MENAHEM *Ricanatensis* de Enocho quid sentiat 1045. de Sacerdote cœlesti 1043. Schechinam cum Metatore coincedere affirmat 735. de Seculo futuro 1162. quomodo vocabulum Sephiroth explicaverit 1095. sq. 1102. sanctitatem & mysterium quærit in numero septenario 1046
MENDACIUM totum implevit mundum 15
*mendacii notam* Christo pingere non dubitavit Libelli cujusdam famosi autor 611
MENSIS *Nisan* miraculis conspicuus dicitur apud Judæos 906
MERCATORES emtores mensura defraudare non debent 129
MERCES mercenariorum ultra tempus detineri non debet 101
*mercedem suam recuperunt* &c. 66 67 142
MERCENARIORUM genera describuntur 101 eorum jura ibid.
MERCIMONIA Judæorum cum Ethnicis restricta 892
MERETRIX *Rahab* octo sacerdotum mater dicitur 40
MERITUM CHRISTI quomodo labefactent Papistæ 886. ad omnes se extendit homines 890
MESSIAS promissus & Judæorum Rex est Christus 582. ardentibus desideratur a Judæis precibus 654. quomodo appellatur 14. 30. 31. Josephi filius vocatur 12. præcipuum totius N. T. argumentum est 11. an charior sit Aarone 13. a Rabbinis Chivora dicitur 30. alter David vocatur 31. cur dicatur servus Dei 135. hunc retardare dicuntur proselyti 654
MESSIÆ *adventus in carnem* multis Rabbinorum traditionibus expositus fuit 11--36. quando sit expectandus 11--36. 163. quomodo sit comparatus 116. 117. quid ex Rabbinorum sententia illum retardet 17. 22. 36
*dies* cur extremum dierum vocentur 1145. illorum notitiam Deus sibi soli reservavit 127
*mors ejusque causa* a Rabbinis traditur 812
*officium* quod maximum sit 1174
*mediatorium* quomodo ab antiquioribus Hebræis fuerit designatum 1107. 1108 1140
*regnum* quale sit 1148
*tempora* in hoc Seculo includuntur 1121. 1122. 1126. 1130. sqq per Seculum futurum non denotantur 1116 quo sint referenda 1113--1148. 1150--1153. quamdiu duraverint 1147. 1153. 1154. quomodo Judæi considerent 1147. sq.
*Tempora Messiæ & hoc Seculum* quomodo differant 1126 1169--1171
*Tempora Messiæ & Seculum fut.* quomodo inter se differant 1118. 1120--1124
MESSIS Festum apud Judæos solennis 752. hujus Festi ratio 762. instanti Festi ritus 1016. 1017. dicitur quoque Festum Pentecostale 763. quando Judæis illud instituendum erat 763. 764
METATOR & METATRON ejus ὁμωνυμία 721--729. prorsus idem est cum Schechina 733--737. d Metatoris nomen cui max. tribuatur 731. f.
METATRON Nomen quid significet 1047. 1118
MICHAEL quid significet 718. 719. 733. 734. idem est cum Schechina 733 sq.
MIDIAN & MOAB pacem nunquam coluerunt nisi occasione societatis inter se initæ adversus Israelitæ 146
MILITIA duplex est profana & sacra 416
*profana* quomodo dividatur ib.
*sacra* quotuplex ib. sq.
quomodo vox *militia* in sacris sumatur 714. sq.
MILLIES milleni ministrabant ei &c. 227
MINISTER aliorum sit, qui magnus esse cupit 102. 103. in gentibus sacrificans 176

MINISTERIA a Pontifice apud Judæos M. die expiationis multa erant peragenda 791 varie subdividuntur 972. 973. recensentur 975.977. 979. 981. eorum ordo a Pontifice observare debuerat 974 effectus illorum exoptatus qui fuerit 1010. 1011
*Ministeriorum* pontificalium in V.T. 1015. quæ fuerit difficillima & gravissima 1025
MIRACULA de valvis Nicanoris facta recensentur 161. 162
MISERIA præfertur victimæ 79. 80
MISERICORDES esse debemus 129
*Judæorum* e captivitate Babylonica in patriam reversorum describitur 772
MISERICORDIAM exercentes filii sint Abrahami 155
MISERICORDIÆ *amor* quid sit 199
MODUS unctionis in inauguratione Pontificis apud Judæos Max. 931
MONETARUM variarum valor 83. 139
MORBI corporis unde ortum suum capiant 1083. qui periculosi fuerint judicati a Judæis 599
ΜΩΡΟΛΟΓΙΑ 201
MORTIS *causa* proxima 51
*Mortis reos* quomodo suspenderit Judæi 122.123.157
*Mortis tempus* Deus hominibus non revelat 159.160
*Mortis timor* ad peccata perpetranda nos incitare debet 82
MORTUI dicuntur impii 211. an resurgant cum pristinis suis maculis, s. vitiis 89. quomodo resurgant, an nudi an vestibus induti 109 110. an sciant quidquam eorum quæ ipsis fiunt 211
MORTUOS quos Ezechiel propheta resuscitaverit 230. 231
MORTUORUM *custos* vocatur Duma 3
*Mortuorum* resurrectio num major sit die pluviarum 62. quo tempore sit expectanda 1121. 1122 1128. 1129. quomodo ex Talmud probetur 107.108. 109. 110. 111. 208
MORTUUS justificatus est a peccato 170.178
MOSAICA *Lex* quamdiu duret 18
MOSAICI *sepulchri* locum nemo scit 225
*Tabernaculi* Sanctum Sanctorum describitur 944
MOSES non in Ebræorum sed Ægyptiorum sapientia educatus fuit 265. in speculum aspexit, in speculum quod illuminavit 191. ex circumcisione agnitus non fuit 302. quot numero ab initio a Deo præcepta acceperit 198. ubi sepultus jaceat 225. primus fuit & præcipuus, qui de Lepra Hebræorum meminit 1060. multos proselytos fecit 585. sanctificandi Sabbathi autor dicitur 570. sq. Sabbathi diem quietis causa ordinavit ibid. eod. Sabbathi sanctificandi necessitatem ipso naturæ s. rationis ductu prospexit 571
*Mosi* quocunque voluit tempore, in interiora sanctissimi introire licuit
*Mosi Jannes & Jambres* restiterunt 212. 213
*Mosis* diffidentia reprehenditur 216
*Mosis Legi* non contrarium die Sabbathi hominis vitam tueri ejusdemque periculum 607
*Tabernaculum* describitur in quot divisum fuerit partes 936. a Flav. Josepho dicitur Templum portatile ib.
MOSES & JOSUA optimi Legum interpretes præsumuntur 753
MOSES *Ægyptius* (al. *Ramban*) de immersione sub aquas quid sentiat 236. de introitu Pontificis apud Judæos Maximi in Sanctum Sanctorum quid sentiat 961. s. de officio Pontificis Max. apud Judæos 923. de ritu in Sacrificio, quo die expiationis a Pontifice apud Jud. Max. erat mactandum 983. quomodo decem Sephiroth interpretatus fuerit 1073
R. MOSES *Koizensis* amictum Pontificis apud Jud. Max. recenset 1056. modum ungendi Pontificem apud Jud. Max. describit ib. de vestiendi ritu a Pontifice apud Jud. M. absolute observando ibid.
R. MOSES *bar Nachman* de Angelo Metatro quid sentiat 723. Michaelem Archangelum

gelum cum Schechina prorsus idem facit 733
MUHAMEDANORUM *lex* & *modus* divertendi 685. sq.
MULIER autoritatem in virum usurpare non debet 210. res morte acerbior est 181. quomodo videatur mala 182. num concipiat si vir stans rem cum illa habeat 43. legem nec discere nec docere debet 202. 210
*Ethnica* a R. Gamaliele in atrio gentium benedictionem accepit 937
*quædam Judaica* cur filios supra modum pulchros progenuerit 53. 54
MULIERI vir debitam benevolentiam reddat 182. 183 184
menstruatæ æquiparatur ecclesia Judaica 743
MULIERES quomodo apud Judæos fuerint baptizatæ 274. 275. quatuor fuisse in mundo tradunt Rabbini 41. ineptæ sagæ sunt & adulteræ 186. quo tempore apud Judæos fuerint baptizatæ 285. circumcisionis loco tantum apud Judæos baptizabantur 303. 359. cur & quomodo conceptionem interdum impediant 187. in conventibus sacris seorsim facere, seque a viris distinguere debent 12. in Ecclesia taceant 193. nudato capite apud Judæos quæ fuerint 190. nudato capite apud Judæos orase non debebant 190
*menstruata* & *puerpura* ad Levitarum castra accedere non debebant 937
MULIERUM *atrium* apud Judæos quid fuerit ibid.
MULIERUM *Chaldeæ* concupiscentia nimia & pruritus libidinis 231
MULUS cur Adramelech dicatur 188. cur Anamelech dicatur ibid.
MULUM & EQUUM sibi fecerunt idolum Sepharvajim 188
MUNDI duratio quamdiu definiatur 1122 in quot dividatur tempora ibid.
MUNDI *duplicis* periodus prima 1180; periodus secunda ibid. periodus tertia ibid.
MUNDITIES Pharisæorum 237. 238
MUNDO quid prius creatum sit 36
MUNDUS non consistit nisi propter halitum puerorum 93. quam ob causam creatus sit 30. ex R. Eliezeris sententia mense Tisri creatus est 957. quamdiu juxta Rabbinorum traditionem durare debeat 18. 20
MUNDUS *futurus* quid Hebræorum sapientibus notet 1175 1176
MUNDUM *duplicem* annotav. Ouwenus 79
R. *Benjamin* MUSAPHIAS de Angelo Metatore quid sentiat 836
MUTI quare nascantur 53
MYSTERIUM *Trinitatis* respicientia multa & notatu digna R. Meir F. Gabbai annotavit 1092

## N.

R. NACHMANIDES de Seculo futuro & diebus Messiæ quid sentiat 1127. 1128. 1137 1138. 1139
NACHUS qui fuerit 171. 172 173
NASI s. NASIR qui fuerit apud Hebræos 1190. 1191
NATALITIA regum quid per illa intelligatur 90
R. NATHAN: de Metatore quam foveat sententiam 727
NATIONES omnes coram tribunali DEI comparebunt, ut judicentur secum opera ipsorum 167. 168
NATURÆ in Christo quatenus est θεὰ θρώπος duæ dantur 882
NAZIANZENI sententia de Apostolis 749
NEBUCADNEZAR Jesaiam Sacerdotem summum in fornacem ignitam projecit 146
NECESSITAS tollit legem Sabbathi 85. 86. 139
R. NECHORAI traditio de adventu Messiæ 15
R. NEHEMIÆ traditio de Messiæ adventu 16
NICODEMUS dives admodum fuit 147. quid fecerit notatu dignum 147. 148. cur ad injectam regener. mentionem obstupuerit 301

NICODEMUS *fil. Gorion* cur ita dictus fuerit 147
NISAN Mensis apud Judæos miraculis conspicuus dicitur 906. 957
*Nisan mensis dies primus* principium anni constituitur regibus sc. Israelitarum, ac Festis 975
R. NISSIM de Seculo futuro quid sentiat 1155
NIZREPHE domus quid significet in Talmud 4. 5
NOACHUS Sabbathi sanctificandi præceptum jam habuit 570 illi Deus carnis esum permisit 785. sq. septem illi data sunt præcepta 167
NOACHIDARUM præcepta qualia fuerint 668
NOMEN præputiatorum quid denotet 303
NOMINA *divina* quæ Christo imponuntur essentialia 878. nomina divina personalia 880
NOVI TESTAMENTI præcipuum argumentum 11
NUDI sunt amiciendi 118
NUMERI septenarii mysterium apud Cabbalistas 744. 745. 1027. 1045
NUMERUS virorum, qui qualibet generatione, juxta Rabbinorum sententiam faciem divinitatis respiciunt 21. 22

O.

R. OBADIAS de *Bartenura* affirmat, quod Pontifices a Josiæ temporibus non fuerint uncti 932. de lucernis a Pontifice apud Judæos aptandis 981. sq de ritu & ceremoniis, quas Pontifex apud Judæos Max. in effundendo vino libaminis observare debuit 987. de sanguinis aspersionibus quas Pontifex apud Judæos Max. facere debebat 998
OBEDIENTIÆ plus Deo, quam hominibus præstare debemus 163. 164
OBLIVIO legis divinæ undenam veniat 168
OCULIS etiam nudis scortatio committi potest 50. 51--55
OCULORUM scandalum quomodo sit removendum 56
OCULUM pro oculo & dentem pro dente &c. 59
ODIO num inimici sint persequendi 60. 61
OFFICIUM orantis 223. Pontific. Max. apud Judæos quale fuerit 920. 923
OLEUM in inauguratione Pontificis apud Judæos Max. adhibendum describitur 930 931
*Oleum sanctum* a temporibus Josiæ in judaica Ecclesia defecit 932
*Oleo sancto* a Mose confecto deficiente in ecclesia Judaica, aliud præparatum non fuit ibid.
OLOR pugnax animal 518
OLUS omne a decimis apud Judæos dandis liberum erat 136
ONKELOS de Schechina quam habeat sententiam 703. 710
OPERA fides habere debet 222
OPERARIIS os obturandum non est 189. 190
OPERARIORUM genera describuntur 101. eorum jura ibid. merces ultra tempus detineri non debet ibid.
OPES in redemptionis humanæ negotio nihil quicquam valent 830
ORGANA humana Christus tanquam verus homo habuit 882
ORATIO hominis non exauditur nisi in Synagoga 94
ORATIONEM prolixam sacerdos apud Judæos summus in Sancto Sanctorum facere non debebat & cur 128
ORATIONI certus an destinatus sit locus 68. 126
ORATIONES pro regibus facere debemus 209. 210
ORANTES officium 213
ORDINES septem Principum sacerdotum apud Judæos 916
ORDO qualis in Pontifice apud Judæos Max. induendo fuerit observatus 928. qui fuerit apud Judæos in templo Dei 913. sq. 940. sq. ministeriorum a Pontifice apud Judæos M. die expiationis peragendorum omnino observari debeat 974

ORI-

ORIGENES finem Baptismi indicat 298
OSSA omnia tribuum secum exportarunt ex Ægypto Israelitæ 164
OTIUM damnum infert hominibus 208. 209
OUWENUS de duplici mundo quid scripserit 1179. 1180

P.

PACEM cum omnibus hominibus colere debemus 177. Moab & Midian nunquam coluerunt nisi occasione initæ inter se societatis adversus Israelitas 146
PÆDO BAPTISMUS contra modernos Anti ) Pædo-Baptistas unde probetur 672
PANE Judæi absque manuum lotione minime vescuntur 90. 91. 124
PANES *propositionis* num jure comedere David potuerit 84. 85. 86
PANTHIRÆ filius vocatur Jesus 2
PAPISTARUM hæresis qui Christum mediatorem saltem secundumhumanam naturam agnoscunt, explosa 885
PARABAPTISTÆ qui ita dicantur 260
PARABOLA & scientia Buxtorfii de festo Pentecostali 743
PARADISUM quatuor ingressi sunt viri 198
PARAGAUDA f. auleum quid significet 11. 12
PARASCEVE quid significet apud Judæos 906. sq.
PARENTES quomodo filiabus suis scortandi occasionem præbere possint 201 202. liberos suos educare debent in disciplina & correptione Domini 202. 203
PASCHA quoad vocem, quid significet, explicetur 898
*Judæorum* ex qua causa institutum sit 897 898. 899. 900. 902
PASCHALIS agnus Christi typum tantummodo gessit 904. 905. hunc quomodo assare solebant Judæi ib. eod.
PASCHATIS *Festum* tempus libertatis vocatur 901. solis Judæis erat celebrandum 897. 901, 902. ad certum tempus usque celebrari debuit 897. 901. 902. cur abrogatum sit Paschatis festum Judæorum 897. 904. 905. 907. sq. quid occasionem illud eligendi præbuerit 897. 898. 899. 900
PASSIO *Christi* hanc non vere sed per speciem saltem factam esse, quinam fixerint 871
PASSIONES *Christi* quotuplices fuerint 136
PATRES veteris ecclesiæ, quomodo se aliosque ad Festum Pentecostale præparaverint 751
PATRIARCHÆ juxta R. Eliesferis opionem mense Tisri nati & mortui sunt 958
PAULUS APOSTOLUS architectus sapiens 177
PAUPERES num liberi sint a Legis divinæ studio 139. 140. 141
PAUSANIAM lidido fame necavit 912
PAX res est magnifacienda 135
PECCANDI cogitatio num haberi queat pro peccato 52. 54
PECCATA quotuplicia sint 1008. 1009. 1092. quomodo lethaliter ægrotus confiteri debeat 223. quæ expiationis die apud Judæos expianda 1008. 1009. 1010
*Peccata* portare quid sit 887
*mundi* peccata quomodo Christus portasse dicatur ibid.
PECCATA quot sint ( a quibus homo nullo die liberetur) 222
PECCATOR dicitur qui abstinentia omnis rei se affligit 206
PECCATUM committere mortuus non potest 170. 171
PECUNIA *eleemosyna* non lucrum faciendum est
PENTECOSTALE Christianorum festum in Judæorum festivitatis septimanarum locum surrogatum fuit 777. 778
PENTECOSTES Festum dicitur quoque messis seil triticeæ, festum 763. quibus solennitatibus celebratum sit apud Judæos 740. dies est quo Dei lex promulgata fuit 738. 739. 740. 741
*Pentecostalis* Festi appellationes 744 751.

variæ interpretationes 777. 897. 901. rationes 744. 745
*Pentecostalis* Festi Judæorum vanitatem diutius ferre Deus recusavit 755. 758. 777
*Pentecostali* Festo cur Judæi herbas virides per plateas perque ædes privatas sparserint 740. Spiritus S. de altissimis datus est 741
*Pentecostalis* Festi propria denominatio 737
PERICULUM hominis die Sabbathi depellere ejusdemque conservare vitam non pugnat contra legem Mosis 607
PERSONAM Judex aspicere non debet 221
PETAVII error insignis 296
PHARAONIS filia num baptizata fuerit ad Proselytismum 264
PHARES nomen quid significet 1040
PHARISÆI Christum profanati Sabbathi arguere conati sunt 570. Pseudopoliticis hodiernis similes fuere 577. hostes Christi fuerunt omnium iniquissimi 578. cur cum Christo coiverint 577. semper crimen falsum Christo objecerunt 584. quo ritu sumserint cibum 239. 240. 241 munditiei erant studiosi 237. 238. cur tantopere in faciendis Proselytis fuerint occupati 665. quodnam cum Proselytis instituerint examen 649. sq. abjecte admodum de Proselytis sentiebant 651. 652. cur Proselytos habeant suspectos 652. negant quod homo præcepto Sabbathi potior sit 586
Pharisæis vestes plebejorum sunt calcatio 237. quas res judicaverint immundas 237
*Pharisæorum* ambitio describitur 580. 581. illam Christus ex ipsorum scriptis refutat & reprehendit 580. 581. cura de conquirendis Proselytis 649-651. justitia externa 114 malitia, quam erga Christum foverunt 576. mores describ. 665
*Pharisæorum* sectæ Christus non erat addictus 237
*Pharisæorum* statuta 1055
*Pharisæorum & Scribarum* hypocrisis 112. 113
PHARISÆISMUS qua in re potissimum situs sit 1055
PHARMACUM vitæ & mortis Lex Dei vocatur 194
ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙΑΣ Dei immensæ singulare argumentum 787
PHILO de inunctione apud Judæos Max. 930. ejusdem sententia de Pentecostes Festo 737
R. PHINEAS de Seculo futuro 1155
PHOENICES circumcisionis morem servarunt 257
PIETAS omnium virtutum est maxima 51. promissionem habet hujus & futuræ vitæ 210. 211
PIGRITIA ob damnum fugienda est 208. 209
PILATI & HERODIS amicitia restaurata 146
PISCIBUS homines comparantur 123. 124
PLUVIARUM dies num major sit resurrectione mortuorum 62
POENA *Dei* quando venit in mundum a justis incipit 223
POENITENTIA redemtionem efficit 23. raptoris cujusdam quomodo impedita fuerit 145
POENITENTIAM *agere* quotidie debemus 106. agentes pœnitentiam cui sint similes ibid. pœnitentiam agendam esse ipsi statuunt Rabbini 47
PONTIFEX Max. apud Judæos qui fuerit 916. 920. sqq. die expiationis erat quasi expiatoris loco inter Deum & populum 970. num omnia die expiationis in Sancto Sanctorum uno introitu peragere potuerit 972. sq. quo in loco Ministerium facere debuit 935. 936. qualem expiationis die precationem fecerit 995. quem ministeriorum expiationis die a se peractorum effectum habuerit 1010. 1011. quotuplices expiationis die confessiones instituat 1011. quos ritus & ceremonias in sacrificiis die expiatio-

tionis mactandis observare debuit 586. 587. 588. 589. quas ceremonias in effundendo libaminis vino observare debuit 986. quomodo die expiationis sortitionem de duobus hircis instituerit 991 sacrificium die expiationis mane mactare debuit 975. sqq. cur sanguinem expiationis die in adytum deferre debuerit 1025. cur solus in adytum intrare debuerit 1025 sq. suum vestiendi ritum necessario observare debebat 929. quali persona ad dignitatem suam evectus fuerit s. a quonam inaugurationis signa acceperit 934. sq. aliqua re profanatus ministerium facere non debebat 919. 920. solus in SanctumS. ingredi debeb. 921. 922. 928. omnes cultus die expiationis solus peragi debebat ibid. ordinem in ministeriis die expiationis suscipiendis observare debebat 974

PONTIFICEM apud Judæos Max. Synedrium M. elegit & constituit 934. sq.

*Pontificem* inter *Judaicum* & *Verum Pontificem JesumChristum* discrimen 1015. sqq.

PONTIFICES *apud Judæos Max.* multi sunt extincti in Sanctissimo 995. cur expiationis die brevitati in precandi formula studere debuerint ib. quos in sacrificiis Deo offerendis habuerint ritus & ceremonias 986. quali confessionis formula expiationis die usi fuerint 100

PONTIFICIS *Judaici* convenientia cum vero PontificeChristo 1114. s. officium quale fuerit 919. 920. inauguratio describitur 926. sq triplicia postulabat observanda 926. amictus qualis fuerit 926. 927. manus implendæ fuerunt 926. præparatio ad munus expiationis die obeundum 1014. sq. dignitas & munus die decimo Tisri maxime elucebat 1013. inunctio recensetur 930. 931. ingressus in Sanctum sanctorum ad certum tempus erat determinatus 955. sq. 957. erat quotannis tantummodo unicus 959. 964. sq. ministeria die expiationis suscipienda recens. ntur 975. 977. die expiationis absolvenda varie subdividuntur 972. 973. Successor quis fuerit 924 925. Vicarius apud Judæos quis fuerit 919

PONTIFICI *apud Judæos Max.* Sacerdotum munus quorumlibet obire licuit 915. quot vicibus ingredi licuit die expiationis in Sanctum sanctorum 956 974. functiones & ministeria die expiationis peragenda erant 971. vestibus aureis induto multa ministeria die expiationis perficienda erant 971. quid post hircum expiationis in desertum emissum fuerit observandum 1038

PONTIFICIALIS *muneris* pars quæ fuerit gravissima & difficillima 1015

POPULI omnes coram Dei tribunali comparebunt ut judicentur secundum opera ipsorum 167. 168

PORCIS Margaritas objiicere non debemus 74

PORCOS educare cur Judæis non liceat 79

PORCOS & CANES alere vetitum 812

PORTA *speciosa* Templi Judaici 161. 162

POTENTES secundum carnem electi non sunt 176. 177

POTENTIA unum ex Synon. Dei est 126

POTUS qui capite apud Judæos plectendis porrigebatur, qualis fuerit 121

PRÆCEPTA quot ab initio Deus per Mosen dederit 198

apud Judæos in Festo Paschatis observanda 898. 899

septem Noachus dedit 167. quæ fuerint 668. sq.

propter sanitat. transgredi licitum est 600

PRÆCEPTUM omne legis divinæ, quod habet promissum donum mercedis, juxta Rabbinorum sententiam, promisit resurrectionem mortuorum 54

Dei præceptum immaculatum servari debet 212

Sanctificandi Sabbathum quando datum sit 570. num homine potius sit 587. 589

PRÆPUTIUM res contemta est 169

PRÆPUTIATORUM *nomen* quid denotet 303

PRÆSES *Synedrii Magni* apud Judæos 188. 199.

PRÆSENTIÆ *divinæ* indicium vocat ecclesia Judaica Schechinam 749
PRAXIS num præferenda sit Theoriæ 220
PRECATIONEM qualem pontifex apud Judæos Mag. expiationis die fecerit 995
PRECES pro regibus facere debemus 209. 210. statui præsenti accommodandæ sunt 764. preces facientis officium 223
*hominum* non exaudiuntur nisi in Synagoga 94. perversæ ipsis damnum sæpe conciliare solent 62. 132. 134. 135
*prolixæ* nimis rejiciuntur 68. prolixas sacerdos apud Judæos summus in Sancto sanctorum facere non debebat & cur 128
PRECIBUS faciendis certus destinandus est locus 68. 126
PRIMI erunt ultimi, & ultimi primi 101
PRIMITIAS a Judæis offerendis quando postulaverit Deus 753. 759
PRIMITIARUM *Dies* dicitur Festum Pentecostale 763
PRIMITIIS aut decimis non negotiandum erat apud Judæos 807
PRINCEPS *mundi* Christus vocatur 1108. *Sacerdotum* 915. 918
PRINCIPES *Ephemeriarum* apud Judæos 916
*Liturgiarum* apud Judæos 917
PRIVILEGIA proselytorum 675
PROMULGATIO *Decalogi* quo tempore peracta fuerit 739. 740. cur inter fulgura & tonitrua facta sit 749
PRONUNCIATIO *Galilæorum* qualis sit 119
PROPHETÆ omnes in speculum aspexerunt, quod non illuminavit 191
PROPHETÆ Ezechielis visio de mortuorum resurrectione num sit veritas, an parabola 229. 230
PROPHETA quinam in codice biblico primo ponendus sit 119
*Ezechiel* quos defunctos resuscitavit 230. 231
PROPHETIS num licuerit in Sanctum sanctorum introire 955
PROSELYTI num Abrahamo & Saræ opera fuerint conversi 264. tempore Messiæ recipiendi 660. 661. apud Judæos summa cura audaciaque conquerebantur 662. quomodo a Pharisæis fuerint examinati 649. sq. parvi æstimabantur 651. 652. cur suspecti habebantur apud Judæos 632 sunt Israelitis graves 655. Messiam retardare dicuntur 654. quales recipiebantur ab Hebræis 650. 656 sq. quando ad baptismum admissi fuerint 283. 284. baptizandi quot habere debuerint testes 284. 285. quem habuerint ex initiationis baptismo effectum 286. 287. olim apud Judæos recipiendi varios habuerunt fines 658. 659. 660
*Domicilii* quando non amplius fuerint recepti 699
PROSELYTI *ὀνοματολογία* 665. 667. Synonymia 667
PROSELYTISSA num facta fuerit filia *Pharaonis* 264. 265
PROSELYTORUM insignem curam Deus egit 249
*media* quibus in Ecclesiæ Judaicæ viscera recepti fuerunt 250
*numerus* immensus Davidis jam tempore ad ecclesiam Judaicam accessit 262
*Baptismi* origo 287. 300
*baptisma initiationis* Constantini M. filiorum ætate jam viguit 301
*distincta genera* 667. 668
*dignitas* 673. sq.
*Privilegia* 675
apud Judæos recipiendorum *Finis* qualis esse debeat 650
*inaugurationis actus* apud Judæos 669-673
inaugurandorum *media* 669. 670. 671
*jura & leges* 675
*nomina* ib.
*Sponsalia* apud Judæos nulla sunt 659
PROSELYTORUM & JUDÆORUM differentia 673 974
PROSELYTOS baptizandi modus apud Judæos 283. 284. 285. 286. multas fecit

Ab.

Abraham 664. item Moses 665. Jacobus ibid.
PROSELYTUS qui cum Judæis æquali volebat jure frui, legitime baptizatus esse debebat 251. 252
*domicilii* quis sit 668
*Justitia* quid sit 667
PROVIDENTIAM DEI Luciani arrodere conatur 611
PSAL. XCI, 10. verborum sensus & explicatio 7
PSEUDOPOLITICI dicuntur Pharisæi 577
PTOLOMÆUS *Rex* autor fuit versionis Septuaginta viralis 10
PUBLICANI ut Christum audirent, instituere convivia 569. 570. tributum leve reddere debent incolis 93. 94
PUCLICANOS in viam reducere Christus quovis tempore curavit 569. sq.
PUDOR in homine bonum est signum 53
*pudore* socium suum afficere nemo debet 39
PUERPERÆ in Levitarum castra pedem inferre neutiquam debebant 937
PYTHAGORAS Græcis cultum divinum præcepit 574 cultus Sabbathi admodum religiosus fuit ibid.

R.

RABBAN *Johannes* filius Zachariæ & discipulus Hillelis 144
RABBANITÆ quid per vocem Sabbath intelligant 758
RABIDI *Canis* morsu læsos quomodo curaverint Judæi 591. sq 600
RABBINI dicuntur studiosi sapientiæ 24. 33. quid per domum Nizrephe & Abedam intelligant 4. 5. Christum multa ex Talmude surripuisse blaterant 580. sq. Jesu discipulos ægrotis medelam paratura non admittebatur 8. quid per libros Aven Gilion intelligant 4. 5. Messiam Chivora appellare solent 30. ipsi statuunt pœnitentiam agendam esse 17. pravis suis interpretationibus textum Mosaicum pervertunt 61. quomodo resurrectionem mortuorum probare studeant 107. 108. 109. 110 111. sponsum cum hospitibus nuptialibus liberum a rebus adversis & tristibus judicant 80. 81. quæ sterilitatis signa recenseant 127. 128
RABBINIS sex res sunt dedecori 149. 150
RABBINORUM magna apud Judæos autoritas 603
*commenta* de bestiis primogenitis 613. explicatio textus Cap. XLVI, 11. Es. audite me robusti corde &c. 196. de Esaiæ LI, 16. 3. 4. de Jer. XLIX, 7. 4. textus Michæ VII, 8. indicavit tibi, o homo, quid sit bonum &c. 198. 199. textus Matth VI, 2. mercedem suam receperunt &c. 68. 67.
*jus* prohibet remediis incertæ virtutis minus cognitæ medelam facere 599
*malitia & avaritia* 6
de *repudio* sententia 57. 58
*traditio* de Abrahamo 61. 60. de Rab. Achare 76. 77. 78. de atrio cœlesti, quod coram Deo est 22. de angelo mortis 51. de Benjamini justo 70 71. de claudis, mutis, surdis & stultis natis 53. de Eclipsi Solis & Lunæ 121. 122. de Rab. Eleasare 5. 6. 87. 88. de eleemosynis faciendis 62. 63. 64. 65. 66. 67. de Ezechiele Propheta 229. 230. 231. de fluvio dr Nur 227. 228. de Hillele ejusque discipulis 144. de Jesu discipulis 8. de Josua 48. de Justis 229. de morte Jesu ejusdemque causa 8. 12. de Messiæ adventu 11. 36. de muliere quadam, quæ filios supra modum pulchros progeneravit 53. 54. de quatuor mulieribus 41. de mundi hujus duratione 18. 20. de Nicodemo 147. 148. de porcis 79. de numero præceptorum per Mosen a Deo traditorum 198. de precibus faciendis 68. 69. de Salathiele filio Jechoniæ 43. de sanguine Zachariæ 114. de templo 115 116. de valvis Nicanoris 161. 162. de vermiculo Schamir 228. de 36. viris,

qui

qualibet generatione faciem divinitatis recipiunt 21.22 de viro quodam Nacho 171 172. 173. de meretrice Rahab 40. 41. de Rabb. Tabuth 15. de Rab. Josua 4. de Thamar 37.38.39
RADIX & RAMUS quid significent in Talmud 98
RAHAB Meretrix octo Sacerdotum mater dicitur 40
RALBAN de Sancto Sanctorum in Tabernaculo Mosis 944. sq.
RAMBAM de inunctione Pontificis apud Judæos Max. 931. de vestitu Pontificis apud Judæos Max. 26.28
RAPTORIS cujusdam pœnitentia impedita fuit & quomodo 145
RAPTORES & mutuo dantes in usuram quam restituerunt, non recipiunt ab eis 145
RASCHI de Adonai quam habeat interpretationem 719. verborum vers. 8. cap. XVI. Deut. illustratio 738
RECTORES *Scholarum Hebraicarum* quibus titulis gaudebant 1203. sq. officium illorum quodnam fuerit 1207. sqq.
REDEMPTIO humana arduum atque excellens fuit negotium 830. sq. a quo & quomodo instituenda fuerit 852
vid. SATISFACTIO CHRISTI
REGES precibus nostris includere debemus 209.210
REGI quot numero uxores ducere apud Judæos licuerit 95. 96
REGIÆ *potestatis* utilitas 209 210
REGNUM *cœlorum* num sit infantum 98 99
*Dei* non venit cum observatione 144 145
*Domus Davidica* lunæ comparatur 104. 1041. sqq.
*Messiæ* quale sit 1148
REGUM *natalitia* quid significent 90
REMEDIA incertæ virtutis minusque cognitæ adhibere vetat Jus Rabbinorum 599
REMISSIO absque sanguinis effusione non fit 816
RES *mortis* quomodo Judæi suspenderint 122. 123. 157
REPUDII Etymologia 678
Synonymia 678. sq.
Existentia 678
lex & modus apud Ebræos 679. 687. sq.
apud Romanos, 679. sq. apud Græcos ib. Arabes ib. apud Christianos 682. sqq. apud Athenienses 678. apud Muhamedanos 686. 687
Æquitas 690. sqq.
circumstantiæ & solennitates apud varias gentes 693. sqq.
causæ impellentes 695. sqq.
Effectus 698. sqq.
primus autor quis fuerit 680
REPUDII & DIVORTII differentia 678. sq.
REPUDIA admodum gravia sunt 95. 96. matrimoniorum inconstantiam produxere 679 sqq.
REPUDIANS uxorem suam Spurius Carbilius Ruga reprehensione nec apud Romanos nec Græcos caruit 680
REPUDIANDI divertendique jus & potestas temporis progressu liberior facta fuit 680. sqq.
REPUDIORUM æquitas ab uxore marito mittendorum 690. sqq.
RES septem prius creatæ sunt quam mundus 36
septem latent homines 37
quas Pharisæis judicaverint immundas 237
RES contemta est præputium 169. 170
RESPUBLICA *Romanorum* cur tamdiu floruerit 556
RESURRECTIO *Mortuorum* a quolibet præcepto legis divinæ quod habet promissum mercedis, dependet 54. num major sit die pluviarum 62. quomodo ex Talmude probetur 107. 108. 109. 110. 111. 208. quo tempore sit expectanda 1119. 1120
RESURRECTIONIS Christi Festum in locum Judæorum Paschatis surrogatum fuit 897

RESUSCITATI an resurgant cum pristinis suis maculis f. vitiis 89
REUS *capitalis supplicii* quomodo & quo tempore apud Judæos interfectus fuerit 118
REX *Judaeorum* & MESSIAS *promissus* est Christus 582
RITUS *Judaicus* de agno Paschali 86 in assumendis cibis 239. 240. 241. in effundendo vino Libaminis 87 die expiationis in sacrificiis a Pontifice apud Judæos Max. & Sacerdotibus Deo offerendis, qui observatus fuerit 85.86 in sacrificiis, quod a Pontifice apud Judæos Max. die expiationis erat mactandum 88.89 in sacrificiis a Sacerdotibus apud Judæos mactandis 84 sanguinem apud Judæos ad Aram aspergendi 76 segetis hordeaceæ apud Judæos demetiendæ 116 in suffitu a Pontifice apud Judæos Max. absolvendo 804
RITUS *Judaeorum* novos Tacitus annotavit 5
RITUM qualem habuerit confessio delicti & satisfactio apud Judæos 729
ROMANI testa sua semper religiosissime coluerunt 556
ROMANORUM respublica cur tam diu floruerit ibid.
ROMULI Lex de muliere repudianda 613
RUPES e qua percussa fons erupit aquarum tempore Mosis 289
RUTH quæ fuerit filia & cur ita appellata fuerit 47
RUTHA a decimis apud Judæos dandis libera erat 136

S.

SABBATHI *cultus* cum ipsius mundi origine initium cepit 572. Pythagoræ & Demostheni admodum religiosus fuit 574
SABBATHI *die* num quis bene aut malefacere debeat 585. 588. num opus faciendum sit ibid. bellum vel inferre, vel depellere Judæi non verentur 601. 602. Jericho urbs a Josua expugnata fuit 603. ipsimet Judæi labores absolvunt 593--604. Medicinam exercere an liceat 588.589.593.595. 596, 597. vitas hominum conservare, eorundemque depellere pericula nequaquam legi Mosis repugnat 607. multi ex nimia ejusdem reverentia periere 611
SABBATHI *diem* Moses quietis causa ordinasse dicitur 570. sq. Deus, ut requiescerent Israelitæ elegit 571. cur Deus celebrandum ordinaverit 572. 573. 574
SABBATHI *Dominus* est Christus 583
SABBATHI *iter* quantum apud Judæos fuerit 160. 161
SABBATHI *Praeceptum* num homine potius fit 32.33.34
SABBATHI *profanati* Christum reddere reum Pharisæi conati sunt 570
SABBATHI *sanctificatio* ex lege naturæ nobis patet 570. 571. quibusvis in terra gentibus commun. esse debet 570. 572. 573. 574
SABBATHI *sanctificandi* præceptum quando datum fit 570. autor Moses prædicatur ib. sq eandem diem, Deus quem Moses elegit. 571
SABBATHUM de sensu hujus vocis Karæi & Rabbanitæ inter se litigant 751. sq. quod Judæi coluere, num vere septimus ab orbe creato dies sit 576
SABELLIANI quid docent, quando dicitur solum Christum esse passum 886
SACERDOS apud Judæos *summus* non prolixam in Sancto Sanctorum orationem facere debebat & cur 128 Sacerdos summus qui Sadducæus fuit in Sancto Sanctorum interfectus fuit 164
SACERDOS *summus* N. T. summo Pontifice V. T. excellentior 861
SACERDOTES *Judaeorum* quomodo Lepræ instituant examen 1087. quos in sacrificiis Deo apud Judæos offerendis habuerint ritus 918
SACERDOTES *Idiotæ* & *Gregarii* apud Judæos 916
SACERDOTIBUS apud *Judæos* non licuit Levitarum administrare minister. 913. 914
SACERDOTUM apud *Judæos* quot sortes fuerint 128. gradus dignitatum 916
SACERDOTUM *Principem* apud Judæos ordines septem 916
SACERDOTUM apud Judæos *Antistes* quis ita dictus fuerit 921 *Princeps* 915. 918

SACERDOTUM *Judaicorum* ingressus in Sanctum sanctorum ad certum tempus erat restrictus 955. 956

SACERDOTUM in mactandis sacrificiis ritus apud Judæos 991

SACERDOTUM apud Judæos Gregariorum amictus qui fuerit 926. 927

SACRIFICIA quibus ceremoniis Deo obtulerint Judæi sine mactatione, sanguinisque effusione Deo non placebant 912. cur mactari eorumque sanguis effundi debuerit ibid. a Pontifice apud Jud. Max. die expiationis mactanda varios ritus agnoscebant ib. sqq.

*Supererogatoria* quæ apud Judæos fuerint 912.

SACRIFICIA *Judæorum* & FESTIVITATES arcto inter se vinculo colligata fuerunt 906

Sacrificia V. T. conciones de Christo vocantur 862 quomodo Christum præfiguraverint 856

*expiatoria* duplicis erant generis 862. qualem Deo præstiterint satisfactionem 856

SACRIFICII die expiationis in V. T. mactati convenientia cum Christo 862 in V. T. die expiationis mactati & Christi discrimen 863

SACRIFICIORUM apud Judæos Deo afferendorum, varii ritus & ceremoniæ 919

SACRIFICIUM expiationis die mane a Pontifice apud Judæos Max, mactari debuit 976

SADDUCÆUS quidam in Sancto Sanctorum ab angelo interfectus fuit 164

SADDUCÆORUM de legis promulgatæ tempore sententia 873 de suffitu die expiationis a Pontifice apud Judæos Max. instituenda sententia 963. 964

*Sadducæorum secta* origo 143

SAGAN apud Judæos quis fuerit 916. Pontificem apud Judæos Max. electum ad dignitatem suam evexisse creditur 934. sq.

SALAMANDRA quod sit animal 188

SALAMANDRÆ sanguine inunctus non comburitur ibid.

SALATHIEL *filius Jechoniæ* cur ita dictus fuerit 43

SALOMON *Rex* quomodo ligaverit Dæmones, dæmonumque regem 228. 229 an in convertendis uxoribus suis, quas nonnisi proselytissas duxisse creduntur a Judæis aliquod externum adhibuerit elementum 262. similem cum tabernaculo Mosis proportionem in suo, quod fabricavit, templo servavit 945. num vermiculum Schamir ad poliendos lapides a rege dæmonum acceperit 228

SALUS *humana* ab æterno Dei consilio dependet 849

SALUTEM hominum magis curare quam animalium debemus 607

SAMARITANI cum Judæis non habent commercium 149 circumcisionis morem servarunt 258

SAMSÆI superstitiose de carnis esu & aliis nonnunquam cibis abstinent 827

SANCTITAS Lev. XI. quomodo accip. 712

SANCTUM objicere canib. non debemus 74

SANGUIS pars sacrificii piacularis magna esse dicitur præstantiæ 913

SANGUIS CHRISTI cur dicatur pretiosus 866

SANGUIS *Zachariæ* semper ebulliens 114

SANGUINIS *aspersio* inunctioni in vasibus tabernaculi apud Judæos consecrandus fuit adjuncta 639

SANGUINIS *aspersiones* apud Judæos Pontif. Max. variæ fuerunt administrandæ 1025

SANGUINIS *effusio* die expiationis ad fundum Altaris quid significet 1027

SANGUINIS *effusione* fit remissio peccatorum 216

SANGUINIS *fluxu laborantes* Levitarum castra attingere non debebant 937

SANGUINEM cur Deus in V. T. pro hominis anima in altari offerendum jusserit 908. ad aram aspergendi varii apud Judæos fuerunt modi & ceremoniæ 977-986. 1928

SANITATIS causa transgredi possunt homines præcepta 600

SAPIENS vir magni est æstimandus 191

SAPIENTES secundum carnem electi non 176

SAPIENTIA *Graecorum* rejicitur 11
SAPIENTIÆ *studiosi* qui ita dicuntur 24.33 cum nuce comparantur 78.79 quomodo debent esse comparati 114
SAPIENTIÆ *studiosi* quot res sint dedecori 149.156
SAPIENTIÆ *divina & φιλαιδεχωνίας immensa* singulare argumentum 786
SATANAS quid sit 179
SATISFACTIO *pro hominibus* an Christo competat secundum utramq; naturam 882
SATISFACTIO *Christi* pro nobis præstita an sit proprie talis 887. an ad omnes se extendat homines 890. sq.
SATISFACTIONIS *Christi* causa effic. 849
causæ moventes ib.
forma in qua consistat 850
typus fuerunt sacrificia Judæorum 857. sqq.
Finis & effectus quinam 862
Autor est Deus Trinunus 873
causa impulsiva est lapsus Protoplast. 882
causa proëgumena est Dei justitia & misericordia 887
materia & obedientia Christi activa & passiva 893
SATURNILIANI superstitiose a toto carnis esu sese abstinent 826
SCALIGER magni æstimat Maimon. 913
SCANDALUM manibus datum quam habuerit apud Judæos pœnam 56
*oculorum & manuum* quomodo sit removendum ibid.
SCAPHAN quid sit 798
SCHAMMAI scholæ de repudio sententia 57
SCHAMIR vermiculus Salomoni a rege dæmonum ad Lapides poliendos traditus dicitur 228
SCHEBATH primus dies apud Judæos principium anni arboribus ponebat 957
SCHECHINA quid sit 789
cum piis cohabitans ibid.
a Judæis Metator aliquando cognaminatur 733. 77. d
SCHECHINAM vocat Ecclesia Judaica divinæ præsentiæ indicium 736
SCHECHINÆ frequens fit mentio per totam scripturam V.T. 737
SCHILO cujus sit nomen 30
SCHOLÆ ELIANÆ traditio de sex millibus annorum hujus mundi 903
SCHOLARUM amor apud veteres magnus fuit 1201
Hebræi præ aliis curam scholarum habuerunt 1203
Tituli quibus olim Directores illarum ab Hebræis coronati sunt ib. sqq.
quem titulum hodierni Judæi scholarum moderatoribus attribuunt 1206. 1267
qualitates in quibus apud Hebræos Rectores scholarum excellere debebant 1207 1208--1212
SCINTILLÆ *igneæ* ex ore Ribbi & Rabi egressæ dicuntur 226
SCORTANDI occasionem præbet conjugibus discordia 3. quid virginibus præbere possit 201. 202
SCORTATIO nudis etiam oculis committi potest 50--55
SCRIBARUM apud Judæos verba plus valebant quam legis 124
SCRIPTORUM antiquitat. figmentum de verbis ore Dei in monte Sinai pronunciatis 432
R. SEBA de Festo Paschatis rationem explicat 679 de Ægyptiorum cultu loquitur 899
SECTA *Karæorum* describitur 600
SECTÆ *Pharisæorum* Christus non erat addictus 237
SECULUM *hoc* s. præsens quid signific. 1017
SECULUM *hoc* & DIES MESSIÆ ibid.
SECULUM *futurum* & DIES MESSIÆ quomodo inter se differant 1029
SECULUM *futurum* triplex est 1030
quomodo expectandum sit 1031
non denotat tempora Messiæ 1033
apud Hebræos sapientes quid signific. 1034
SECULORUM *consummatio* quid notet 1035
SEGETIS *hordeaceæ* apud Judæos demetiendæ ritus 76
SELDENUS de unguendi ritu apud Judæos consueto 933
SEMEN *Messiæ* quid intelligatur per illud 856

SEPHIROTH etymologia. 1202.1003
mysterium 1004. 1005
quot sint numero 1102
omnes nomine Tetragrammato continentur 1006
in quot ordines distinguantur 1013
quot temporum differentias in se contineant. 1097
singulæ pluresque literæ a Cabbalistis singularum pluriumque Sephiroth indicia constituuntur 1008
sunt fons & origo benedictionis, quos hominibus contingit 1029.sq.
in precibus & supplicationibus sunt conjungendos 1030
SEPTEM *res* prius creatæ sunt quam mundus 36
SEPTEM *res* latent homines. 37
SEPTIMANARUM *Festi* ratio 719 abrogandi rationes 753.769
SEPTIMANARUM *Festum* dicitur Festum Pentecostale 722
est pars cultus Levitici 779.773
post Christum natum abrogand., fuit 722
SEPTENARII *numeri* dignitas & mysterium apud Cabbalistas 720
SEPTUAGINTA VIRALIS *versionis* autor quis fuerit 10
SEPULCHRETA apud Judæos pro lapidatis, ustis, gladio & laqueo interemtis 123
SEPULCHRI *Mosaici* locum nemo scit 225
SEPULCHRO incumbens lapis quod Talmudicis vocatus sit 123
SEPULCHRUM *Davidis* Hierosol. fuit 161
SERACENI I ISMAELITÆ circumcisionis morem servarunt 257
SERVITUTEM Ægyptiacam aliæ, præter Judæos gentes non sustinuerunt 895
SERVO sufficiat, si sit sicut Dominus 82
SERVUS esto, primus esse qui cupit 103.104
*Servus nullus* dominis duobus servire potest 141
*servus meus prosperabitur* Jes. LII, 13. quodnam objectum Judæi hujus vaticinii constituunt 835.sqq.
SIGNA Pontificis apud Judæos Max, consecrandi quæ fuerint 933
SIGNUM *Caino factum* Gen. IV, 15. quodnam fuerit 507
cur a Deo Caino editum fuisse ib. sq.
SILENTIUM eximia est virtus 219. 220
SILOA an rivuli an fontis sit nomen 137
R SIMONI Messiæ novi fœderis condendi officium tribuit 776.777
SIMSON an in convertenda uxore sua, quam non nisi proselytissam duxisse a Judæis creditur aliquod externum adhibuerit elementum 263
SINAPI semen insignem profert arborem 89
SINUS *Abraha* quid significet 142
R. SIRÆ traditio de Messiæ adventu 16
SOCINIANI satisfactionem Christi pro peccatis 887
SOCINIANORUM errores quibus passionem & mortem Christi vicariam summo studio annituntur evertere, quomodo refelli possint ib.sqq.889
SODOMITARUM in nuptiis mos 107
SOLATIA maxima Deus judiciis suis acerbissimis admiscit 787
SOLATIORUM DEI judiciorumque acerbissimorum finis ibid.
SOL juxta Rabbinorum traditionem ob quatuor res eclipsin patitur 122
SOLIS eclipsis num juxta Rabbinorum sententiam toti mundo malum sit signum 121
SOLIUM Dei gloriosum cur sæpius in aere vel super nubes locetur 316 sq.
SORTATIO quomodo a Pontifice apud Judæos Max die expiationis duobus hircis instituta fuerit 990.sqq.
SPIRITUS revertit ad Deum qui dedit illum 117 118
SPIRITUS *judicii* & SPIRITUS *ardentis* Jes. IV, 14 explicatio 791.792 793
SPIRITUS S. cur in specie columbæ apud Christi baptismum apparuerit 314.sqq.
an per Schechinam Ebræorum possit intelligi 709
non commorat. in corde pecc. mancip. 711
eodem die, quo Legem Moses accepit, datus est de altissimis 710
SPIRITUUM præfectus dicitur Duma 36
SPLENDOR *justorum* Solis ad instar erit 89

SPON-

SPONSALIA *Proselytorum* apud Judæos nulla sunt 659
SPONSALIUM & *matrimonii* jura apud Judæos 44
SPON UM cum hospitibus nuptialibus Rabbini liberum a rebus tristibus & adversis judicant 80. 81
SPUTUM crassum coram magistro ejectum mortem producebat 120
STADÆ *filius* quis fuerit 1. 2
STATUTA Pharisæorum 1055
STERILITATIS signa quæ recenseant Rabbini 127. 128
STOLÆ *Archieratica* describuntur 927
STRUCTURA templi, quod Herodes rex apud Judæos extraxit, pulchra & mirabilis 4. 6 115. 116
STUDIOSI *sapientia* qui ita dicantur 24. 33. cum nuce comparantur 78. 79. quomodo comparati esse debent 114
STUDIOSO sapientiæ quot res sint dedecori 140. 150
STULTI quare nascantur homines 52
STULTITIA Judæorum describitur 607
STYLI *Apocalyptici* cum Cabbalistico convenientia 1091
SUFFITUS materia, quam Pontifex apud Judæos Max. igni injiciebat, describitur 979
SUFFITUS a Pontifice apud Judæos Max. & sacerdotibus absolvendi processus & ceremoniæ 987. sqq
SUILLA CARO difficilis est digestionis & pessimi nutrimenti 590. sq.
SUILLAM *carnem* Judæi mulieri gravidæ suadent 591
SUPPELLEX sacræ tabernaculi Mosis & & templi Salomonis & templi secundi describitur 939 940
SUPERBIA Judæorum 169 170
SUPERBIA insigni & fastu inflabantur Judæi 605. 606
SUPERBIAM fugere dedemus 112. 113. 139
SUPERBUS cum cadavere comparatur 112
SUPERSTITIO Ægyptiorum detestanda Festi Paschatis eligendi occasionem præbuit 898. 899
SUPERSTIOSA apud Pharis. lotio rasor. 114
SURDI quare nascantur 53
SUSPENDIUM apud Judæos quomodo fieret 122. 123 157
SUSPICIO hominum nimia nil boni efficit 3. 96. 97
SUUM usus cur Judæis interdictus sit 590. sq.
SYMBOLA ac Festa Judæorum num Christianis liceat celebrari aut recipere 757
SYNEDRIUM *Magnum Hierosolymitanum* in quo consistebat 1186. sq.
nomen quo olim Hebræorum Magistri illud insignibant 1187
quænam res ibi agebantur ibid.
cui summum hoc tribunal subjectum s. quis Præses illius fuerit 1188. sq.
illud potestatem excommunicandi habebat 626
Pontificem apud Judæos Max. eligebat & constituebat 634. sq.
SYNEDRII apud Judæos majoris quot fuerint Judices 141
SYRI circumcisionis morem servarunt 257
SYRUS contenta arcæ fœderis, in Ecclesia Judaica, descripsit 948

T.

TABERNACULUM *Mosis* describitur 937. s. in quot dividatur partes 937 a Josepho dicitur templum portatile ibid
TABERNACULORUM Festi apud Judæos solemnia & ceremoniæ 153. 154. 155
R. TABUTH commisso mendacio filios suos amisit 15
TACITUS ritus Jud. novos recensuit 1005
TALIO unde derivetur 809 sensu lat. quid denotet 812 appellat. syn. 814 an sit licita 826
TALMUD quid habeat de lingua græca 9. 10
TALMUDICI crucis figuræ efficaciam fugandi dæmones adscribunt 1015 quam foveant de manuum impletione sententiam 1025 Jonathan paraphrastes chaldæum majestatis divinæ participem prædicant ac Mosen 979 pravis suis interpretationibus textum Mosaicum pervertunt 61
TALMUDISTARUM commenta de bestiis primogenitis 47 opinion. de instituendorum abrogandorumque Festorum causa 17. 18 sententiæ de messis Festo offer. 615

R. TANCHUMÆ de Sec. fut. sententia 1029
TARDI ad loquendum esse debem. 219. 220
TARGUMISTÆ de Schechina quam foveant sententiam 713
TARQVINII regis familia ob libidinem ex urbe ejecta fuit 823
TELONIUM dandum est 92. 93
TEMPERAMENTA hominum differentiam lepræ Hebr. morbi constituunt 912
TEMPLI *Herodiani* apud Jud. pulchra & mirabilis structura 46. 115. 116. desolatio 116
TEMPLI *Judaici* porta speciosa 161. 162
TEMPLI velum tempore mortis Christi fissum describitur 122
TEMPLUM quale Herodes rex apud Judæos exstruxerit 46
TEMPLUM *Judæorum* desolatum multis ceremoniis festisque alias celebrandis finem imposuit 713
TEMPORA refrigarii a conspectu Dei 163
TEMPORA Judæi secundum lunam metiuntur 121
*debiti conjugalis* exhibendi 184
*διορθώσεως* s. correctionis 611
*legis data* dicitur Festum Pentecostes 630
*mactationis certum* in sacrificio a Pontifice apud Judæos Max. expiationis die erat conservandum 916
*matrimonii ineundi* apud Judæos 129. 187
TENTATIONIS potestate David Judæorum Rex semet ipsum subjecit 69
TERMERIUM *malum* quid 504
TERMINUM vitæ Deus nemini revelat 159 160
TERRÆ toti Israel conveniret, ut esset locus altaris 226
TESTAMENTI *Novi* pracipuum argumentum Messias est 11
TESTES quot numero in baptismo Proselytorum adfuerint 282. 285
TEXTUS Amos V, 7. explicatur 14
THALES *Milesius* omnibus modis conjugium aversatus fuit 837
THAMAR cur scortata sit 37: 38
THEBÆ immodico Veneris cultu periere 809
THEODORETUS de Baptismo salutari ab Ezechiele Proph. descripto quid sentiat 299
THEODOSIUS *Imperator* repudiandi potestatem liberiorem reddidit 822 ab Ambrosio excommunicatus fuit ibid.
THEOLOGUS per excellentiam ita dict. 603
THEOPASCHITARUM error circa passionem Christi 882
THEOPHYLACTUS quod per *τὸ ἅγιον κοσμικὸν* Ebr. IX, 1. intelligat 782
THEORIA num præferenda sit Praxi 110
THRONUS *Dei* cur in aere vel super nubes ponatur 418
*gloria divina* est altare 226
THESAVRARII apud Judæos qui fuerint 508
THURIBULA in Ecclesia Judaica adhibita describuntur 922
THURIBULI usus in ecclesia Judaica quamdiu expiationis die duraverit
TIARAS Pontificis apud Jud. Max. describitur
THIBERIADIS denominatio ejusdemque ratio 151
TIBICINES Judæi magni æstimarunt 81
TIMOR mortis ad peccata perpetranda nos allicere non debet 82
TISRI mensis apud Judæos multis solemnibus nobilitatus fuit 916 principium anni ap. Judæos (annis gentium ac mundi computandis,) dimissionibus, Jubilæis plantationi ac oleribus constituebatur ibid.
TITULUS *Apostolorum* a Script. S. quam Ebræorum monumentis abunde declaratur 392
TRADITIO *Rabbinorum* de *Abrahamo* 61. 62 de Rab. *Achare* 76. 77. 78. de angelo mortis 51. de atrio cœlesti quod coram Deo est 22. de Benjamine Justo 70. 71 de claudis, surdis, mutis ac stultis natis 53 de R Eleasare 5. 6. 87. 88. de eleemosynis faciendis 62. 63. 64. 65. 66. 67 de R. Eliesere 143 de Ezechiele propheta 229. 230. 231 de Fluvio di Nur 227. 228 de Hillele ejusque discipulis 144 de R. Josua 4 de Josua fil. Nun 48 de Justis 229 de meretrice Rahab 40 de morte Jesu, & discipulis ejus 7. 8. 12 de hujus mundi duratione 18. 20 de muliere quadam, quæ filios supra modum pulchros progeneravit 53. 54 de quatuor mulie-

mulieribus 42 de Nicodemo 147. 148 de numero præceptorum per Mosen a DEO traditorum 198 de precibus faciendis 68. 69. de Salathiele fil. Jechoniæ 43. de sanguine Zachariæ 114 de solis & lunæ eclipsi 121. 122. de templo 115. 116. de valvis Nicanoris 161. 162. de vermiculo Schamir 228. de 36 de viris, qui qualibet generatione divinitatis faciem recipiunt 21. 22. de viro quodam Nacho 171. 172 173. Scholæ Elianæ de sex millibus annorum hujus mundi 720. de porcis 79. de Messiæ adventu 11--36. de rege Herode 44. 45 46. de Thamar 37. 38. 39
TRIBUTUM leve reddere debent publicani incolis 93. 94
TRIENS quid denotet in Talmud 99. 100
TRINITATIS de mysteriis multa & notatu digna R. Meir fil. Gabbai annotavit 972
TRISTES & *Melancholici* Dei præsentia non fruuntur 203
TROGLODYTÆ circumcisionis morem servarunt 257
TROJAM immodicus Veneris cultus destruxit 819
TURPE est Doctori cum culpa redarguit ipsum 73. 74. 169
TURPILOQUIUM 201

U. V.

ULCERIS & ADUSTIONIS differentia 892
ULCERIS causæ ib.
ULTIMI erunt primi 101
ULTIONEM quando Deus ab homine sumat 114. 130
UNCTIO Pontificis apud Judæos Max recensetur 906 quo tempore fuerit instituta 907
UNGUENTUM in inauguratione Pontificis apud Jud. Max. adhib. describitur 1012
UTILITAS circumcisionis 169. 170
VACCAM si quis vendiderit non etiam vendidit pullum ejus &c. 104
VALENTINIANI Christum humanam suam naturam de cælo secum tulisse somn. 842
VALENTINIANUS *Imperator* divertendi potestatem liberiorem reddidit 812
VAPULATIO apud Judæos quænam poena 713
VAS *aspersorium* in manuum lotione apud Judæos adhibitum 242. 243
*cum fistula* ...... in lotione manuum apud Judæos adhibitum 243. 244
VASA num tempore secundi templi apud Judæos inungenda fuerint 246
*exilii* quæ per hæc intelligantur 195
*lotioni* manuum apud Judæos destinata 242. 243. 244
VASORUM *inunctio* a Mose facta explicatur 245. sq.
*lotio* apud Pharisæos superstitiosa
VATICINIUM Jes. Cap. LIII, 10 quomodo a Judæis veteris Synagogæ interpr. 800. ss. recentiores Rabbini quomodo explicant 807. ss. quænam ratio, ut Judæi recentiores ab opinione veteris Synagogæ, in explicatione hujus vaticinii veritate recedunt, eamque rejiciunt 810
VELUM templi tempore mortis Christi fissum describitur 122
VENERIS immodicus cultus Tarquinii regis familiam, Pausaniam, Hipparchum, Cambysem, Dionysium interfecit 893 multas respublicas, multas urbes, totasque mundi partes delevit ibid.
VERBUM *Dei* aroma s. condimentum vocatur 194. cum principe comparatur ibid. animæ pabulum est 289. pharmacum dicitur vitæ & mortis 194. non audire solum sed & facere debemus 220. 221. sperni non debet 213. 214. quomodo spernatur ib. eod. a Christo Judæis ad montem Sinai consistentibus promulgata fuit 289
VERECUNDE *ambulare* quid denotet 199
VERITAS ferme nulla est in mundo 15
VERMICULUS *Schamir* Salomoni a rege dæmonum ad poliendos lapides traditus dicitur 228
VERSIONIS septuaginta viralis Rex Ptolomæus autor est 10
VESTES, inunctio, & manuum impletio signa ac media erant in inauguratione Ponti. 912 apud Judæos Max. plebejorum Pharisæos sunt calcatio 237
VESTIENDI ritum Pontif. Max. necessario observandum putabant Judæi 914

VESTITUS Pontificis Max. apud Jud. qualis fuerit 1029. sq.
*Sacerdotum* apud Judæos Gregariorum qualis fuerit 1020
VIÆ *Dei* imperscrutabiles 175
VIÆ & portæ ad vitam æternam angustia 75 76
VICARIUS Pontifex Max. apud Judæos pontificem electum ad dignitatem evexisse creditur 1027. sq.
VICTIMÆ præfertur misericordia 79. 80
VIDUÆ circumvagæ 211
VIGILIÆ quot fuerint apud Judæos 90
VINI abstinentia non semper probanda est 211. 212
VINUM hilariores loquacioresque reddit homines 19. an alat & confortet 211. 212
*Libaminis* 1085 a Pontifice apud Judæos *Max.* quomodo effundendum fuerit ibid.
VIR uxori debitam benevolentiam reddat 182. 183. 184. unusquisque propter fornicationem suam habeat uxorem 179. 180. 181. quilibet uxorem suam, ut corpus suum diligere debet 201. 202
VIR *sapiens* magni æstimandus 191. Deus vocatur 129
VIRI ne sint amari adversus uxores suas 206 207. in conventibus sacris se a mulieribus, distinguere, & seorsim agere debent 12
VISIO prophetæ Ezechielis de mortuorum resurrectione num sit veritas an parabola 229, 230
VISUS perspicacissimus aquilæ 117
VITA *æterna* conjugium non admittit 112
VITAM hominis die Sabbathi conservare ejusdemque depellere periculum minime contrarium est legi *Mosis* 1063
VITÆ terminum Deus nemini revelat 159. 160
VITÆ *æterna* via & porta angusta est 75. 76
VITIA vitiis imbutus alteri approbare non debet 73. 74
VITILIGO qualis sit morbus 936 hujus prognosis 950
VIVACITAS carnis quid denotet 924
VULVAM filiarum suarum Judæi perforare solebant 55. cur & quomodo perforaverint ibid
VOX Dei quoties facta dicitur ad Mosen, de tentorio conventus 495
cœlitus delapsa in Christi Baptismate an terribilis & horrisona fuerit 498
in promulgatione decalogi facta, an de tonitru possit intelligi 499
UXOR res est morte acerbior 181. in quonam homini sit adjutorium ibid. quomodo viri sui pœnitentiam protraxerit 145. in virum suum autoritatem usurpare non debet 210. quomodo videatur mala 182
UXOREM suam quilibet propter fornicationem habeat 179. 180, 181. quilibet diligere debet ut corpus suum 201. 202. vir defraudare non debet 206. 207. dimittere absque ulla causa num liceat homini 95. 96. 97. 57. 58
UXORES cur non in vita æterna ducantur 112. quos ducere Regi apud *Judæos* licuerit 95. 96
*nudato capite* apud Judæos quæ fuerint 190. apud Judæos orare non debebant ibid.
UXORI vir debitam benevolentiam reddat 182. 183, 184

Z.

ZACHARIAS propheta Spiritus S. donorum disertus fuit præco 712
ZACHARIÆ sanguis semper ebulliens 114
ZARÆ nomen quid significet 1029
ZEMER quid denotet 612
ZWINGLIANA *ἀλλοίωσις* quomodo recipienda sit 812
ZWINGLIANORUM error de passione Christi ibid.

# FINIS.

